ADRIANI
TVRNEBI

1580

NOS GERMANUS MICHEL antiquus Professor & Decanus Artium, in Facultatibus utriusque Juris Licentiatus nec non Collegii Artium Celeberrimæ Academiæ Cadomensis Provisor, notum facimus, & testamur, ingenuum adolescentem *Ludovicum Eugenium Colard D'Ifs in Scholâ Rhetoricae auditorem et actorem primum orationis latinae in gallicum sermonem conversae a* ——

~~ORATIONIS~~ præmium meruisse, & summâ cum laude ac maximo omnium plausu in Theatro post actam Tragœdiam consecutum esse, die 17. Julii, an. Dom. 1727. in cujus rei fidem præsentibus subscripsimus.

Datum Cadomi, die Julii 19. anno Dom. 1727.

Michel

ADRIANI TVRNEBI PHILOSOPHIAE, ET GRAECARVM LITERARVM REGII PROFESSORIS, ADVERSARIORVM LIBRI TRIGINTA, IN TRES TOMOS DIVISI.

Ascripti sunt in margine auctorum loci qui in his sine certa nota appellantur studio & labore Io. Furdini conquisiti.

Additi indices tres copiosissimi ab eodem Furdino accuratissima diligentia collecti: vnus est rerum & verborum Latinorum, alter Graecorum, tertius designat locos auctorum qui explicantur aut emendantur.

TOMVS PRIMVS.

AD C. V. MICHAELEM HOSPITALEM FRANCIAE CANCELLARIVM.



PARISIIS,
Apud Martinum Iuuenem, via S. Ioannis Lateranensis, ad insigne Serpentis.
M. D. LXXX.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

EXTRAIT DV PRIVILEGE DV ROY.

IL est permis à Martin le Ieune, libraire & imprimeur en l'vniuersité de Paris, d'imprimer ou faire imprimer vn liure intitulé, *Adriani Turnebi Philosophiæ, & Græcarum literarum Regij professoris, Aduersariorum Tomus primus.* Defendant à toutes personnes, de quelque estat qualité ou condition qu'il soit, de n'imprimer ou faire imprimer, vendre ne distribuer, aultres que ceux que ledict le Ieune aura imprimé ou faict imprimer, pendãt le temps & terme de six ans finis & accomplis, à conter du iour & date que ledit liure sera paracheué d'imprimer sur les peines arbitraires contenues aux lettres de priuilege. Donné à Bloys le 15. iour de Feburier 1571.

PAR LE ROY.

Maistre Iean du Bourg maistre des requestes ordinaire de son hostel present,

Signé Langlois.

C.V. MICHAELI HOSPITALI FRANCIÆ *Cancellario Adrianus Turnebus S. D.*

OMNES ferè qui noſtra memoria politioribus delectantur ſtudijs, & literas humaniores amplectuntur, velut antiqui operis nobilia toreumata & ſigna, obſeruationes aliquas elegantis & vetuſti ſermonis, quas in legendis bonis auctoribus animaduerterunt atque perceperunt, in apertum protulêre: multíque ex eo magnam gloriam conſecuti ſunt, & bonam laudabilémq; operam ſtudioſis nauaſſe ſunt exiſtimati. Huius conſuetudinis quidam velut æſtus me abſorbuit, & ad vſitatum ſolitúmque morem ſcriptionis me traxit: ſed bonis tamen quietíſque temporibus, cùm omnibus reip. ocium tranquillitáſque placebat, literæque hîc florebant, pauca quædam è ſcriptoribus leuiter tantùm ſelegeram, & in aduerſaria retuleram. Deinde cùm exitiali huic imperio furore & veſania effrænati ciues arma rapuiſſent nefaria, omniáque belli ciuilis fragore perſonarent, & homines vbique trucidarentur, tantáque eſſet ferri licentia & impunitas, vt grauius & capitalius eſſet pecudem iugulare, quàm ciuem: cùm omnes vndiq; finitimi populi & principes, quorum, vt opinor, intererat nos interire, nec ſaluos eſſe, claſſicum nobis non ſolùm canerent, ſed etiam militum auxilia veſanis mitterent, & ſuo multi exitio & patriæ calamitate magis tum lætarentur, quàm ſecũdis vnquam rebus ſuis aut communibus exultarant: patriæ tum fata gemens & lugens, cùm animi angore conficerer, medicinam leuationémque doloris mihi è literis petendam eſſe duxi. Sed cùm ſeria tum ſtudia animus ob moleſtias communium temporum & patriæ cadentis interitum refugeret & aſpernaretur, per ſcriptores elegantiores vltro citróque curſitare, vel volitare cœpi: & vt quemque librum prehenderam, quicquid ex tempore ſubitóque in mentem veniebat, tumultuaria ſcriptura comprehendebam: interdum repetita memoria, quæ in diuerſis auctoribus legerã, vnum in caput congerebam: nonnunquam è chirographis editiones falſi conuincebam: modò in corrigendo coniecturæ dabam, & ei impenſius liberiúſque indulgebam: quòd errores eo tempore exiſtimarem audacter tolli poſſe, quo homines impunè ſciebam necari: interdum oblitus quid antè annotaſſem, illud idem in alia charta iterabam, omnia quidem ferè velut

folia Sibyllæ non in numerum digesta, sed nullo delectu ordinéq; descripta (quod & ipse de se liber vel me tacente indicabit) temerè inconditéque scribebam, & in puluerem situmque abijciebam: qua tamen in re hoc semper religiosè cautéque seruaui, ne mihi per cuiusquam iniuriam viderer vnquam famam quærere voluisse: eam enim verecũdiam pudorémque adhibui, vt homines doctos sæpenumero laudauerim, & honorificè appellauerim, nunquam reprehenderim aut vituperauerim. Hæc opera etsi leuis est & indigna, quæ tuo nomini dicata nuncupatáque sit: tamen vel virtutis tuæ admiratio, vel meritorum in patriam tuorum magnitudo, vel doctrinę incredibilis copia, ita me obstupefecerunt, vt te mihi quocunque modo & munusculo possem, colendum esse & obseruandũ putarem. Nam & Apollinis adflatu eos pangis versus, qui non ab homine mortali, sed à Deo scripti esse videantur: & literas ita exornas, vt ad summum honoris gradum ipsas euexeris: & nuper cùm omnes cæco furore acti & exagitati se rémque publicam perditum irent; & ciuili bello confligendum & depugnandum censerent, tu solus paci, tranquillitati, quieti, otio seruiendum putasti: & quantum potuisti festinantia patriæ fata distulisti. Vt igitur si quis præcipitantem patriam impulisset in ruinam, suæ impietatis in parentem pretium iure ferret, animóque angeretur, & conscientiæ cruciatu: ita tu pro tuo in remp. officio, beneuolentia, studio, & pietate, etsi melioribus nostris rebus tuam fidem perspectam probatámq; malles, tamen gaudere meritissimò debes, & à tuis ciuibus, omnibus laudis & gloriæ ornamentis affici, quòd patriæ nunquam opera & consilio defuisti. Quinetiam cùm tanta perturbatio rerum, & tam vesanus furor hominum in exitium certum erupturus videretur, cùm iam multi mortales in acie vtrinque cæsi animos hominum vtrinque magis irritassent & accendissent: tu tamen auctoritate, vel potius maiestate tantum motum tumultúmque, quantus vix vnquam extitit, penè verbo composuisti, atque sedasti, hominésque efferatos, & immanitate belluis pares, velut quodam carmine, ad mansuetudinem humanitatémq; reduxisti. Ita nunc quòd viuimus, quòd liberum spiritum ducimus, quòd patriam, coniuges, liberos incolumes videmus, quòd fortunas & facultates reliquas saluas habemus, tibi id totum vni acceptum referimus. Hunc igitur librum pretio & æstimatione paruum, sed ab eo homine profectum, qui se suáque omnia tibi pro tuis in remp. promeritis consecrata putat, accipe & boni consule, existimáque non voluntate, sed facultate me impediri, ne maiora & potiora tibi offeram atq; donem. Vale, Lutetiæ Parisiorum Idibus Quintilibus, anno CIↃ.IↃ. LXIV.

AD C. ET AMPLISS. VIRVM MICHAELEM HOSPITALEM FRANCIÆ Cancellarium Adriani Turnebi Silua, qua hos libros ei dicat.

SI manibus possem spirantes fingere ceras,
De pario similes si scalpere marmore vultus,
Si viuo possem tabulas animare colore,
Ducere si facili viuentes ære figuras:
Exprimeret te cera, color, lapis, atq; metallum:
Omnibus inque locis tua ciues ora viderent:
Et pacatorem te Gallia tota sacraret:
Ac titulis laudum legeret monumenta tuarum.
Nostra manus sed enim est rudis atque indocta, probámque
Materiam fædare potest, non arte polire.
Attamen egregia est nostra & propensa voluntas,
Quæ gestit quocunque potest se munere gratam
Exhibuisse tibi: male formauítque dolatum,
Quo te nunc veneratur opus, numenque salutat,
Quo submissa tuum, & votiuam dedicat illi
Informem velut effigiem scabrámque rudémque.
Rusticus indocta simulachra exculpta figura
Sic posuit diuis, truncóque simillimus Hermes
Sic statuebatur: durus sic stipes in aruis
Numinibus sacratus erat pietásque placebat.
Sic dabat & Veneri luteas virguncula puppas:
Et laribus suspensa pila est, gratéque recepta.
Si meritis æquata tuis tua munera velles,
Pieriis tentata modis musáve pedestri:
Te solus caneres, in cœlum & carmine ferres:
Qui tantis scribis carmen virtutibus æquum:
Æquiparas & facta sonis, & laudibus acta.
Cœlitibus sed grata diis est sola voluntas
Obsequio testata pio cultúque probata:
Sic studium nostræ tibi commendabile Musæ

Officio, acceptum cupimus gratúmque videri.
Tellenas nugas & gerræ vana Sicanæ
Nomina fac superent quæ mittimus atque dicamus:
Tu pertium ponas animo votóque dicantis,
Non nebulis, ventísque datis & inanibus auris,
Quas tibi conclusas nouus Æolus vtribus offert.
Extenuare tibi non amplificare paramus
Nostra, nec orandi consueta extollere lege:
Verba damus, verbosum & opus nunc mente mouemus:
Qualia quæ balbi dictantur voce magistri
Cirratis pueris, nec iam cantantur ephebis.
Nos obelis etiam quædam configimus, in quo
Auctores vereor ne nos iugulasse iocetur
Rhinoceros aliquis, non confodisse verutis
Errores, esset cum tanta licentia ferri
Omnibus, & passim iugulare impune liceret.
Nos etenim fermè, quo tempore tristis Erinnys
In ferrum ciues odijs furialibus egit,
Scripsimus hæc subito nimis indigesta labore:
Confusúmque chaos glomeratámque agmine turbam,
Atque iteratarum nugantem murmure vocum,
Immemor interdum quas mens reuocauit, ineptè
Miscuimus. Nam cum studijs grauioribus esset
Mens aliena, malis patriæ communibus ægra:
Auxilium nobis, animíque leuatio mœsti,
Peruolitare fuit doctrinæ scripta politæ:
Atque notare manu si quid succurreret, & mens
Suggereret: modò chirographis contendere pressa
Et falsi damnare, leui sed semper opella.
Sic charæ clades patriæ & mala publica tandem
Hoc peperere malum schedium sic vendito nostrum.
Nec tamen ærumna lector se existimet vna
Defunctum, restare aliam sibi sentiet hydram,
Cui linguæ tot & ora sonant, tot surrigit aures,
Bissenóque trahit sinuosa volumine terga.
Ergo facem, clauámque paret spoliúmque leonis,
Vt monstrum tutus plaga flammáque sequatur.
Auctio si fiat, preconia deferet omnis
Hinc mihi, qui solus vænalem extrudere mercem,

Et pos-

Et possum emptores inducere solus hiantes.
Quid faciam? loquor exanimo quod sentio verum.
Nec catulum possum melitæum effetre molossum:
Magnificis nugas nec possum extollere dictis:
Præmia nec laudis censemus nostra mereri:
Nec laus his petitur, votorum ex summa meorum est:
Excusanda bonis non accusanda putentur,
Et veniæ credi non culpæ affinia possint.
Quæ sacrata tibi sic sunt & vota Michaël,
Certa salus patriæ, iurísque antistes & æqui,
Vt samiæ diuis capides vel fictilis vrna.

Εἰς Ἀδριανὸν Τόρνηβον.

Ὡς πνοιῇς λιγυρῇσι διασκίδνησιν ἀνύδρους
Τὰς νεφέλας δονέων θρηϊκίπνοος Βορέης.
Ὡς τὰ ματαιολόγων καὶ σητόβρωτα γραφόντων
Ἐς ταχυνὴν ἔρρει βιβλία ληθεδόνα.
Ἀλλὰ θεοφραδέων ἀνδρῶν τῶν ἀγλαοφήμων
Παντοδαπῆς διδαχῆς ἔργα ποθεινότατα,
Οὔποτε χειμέριος διασείσεται ὄμβρος ἐπακτὸς,
Οὐ φλὸξ ἐμπρήσει τοῦ μαλεροῖο πυρός.
Μηδὲ διαρραίσει λάβρος στρατὸς, οὐδὲ λαφύξει
Ὁ χρόνος, οὐ δαμάσει πανδαμάτωρ Ἀΐδης.
Τοῖον ὁ Τόρνηβος γέρας ἔλλαχεν ἰσόθεος φὼς,
Ἑλλαδικῆς μούσης, Αὐσονίης τε κλέος.
Εὔστοχος, ἡδυεπὴς, μῦθος αἰεὶ πνεῖεν Ἀθήνης.
Πειθὼ καὶ σειρὴν χείλεσι τοῦδ' ἐνέφυ.
Ὅς ποτ' ἐὼν κορυφαῖος ἀνακτορέοιο θοώκου
Ἤρατο παντοίης ἆθλα διδασκαλίης.
Γήραος ἐν προθύρῳ, φεῦ, τοῦτον μοῖρα κραταιὴ
Ἥρπασε κυκνείῳ φθεγγόμενον στόματι.
Ἠΰτε δυσόμενος πάλιν ἀντέλλων μερόπεσσι
Δέρκεται ἠέλιος νύκτα διασκεδάσας.
Ὡς ὅδ' ἐγερσιφαὴς μετὰ πότμον πυρσὸν ἀνάψας,
Ἡμῖν ἠγλάϊσεν τὰ πρὶν ἀδηλότατα.
Χαῖρε μάκαρ Τόρνηβε, καλὸς πόνος οὔ σε γεγωνεῖ
Ἐν φθιμένοις κεῖσθαι δυσκλέα, σηπόμενον.
Οὐρανόθι ζώεις σὺ πανόλβιος· οὐδὲ γὰρ ἄμμι
Τοὔνομα σὸν μαρανεῖ πᾶς χρόνος ἐσσόμενος.

Ν. Γυλώνιος.

LEODEGARIVS A QVERCV ADRIANO TVRNEBO COLLEGÆ ſuo S. P. D.

SI virtus, ſtudium, ingenium, & rerum omnigenarum,
Cognitio conſummatiſsima, laudibus amplis
Efferri, aut etiam digna mercede beari,
Debent (Turnebe ornamentum, & gloria noſtræ
Gentis, & Europæ *flos delibate) paranda*
Ambroſia, & nectar tibi, ſumptu publico, in arce:
In medióque foro ſtatuenda inſignis imago,
Cui caput auricomum vireat Parnaſide lauro.
Nam ſi albo diuûm rectè eſt adſcriptus Apollo
Quòd perhonorificè de ipſis mortalibus eſſet
Promeritus, tibi quis ſacram non extruat aram,
Plura tuo Genio quam Phœbo holocauſta reponens,
Cùm Phœbum à tergo meritis, atque arte relinquas?
Ille olim Admeti lætos armenta per agros
Graminibus pauit, tu magnanimi atque potentis
Gallorum regis ciues præſtantibus ornas
Artibus: ille medebatur vibicibus, alphis,
Vulneribus, morbíſque hominum: tu trunca reſarcis
Membra libellorum, & luxata, & tabida, & atra,
Et ſpurca illuuie, terges, reddíſque nitori.
Ille planetarum princeps, tu hominum: ille ſonoram
Barbiton à Maia genito cepiſſe putatur,
Tu verò à muſis artes: oracula fudit
Ille, ſed obſcuris ambagibus, & Labyrinthis
Intricata, quibus torſit reſponſa ferentes:
Tu tripode ex certo promis folia ipſa Sibyllæ,
Tu vatum nodos, tu legum ænigmata ſoluis,
Tu ſphingi Oedipodem te offers, tu peruia reddis
Quæ ſalebris, ſpiníſve ſcatent. Ille omine dextro
Marſiam in arguto cantus certamine vicit:
Tu doctos omnes ſuperas omni arte decora.

Illum

Illum Cyrrha colit, Parnassus, Chrysa, Terapne,
Gryneum, Tenedos, Cynthus, Delos, Rhodos. At tu
Percoleris toto orbe frequens, tu nomine totum
Orbem imples, & bellè de toto orbe mereris.
Quare utinam Parcæ meritis pro talibus annos
Tam longos tibi nere velint, quàm longa futura
Fama tua est, quàm longus honos, quàm gloria longa.

Deo gloria & gratia.

EIVSDEM AD LIbrum Prosopopœia.

CVM punctum omne ferat liber disertus
Iucunda utilibus, seuera blandis
Qui miscet, dubium haud potest videri
Quin sis augurijs bonis iturus
In lucem, quoniam author ille scitus
Qui te pumicibus cauis poliuit,
Qui longè superat, vel æquat arte,
Et virtute viros, quot aut fuerunt,
Aut sunt, aut alijs erunt in annis,
Te cum mirifica adprobatione
Facundorum hominum, dicauit illi
Qui solatiolum omnium sophorum
Et censetur, & est. Placebis ergo
Æquè, plausibili dicatione.
Vt gaza varia, venusta, honesta,
Qua tam magnificè beas legentes:
Vt tot millia læta basiorum
Figant Palladij viri, quot optat
Ferre à Lesbiola sua Catullus.

Deo gloria & gratia.

FVSCIANI CLERICI IN LIBRI commendationem, Epigramma.

QVisquis scriptorum cæca caligine musas
Desistis studio sollicitare pio:
Lux tibi discußis aderit manifesta tenebris,
Propositum quando legeris istud opus.
Parturiens etenim dulcißima dogmata, tandem
Explicat obscuros (hinc via plana) sinus.
Collectum membris igitur depelle soporem:
Ocyus auctorem, nec mora, quenque lege.
Quæ te terruerant, iam sunt sublata nec vllo
Amplius apparent turpia monstra loco.

INDEX RERVM ET VERBORVM LATINORVM QVÆ IN TRIGINTA ADVERSARIORVM libris Adriani Turnebi explicantur, industria Ioannis Furdini collectus, prior numerus librum indicat, alter libri caput.

A

A pedibus 3.23.
a via educier 11.21.
ab ineũte ętate 30.32.
ab Ioue incipiendum 29.25.
ab Ioue principium Musæ apud Virgil. 29.25.
ab orbita 12.16.
abaci 26.3.
abacorum diuisiones & speculorum 2.3.& 26.3.
abdomen 27.20.
abluere se flumine viuo. 19.15.
abolla 27.15.
Aborigines 13.8.17.23.27.15.
abrupti nubibus ignes 5.27.
absens 27.19.
absentia 16.8.
absides 18.23.
absque carnificis nomine 16.7.
abstemiæ Romanæ mulieres. 26.21.
absque te esset 2.28.
abstit 16.6.
abstlatata 28.5.
abusus 22.5.
abuti 22.5.23.5.
abuti opera 1.8.
Acca 11.1.
accensi 29.19.
accepti vel lucri tabulæ 14.8.
acceptum facere 30.17.
acerualis syllogismus 30.7.
accidere 8.24.
accingi & in procinctu stare 29.25.
accipere nomen 27.32.
accipio omen 5.7.
acclinis trunco 3.19.
accusator de via citur 6.18.
acetum 20.1.
acetum Aegyptium 29.20.
acetum durum 17.18.
acetum mel 10.5.
aceto lotus 20.1.
acetum Scilliticum 17.13.
Achates 26.21.
Achaïcus ros 2.7.
Achelous 30.39.
Achelous omniũ fluuiorũ primus terram erupit 29.25.
Acheloïa pocula. 29.25.30.39.
Acheron 5.7.14.4.30.5.
Acheruns, cõmunis locus 28.12.
Acheruns vlinorum 14.7.
Acheruntia templa 14.4.
Acheruntem aduerbium & acherunti 7.12.
Acheruntis ostium 19.24.
Achilles in Phthia colitur 16.1.
Achilles, Phthiæ clara progenies 16.1.
acia 17.21.
aciarium 27.10.
acinari 28.5.
acinatitia 7.23.
acinus vinaceus 13.6.
aclides 30.21.
acmonia 30.4.
acmonenses 20.28.
aconitum è cruore & sanie Promethei exortum 18.1.
acra 24.44.
acragus 29.22.
acredula 19.19.25.13.
acria Venus 24.44.
acriculus 20.16.
acris aceti cupas habere 28.13.
acris tibia 11.28.
acrobaticæ machinæ 9.20.
acrostichis 5.19.
acta 3.1.
acta testudo 6.21.
actæ 28.5.
Actiaci ludi 14.17.18.5.
actio inscripti maleficij 10.6.
actio tributoria 12.9.
Actius Apollo 21.9.
Actij Apollinis templum 21.9.
actor 27.10.
acu pingere Phryges inuenerunt 14.4.
acumen 14.24.
acus 14.12.17.21.
acutæ naris 14.20.
acutæ Satyrorum aures 18.8.
acutum gelu 11.26.
adamas supernas 18.2.
ad album se transferre 4.5.
ad aream spectare fruges 26.20.
adærare, adæratio 27.15.
ad assem reddere sumptũ 29.26.
adaxint apud Plaut. 23.18.
ad baculum. pro pastore 3.23.
ad Castoris 8.14.
ad constitutum venire 10.27.
ad cyathos 3.23.23.6.
ad cyathum stare 9.19.
addere in bulgam 4.8.
addicere bona nummo sestertio. 28.3.
adducere habenas 12.12.
ad exta adducere 7.6.
ademptus est bonum 12.17.
ad frena leones 3.23.29.24.
adhinnire 19.29.
adigere arbitrum 25.23.
adijcere Iudicem 25.23.
ad incitas res redijt. 27.2.
ad incitas 27.10.
ad interdictum venire 19.6.
adipata 9.24.
adipata dictio 2.7.
adiectiones familiarium locorũ. 16.21.
ad Iouis currum credũtur iuncti esse albi equi 24.31.
adiumenta 28.14.
adiuro pro adiuuero 15.15.
ad lapidem se vertere 1.17.
ad lecticam homines 23.6.24.5. 29.24.
ad libellam debere 29.36.
ad lineam 25.2.
ad lites seruus 3.23.
ad malum punicum 17.4.
ad manum 5.11.
ad manum cantare 3.23.

ad manum ſerui 5.11.
ad meridiẽ in Africa tigres leones pantheræ ſunt 17.5.
admiſſionum liberti 14.3.
admittere 29.31.
admutilare 7.6.
ad nationes, locus Romæ 17.4.
adnumerare 29.36.
Adoneus, Adonis 10.10.
ador 27.15.
adorare, pro agere 10.15.
adorari poppyſmis fulgetras 4.15.
adorati imbres 3.8.
adorea liba 30.5.
adorioſus 27.15.
ad pedes verna 3.23. & 29.24.
ad pedes ſerui 16.5.
ad pitulum ſedere 28.43.
ad portam longũ iter ſed portæ vicinum Salernum 28.9.
ad præpoſitio mutata in ar 3.10.
ad prima, vt in primis 29.26.
Adrian. Turn. calumnia Virgiliũ liberat 29.24.
Adr. Tur. ſtudioſus fautor eruditionis Tullianæ 23.32.
adrogare 26.2.
ad rudem compellere 16.8.
ad ſacoma adpendere 16.14.
adſcriptitij glebæ 15.16.
ad Septentrionem in Africa gryphes, alcæ, biſontes, bonaſi ſunt 17.5.
ad ſimulachrum ſe vertere 1.17.
ad ſolarium 18.22.
adſtipulator 16.8. 29.36.
ad tabulam ponere 21.15. 25.3.
ad tabulam ſedere 25.3.
ad tibicines mittere 26.6.
ad tempus reſpondere 9.22.
aduenat, pro adueniat 5.23.
aduentus Veneris 19.15. 36.26.
adentoria cœna 30.26.
aduerſaria 2.11. 29.36.
aduerſum 29.25.
adulari 2.9.
adulat ſanguinem 2.9.
adultero abſcinduntur nares 28.46.
adulter municipalis 3.9.
adumbratio imaginis ſeruorum. 1.26.
ad vnguem factus homo apud Horat. 19.9.
aduoluere montib. ornos 13.21.
adynamum vinum 25.25.
AEa ææa 7.14.
AEæa Colchica 7.14.
ædes abiectæ 16.10.
ædes cauæ apud Virg. 12.5.
ædes liberæ 30.32.
ædificare nomen 28.11.
ædiles alimentarij 11.10.
ædiles menſuris præerant 29.20.
ædiles quinquennales 11.10.
ædilitia 27.1.
ædilitius ſcriba 11.10.
ædituj 26.25.
æditumus, æditimus 14.12.
aër plerunque inane 5.14.
aëris campi 11.19.
aërinus 29.17.
aërobaticæ machinæ 9.20.
ægæ 17.18.
ægææ 17.18.
ægæon 19.2.
ægæum mare 19.2.
ægipanes apud Melam 18.8.
ægon, mare ægæum 19.2.
ægrire 30.10.
AEgyptij alliũ in dijs numerabant 18.12.
AEgyptij feles colunt 7.8.
AEgyptij per allium iurabant. 18.12.
AEgyptij ſorores ducebãt 18.13.
AElurus deus 7.8.
ælurinum 10.25.
æmilius ludus 26.26.
æneadas meo de nomine dico 17.6.
AEneæ ætate nondum triremes aut biremes erant 24.40.
æneatores 28.5.
AEnos, Cherſoneſi vrbs. 17.6.
AEnus 30.4.
AEoles aſpirationes in tenues mutant 3.10.
æolipylæ 25.12.
AEolus tridentem vſurpat 18.32.
AEoli domus, ſtrongyle 21.10.
æoræ 20.24.
æquanimitas 25.18.
æquatum probere conſulatum. 21.15.
æquimanus 11.5.
æquinoctialis furor 14.8.
æquinoctium 18.10.
æquo iudicio certare 25.3.
æquo pulſare pede 9.27.
æquum centupondium 7.24.
æra 29.3.
æra auxiliaria 22.24.
æra lupinis quid diſtent Horat. 1.15.
æra quę clauſtris vociferantur. 5.27.
æra reſtantia 5.27.
æra rotunda 23.7.
æraria ratio 8.14.
ærarius 9.1.
æratę naues 12.12. 28.23.
ærati tribuni 9.1.
ærei modioli 2.22.
æri alieno parere 30.35.
ærugo 19.9.
ærumnę 16.3.
æs 26.23.
æs pro ferro 6.10. 21.9.
æs manuarium 17.1.
æs monetarium vel manuariũ. 18.18.
æs pararium 16.22.
AEſalo 28.20.
AEſalon 18.16.
AEſculapiꝰ & Serapis olim medicinam faciebant 4.8.
AEſculapium n.g. 2.3.
æſculus 27.10.
AEſia fluuius Gallię 9.8.
AEſię pons 9.8.
AEſopus & Cimber Tragœdi. 15.13.
æſtas noui anni 23.8.
æſtiuę aues 24.38.
æſtiua cœna 18.15.
æſtiua Lycei apud Maron. 12.14.
æſtiua & hiberna pecoris 12.14.
æſtiua ſupellex 18.15.
æſtiuè viaticatus 18.15.
ęſtiui & hiberni ſaltus 12.14.
ęſtiuum 24.39.
ęſtiuum viaticum in lagena eſt. 18.15.
ęſtuat annum 5.3.
ęſtuoſus 17.5.
ętas 27.22.
ętas mala 17.21.
ęternus 13.8.
ęther à Gręcis, ardor & feruor

AEthiops inauſpicatus 14.24.
AEthna 22.19.
ætia Callimachi 30.30.
AEtnæa Ceres 8.12.
AEtna 20.18.
ætoli 28.30.
æui maturus 10.29.
æuum 20.22.
AEnus 30.18.
affines 3.15.
afflare 18.12.
Africo flante mellis vindemia facienda 10.5.
Africus 18.32.
Afrorum tibia è loto 30.39.
Agathyrſi 30.39.
Agathyrſi picti 24.26.
agentes in rebus 13.10.
agere lege 30.31.
ager campanus 1.6.
ager decumanus 1.6.
ager Gabinus cur in peregrino non numeretur 20.30.
ager metatus 13.1.
ager prouincialis 10.3.
ager Rom. in pagos diſtrubutus 9.7.
ager ſcriptuarius 1.5.29.17.
agger 11.6.28.5.
agger tumuli 4.14.19.29.30.38.
aginat 27.15.
aginatores 27.15.
agitare & excitare 12.12.
agitare veſtigia 17.11.
agitator primus 11.11.
agnati 13.13.
agna nigra tempeſtati immolatur 4.22.
agnina vilis 6.25.
agninam veteres habebant deſpicatui 6.25.
agnitio animi 14.14.
agrariæ ſtationes 4.7.
agricolationis parens tellus 26.24.
agri vectigales 1.5.1.6.
agrorum politiones 29.19.
Aiax ſtramentitius 28.12.
al apud Auſon. 23.30.
ala 27.10.
alabarches & arabarches 27.25.
alapæ minorum 18.32.
alba linea prouerb. 29.27.
alba ſtella 29.29.
albæ quadrigæ 24.31.
albæ ſententiæ 6.4.
albana, non almana in Liuio 30.37.
Albanopolis 30.39.
Albanus mons 26.24.
albatæ mulieres 11.6.
albati erant lautiſsimi quique olim 21.3.
albatus 21.3.
album 28.35.
album, pro prætorio iure 4.5.
albus canis 29.20.
albogalerus 17.15.
Albunea 11.16.27.10.
Alcæus 9.13.26.36.
Alcæū Lyricum imitabatur Horatius 21.8.
Alcęus Sapphicum carmen inuenit 9.13.
alcaïci verſus 26.36.
Alcide Minerua 30.37.
Alemona dea 18.34.
alere comam 15.17.
Alexander 24.4.
Alexandrinę naues paſsis ſupparis ſolæ in portum peruehebantur 21.4.
Alexis Virgilianus 17.15.29.13.
Algolocheum 29.20.
alianum linum 10.20.
ali 5.27.
alicula 18.23.
alidæ 23.24.
alienigena 18.6.
alieno vultu gaudere 23.5.
aligera victoria 13.12.
alij populi 23.24.
alij menſes 23.27.28.15.
alimenta 27.10.
alipilarius 27.21.
alipilus 27.21.
aliptæ 16.15.
aliquo ſocius 27.10
aliquid facere alicuius cauſa 23.14.
aliquid ſufferti canere 19.33.
alites exquilinæ 14.10.
alites maiores 26.2.
alites occinentes tempeſtatem pronunciant 27.5.
alites terreſtres præſentiūt tempeſtatem 25.22.
allabi 29.24.
allectus 11.9.
alliatum 16.17.19.13.
alligatus 20.5.
alligare ſe furti 20.5.
allij ſpicæ 8.2.
alliorum capita ad noxarum depulſionem valere 18.12.
allium obolere 7.4.
allium veneficium præſentiſsimum & certiſs. 12.15
allucet 27.10.
alludere 22.5.
aluus 25.22.
alopecioſa 28.5.
alpina geſa 23.3.
alpini mures & pontici 15.23.
altare 19.21.
altè cinctus 15.23.
altè terminus hæret 18.6.25.12.
altera actio 1.3.
altera terra 20.37.
alteræ menſæ 24.35.
alternæ ciuitates reiectæ 21.11.
alterna conſilia 2.11.
alterna fortuna 14.13.
alternis dicere, alterna amant 6.17.
alternos greſſus cunctari & niti 3.13.
alter orbis 18.35.
alternum fœdus amicitiæ 3.13.
alternum pedem facere 5.3.
alternus 3.13.
altitudo ingenij 3.15.
altitudo animi 3.15.
altum 8.17.
altus thorus 6.21.
aluei 8.6.
alueoli 24.4.
aluus ſuperior 10.19.30.6.
amanuenſis 5.11.
amare 20.27.
amare extrema linea 12.10.
amare focos 28.5.
amaſſere pro amaturū eſſe 4.15.
amaſſo pro amauero 15.15.
amatores dant ſerta poſt ib⁹ 12.5.
amatores in amicarum vicijs cæcutire 26.31.
amazonius pecten 26.30.
ambactus 14.12.
ambaruàlis 11.23.
ambarualia 18.17.

ambedo 11.23.
ambe 23.16.
ambens pro ambedens 6.6.
ambiegna 23.16.
ambiguum relinquat 14.4.
amborum pro ἀλλήλων 1.26.
ambricari 14.12.
ambrices 14.12.
ambro 28.5.
D. Ambrosius sæpe aliquid ex Horatio & Marone vsurpat 19.29.
ambu pro an veteres dixerunt 11.23.
ambubaiæ 11.23.
ambulatoria cœna 25.24.
amburbia 18.17.
amellum 17.18.
amellus & amellum 27.10.
amens 24.26.24.40.
America 20.11.
amentum 28.5.30.21.
amica cerea 17.24.
amicam de machinis emere 8.9.25.3.
amicam liberare 16.17.
amici magni 2.24.12.14.
amicire 23.1.
amicus communis 23.27.
amicus ferentarius 23.17.
amicus manubiarius 11.21.
amictui 23.1.
amictum pectore pascere 29.28.
amictus nube 6.8.
amitianum vinum 25.24.
amminee seu aminee vites 29.26.
amnes colare 28.15.
amor pro philtro 15.8.
amor de fronte reuulsus 15.8.
amorem curari è Leucade saltu putarunt veteres 19.17.
amorem exercere 3.13.
amphidromia 3.6.7.21.
amphielictra 16.14.
Amphion 30.14.
amphissa 1.22.
amphitapæ 28.20.
Amphitrite 19.11.
amphitheatrum 5.6.5.11.11.1.
amphora institui cœpit, cur vrceus exit? apud Horat. 19.9.
amphora nardini 2.29.
amphoræ notis & titulis signabantur 1.1.
amphoræ sparteæ 7.23.
amphrysia 1.22.
amphrysia vates 9.15.28.44.
ampiruare 17.8.25.18.
amplecti limina 22.28.
amplecti postes 12.5.
amplecti simulachra 14.15.
ampliatio 1.3.
amplum sestertium 18.35.
ampulla 4.1.
ampullæ 9.3.
ampullari 26.27.
ampulligeri serui 4.1.
Amynocles Corinthius 14.4.
amystis 18.27.
an præpositio 29.14.
anaboladium 28.5.
analecta 24.33.
analectæ grammatici 24.33.
analectæ serui 24.33.
analemma 1.19.
analeptice 16.15.
anancæum 21.12.
anancitis 1.17.
anapestum 2.17.
anaphora verbū Astrologorum 16.14.
anaphorica horologia 16.14.
Anaurus fluuius 3.2.
Anaurus vnde dictus 3.2.
ancara 17.24.
ancaria 17.24.
ancarius 17.24.
anchesites 20.16.
Anchises à filio cōsecrat⁹. 21.22.
anchoræ 3.1.12.16.
anchoralia 3.1.
ancilia mota 5.1.
ancillariolus 30.26.
ancillarum nomen 3.10.
ancillaris in Salustij oratione 16.7.
ancipes pro anceps 21.12.
anclabris 3.5.
anclare 3.10.27.10.
ancones & anconisci 2.22.
ancones 18.23.
anconisci 28.5.
Ancus Martius rex 6.18.
andabatæ 17.23.19.8.
Andronicus Cyrrhestes 21.23.
andruare 14.12.27.10.
Angeronia dea 20.36.
angina 12.16.
anglones 22.9.
angues inflatos rumpi 22.23.
angues quo pacto rumpūtur 30.39.
anguina 20.24.
anguis abundat spumatu 5.3.
anguis è sepulchro Anchisæ exiens quid significet 14.4.
angustus clauus 1.2.12.6.
Anienus deus 5.3.
anile studium 2.14.
anima 29.20.
animæ magnæ 2.24.
anima ieiunis fœtet 29.20.
animam recipere 20.33.
animi agnitio 14.14.
animi tactus 5.25.
animo malè est 29.34.
animos penetrare 30.22.
animum in rerum scientia & cognitione vigere 10.16.
animus defecatus 16.10.
animus ex igne & aëre constituitur 10.14.
animus liquidus 16.10.
anio nouus & vetus 27.19.
anisocycla 9.20.
Anius Delo imperauit 4.22.
Anna dea Romanis culta 19.11.
anni limes 26.13.
annonæ incendium 22.33.
annus climatericus 26.18.
annus inuersus 12.3.19.29.
annus recidiuus 29.24.
annus in multos consules diuisus 5.10.
annus nouus 23.8.
annuli æstiui 20.2.
annuli hiberni 20.2.
annuli velares 17.12.
annulus ferreus seruorum gestamen 6.22.
annulus signatorius 27.1.
annulus Samothracius 20.2.
annuui ab annuo 16.6.
annuit 28.11.
anquina 12.16.
ansatum telum 18.3.
anseres inigere 19.28.
anseris medulla 12.1.
antaxon 20.11.
antaci 12.8.

ante aliquem ferram ducere 8.7.
antecanis 8.17.
anteceffor 18.28.
anteceffores 8.19.24.16.
antecceffus 18.28.
ante cœnam 1.24.17.10.18.4.
antefixa 2.4.
ante larem guftare 2.19.
ante malorum 18.32.28.5.
antepilani 11.27.
antes, poftes 19.19.
anteftatus 13.26.29.14.
anteftor 27.10.
antibafis 2.4.
antiberlium 28.5.
antica 18.35.
antica & poftica 19.19.
antichtones 20.11.
antidotus διὰ εἰκοσιοκτὼ μερῶν 18.18.
Antimachus tumidus 28.38.
antipathes 17.15.
antiqua patria 12.5.
antiquarius 18.28.
antiquior locus fententiæ dicendæ 3.1.
antiquorũ fuperftitio ad impetrandam pluuiam 26.10.
antifcij 12.8.
Antium Neronis natale folum 24.6.
antlia 14.17.
Anton. Auguftini cõmendatio 23.17.
antra Nymphis facra 12.12.
anus fagæ 9.10.
Anus digna facris Hecates 26.7.
apalaria 10.12.
Apellis de Protogene pictore dictum 1.28.
Apennini montis defcriptio 18.22.25.4.
aper Lucanus apud Horat. 20.34.
aperire locum 24.44.
aperta terra 24.44.
apertis tibijs 4.10.
apertæ tibiæ 4.10.
apertularius 18.26.
apex 18.3.29.31.
aphaco, cynops 16.9.
aphrofelinon 18.18.
Apitius emendatus 10.12.
apium feritur in primis hortorum coronis 22.1.
appetentia miluina 18.15.
Apollinaris collis 20.35.
Apollinaris vicus 20.35.
Apollini arcum& fagittas tribuunt 17.10.
Apollinis aduentus 24.26.
Apollinis oraculũ de arenæ maris numero 26.1.
Apollinis refponfa tortuofa 30.34.
Apollo ἀγυιεὺς 7.15.
Apollo ἀλεξίκακος 6.24.
Apollo cithara canit 9.13.
Apollo cortinipotens 29.20.
Apollo credebatur interficere viros qui morbo peribant 17.5.
Apollo & Diana mortis auctores 11.8.
Apollo flexiloquus 29.20.
Apollo genitiuus 17.6.
Apollo genitor 17.6.
Apollo interficit 11.8.
Apollo λοξίας. 5.19.
Apollo lycorides 9.25.
Apollo metitur annos 17.5.
Aollo patrius 17.6.
Apollo propitius 7.15.
Apollo proftaterius 2.30.
Apollo προστατήριος 7.15.2.30.
Apollo fortilegus 5.23.
Apollo fubueni 6.24.
Apollo Temenites 8.12.
Apollo Troianis fauet 6.8.
Apollo vicinus 2.30.
apoplectici fale defricãtur 15.19.
apoftolorum principes, anteceffores 8.18.
apophoreta 9.23.
apotheofin facit AEneas patri 26.17.
apparatus rectus 18.11.
apparere 5.25.
apparet opus 28.47.
appellare debitorem 9.22.
appellare tribunos. 18.22.
appellere 29.24.
appiada nominabo 5.17.
appiades deæ 5.17.
appietas & lentulitas 5.17.
Appij monumentum 5.17.
appion cymbalum mundi 2.7.
applicare 29.24.
Appulia infalubris & peftilens 16.15.
appulfus 5.22.
apprima, crebra, mortua atticorum more aduerb. aliter ponuntur 29.26.
apprime 29.26.
apri cur fulminei 1.23.
apri vernæ 23.25.
aprici fenes 20.1.
apfides 18.23.
aptum 29.20.
aptus pinnis 6.18.
aqua Appia 5.17.
aqua & vnda 16.10.
aqua Mallia 24.5.
aqua manib. & pedib. 1.14.
aqua pluuia 1.12.
a qua fe abluebant cæde contaminati 22.7.
aqua viua ad purificandum adhiberi folita 17.13.
aquæ purificatio hominum erat & domorum 13.21.
aquaculat 28.5.
aqualiculus 28.26.
aquam non tantum eludefe, fed alludere quoque 22.5.
aquaria prouincia 21.11.
aquarij 14.12.
aquariolus 14.12.
aquilentum 29.28.
Aquilius non Aquillius 30.28.
aquilo ab hyperboreis oris 5.4.
aquilo Thracius & Threïcius 26.36.
aquilo ventus nobis erit 17.11.
aquimanile & aquiminale 22.9.
Aquinius poëta 12.1.
aquis vehi honoratis apud Propert. 23.7.
Arabes 1.27.
Arachynthus 30.14.
aræ coronabantur olim 21.21.
aræ gramineæ 11.1.
aræ nocturnæ 28.44.
aræ patriæ 17.6.
aræ priuatæ & foci 23.14.
aræ propitiæ 9. fuerunt 26.23.
araneofi loculi 2.10.
aras deorum tangere 26.2.
aras duas Manibus honoratorum virorum confecrabant 17.6.
aras tangere 26.5.19.19.

aratio aratores 1.6.
Araxes ponte indignatus 19.20.
arbiter Adriæ Notus 9.27.
arbitria victoriæ 28.5.
arbitraria, cur pro impẽsa à Cic. vsurpatur 28.3.
arbitrarium 14.12.
arbitrium 14.12.28.3.
arbitrium Gellij 1.de legib.apud Cic.explicatum 4.24.
arbitrium iudicis non est 29.36.
arbitrum adigere 29.36.
arbitrum collocare 3.11.
arbor adsita 6.15.
arbor fera 22.25.
arbor infœlix pro cruce 15.1.
arbores 7.25.
arbores cum cardinib. 7.25.
arbores dijs auertendis consecratę 18.4.
arbores infœlices 17.10.
arbusculæ 23.33.
arbustiuæ vites 1.26.
arbustum fluere 6.14.
arbustum multum fluit 2.1.
Arcadia pastoralis 27.25.
arcam habere 6.1.
arcanæ saliuæ 8.2.
arcarius 28.5.
arcere 10.15.
arcesso,arucho 3.10.
arcesso 10.15.
arcessere rem malam iumento suo 30.34.
archiaci lecti 1.18.
Archiloch⁹ inuenit Epodos 21.6.
Archimedes cochleæ iuuentor 22.27.
architector 27.31.
architecton & architectus 19.31.
architectus omnib. 9.10.
architenens dea 29.28.
arctum lumen purpuræ 1.2.
Arcturus 21.10.
arcuatum opus 5.5.
arcum veteres aquam bibere cẽ- fuerant 29.31.
arcus bibit 22.23.
arcus è fontib. haurit aquam & bibit 22.23.
arcus iris 19.20.
ardea 25.13.19.22.
ardeola 18.16.
area pro capill. defluuio 5.10.
area ornithonis 21.23.
Aremoricus lar 18.1.
arena municipalis 10.27.
aretalogus 10.12.
arferia 3.10.
argæi 20.35.
Arganthus 11.15.
Arganthonius 11.15.
Argenus in delitijs Agamẽnoni fuit 26.33.
argentifodinæ 30.35.
argentum aridum 26.2.
argentum 21.24.
argentum rescribere 4.13.
argentum purum & lucidũ 26. 2.29.1.
argentum flatur, deinde feritur 27.21.
argentum pusulatum 24.2.
argumentum vltimæ eclogæ libri prioris sermonum Horat. 15.19.
Argus nauis officia 28.43.
argutus 24.17.
Aricinus cliuus mendicis abundabat 30.7.
Aricinum nemus 11.4.
aries 24.30.
aries à quib.inuent. 7.20.
aries bello Troiano repertus 29. 18.
aries murũ si percusserit 26.32.
arietinum oraculum 14.18.
Arimaspi vnoculi 23.26.
Arinensis tribus 30.17.
arioli 19.20.29.13.
ariolus 24.17.
aristolochia 5.20.
Aristotelis epigramma 9.25.
Arithmeticus 26.1.
arma 19.29.26.19.
arma ancilia 3.20.
arma Herculis ad postẽ fixa 6.9.
arma de hostib. capta Vulcano, Marti aut Mineruę cremabantur 16.20.
arma votiua portæ suspẽsa 23.6.
armamenta 26.19.
armamentum 27.11.
armatura Samnitum 25.10.
armatura secutoris 25.17.
armarium promptuarium 7.23.
ar me,pro ad me 10.25.
armatura Thracum 5.10.
armilausa 21.26.
armi leporum sine lumbis putres 20.34.
armilustrum 22.17.
Arnobius obseruatus 23.18.
Arpinates aquæ 17.3.
Arpinum & Puteoli,prefecturæ Festo dictæ 1.11.
arquati 29.17.
arrectaria 23.31.
ars musica 19.14.
Arsinoë 1.7.21.15.24.24.
Arsinoë,Venus & Zephyritis 1. 7.
Arsinoë Zephyritis Venus 16.1.
arte madere 13.20.
arteriæ pro arteria 10.19.
artem ludicram facere 14.5.
articulo molli 4.10.
articulos experiri 10.19.
articulus numerus 7.14.
artire 11.13.
artitus 24.31.
artolagani 6.1.
artopta 14.5.
artoptitius panis 14.5.
aruales sodales 21.1.
arucho 3.10.
arulator 13.14.
Arupini 29.32.
aruspices 19.20.
aruspices vicani 5.23.
aruus 28.5.
asbeston 23.1.
ascalabotium 21.26.
Ascanius lacus 11.15.
ascaulæ 11.25.
ascisculum 28.5.
ascoma 25.11.
Asconius calumnia liberatus 27. 13.
Asculana, nõ Osculana pugna 3. 11.
Asia 20.29.
Asia myrtus 15.21.24.9.28.21.
Asia palus 15.22.28.21.
Asianorum eloquentia 28.22.
asinida,asiniga,asinecta 13.22.
Asinius Pollio de bello ciuili 10. 21.
asino pigrior 13.19.
asinus 28.35.
asinus albus apud Fabium 28.35.
asinus machinarius 8.9.

asium pratum 15.22.
asper nummus 18.28.
aspergillum vel ex rore marino, vel è ramo oliuæ, vel è lauro 13.21.
aspirationes Græcas conuerti plerunque in sibilum 28.28.
aspiratura 18.28.
assa 24.39.
assa vox 24.22.
assæ nutrices 24.22.
assus sol 12.4.
assecla 18.26.
assectarum nomen 27.10.
asserculi 8.6.
assertiones persuasoriæ 5.10.
assertor, & assertio 27.15.
ad assem reddere sumptũ 29.26.
asses in Vitruuio 29.11.
assessor 27.10.
assiduus 29.15.
assiduus labor apud Mart. 17.2.
assis non esse 17.23.
assis Caianus 20.32.
Assyrij siderum & stellarum obseruatores 5.18.
assita arbor 6.15.
assumere 20.21.
assura 24.22.
ast ego quæ diuûm incedo, apud Virg. 13.16.
asterium 18.18.
astici ludi & attici 14.17.18.5.
astrorum custos 8.17.
astu 14.17.
astulæ 26.15.
asymbolus 26.4.
atarnites 9.25.
atauus 14.12.
ater 19.9.
ater timor 22.7.
Athenienses in sole iudicabant 20.33.
Athenienses liberos suos initiabant Cereri & Libere 3.6.
Athenienses scipionem gerebãt 4.13.
Athenis dimidium licet, Alexãdriæ totum 18.13.
athletarum probatio 16.12.
Atho mons 16.1.
Atia Augusti Cæs. mater 24.15.
atinas 22.3.
atomi 5.25.
atra cura 22.7.
atratæ mulieres 11.6.
atratus 28.12.
atramentum sutorium 6.1.18.18.
atramento sutorio absolutus 6.1.
atria licinia 25.3.
atrienses 18.28.
atrium 18.28.
atrum 29.29.
atta 14.12.28.5.
attæ 14.17.
attalicæ conditiones 22.13.
attelanus 18.28.
attelanæ fabulæ 14.17.
attellanarum exodia 3.17.
attestari 29.14.
Attici ludi 14.17.18.5.27.20.
Atticos tettix 24.48.29.17.
Atticorum oratio sanior & incorruptior quàm Asianorum 28.22.
Atticorum & Asianorum qualis oratio 28.22.
Atticus introducitur cum Marco in lib. Tuscul. quæst. 9.18.
attigo 30.10.
attingere digito 7.16.
attonitum 28.44.
Aturus fluuius Aquitaniæ, Aturnus ab Auson. appellatus 17.9.
auari sordidissimè viuunt 7.10.
auaritia 30.36.
auctionem vendere 18.21.
auctor carminis promissi 9.31.
auctor rerum pro historiarum scriptore 2.25.
auctoramentum 2.20.
auctoramentum funebre 2.20.
auctorare 2.20.
auctorari & missionem dare. 3.3.
auctorati 2.20.
auctoratus eas apud Horat. 2.20.
auctoritas 20.19.
auctoritates ædificiorum 30.36.
auctorum summorum iudicia interdum diuersa esse 27.4.
audere 21.8.
auditores triobolares & diobolares 8.19.
auena 16.5.27.15.
auenæ 19.29.
auenæ vanæ 30.19.
Auernales aquas spargere 14.9.
Auernus vipera 21.19.
auersus sol 18.32.
aues magnæ 23.5.
aues oscines 29.4.
aues pascunt 14.12.
aues Titiæ 21.1.
auerrunci 18.4.20.21.
auertentes dij 18.4.
auferre cum puluisculo 10.25.
augmen 20.22.
augur comitijs creatur 27.32.
auguraculum 20.35.
augurale 20.35.
auguria coacta. 5.20.
auguria duorum generum 5.7.
auguria imperatiua 5.7.
auguria oblatiua 5.7.
augurium liberum 5.20.
augustales ludi 3.3.
augustales 27.18.
augustata mensa 18.4.
augusticlauius Tribunus 1.2.
angustus clauus 1.2.
augustus locus 14.12.
Augustus pater & princeps 6.8.
auiarium Varronis lib. 3. de re rust. 21.23.
auida pars 6.6.
auidus 29.36.
auis alba 14.24.
auis nigra 14.24.
auium congestus 5.19.
auita 7.6.
aulæa premuntur 26.25.
aulæum scenicum 5.4.
aulæum tragicum 5.4.
aulicoqua exta 22.2.
Aulidæ 23.24.
Aulidenses 23.24.
Aulis 23.24.
aura vesci 26.5.
aura vtrunque in pedem incidit 25.21.
auræ æquatæ 25.21.
auraria & auri fodina 19.1.
aurata cornua 19.18.
aurati currus 25.25.
auratores 19.1.
aurea barba 1.16.
aurea mediocritas 9.27.
aure fracta magister apud Mart. 24.28.
aurei currus 2.16.
Aurelia 30.38.

Aurelius 30.38.
aurem capere anteſtati 13.26.
aurem prehendere 16.17.
aurem ſubſtringere 16.17.19.
13.30.27.
aures acutæ 21.3.
aures obeſæ 18.8.
aures Satyrorum acutę 18 8.
aureus funis 5.25.
aureus Romanus 5.1.
auri leguli 19.1.
auri Nauis. 16.3.
auriculas prendere 30.27.
auriculam vellere 29.14.
aurifex 10.18.
aurigas mulieres deperibant 28.
24.
auro contra cedo 11.7.
aurora lutea 6.17.
aurum æſtiuum 20.2.
aurum colliquiſſe integra ciſta
29.28.
aurum comicum 1.15.
aurum hibernum 20.2.
aurum obryſum 27.18.
aurum igne probatur 19.1.
aurum ſemeſtre 20.2.
aurum ſomniare 20.14.
aurum vnde 14.12.
Aurunculeïa 15.22.
auſpicandi gratia 3.9.
auſpicia coruorum fauſta à dextra 6.12.
auſpicia ex acuminib. 23.12.
auſpicium facere 26.26.
auſpicium liquidum 16.10.
auſpicia non ex auib. tantū, ſed è pedeſtribus obſeruata. 30.29.
auſpicia perennia 23.12.
auſpicia piacularia 6.21.
auſpicia repetere 6.21.
auſter 12.7.
auſtro flante fluctus in mari eſſe maiores 9.27.
aut erit, aut non 2.19.
aut regem aut fatuū naſci oportere prouerb. 26.4.
Autumedon Mæonius 17.23.
autumnus 6.14.
autumnus ſuadens 25.1.
autochthones 7.14.
automata 16.14.
auocare concionem 16.21.
axamenta 22.25.
axicia 27.17.
axicioſus 23.18.
axies mulieres 23.18.
axis 29 6.
axis ſtellis ardentib. aptus 22.23.
axitæ mulieres 23.81.
axit pro egerit 23.18.
axius 24.14.

B

B. & p. affinitas 25.5.
Babylo 20.31.29.10.
Babylonienſis miles 24.17.
Babylonij 20.31.
Babylonij ditiſſimi 29.31.
baccario 14.12.
bacchata Taygeta 21.10.
bacchæ haſtas gerentes 27.5.
Bacchi orgia vbi celebantur 21.
10.
Bacchi ſacra 21.21.
Bacchides 2.30.
Bacchilus 29.10.
Bacchum inuitū quatere 21.21.
Bacchus cothurnatus 25.30.
baccillus 29.10.
bacelus 24.15.
baceolus 24.15.
baculus pro pedo. 3.23.
balatrones 3.10.11.23.
balenata virga 19 7.
balliſmus 18.17.
balliſta 15.6.
balliſtę centenariæ 23.24.
balliſtæ diſcriptio apud Vitruuiū in qua explicantur nonnulla
2.5.
balliſtæ talentariæ 23.24.
balliſtea 18.17.
balliſtarium 15.6.
balnea 22.30.
balneator elixus 30.9.
balneatoriæ 7.23.
balneum 22.30.
balteus 23.10.
balux 30.26.
bambalio 17.19.
bambatæ 17.13.
barathrus 20.26.
barbaræ mulieres manus ſibi pingebant 12.18.
barbarè 2.28.
barbari phryges 9.18.
barbarica lex 2.28.
barbarica nomina 23.26.
barbarica ope 9.18.
barbarica veſtis 5.25.
barbaricarius 5.25.
barbaricum aurum 9.18.
barbaricus 9.18.
Barbarius Philippus 7.7.
barbarus notis Threicijs punctus 3.16.
barbarus poëta 2.28.
barbarus, Perſarum rex 9.18.
barbatus 22.9.
barbitus 9.13.
barbulus 24.12.
Barcæi 22.26.
Barcæorum opes 22.26.
Bardaicus 23.25.
bardi 25.24.
Bardiacus 25.24.
barri 14.20.
barrus 14.20.
baſiliſcus 5.6.
baſterna 28.5.
batiaca 16.11.
batillus primæ 1.29.
baxea & baxeæ 7.20.18.15.
belithrones lingua vernac. 11.23.
belli medius 10.22.
belli teſſera 30.35.
bellonæ 15.21.
bellonæ miniſtri 25.17.
bellonæ ædes 25.18.
bellonarius 17.24.
belli portæ 5.3.
bellus, duellus antiquis dicebatur 15.5.
bendidia 14.11.
Bendis, Diana 14.11.
benè emere 3.22.
benè ferre ætatem 9.4.
benè haberi 7.18.
benè incipere, paruam rem non eſſe, ſed propè rē totā. 27.34.
benè me, benè te 16.11.
benè noſſe, apud Cic. 7.1.
benè paſcere 6.20.
benè precari ſolebant priſci bibendo. 16.11.
benè vafati 24.8.
benè veſtire 6.20.
beneuolens 19.14.
benignè 5.13.
berones 14.16.
beſtiæ 5.20.
betaceus 11.3.

beticus sal 20.24.
Betriacum 24.36.
bibere ab summo 4.21.6.21. 13.6.
bibere Græco more 6.11.
bibere pro summo 4.21.9.21.
bibere Satyrion 19.6.
bibere vsque dum de folio ministretur 21.15.
bibendi lex, vt olim in conuiuijs proponi solebat 16.11.
biblynum vinum 25.26.
biblyna vitis 25.26.
bicornis Rhenus 24.40.23.5.
bidental 25.14.
bigæ cornutæ 15.4.
bilingues 10.24.
bilis mascula 20.1.
bilis splendida 23.23.
bilis vitrea 23.23.
Bimarcus, Varr. Satyra 17.24.
binas pupillas in oculis singulis sunt qui habent 9.28.
binio 18.30.
bion 21.8.
bionæi sermones 21.8.
bipatens pugillar 18.27.29.24.
bipatentia tecta 29.24.
bipenna, & bipinna 8.4.
biremes 24.40.
birri 1.13.
birri canusini 22.30.
birrus 18.26.
bis decies bibis 18.30.
bis per omnes. 19.30.
bissenos dies altaria fumant. 3. 14.
bistrutitij equi & bisturnicij 21.1.
blatea 11.23.
blattæ lucernariæ 18.18.
blatteus color 28.23.
blatteum pallium 18.17.
blattium 18.17.
blenni 3.10.
blenones 28.5.
boa 24.13.
boleones 13.14.
boletare 15.20.
boletarium 15.20.
bolonæ 13.14.
bolones 13.14.
bolus 21.20.
bombyces 17.20.
bona ætas 22.22.
bona copia 7.8.
bona fide 3.8.18.25.
bonæ preces 15.14.
bona salus 7.8.15.14.
bona salute 14.2.
bona scæua 8.11.
bona suspensa 12.9.
bonam spem prælucere 13.7.
bonorum mare, prouerb. 26.9.
bonum factum 3.22
bonum precario 26.20.
bonum sit, & benè sit 19.27.
bonus euentus 7.8.
boua 17.24.
bouerum iuga 6.23.
bouerum pro boum veteres dixêre 22.6.
boues bini.i.duo boũ paria 7.22.
boues eximię formæ ad Clitumnum nascebantur 13.4.
boues Lucani validiss. 30.9.
boues Lucæ 30.9.
boues trini pro trib. boum parib. 7.22.
bouinatores 28.5.
brachia 2.4.
brachia cerea 29.29.
brassica vncta 10.19.
breue lapathum 1.24.
Briareus & Neptunus 19.2.
Brimo 11.16.
Brisseus 28.26.
Brixia 5.15.
brocca 28.5.
bronchus 17.24.
bromosa 28.5.
brutum 10.8.
Brutus primus Consul vindicem liberum dixit 30.35.
Brutus quando sibi mortẽ consciuit 19.2.
bubastis 7.8.16.4.
bubo fera 26.17.
bucera secla 26.13.
buceta 28.5.
buccarij panes 26.15.
buccellariorum dux 26.15.
buccellarius 24.16.26.15.
buccellatum 26.15.
buccina 22.21.
buccinator Neptuni, Tritõ 2.21.
buccones 17.21.28.5.
buccularij 9.16.
bucolia 25.18.
bucolica quare à Virgilio scripta 27.26.
bucolici milites 25.18.
bucula 8.6.
bugonia 8.8.
Bulliẽses Cic. Bullidẽses, Steph. Bulliones Strab. & Plin. 21.15.
bura 22.30.
bustuariæ mœchæ 13.19.
bustuariæ mulieres 30.38.
bustum 19.21.
bustum cædere saxis 23.6.
Buthrotum 11.15.
buxus 30.39.
byblinum vinum 30.29.
byssus 19.15.

C

C. & Q. olim eodem modo sonabant 30.28.
caballlus sagmarius 30.16.
cactus. 7.20.
cadauera ad sepulturam petebãtur 5.7.
cadauerosa facies 11.12.
cadauera veste tegebantur 23.7.
cadauer eiectum 21.15.
cadentia sidera & astra 6.21.
cadere causa 25.2.
caducarius 28.5.
cadus vertitur 4.21.16.11.
Cæciliana fabula 9.1.
cæcus fluctus 6.4.
cæcus semihomo 24.40.
cædere bustum saxis 23.6.
cædere frondem 14.2.
cædere faginam 14.2.
cædes 18.3.
cælius Querquetulanus 20.35.
cærea prima 30.14.
cæruleus pro atro 14.4.
Cæsar immortalitatis sedib. dedicatus 30.36.
Cæsaris pons 24.30.
cæsij oculi odio erant 11.12.
Caiana aqua apud Tacit. 20.32.
Caiani apud Dionem 20.32.
Caieta 26.21.
Caietæ sepulchrum 21.22.
calabri saltus. 21.10.
calactinus 8.10.
Calamina insula & Saltuaris eadem 4.6.
calamos percurrere labro 12.7.
calare populum 20.3.

calatis granis 20.3.
calbeæ armillæ 5.2.
calcare AEſchylum 4.19.
calcare purgamenta 26.7.
calcare verſum 4.19.
calceamentum Tuſcum 30.38.
calcei lutei 28.21.
calcei mullei alutacinati 19.24.
calcei Tuſci 26.29.
calceis Romani foris vetebãtur 24.17.
calces 17.17.28.9.
calces aduerſus ſtimulum 19.14.
calculi inciti 27.3.
calculi ordinarij 27.3.
calculi vagi 27.3.
calculum reducere 6.3.
calculus nobile ducit opus, quid 1.15.
Caletenſes 9.8.
Caleti 9.8.
calices placentini 21.15.
calices vatiniani 18.23.
caliendrum 7.20.23.28.
caliga ſpeculatoria 24.41.
caligæ militum 26.34.
caligatus 10.27.
caligatus miles 28.31.
Caliſium 9.8.
calix troginus 29.21.
calles 3.9.
callis 3.22.
calo 3.11.
calones 28.5.
calones ſerui 13.6.
Calphurnius Virgilium calũniatus eſt 29.25.
Calpurnius Lanarius 20.13.
calua 25,19.
calua nux 20.6.
caluaria 21.21.
calui mimi omnib, fruſtratui 17.21.
Caluiſius Sabinus 24.33.
caluus 28.20.
Caluus Demoſtheni ſimilior quàm Cicero 28.22.
Caluus & Brutus Ciceronẽ inſectati 28.22.
caluus Nero 12.8.
calumniam ferre 5.28.
calumniatorũ frons notata 8.22.
calta 19.22.
camare 19.31.
camela 10.20.
camelaria 2.13.
camelaſia 21.28.
camelaſium 21.28.
camella 26.7.
camellæ virgines 3.11.
Camilla 14.13.
Camilla Parthorum more pugnat 14.13.
Camillus 10.20.
Camillus, inuidioſus 24.31.
camœnæ 14.13.
campana ſupellex 23.6
campanus conſul 21.15.
campeſtre 27.22.
campi vaſti 11.19.
campus Mantuanus Cremonenſi coloniæ contributus 1.11.
campus Martius 28.10.
campus Semurius 21.24.
campter 29.19.
camuris & cameris 29.17.
canata 4.6.
cancellarius 11.25.
canem ferre 7.12.
canephoræ 2.14.
canephoræ virgines 20.34.
canere ſigna, claſſica, cornua. 21.28.
canere intus 14.4.28.46.
canes ad venandum 3.23.23.6. 29.24.
canes montiuagæ 19.15.
canes ſuburanæ 14.9.
canicula apud Plin. 24.33.
canibus nomina impoſita ſunt à nationibus & locis 18.1.
canina ſcæua 8.11.16.3.
caninus oculus 16.9.
canis 27.3.
canis damnoſus 5.6.
canis numerus vnitatis erat 5.6.
canis venaticus 10.15.
Cannenſis pugua 3.19.11.12.
canum vis 6.6.
Cantabria, aut Contabria potius 15.16.
cantare ocymum 30.8.
cantat & apponit apud Horat. 11.23.
cantator 24.16.
canterius 17.23.
canterij mites & placidi 18.15.
canterino ritu ſomniare 18.15.
cantharus 16.11.
cantu ſerpentes diſrumpi 28.9.
cantor apud Horat. 9.29.
cantus reſcripti 7.17.
capedo 20.20.
capere cenſus 18.15.
capere donato eſt decipere 6.14.
capere crines 16.17.19.13.
capillamentum 1.17.4.17.
capillare vnguentum 1.17.
capillata arbor 1.17.
capillum promittere 11.10.
capillus 1.17.
capiſtra 8.6.
capita vitium 25.20.
capital 22,30.
capitis ſtatus, libertas 11.20.
capiti atque ætati illorum 17.12.
capite ſiſtere 2.29.
capitolini ludi 5.28.
capitolini magiſtratus Tholoſæ 11.2.
capitolinorum collegium 5.28.
capitolium 11.2.
capitolium pompeianum 11.2.
capiuntur ſequi 8.8.
Cappadocum rex 22.8.30.7.
capra commixta 19.13.
capreoli 2.4.23.33.
caprificus ſepulchri 23.6.
caprimulgus 25.22.
caprinum prælium 24.46.
capſis preteritum vetus 8.3.
capſis pro ceperis 15.15.
captare beneuolentiam 25.15.
captare cœnam 25.15.
capto 25.15.
captus locus 30.29.
captus mente 8.10.
captum augurũ collegiũ 30.29.
caput allij 18.12.
caput cœnæ 2.17.
caput duplex in iecinore 5.18.
caput familiare 11.27.
caput fluuij 24.40.
caput fluuiorum 15.19.
caput hoſtile 11.27.
caput iecoris in Liuio quid 11.27.
caput mitigare ſandalio 29.28.
caput pro ſumma 6.11.
caput tundebant ad deorũ iram placandam 12.5.
caput purum 4.23.

carbasus 24.40.
carbasi succus, venenum 24.40.
carbones elegiorum 7.15.
carbunculus 24.33.
cardineum 28.5.
carere 23.17.
carere temeto 17.21.
careum 8.9.
cari mei 18.14.
carinarij siue cerinarij 14.5.
carmadas 10.16.
carmen 29.25.
carmen Sapphicum ab Alcæo. 9.13.
carmen magistri 23.34.
carmen malum occentare 23.11.
carmentalis porta 6.10.
carmina componere 21.8.
carmina diuidere 19.3
carmina diuini pectoris vocife-
rantur 6.14.
carnales 29.21.
carœnaria & carenariæ 13.23.
carœnum & carenum 13.23.
carpentum iudiciale 18.19.
carpere fetas 13.21.
carpineus 29.20
carrago 18.19.
carteon stadium 29.20.
caristia vnda 29.32.
casabundus 23.17.
casare 2.29.
caseale 4.8.
caseus manu pressus 5.12.
caseus pastorum pulmentarium 22.2.
casei Siculi 27.30.
Casinum 23.16.
Cassandra fatiloqua Teucris 9.3.
casses 30.39.
casses, arcyas vocat Varr. 29.17.
Cassianus martyr notis scribere
docuit 14.24.
cassus 29.34.
casta ætas 30.9.
castaneæ molles 5.12.
castellum Andeliacũ patria Adr.
Turnebi 9.8.
casteria 29.21.
castigare ad vnguem 19.9.
castitas 30.36.
castitas auaritiæ opposita 25.12.
Castore dextro 29.35.
Castores 15.21.29.29.
castrare vites 25.20.
castratorum sibilarium 12.7.
castratus 29.5.
castus 29.36.
catabolici 26.21.
catacecaumene 1.27.
cataclita 7.20.
catadromus 27.18.
catagrapha apud Plin. 25.29.
Catali populi 9.21.
catamidiare 30.8.
catampo 27.33.
catana 27.30.
cataplus 10.23.30.26.
catapirates 13.25.
catapirateria 13.25
catapulta 15.1.15.6.
catapultæ descriptio apud Vitru.
in qua nõnulla explicantur 2.4.
catapultæ inuentores Syri 29.18.
catapultarium pilum 15.1.
catasta 4.3.8.9.
catax 28.5.
catenæ apud Lucret. 5.26.
catenæ singulariæ 23.24.
cateruarius 28.5.
cathedraria 8.9.
cathedralitij ministri 30.30.
cathenæ 20.27.
catillare 16.3.
catillatio 30.6.
catilli 30.6.
catillus 22.3.
catinensis 7.20.
catinus 22.9.
catinus porri & lagani 9.19.
catlaster 24.7.
catlitio 24.7.
Cato iura dabat vmbris 22.1.
Cato quadrimus 8.5.
catomum 1.28
catulaster 24.7.
catulus 29.17.
catulus vel catellus ferreus 7.12.
Caucasus 7.16.
caudam remulcere 21.22.
caudam trahere 9.6.
caue canem prouerb. 15.4.
caula 19.28.
caulis 19.28.
cauponari bellum & pugnam 28.
16.
caupones 14.6.25.3.
caupones indusiarij 14.5.
caupones petagiarij 14.5.
causa cadere 23.34.
causæ coniectio 29.15.
causam conijcere 24.46.29.15.
causaria libertas 29.12.
causarij 29.12.
causarum distributio 25.23.
in cauo 15.20.
caua luna 24.21.
cauum ædium 10.17.
cauum, couum veteres dicebant
24.21.
cauum sidus 24.21.
cauus 12.5.
cedere 5.23.
cedere foro 16.5.
cedet Iulius agris 10.7.
cedit miles 5.23.
ceditiæ taberne 21.5.
cedrum vrere 4.14.
cedunt de cœlo 5.23.
celeuma 28.43.
celeusmata 30.13.
cellæ suppositoriæ 11.25.
celsi equites 29.35.
celsi iudices 3.11.
celsi Rhamnes 3.11.
celocem Rhodij inuenerũt 29.
18.
celsus à Græco κέλης 3.11.
Celtiberia cuniculosa 21.17.
censio bubula 24.22.
censoria lex 3.1.27.1.
censorum notę motis Senatu ad-
scribebantur 27.32.
census lustralis 7.21.
centauromachia 27.27.
centaurus ferus 5.25.
centenarij 29.16.
centesima apud Caton. 20.6.
centesimæ propinquæ 30.3.
centum 26.5.
centum millia sestertiũm 18.35.
centum missus circenses 5.4.
centumpondiũ incertum & cer-
tum 7.24.
centum pro multis 5.4.
centurialis 30.31.
centuriatus miles 18.19.
centuriatus mullus 18.19.
centuriones primorum ordinũ
3.3.
cepe & allium olere 28.12.
cephalea 14.18.

Cephiſus 26.33.
cepphus 19.22.
cera 14.5.24.17.
cera legitima 6.9.
cera miniatula & miniata 4.5.
cera mollis 6.9.
ceratonia 17.12.
ceraunium 11.14.
cercuris 19.31.
cercuri inuentores Cyprij 29.18.
cerea 17.24.
cerea lacerna 17.24.
cereales auræ 18.14.
cereales cœnæ 18.14.
cereale ſolum 30.5.
Cereri ſacra ante meſſem 18.14.
Cereris ſimulachrũ papauer manũ gerebat 9.26.
Cereris ſimulachra mammoſa 27.35.
Ceres, dea hominũ educatrix 18.14.
Ceres gemina 27.35.
Ceres venerata 7.9.
cerinus color 14.5.
ceris infuſum 29.13.
cerites 28.36.
cernere vitam 26.32.
cernuare 17.23.28.9.
cernui 28.9.
cernuus 17.23.
cerolia 20.35.
ceroma 3.17.
ceromaticum collum 3.17.
cerritus 17.18.
certamen 16.3.22.32.
certamen quinquennale triplex Capitolino inſtitutum 17.9.
certi & incerti petitio 29.36.
Ceſena 8.5.
ceſpes 11.1.21.21.21.3.
ceſpes fortuitus 10.21.
ceſpes viuus 21.3.
ceſpititia ara 21.3.
ceſpititium tribunal 21.3.30.20.
ceſpititia tribunalia in caſtris 12.6.
ceſſitius tutor 7.21.
ceſtri 19.31.
ceſtroſphendone telum 30.32.
ceſtrota 13.24.
ceſtrum 30.32.
ceſtrus 19.31.
ceſtus 14.4.
ceſtus iuuenis 23.28.
cetarij 13.14.
Cethegus, Suadæ medulla 9.31.
cerua ſiluicultrix 21.29.
ceruam videre 19.14.
creuę cornua poëtę Gręci & Latini tribuunt 29.25.
cerui 29.32.
cerula piſtrix, pro marina 8.17.
ceruleatus 8.15.
ceruus ſurgens in cornua 1.23.
Chalacantha 18.18.
chalare 24.25.
chalat.i. laxat 2.22.
chalatorij funes 24.25.
chalcidicum 18.34.
chalybes 20.9.
chamulci 27.24.
chamulcus 22.14.
chara, herbæ nomen 24.7.
chariboe & porce anguium nomina 17.4.
chari liberi 18.14.
chari mei 18.14.
charini 22.10.
charonium 5.22.
charta amphitheatrica 7.2.
charta auguſtea 7.2.
charta corneliana 7.2.
charta emporeutica ſiue emporica 7.2.
charta fanniana 7.2.
charta hieratica 7.2.
charta liuiana 7.2.
charta memphitica 7.2.
charta regia 7.2.25.22.
charta Saitica 7.2.
charta Teneotica 7.2.
chaſma 12.12.
Cherſiphron Dianæ Epheſię templi architectus 11.2.
Chinæa ſpecula 5.15.
chiridotæ 29.25.
Chiron Pelethronius 21.9.
Chium vinum 11.7.28.8.
Chium & Ammineum miſcere 22.22.
Chius pro inſula, & incola chius 8.17.
chlamis veri luminis 15.20.
chlænæ 27.30.
chloris 1.7.
Chœrilus non tanta dignus irriſione, quanta Horatius videri vult 19.9.
Chœrilus 26.25.
choreis celebranda relinquere 24.9.
choragium 26.25.
chorda ſumma & ima 19.30.
chordi agni 26.31.
chori cyclici 1.4.
chori quadrati 1.4.
chorobates 30.38.
chorocithariſtæ 20.16.
Chriſtus ſeruator noſter, Arnobio Soſpitator dicitur 13.14.
chromatiari 30.8.
chromaticum modulationis genus 19.30.
chryſalis 30.38.
Chryſalus 30.38.
chryſendeta 14.3.
chryſocolla 6.17.
chryſopus 28.36.
cibum è flamma petere 3.13.
cicadæ canoræ & ſtridulæ rore veſcuntur 2.7.
cicadæ per æſtatem vehementius canunt 12.7.
cicadæ quando canũnt 30.14.
ciceris fricti emptores 9.19.
Cicero arguitur ab Higino 28.30.
Ciceronem vt Aſianum inſectantur nonnulli oratores 28.22.
Cicer. partitiones 5.17.
cici 16.9.
cicinum oleum apud Aegyptios 16.9.
ciconia 8.18.
cicuta apud Virg. 21.8.
cicutæ apud Horat. 21.8.
cicuta in medicamentis lethalib. non ſalutarib. numeratur. 21.8.
cicutarum ordo 12.7.
cilibantum 22.9.
Cilices intonſi 16.4.
Cilicia Thachea 24.36.
cilix 28.5.
ciliba 22.9.
cimex pantilius 15.19.
cinara 7.20.25.13.
cinara, cynaria à Plinio 14.17.

cinædicus 4.21.
cinædologi 29.19.
Cincinnatū orantem viator inuenit 30.18.
Cincticulus 2.30.
cinctus & discinctus 2.30.
cinctus & semicinctium 7.22.
cinctus & cinctulus 9.31.
cinctus gabinus 22.20.
cincti Cethegi 9.31.
cincti luperci 19.16.22.11.
cinctutus 19.9.
cinis lixiuus 17.16.
cineres nouendiales 24.27.
cinnus 12.8.
cippos colligere 28.8.
Circe 21.22.
Circe vitrea 8.15.19.3.
circense tomentum 9.24.
circulus lacteus 13.2.
circuncæsura 13.20.
circum ferre 9.10.
circumferre aqua 13.21.
circumferre vnda 9.10.
circumferri 4.15.
circum pedes seruus 3.23.
circunscripti 20.25.
circunvestire 15.4.
circus fallax 5.23.
Ciris 28.25.
cirratę puellæ 28.26.
cirrati 26.21.
cirri 28.26.
cirri Germanorum 28.26.
cis 19.13.
cis paucas tempestates 4.15.19.13.
cispellere 4.15.19.13.
cista sacrorum 16.4.
cistas dijcere 13.13.
cistiger 3.21.
cistigeri 16.4.
ciston 3.19.
cistophori nummi 16.4.
cistophorus 3.5.
cistophorus Pompeianus 3.21.
cistos 3.19.
citare pæana 1.12.
citæ quadrigæ 6.24.
citare minuritionem 1.12.
citis quadrigis persequi 6.24.
cito 14.22.
citreæ mensæ 4.16.
citrus 18.4.
ciuilis 5.11.
ciuis attica 19.14.
ciuis patritius 24.5.
ciuis repertitius 16.7.
clanculum 20.26.
clangor vincibilis 21.1.
clarare 8.17.
clarigare 21.1.
clarigatio 21.1.
classia 27.27.
classes 26.22.
classica 26.22.
classicines 21.28.
claua 13.6.26.2.
clauarium 4.7.
clauati calices 27.31.
clauator 13.6.15.7.
clauator & calo 3.11.
Claud. Cæs. & M. Tullium Romanos non esse 26.4.
clauigeri serui 13.6.
clauularis cursus 26.34.
clauus 29.27.
clauus angustus erat ordinis equestris 12.6.
clauus trabalis 9.14.
clazomene apud Auson. 22.22.
clazomenij 22.22.
cleanthas in accusat. 15.17.
clepse dolo 2.8.
clerumene & clerumenœ 7.12.
clibanarij 26.34.28.5.
clibanites vt testaceus panis 14.5.
clientes, nobilium vassalli 21.15.
climacis 2.5.27.28.
climaculum 19.31.
climatiria 28.5.
clinopodes 18.3.
Clitumnus 29.26.
Cloacina dea 7.20.
Clodia Cæcilio Metello nupsit 16.1.
cluacina 23.22.
cluacina Venus 27.27.
cluere 23.22.27.27.
clunaculum 19.31.
clusinum pecus 10.25.
clypeare brachium toga 27.12.
clypei nubigeri 20.1.
clypeus 11.27.
clypeus poliuchi Mineruæ 24.41.
clypeus Argolicus 24.10.
clyster 3.5.
clysterium 3.5.
coagulum 29.17.
cochlea Vitruuij 22.27.
cochlear mundi 17.21.
coci est domini seruire palato 9.24.
coclea & testudo 5.19.
coclites 23.26.
coco ars non sufficit 9.24.
coctio 13.14.
cocus nundinalis 10.15.
cocum scindere 28.31.
coctus 15.7.
codeta 24.14.
codeta maior & minor 24.14.
codex 23.21.
cœléstis orcus 13.2.
cœlestis dea 22.25.
cœli lorica 26.13.
cœli palatum 6.20.
cœli porta 18.27.
cœli summa 28.18.
cœlum 20.29.
cœlum bipatens 18.27.
cœlum clausum 18.27.
cœlum cruentum 22.19.
cœlum interdum aperitur 18.27.
cœlum noctu clauditur 18.27.
cœlum stellis aptum 29.6.
cœlum tenerum 24.24.
coëmptionales senes 1.28.
cœna 1.24.17.10.18.4.
cœna aduentitia 2.30.
cœna auium 1.24.19.28.
cœnæ caput 2.17.
cœnæ cereales 18.14.
cœna dabatur in sportula 20.8.
cœnæ deûm 13.17.17.17.
cœna dubia 28.4.
cœna funeris & cœna è rogo 3.13.
cœnam captare 25.15.
cœna piscium 1.24.
cœna pomorum 1.24.
cœna popularis 26.16.
cœna recta 18.11.
cœna terrestris 1.18.
cœna Timonea 24.33.
cœna viatica 2.30.
cœnacula 13.11.
cœnacularius 4.15.18.26.
cœnare sine vncto 10.19.
cœnare tabulas omasi 6.25.
cœnatoria 19.7.

cœperet 20.33.
cœpio 20.33.
cœruleus imber 14.4.
cœtus primus 20.25.
cogemus in hanc concedere turbam 2.2.
cognata 5.21.
cognitor 29.36.
cognomine salutare aliquē 2.19.
cognitor simultatum alienarum Trib. plebis 30.25.
cogniturę 5.1.
cognoscere matrem risu 16.13.
cohibere brachium toga 7.3.
cohiuum & coniuum 20.29.
cohors 21.1.
cohum 20.29.
coïre 19.13.
cola 23.27.
colaphum ducere 28.31.
colare retibus amnes 23.27.
colatorij funes 24.25.
coleata cuspis 6.9.
coleatus equus 17.21.
collare 29.17.
collecta 3.6.
collegium magnum 11.9.
collegium Mercurialium 5.28.
colliciæ 10.17.
colligere arma 19.29.
colligere cippos 28.8.
colligere hastam 2.25
collocare in soporem 4.15.
collocare nuptam 3.13.
collocare iudicem 3.11.
collum torquere, & obtorquere 28.34.
collo obtorto rapere 26.2.
colluuium 28.5.
collyræ 4.1.
collyricum ius 4.1.
colo vitam miserè tolerare 16.4.
colonia noua 29.13.
coloniæ 1.11.
coloniæ Italicæ 1.11.
coloniæ Latinæ 1.11.
colonia cœensis 9.15.
colonia placentia 1.11.
coloniarum deducendarum lex 1.11.
color mustellinus 12.10.
color rutilus 9.22.
color myrteus in equis 19.7.
colores in cantib. à musicis pronuntur 19.30.
color pœniceus 5.25.
color viridis 18.5.
coloriæ 18.19.
colossea Minerua 24.41.
colossus radiatus & sidereus 17.2.
colossus Soli dicatus 17.2.
columba veneri grata 15.22.
columbæ pro palumbis 6.8.
columbar 10.15.26 2.
columbus 24.8.
columbus Dioneus 2.10.
columen 29.20.
columna Menia apud Cic. 20.3.
columna regia 20.3.
columnæ Græcæ 10.24.
columnæ Herculis 24.46.
columnæ Protei 5.8.
columina 21.29.
columinarij 12.17.
comacinæ pernæ 4.6.
coma 1.17.
coma supercilio breuior 15.17.
comam scindere 19.5.
comas habitare 29.27.
comæ velatæ 4.22.
comburere diem 18.14.
comedere bona 26.20.
comedi bona dicuntur 27.19.
commendare se in clientelam & fidem 12.10.24.32.
comere 22.23.
comes 24.16.
comes exterior & interior 14.24.
comes rei priuatæ 15.16.
comes sacrarum largitionum 15.16.
comes stabuli 28.2.
comessator coniurationis 9.1.
comicus Atheniensis 9.25.
comici poëtæ innocentes 14.6.
comitare verbum 21.28.
comitia centuriata 13.14.
comitia communia 13.14.
comitia decuriata 13.14.
comitia curiata 13.14.
comitia militaria 13.14.
comitia tributa 28.33.
comitia vrbana 13.14.
comitia non haberi Ioue tonāte & fulgente 5.18.
comitiales homines 27.27.
commentari ora 2.28.
commissa stipulatio 28.46.
commissiones gladiatorum 21.29.
comitiale tribunal 30.20.
committere animos 21.29.
committere piaculum 28.46.
commoda 5.5.
cōmodus & certus vetus 28.28.
comœdiæ statariæ 1.10.
comœdia vitę exemplum 18.25.
commouere funus 28.13.
commouere labra 1.15.
commouere sacra 28.13.
commosis 23.13.
comperendinata res 13.29.
comportatæ res 26.27.
commulcare 28.5.
communes dij 23.14.
commune sepuchrum 5.16.
communia iura migrare 5.20.
communis amicus 23.27.28.15.
communis Mercurius 29.27.
compactilis corona 18.29.
compedes 20.27.
compellare pro accusare 16.21.
compellere ad rudem 16.18.
comperendinatio 1.3.
comperendinationis dies 13.26.
compilare 3.10.
compita 7.26.
compitalia 21.3.21.15.
compitalitij ludi 21.3.
compluuium 10.17.22.21.
componere 18.27.
componere togam 9.6.
componet vesper 10.11.
componi 10.11.
comportare 26.27.
comprecationes deorum 19.11.
comprimere fullonem 16.6.
compunctis notis Threïcijs 3.16.
conca 28.5.
concædes & obscędes 9.21.
concaua cœli 22.25.
concertatio & captatio verborū apud Cicer. 4.2.
conceptio 22.29.
conceptis verbis iurare 3.10.
concha 17.16.28.44.
concha cærulea 22.25.
concha salis 19.4.
concha salis puri 29.17.
cōchæ maiores & minores 7.24.
conchæ plagusiæ 17.22.
conchæ veneriæ 17.22.
conchylia lęuis testæ sunt 27.21.

conchylia lubrica 1.24.
conchyliata & purpurea 9.5.
conchyliata purpura 9.5.
conchyliata veſtis 9.5.
conciliabulum 1.11.
conciliator 11.25.
concilium aduocare 21.11.
concilium dimittere 21.11.
conciliũ duodecim deorũ 25.12.
concinnitas 24.13.
concipere 3.10.
concordiæ in templo nidus erat ciconiarum 4.2.
concrepare digitis 29.30.
concubium 29.28.
condere animã ſepulchro 4.22.
condepſere 29.17.
condico 28.5.
condimenta fere pinguia 10.19.
condimentaria cœna 14.7.
condit cocus 2.29.
condita pyxide Lide apud Iuuen. 15.17.
conditiua olea 25.19.
conditor templi Iouis Ammonis Hiarbas 24.26.
conditores 18.33.
conditum 24.4.
condoctus 15.7.
confectum ſidus 3.10.18.24.
conferre domicilium 29.2.
confibulæ 8.6.
conficere profeſſionem 21.5.
conficere rationem ad denarium 8.14.
confirmatio inſignita in intelligentia 22.5.
congerere 5.19.
coniectio 17.15.
coniectio cauſæ 29.20.
coniectamenta 29.36.
conijcere 29.36.
conijcere cauſam 29.20.
conijcere de ratiuncula 29.20.
conides 18.18.
conugio diſtracto domus dilabitur 26.5.
coniugiale ab Ouid. dictũ 13.22.
coniurati 11.18.
connubium ſtabile 12.12.
conregione 22.25.
conſequi 15.11.
conſerere arua lumine 24.40.
conſidere luctu 23.14.
conſido 8.17.
conſignatio 2.27.
conſilium 13.13.
conſiſtere 6.11.
conſiſtere vitam 2.12.
conſitus ſenectute apud Plaut. 24.40.
conſopit conſidere 26.13.
conſpergere 30.6.
conſperſa farina 30.6.
conſperſio 30.6.
conſtat rario 3.3.
conſtitio 29.19.
conſueſco 29.19.
conſul λογοθεώρητος 9.4.
conſul pomeridianus 18.13.
conſulare vinum 25.24.
conſulatus ordinarius 5.10.
conſule, vel numera 28.27.
conſulere & reſpondere licebit? 7.10.
conſules deſignati primi omnium ſententiã rogabantur 3.4.
conſultatoriȩ hoſtiæ 14.4.
conſummare 30.33.
conſummati 30.33.
conſummatio 30.33.
contagio 5.22.
contarij 15.21.
conterobromia Libya 27.27.
contingere melle 15.17.
contineri ſpiritum 4.10.
contorquere 5.19.
contorta toga 27.12.
contortum 27.6.
contra 30.29.
contracta porca 17.20.
contrarium æs & graue 30.29.
contumeliam facere 17.19.
cuntundere herbas olentes 12.7.
conturbare 4.15.22.23.
conturbare rationes 4.15.
conturbatio & ὀφθαλμία 2.6.
conturbator aper 4.15.
conturbatus oculus 2.6.
conuenire in manum 23.8.
conuenire in matrimonium 23.8.
conuenit vt veſpis 4.2.
conuentum 16.5.
conuerſiones & reuerſiones lyricorum 21.6.
conuertitur fugam in ſe 4.15.
conuexa ſidera 5.5.
conuexus 16.13.26.28.
conuexum cœli 30.27.
conuiciorum plauſtrum 28.11.
conuiua tribulis 7.11.28.33.
conuiuari rectè 18.11.
conuiuia agitare de die turpe 6.16.
conuiuium intempeſtiuum 6.16.
conuiuium 4. conſtare 6.16.
conuiuiũ tempeſtiuum 6.16.
copæ 24.6.
copia preſſi lactis 5.12.
copo 12.3.
coprei 22.32.
copron 29.20.
copta 10.10.
coquere cœnam in puteo 6.24.
cor 13.11.30.18.
cor lienoſum 7.12.7.15.
cor facit hiſtrioniam 19.22.
cor tibi ritè ſalit apud Perſ. 23.23.
coragium 26.10.
coras 22.3.
corbita cibi 16.3.
corbita nauis 1.16.
corculus 13.11.
corculus Scipio dictus 30.18.
cordatus 13.11.
coriendrus 20.27.
cornices crocitantes ſuo cantu pluuiam vocant 27.11.
Cornices pluuiam vocant 20.23.
cornicis cantus fauſtus 9.29.
cornicis cantus malum erat auguriũ aliquid incipienti 9.29.
cornificius 27.26.
cornicularius 5.10.
cornix 5.27.25.13.
cornix & parra apud Plaut. ſecũda ſunt auſpicia 9.29.
cornu, corniculum 5.10.
cornu ſomni 9.26.21.4.
cornua omnium 23.5.
cornua fluuiorum 24.40.
cornua librorum 22.10.
cornus pro cornu 29.20.
cornuti 29.2.
corollarium 18.29.
corona imponebatur puppi 19.2.
corona lemniſcata 18.3.
coronæ ludiæ 18.29.
coronæ pennigeræ 9.8.
corona malaca 20.36.

corona nuptialis duplex 29.4.
corona pactilis 18.29.
corona plectilis 2.30.18.29.
corona populea 11.26.
coronã malacam sumere 20.36.
corona sutilis 18.29.
coronare vina 21.13.
corona virginalis simplex 29.4.
coronarium 27.5.
coronati scribebant carmina 19.3.
corporatus 28.14.
corpore exanclato 2.8.
corripere gradum 9.27.
corruere 4.23.16.1.22.14.
corruptus 3.15.
cortex 3.20.
cortina 6.20.23.17.
coruorum auspicia infausta à læua 6.26.
coruus à læua cantat 6.26.
coruscare 23.14.
corybantia 13.24.
corybantum sacris morbo multos liberari 13.24.
corycerum 10.10.
coryci ludus 27.33.
corymbion 1.17.4.19.
cosellæ 29.20.
comiscus 25.24.
cosmoto ryne 17.21.
cossa pro coxa 29.19.
cossigerare 29.19.
cossim pro coxim 29.19.
cossutianæ tabernæ 8.5.21.5.
costa 12.5.26.23.
costæ 17.12.
cothurnis rubri coloris mulieres olim delectabantur 28.16.
cothurnus 9.30.
cottana 25.28.
cottæ auruncalei 15.22.
Coum 23.1.
cras credo, hodie nihil 3.20.
crassi dies 20.1.
Crassienus 3.8.
Crassus & Anton. oratores nobilis. 18.22.
cratera 21.13.
crateras tres in cœna olim Græci statuebant 21.13.
crateres 21.13.27.20.
crater 21.13.
crates ficariæ 6.23.
credere mustellæ 9.21.
creta quæ in circo dicitur, calx olim dicebatur 1.12.
creta vestiũ sordes eluuntur 24.23.
cretæus 7.26.
cretatæ crepidæ 7.20.
Cretæ Apollinis cultores 24.26.
Cretæi campi 29.32.
Cretenses Delum mittebãt donã ad Apollinis aduentum 24.26.
cretinæ mentes 26.10.
cretifodinæ 30.35.
Cretes Apollinis cultores 29.32.
crepi, Luperci 27.19.
crepido 28.5.
crepitacula puerorum sistra dici posse 26.33.
crepitans concordia nido Iuuen. 8.18.
crepuêre fores 11.12.29.25.
crepuit foris 4.15.
crescunt cornua somni 26.4.
crex auis nomen Aristot. 20.37.
crinem sacrum pascere 7.14.
crinem secare 19.17.
criniti 26.21.
criobolium 27.21.
crispare 23.14.
crobylus 4.19.
croci pressura 17.2.
croci spicæ 8.2.
croco picta vestis 22.15.
crocotula 25.29.29.25.
crocotum 22.15.
crocyphantia 18.23.
crotalystria 8.18.
cruda senectus 22.18.
cruentare 22.19.
cruor veterib. inuisus 28.46.
crustarius 13.14.
crustæ 8.10.
crustularius 13.14.
Cuba, Potica 18.34.
cubicularij gladiatores 25.17.
cubital 7.10.
cubito exponere 16.3.
cucullum vocare 2.1.
cudones 1.13.
culcitæ 7.22.21.23.
culleare labrum 23.9.
culex 16.3.
culices pati rotundos 24.8.
culigna χύλιξ 7.19.
culina vitæ modulus est ganeonibus 28.13.
culleus 28.5.
culpa potare magistra 7.9.
culter venatorius 9.23.
cultros supponere 13.21.15.12.
cululli 9.13.
Cumæ 17.5.
Cumana patella 17.5.
Cumani calices 17.5.
cumera 5.13.
cumera frumenti 5.13.
cumerum 23.16.
cum patella saltare 20.27.
cum primis 30.19.
cumulatus 20.21.
cunabula 9.10.
cunæ 9.10.
cunei ferrei 9.21.
cunctari 30.10.
cuniculosa Celtiberia 21.27.
Cunina dea fascinum depellebat 9.28.
Cunina & Rumina 15.4.
cunnus albus 11.6.
cupa 25.5.
Cupido ferire solet hominis iecur 19.29.
cuppa 7.9.
cupressum simulare 9.31.
cur acris tibia 11.28.
curæ atræ 4.14.
curare cutem 26.27.
curare cuticulam 26.27.
curare pelliculam 24.28.26.27.
curator viæ Appiæ 26.4.
curiæ 13.14.
curiæ magister 24.23.
curialis 30.31.
Curiana Phocis 17.3.30.12.
curione non egere 25.8.
per curionem dici iubere 25.8.
curiosus 2.13.
curitis Iuno 19.11.
curium obducere 24.34.
curraces laquei 26.19.
curriculo volare 16.22.
currus aurei 2.16.
currus bellicus 2.16.
currus circensis 2.16.
currus secundus 12.12.
currus triumphalis 2.16.
currus triumphalis forma 2.16.

curfores 24.16.
curfus fifcalis 29.12.
curulis victoria 22.13.
cufiones 23.15.
cuftodia 5.8.
cuftodiæ 29.1.
cuftodiæ à magiftratu audiuntur 5.8.
cuftodē iuuentus habebat 26.22.
cuftodes in comitijs 21.15.
cuftos 7.3.
cuftos ad limina 29.24.
cutis 26.27.
cutis tranftiberina 24.43.
cuuj pro cui 19.12.
cybæa nauis 22.12.25.5.28.23.
Cybelæ facerdotes 24.17.
cyceon 12.8.
Cyclades 19.2.
cyclici & cyclij verfus 19.9.
cyclicus fcriptor 19.9.
Cyclopas nō infulanos fuiffe 24.10.
Cyclopas nō Siciliæ fed continētis habitatores fuiffe 24.10.
Cyclopes 21.9.29.32.
Cyclopes turres inuenerūt 28.46.
Cyclopib. fedes à poëtis eft attributa in Sicilia 24.10.
Cyclopum artes 28.46.
Cydali & Cydari 19.31.
cygnus Dircæus 10.22.
cygnus fœliciffimum nautis augurium 10.11.
cygnus in Apollinis tutela 10.22.
cyliceum 22.9.
cymatium 28.20.
cymba Charontis futilis 28.45.
cymbalum 26.33.
cymbalum iuuentutis 2.7.
cynara 14.17.
cynica cœna 1.15.
cynici plerumque vefcebantur ouis è purgamento 26.7.
cynicorū philofophorū victus 1.15.
Cypria trabs. 8.15.
Cyprus materia ad ædificandum abundat 28.10.
Cyprus nemorofa 28.10.
Cyri fella 6.25.
cyneæ taxi 22.24.
cyrrheftes 25.12.
Cyrrus oppidum Syriæ 25.12.
cyffites 28.36.
cyfthus & hypocyfthus 10.10.

D.

D. in l. mutatur 3.4.
dacnades auiculæ 28.19.
dactyliotheca 8.4.
Dædalus Cumani templi conditor 19.17.
da lunæ nouæ 24.25.
dama 20.1.
dama apud Horat. 6.4.
damiurgi 14.11.
damnatis imagines adimebantur 21.11.
daps 28.7.29.31.
dapes libare 6.7.
daphnitis 17.16.
daphnon 26.6.
da puer auguris apud Horat. 16.11.
dardaniæ artes 9.17.
dardanarij 9.17.21.4.
Dardanus 9.17.
dare 6.3.
dare calculum 6.3.
dare crepitum 8.5.
dare dicuntur mulieres impudicæ 7.4.
dare famæ 3.3.
dare fragorem 8.5.
dare habenas 12.12.
dare in anteceffum 12.9.
dare in manum 4.11.
dare in folutum 12.9.
dare ludum 24.11.
dare miffionem 3.3.
dare nequam 15.6.
dare partes 16.23.
date fe alicui 10.23.
dare fe regib. 10.23.
dare fignū æquanimitatis 25.18.
dare fonitum 8.5.
dare ftaticulos 18.4.
dare furam 7.4.
dare veniam 27.12.
dare verberationem 8.5.
datatim ludere 7.4.
datores in pilæ lufu 7.4.
datorum ludus 6.3.
Daui & Getæ feruorum nomina 19.14.
Daui Latinè, Dai Atticè 19.14.
dea natalis 29.32.
deacinata dolia 25.20.
deartuatum 29.19.
debere cœleftib. 5.7.
decalanticare 29.22.
decem menfes 4.15.
decemprimi 8.22.
decemviri & decuriones 18.26.
deceris 22.31.
decernere 26.32.
decepta non capiatur 6.14.
decidere tragulam 7.12.
decies 18.30.
decies centena 18.30.
decies feftertiūm 18.35.
decimæ 18.5.
decima parca 18.34.
decimo die imponuntur nomina viris 28.19.
decipere 6.14.
decipi 10.21.
declauare 23.20.
declinatio 24.29.
de cœlo nihil in terram præter calorem & lumen cadere 22.4.
de cœlo tacti non cremabantur fed fepeliebantur 16.22.
decoctor 18.26.
decoctor Formianus apud Catull. 21.27.
decollare 29.22.
decoquere aliquem alea 20.1.
decrepitus 18.26.
decuma 1.5.
decumæ imperatorum 10.23.
decumanum triticum 12.16.
decumanum oleum 12.13.
decumana porta 30.24.
decumanus ager 1.6.
decumis collectū vinum 12.16.
decumus ordo 30.32.
de cupa vinum 1.1.
decuriæ equitum tres 29.16.
decuriæ Rom. equitum fex. 9.11.
decurrere 5.8.
decurfio circum rogum & fepulchrum 5.8.
decurfiones militum 5.8.
decurfus honorum & ætatis flexus 12.13.
de dolio vinum 1.1.
deducere naues 14.16.
deducta tertia 3.22.

defectio relicta periculo.i.λεῖμμα 19.30.
defendere 30.24.
defendere iniuriam 30.24.
defensores 24.16.
deferre sitellam 13 13.
defigere 18.26.
defixiones 18.26.
deformitas,periurij comes 26.13.
defraudare genium 14.2.
defraudare lucernas 4.9.
defrudare segetem 14.2.
defricare vrbem sale 15.19.
defrugare segetẽ apud Plin.14.2.
defringere surculum 21.14.
defundere 10.27.19.10.
defundere vinum 1.1.28.34.
defusum vinum 28.34.
deglabrare 23.20.
deglupta 10.24.
deglupta menas 28.21.
deijcere cubito 16.3.
deijcere è saxo 4.9.
deijcere libellos 12.9.
de lapide emptus Tribun° 10.3.
de lapide noxius emptus 10.5.
delectari tumulis prospectúque 13.5.
delectum habebant Tribuni militum 30.32.
delegare debitorem 12.9.
delegare deos 2.9.
deliaci molles 19.7.
deliacus 19.17.
delibamenta 19.10.
delibata numina 2.12.
delibare florem 26.31.
delibitari 6.1.
delibratum 29.19.
delicata & delicatus 22.16.
delicati 22.16.
deliciæ 10.17.
delicula armenta 28.47.
delinimenta 17.21.25.17.30.24.
delinitus 17.21.
de loco superiore 6.11.
delphica 18.26.27.15.
delphica mensa 9.19.
delphica oracula 30.1.
delphini ærei 2.22.
deludere 22.5.
Delus materna 19.29.
demarchus 29.12.
de meliore nota 1.1.
Demetrius quis 10.23.
de Minerua canturi caput oliua comebant ornabantque 19.3.
demissa vestis 11.23.
demissæ tunicæ 11.23.
demissis manib. 28.41.
demissis pedibus 28.41.
demissus 19.4.
demittere aures 21.22.
demittere nummum in loculos 26.25.
demittere pedes 28.41.
demiurgos fabula 28.19.
Demosthenes decies Thucydidem manu sua scripsit 28.22.
demulcere aures 21.22.
denarius 3.21.24.17.
denarius argenteus 8.14.
denarius Romanus 3.5.
ad denarium ratio 8.14.
denasci 20.37.
dendrophori 29.16.
densa pro densè 11.17.
dens clauis 16.4.
dentire dentes 7.6.
dentes restringere 16.2.
dentire 7.6.
denunciare in iudicium 29.36.
deorum & hominum lingua diuersa 11.8.
deorum marinorũ domicilium in imis maris pumicib. & speluncis constitutum 18.32.
deorum procurator 11.11.
deorum proprium 23.14.
deos corporis habitu maiores quàm homines 30.39.
deos salutare 25.1.
deos suauissimum spirare odorem 30.39.
de pagis omnib colligere 4.8.
depalationes dierum 6.12.
de paxillo suspendere 15.4.
depensa lana 30.9.
depesta 22.30.
de plano statuere 27.21.
deplexum esse 30.22.
depolitiones agrorum 29.19.
deponere oculos 18.27.
deponere vino 24.23.
deportatio 20.16.
deportatio in insulam 20.16.
deprecatio deorum in iureiurando 29.36.
de præpositio 30.22.
de puerorum collo ad repellendam inuidiam amuleta suspẽdebantur 9.28.
depulsa 23.11.
depulsoria 23.11.
deputati 24.16.
depsere 21.17.
depsi dicitur mulier,quæ subigitur 21.17.
deripere 29.30.
Dertosa 5.2.24.41.
descobinata crura 29.22.
desecare 29.24.
deserere vadem 27.32.
desertæ terræ 17.6.
desiderare 22.29.
desideratiua quædã verba potius dici quàm frequentatiua 25.15.
desiderij poculum 26.7.
desiderium 26.7.
designati Coss. primi omniũ in senatu sententiam rogabantur 3.4.
de Sileno quiddam 13.22.
desilire in aquã aperto ore 21.19.
despectus tyro 23.3.
desquamare 29.22.
destinare 14.11.
destinari 20.21.
destinatus 20.21.
destinatus augur 27.20.
destinatum 14.11.
destituere 4.11.
desultor 18.26.
desuper venire 12.5.
desurgere 17.17.
destringere 26.20.
detergere fastidium 18.12.
deterior natura 4.17.
deterior sexus 22.22.
deterior ætas 22.22.
detexere 8.17.
detexere pallio 30.34.
detonsa iuuentus 23.23.
detrahere naues 14.16.
deuexus 26.28.
deuium scortum 13.19.
deus meus 19.14.
deus meus pro genio meo 30.20.
deus natalis 16.19.29.32.
deus naturæ 2.15.16.19.
deus Pilumnus 23.14.
deûm virtute 2.29.18.7.

deus Stoicus 26.4.
dextra & læua in mundo 18.35.
dextra & ſiniſtra vim prępoſitionis habent 27.28.
dextra & ſiniſtra cum accuſat.caſu coniuncta 22.27.
dextra iuba 8.1.
dextra numina 29.35.
dextram porrigere 22.8.
dextra ſiniſtráque tibia 28.34.
dextratio 14.24.18.35.
dextro Hercule 29.35.
dextro Ioue 29.35.
diabatra 23.17.
dia dearum 17.7.
diæta 9.17.
diætarij 9.17.
dialectici 15.11.
dialucenſis purpura 9.5.
Diana Aricina 11.4.
Diana exercet choros in ripis Eurotæ 6.2.
Diana ſuis ferijs à venatione canes habet immunes 7.26.
Diana inferna 22.11.
Diana interficit 11.8.
Diana Ionica 4.21.
Diana lymnæa 30.27.
Diana, Lucina, Artemis 14.8.
Diana menſes luſtrat 17.5.
Diana mulieres interficere credebatur quę morbo perirēt 17.5.
Diana puerperiorum & venationum præſes 6.2.
Diana, quæ & Triuia 13.12.
Diana quando non ſaltauit? 6.2.
Diana venationum dea 7.26.
Diana venatrix 28.16.
Diana vnde nomē adepta 20.37.
Diana triformis 27.5.
Dianę aprorum capita, & ceruorum cornua conſecrabantur 4.22.
Dianæ feriæ Idib. Auguſt. 7.26.
Dianæ initiabantur puellæ more Ath. 14.8.
Dianæ lucus & lacus 30.27.
Dianium 16.20.23.28.
Dianium Dianæ templum 2.3.
diapaſmata 9.27.
diapente 19.30.
diateſſaron 19.30.
diatetri calices 27.31.
dicam ſcribere 19.14.28.4.
dicenda tacenda loqui 5.13.
dicere modeſtè 30.13.
dicere vindicias ſecundū libertatem 30.35.
dicis cauſa 11.20.18.26.20.16.
dictio 30.1.
diebus tertijs 13.26.
diem lacerare 9.21.
diem triumphi præferre 30.25.
diem ſumere 20.31.
dies connexi funerib. 21.15.
dies cōponitur vt mortuus 18.14.
dies curiæ 12.13.
dies craſſi 21.1.
dies feſtus hominis 3.11.
dies luſtricus 7.21.30.23.
dies magni 2.24.
dies mortuus 18.27.
dies mori dicitur 18.14.
dies non vtiles 25.18.
Dieſpiter 18.13.18.26.25.1.
dies poſtridiani 26.17.
dies poſtridiani malè ominoſi 24.15.
dies ſanguinis 30.21.
dies 30. legitimi & iuſti dabātur æris confeſſi iudicatis 18.22.
die vendere 7.5.
dies vtiles 25.18.
diffingere 9.14.
diffuſum vinum 1.1.
digamma tuum videram quid 1.21.
digitabulum 18.26.
digiti craſſi 11.13.
digiti primiores 11.13.25.20.
digitis concrepare 20.13.
digito attingere 7.16.
digitorum crepitus 20.13.
digitorū percuſſio 20.13.29.30.
digitum exercere 20.1.
digitus aurora 27.29.
digitus dies 27.29.
digitus tranſuerſus 6.23.
digna ſacris Hecates 1.15.
dignitas 6.15.
dignus 17.19.
dij aligeri 27.5.
dij auertentes 17.10.18.4.
dij depellentes 17.10.18.4.20.1.
dij facillimè viuentes 20.33.
dij genitales 9.26.20.24.
dij immortales & æterni 30.32.
dij indigetes 19.29.
dij inferi 16.4.
dij inflantes corpora 20.1.
dij litorales 25.21.
dij marini in imo maris habitare crediti ſunt 18.32.
dij magici 16.4.
dij magni 15.21.
dij meliora 21.20.
dij meliora ferant 21.20.
dij miniani 29.28.
dij nixij 7.8.
dij noſtri 9.30.
dijouis 18.26.
dij patellarij 6.7.
dij patrij 6.11.17.4.
dij patrij, indigetes apud Maron. 19.29.
dij pellucidi & perflabiles 5.18.
dij penates 25.5.
dij phecaſiani 10.27.
dij prodigiales 7.15.
dilores 9.11.
diludia 22.5.
dimachæ 19.31.
dimicare in ijſd. lineis 12.10.
dimidiatim appetere 7.6.
diminutiua quædam diſcrepare à ſua origine 11.3.
diocmitæ 25.18.
diobolares auditores 8.19.
diota 11.28.
dionyſia 29.39.
Dionyſius ſiculę aulæ incubator apud Macrob. 24.24.
di, pro de frequenter poſitū 13.18.
diphyis 28.36.
dipylus apud Liuium 27.7.
diræ 5.20.25.17.
directarij 9.17.
directarius 18.26.
diribere 21.15.
diribitores 21.15.
diribitorium 28.6.
diſcere 30.12.
diſci corymbiatici 15.20.
diſcinctus 2.30.11.23.15.23.
diſcinctus Cæſar 16.4.
diſciplina boni coloni 28.47.
diſciplinabile 15.13.
diſciplinabilis ſcientia 15.13.
diſcipula crucis 24.31.

difcludere 24.30.
dis pater 18.4.
difcubitorij lecti 24.4.
difcus 7.9.
difcuffio 18.26.
difcuffor 18.26.
difexapothus, Menandri co-mœd. 9.24.
difcrimen puri capitis 4.23.
difortiones 3.11.
difturbare pontes 13.13.
dithyrambici 1.4.
dithyrambici poëtæ 19.9.
dithyrãbicorũ chori cyclici 1.4.
diua Furina 6.5.
ditis fpiracula 26.28.
diues 25.5.
diues linea 29.9.
diuiana 20.37.
diuidere 29.1.
diuidere aliò aures 21.29.
diuidere cœlum 2.12.
diuidere carmina 19.30.
diuidere mentem aliò 21.29.
diuidia 29.1.
diuiditur ferro regnum 27.23.
diuidus 29.1.
diuinandi duo genera 5.18.
diuifui habere 24.43
diuitias ftrangulare 21.4.
dium 18.26.
diuortia aquarum 14.11.
diurna ftella 18.14.
diusfidius 20.36.
diusfidius, explicatum in antiquo lexico διὸς ὑὸς, ἡρακλῆς 18.25.
dixerat ille aliquid magnũ apud Maronem 2.21.
dixis pro dixeris 15.15.
do, pro domo 27.23.
doga 18.19.
dogarius 18.19.
dolabratæ fecures 11.28.
dolia relinere 25.20.
dolia veterum fictilia 7.23.
doliaris anus 3.12.
doliare vinum 1.1.
domeftici 15.16.
domefticum augurium 9.21.
domicilium conferre 29.2.
domina 21.6.
dominatio 6.18.
domitio 15.13.
domitus Pollucis habenis 5.3.
domuitio 2.30.
domus æneæ 22.15.
domus recta 26.12.
domus fruftra inchoata 21.17.
domus imperfecta apud Flac. 21.17.
domus Plutonis exilis 9.27.
domum ædificabant olim qui v-xorem ducebant 21.17.
domum cupere 2.30.
domum fpectans 2.30.
dona diuitis & pauperis qualia 9.23.
dona incufa auro pingui 25.14.
donati rude 16.8.26.26.
donatiuum 19.21.25.18.
donati pileo & rude 18.33.
dorica venabula 17.2.
doricum 17.2.
dormitator 20.14.
dormito 25.15.
dorozanium 21.16.
dorfum duplex 13.1.
dos maxima Romæ 18.30.
dotale matrimonium 16.8.
dote caffa 29.34.
Draco Lanuuij colitur 8.2.
draco peruigil 26.5.
draco facer hero ib. Ioui, Soli, Ceri, Proferpinę Triuię, Aefculapio &c. 13.12.
Drances in Marone refert Ciceronem 23.14.
draucus 9.23.
draucus Antæi 9.23.
dromon 28.4.
dromus 11.11.
drungarius 24.25
drungi 24.25.
driopes 24.26. 29.32.
dynamera 26.21.
duæ cœli ianuæ, ortus & occafus 18.27.
duæ negationes, vnius vice ritu Græco pofitæ Tibull. 16.19.
duæ parcæ 18.34.
ducere epos 18.11.
ducere protelo 24.42.
ducere facra in pilentis 11.6.
ducere facra 2.14.
ducere ferram 8.7.
ducenaria 29.16.
ducenarij 29.16.
ducenarius procurator 22.32.
duci è marmore 18.11.
ducere pugnam 28.31.
ductus 11.1.
duella rapula 15.5.
duellis pro hofte 15.21.
duellius pro bellius 15.5. 15.15.
duellum pro bellum 15.5. 15.15.
duellus 15.5.
duent 28.6.
duim pro dem 6.26.
duint 28.6.
duis pro bis 15.15.
duit 28.6.
dulce dedit 12.8.
dulcia 18.26.
dum cucumere vefcimur chlænam texamus prouerb. 27.30.
dum moliuntur 10.25.
dum virent genua 26.31.
dunum 20.15.
duo fundi apud Mart. 23.13.
duona pro bona 15.15.
duonum 10.15.
duo pocula cum cyatho 9.19.
duplares & fimplares armaturæ 21.28.
duplex dorfum 27.35.
duplex iudicium 4.4.
duplex fpina 27.35.
duplicari dolore 23.14.
duplicarij 21.28.
duplicarius 18.26.
duplices 28.32.
duplices pugillares 9.23.
duplici lingua qui vtuntur, infideles funt & veteratores 10.24.
duplici panno 7.20.
dupondij 8.19.
dupondius 3.18. 18.26.
duracina vua 25.26.
dura muria 17.18.
dura quies 19.16.
durati fale pifces 17.16.
durum acetum 17.18.
durũ vinũ & molle 12.8. 28.24.
duumviri municipales magiftratus 11.10.
duumviri quinquennales 11.10.
dyfuria laborare 10.19.

E

Ea 5.26.
eàdem 8.8.
ea res agitur 2.17.

e & o non raro mutuas tradunt operas 28.31.
ebrietas fugienda 21.21.
ebullire 25.14.
ebullire fumis 25.14.
ebullire patruum ibid.
ebur 13.24.
eburni numeri 5.6.6.10.
echidnā vertit hydrāCicero 2.8.
Echinades 5.15.
Echinæa specula 5.15.
echinopus 23.13.
echinus 9.19.
Echinus, Acarnaniæ vrbs 5.15.
Echo 2.6.
è circa prætorem Liuius 27.11.
eclogarij homines 9.22.
eclogæ 9.22.
eclogium 18.5.
eclogium vnde 7.15.
ectropæ 29.2.
eculeus 4.3.
edere 2.6.
edere de patella 6.7.28.34.
edulia 18.34.
è flamma cibum petere 3.13.
effascinari visu & interimi 9.28.
effascinantium quædam familiæ in Africa quales sunt Illyrij, Triballi & in PōtoThatij 9.28.
effercire 19.13.
efferre laborem 19.15.
effigies eminens 2.6.
efflagitare 6.11.
efflorescere 12.13.
efflorescens oratio 12.13.
effractarius 18.26.
effrænata audacia 30.24.
effrænati equi 30.24.
effugere se 30.10.
egens rationis 24.26.
egeria 3.5.
egesta 26.17.
ego faciam 14.7.
ego faxim 14.7.
ego fructum puto 12.2.
egone Maialis fiam? 29.23.
ego me id facere studeo 16.2.
Egubini 27.17.
eij 16.3.
eiuno, vt ecastor 3.20.
eiurare bonam copiam 7.8.
elacati pisces 2.23.
Elei Elis 23.24.
elephanti corio circuntegi 2.29.
elephantini libri 30.20.
Elusinia sacra 24.26.
Eleusis 24.26.
Elicius Iupiter 9.9.
eliquare 28.26.
eliquare vinum sacco 13.14.
elixos facere calceos 15.1.
elixus 15.1.
elogia & eulogia 28.6.
elogium 18.5.
elleborus albus, sesamoïdes 21.8.
elleborum, venenum 21.8.
elucificare 14.18.
eludere 28.15.
eluere 21.12.21.20.22.5.
eluere bonis 21.12.
eluuiem facere 29.17.
eluuiones 5.23.
elymus 30.39.
elysia puella 30.30.
embaleuticon 30.35.
embater 11.4.
embolicæ species 18.17.
emblemata 8.10.
emere melius 3.22.
emigrare 17.21.
emineus effigies 2.6.
Empedoclis poëma 6.14.
empeneticam facere, Cic. 13.20.
empirici 16.18.
emptus de lapide 10.3.
empusa 27.33.
encarpa 11.4.
encænia 12.11.
enchytum 23.10.
encrinomenes 16.12.
endiæon 3.5.
endo dies 24.43.
endromides 3.17.
eneco & enico 12.4.
enema 3.5.
en, iam 3.5.
enixæ 29.19.
ennam 3.5.
Ennæa Ceres 8.12.
Enipheus pro Enipeus 3.2.
ensis stellatus iaspide 26.5.
entellus 26.17.
enthecæ 8.9.
enubere 30.25.30.29.
enubro 3.5.
en vnquam 1.26.3.5.
enuptio gentis 30.25.
Epeus arietis inuentor 29.18.
epichimasis 3.10.
epichysis 22.30.
Epicrates Bidinus 3.21.
Epicrocum 23.17.
Epicrocum habitare 29.27.
Epicurei negant fulmina mitti ab Ioue 24.26.
Epicureorum opinio de solis ortu & occasu 21.10.
Epicureorum sentētia insana 9.13.
epidromum 5.9.7.24.
epipedos 1.17.
episcynium 7.20.
epistolæ Horatij 11.20.
epitaphion 29.20.
epitaphion Plauti 10.12.
epitoxis 2.4.
epizygis 2.5.
epodon liber cur dictus 21.6.28.38.
epona 24.4.
epona apud Iuenal. 26.10.
è portis occurrere 2.12.
epularia 10.12.
epulum 26.16.
epulum funebre 28.3.
epulum sacris in ædib. debatur 21.11.
equa frænos quæ recipit 22.5.
equa Phidolæ Corinthij 3.14.
equa Thessala 28.8.
equæ 3.14.
equas Epiri Gratius celebrat 3.14.
equestria 4.19.18.33.
equi flent 2.27.
equi glauci 13.4.
equi glauci Mycenis nascebantur eximiæ dignitatis 13.4.
equi mazaces 27.18.
equi Siculi 28.20.
equi spadices 13.4.
equi Thessalici 28.8.
equimentum 29.3.
equina libido 19.29.
equis honoratis vehi 23.7.
equitare 8.10.
equites Rom. trabeati 5.10.12.6.
equi vis vt canum vis 28.30.
equi vis pro equo 8.17.
equorum iubæ in dextrum ar-

mum 8.1.
equuleus 15.16.
equus coleatus 17.21.
equus dexterior 14.24.
equus non facit 14.24.
equus ſagmarius 24.8.30.16.
equus ſiniſterior 14.24.
erectum citum 3.5.
Eridanus 22.1.
Erebi filius ſomnus 28.43.
Eridanus in Italia fluuiorum rex 22.1.
eripere partes 10.23.
eris dea 18.15.
eriſtici ſophiſtæ 4.2.
eritius militaris 4.8.
erix 26.17.
ero 24.2.27.10.
erodius 19.22.25.13.
errator 17.10.
errantes ſtellæ non ſunt in cœlo 22.4.
erugo animi 30.30.
eruncinatus 14.7.
erumpit 30.19.
Erythia 23.7.
eſcendere 20.30.
eſcit 10.15.
eſchara 2.5.7.22.
eſſe in controuerſiam 19.7.
eſſentia 11.20.
eſſetur 22.2.
eſt modus matulæ 17.21.
eteſiæ quando ſpirant 20.16.
eteſiæ ibid.
Ethnarches 27.25.
et igitur 13.3.
è tribunali ſtatuere 27.21.
etruſcus obæſus 14.8.
euantes orgia 23.3.
Eubœæ cœla 6.17.
euboïcum talentum 3.5.
euellere plantam 13.17.
euerſa pharetra 22.11.
euerſi faſces 22.1.
eugium canum 15.1.
Euius Liber pater 20.28.
euocati 1.9.
euocatio 26.22.
Eupolis 9.25.
Euripides σκανδικοπώλης 15.3.
è ventre aquam mittere 29.3.
exactus es hanc rem 12.17.
exæquare 20.21.
examenta 22.25.
examinatio 26.8.
examinare 26.8.
ex animo expectorat 7.17.
ex ante diem Cal. 27.11.
exaptum 29.20.
exauctorati milites & auctorati 2.20.
exauctorare 3.3.
exaugurare 30.31.
ex caterua Cannenſi 3.19.
exceſſere adytis 14.15.
excipere ſorti 22.15.
excodicare 13.25.17.8.
exculcatores 24.12.
excuſatio 28.28.
ex digito inſani & prudentes videntur 27.34.
execti matris deûm 24.17.
exemplar & exemplum 28.14.
exequi 28.14.
exequi pro funerare 9.18.
exequiæ 9.18.
exerere principem 14.17.
exercere amorem 3.13.
exercere ſumptum 3.5.
exercire 3.5.
exercitus pleruſque 3.15.
ex euthygrammis vſum circini tradere apud Vitru. 25.12.
exfilatum 3.5.
exhedra 24.46.28.37.
exiccare 22.2.27.27.
exiccare culullis 9.13.
exire 28.15.
exire è poteſtate 2.11.
exiſtere 13.13.
exiſtimare 15.11.
exodia 3.17.14.17.
exodia in Attellanis fabulis 10.27.
exodiarius 3.17.10.27.
exordium 29.17.
exors honor 13.8.
exoſtra 20.9.
exotica Græcia 19.13.
exotica vnguenta 19.13.
expedire rationes 4.15.
expoſitio puerorum in ollis 30.38.
expreſſiones 30.36.
expretus 3.5.
expugnare 6.11.
expugnaſſere pro expugnaturum eſſe 4.15.
expulſim ludere 7.4.
exputeſcunt inteſtina 27.27.
exquilinæ alites 14.10.
exquilius 21.15.
ex quo liquatæ guttæ 2.9.
ex Syria Delum, inde Romam ſeruitia deportabãtur ad mercatum 21.15.
exta 7.13.
exta atrocia pro crudis 29.3.
exta luſtralia 7.6. 7.13.
exta ollicoqua 22.2.
exta præſecare 15.7.
exta ſolemnia 7.13.
extalis ἀρχὸς 22.2.
extar 22.2.
extendere 16.10.
exterricineus 3.5.
extra ludum pedes habes 13.17.
extraordinaria porta 30.24.
extraordinarij equites 30.24.
extraordinarij in Rom. exercitu 30.24.
extraordinarij pedites 30.24.
extrema pelagi ſequi 24.40.
extricatæ margaritæ 27.31.
extis luſtralib. veſci 15.7.
extiſpices 5.18.
exugere 10.19.26.2.
exurgeri 26.2.
exuſtio magni anni æſtate 21.18.
exuuias facere 22.27.

F

Faba cuditur in me 30.1.
fabula Ennæa 8.12.
fabulæ oſcæ 12.18.
fabæ indicæ 21.9.
faba mimus 9.1.
faba refriua 1.20.13.25.
fabaria pila 7.22.
fabata pulte rem diuinam Romani faciebant 29.28.
fabataria 24.4.
Fabius Perſicus 12.9.
fabrica imperatoria 2.13.
fabricenſes 2.13.
fabri tignarij 24.12.
facere calceos elixos 15.1.
facere contumeliam 17.19.
facere compendij 4.13.
facere laciniam 15.1.
facere litem ſuam 19.26.

facere literam longam 24.31.
facere refugium 15.10.
facere pullariam 3.11.
facere literas 24.31.
facere mapalia 19.24.
facere mutuum 11.7.
facere oleam 10.18.
facere proprium 11.7.
facere phalangem 9.7.
facere vela 20.4.
facere, verbum circense 14.22.
facere profestum 3.11.
facere saccariam 2.13.
facere sagariam ibid.
facere topiariam 24.39.
faces ardentes Dianæ 7.26.
faces inspicare 21.25.
faces nuptiales 27.25.
facies ruscea 18.8.
facilè agitare 20.33.
facilitas animi 16.8.
facite ventum vt gaudeam 11.7.
facit fartor 2.29.
faciunt ne intelligendo, vt nihil intelligant 1.8.
factio 3.20.
factiones 27.22.
factiones 4. in circo 14.22.
factionum domini & magistri 11.11.
factionarij 11.11.
factiosus 2.30.
facta formulæ Thessalorum 1.25.
facta lana 30.9.
factores in pilæ lusu 7.4.14.22.
facultates certissimæ, quæ in fundis constituuntur 27.16.
fecatum vinum 10.18.
fæcula 18.18.
fala 29.23.
Falacralis flamen 6.5.23.17.
Falacrinus aut Falacer deus 6.5.
falam facere 29.23.
falcarij 15.21.26.28.
falcati currus 11.28.
falcati enses 26.28.
falces 26.28.
falces arborariæ 7.22.
falces ahenæ 6.10.
falces dolabratæ 8.23.
falces lumariæ 30.23.
falces sirpiculæ 7.23.
falces stramentariæ 7.23.
falernum vinum 29.26.
faliscæ 14.2.
falces seu falculæ ruscariæ 7.23.
falces vericulatæ 11.28.
falces vineaticæ 7.23.
fallax circus 5.23.
familiarum Romanarum nomina 23.2.
fames ignea 21.33.
famosus 29.27.
fanatico morbo correptos fugimus 19.9.
fanaticus error 19.9.
fani & templi discrimen 3.9.
fanum sistere 3 9.
far 17.18.20.30.
far expinsi 28.47.
farciri 19.13.
farciri solent gallinæ 24.22.
farsaria, betonica 15.7.
farferium, farranū & farfugium herba 15.7.
farraceum 17.18.
farraria pila 7.22.
farreum ibid.
farris libra 2.13.
farris nomine farinam intelligimus 2.13.
farsum & fartum 24.22.
farsura & fartura ibid.
farticula 29.28.
fartores 19.13.24.22.
fartum vestis 19.13.
fasciæ 26.30.
fasciæ cretatæ 3.21.7.20.
fasciæ crurales & pedales 3.21.
fascina 17.15.29.13.
fascinare 9.28.
fascinum ibid.
fascinum depellentia ibid.
fascinus deus 9.28.23.11.
fascinus pueris nocebat 9.28.
fasciolæ 7.10.
fastus terere 26.33.
fata fanda 5.22.
fata quo die vocabantur 10.22.
fata impendere 13.7.
fata Ioui semper præsto fuisse 27.2.
fatalis mors 11.19.13.9.
fata noua 27.2.
fatorum potitur 9.18.
Fatua vxor Fauni 13.8.
fatuarij ibid.
fatum 13.9.
fauces lippire 27.27.
fauentia fœm. gen. 29.28.
fauere faucib. cantu 5.19.
fauere linguis 5.19.
fauere ore 26.17.
Fauni 13.8.
Fauni & Priapi fistularum præsides 19.3.
Fauni fistula 8.15.
Fauni Satyrici 19.9.
Fauno immolare 9.27.
Faunorum ludibria 17.7.
Faunus 19.3.26.19.
Faunus fistula delectatur 19.3.
Faunus pastionis præses 26.24.
Faunus vnde nominatus 13.8.
Fauonij nomen 26.22.
Fauonio spirante animalia quædam sponte sua concipiunt 26.22.
Fauonius 8.17.
fax atra 4.14.
fax spinea 21.19.
faxim sit vilior 6.26.
faxis pro feceris 15.15.
febres ardentissimæ 24.38.
fecula 20.34.
feles pro furacibus 21.12.
felis pullaria 3.19.21.12.
felis virginalis 3.19.
fellare 24.13.29.20.
fellebre 24.13.
fellebris satietas 24.13.
fellitare 24.13.28.6.
fenestræ insertæ 4.22.
fera arbos 2.12.
feras subsistere 2.12.
ferentarius amicus 23.17.
ferijs candida toga populus amiciebatur 21.11.
feriones 13.5.
fermentare terram 10.3.
fermentum 10.3.
feronius picus 3.11.
ferramentum 7.22.
ferre & agere 27.32.
ferre expensum 29.36.
ferre in manum 4.11.
ferre iudicem ibid.
ferre iugum 9.14.
ferre oculis 8.5.
ferre reditum 21.29.
ferre sacra 2.14.
ferre sacra Iunonis 13.1.

ferre vindiciam 13.27.
ferrea 7.22.
ferrei annuli 10.25.
ferreus somnus 19.16.
ferrum præpes 18.3.
ferrum recipere 4.18.
fertilitas ibid.
fertilitas barbara ibid.
fertrahus 18.1.
fertum 4.18. 28.28.
fertur quo rara securis 2.1.
ferula,asphodelus 11.5.
ferula vapulare 18.13.
feruores 22.29.
fessi rerum 12.12.
festis diebus veteres ramis velabant templa & ornabant 25.4.
festus dies 28.7.
festus dies hominis 3.11.
fex 10.18.
fex pannosa 29.23.
fibra 10.1.
fibulæ 8.6.25.20.
ficatum iecur 13.17.
ficus duplex 13.1.
ficus 27 17.
ficus marisca 13.1.
ficus non floret,sed lactet 18.4.
ficus pingues 13.17.
ficus siccæ 13.17.
fictilia 30.16.
fictores 2.29.23.16.
fides 3.4.
fides apta pinnis 6.18.
fidiculæ 4.3.
fiduciarius 28.6.
figere leges precio,& refigere 25.30.
figlinam à dolio incipere 17.5.
Figulorum familia 18.2.
figura quaternata 14.19.
figuræ,pro atomis 5.25.5 27.
fila 29.31.
filicata opera 1.14.
filicatæ pateræ 1.14.
filicones 21.12.
filijsfam. & minorib. 25. annis lex fœnerari vetat 11.23.
filum 14.23.28.11.
filum minimum 14.23.
fingi quæ dicantur 15.19.
finitor acerui 30.7.
firmare omen & augurium 13.16.
Firmiani saltus 26.9.
fiscella 28.6.
fissum familiare & vitale 5.18.
fistula de collo pendet 28.15.
fistula farraria 7.22.
fistula pastoritia 9.1.23.27.
fistula silueftris 23.27.
fistula quomodo compacta 12.7.
fistula,vortex 4.20.
fistulatæ cœnationũ tabulæ 24.6.
fixum & signatum tempus 5.20.
flagellare annonam 21.4.
flagellare diuitias 21.4.
flagellum sanguineum 8.23.
flagitare vexillum 4.11.
flagris rumpere 28.31.
flamen Augustalis 3.3.
flamen Dialis 11.10.
flamen Dialis in leges non iurabat sed magistratus 27.7.
flamen diuorum omnium 11.10.
flamen Falacralis 6.5.
flamen Furinalis ibid.
flamen Martialis 11.10.
flamen Palatualis 6.5.
flamen Quirinalis 11.10.
flamen Volturnalis 6.5.
flamines 3.3.29.31.
flaminium 28.6.
è flamma cibum petere 3.13.
flamma in sacris orta 19.27.
flammæ femina 13.21.
flammarum corpora dant fraudem 5.27.
flaua oliua 14.4.
flauescere 1.20.
flaui homines 22.7.
flauidus 1.20.
flauus Tiberis 22.7.
flectere promõtoriũ 16.6.20.4.
flexa 29.20.
flexabula Varr.satyra 17.24.
flexabulum 17.24.
flexiloqua oracula 5.19.
flexipedes hederæ 1.23.
flexus 12.13.23.23.
floces 29.23.
flora 1.7.
floralia sacra 30.30.
florere vinum dicitur 19.17.
flos 7.23.
flos Bacchi 29.34.
flos flammæ 6.14.
flos in arborib.est lac in ficu 18.4.
flos liberi 29.34.
flos libycus 8.11.
flos vini 7.23.29.34.
flos salis 7.23.30.6.
fluctifragum littus 6.14.
flumen 8.17.
flumen hibernum 2.1.
flumen sacrum 29.26.
flumen summum 21.23.
flumine uiuo se abluere 1.29.
fluminum dij cornigeri 23.5.
fluuidum pro fluido 16.2.
fluuij dij 11.8.
fluuij patres 11.8.
fluuiorum dij & maris quomodo ab antiquis pingebantur 24.40.
fluuius duplex 19.20.
fluuius imus 21.23.
fluuius iugis 19.20.
fluuius proles Iouis 11.8.
flutæ murenæ 29.34.
flutare ibid.
focalia 7.10.
focaria 8.9.
foci 10.7.
foculus 7.22.
fodere 11.12.
fodere latus 11.12.28.38.
fœcarium acetum 18.18.
fœcunda gens Menenij 23.2.
fœcundis matronis honoratior quędam vestis in funere quàm sterilib.concedebatur 23.7.
fœdifragos de cœlo tangi veteres crediderunt 25.9.
fœdus sancire fulmine 25.9.
fœlix cerebri 15.18.
fœlix oliua 13.21.
fœneratorculus 17.3.
fœnicium 17.16.18.23.
fœnicularius 12.1.
fœnisecæ 23.6.
fœnus 22.11.
fœta puerpera 7.19.
fœtæ 29.27.
folia amara 7.10.
folliculum pro corpore 3.20. 13.14.
follis pugillatorius 26.2.
fontinalia 16.11.
fontinalia sacra 25.16.
fontinalis apud Plaut. 25.16.
fontinalis deus,qui fontib.pręest 16.11.

forcipes 7.22.
fores frondib.& lucernis ornatæ 22.12.
foris esse 21.15.
forma 3.22.25.18.
forma,dotis dimidium 29.27.
forma regia 7.6.
forma scalaris 2.22.
formæ 5.5.
formalis epistola 5.10.
formaster 12.4.
formata res & informis 27.12.
formido 5.5.
formio 28.4.
formosior seipso 1.23.
formula 14.11.
formula in fiducia 25.23.
formula in re vxoria 25.23.
formula iudicandi vetus 21.15.
formularij 4.5.
formus 12.4.
fornacator seruus 8.9.
fornicariæ mulieres 11.5.
fornix 11.5.
foro cedere 16.5.
fortax 11.13.
fortuna 25.23.
fortuna alterna 14.13.
fortuna,dea quædam cæca 15.11.
fortuna gubernans 6.6.
fortuna hera 7.15.
fortuna huiusce diei 16.12.
fortuna spectatrix 7.15.
forum 1.11.7.25.
forum cupedinis 22.17.
forum diadematicum 15.5.
forum Flaminij,Iulij,Licinij 1.11.
forum in torculari 27.17.
forum ornatum 8.12.
fors fortuna 14.14.
fossa Liguris 24.44.
fossatum 2.13.
fouere ventrem 28.8.
fraces 28.7.
fræni lupati 11.28.
frages 28.7.
fragescere ibid.
fragilis 19.27.24.8.
fragor 19.27.
Franci aduenæ Germaniam occuparunt 24.37.
Franci cur se Troianorum stirpe satos esse prædicent 24.37.
Francisc. Duarenus Iurisconsultorum huius ætatis princeps 29.20.
Francorum origo 24.37.
Francorum magistratuum origo 28.2.
frangere 24.5.24.21.
frangere saxo 5.24.
fraudatis lucernis 4.9.
fraus 28.14.
freta ætatis 26.13.
fretum ibid.
fretum maris ibid.
fretus anni ibid.
fretensis legio 18.10.
fretense mare 18.10.
fretenses ibid.
frictione in recreandis ex ęgritudine hominib.sæpe vtebantur medici 21.5.
frigidius Gallica hyeme 19.7.
fritillus 6.3. 22.10. 27.3.
fritinnire 17.21.
fritinniunt 28.6.
friuola 28.6.
friuolaria,fabula Plauti 5.13.
friuolarius 5.13.
frondator 1.26.
frons aurata 29.25.
frons funerea 15.8.
frons pura 17.11.
frons occipitio prior 14.2.29.27.
fronti præponere oliuam 11.26.
fructus fullonius Plaut. 7.20.
fructus verni 26.2.
fructum putare 12.2.
fruges libare 7.14.
frumentaria machina 8.9.
frumentarij 13.10.25.17.29.12.
frumentaria tessera 19.26.
frumenta raua 13.25.
frumentum 22.2.
frumentum metiebatur olim & appendebatur 2.13.
frumentum semissib.& trientib. 13.13.
frutinal 24.13.
frutis,Venus à Solino dicitur 24.13.
fugam maturare 12.12.
fugere 25.23.
fugere vitium 26.26.
fugiens vinum 20.13.
fugitiuarius 24.29.
fugitiui serui ibid.
fugitiuum retrahere ibid.
fulgetras poppysmis adorari 4.15.
fulguritum 22.17.
fulguritus 20.37.
fulica 19.22.25.13.
fullones 7.20.
fullones nouiani 7.20.
fullones timent vlulam 29.27.
fullonica pila 7.22.
fullonis nomē in obscœnis 16.6.
fulmen Iouis trifidum 26.29.
fulmen sine nubibus 22.20.
fulmine fœdus sancire 25.9.
fulmenta 15.5.
fulmenta lectum scandunt 15.5.
fulmina ab Ioue mitti 24.26.
fulmina mittere 29.29.
fulminati insepulti 16.22.
fulminatrix legio 29.25.
fulminei apri 1.13.
fultum 8.17.
fuluiaster 12.4.
fuluum 11.17.
fumosæ imagines 21.15.
fumus tardus 14.4.
funalis equus 14.17.
funda 18.2. 30.32.
fundare 27.16.
fundare naues 13.21.
fundatæ opes 27.16.
fundata pecunia 27.16.
fundere merum Genio 25.14.
funditare 15.7.
funditare verba 15.7.
funduli modiolorum 2.22.
fundus factus populus 4.12.
fungi 18.33.
fungi lucernarum 22.18.
fungi mutua 29.34.
funes lorei 8.6.28.47.
funis aureus 5.25.
funis eat retro 22.24.
funis semifuninm 7.22.
funeris vmbræ 23.3.
funes subductarij 8.6.
funestum 8.17.
funus commouere 28.13.
furca 4.3.
furca expellere 4.3.
furcilla extrudere 13.3. 23.29.
furciferi serui 16.3.
furcis pax eiecta Aristoph. 13.3.
Furiæ templum Apollinis non

ingrediuntur 26.5.
Furina diua 6.5.
furnaceus panis 14.5.
furor æquinoctialis 14.8.
furtum conceptum 30.23.
furtum per lancem & licium. 30.23.
furuum, fuluum 3.7.
fuſca vox 24.6.27.18.
fuſtuarium 28.34.
futis 22.9.
futura infinitiui modi, quæ vſitata priſcis, nobis inſolita 4.15.
fuuerit 19.12.
fuuit pro fuit 14.19.15.1.

G

Gabatæ 25.24.
gabeæ armillæ 17.8.
Gabinum fœdus 30.29.
galbanus color, galbinus & galbineus 17.8.
galbeum 5.2.17.8.
galbini mores 17.8.
galbinus color viros delectabat
galbula auis ibid.
galbus, galbeus, & galbinus ibid.
galea 26.28.
galea pro vrna 28.16.
galea orci 28.30.
galea Turni trib. criſtis iubata 28.16.
galeatum præſidium 3.18.
galeatum principium ſeu prologus galeatus 3.18.
galeotæ vates 5.22.
galeritus, ab alijs galerita 20.37.
galerus 17.15.28.6.
Galeſus niger 4.14.
Gallam ſubigere 18.4.
Gallantes 29.20.
Gallica ora Horat. 11.28.
Gallicus ludus 26.26.
galli gallinacei ſua inſoleſcũt cauda 9.6.
galli gallinacei ſuo interdum cãtu procellam denunciant 25.22.
gallinæ indicæ 21.9.
Galli ſacerdotes matris Ideæ ſeſe cruentabant ad Phrygios modos 9.26.
Galli olim nudi pugnabãt 14.13.
Gallogræci equites 24.16.
gallus minus recens 25.24.
gandaritis 5.4.
ganeum 20.33.
Gandaridæ & Gangaridæ 5.4.
Garamantes extremi 26.22.
garrire libellos 15.19.
garum & liquamen 10.12.
garum ſociorum ibid.
garum ex apua fit ibid.
gau apud Auſon. 23.30.
gaudia alieno vultu 23.35.
gauia 18.16.
gaunaca 22.21.
Gellius nutricula 21.11.
Gellius plebicola ibid.
Geloni populi 29.62.
Gelotiana domus 22.31.
gelu acutum 11.26.
geminæ ſomni portæ 4.14.
geminæ veſtes 5.7.
gemmæ & vniones ex India & Arabia 22.8.
gemmæ arborum tumeſcũt 13.5.
genialis lectus toga ſternebatur 13.14.
Genij locorum 13.12.
Genij vrbium ibid.
Genios ſibi adoptant viri 22.4.
Genius 13.12.16.19.
Genius coloniarum 13.12.
Genius piorum gratorúmq; hominum tutor 26.24.
Genius publicus ibid.
Genius reb. omnib. præficiebatur 22.32.
Genius telæ ibid.
Genius virorum 3.20.
Genius virorum, Iuno mulierum 16.19.
genitale & genitabile 9.26.
gens truncis nata 13.8.
genua deorum incerare 1.17.
genus Græcum 7.15.
genus pro genu 8.17.
gentilitas 13.13.
Georgius Buchananus Scotus doctiſſimus 1.2.
geometra 26.1.
geraria 7.6.
geraria nauis 19.31.
Germani luperci 7.3.
gerere rem 28.11.
gerere rem remigio ſuo 7.6.
gerontodidaſcalus 17.21.
gerres 24.46.
gerula 28.6.
Ges clithrum 24.42.
Geſſoriacum 8.21.
geſtare in oculis 12.10.
geſtire pro geſtare ibid.
geſtire in oculis ibid.
geſtoria nauis 19.31.
Getæ 4.22.
Getica arua 4.22.
Gigantes cur anguipedes 25.17.
Gigantes terrigenæ 12.8.
gignentia 3.15.
gingiuam rufam pumicare 21.27.
gingrinæ tibiæ 28.34.
gingrire ibid.
glacies æris 6.14.
gladiatores rude donati 6.9.
gladiatores rudiarij 25.15.
gladiatoria munera & ludos in religionis parte numerabant veteres 30.7.
gladiatorium 29.7.
gladiatorium ſacramẽtum 2.20.
gladiatorum familiæ ludis incluſæ 26.26.
gladiatorum lex 2.20.
gladio accingebantur Imperatores duces & præſides: pugione Tribuni 12.6.
gladij ius 12.6.
gladius ibid.
glandem legere 2.13.
glaſtum 6.17.
glaucus color & cæruleus 8.15.
glauci equi 13.4.
gliſceis 15.4.
gliſceræ menſæ 15.4.
globuli 23.10.
globuli cupreſſi 20.16.
globus pannuceus 28.33.
gloria trahit curru cõſtrictos 4.9.
glutide Cic. 5.22.
glutus vel glitus 11.13.
glycere 9.24.
gnarus hanc rem 19.12.
gnarurem γνώριμον 16.17.
gnarures 16.17. 19.12.
gnarurat γνωρίζει 16.17.
gnato 28.4.
gnomon 25.12. 30.36.
gnoma 25.12.29.19.
Golgia Venus 24.44.
gonarchen, engonaton, antibo-

ræum, voces in Vitru. non intellectas 6.12.
Gracchus è viarum munitione gratiam Rom. plebis emeritus est 25.25.
gradilis panis 11.6.26.34.
Gradiuus pater Thraciæ imperauit 4.22.
gradus formicinus 18.15.
Græca fides 12.18.
Græca fide mercari 4.13.
Græca via 12.18.
Græcari 7.9.
Græcæ columnæ 10.24.
Græcę oues quę Tarentinę 7.15.
Græcia exotica 19.13.
Græcia magna 17.5.
Græci inuitabant se poculis post conuiuium 21.13.
Græci ludi 9.22.
Græci quę infælicia erant spinis comburebant 18.11.
Græci multa tenuant vocabula quæ aspirant Latini 28.40.
Græci palliati 2.27.
Græco more vices bibendi sortiebantur talis 23.24.
Græcorum superstitio 8.16.
Græcostasis 22.18.27.27.
græcula cautio 12.18.
græcum pilum 6.18.17.8.
graia statio 22.18.
gramineæ palestræ 28.46.
grammæ 27.3.
grammismus ibid.
grammaticomastix 23.30.
granaria 5.13.
granatui serere 6.23.
granatum 1.20.
grandescere fœtu 5.20.
grandis patina 1.18.
graphicus mortalis 9.21.
gratia nuda 9.13.
Gratiæ cur decentes 30.11.
Gratiæ cur tres & quare sorores 19.29.
Gratiæ cur Veneris comites 30.11.
Gratiæ solutis Zonis 9.13.
Gratiarum nodus 19.29.
Gratiæ inter se coniunctę & implexæ 19.29.
gratiam facere coniurandi 24.15.
grati ab amicis distincti 14.17.
gratiosa missio 16.21.
gratijs pro gratis 24.31.
gregarius miles 30.32.
gressu tardo sacra ferri 13.16.
grex intactus 13.21.18.2.
gruma 29.19.
gryphes 30.10.28.40.
gryphi 23.26.
gubernans natura 6.6.
gulam velare 30.9.
gumæ 28.8.29.19.
gumite vel gumitide 1.17.
gurges 1.14.
gustatio 19.7.
guttus 22.30.28.7.
gutturnium 22.30.
Gygæ annulus 6.22.
Gygantes 10.24.
gymnasium Ciceronis 8.24.
gymnasium cur ἡλίϐ ἀνάθημα 8.24.
gymnasij præfectus 2.30.
gypsatæ magnus 12.18.

H

habere gulam domini cocus debet 9.24.
habere in iudicium pro in iudicio 29.36.
habere partes 10.23.
habere ratione alicuius in petitione magistratuum 27.32.
habere pro habitare 22.14.
habenas adducere 12.12.
habenas dare ibid.
habenas immittere ibid.
habenas premere ibid.
habere se vapidè 30.7.
habes Schytha ὄνον 18.9.
habete cũ porcis & fiscina 7.15.
habitare in superiore cœnaculo 4.15.
habitare pagatim 3.3.
habitare sub tegulis 13.11.
habitare tribus scalis ibid.
habitare vallib.imis 4.22.
habitus cetæus 16.12.
habuuerit pro habuerit 16.2.
hæc vis est 14.7.
hæredes monumentum non sequitur 5.16.
hærere 18.22.
hæresis Vestoria 13.5.
Halesus 22.3.
Halicyensis 3.1.
halteres 28.28.
hama 2.19.19.23.
hamaxari 10.25.
Hamaxopodes 28.20.
Hanibal rex 29.35.
hapalaria 10.12.
harpagineculi 1.27.
Harpalyce 10.11.
Harpocrates 20.36.
hasta 29.25.
hasta amentata 14.11.26.12.
hasta ansata 28.11.
hasta Cænei 8.16.
hastæ defixæ terræ stant. 13.16.
hasta Macedonica 21.25.
hasta pura 29.1.
hasta reducta 2.21.
hasta sanguinea 8.23.11.17.
hasta velitaris 14.11.
hastam colligere 2.25.
hastam feciales bellum indictu- ri in fines hostium mittebant 25.18.
hastam protendere 2.25.
hastarium 28.5.
hastatorum in legione Romana numerus 30.32.
hastatus primus & secũdus ibid.
hastile spicare 21.25.
hebræi vitiliginosos auersantur 19.9.
Hecale 1.15.
Hecale, Callimachi poëma 26.7.
Hecatæ canes 13.12.
Hecate Proserpina 15.8.
Hecate Triuia ibid.
Hecate tergemina 27.5.
Hecate veneficiorũ præses 16.4.
Hecate vlulata 15.8.
Hecatombe Varr.Saty. 17.24.
Hectórem secunda longa 10.16.
hederæ flexipedes 1.23.
hederatæ pateræ 15.20.
Hegesinus 7.1.
Helenus augur 5.22.
Helico 21.12.30.10.
Helicon Musarum domicilium 20.1.
heliocaminus 18.2.18.22.
helleboro purgãtur insani 2.23.
Helmandica vrbs 13.18.
helucus 21.12.
Heluetiorum regio 3.3.

Heluetiorum pagi 9.7.
heluo 21.12.
hemerodromus 27.7.
hemeroſcopus ibid.
hemitonium 2.4.
hemicyclion 28.37.
hemicyclus ibid.
hera fortuna 7.15.
hera Tritonis 24.9.
herbæ pubentes 26.5.
Heraclea pocula 8.10.
Heraclearum ſcriptores 28.24.
Heraclidis allegoriæ in Hom.& eclogæ de Rep. 9.22.
Heraclidium ibid.
heratus & heriatus 2.29.
herba macta apud Cat. 11.13.
herba Santonica 17.16.
herbas ad Lunæ lumen lectas veneficijs efficaciores 6.10.
herba ſolſtitialis 24.38.
Hercei Iouis ara 14.15.
Herculana pars 24.17.
Hercule amico 29.35.
Hercule dextro ibid.
Herculeas qui ſcripſerunt 28.24.
Herculem inuocare 16.10.
Hercules baſilicus 11.7.
Hercules gladiatorũ præſes 26. 26.
Hercules malorum depulſor 15. 10.
Hercules œtæo habitu 16.12.
Hercules potor maximus 8.10.
Hercules ſocraticus 12.16.
Herculis baſilici iactus fauſtus erat 11.7.
Hercyna 11.18.
here & heri 24.41.
hermata 28.33.
hermateleuchus ibid.
hermathena 8.24.
hermeracles ibid.
Hermetica verba 30.30.
Hermias Ariſtotelis neceſſarius 9.25.
hermionis 18.31
Hermodorus 11.2.
Heroës beſtiarũ exuuio,vt Hercules leonis,veſtiebantur 29. 25.
Heroibus ſerpentes dicati 14.4.
herpes 17.16.
Hetruria 26.29.
Hetruſca diſciplina 26.10.
hexaſtica myrtus 23.22.
Hiarbas conditor templi Iouis Ammonis 24.26.
hiatus 2.12.
hibernare ſub pellib. 18.23.
hiberni ſaltus 12.14.
hic terminus hæret 29.6.
Hicelus Galbæ libertus 24.6.
Hicetas Syracuſius non Nicetas legendum in Lucull. 16.18.
Hiera 26.29.
Hieroſolimam aurum vndique ex Italia exportabatur 21.11.
hilaria 24.45.
hilum 11.5.
hilla 11.7.
Hippia, Arſinoë 1.7.
Hippocampi 26.23.
Hippocratis iuſiurandum 19.21.
hippodromus 11.11.
hippolapathum 1.24.
hippomanes 15.8.
Hipponactes 9.25.
hippoſyne 29.17.
hira 11.7.
hircoſi centuriones 23.23.
hirundo 19.20.
hirundo barbara auis 19.20.
hiſtriones ſtatarij 1.10.
hoc habet 17.10.
hoc quod loquor inde eſt 20.1.
holoberæ veſtes 1.13.
holographum 11.5.
holophanta ibid.
Homerus aliam dijs quàm hominib. linguam tribuit 11.8.
hominem exuere 16.6.
homines ad lecticam 24.5.
homines militares in Martis sũt poteſtate 29.29.
homines repentini 14.22.
homo ad vnguem factus 19.9.
homo Athenienſis, mulier Attica dici ſolebat 19.14.
homo dexter 14.24.
homo Ro. alterius ciuitatis eſſe non poteſt 8.10.
homo ſui iuris 6.11.
homo vetutus 30.27.
honore ſepulturę carere acerbiſſimum erat antiquis 13.9.
honores tergemini 30.20.
honos 23.14.
honos exors 13.8.
honos luſtralis 11.10.
honos veſtis in funere tribuebatur ijs quæ pepererant 23.7.
hora lucina 13.12.
Hora Romuli vxor 19.11.
Horeum 2.23.
Horatius Græcorum ſedulus imitator 19.9.
horis pomeridianis accedere, pro ſerò 18.13.
horno curari 29.28.
horno ſe curare 16.17.
hornum 16.17.19.13.
horror 29.34.
horti Iul. Cæſaris 15.18.
hoſpes Zacynthius 7.15.
hoſpes Zacyntho ibid.
hoſpitilla 12.1.
hoſtia libamentis perfuſa macta dicebatur 11.5.
hoſtia maior 28.20.
hoſtia myſtica 29.32.
hoſtiæ animales 14.4.
hoſtiæ furuæ dijs inferis immolantur 16.4.
hoſtiarũ cædendarũ ritus 15.12.
hoſtiarum probatio 11.1.
hoſtus 25.19.
hunc circũ tenuit Bellona 7.10.
humanum 21.12.
humanum ſibi exurere ibid.
humanã vicem cõuertere 14.10.
humor ſplendidus 26.13.
humilis pes 22.23.
humum pinſere cubitis 20.29.
hyæna 22.7.
hyalus 8.15.19.3.
hyantea aqua 2.23.
Hyantes Bœotiæ populi ibid.
hydra excetra 2.8.
hydra,natrix 15.21.
hydraulæ 3.7.
hydraulicon organon 2.22.
hydraulicorũ inſtrumentorum explicatio 2.22.
hydromylæ 3.7.
hydroroſata 18.18.
Hymettiæ trabes 10.22.
Hyperborei 5.4.
hypnalis 7.8.
Hyſurates hiſtoricus & grammaticus 21.1.
hyſterici 8.4.

hyſginum 19.25.

I

Iacere rete 10.25.
iacere trans caput 19.22.
iacere vulturios 11.7.
iactare comam 29.28.
iactare Herculem 11.7.
iactare manus 1.16.
iactare numeros 5.6.
iactus vulturis infœlix 11.7.
iacula Maura 17.5.
iacula radiantia 19.3.
iaculari ſacras arces 6.8.
iaculator 18.26.
iaculatus arces 21.20.
iambicum Archilochium 9.31.
iambus 2.17.9.31.
iambus alternis ſermonibus aptus 19.9.
iambus populares vincit ſtrepitus 19.9.
Iamidæ 5.22.9.28.
Iani 22.16.
Iani duo Romæ 26.26.
Iantis 2.23.
Ianus 6.10.
Ianus medius 6.10.26.26.
Ianus ſuperior & inferior 6.10. 26.26.
ianua Orci 19.24.22.19.
iatraliptæ 16.15.
iatraleptice 16.15.
Iberici funes 14.9.
Icadius latro 13.25.
Icarij fluctus 22.13.
ichnographia & orthographia 3.22.
iconica 28.6.
iconicum ſimulachrum 27.20.
ictus obliquus 29.25.
idem in me 3.10.
id velim me ſcire 16.2.
idonei homines 3.16.
idulia ſacra 20.35.
iecit rete 10.25.
iecur 10.1.13.11.
iecur anſeris paſti ficis in delicijs erat 20.34.
iecur poëtis ſæpe fibra eſt 7.18.
ientaculum Veneris 11.7.
igitur pro deinde 3.12.
ignea fames 22.33.
igne probare 19.11.
ignem ſacrare vigilem 2.14.
ignini 27.17.
ignis admouebatur ijs qui ad aras confugerant, vt eas relinquerent 9.12.
ignis & aqua nuptiales Veneris comites 20.36.
ignis & aqua nuptijs adhibita 29.27.
ignis liquidus 10.8.16.10.
ignis peruigil in templo Iouis Ammonis 2.14.
ignitabulum 4.14.
ilia ducere 17.9.
ilia tendere 17.9.
Ilia vltrix necis Cæſaris 6.8.
iligneis pedib. 1.18.26.33.
Ilienſis Minerua 7.21.
Ilithya 20.31.
illatebræ 18.4.
illaudatus 4.17.
ille 18.32.30.5.
ille Dieſpiter 11.17.
ille Iupiter 16.10.
illicium 30.20.
illix 24.38.
illudere 28.32.
illuminare 26.12.
illuminare ſententias ibid.
illuti vinacei 10.18.
Ilus 10.7.
ima ſtagna 18.32.
imaginaria venditio 20.19.
imago iconica 27.26.
imago magna 22.16.
imago maior 26.23.
imagines Romanorum 26.3.
imagines Rom. qua ex materia ibid.
imber pluuiæ, & imber grandinis 1.12.
imbibere 26.16.
imbibere aliquem 18.21.
imburum 22.30.
immane precium 13.5.
immatura morte abrepti 29.25.
imminutio 3.19.
imminuere pudicitiam ibid.
immittere habenas 12.12.
immolita 1.25.
immolitum 27.32.
immortuæ reliquiæ 17.3.
immunis 2.11.
impactus vncus 13.9.
impancrare 29.19.
impares 14.20.
impectere 8.8.
impenſè 4.2.13.5.
impenſius 2.30.
impenſo precio vendere 4.2.
impenſum precium 13.5.17.5.
imperium inhibere fontinali 25. 16.
impetigo 7.5.
impetrire & impetritum 5.18.
impetritum 23.11.
impetus 14.23.
Imperatorib. Rom. ignis præfertur 1.29.
impiare 15.6.
impilia 15.14.
impleri Bacchi veteris 12.12.
impluuiata veſtis 14.19.
impluuiatæ vites ibid.
impluuium 10.17.22.21.
impoſitio 24.29.
improbi & contumelioſi malè alijs reſpondere ſolent 16.15.
improlis 7.21.18.26.
in adyta cloacinarũ deferre 7.20.
inædificata 1.25.
inædificatum 27.32.
in ætate 15.11.26.16.
in ætatem venire 30.32.
inane 11.19.16.2.18.24.30.12.
inane vacuum 5.24.
inanes 10.1.
inania captare 19.9.
inanitas 11.19.
Inarime 20.18.
inaugurare 30.24.30.31.
in caſtris Romanorũ erat porta extraordinaria præter 4. alias 30.24.
in cauo 15.20.
incedere myrmicè 18.15.
incerare deorum genua 1.17.
incerare ſimulachra 30.19.
inceſtæ nuptiæ 18.13.
incientes 20.23.
incitatus 18.33.
inciuilis & inciuile 5.11.
inclinare oculos morientib. 8.2.
incolumitates Cic. 23.4.
in commune 26.14.
incondita 12.7.
in conſilio eſſe 10.27.

in controuerfiam effe 19.7.
in Creta ad Cataractum flumen ex altera parte pecora fplene-tica, ex altera fine fplene effe 30.36.
incruftare fincerum 19.4.
incubare 11.7.22.4.24.24.
incubat Ioui 11.7.
incubator 24.24.
in cubiculo nola 3.19.
in daphnide vrere 19.27.
in Delo mercatus nobilifs. 19.7.
Indi 21.9.
Indicum triticum 21.9.
indigenæ Fauni 7.14.
indignus 17.19.
indiffoluta 28.14.
indiffolutus 4.17.
indolentia 11.20.
indoloria ibid.
indu pro in veterib. vfurpatum 11.23.29.20.
induere 23.1.
indutui 23.1.
Inebræ aues 3.5.
ineuolutus 8.4.
inerti vitæ aliquem traducere 29.30.
in faba cudere 30.1.
infans 29.2.
infans facinus 15.1.
infectum 3.15.
inferiæ 4.22.23.28.
infernas 18.2.
inferos credidit antiquitas fol-uere curas & amores 25.6.
inferum limen 12.5.
inferum lumen 18.3.
inferum mare 18.2.
infeffa flammis & pruinis 27.14.
infidibula infundibula & infudi-bula 7.22.
infœlix arbor 4.3.18.4.
infœlicib. lignis vrere 18.11.
informata cogitatio 8.24.
informis res 27.12.
infula 28.6.
infufcare 16.22.
infufus ceris 25.14.
infricare 16.22.
infringere digitos lyræ 19.30.
in genib. fedes mifericordiæ 11.21.
ingenium 29.28.
inguen 15.15.
ingrati poftulare ingeniũ 10.6.
ingratus in quempiam 25.23.
inhibere imperium 25.16.
inhibere fpem 25.16.
inigere anferes 19.28.
inijcere 20.21.
inijcere inuolucrum 14.7.28.38.
inijcere terram cadaueri 16.22.25.6.26.1.
initiare 3.6.19.14.
initium rectè fcribendi, philofo-phiæ cognitio 19.9.
in ijfdem lineis dimicare 12.10.
in iudicium denunciare 29.36.
in iudicium habere pro in iudi-cio 29.36.
in iureiurando Latini plerunque interponũt aliquid inter prę-pofitionẽ & eius cafum 19.17.
in iurifiurandi formula depreca-tio & execratio inerat 29.36.
iniurius 25.23.
in ius vocare 29.14.
in legione fex tribuni militum 30.24.
in lente vnguentum 21.4.
in lucem editi & fufcepti 2.6.
in ludis Troianis tres funt tur-mæ equitum 26.17.
in manum dare 4.11.
in manum ferre ibid.
in manum latio ibid.
in medio pofitum 30.24.
in medio tenere 22.20.
in medium quærere 26.14.
in menfam libare 24.40.
in nodum ibid.
innubere & enubere 30.29.
in nummis fuis verfari 29.36.
in oculis geftire 12.10.
in officio Confulis 27.19.
inorum 15.5.
in partem venire 4.22.
in partem vocare ibid.
in pignorib. capiendis fupellex interdum concidebatur & ali-quando diripiebatur 24.14.
in plumam 11.25.
in poëtis eruditio ineft 26.1.
in Ponto materia naualis opti-ma 19.2.
in pręteritorũ imminutione te-nues mutari in duplices 15.15.
in propria pelle quiefcere 4.9.
in puluinar vocari 5.10.
in puppi facrarium fuit olim ve-lut lararium 19.2.
in puteo cœnam coquere 6.24.
inquilinus 21.15.
inquio & inque 16.6.
in rate vehi 10.14.
in re diuina caput velabant 15.15.
in rem præfentem venire 26.32.
infani, furiofi, iracũdi cur de po-teftate exire dicantur 2.11.
infani purgabantur helleboro 2.23.
infanit amorem 17.11.
infcriptæ merces 10.6.
infcripta maleficia 10.6.
infcripti maleficij actio 10.6.
infcriptum 29.17.
infcriptum pecus 10.6.
in fereno 10.19.
infertæ feneftræ 4.22.
inferti radij 4.22.
infigne 2.30.18.3.
infignia 9.8.
infilia 29.28.
infiftere munimentis 3.3.
infiftere viam 2.12.
infolatio 15.20.
infolum venire 9.2.
infomnia 24.26.24.31.
in foporem collocare 4.15.
infpicare 27.25.
infpicare faces 21.25.
in fportula diuidebatur pecunia 20.8.
inftitio 29.19.
inftitorium 24.6.
inftituere 2.13.
inftituere arborem 5.2.
inftituere vineam 2.13.5.2.
infubidus 17.1.28.32.
infuefco 30.19.
infula Calamina 4.6.
infulæ fortunatæ 14.21.
in fuperiore cœnaculo habitare 4.15.
in talis figura laterũ pro nume-ro erat 6.10.
intactus iuuencus & grex 18.2.
integumentum 24.11.
inter alta propugnacula 12.14.

interbibere 3.12.
interceſſionẽ remittere 27.22.
inter cuneos ferreos 9.21.
inter falcarios te veniſſe explicatur apud Ciceronem 30.15. 15.21.
interior 14.4.14.24.
intermenſtruum 15.5.
internecida 11.5.
internecidium 11.5.15.5.
internecidij actio 11.5.
internecini actio 11.5.
internecinum bellum 11.5.
inter nuculos 21.28.
internuculus 21.28.
internuncij hominũ venti 1.23.
interpenſiua 10.17.
interulæ dilores 30.20.
interſcalmi 25.12.
inter ſummos auctores parum liquando conuenire 25.13.
in teſſeris erat numerus 6.10.
inteſtabilis 29.14.
intus canere 14.4.28.46.
intuba 27.25.
inuehere in aliquem 30.24.
inuenire & reperire 4.17.
inuenuſtus 22.8.
inuertere vinaria 4.21.16.11.
in via quæ officiebant concidebantur ab Aedilib. 30.27.
inuictus 30.17.
inuidia animi vitium, vt ferri eſt ærugo 30.30.
inuidię magna vis ad nocendum 9.18.
inuidia, maximum tormentum 26.27.
inuidere 27.6.
inuidioſa 17.11.
inuidus oculus 9.28.
inuolucrum 28.13.28.38.
inuolutiones 22.27.
inuoluti canales 22.27.
in vdo eſt mænas 10.1.
inuleus 26.36.
in vmbra pugnabimus 14.13.
inundatio magni anni hyeme 21.18.
in vulgus 30.9.
Io 5.2.
Io bacchæ 13.1.
iocularíter 7.11.
Iolcus 3.2.
Ionicus 4.21.
Ionium virus 19.15.
Ionus 3.2.
Iopas 26.21.
iota longum 22.23.
Ioue iudicat æquo 26.24.
Iouem lapidem iurare 30.16.30.23.
Ioui attributi 12, aſſeſſores 25.12.
Iouis genius 23.33.
Iouis Hercei ara 14.15.
Iouis incrementum 16.13.
Iouis lances 24.3.
Iouis manes 18.4.
Iouis nomen multis tributum 28.44.
Iphiclus ſuper ſpicas ambulat 27.28.
ipſiſſimus 6.18.
irarum quadrigæ 28.11.
Iris 14.7.19.20.
Iris prima 20.6.
Irneum 23.10.
irracuit apud Cic. emendatũ contra Priſciani auctoritatẽ 16.6.
irretortus oculus 10.21.
irrire 29.17.
iſatis 6.17.
iſatis ab Italis lutea aut glaſtum 23.22.
Iſelaſtica certamina 1.19.27.5.
Iſis 16.4.20.1.
iſte me prenſat 25.15.
it mare proruptum 10.11.
ita fugias ne præter caſam 15.5.
Itali olim pulte non pane viuebant 19.12.
Itargus 22.11.
Itonus 3.2.
iuba dextra 8.1.
iubæ draconũ & anguium 29.4.
iubatus draco 29.4.
Iudæi recutiti 24.9.
Iudæi ſeruati 10.23.
Iudæi verpi 28.21.
Iudæorum menſes 15.18.
iudicia bonæ fidei 25.23.
iudicem collocare 3.11.
iudices 18.17.
iudices ſelecti 29.16.
iudices pronunciabant reum feciſſe videri 21.15.
iudicium quadruplex 4.4.
iudiciorum formulæ olim variæ 25.23.
iudex 25.18.
iudex captus vel datus 7.15.
iuga vaſa 10.18.
iugales & funales equi 27.9.
iugalis tela 7.21.
iugera bouerum 6.23.
iugerum pro aſſe 3.18.
iugis & perennis fluuius 19.20.
iugis puteus 5.23.
iugulæ 23.27.
iugulo hunc ſuo ſibi gladio 14.7.
iugum ferre 9.14.
Iulæa oliua 17.9.
Iulææ voces 17.9.
Iulij Cæſaris horti 15.18.
iumento ſuo malam rem arceſſere 4.15.
iumentis lachrymas Homerus, & eius æmulus Virgil. tribuit. 2.27.
iunctum tignum 13.27.
iunctum vehiculum 27.26.
Iunius Baſſus 28.35.
Iuno couella 24.21.
Iuno connubijs præſidet 16.8.
Iuno Ilithia 7.8.
Iuno inferna 28.44.
Iuno Lucina 7.8.20.13.24.21. 28.44.
Iuno matuta 28.44.
Iuno moneta 28.43.
Iuno mulierum 3.20.
Iuno natalis 16.19.
Iuno opigena 7.8.
Iuno regina 28.44.
Iuno θηλυμίτρης 4.14.
Iuno Troianis infeſta 23.14.
Iunones ſibi adoptant mulieres 22.4.
Iunonia hoſpitia 18.32.
Iunonis nomen multis attribuitur 28.44.
Iunonius puer 16.8.27.30.
Iunonis ſacra ferre 13.1.2.14.
Iupiter Ammon arietis ſpecie colebatur 14.18.
Iupiter Clitumnus 29.26.
Iupiter currum agens 9.9.
Iupiter dapalis 29.31.
Iupiter deorum & hominũ imperator 29.24.
Iupiter Elicius 9.9.
Iupiter Herceus 17.6.

Iupiter Idæus à Troianis coleba-
tur 22.7.
Iupiter in capitolio gerit telum
trifulcum in periuros 22.4.
Iupiter indiges 28.44.
Iupiter iratus 29.29.
Iupiter Iuno & Minerua Romæ
præsidebant 12.7.
Iupiter Iuno & Minerua vrbis e-
rant tutela 3.1.
Iupiter Latiaris 28.44.
Iupiter Lucetius 25.1.
Iupiter Minianus 10.7.10.27.30.
16.
Iupiter omnia nutu renutúque
facit 26.30.
Iupiter per aëra curru creditur
inuehi 24.31.
Iupiter prodigialis 7.15.
Iupiter pro aëre 27.9.
Iupiter stygius 13.14.28.44.
Iupiter supremus 13.14.
Iupiter telo trifulco armatus 1.23.
Iupiter tonat 9.12.
Iupiter vrius 21.15.
iura controuersa 20.13.
iura sacrata 6.21.
iurare in litem 29.36.
iurare in verba magistri 30.19.
iurare morbum 8.24.
iurare per hastam & sceptrum 8.
16.
iurare per Genium & Iunonem
16.19.
iuratores 19.12.
iuratus ibid.
iurat qui abit magistratu 21.15.
iurea 4.1.
iureiurando obstringere 7.10.
iuris coctior 15.7.
Iurites 19.11.
iurisconsulti, iustitiæ sacerdotes
8.20.
iurisconsultorum officium 4.5.
iurisiurandi nomen 7.10.
iurisprudentia 8.20.
ius 25.23.
ius applicationis 24.32.
ius controuersum & certum op-
posita 20.13.
ius gladij 12.6.
ius Italicum 9.15.
ius nexi 20.19.
ius nigrum 7.16.
ius ordinarium 27.19.
ius prædiatorium 20.30.
ius Quiritium 7.21.
ius Quiritium, qui consequebā-
tur lege Visellia 19.23.
ius quintæ relationis 25.18.
ius sacratum 6.21.
ius secundæ relationis 25.18.
ius tertiæ relationis 25.18.
iusiurandum de calumnia 28.20.
iusiurandum Hippocratis 19.21.
iusiurandum in fœdere faciundo
30.29.
iusiurandū iacto in profundum
saxo 14.21.
iusiurandum Iouis 6.18.
iusiurandum per ea quæ chara e-
rant 18.25.
iusso pro iussero 15.15.
iustitia 16.1.
iustitiæ definitio 8.20.
iustitiæ præcepta 8.20.
Iuuenales ludi 27.18.
Iuuenalia ibid.
iuuenes & senes ioci 30.7.
iuuencus intactus 18.21.
iuuenta 22.15.
Iuuentas, iuuentutis dea 9.13.
Iuuentas Veneris comes 9.13.
iuuentus detonsa 23.23.
iuuentus Romana quibus exer-
cebatur & quando 26.22.
iuuentutis custos 26.22.
iuuentutis princeps 25.17.

L.

la, vox adhortantis apud Gallos
19.21.
labarum 15.16.
labellum pollulum 7.22.
labellum terere 12.7.30.14.
labi pro nauigare 8.17.
labosus à labe 14.19.
labris velitari 17.21.
labrum eluacrum 7.22.
labrum lupinarium 7.22.
Lacedæmonij cur rubro colore
vtuntur in bello 2.16.
Lacedæmonius orbis 24.28.
Lacedæmonij omnium maximè
Grecorum exercitationes ce-
lebrabant 24.28.
lacessere mortem 21.19.
lachrymæ rerum 12.12.
lacinia tenere 21.14.
laconis dictum 14.13.
Lateus circulus 13.2.
lacunar 29.13.
lacus 20.29.
laganum 9.19.
lagenas obsignare 30.7.
Lais 26.27.
lallare 18.34.19.21.
Lallus 18.34.
lambda facile sonant pueri 18.
34.
lamberare 20.10.
laminæ ferreæ 4.3.
Lamus 22.15.
lana depensa, putata, facta 30.
9.
lana, infula, vittæ, velamenta 5.
7.
lanam facere 10.18.
lana pura 29.1.
lana puta 29.28.
lance suspendere 4.9.
lances pampinatæ 15.20.
lanea tracta 3.20.
laneos pedes habent dij 12.1.
laneum latus ibid.
lanificij tenuis ars 26.29.
lanignus 14.19.
lanitium quid apud Maron. 15.
21.
Lanuuinus 8.2.
Lanuuium 23.7.
lanx 22.9.
lanx inanis 26.14.
lapathum breue 1.24.
lapidem lapide terere 5.24.
lapides diui 15.21.30.16.
lapides pagani colebant 15.21.
lapidibus pluisse 16.5.
lapis 10.3.
lapis manalis 19.24.
lapis viuus 6.9.
lapis vnctus 1.17.
Lar 18.1.
Lar familiaris 28.47.
lares Hostilij 29.13.
lares marini 28.13.
lares permarini 20.35.
lares publici 28.47.
lares querquetulani 20.35.
lares viales 7.15.
largitio fundum non habet 3.16.

Lartidius 20.16.
laruæ 7.10.
laruialis 13.22.
larum ſedes vbi 7.26.
larus 18.16.19.22.
laſanum 13.3.
laſanum portantes & œnophorum 13.3.
laſciuia 21.14.
laſſiaculum 28.6.
laſtauri 6.18.17.7.
latè rex 12.12.
latera lorea 2.28.7.6.
laterculus 30.6.
Latona 19.11.
Latia & Lacia 19.11.
latiar 24.34.
laticlauius Tribunus 1.2.
laticlauij honos 25.17.
laticlauij tribuni 26.11.
laticlauium 1.2.
Latij dea 19.11.
Latina verba 24.5.
Latinè loqui ibid.
Latinè loqui nō accuſatoriè 25.5.
Latini colonarij 7.21.
Latini cantiones trochaicis verſib. texebant 20.17.
Latini Iuniani 7.21.
Latini ӈ in a ſæpe commutant & ϵ in e 20.33.
Latini poëtę antiquitatis ſtudioſi 29.15.
Latini ſocij 7.21.
Latinus & Thymele 20.8.
latio in manum 4.11.
latius 20.30.
latomiæ lapidariæ 14.7.
latrans natura 2.11.
latrare 30.23.
latronum ludus 27.3.
latrunculi ibid.
latus laneum 12.1.
latus clauus ſenatorij ordinis 12.6.
latus tegere 14.24.
lauabrum 26.13.
lauare aluum marſupio 21.20.
lauare latrinam 21.20.
lauare vinaceos 25.20.
lauatio matris deûm 9.26.
lauatrina 22.9.
laudare 20.14.
laudare teſtem 2.11.20.14.
laudari veteres ab aliquibus nolebant 27.23.
laudum iuriſconſultorum verbū 14.12.
Lauinia 10.25.
laurea in templis depoſita 22.11.
laurea virga 28.20.
lauream in muſtaceo quęrere 23.10.
laurus fragilis 19.27.
laus eſt publica 18.2.
lauta puella 7.6.
lautumarius 21.15.
lautumia 22.17.
lautumiæ 28.6.
latumiæ Græcè latomiæ, 21.15.
lautum purè 24.23.30.25.
laxa toga 16.4.
laxare ſinum 26.14.
laxius cingi turpe 11.23.
lædere manes 16.4.
læotomus 20.12.
lænæ 28.26.
lætaſter 12.4.
læua numina 29.35.
læuinus 4.9.
lebetum duo genera 26.17.
lechyti 9.3.
lectica 22.21.
lecticariolus 30.26.
lecticarios Bithyniæ reges, habebant 24.5.
lecti cubiculares 24.4.
lecti diſcubitorij ibid.
lecti ilignis pedib. 1.18.
lecti Sotherici ibid.
lecti ſtrati 7.24.
lecti ſubtenti ibid.
lecti triclinares 24.4.
lectiſternium 30.32.
lectiſternium Aeneas facit patri 26.17.
Lectoria lex 25.18.
lectorum duo genera 24.4.
lectus 22.21.
lectus genialis toga ſternebatur 13.14.
lege agere 30.31.
lege Oppia cauetur ne iuncto vehiculo mulieres vtātur 27.26.
legem cenſui cenſendo dicere 16.21.
legere hominem pugno 30.34.
legere pro ferire ibid.
legere ſenatum 27.32.
legere vinum 21.28.
leges & edicta in loco proponebantur, vbi de plano legi poſſent 27.21.
leges in ære non ebore inciſæ 30.35.
leges miniare 4.5.
legio fulminatrix 29.25.
legi parere 30.31.
legis peruetuſtę fragmentum 27.21.
legitima pars 29.36.
leguleius 4.5.
leguli 10.18.
lemniſcatæ palmæ 18.3.
lemniſci 18.3.29.1.
lembi remipedes 18.15.
lemniſcum 18.3.
lenullus 15.7.
lentare remum 4.22.
lenta manu trahere 1.15.
lenti remi 4.22.
Lentulus Sura 7.4.
lentus 17.24.
leones ad fræna 3.23.29.24.
lepra 15.21.
Lesbia Catulli 16.1.
lethum & ſopor fratres 28.43.
Leuana dea 4.15.
leuaſſo pro leuauero 15.15.
Leucadia 11.17.27.27.
leuconica 8.4.
Leuconoë 11.28.
leuis 23.25.
lex barbarica 2.28.
lex cenſoria 3.1.27.1.
lex coloniarum deducendarum 1.11.
lex 12.tab.apud Gell. 24.43.
lex 12.tab.explicatur 15.15.
lex 12.tab.explicatur 29.15.
lex gladiatoria 2.20.
lex Lectoria 25.18.
lex Menia 17.23.
lex prædiatoria 27.19.
lex ſancta 9.6.
lex Seruilia 1.3.
libare alicui Deo 11.7.
libare dapes 6.7.
libare fruges 7.14.
libare in menſam 24.40.
libarij 23.16.
libarius 7.4.

libatis dapib. pafcere 6.7.
libella 20.16.29.36.
libellio 20.32.
libellos deijcere 12.9.
libellus purè lectus 26.26.
libellus Veneris 11.7.
libera toga 25.6.
liberæ ædes 30.32.
liberare amicam 16.17.
liberi caput foli habere dicũtur 11.20.
liber locus 30.32.
liber repotialis 13.25.
liber pater 10.10.
liberti orcini 30.30.
liberti admiffionum 14.3.
liberti primi, fecundi, tertij 11.9.
libertorum cõditio eadem fem- per non fuit Romæ 30.25.
libertorum olim quidam ordo 11.9.
libertus primus 18.3.
libertus proximus 27.21.
libertus fecundus ibid.
libertus verna 11.9.
liber Xenophontis παιδείας κύρϐ de Cyri infantia appel- latur à D. Hierony. 19.20.
libido equina 19.29.
libidini qui paret feruus eft 20.1.
Libitinenfis porta 25.17.
libra 5.5.
libri de legib. non editi funt à Cic. 5.18.
libri fefquipedales 24.19.
libramentum rectum 16.5.
librariolus 20.32.
librata terra ponderibus 4.17.
libratores 2.25. 24.3.
librile 7.22.
librilis tunica fubferica 30.20.
libripens 29.14.
Libs 10.24.
Libya conterobromia 27.27.
Libya feris abundat 28.19.
Libycæ pelles 28.19.
licia in veneficijs 26.6.
lictor curiatus 11.10.
lictor fœmina 15.10.
lictor primus 11.9.
lictor proximus ibid. & 27.21.
lictor fommouet 15.10.
lien facit feditionem 7.15.7.12.
lienes 10.19.
ligellum 6.24.
Liguria 25.22.
Liguria materia nauali abundat 24.44.
liguftrum 30.14.
lima 23.18.
limare 29.34.
limare caput 15.6.
limbularius textor 24.23
limen fuperum & inferum 12.5.
limina falutare 26.23.
limina ftridentia 5.27.
liminis tabella 14.8.
limus 11.1.18.5.
limus cinctus 11.1.
lima 30.23.
linces 28.6.
linea 5.5.
linea diues 29.9.
lingua venditaria 25.15.
linguam pafcere 5.19.14.9.
linguarium 12.9.
lingula 7.25.
lingulaca 16.3.
lingulacæ 17.23.
linum Alianum 10.20.
linum catagraphon 25.22.
linum Retouinum 10.20.
lintres 7.23.
lioftrea 1.24.
lippa propago 25.14.
liquata vox 18.3.
liquare vina 11.28.
liquere 16.10.
liquet ibid.
liquefcere 6.13.
liquida voluptas 25.2.
liquida vox 26.36.
liquidi odores 9.27.
liquido pede 26.13.
liquidum 10.8.
liquidum aufpicium 16.10.
liquidum lumen 10.8.
liquidum plumbum 9.14.
liquidus ignis 10.8.16.10.
liquor 23.28.
lis 13.27.
litare 18.20.
litem fuam facere 18.4.19.26.
literaria tabula 21.23.
lituus 17.15.
liuorem ducit vũa 15.17.
loculi araneofi 2.10.
locus 3.1.14.6.
locus confularis 6.21.
locus liber 30.32.
locus medius 6.21.
locus pontificalis 6.21.
locus purgatus 5.18.
locus purus 29.1.
locus fuperior 6.11.
locufta 19.23.
loedi 24.3.
loliguncula hordeïæ 7.12.
longæ tibiæ 17.20.
longè fugit qui fuos fugit 51.5.
longior nafus ille fuit 9.24.
longurio 9.2.
loquendi genus mirum 29.34.
loqui nec rectè 3.20.
loqui mulfa 8.8.
lora 7.6.
lora & lura 10.10.
lora quomodo fit 10.18.
lorei funes 8.6.28.47.
lorica cœli 26.13.
loricula 23.33.
lorum 10.10.17.16.
lorum vomitorium 17.16.
lotiolente 18.20.
lotus aceto 20.1.
Lua mater 13.8.16.20.23.22.
Lua Saturni filia 19.11.
Luacina 23.22.
lubrica conchylia 1.24.
lubricare orbem pytifmate 24. 28.
lubricus vultus afpici 21.21.
Lucani locus 26.23.
Lucanus elegantiff. & doctiff. poëta contra nonnullorũ hu- ius ætatis iudicium 21.18.
lucanica 22.6.
lucar 28.6.
lucere fibi cereum 13.7.
Luceres 26.35.
lucerna 28.12.
lucerna & candela 9.23.
lucernam vino tangere 8.1
lucernas defraudare 4.9.
lucet, lucefcit 2.29.
lucida tela diei 25.1.
Lucifer 24.27.
Lucillius in Satyris ad iamborũ humilitatẽ fe demittebat 19. 6.
Lucillianum vallum 23.29.
Lucina 18.34.

Lucina Diana 13.12.
Lucina hora ibid.
Lucumo 2.23.
Lucumo Samius 6.17.
lucunculi 18.20.
lucuns ibid.
lucus & ara Dianæ 5.4.
lucus Martis 20.8.
ludere 8.17.
ludere cathenas 27.14.
ludere datatim 7.4.
ludere expulſim 7.4.
ludere poëma 15.19.
ludere raptim 7.4.
ludere trocho 24.28.27.33.
ludibria 28.32.
ludificari ibid.
ludij 6.26.
Ludij barbari 19.10.
ludij & ludiones ibid.
ludi Oſci 12.18.
ludi iuuenales 27.18.
ludi palatini 1.6.
ludi trieterici 11.15.
ludi veniunt ad miſcellanea 22.23.
ludit nauis 24.25.
ludos funebres facit Aeneas 26.17.
ludus gladiatorius matutinus 30.30.
ludus tabulæ 27.3.
luere 23.22.
lues 4.19.
Lugdunum 10.15.
lumariæ falces 30.23.
lumbricus aquaticus 25.13.
lumen 8.13.
lumen & vmbra 26.12.
lumen liquidum 10.8.
lumen ſuperum 18.3.28.11.
lumen verum 30.21.
lumina morte reſignat 24.26.
luminaria 8.13.
luminibus extinctis 3.22.
luminoſum 18.20.
Luna de cœlo deſcendit in Endymionis amplexus 26.9.
Lunæ bigæ 22.23.
Lunæ filius ros 19.3.
Lunæ labores 22.24.
Lunæ ſilentium tribuitur 14.9.
Lunæ ſuccurrere 22.24.
Lunæ vehiculum 22.23.
Luna caua 24.21.
Lunam de cœlo deducere 26.9.
Lunam non laborare 18.24.
Lunam veneficijs præeſſe 6.10.
Luna naſcens 24.45.
Luna noctiluca 20.37.
Luna olim menſes ducebat, priḿaque primus menſis dies habebatur 24.45.
Luna plena venenis efficacior 6.10.
Lunares menſes 16.13.
Luna roriflua 19.3.
Luna rubens 22.23.
Luna ſilens 11.13.12.5.
Luna ſitiens & ſicca 11.13.17.11.
Luna ſpumans in herbas 6.10.9.26.
lunaticus 11.5.
lunulas caluos nominat Syneſius 27.30.
lupata 11.28.
Luperci cincti 19 16.
Luperci Iuliani 7.3.
Lupercorum ſodalitas 7.3.
lupini 1.15.
lupinis æra quid diſtent ibid.
lupino folliculo os parricidis obuoluebatur 13.13.
lupinus 19.7.
lupus 11.28.
lupus armis validus, tergo infirmus 15.5.
lurcones 7.18.
luridus color 6.17.
lurinum 10.25.
luſtralia exta 7.6.7.13.
luſtralis cenſus 7.21.
luſtrici dies 7.21.30.23.
luſificare 28.32.
luſoria tabula 27.3.
luſoriæ naues 24.25.
lutea 6.17.21.1.23.22.
lutei calcei 28.21.
lutei libri 30.20.
luteus color 28.13.28.21.
luteum negotium 15.19.
luto plantam euellere 13.17.
lutum 29.17.
luteus & flauus color nuptijs auſpicatus & conſecratus 29.32.
luui, præteritum à luo 14.19.15.1.
lychnus 18.3.
Lycij 27.19.
Lycoris Simonides 9.25.
Lycurgei 17.3.
Lycurgus orator ibid.
Lycurgus ſenior pro ſe vicarium dedit filium, qui cum Argonautis nauigaret 22.28.
Lydia primũ Aſia vocata 15.22.
Lydiæ lacus vndæ 14.8.
Lidiæ mulieres turgidæ 15.17.
Lyde 11.3.
Lydorum veſtes 26.6.
Lygmon 26.35.
lympha Mallia 24.5.
lymphatici nummi 6.11.
lymphaticus morbus 10.26.
lymphiones 30.20.
lyra heptacordos 19.30.
lyræ inuentor Mercurius 19.30.
lyræ lyræ 3.20.15.6.
lyrici 1.4.
Lyrneſſus 13.15.
Lyſonis ſymphonia 21.5.
lytæ 8.19.

M

Maccus, & macci 17.21.29.20.
macellarij 8.7.
macellum 22.17.
machina 25.3.
machina frumentaria 8.9.
machina ſcanſoria 9.20.
machinalia pondera 8.9.
machinarius aſinus 8.9.
macrocola reginæ Catharinæ inſcripta Athenæo 23.33.
macri campi 26.31.
mactare 11.5.29.28.
macte 11.5.
macteæ 22.6.
madida 18.15.
madere ibid.
madere arte 13.20.
Mæcenas 18.2.
mœchidij 24.18.
mæna 10.24.
Mæonius Autumedon 17.23.
Magi certis rebus ad ſua veneficia egent 26.21.
magicis veneficijs accommodata 14.9.
magiæ vis 9.17.
magida 22.9.
magiſter 23.34.25.18.
magiſter curiæ 24.23.

magifter fracta aure 24.28.
magifter facrorum 1.25.
magifter Samnitum 25.10.
magiftratus Capitolini Tholofæ 11.2.
magiftratuum quorundam Frã-corum origo 28.2.
magiftri carmen 23.34.
magiftri pagorum 9.7.
magmentaria vafa 22.6.
magmentarium ibid.
magnam partem oratio conftat iambis 16.15.
magna parens 4.17.
magnæ animæ 2.24.
magnarius 27.21.
magnas res fecare 15.19.
magni amici 2.24.12.14.
magni dies 2.24.
magni menfes 16.13.
magnum ad columen 5.20.
magnũ mare 3.15.19.20.20.26.
Maiales 21.15.29.23.
maior hoftia 28.20.
maior pars diei 3.14.
maior via 10.26.
maiorem partem minore mea habitas 15.7.
maiorib.poteftatib. gladius datus 12.6.
maiores & minores pueri 14.17.
maiores teftudines 11.24.
malacam coronã fumere 20.36.
malaci ibid.
malacum ibid.
mala ætas 17.21.
mala manfio 23.21.
mala orbiculata 12.17.
mala pannucea 28.33.
mala fcabies 6.25.
malè 3.12.
maletractatio 11.20.
Maledenfia 27.35.
malefactum animo 29.34.
Maledus 27.35.
malis mandare 7.18.
malis onerari 6.1.
malis alienis ridere 23.5.
maltha 6.9.24.21.
malthinus 6.9.11.23.
maluaceus 11.3.
malum carmẽ occentare 23.11.
malũ obiectũ mala manu 4.15.
malum punicum,infigne 9.21.
mamma 18.34.
mammæ nutrices 8.8.
mammofus pannus 30.18.
Mamurra 14.8.
manalis lapis 10.15.19.24.
manales verrere 26.10. 19.24.
manare 10.15.
manceps 11.21.
manceps carceris 2.13.
mancipia deformiora 26.24.
mancipia pulchriora ibid.
mancipij æftimatio 26.17.
mancipium 20.19.
mandare malis 7.18.
mandatores 22.16.
manes lædere 16.4.
mangonium 16.5.
manibula 23.1.
manibus velatis 4.15.
manica 29.17.
Manilij poëma 23.27.
Manilio iurifcõfulto parum conuenit cum Cicer. in mancipis nexúfque nomine 20.19.
Manius 30.7.
manium poftis 19.24.
manftutor 11.21.
Mantua diues auis 2.21.
Mantuanus ludus 26.26.
manuarium 17.1.
manubiæ 16.15.
manubiarius amicus 11.21.
manu ducere 5.25.
manulea 2.4.
manuleatæ tunicæ ibid.
manu lenta trahere 1.15.
manum de tabula 1.28.
manumiffi mox manumiffori dicere folebant falue patrone 15.15.
manum fimulachri tãgere 25.1.
manum totam porrigere & extendere oportet, non tantum contractos digitos 27.34.
manus 8.24.30.5.
manus gypfatæ 12.18.
manus velatæ 4.22.
manus vifco tincta 29.20.
mapalia 19.24.
mapalia facere 19.24.
mappa 18.33.
Marci municeps 24.46.
marcipor 24.46.29.17.
marefchalli 28.2.
mare 10.11.
mare, arbores, fluuij dormiunt 26.5.
mare bonorum 26.9.
mare dormire dicitur 21.4.
mare Aegæum 19.2.
mare fretenfe 18.10.
mare magnum 3.15.19.20.20.26.23.3.
mare quando albefcit & nigrefcit 26.28.
mare quiefcens, pronum & acclinatum terræ tanquam ad foporem fingunt poëtæ 21.4.
mare rauum & purpureũ 26.28.
mari fomnũ tribuit Maro 26.5.
mare turbidum imaginem non reddit 30.14.
Mareotis 8.11.
Mareoticum vinum ibid.
margaritæ extricatæ 27.31.
margopolis Var.fatyra 17.23.
maria 26.9.
maria vere aperiuntur 18.24.
maria hyeme clauduntur 18.24.
maria claufa & aperta 19.24.
maria & montes polliceri 26.9.
Mariana quercus 27.26.
marica 21.22.
Marij aperti 24.44.
marini lares 28.13.
marinorum deorum domiciliũ in imis gurgitib.& vadis 12.12.
marifca 13.1.
marmorarios & lapidum fcalptores manu quàm mente doctiores 30.28.
marmorum capitolinorum auctoritas non magni ponderis 30.28.
Maro 7.26.
Maro Theocriti æmulus in Bucol. 12.7.
Maro Theocriti imitationem profitetur 19.27.
Maro ramũ tribuit fomno 21.4.
Mars conditoris pater 6.8.
Mars Iunonis filius 16.8.
Mars nofter 23.14.
Mars Quirinus 19.11.
Mars Siluanus 15.14.19.3.29.23.
Mars filuæ præeft 29.23.
Mars vigila dicebãt duces in bel-

lum exituri 11.8.26.39.
Marti vltori templum condidit Auguſtus 6.8.
Martis comites 23.14.
Marſæ voces 14.9.
Marſia 22.12.
Marſia cauſidicus ibid.
Martiobarbuli 24.12.
martius picus 3.11.
martulus 1.14.
maſcula bilis 20.1.
maſcula Sapho 10.2.
maſculum thus ibid.
Maſiniſſa,non Maſſaniſſa 30.37.
Maſſagetes populi 25.4.
Maſſiliæ vrbis conditor 27.26.
maſtruca 15.23.20.9.
maſtrucatus 20.9.
maſtruga 10.24.
mataxa 2.3.20.4.
matella communis 28.12.
matellio 22.9.
mateola 11.13.
mater 13.8.
materia campeſtris 23.3.
materia montana 23.3.
materia publica 19.9.
materina terra 21.25.
materis, materæ 9.7.
Matius Iul. Cæſaris amicus 17.13.
matrimi & patrimi 28.20.
matrona moueri iuſſa dieb. feſtis 23.3.
matronæ ſtolatæ 29.31.
matronam tangere 24.18.
matronæ Rom. verrunt templi ſolum crinib. in placādis diis 29.30.
matronales vittæ 23.5.29.31.
maturi ſenes 22.11.
maturus ibid.
maturare fugam 12.12.
maturare mortem ibid.
matuta mater 13.8.
matutinus ludus gladiatorius 30.30.
matutinum & veſpertinum tempora votis & precib. conſueta 24.35.
matutinum ſpectaculum 30.30.
mattiacæ pilæ 9.23.
mattus 28.6.
Mauri iaculatores 17.5.
Mauri & Hiſpani capillati 1.17.
Mauritania leonum & ferarum abundans 17.5.
mauſolea 19.19.
maxima Iuno 24.40.
maxima mamma 18.34.
mazaces 24.16.27.18.30.3.
mechanici 8.4.
Medea pellicem ſuam vlta eſt oleo medico 24.21.
Medeai miſeriæ 19.5.
Medi 11.26.19.9.
mediaſtinus 28.31.
medi edi 3.20.
medici veteres curationem ſimplicem ſecuti ſunt 17.18.
medici cuiuſdā garrulitatem arguit 28.45.
mediusbelli 10.22.
mediusfidius 3.20.
mediponti 8.6.28.47.
Meduana 22.20.
Megabacchus 3.21.
Megabyzus 18.31.
Megarici ſophiſtæ 4.2.
meis auſpicijs 24.26.
mel antiquis in delitijs 8.8.
Melanthius 7.1.
mel humidum 28.45.
mel ſolitum 5.14.
melicæ & medicæ gallinæ 8.6.
melici 1.4.
melimela 17.13.
melior mundus 4.17.
melior natura 4.17.
melior pars diei 11.23.
melior ſexus 22.22.
melior victima 14.4.
melle veteres vtebantur in omni dulciario opere 28.45.
mellina 20.1.
mellis color antiquis iucundus 27.35.
mellita placenta dabantnr mortuis 28.45.
melomeli 17.13.
membranam poſcere 7.10.
Memnon 1.7.
memoriæ tradere vetuſtatem literarum 29.36.
Menalij verſus 27.25.
menæus 20.12.
Menenij gens fœcunda 23.2.
menæus, menſtruus circulus 20.12.
Meniæ 23.2.
menia lex 17.23.
menis 21.10.
mens & animus 28.44.
menſa 2.5.
menſa auguſtata 18.4.
menſa tripes 19.4.
menſæ remotæ 21.22.
menſarij 20.28.
menſes decem 4.15.
menſes Iudæorum 15.18.
menſes lunares 16.13.
menſes olim breuiores 4.15.
menſes vertentes 16.13.
menſores 24.16.
menſtrua ſoluere 15.1.
mente captus 8.10.
mētem niſi exciperet dominus, Horat. 23.2.
meo remigio rem gero 7.6.
meraclum 8.11.
mercales 26.16.
mercatura 16.5.
Mercurialium collegium 5.28.
Mercurij natalis 2.11.
mercurius ad Aeneam miſſus cur per Athlantem deſcēdit 25.6.
Mercurius deus omnium gymnaſiorum communis 8.24.
Mercurius λόγιος & ἀγώνιος 11.28.
Mercurius lyram heptacordon inuenit 19.30.
Mercurius maniū ductor 26.5.
Mercurius deorum nuncius κῆρυξ & διάκτωρ 11.28.
mergus 18.6.19.22.25.3.
meridiani apud Suet. 27.19.
meridianum ſpectaculum 27.19.
meritoria 28.6.
meritum honorum diſtinguebatur ferri magnitudine 12.6.
merto & pulto veteres dixêre 30.22.
merulea 10.24.
meſancyla 19.31.
meſolabum 1.19.
meſonauta 28.31.
Meſſapus equorū domitor 22.3.
Metabus 22.3.
metari 13.1.
metatores 28.6.
metatus ager 13.1.

moneta 4.2.
metiri per corbem 7.23.
meum mel 8.8.
micare 20.13.
micæ auri 18.6
micleta 24.6.
migdilibs 10.24.
migrare communia iura 5.20.
mihi eſt mellinæ 8.8.
mihi nũc Ligus ora intepet 30.7.
migrare 21.17.
miles caligatus 28.31.
miles centuriatus 18.19.
miliarium aureum 5.1.20.7.
militaris opinatus 28.6.
militaris teſſera 19.26.
milites 11.18.
militum caligæ 26.34.
militum decurſiones 5.8.
mille paſſuum 18.14.
miluina appetentia 18.15.
mimologus 28.6.
mimus 27.20.
min apud Auſon. 23.30.
mina 24.17.
mina ouis 6.9.
mina vnde dicitur ibid.
mina & propugnacula 3.14.
minæ murorum 3.14.
Minerua 26.29.
Minerua Alcide 30.37.
Mineruæ ædes 24.11.
Minerua ædificiorum inuentrix 12.7.
Minerua apud Maron. 11.22.
Minerua apud Tritoniam paludem nata 24.9.
Minerua Phidiæ 24.41.
Minerua Ilienſis 7.21.
Minerua liberalium artium præſes 8.24.
Minerua ſcientijs & artibus preeſt 17.21.
Miuerua ſingularis & propria gymnaſij dea 8.24.
Minerua Tritonia 24.9.
Mineruæ ſidus 21.10.
Minerua vbi nata 23.16.
minerual 11.22.26.29.
Mineruium 16.20.20.35.23.28.
Mineruiũ Mineruæ templũ 2.3.
miniaria Siſaponenſia 10.12.
miniani dij 29.28.
miniare leges 4.5.
miniata cera 4.5.
miniſtrare velis 29.24.
minores muſculi 11.24.
minuritio 1.12.
minuritionem citare ibid.
miriones 23.18.
miror laborum 5.8.
miſericordiæ ſedes in genib. 11.21.
miſon 11.14.
miſſilia 29.9.
miſſio gratioſa 16.21.
miſſionẽ dare & auctorari quid differant 3.3.
miſſor 8.17.
miſtarium 8.15.
mitellita 24.6.
mithra 29.25.
mitra 4.14.
mitigare ſandalio caput 29.28.
mittere fulmina 29.29.
mittere ſignum quadrigis 25.2.
mittere vela ad portꝰ beatos 2.7.
mitulus 27.26.
modeſtè dicere 30.13.
modica patella 1.18.
modioli 2.5.
modioli ærei 2.22.
modiolorum funduli ibid.
modius 24.46.
modus ſcenatilis 12.16.
mœchi ſemitarij 13.19.
mœchocinædi 15.1.
mœnia mundi 6.6.
mœnia pro munerib. 16.11
mœſilea 19.19.
mola 19.27.
mola ſalſa 7.13.
molæ 19.11.
molæ quadrinæ 12.16.
mola truſatilis 7.22.
moles Gigantum 2.8.
molile 7.22.7.23.
molles Triuiæ honores 17.2.
molleſtra 3.11.
molleſtræ, vel potius melotæ 19.24.
molle Tarentum 1.24.
molle vinum 12.8.28.24.
mollis articulus 4.10.
molochus 28.33.
molucrum & mola 3.11.
momen 29.34.
monetæ deæ in fano veſparum erat examen 4.2.18.17.
monetarij 4.2.18.17.
monimentum Senatus 16.15.
monocoli 24.42.
monogrammi 28.9.29.17.
monolores 9.11.
monopodia 1.25.
monopolium 28.6.
monotrophus 9.21.
mons Albanus 26.24.
montani 3.3.
montes auri polliceri 29.2.
montes & maria 19.14.
montes in Dianæ poteſtate ſunt 6.2.
monumentum hæredes non ſequitur 5.16.
Mopſe nouas incide faces 27.25.
mora & mœra parca 18.34.
moratores 11.11.
Morbonia 24.36.
morboſus 9.14.
morbum iurare 8.24.
morbus 9.14.
morbus ſonticus 17.7.
morbus ſolſtitialis 24.38.
more maiorum petere 8.24
more Romano 12.18.
moretarium 16.17.
moretum ibid.
mori diẽ dicebãt veteres 18.14.
mors fatalis 11.19.13.9.
mors merita ibid.
mors naturalis ibid.
mors tergeminia 29.32.
mors vulnere illata, aut pœna irrogata 13.9.
mortarium 16.17.21.20.
mortem laceſſere 11.19.
mortis gradus 9.27.
mortis frater ſopor 28.44.
mortualia apud Plaut. 23.8.
mortuaria gloſſaria 23.8.
mortui iacẽre dicuntur 22.11.
mortui poſiti ibid.
mortuis in rogo aperiebantur oculi 24.26.
mortuorum manes vocantur ad tumulum 22.10.
mortuorum oculos claudebant proximi, filij, pater aut mater, 19.16.26.5.
mouere ancilia 5.1.
moueri ſatyrum 21.8.

mouere senatu 27.32.
mu syllaba 23.11.
muccinium 13.14.
mulcare 28.6.
mulcatores ibid.
mulceri 8.17.
mulctare 16.2.
mulla sagmaria 30.16.
mulieres & virgines nolebant cerni ab alienis viris 30.23.
mulier vulgaris 5.1.
mulieres Pellæ dracones alebāt 5.19.
mulieres simpulatrices 3.16.23.18.
mullei calcei 19.24.
mullus centuriatus 18.19.
mulsa loqui 8.8.
mulsum in triumpho datum 14.11.
mulsum in delitijs habebāt Romani 14.11.
multa 22.21.
multa aduersa reuertens 10.14.
multa in Virgil. ex historia esse 26.17.
multigenera 10.4.
multi meri 18.27.
multi modis, aduerbium 14.23.
multos ex digito insanos & prudentes videri 27.34.
multus 24.18.
mundi cochlear 17.21.
mundi mœnia 6.6.
mundus 26.4.
mundus, cœlum est 19.24.
mundus inferior 19.24.
mundus lucens 19.24.28.14.
mundus melior 4.17.
mundus muliebris 22.30.
mundus patet 19.24.
mundus superior ibid.
mundus, terra est ibid.
munera nuptialia, natalitia, & in puerperio mittebantur à seruis & libertis 19.14.
munimentis insistere 3.3.
municipales equites 3.9.
municipalis ibid.
municipalis adulter ibid.
municipalis arena 10.27.
municipium 1.11.
munire 13.18.
munire rupem ibid.
muritare 3.20.25.15.
munitor 20.25.
Murcia ignauorum & segnium dea 22.17.23.22.
murena 7.20.
murena dentata ibid.
murena edentula ibid.
mures 15.23.
mures pontici & alpini ibid.
murgiso 28.6.
Muria dura 17.16.
muriatica 15.6.
murinæ pelles 15.23.
Murranus 10.7.
murreum & murrinum 26.14.
murrhea 8.9.
murrhina pocula 8.1.
murrina 28.6.
murtatum 22.6.
Murtia & Murtea Venus 22.17.23.22.
murtis 22.17.
Musæ Heliconis incolæ 20.1.26.24.
Musæ Mnemosynes & Iouis filiæ 28.43.
Musæ Sicelides 16.13.
musare 7.11.
Musarum Latinarū sedes 26.24.
muscipula tenta 29.2.
musculi 11.24.
Musæus 28.46.
musæum 21.23.
musica olim 8. chordarum erat 19.30.
musimo 20.9.
musino ibid.
mustacei 23.10.
mustei 28.12.
mustella 12.10.15.23.
mutatum vinum 7.9.
mutitare 14.18.17.1.
Mutinitini sacellum 17.23.
mutua fungi 29.34.
mutuamur 10.25.
mutuitare 14.18.17.3.
mutonium 17.21.
Mutunus priapus 17.23.
munus 28.14.
munus recipiendorum hospitum 6.11.
Mycenæ à Cyclopedibus munitæ 28.46.
Myrmillo 3.4.
Myrmidones Achillis milites 3.4.
myrobarbum 3.19.
myoparones 3.1.
myrrhina 8.9.
myrta fœm. gen. 30.6.
myrtea gausapina 19.7.
myrtea virga 28.20.
myrteus color in equis 19.7.
myrtus 4.22.23.22.
myrtus Asia 15.22.24.9.28.21.
myrtus hexastica 23.22.
Myrtoum mare 22.13.
mystica hostia 29.32.
mystica virga 28.20.
mystica vitis 29.32.
mystrum 3.19.

N

Nacta 23.23.
næ 1.18.
nænia soricina 24.11.
næuianus laudator 9.1.
næuosus 28.26.
nam quod edit, tam duim quàm perduim 6.26.
Nanetes 17.9.
nanus 22.9.
naphtha 6.9.24.21.
nardinum vinum 2.29.
nares acutæ 21.3.
nares obæsæ ibid.
naris acutæ 14.20.
naris obæsæ ibid.
nardini amphora 2.29.
nardinum vinum ibid.
narrare somnium Vestæ 7.26.
nascuntur qui honores adipiscuntur 23.4.
nascuntur qui ab exilio redeunt 23.4.
nasi adunci homines 4.9.
Nasidienus Horatianus 13.17.
nasiterna 7.22.
naso suspendere adunco 4.9.
nasus 30.13.
nasus longior ille facit 9.24.
natalis deus 16.19.29.32.
natalis Mercurij & Salutis 2.11.
natalis reditus 23.4.
natalis salutis 2.11.
natalitium 7.14.
natio madens pingui 2.7.
natos tollere 22.11.

natura gubernans 6.6.
natura latrans 2.11.
natura melior 4.17.
natura solo subest 2.12.
natura vitis sustinetur 10.14.
natura sustineri arbores ibid.
naturæ deus 2.15.16.19.
naturæ & fati nomine nihil diuersum significari 13.9.
naualia 21.23.
nauales pedes 13.15.
nauales socij 11.18.
nauci non habere 5.23.
nautica officia & ministeria nauis Argo. 28.43.
naues è mari in mare per discrimen terræ machinis tractas traducere 27.24.
naues lusoriæ 24.25.
naues orariæ 1.16.
nauigatio prima 24.34.
nauigaturi Venerem inuocabāt 9.27.
nauigatio secunda 24.34.
nauis auri & paleæ 16.3.
nauis geraria 19.31.
nauis gestoria ibid.
nauis vectoria ibid.
naues subducere 14.16.
Nautes 26.17.
Nautiorum Rom. clara familia 26.17.
ne 5.27.26.16.27.6.28.1.
ne, pro non 5.5.16.2.
ne aliquando apud Horat. ex superuacuo ponitur 7.10.
Neapolis 29.12.
Neapolis otiosorum domicilium 29.2.
nebula linea 1.15.
nebula, pro re nihili 20.1.
nebulas Helicone legere ibid.
nebulones ibid.
nec fonte labra prolui cabalino 10.13.
necesse est 26.13.
necessitas anteambulatrix fortunæ 9.14.
nec mulieri, nec gremio credi oportere 30.31.
nec rectè 15.7.
nec rectè dicere 3.20.
nectere trib. nodis 19.22.
necti 20.19.
nectum 8.10.
nec vola, nec vestigium 29.2.
nefans pro nefando 15.1.
nefrundines 26.10.
nefrundus porcus ibid.
negatio abundans 25.3.
negationes duę inficiantur 30.9.
negocia tumere Cic. 13.5.
negocium luteum 15.19.
Nemesis aduersa superbis 2.21.
Ne mihi Pulydamas 10.1.
nemo in se cōuertitur fugā 4.15.
Nemorense 24.20.
nemorum succus 23.27.
nemus 24.20.
nemus sacra accubat vmbra 5.4.
nepa 8.17.
Neptuni equi 26.23.
Neptuni tridens 18.32.
Neptuninus 24.9.
Neptuni pecudes 29.28.
Neptunus à nando 19.20.
Neptunus à nubendo ibid.
Neptunus Aegæus 3.10.
Neptunus maris potens 6.6.
Neptunus tridente suo mare & terram mouet 26.33.
Neptunus vterque 24.44.
nequa 23.17.
nequam 27.6.
nequam dare 15.6.
neque censeat 10.25.
neque post respiciens, neque ante prospiciens 28.13.
neque Turno mora libera mortis 23.14.
nequicquam 9.18.27.6.
nequitia est scelere 3.4.
Nerei pecus 29.28.
Nerei pecus simum 15.4.
Nereis 19.11.
Nereus vaticinatur apud Hom. 19.3.
Neriene 19.11.
Nerio ibid.
nerite 17.22.
Nero caluus 12.8.
Neronia 27.18.
neruis alienis mobile lignū 2.18.
neurobatæ 11.25.
Nestoris patera 27.31.
netum 8.10.
ne vis 9.18.
ne volt 19.13.
nexisti 16.6.
nexus 20.19.
ni 18.14.
ni, pro ne 3.12.17.11.
Nicasio 12.4.
Nicasionum archetypa 12.4.
nicere 24.17.
nicostrategi 9.16.
niger Galesus 4.14.
nigram hyemi pecudē immolari 4.22.
nigri oculi 27.27.
nihil duarū rerum credas 18.25.
nihil mihi credas diuini & humani 18.25.
nihil vidi 9.22.
nihil deterius 14.17.
nihilum 11.5.
nilotis tunica 30.30.
nimbatus 20.1.
nimbus 2.12.20.1.
ninguit 16.6.
ninnium equuleum Græci appellant 15.6.
nisi ne vis 16.2.
nitere 4.22.9.20.
nitens penna 8.17.
nitens taurus 4.22.
nitidus sol 12.4.
nitor olei 9.20.
nitrum berenicarium 18.18.
nitrum matronale ibid.
nitrum parthenicum ibid.
nixi dij 7.8.
nixus pares ibid.
nobis aquilo ventus erit 17.11.
noctifer 24.27.
noctiluca luna 20.37.
noctiluca pro nicedula 29.20.
noctis tenebræ seueræ 30.22.
noctuini oculi 27.27.
noctulucus 21.28.
nocturna ora 11.7.
nocturni 19.7.
nocturni oculi 11.7.
nocturnus 24.27.
nodata soluis 27.30.
nodus currax 26.19.
nodus gratiarum 19.29.
nodus Herculanus 18.4.
nodus manus 30.18.
nodum soluis 27.30.
nola in cubiculo 3.19.
Nolani infanda libidine notati 3.19.

nomen accipere 27.32.
nomen ædificare 28.11.
nomina in io etiam propria habere diminutionem 28.27.
nomina familiarũ Romanarum 23.2.
nomina quæ in mentum deſinunt, aliquãdo in men deſijſſe 16.2.
nomina in ar, aliquando in are deſierunt ibid.
nominũ notatio in palliatis comœdijs 28.4.
nomiſma Theſſalicum 27.29.
non alienus eques 9.24.
Nonæ Idus Cal. 15.14.
Nona Parca 18.34.
non eſſe aſſis 17.23.
non eſſe ſeſcunciæ ibid.
non habeo nauci 5.23.
non inuentum 4.17.
nonne videre 5.27.
Nonius Struma 21.11.
non quauis aqua ad purificationem vſi ſunt veteres 17.13.
noſter ludos ſpectauerat, vna luſerat in campo 6.7.
noſter Mars 9.30.
noſtram vicem 16.15.
noſtri dij 9.30.
noſtro omine it dies 7.12.
noſtrum eſt quod viuis 20.1.
notare 5.2.
notarius 15.20.
notis ſcribere 14.24.
notor 29.36.
notoria 15.20.
notus arbiter Adriæ 9.27.
noua æſtas 23.8.
nouales 18.12.
noualia ibid.
noua nupta præcingebatur cingulo laneo, nodo Herculis 18.4.
noua nupta limen domus vnde exibat nec in quã deducebatur pedibus cõtingebat 8.11.
nouã nuptã olim matronæ vniuiræ collocabant in cubiculi ſella, & in lectulo geniali, boni ominis cauſa 21.29.
nouendiales cineres 24.27.
nouendiale ſacrum facit Aeneas 26.17.
nouendialia 24.27.
nouiani fullones 7.20.
noui auctorati 18.13.
Nouocomenſes 17.15.
nouo conditi ibid.
nouus annus 23.8.
nouus orbis 22.11.
nouum 17.15.
nouum ver 23.8.
Nox, dea Romanis 24.45.
nox ſilet 12.5.
nox ſomniorum parens 7.26.
nox tacet 12.5.
nox tacita ibid.
noxit 15.15.
nubigeri clypei 20.1.
nucleus 2.3.
nucleus acini 25.26.
nudum 26.19.
nudum pactum ibid.
nugas 28.6.
nugæ perſolæ 11.7.
nullus æquè meticuloſus 4.15.
nullus argento color 10.21.
Numæ lex de ſepultura 16.22.
numella 23.21.26.2.
numen 5.27.26.30.
numen purum 27.9.
numera Senatum 30.31.
Numeria dea 29.28.
numeri eburni 5.6.6.10.
numeri 19.9.24.36.29.25.
numeri in bello qui ſunt 24.36.
numeri innumeri 10.12.
numeri Phrygij 21.15.
Numerij 29.28.
numeris fertur lege ſolutis 1.4.
numeris obloqui 28.46.
numero aliquo eſſe 16.15.
numero deus impare gaudet 27.25.
numerorum arenarius 7.20.
numeros tres iactare 4.22.
numeros memini 29.25.
numerus in motu 28.46.
Numicum & Numicium 11.17.
Numidæ 1.27.
numina delibata 2.12.
numina læua 29.35.
numinis appellatio 27.9.
nummo ſeſtertio addicere bona 28.3.
nummos ſcribere 4.13.
nummus 24.17.
nummus aſper 18.28.24.2.
nuncium remittere 14.5.
nudinalis coquus 10.15.
nunquid vis? 15.18.
nuptiarum præſides 19.16.
nuſquam tuta fides 26.5.
nutrices 8.8.
nutrire 28.34.
nutrire vinum 17.13.
nutus 27.2.
nux calua 20.6.
nux Tarentina & Terentina 27.17.
Nyctegreſia 3.5.
nycticorax 14.1.
Nymphæ Hylam rapuerunt 30.14.
Nymphæ lanificium exercent apud Maron. 8.15.
Nymphæ Querquetulanæ 20.35.
Nymphæ ruſticæ deæ 13.4.
Nymphæum 4.6.
Nympharum domus 12.12.
Nympharum ſacella ſunt rure 13.4.
Nyſa 24.14.

O

obbruteſcere 10.8.
obcædes, concædes 9.21.
obeliſcolychnium 12.11.
obiectum malum mala manu 4.15.
obiurgari rubra ſolea 20.1.
oblimare 29.34.
oblimare ſulcos inertes 19.18.
oblinere 30.6.
oblinere dolia 25.20.
obliquare ſinus 14.4.20.4.
obloqui numeris 28.46.
obriſum 28.5.
obruſſa 14.22.
obſcœnum 3.8.
obſecratio 22.32.
obſecro & reſecro 18.25.
obſidium & obſcidium 21.28.
obſigillare 30.3.
obſignare 25.16.
obſignare lagenas 30.7.
obſillas 28.6.
obſitus æuo 24.40.
obſonium 20.31.
obſonium vnctum 10.19.

obſus 19.1.
obſtringere iureiurando 7.10.
obſtrigilator 15.1.
obtentui eſſe 18.7.
obtorto collo rapere 26.2.
ob vagulationem 13.26.15.15.
obuagulare 29.14.
obuiam eſt per tempus 15.6.
obuertere pelago proras 11.8.
occanere quàm occinere maluit Tacitus dicere 2.25.
occaſus, occaſio fuit antiquis 16.22.
occatio 30.7.
occentare malum carmen 23.11.
occentaſſit 16.22.
occipitium oſtendere 29.27.
occiſit 15.15.
occurrere è portis 2.12.
Oceanus refuſus 30.5.
Oceanus vterque 3.5.
ocellata 3.18.
ocium cum dignitate 28.42.
Ocnus 8.1.
Ocnus Mantuæ conditor 29.24.
ocris 22.19.
oculeus 11.7.
oculi dolent 12.17.
oculi felinei 27.27.
oculi glauci ibid.
oculi herbei ibid.
oculi incerti 26.25.
oculi in arũdinib.& ſtirpib.1.27.
oculi nigri 27.27.
oculi noctuini ibid.
oculi nocturni 11.7.
oculi putres 18.27.
oculi tumentes 14.17.
oculis captus 8.10.
oculos ſigillare 30.3.
oculus caninus 16.9.
oculus conturbatus 2.6.
oculus inuidus 9.28.
oculus irretortus 10.21.
oculus perſolus 18.14.
octonæ veſtes 23.19.
ocyma vernæ vendere 15.3.
ocymum ſeritur cum maledictis ac probris 30.8.
ocymum cantare ibid.
odium inter cygnos & aquilas 10.11.
odores liquidi 9.27.
œ pro v ponunt veteres 3.11.
œa 9.15.
œdipus ſuos abominatus liberos optauit vt regnum paternũ ferro diuideretur 27.23.
OEenſis colonia 9.15.
OEnei partu edita 2.8.
œſus 3.11.
œſus ſit 24.3.
OEta 21.4.
OEtæus habitus 16.12.
œtum 16.9.
offa melle ſaporata 28.45.
offa ſuera 14.1.
offerumenta 16.22.
officina Vulcani 26.29.
officium 18.34.27.19.
officium virile. 19.9.
offucare 16.22.
ô fortunatã natam m.c.R.7.19.
olea conditiua 25.19.
oleam facere 10.18.
oleam ſtringere 10.18.
olearia 13.3.
oleaſter 8.16.
oleaſter infœlix 13.21.
oleaſter maximè viuax 8.16.
olera agreſtia 7.10.
oleum decumanum 12.16.
oleum œnanthinum 24.4.
oleum medicum 24.21.
oleum Romanicum 10.18.20.6.
oleum viride & vulgare ibid.
oleum viuum 6.9.
olim quandiu peregrè erant, comam alebant 22.28.
olitor 19.9.
oliua flaua 14.4.
oliuitas 28.12.
olla legit olera 3.13.
ollicoqua exta 22.2.
olores purpurei 15.22.
Olympus omnipotens 29.24.
omen comitiorum 5.23.
omen & auguriũ firmare 13.16.
omen vituperare 7.12.
omentum in ſacris 7.13.
ometides 4.23.
omina in nuptijs obſeruata 3.14.
omina nuptiarum 3.14.10.11.
omina repetere 6.21.
omine noſtro it dies 7.12.
omine rato 15.10.
ominibus primis 10.11.
omne 5.19.
omne magnum contulit 5.27.
omnimodis 6.14.
omni pede ſtandum 7.19.
omnipotens 29.24.
omnituens ſol 11.8.
omnituentes 5.26.
Onagos, fabula 14.5.
onerari 27.30.
onerare zamiam 27.30.
oneraria nauis 1.16.
onides 18.18.
Oobij 6.19.
Oones ibid.
operam ſoluere 6.9.
operare 6.9.
opes ſtrangulare 21.4.
Ophiogenes 23.11.
ophthalmia 14.18.
opicus, & opicus magiſter 10.12.
opifices in Mineruæ ſunt poteſtate 29.29.
opifices in vulgo numerantur 30.28.
opigena Iuno 7.8.
Opilius 13.11.23.17.
opimianum vinum 25.24.
opinatores 16.22.28.6.
opinio 8.1.
opinio veterum de lacteo circulo 13.2.
Opis 22.3.
opiſthodomus 22.17.
oppanſum 28.6.
oppedere 15.18.
oppidanũ dicendi genus 14.22.
oppidum 30.32.
Oppij ex Velia 21.7.
oppilari 23.1.
Oppius res Cæſaris & rationes procurabat 21.7.
opponere 7.5.
optati ciues 24.23.
optio 4.7.
optio carceris 2.13.
optio fabricæ 2.13.
Oops 19.11.
Ops & Rhea 25.22.
opſianus lapis 18.23.
opus auerſione locatum 30.27.
ora 16.22.18.5.
ora commentarij 2.28.
oracula 30.1.
oracula flexiloqua 5.19.
oraculo vti 2.25.

oraculorum duo genera 5.21.
oraculum arietinum 14.18.
oræ belli 18.3.
oræ diæ luminis 25.1.
oram soluere 3.1.
ora nocturna 11.7.
orare nobiscum 15.7.
orariæ naues 1.16.
orarium 19.21.
oratio recta 26.12.
orationis succus 11.1.
oratores & poëtæ Iouem opt. Max. in exordijs appellāt prę- fantúrque 29.29.
oratores ex Cannensi caterua 3. 19.
oratores plærunq; mentiuntur, & fuco patrocinātur suæ cau- sæ 25.16.
orbiculata mala 12.17.
orbile 21.23.
orbis 20.7.
orbis Asiæ & Europæ 30.5.
orbis Eous & occiduus ibid.
orbis Lacedæmonius 24.28.
orbis Romanus 30.5.
orbis saltatorius 4.21.21.15.
orchas 22.2.
orchitis ibid.
Orci ianua 19.24.22.19.
Orci galea 28.30.
Orci ostium 19.24.
Orci putei 22.19.
Orciniana sandapila 30.30.
Orcini liberti ibid.
Orcus 20.37.
Orcus cœlestis 13.2.
Orcum neut. gen. 20.37.
ordo 11.27.
oræ maritimæ præfectus 28.2.
ore fauere 26.17.
organa pneumatica 11.20.
orgia 21.21.28.13.
Orion super mare ambulat 27. 28.
Orionis sidus 23.27.
Orythia ab Aquilone rapta 23. 14.
Orythia dea 23.14.
ornatus mulieris 22.30.
orobanche 8.23.
oro tecum 10.15.11.12.
oro tecum precibus 10.15.
Osca 23.17.
os columnatum 2.28.
oscæ fabulæ 12.18.
oscedo 10.26.
Osci 23.6.
osci ludi 12.18.
oscilla 20.24.
oscillatio 7.20.
oscillum ibid.
oscines aues 29.4.
osculana pugna 3.11.
oscula dantur postib. 12.5.
os pugilis 13.11.
ossa erepta ieiuno cani adolētur quodam sacro 14.9.
ostendere 3.1.
ostento 25.15.
ostentui esse 18.7.
Ostiensis quæstor 21.11.
Ostiensis quæstura ibid.
ostium oculissimum 11.7.
ostrea testam asperam habent 21.21.
Othonis turpē vitam mors ho- nesta exornauit 18.21.
oua in circo, delphines, colum- næ feiæ, messiæ, tutulinæ 18. 33.
ouis quę incubantur aliquid sub- sternitur aduersus tonitrua 18. 12.
oues Tarentinæ 1.24.
oues Thymianæ 24.11.
ouis pusilosa 24.2.

P

p in ph. sæpè mutatur 6.19.
pacta conuenta 16.5.
Panchon 24.34.
pacis tessera 30.35.
pactilis corona 18.29.
pactum 16.5.
pæanem citare 1.12.
pæan ibid.
pædagogia 8.9.23.19.26.20.
pædagogiani pueri 8.9.
pagani 3.3.
pagatim habitare ibid.
pagi & vici 3.3.9.7.25.3.
pagorum magistri 9.7.
pagus 3.3.
palæ 8.6.
Palamedes tabulæ tesserariæ in- uentor 17.23.
palaria 13.6.
palatina officia 13.10.
palatini ibid.
Palatua dea 6.5.19.11.
Palatualis flamen 6.5.
palatum cœli 6.20.
palatum tergere 18.12.
Pales 19.11.
Pales, dea pastorum 21.3.
Pales vnde dicta ibid.
palæstræ gramineæ 28.46.
Palilia 16.22.21.3.
Palinurus 13.19.
palimpsestus 25.22.
pallam trahere 30.9.
Pallas quas condidit arces colat 12.7.
Pallas turbata 26.29.
Pallas vrbium tutela 12.7.
palles iratum Eupolidem 5.3.
pallere cum accus. 10.1.28.26.
palliati 2.27.
palliati Græci 2.27.
pallio detexere 30.34.
pallium 2.27.
pallium duplex Cynicis 7.20.
pallium duplicare instituit Dio- genes 7.20.
pallium trahere 28.13.
palma 26.17.
palma & eius origo 3.7.
palmæ lemniscatæ 18.3.
palmarum agrestium abundat Sicilia 30.39.
palmaris statua 3.4.
palmata vestis & picta quæ triū- phalis 5.9.28.23.
palmulæ 3.7.
palpo percutere 4.15.
paluda 23.16.
paludamentum 17.15.
palumbes 21.1.
palumbes sine clunibus 20.34.
palus palo proximus 15.4.
pampinatæ lances 15.20.
Panathenæa 28.25.
Panda pacis dea 19.9.19.11.
panchrestarij 13.14.
pancratium 27.8.
pancratium à Lycurgo sublatum Sparthanis 27.8.
Pan deus cornutus 6.9.
Pan dimidia sui parte caper 18. 8.

Pan & Faunꝰ fistula delectati 19.3.
Pan pastorum pręses 26.26.
Panes Græci, Fauni Latini 18.8. 19.16.
Pani caprarum pedes Lucianus tribuit 18.8.
panicula tectoria 2.28.
paniculæ 30.18.
panis gradilis 11.6.26.34.
panis tria genera 14.5.
panes popani 30.7.
pannosa fex 29.23.
pannucea 28.33.
pannucea mala ibid.
pannuceus globus ibid.
pannuellium 22.6.
pannus 28.33.
Panotij populi 6.19.
pantices 25.27.
pantomimi 26.20.
panus 22.2.
panus mammosus 30.18.
papauer soporiferum 29.6.
papia papæ, Varr. Satyr. 17.23.
papiliones lucernis obuolantes 18.18.
pappus senex 23.16.
parabolani 13.23.
parada 22.10.
paragaudæ monolores, dilores, trilores, pentalores 9.11.
paragaudæ purpurea opponitur 9.11.
paragaudæ vestes ibid.
paralus 18.31.
parapegma 11.3.
parapsis 10.27.18.23.
parare 9.14.
pararium æs 16.22.
parasiti scorta vocabãtur 23.24.
parasitus Apollinis 21.24.
parastatæ 2.4.
parastichis 13.11.
parazonium 9.23.12.6.28.6.
Parca mora, vel mœra 18.34.
Parca non mendax 10.22.
Parca nona, decima 18.34.
Parca quasi parta ibid.
pardæ & pardi 22.10.
paredri 26.21.
parenchiresis 12.11.
parens antiquior 4.17.
parêre æri alieno 30.35.
parêre legi 30.31.
parerga 9.31.
pares & impares 14.20.
paria pocula ponebant veteres in Delphica mensa 9.19.
Paris patriæ 27.30.
parilia 16.22.21.3.
parma 3.7.5.10.
parmam Thraces gerebant 5.10.
parma & palma 26.11.
parmula ibid.
parmularius 3.7.5.10.9.24.26.11.
Parorea 30.37.
parochi 12.3.15.16.
paron, nauigij genus 3.1.
parrę cantꝰ insuauis & dirus 9.19.
parræ omen canentis ibid.
parricidarum pœna 13.13.
pars diei melior 11.23.
pars familiaris 11.27.
pars hostilis ibid.
Parstrymonia 30.37.
parta 18.34.
parta de hoste victoria ad expiandã cædem lustrabant exercitum Rom. 22.7.
partes 21.11.
partes primas qui agit 19.14.
Partula dea 18.34.
partumeïus venter 30.2.
partus legitimus an nothus esset explorabant Germani aquæ Rheni arbitrio 22.15.
partus viris attributus 2.8.
parua dictu 22.33.
parum stabile carmen 9.25.
pascere 29.12.
pascere amictum pectore 29.28.
pascere libatis dapib. 6.7.
pascere linguam 5.19.14.9.
pascere sacrum crinem 7.14.
pasceolus 3.11.
passer Catulli 15.22.
passer marinus 16.22.
passerib. vehitur Venus 15.22.
passerinum prandium 29.23.
pastinaca 8.23.
pastor ad baculum 23.6.
pastoritia fistula 9.1.23.27.
pastophorium 28.6.
patagus 7.20.16.22.
patagium 7.20.
patella 8.10.
patera 8.10.9.19.
patere 8.17.
pater 13.8.
pater & princeps 6.8.
pater Inachus 11.8.
pater Romanus 22.15.
patibula apud Caton. 6.23.
patimur quisq; suos manes 22.1.
patina Vitellij 24.41.
patinarius piscis 1.24.2.15.
patratus 26.22.
patres auctores fieri 11.17.
patres & patricij ibid.
pattes qui creari possent ibid.
patrica & patricia 2.29.
patricè 2.29.
patricius 15.16.
patrimi & matrimi 28.20.
patrita 7.6.
Patroclianæ sellæ 30.26.
patronos apud Rom. qui habebant 24.32.
paucorum est hominum 15.18.
paulus non paullus 30.28.
pausicape 4.13.
pausus 15.21.
paxillus 8.6.
peccare supernè 2.18.
pecora sacra 2.27.
pecore abundant Siciliȩ montes 30.14.
pecunia certa 29.36.
pecunia dea 11.20.
pecunia extraordinaria 29.36.
pecunia vsuraria 3.12.
pecten Amazonius 26.30.
pectere 8.8.
per pectinem tondere 14.7.
pectitus 8.8.
pectum ibid.
pectus præligatum 2.30.
pecus compelli dicitur 16.8.
pecus 21.28.
pedato tertio 24.38.28.1.
pedatum 28.6.
pede liquido 26.13.
pedem facere 20.4.
pedem proferre 20.4.
pedes abstulit 21.19.
pedes nauales 18.15.
pedib. subijcere Acheruntem 21.10.
pedicinum 7.25.
pedo 19.19.
pedules 18.23.
Pege 11.15.

pegmata 8.9.
peius æuum 22.22.
pelagus 14.4.
pelagus tenuêre rates ibid.
Pelethronij fræna 21.9.
Pelethronij Lapithæ ibid.
Pelethronius Chiron ibid.
Pelethronius mõs Theſſal. ibid.
pelles 7.1.18.23.21.15.
pelliculam curare 24.28.26.27.
pellinctor 28.31.
pellio 18.15.
pellionis ſupellex 15.4.
pellis 13.3.
pellucida & perflabilia 15.18.
pelta 5.10.
peltis pugnant Thraces 21.19.
peluis pueri 18.19.
penates 15.21.
pendere 27.19.
pendens vinum 1.1.
penes æterna 5.26.
penetrare animos 30.22.
peniculus 18.15.
pennata victoria 13.14.27.2.
pennigeræ coronæ 9.8.
pennigera victoria 27.5.
pennipotentes 6.6.
penſilis vua 15.6.
penſio 30.26.
pentalores 9.11.
peplum ferre 14.15.
penula 25.17.28.12.
peragit 19.18.
per animum 10.14.
Perbibeſia 27.27.
percide tuos 7.12.
per corbem metiri 7.23.
percurionem dici iubere 25.8.
percurrere labro calamos 12.7.
percuſſio digitorum 20.13.29.30.
percuſſit thyrſo 18.6.
percutere palpo 4.15.
per Dium fidium 18.25.
percutere ſcutum ſcuto 5.8.
perduellio 17.7.
perduellis 17.24.
perduellum 17.24.
perdium 6.26.
perduint 19.14.
Peredia 27.27.
Perfica dea 11.20.
Pergama recidiua 29.24.
per Genium viri iurabant 16.19.
pergula curta 8.1.
per haſtam iurare 8.16.
periculum 17.15.
per infrequentiam factum SC. 30.25.
Peripateticorum opinio de virtute 25.23.
Peripatet. ſententia de mundi deflagratione & eluuione 21.18.
peritare 19.12.
periuri in comitio 27.27.
per Iunonem mulieres iurabant 16.19.
per liberos 18.25.
permarini lares 20.35.
permanare 10.15.
permiſtus Achiuis 18.32.
permutatio 21.15.
pernæ 16.16.
pernę comacinę & ſequanicæ 4.6.
perorare, pro agere 10.15.
perpetuum bouis tergũ 24.40.
per purum 9.9.
per ſatyram aliquid facere 26.34.
per ſceptrum iurare 8.16.
perſcribere 4.13.9.22.
perſcriptiones 9.22.
perſea arbor 17.12.
Perſeus falcem geſtat 26.28.
Perſij 4. ſatyra vnde ſumpta 30.8.
perſolæ nugæ 11.7.
perſolus oculus 18.14.
perſuaſoriæ aſſertiones 5.10.
per tempus obuiam eſt 15.6.
per terras vagari 8.17.
per tranſennam præterire 5.9.
perticoſa res 24.3.
perturbationes vnde 22.8.
peruiam, aduerbium 14.5.
peruulgare 23.26.
Petri Caſtellani diſputatio de Cyclopibus 24.10.
Petri Victorij commẽdatio 30.13.
pes 6.20.9.31.20.4.24.21.
pes aquæ 6.20.
pes conſtratus 16.14.
pes humilis 22.22.
pes porrectus 16.14.
pes pro aſſe 3.18.
pes pro verſu 5.3.
pes planus 22.22.
pes prolatus 20.4.
pes quadratus 16.14.
pes varus 30.8.
pes vterque 20.4.25.21.
petaſones 16.16.
petauriſta 8.4.29.19.
petaurus 8.4.
petere 8.24.
petere cibum è flamma 3.13.
petere ignem è teſta 26.7.
petere more maiorum 8.24.
petere pacem 24.26.
petere ſecretum 4.4.
petigo 7.5.
Petilius non Petillius 30.28.
petiturire 9.3.
pexæ veſtes 5.14.
pexitas telæ ibid.
Phædrus 13.19.
phæninda 9.23.
phalæ varicæ 11.2.
phalangæ 27.24.
phalangem facere 9.7.
phalanx ibid.
phalanx Macedonum quomodo pugnabat ibid.
Phalerum 21.23.
pharmacum 24.42.
pharmuti apud Veget. 24.34.
phecaſiani dij 10.27.
phecaſianus 10.7.
phecaſium 10.27.
pheriones 15.5.
philippeum 4.8.
Philippi 22.10.
Philo Siculus 8.10.
philoſophiæ finis 26.26.
philoſophiæ moral. pars præceptiua 8.10.
philoſophi mortuaria gloſſaria 23.8.
philoſophi prouidentiam negãtes 21.22.
Phintia 20.13.
Phocis curiana 17.3.30.12.
Phœnicis cantus modulatiſſ. 12.16.
Phœnicium 28.6.
phonaſcæ tibiæ 17.20.
Phormio 24.2.
Phraartes Parthornm rex ſæuiſ. 10.21.
Phryges 5.25.

Phryges opib. & auro abundant vt Persæ 9.18.
phryginda 27.33.
Phrygiis numeris in sacris Cybeles stimulati & in furorē acti se cruentabant 21.15.
Phrygum tibia è buxo 30.39.
phrixianæ vestes 24.19.
phthongarium 17.20.
phylacides 19.31.
phylacistæ 4.5.24.23.
physicè 29.21.
piacula 26.26.
piacula comitissa 28.46.
piacularia auspicia 6.21.
piacularia sacra 28.46.
piaculare 15.14.
piaculum committere 28.46.
pica 3.10.
picæ Sphinges 3.10.
picati & pici 3.10.
picantium modo 10.4.
piceus 22.7.
piceus sudor ibid.
pici 23.26.24.23.
picus 6.26.
picus feronius 3.11.
picus martius 3.11.
picta vestis 28.23.
pietas sæpe vultu læditur 22.21.
pietate mea 3.13.
pietatis nomen cur Cic. vsurpet 16.15.
Pigmæi ijdem qui & Spitamæi 24.42.
pignora multæ causa capi 24.14.
pigri apud Senec. 9.30.
pila fabaria 7.22.
pila farraria ibid.
pila fullonica ibid.
pila seminaria ibid.
pila terra 29.28.
pilani 11.27.
pilare & compilare 3.10.
pileata Roma 8.4.
pilei & causiæ nulla apud Hom. mentio est ibid.
pileum 28.6.
pileum Saturnalib. Romani gerebant 8.4.
pilicrepus 7.4.
pilum 9.21.22.9.
pilum Græcum 6.18.17.8.
pilum catapultarium 15.1.
Pilumnus deus 23.14.
pinea tæda 21.29.
pingue 21.3.
pinguis 18.3.19.1.28.26.
pingui tentus omaso 2.19.
pingues verbenas adolere 19.27.
pinnata & aligera victoria 13.12.
pinnirapus 3.8.28.6.
pinsare humum 20.29.
pinsere humum cubitis ibid.
pinsere terram genibus 28.11.
pinus Cybelæ sacra 21.22.
pinus matris deûm ibid.
pinus pontica 19.2.
pinus succinctæ Ouid. 23.20.
pipilo 25.21.
pira volema 19.18.
pisces elacati 2.23.
pisces mustellini generis 12.10.
pisces patinarij 1.24.1.15.
pisces sale durati 17.16.
piscis patinarius 2.15.
pissoceros 10.4.
pistorij operis varia esse nomina 23.10.
pistrinalia pondera 8.9.
Pithecusa 17.5 20.18.
pithecium 2.29.
pitillus 27.26.
pitylus 28.43.
placabant deos veteres 29.30.
placenta dubia 28.4.
placentæ solum 23.10.
Placentini calices 21.15.
Placideïanus 8.13.
plaga 29.28.
plagæ 1.25.30.39.
plagioxiphus 20.25.
plagulæ 1.25.
plagusiæ 17.22.
Plancus 19.19.
planus pes 22.12.
planum 27.21.
plasma 28.26.
platanon 26.6.
platessæ 2.23.
Plato cur Homerum è sua Rep. exterminarit 14.6.
Platonis & Academicorum de orbe lacteo sententia 26.18.
Platonis sententia de immobilitate terræ 16.18.
platycerotes 4.6.
plaustrum conuiciorum 28.11.
plauti canes 19.19.
Plauti nomen unde ibid.
Plautus ibid.
plectilis corona 2.30.18.29.
plectrum 28.6.
plenus sacculus araneorum 2.10. 15.15.
plerusque exercitus 3.15.
pleuritides 2.22.
Plinius non rarò ab Aristot. recedit 22.4.
Plinius vocum antiquarum auceps 13.24.
plinthides 2.22.
plinthis 2.4.29.13.
plinthium ibid.
plorare 16.22.
Ploti & Plauti 19.19.
plumarij 11.25.
plumbum liquidum 9.14.
plumbi potestas 6.6.
plutei 11.24.
pluteus 23.33.
Plutonia 5.22.
Pluto, Hecate, Proserpina dij inferi 16.4.
Plutonis domus exilis 9.27.
Plutonis sacra 28.44.
pluui, à pluo 14.19.15.1.
pneumatica organa 10.20.
pnigeus 2.22.
pocula duo cum cyatho 9.19.
pocula murrhina 8.1.
poëta barbarus 2.28.
poëtæ comici innocentes 14.6.
poëtæ, olores 10.22.
poëtæ sacri 21.6.
poetæ tragici & comici in Liberi patris clientela sunt & fide 28.26.
poëtæ vt sacerdotes sacra ferunt 21.6.
pœniceus color 5.26.
pœnire pro punire 22.21.
polenta 12.8.
polentam pransitare 4.13.
politiones 15.14.30.6.
politiones agrorum 29.19.
politores 9.16.15.14.30.6.
pollices premere 11.6.
pollicem vertere 11.6.
polliceri maria & montes 26.9.
polliceri mõtes auri 19.14.29 2.
polliceor 28.31.

pollincere 28.31.
pollinctor ibid.
pollucta pago 11.7.
polluctus virgis ibid.
polluctum 26.16.
pollulus 22.21.
pollubrum 28.7.
Polyxenæ cædes 11.19.
Polyidus 5.22.
pomeridianus conſul 18.13.
Pompeianum capitolium 11.2.
ponderib. librata terra 4.17.
ponere 9.13.
ponere in medio 30.24.
ponere pro facere 9.31.
ponere ſigna 1.24.
ponè petere 28.11.
ponè recumbere ibid.
pons à Cæſare in Rheno factus explicatur 24.30.
pons Aeſiæ 9.8.
pontē indignatus Araxes 19.20.
pontes diſturbare 13.13.
Pontia Venus 9.27.
pontica pinus 19.2.
popa 30.7.
popæ 18.5.
popani panes 30.7.
poppyſma 4.15.
poppyſmis adorari fulgetras 4.15.
popularia 18.33.
popularia ſacra 30.30.
popularis 19.14.
popularis ſal 7.23.30.6.
populea corona 11.26.
populos Septentrionales ſtupidiores eſſe, quia longius ab aura ſolis & tepore incolunt 18.32.
populus ferijs toga amiciebatur candida 21.11.
populus fundus factus 4.12.
populus intonſus & ferus 16.4.
populus ſeruatus 10.23.
populus tributus 7.11.
porca contracta 17.20.
porca præcidanea ibid.
porce & chariboea anguium nomina 17.4.
porcere 7.11.
porci in myſterijs Cereris immolabantur 29.32.
porcis in expiationib. vtebantur veteres ibid.
porci ſacres ibid.
porci ſerarij 7.5.
porcopor. 21.28.
porculus 7.25.
porcus & porca 7.5.26.29.
porcus hoſtia myſtica 29.32.
porcus Larib. immolabatur 26.2.29.32.
porrectus pes 16.14.
porricere 24.13.
porriciæ ibid.
porricio 26.17.
poſtrigere dextram 22.8.
porrigo 15.17.
porro Quirites 13.22.
porrum 9.16.
porta cœli 18.27.
porta quintana 30.24.
portæ 4. in caſtris Rom. 30.24.
portæ ſomni 4.14.28.46.
portare aue 28.15.
porticus 4.18.
portorium 1.5.
portulaca 8.23.
portus corporis 4.22.
portus Velini 22.1.
poſcere membranam 7.10.
poſcere veniam 24.26.
poſcenium 27.35.
poſitus 22.11.
poſt conuiuium Græci ſe poculis inuitabant 21.13.
poſte caput tondebant ad deorum iram placandam 12.5.
poſtem tenebat qui dedicabat ędem ibid.
poſterior 14.17.10.9.
poſtes 20.22.
poſtib. amatores dant ſerta 12.5.
poſtib. oſcula dantur ibid.
poſtica 18.35.
poſtis deûm Maniū 19.24.10.22.
poſt meridiem Romani nihil incipiebant 16.10.
poſtomis 17.24.28.8.
poſtpartores 10.25.
poſt principia locus triario 3.9.
poſtridiani dies 26.17.
poſtriduani dies malè ominoſi 24.15.
poſtulare ingrati 10.6.
poſtulationes 11.20.
poſtumus 10.23.18.1.
poſuit templa 19.17.
potens 17.11.
potens à potior 29.24.
potens maris 6.6.
poteſtas naturalis 22.29.
poteſtas plumbi 6.6.
Potica & Cuba 18.34.
potio vincea 9.21.
potire ſeruitutis 30.34.
potiri hoſtium ibid.
potitur fatorum 9.18.
præbere aquam 2.2.
præbere crebrū poppyſma 4.15.
præcantatrix 2.29.
præcentoriæ tibiæ 17.20.
præcepſerit 7.5.
præcerpſis 15.15.
præcidanea porca 16.22.17.20.
præcingere 23.1.
præcipes, pro præceps 21.12.
præcipuum 5.2.
præciſi 30.16.
præconium 10.18.20.6.
præcurrere 5.24.
præda Sybaritana 11.22.
prædes 20.30.
prędia preſcripta in vacuū 27.19.
prædiatores 20.30.
prædiatoria lex 27.19.
prædiatorium ius 20.30.
præfamino 15.14.
præfari diuos 14.13.
præfecti 30.24.
præfectura 1.11.
præfecturarum genera duo 1.11.
præfectus oræ maritimæ 28.2.
præferre triumphi diem 30.25.
præfiſcine 23.11.24.31.27.23.
prægnas pro prægnans 29.27.
præiuratio 3.10.
præligatum pectus 2.30.
prælucere ſpem bonam 13.7.
præmia 15.4.
præminens 17.10.
præmiatores ibid.
prænomine ſalutare 2.19.
præpes victoria 27.2.27.5.
præpetes 23.5.29.4.
prærogare 2.13.17.10.
præſcripta candida calcis 2.12.
præſcriptum velut cretatū 2.12.
præſentanea porca 16.22.
præſepes 14.2.
præficare 22.2.

præfiderare 3.10.
preſſura croci 17.2.
præſul 2518.
præſultor 19.10.
præſtare 28.47.
præſtringi oculos 29.17.
prætenturæ 4.7.
prӕterea 6.15.
præterire per tranſennam 5.9.
præteritum perfectum penultima correpta 18.2.
præter propter vitam viuere 14.18.
prætor vnus non multi 15.22.
prætoria porta 30.24.
prætoris iuriſdictio quæ olim fuit 16.22.
prætoris verba non ſolùm eſſe, do,dico,addico:ſed etiam adabdico 30.35.
prætexta purpura 12.22.1.
prætextata verba 24.36.
præuarus 1.15.
prandium paſſerinum 29.23.
pranſitare polentam 4.13.
pranſum paratum, Varr.ſaty.15.1.
praſinianus 5.10.
precabatur mane & veſperi 24.35.
precium habere 28.47.
precium impenſum 17.15.
prehendere aurem 16.17.
prehendere auriculas 29.32.
prela ſuperuacanea 8.6.
prela temperata ibid.
prela veſtium 23.19.
prelum 7.25.
premere 29.4.
premere habenas 12.12.
premere pollices 11.6.
premere, verbum venatorium 12.12.
prenſare 8.24.
prenſatio ibid.
prenſo 25.15.
preſſi copia lactis 5.12.
preſſoria 23.19.
preſſum quaſillo ſcortum 16.19.
pridie ſortitionem 14.17.
prima cum 15.6.
primæ ſententiæ eſſe 29.12.
prima iubent 26.19.
prima nauigatio 24.34.
primas partes qui agit 19.14.
prima tellus 7.9.
primi liberti 11.9.
primis ominibus 10.11.
primipilariũ teſtamentũ 28.35.
primiſcrinius 24.12.
primo cœtu condemnare 20.25.
primogenitis magna prærogatiua tribuebatur 19.16.
primores digiti 11.13.25.20.
primum ſententiam dicere 3.4.
primus cœtus 29.25.
primus haſtatus 30.32.
primus lictor 11.9.72.21.
primus virorum 25.29.
princeps Senatus 27.32.
principalis porta 30.24.
principales duæ portæ, dextra & ſiniſtra ibid.
principatus 28.14.
principia & principes 3.9.
principiale 13.20.
priſcarum legum beneuolentia 15.5.
priſcus 24.9.
prius geminatum Maroni 26.5.
proagorus 8.10.
pro ariete 24.30.
pro aris & focis 10.7.
probatio athletarum 16.12.
prochimaſis & epichimaſis 3.10.
proci, pro procerib. 8.3.15.7.16.22.
proconſul & proconſule 4.24.
Proculeius 28.24.
procumbunt piceæ 13.21.
procum apud Cic. 8.3.
procurator ducenarius 22.32.
procurator deorum 17.11.
prodigere 14.24.
prodigia comburuntur 18.4.
prodigus vnde dictus 14.24.
prodromus 22.17.
producere 19.16.
producere nomẽ ſignatum prę-ſente nota 9.31.
produci 20.21.
proferre pedem 20.4.
profeſtum facere 3.11.
proficiſcuntur ſuppetias 15.5.
profluens 28.39.
profundum 1.14.14.7.
prolatus pes 20.4.
prologium 1.8.
prolubium 20.31.
proluuium 20.31.
prolytæ 8.19.
promæ cortes 29.21.
promercium 8.9.
promeritum 29.20.
Promethea iuga 18.1.
Prometheus 17.21.
promittere 19.6.
promulſidiaria vaſa 28.23.
promulſis 1.24.28.23.
promuntorium 13.18.
pronubarum officium 3.13.
prœmium facilius habere 28.35.
propala 1.1.
propalæ 14.5.28.6.
propes 20.4.
propinare comedendum aut deridendum 12.10.
propinquas olim Romani oſculabantur 29.27.
proponere vexillum 14.16.
proporro 5.27.
propter viam ſacrificium 9.4.
propymata 28.23.
proreta 28.33.28.43.
prorumpit 30.19.
proſcribere inter ſenes coẽmptionales 1.28.
proſcripta prędia in vacuũ 27.19.
proſcriptio Syllana 11.22.
proſecare exta 15.7.
proſecta ibid.
proſcenium 27.35.
Proſerpina & Hecate 28.44.
Proſerpina, Iuno inferna 22.11.
proſeucha 2.19.
proficiæ 22.6.
proficies 3.20.
proſtibulum 9.21.
proſtomis 17.24.
protectum 22.5.
protela boum 24.42.
protelare ibid.
protelo ducere ibid.
protelum ibid.
Protei columnæ 5.8.
protendere haſtam 2.25.
Proteſilaus interfectus 27.29.
protinus 3.20.
protrahere ſe 30.22.
proxeneta 1.1.
proximus libertus 27.21.
proximus lictor 11.9.27.21.
proximus ſubſcriptor 27.21.

pruna cerea 30.14.
prunæ batillus 1.29.
pruriga 24.19.
prurigo 15.17.
Pſeudulus Apollo 4.8.6.9.
pſilæ 28.20.
pſilochitariſtæ 20.16.
pſilotapides 28.20.
pſilotrum 30.8.
pſyathus 28.6.
Pſylli 16.6.
pteryx 2.5.
pteron 17.4.
Ptolemæus Berenices pater hoſtium multitudine territus ſalutem fuga petijt 16.1.
pubentes herbæ 26.5.
puberibus folijs 5.3.
pubertas 30.9.
pubeſcere 25.26.
publica materia 19.9.
publicani 1.5.
publici 2.27.
publici lares 28.47.
Publicola,non Poplicola 30.28.
Publius ibid.
puella ſuccida,ſicca 7.6.
puellatoriæ tibiæ 5.1.
puellitari 15.1.
pueri nono, puellæ octauo die nomen accipiebant 7.21.
pueritia quomodo inſtituebatur in Græcia 27.26.
puerorũ expoſitio in ollis 30.38.
pugil Pollux 27.8.
pugillares quincuplices 9.23.
pugillares triplices ibid.
pugillatus 27.8.
pugio 9.23.
pugio datus Tribunis 12.6.
pugnabimus in vmbra 14.13.
pugna Cannenſis 3.19.11.12.
pugna Oſculana 3.11.
pugnandũ pro aris & focis 10.7.
pugnare ferra 8.7.
pugnare verſis gladijs 7.12.
pugni dant ventri victum 14.15.
pugnum ducere 28.31.
pulchra acta 3.1.
pulegium 8.5.
pullaria feles 3.11.21.12.
pullariam facere 3.11.
pullata turba 21.3.
pullati pauperes erant ibid.
pullatus ibid.
pullatus populus ibid.
pulli 27.35.
pulli pro pueris 3.19.
pullipremo ibid.
pulmones 10.19.
pulmones rumpere ventis 23.23.
pulſare fores 11.12.
pultare fores 29.25.
pultifagonides 19.12.
puluinaria dijs ſternere 5.10.7.17.
pumices 26.33.
pumicare gingiuã rufam 21.27.
puncta & cola fœm.gen. 20.20.
puncto tempore 30.19.
punctum 20.20.
punctum tempus 5.20.
punicum ſagum 2.16.
puppes niueis vellerib,frõde,verbena in deorum honorem à nautis ornari 26.5.
pura haſta 29.1.
pura lana ibid
pura veſtis ibid.
purè lauari 29 30.
purè lautum 24.23.30.25.
purè lectus 24.23.
purè loti 26.26.
puri 27.35.
purificatio viuam aquam deſiderat 19.20.
purum argentum 29.1.
purum caput 4.23.
purum ſolum 29.1.
purum numen 27.9.
purum numen Iouis 22.14.
purgamenta 27.16.
purgamenta calcare 26.7.
purgamẽta luſtrationis poſt tergum in auerſum abijciebãtur & in profluẽtem aquam mittebantur 18.4.
purgare 7.19.20.3.
purgatum 7.4.
purpura ſplendens 22.15.
purpura ſtlataria 10.31.
purpura Tænienſis 9.5.
purpuratæ mulieres 11.6.
purpureum 28.46.
purpuriſſum 24.17.
puſula 9.24.24.2.
puſulatum argentum 24.2.
puſuloſa vel puſiloſa ouis ibid.
puſtula ibid.
puſtulatum argentum ibid.
puta lana 29.28.
putata lana 30.9.
Puteoli 1.11.10.23.
putei Orci 22.19.
puteus 6.24.
puteus iugis 5.23.
puticulæ & puticuli 5.16.
putris in Venerem 20.1.
putres oculi 18.27.
pyrgus 6.3.27.3.
pyrites 6.9.
Pynthia 20.13.
Pythagoræ terra 23.15.
Pythagoreorum perſuaſio aues canoras in cantores & poëtas renaſci 10.22.
Pythagoras octachordon fecit 19.30.
pythaulæ 11.25.
pytiſmate orbẽ lubricare 24.28.

Q

Qua arte confideret 7.16.
qua arte fretus ibid.
qua de re agitur 25.23.
quadræ 30.5.
quadrans ratitus 20.30.
quadrantal 16.14.
quadratus pes ibid.
quadrigæ albæ 24.31.
quadrigæ irarum 28.11.
quadrigæ ſolis 22.23.
quadrigis ſignum mittere 25.2.
quadrimus Cato 8.5.
quadrinæ molæ 12.16.
quadrina vaſa 7.25.12.16.
quadrupedare 26.29.
quadruplatores 3.9.
quadruplex iudicium 4.4.
quadruplices 28.32.
quæ homines arant,nauigant,ædificant 6.20.
quæ iam matura videtis 5.19.
quæ infœlicia erant,Greci comburebant lignis ſpinoſis 18.11.
quærere in medium 26.14.
quærere lauream in muſtaceo 23.10.
quæſitaria 26.6.
quæſtor & quæſitor 2.27.
quæſtor Oſtienſis 21.11.

quæſtoria porta 30.24.
quæſtoris vice orationes recitare 5.11.
quæſtorius ſcriba 11.10.
quæſtura Oſtienſis 21.11.
quala fataria 7.23.
quale perunctum nardo 2.24.
quale, pro cuiuſmodi 2.24.
quales animæ 2.24.
qualis in Eurotæ ripis 6.2.
qualis vbi hibernam Lyciam apud Maron. 3.2.
quando Diana non ſaltauit? 6.2.
quam extemplo 26.16.
quando Romani ſe purificabant 25.30.
quando Romani vota nuncupabant ibid.
quantane 7.10.
quare puppi corona imponebatur 19.2.
quaſillo preſſum ſcortum 16.19.
quarta Perſij ſatyra ex Alcibiade Platonis deſumpta 30.8.
quartarium 11.4.
quarticeps 20.35.
quaternata figura 14.19.
quatenus id facit 12.3.
quatuor viri curatores viarum vrbis 2.25.
quatuorviri quinquenales 11.10.
que, particula producta 4.21.10. 13.
quercus Mariana 27.26.
Querquetulani Lares 20.35.
quiáne 29.6.
quib. arborib. portenta & prodigia comburebantur 18.4.
quib. eſt equus & pater & res 19. 9.
quid diſtent æra lupinis 1.15.
quid ita? 29.36.
quid mihi cum longis tibijs 5.1.
quieſcere in propria pelle 4.9.
qui ad ſuppliciũ ducebãtur, tintinabula gerebant 11.21.
quidam adſciti ad ordines eorũ qui præturam vel quæſturam geſſiſſent 11.9.
qui animum videre cẽſent, per oculos vt per feneſtras, refutãtur ſenſus teſtimonio 30.10.
qui cupiunt & metuunt, agitantur perturbatione 22.8.
qui iurabat, ſub dium prodibat 20.36.
qui non riſêre parentes 16.13.
quippe vbi 20.26.
qui precabantur, ſe vertebãt dextrouerſum 22.23.
quî pro quomodo 5.27.
qui ſeſe ſtudent præſtare 16.2.
qui ſex annis inter vigiles Romæ militarat, ius Quiritium conſequebatur lege Viſellia 19.23.
qui talos mitebant, ſcorta inuocabãt, aut ſuas amicas, fauſti ominis cauſa 23.24.
quincuplices pugillares 9.23.
quinquagenaria vrna 7.22.
quinquare pro luſtrare 3.20.
quinquatria 17.21.
quinquennalia vota 27.7.
quinque primi 8.22.
quinqueviri 21.26.
quintana porta 30.24.
Quinte puta aut Publi 2.19.
Quintiliano cõſularia ornamenta data 22.22.
quintuplices 28.32.
Q. Opimius 29.27.
Quintus, non Quinctus 30.28.
Quirinus 19.11
Quirinus trabeatus 12.6.
quiritare 08.5.
quiritius 19.11.
quis caneret Nymphas 13.4.
quod bene vertat, conſcende 30. 35.
quod ciuis cum ciue agat 7.12.
quod ille dicat ibid.
quod iam miſſum 25.2.
quod in ſolum venit 9.2.
quod te poſtules 7.12.
quod ſupereſt 5.27.
quo die fata vocabantur 10.22.
quo ea pecunia peruenerit 12.17.
quóne 7.10.
quoniam pro cum 6.24.
quô te Mœri pedes 26.31.

R

R plerunque mutatur in l. 11.23.
rabies pro fremitu 30.22.
Rabirius Poſthumus 18.1.
racemi 25.26.
radiata rota 21.23.
radij fulminis 26.29.
radij inferti 4.22.
radij Solis curſum errantium ſiderum regunt 18.24.
radius 28.14.
radix 22.2.
radix ſaxi 5.27.
radula 27.30.
rallum 24.1.
ramus aureus 26.21.
rami oleæ lana inuoluti 4.15.
rapacidæ 6.26.24.23.
rapere obtorto collo 26.2.
rapis veſcitur Romulus 18.13.
rapſis pro rapueris 15.15.
raptim ludere 7.4.
raſæ veſtes 24.19.
raſtri 22.14.
raſtri dentifabres 29.19.
ratio ad denarium 8.14.
ratiocinationes 8.6.
rationem habere alicuius in petitione magiſtratuum 27.32.
rationes turbare 16.10.
rationis egens 24.26.
ratitus quadrans 20.30.
raua frumenta 13.25.
rauio 19.12.
rauum mare 26.28.
recanere 23.11.
recens 23.25.
recentatum vinum ibid.
recidere 29.24.
recidiua Pergama 29.24.
recidiuus annus 29.24.
reciproca 23.26.
reciperatio 6.18.
recoctus 15.7.
recoctus ſenex 18.26.21.26.
recta domus 26.12.
recta oratio ibid.
rectæ cœnæ opponitur ſportula 5.10.
rectè 5.13.
rectè conuiuari 18.12.
rectè viuere ibid.
rectus apparatus ibid.
rectus talus 18.12.
rectum 26.12.
recutiti Iudæi 24.9.
redandruare 25.18.
redantruare 17.8.
reddere pro pietate 5.13.

reddere ſumptũ ad aſſem 29.26.
redhibet 28.6.
redimiculum 4.17.24.17.29.25.
redit in rugas 17.10.
reditum ferre 21.29.
reditus natalis 23.4.
reducere calculum 6.3.
reduces tondere 22.28.
reducta haſta 2.21.
reducta vallis 26.23.
reductus ſinus 26.23.
redundare 12.13.
redundationes 22.29.
redundantia ſpiritus 6.13.
reduuiæ 18.35.
referre de repub. 14.11.
refractarius 30.13.
refractariolus 17.3.
refractariolũ dicendi genus iudiciale 30.13.
refragatores 27.22.
refugere 15.10.
refugium facere ibid.
regere ſilentium 14.9.
reges à Ioue educari opinio priſcis fuit hominib. 16.13.
reges in Iouis tutela 29.29.
regliſcit 13.25.
regnat Apollo 16.13.
regnum pro poſſeſſione 1.26.
regredio 13.24.
Rheticum vinum 29.26.
relictum 20.32.
religio ſcrupea 23.18.
relinere dolia 25.20.
relinere ſerias 30.6.
relinquere 14.4.
relinquere celebranda choreis 24.9.
reliquiæ cibi, & humor quem profundim⁹ pro alui proluuie, & lotio 17.14.
reliquum 28.14.
reliquus quadriſyllabum 19.15.
reluere 17.8.
reluuia 17.8.18.35.
remeare 13.25.
rem gerere 28.11.
remigio ſuo rem gerere 7.6.
remipedes lembi 18.15.
remiſſarij vectes 7.25.
remittere 14.5.
remittere interceſſionẽ 27.22.
remittere nuncium 14.5.
remittere ſub furca 16.3.
remora 24.4.
Remorinus ager vel Remurinus 24.4.
remulcere caudam 21.22.
remulcens 28.6.
remum lentare 4.22.
renaſcuntur qui ab exilio reuertuntur 23.4.
renes 5.6.
renidens Scylaceum 19.21.
renunciare repudium 14.5.
reparare 9.14.
reparare oras claſſe cita 9.14.
reparcere 7.11.
repentini homines 14.22.
repertitius ciuis 16.7.
repetere 30.5.
repetere auſpicia 6.21.
repetere omina ibid.
replum 11.4.
reponere 20.8.
repotia 3.6.13.25.
repotialis liber 13.25.
repromittere 29.36.
reptitius ciuis 16.7.
requieſco 30.19.
rerum adminiſtrator, geſtor Saluſtio dicitur 2.25.
rerum & animalium ſemina de cœlo 22.4.
rerum geſtarum memoria ſepulchrorum elogijs inſcribebatur 14.10.
rerum inuentio incerta apud auctores 21.9.
reſcribere 7.17.
reſcribere argentum 4.13.
reſcripti cantus 7.17.
reſcripti ſoni ibid.
reſecro 18.35.
res formata & informis 27.12.
res cognitionis 27.19.
res comperendinata 13.26.
res comportatæ 26.27.
res longi ſubſellij 14.7.
reſonant arbuſta cicadis 12.7.
reſpirare 26.5.
reſpondere 9.22.
reſpondere ad tempus ibid.
reſpõdere debitor dicitur ibid.
reſpondet imago gloriæ 2.6.
res proſperas dijs virtutíque acceptas referebãt veteres 18.7.
reſtipulari 29.36.
reſtipulatio ibid.
reſtitrix 11.21.
reſtringere 16.2.
reſtringere dentes ibid.
res tuas procura 29.27.
rete iaculum 18.26.
rete ſcutulatum 27.24.
reticulum 18.23.
retouinum linum 10.20.
retrahere fugitiuum 24.29.
returare 28.12.
reuocare 6.3.28.13.
reuocatio 28.14.
rex 24.29.
rex pro magiſtro 9.14.
Rhamnes 22.15.
Rhea & Ops 25.22.
Rhene inſula Delo vicina 7.20.
Rhenus à Cæſare ponte coniungitur 24.30.
Rhenus bicornis 23.5.24.40.
Rhianus poëta 14.17.
rhinoceros 17.24.
Rhœcus 10.22.19.18.
rhopalici verſus 5.6.
rica 22.30.
ricinium 23.1.
ridere malis alienis 23.5.
ridere ore catuli Gallicani 15.22.
ripæ 22.1.
ripæ apio virides ibid.
riſu matrem cognoſcere 16.13.
riuales 27.23.
robur 20.26.23.21.
robuſtus 23.21.
rodus 13.25.
rogare 20.28.26.2.
rogator 26.6.
rogatores in comitijs 21.15.
Roma in trium numinum tutela erat Iouis, Iunonis & Mineruæ 29.29.
Roma pileata 8.4.
Romæ Oſca lingua comœdiæ agebantur 12.18.
Romanę mulieres abſtemiæ 29.21.
Romanarũ familiarũ noĩa 23.2.
Romæ vrbis regiones 30.24.
Romanenſis ſal 10.19.
Romani carminũ ſtudioſi poëticam artem contemnũt 19.9.

Romani in ſeniores & iuniores diuiſi 22.18.
Romani Cæſares ſuos referebāt in deorum numerum 24.26.
Romani ſcriptores inſaniæ & inſcitiæ notantur ab Horat. 19.9.
Romani veſtitus mutatio 25.4.
Romano more 12.18.
Romano more loqui 25.5.
Romechium 1.22.
Romilia tribus 30.17.
Romulus Romæ ſepultus 14.21.
ros Achaïcus 2.7.
ros Lunæ filius 19.3.
Roſcius ſtrabus 29.36.
rota 4.3.7.16.18.27.21.29.
rota ſolis 8.17.18.27.22.29.
rota radiata 21.23.
rotatus ſermo 3.17.
rotunda aut rutunda 17.7.
rubra obiurgari ſolea 20.1.
rubra ſandalia 28.21.
rubrica 4.5.
rubricæ pro iure ciuili 4.5.
rude donati 16.8.26.26.
rude & pileo donari 18.33.
rudentis explicatio 5.23.
ruderatio & rudus 2.3.
rudiarij gladiatores 25.17.
rugam trahere 17.10.
Rumina 15.4.
rumore ſecundo 24.40.
rumpere 24.21.28.31.
rumpere pulmones ventis 23. 23.
rumpuntur pectora 10.7.
runcina 14.7.23.28.
rupem munire 13.18.
rupes Tarpeïa 20.30.
rupes Trinacria 24.5.
rupſit 15.15.
rurſus & prorſus 29.2.
ruſcea facies 17.8.
ruſceus ibid.
ruſe pro rure 23.15.
ruſſæ tunicæ 18.19.30.21.
ruſtariæ falces 13.26.
ruſtici natales ſuos colebant 26. 24.
ruſticæ tribus & vrbanæ 25.3.
ruſticæ tribus vrbanis honeſtiores 30.17.
ruta 8.5.22.2.
rutabulum 7.22.
rutilus color 9.23.
rutrum 8.6.

S

Sabbata 15.18.
ſabbata triceſima ibid.
ſabulo maſculus 6.13.
ſabulo ſolutus ibid.
ſaccare verbum vetus 13.14.17. 18.23.25.
ſaccariam facere 2.13.
ſaccatum 17.18.
ſaccatum lotium 13.14.
ſaccharum priſci non norunt 28. 45.
ſacco vinum eliquare 13.14.
ſaccones 21.7.
ſacculari j 9.17.
ſacculo ſeri 1.20.
ſacculus 9.17.
ſacra Bonæ deæ 30.30.
ſacra Cereri legiferæ 24.26.
ſacra commouere 28.13.
ſacra ducere 2.14.
ſacra ferre 2.14.13.1.13.16.
ſacra piacularia 28.46.
ſacra Plutonis 28.44.
ſacra popularia 30.30.
ſacra tardo greſſu ferri 13.16.
ſacra Trieterica 28.13.
ſacra vatum 21.6.
ſacramentum 29.35.
ſacrare ignem vigilem 2.14.
ſacras iaculatus arces 6.8.
ſacrata iura 6.21.
ſacres porci 29.32.
ſacrificium propter viam 9.4.
ſacri poëtæ 21.6.
ſacris infernis amores & curas ſolui 21.22.
ſacris operam daturi ſe purificabant 24.23.
ſacrorum magiſter 1.25.
ſaga mens 9.10.
ſagæ anus 9.10.
ſagæ mulieres cantione magica mutantur in ſtriges 14.1.
ſagariam facere 2.13.
ſagati 2.27.
ſagati galli ibid.
ſageſtre 12.16.
ſagis coccinis Romani, rubris ſagulis Lacedæmonij vtebātur in bello 2.16.
ſaginam cædere 14.2.
ſagittipotens 8.17.
ſagma 24.8.30.16.
ſagmaria mulla 30.16.
ſagmarius equus 30.16.
ſagula virgata 2.14.
ſagum 2.27.
Salacia Neptuni vxor 19.11.
ſalapitta 24.18.
ſalaria tribunorum militarium 18.20.
ſalarium 18.20.
ſal 15.19.
ſal Beticus 22.24.
ſal popularis 7.23.30.6.
ſal Romanenſis 10.19.
ſale vrbem defricare 15.19.
ſalictarius 7.23.
Salij 28.28.
Salij Herculis 13.8.
ſaliuum ſplendet in menſa 10. 22.
Saliorum carmen 22.25.
Saliorum duo chori 13.8.
ſalire medio foro 8.1.
Salius 26.17.
ſalis flos 7.23.30.6.
ſalis in menſa quædam religio 10.22.
ſaliua 30.7.
ſaliua vini ibid.
ſalix munda 19.20.
Saluſtius Demoſtheni affinior quàm Cicero 28.22.
Salluſtius Thucydidis æmulator ibid.
Salmacida ſpolia 28.39.
Salmacis ibid.
Salmacis aquæ ibid.
Salmoneus impius tyrannus 9. 9.
ſalpicta 28.6.
ſalſa mola 7.13.
ſaltare in foro turpe ingenuo 8. 1.
ſaltationis auctor Salius 26.17.
ſaltationis 3. partes 4.21.
ſaltatorius orbis 4.21.21.15.
ſalteres 28.28.
ſaltuares inſulæ 4.6.
ſaltus 3.22.16.1.26.9.
ſaltus Graius 3.22.
ſaltus hiberni & æſtiui 12.14.
ſaltus Pireneus 3.22.

saltus Thessalus 18.29.
salue & vale 11.1.
salutare aliquem cognomine erat hominis familiaris 2.19.
salutare deos 25.1.
salutare limina 26.23.
salute bona 14.2.
salutis natalis 2.11.
sambuca 20.1.
samiarij 27.21.
samiata ferramenta 18.17.27.21.
samiator 18.17.
Samnites 25.10.
Samnitum armatura 25.10.
Samnitum magister ibid.
Samothracia ferrea 20.2.
Samothracius annulus ibid.
sancire fœdus fulmine 25.9.
sanctarum legum inscitia 9.6.
sancta lex 9.6.
sandalia 29.8.
sandalia rubra 28.21.
sandaligeri 29.8.
sandalio mitigare caput 29.28.
sandalium 19.19.30.38.
sandapila Orciniana 30.30.
sandix 15.20.
sanguineæ virgæ 8.23.
sanguineum flagellum 8.23.
sanguis 28.15.
sanguis salsus 19.24.
sanguis viridis 23.27.
Sannali populi 6.19.
Santonica herba 17.16.
Santonica virga ibid.
sapere 20.10.
sapharium 28.6.
sapientia 8.20.
sapientiæ ætas condimentũ sapiens ætati cibus, Plaut. 26.16.
sapientem nihil habere propriũ: sed vsura tantum frui 30.9.
sapiens Stoïcorum λογοθεώρητος 9.4.
sapinus 4.16.
sapo Gallicus 9.23.
saporare 28.45.
Sappho, decima Musa 15.23.
Sappho mascula 10.2.
Sapphicum carmen ab Alcæo 9.13.
sarabara 7.20.
Sarapis & Sarrapis 10.24.
Sarapta vrbs 30.21.
Sardinia Ichnusa 30.38.
sarissæ Macedonum longæ & superuacuæ 21.25.
sarpo 16.6.
sarpta vineta ibid.
sarsura 24.22.
sartago loquendi 28.26.
sarta tecta 16.22.
sartoris vsus 6.22.
sataria quala 7.23.
sat acceptum 16.17.
Satmali populi & Sannali 6.19.
satis accipere 16.17.
satisfactio per iusiurandũ 18.25.
satura 26.34.
Saturnius versus 23.16.26.24.
Saturnalitia 29.12.
Saturno caput aperiebant sacrificando, non operiebant 15.15.
Satyræ Græcæ personæ 19.9.
Satyrarum Horatij aliæ epistolæ aliæ sermones 11.20.
Satyrarum Varronis inscriptiones 17.21.
Satyri saltantes 21.8.
Satyrica signa 9.28.
Satyrion ibid.
Satyris caprarum pedes tribuit Horatius 18.8.
Satyrum moueri 21.8.
sauillum 23.10.
sauium 29.2.
saxa putrefacere 13.18.
saxum Tarpeium 20.30.
scabies 19.9.
scabies mala 6.25.
scabrere 29.20.
scabres pro scaber es 15.15.
scæua 16.3.
scæua canina 8.11.16.3.
scæuus 30.36.
scalaris forma 2.22.
scalpere terram mordicus 6.10.
scalprum 7.10.
scalprum curuum ibid.
scambus 5.1.
scamillum 11.2.
scamna 13.7.
scandulaca & scandulata 8.23.
scansoria machina 9.20.
scaphium 2.30.4.1.16.11.
scarus Iouis cerebrum 24.41.
scarũ Rom. deperibant 24.41.
scatit, pro scateat 14.5.
scaturire in significatione desiderandi 13.20.
scaurus 19.19.
scena quæ periactos habet 5.4.
scenatilis modus 12.16.
scena versatilis 5.4.
sceptrum 8.16.
sceptrum hasta 22.12.
schasteria 4.13.
schemæ 14.17.29.19.
schœnicolæ 23.18.
scholasticus 2.7.
scientia 10.16.
scindere 20.37.
scindere comam 19.5.
scindulæ 22.18.24.12.
scipiones 28.6.
scitamenta 18.14.
sclodia 22.14.
scobs 1.24.
scolpus 6.23.
scopuli 4.22.
scopuli in cœlũ minantur 12.12.
scordalus 7.4.28.6.
scordiscarius 24.3.
scordiscus 24.3.28.6.
scorpio 15.1.
scorpius 4.19.
Scorpus 8.4.
scortum deuium 13.19.
scortum pressum quasillo 16.19.
scotia 11.2.
scraciæ 23.18.
scriba 1.29.
scriba questorius 11.10.
scriba è quinqueviro 21.26.
scribam sibi legebat magistratus 30.24.
scribere dicam 19.14.28.4.
scribere literas 14.24.
scribere notis ibid.
scribere nummos 4.13.
scribere sermonibus 14.24.
scribere stilo ibid.
scribilita & scriblita 23.10.
scripta 27.3.
scripta maleficia 10.6.
scriptuarius ager 1.5.29.17.
scriptura 1.5.
scrupea religio 23.18.
scrupediæ 23.18.
scrupeus ibid.

ſcruta 5.13.
ſcrutarius ibid.
ſculponeæ 6.23.16.3.
ſculponeatus 15.4.
ſcurræ 19.13.
ſcurra veles 6.1.
ſcutale 14.11.
ſcutula 2.5.27.24.
ſcutulatæ veſtes 24.19.
ſcutulatum rete 27.24.
ſcutum 11.27.
ſcutum quid à clypeo differat 11.27.
ſcutum ſcuto percutere 5.8.
Scylaceum renidens 19.21.
Scythæ 28.46.
ſecare 29.24.
ſecare aliquem tarda podagra 21.17.
ſecare crinem 19.17.
ſecare magnas res 15.19.
ſecare viam 19.17.
ſecandi crinem mos vnde 19.17.
ſecla ferarum 26.13.
ſecretum petit 4.4.
ſeculæ 26.2.
ſeculum 26.13.
ſecunda nauigatio 24.34.
ſecundæ ſententiæ eſſe 29.12.
ſecundaria vina 28.19.
ſecundarij 1.10.
ſecundi liberti 11.9.
ſecundus haſtatus 30.32.
ſecundus ventus 28.28.
ſecuricula, ſecuriclata, ſecuriculata, & ſecuridaca 2.5.8.23.
ſecutores 25.17.
ſecutoris armatura 25.17.
ſed tamen 12.3.
ſedere 23.3.24.18.
ſedes Muſarum Latinarum 25.24.
ſedilia prima 14.9.
ſedularia 18.9.18.23.
Segeſta, Segetia, Seſſia 20.36.
ſegetes 18.22.
ſegmenta 4.23.15.17.
ſegmentatæ veſtes 4.23.
ſegmenta aurea 15.17.
Seia 20.36.
ſeipſo formoſior 1.23.
ſelecti iudices 29.16.
Selene 8.10.27.20.
ſellæ Patroclianæ 30.26.
ſemen 21.2.
ſemiatratus 28.12.
ſemicinctium 19.21.
ſemiermes 25.18.
ſemimithra 18.23.
ſemina flammæ 13.21.
ſeminium 21.2.
ſemiplotia 19.19.
ſemiraſus 24.9.
ſemiraſus vſtor 28.21.
ſemiſirpea 7.22.
ſemitarij mœchi 13.19.
ſemitatim 3.20.
ſemitatus 25.27.
ſemizonarij 14.5.
ſemunciæ 7.22.20.6.28.3.
ſemurius campus 21.24.
ſemurium 3.4.21.24.
Senatum legere 27.32.
Senatu mouere 27.32.
Senatorum conſenſus vt SC. ſit legitimum 13.21.
ſenectus cruda 22.18.
ſenectus viridis ibid.
Seneſchalli 28.2.
ſenes aprico delectari 20.33.
ſenes coëmptionales 1.28.
ſenes facundi cicadis comparantur 29.20.
ſenes maturi 22.11.
ſenex altus 26.24.
ſenex doctus ibid.
ſenex recoctus 18.26.21.26.
ſenior 22.18.
ſenum coemptio 1.28.
ſentus 11.6.
ſeorſum 20.26.
ſepire 15.4.
ſeptem diſcrimina vocũ 19.30.
ſeptem ſtellæ 23.26.
ſeptenæ veſtes 23.19.
Septimillus 12.1.
ſeptuoſè 15.4.
ſepulchra quædam olim erant ignobilium ſine nomine 21.22.
ſepulchra violari ſceleratiſſimũ 14.21.
ſepulchri caprificus 23.6.
ſepulchris eorum quos oderant veteres caprificos optarunt 23.6.
ſepulchrum 28.3.
ſepulchrum commune 5.16.
ſepulti venti 30.19.
ſepultura per inuectionem glebæ facta omnium infima 16.22.25.6.
ſepulturæ honore carere fuit antiquis ignominioſiſſimũ 14.10.
ſepultus vino 30.19.
ſequanica 4.6.
Sequanicæ pernæ 4.6.
ſequior 14.17.
ſequius 5.11.14.17.
Serapis 10.24.20.1.
Serapis & Aeſculapius medicinam olim fecerunt 4.8.
ſerarij porci 7.5.
ſeræ antiquorum 19.7.
ſerenum 30.6.
ſerere ſermonem 2.29.
ſereſcere 6.14.25.1.
Sergia tribus 21.11.
ferias relinere 30.6.
ſeri ſtudiorum 15.19.
ſerilia ſpartea 17.7.
ſermo à ſummo 13.6.
ſermo à ſerendo 2.29.
ſermo rotatus 3.17.
ſermones ſerere 2.29.
ſerpentes auib. geminantur 19.9.
ſerpentes cantu diſrumpi 28.9.
ſerpentes heroib. dicati 14.4.
ſerpiraſtra 21.7.
ſerpulum 28.6.
ſerra pugnare 8.7.
ſerram ante aliquẽ ducere ibid.
Serranæ tibiæ 28.34.
Serranus, Varr. ſatyra 17.23.
ſerta procul 13.4.
Sertorij conſultatio 14.22.
ſertus 22.12.
ſeruaculum 27.31.
ſerui ad pedes 16.5.
ſerui ante pedes 3.23.
ſerui circum pedes ibid.
ſerui peculiares 2.27.
ſerui publici ibid.
ſerui ſine capite cẽſentur 11.20.
ſerui ſupellecticarij 8.9.
ſerui topiarij 18.23.
Seruilia lex 1.3.
ſeruitutis potire 30.34.
Seruius arguitur 24.26.
ſeruorum conditio 25.3.

seruorum & libertorum munera in puerperio 19.14.
seruus ad baculum 3.23.
seruus ad cyathum ibid.
seruus ad fræna ibid.
seruus ad lites ibid.
seruus ad manum ibid.
seruus ad pedes ibid.
seruus fornacator 8.9.
serum 6.14.26.17.
sesamoïdes elleborus albus 21.8.
sesamum asperserunt veteres placentis palati gratia 19.6.
sescunciæ non esse 17.23.
Sesostres 2.15.
sesquipedales libri 24.19.
sesquipedalia verba 7.19.
sesquisenex 23.16.
Sesquiulysses 17.24.
sessimonium 2.3.
sestertium 3.18.18.35.
seuir 11.9.
seuiri 25.18.
sexcenta pro multis 18.30.
sextia tabula 21.11.
sex decuriæ Rom. equitum 9.11.
sexus melior 22.22.
sibilarium castratorum 12.7.
Sibylla Thessala 28.44.29.24.
sibi malam rem arcessit iumento suo 4.15.
sibynæ 19.31.29.20.
si canimus siluas 16.13.
sicca, succida puella 7.6.
Sicelides Musæ 16.13.
sicilæ & sicila 19.31.
Sicilia palmarum agrestium abundans 30.39.
sicilices 19.31.26.2.
Siciliæ montes abundan pecore 30.14.
sicilicula 26.2.
sicilire ibid.
sic me seruauit Apollo 6.24.
Siculi βάμβα pro βάμμα dicunt 17.13.
Siculi equi 28.20.
Siculos machinalis scientiæ peritos 29.18.
sic visum superis 6.21.
si deus, si dea es 15.14.
sidereus colossus 17.2.
sidus 18.24.23.15.
sidus cauum 24.21.
sidus confectum 3.10.18.24.
sidus Mineruæ 21.10.
sidus Orionis 23.27.
si forte 27.1.
si furiosus existit, pro esse incipit 2.6.
Sigalion 20.36.
sigillare oculos 30.3.
sigillaria 23.28.
sigillaritia 29.12.
signa in cœlo tremere 18.6.
signa militaria consecrabantur & adorabantur 30.15.
signa ponere 1.24.
signare vota 1.17.
signatũ producere nomen 9.31.
signino opere solum si consternatur nullam edet herbam 17.14.
signum æquanimitatis dare 25.18.
signum tacitum 1.25.
signum tollere 14.16.
Sila 11.1.
Silanus 28.6.
Silena 18.8.
Silenus genialis deus 2.15.
Silenus qualis fuit 18.8.
Silenus vehebatur asello pando 13.22.
silentia amica Lunæ 12.5.
silentium 5.19.
silentium regere 14.9.
silicernium 29.17.
siliqua 26.24.
Silla 28.37.
Silo 27.26.
Siluanus siluarum tutor 26.24.
siluæ 3.22.
siluæ canunt auibus 18.6.
simare 15.4.
simon 16.12.
simones, delphini 15.4.
Simonides Lycorides vir 9.25.
Simonides poëta Θρῆνους scripsit 21.27.
simpulatrices mulieres 3.10.23.18.
simpulum 22.30.
simula, silena est 18.8.
simulachra deorum in portis vrbium 25.1.
simulachra in vrbiũ portis posita, qui ingrediebãtur & egrediebantur salutabant 18.6.
simulachri manum tãgere 25.1.
simulatrices 16.22.
simum pecus Nerei 15.4.
sine bello ciuili 9.22.
sin nostrum annuerit nobis victoria Martem 23.14.
sin rete iecit 21.20.
sinistræ vmbræ 18.35.
sinus 1.16.5.14.24.26.
sinus in veste 2.26.
sinus reductus 26.23.
sinum laxare 26.14.
sipho & sipo 4.20.19.23.
si qua fides sub ima tellure 23.3.
si quando 27.1.
si quidem homo esset 4.18.
siriasis 24.38.
siris & sirit, pro siueris & siuerit 15.15.
Sirius 24.38.
sirpi cur ænigmata dicãtur 17.7.
sistere capite 2.29.
sistere fanum 3.9.
sistere templum ibid.
sistrum 26.33.
sitanion 1.20.
sitella 13.13.
sitellam deferre ibid.
si trulla inuerso, Iuuen. 10.27.
situs 28.6.
si vos liberíq; vestri valetis 2.15.
Smyrna Cinnæ 17.17.
sobrius ad lites 23.6.
soccatus Caius Cæsar 9.30.
soccus ibid.
soccum gestasse dabatur vitio ibid.
socij Latini 7.21.
socij nauales 11.18.
sociorum garum 10.12.
Socratas & Diogenas acc. plur. 15.17.
sodales aruales 21.1.
sodalitas Lupercorum 7.3.
sodalitates legib. ambitus vetitę ibid.
solarium 18.2.28.20.
Soldurij 20.15.
solea 24.17.
solea piscis, sandalium 30.38.
solea rubra obiurgari 20.1.
soleatus 24.17.

ſoleis in publico non vtebantur Romani 24.17.
ſolemnia exta 7.13.
ſol aſſus 12.4.
ſol nitidus ibid.
ſol vnctus ibid.
ſol ſidera regit 18.24.
ſoliar 17.21.
ſoli fidei ſolemne 11.17.
ſoli non dicere 1.21.
ſolis occaſus 13.27.
ſolis quadrigæ 22.23.
ſolis rota 8.17.18.27.22.29.
ſolis ſpicula 17.10.
ſoliſtimum tripudium 14.12.
Solitaurilia 6.18.24.4.
ſolitum mel 5.14.
ſolium Cyri 6.25.
ſolox 29.1.
ſolſtitialis 24.38.
ſolſtitialis herba ibid.
ſolſtialis morbus ibid.
ſoluere menſtrua 15.1.
ſoluere oram 3.1.
ſoluere operam 6.9.
ſolum 28.18.
ſolum pro radice, planta & pede arboris 2.12.
ſolum pro ſolio 5.23.
ſolum purum 29.1.
ſolum pedis fermentatum 10.3.
ſolutæ tunicæ 11.23.
ſolutores 8.19.
ſomniare 18.15.
ſomniare aurum 20.14.
ſomniare canterino ritu 18.15.
ſomnia è terra naſci 24.46.
ſomnia noctis expiare 8.1.
ſomni cornu 9.26.21.4.
ſomni portæ 4.14.28.46.
ſomni virga 9.26.21.4.
ſomni vis 9.26.
ſomniorum diuinationi plurimum Stoici tribuunt 5.19.
ſomnium Veſtæ narrare 7.26.
Somnus Erebi filius 28.43.
ſomnus ferreus 19.16.
ſoni in Muſica varij 19.30.
ſoni reſcripti 7.17.
ſoninium tripudium 27.17.
ſonticus morbus 17.7.
ſophiſtarum duo genera 4.2.
ſophiſtæ Megarici ibid.
ſophos tergeminum 29.32.
ſopitum 30.32.
ſopor mortis frater 28.44.
ſoporiferum papauer 29.6.
ſorbilo victitare 15.6.
ſorbilo 25.21.
ſordidatus 21.15.
ſordidus ibid.
Sardoum mel buxi potius infectum quàm taxi ſapore 22.24.
ſoricina nænia 24.11.
ſorites 30.7.
ſororiculatæ veſtes 24.19.
ſors 5.21.
ſors cernit 16.21.
ſortes 5.21.5.23.
ſortes fortunę monitu tolli 5.19.
ſortes in galeam deijciuntur 28.16.
ſortilegi 5.23.
ſortito 14.9.
Sotherici lecti 1.18.
ſpadices equi & glauci 13.4.
ſpadices inſignis formæ naſcebantur Pellæ 13.14.
ſpado 9.14.29.5.
ſpargere aquas Auernales 14.9.
ſparſio 3.8.
ſparteæ amphoræ 7.23.
ſparteæ vrnæ 7.23.
ſpatiator 17.10.
ſpatium 20.16.
ſpecies 14.23.22.29.25.18.
ſpecies generata Nattæ 5.20.
ſpecies ſuperior 22.29.
ſpecimen, ſpectamen & certamen eiuſdem ſignificationis 16.3.
ſpectacula 27.22.
ſpectaculum matutinum 30.30.
ſpecula 16.1.
ſpeculator 24.41.
ſpeculatoria caliga ibid.
ſpeculorum & abacorum diuiſiones 2.3.26.3.
ſpem bonam prælucere 13.7.
ſperata 10.24.
Sperchius 21.10.
ſpherita 4.1.14.18.23.10.
ſpica ciliſſa 8.2.
ſpicare 21.25.
ſpicare haſtile 21.25.
ſpicæ allij 8.2.
ſpicæ croci ibid.
ſpicere 11.21.
ſpiculatoria caliga 24.41.
ſpiculatoria 27.20.
ſpina coſtis nauium vtilis 26.23.
ſpina duplex 13.1.
ſpinea fax 21.29.
ſpintria 5.1.
ſpinturnix 2.29.
ſpinturnicium ibid.
ſpira 8.17.
ſpiracula Ditis 26.28.
ſpirantia molliter æra 22.1.
ſpiritu contineri 4.10.
ſpiritus redundantia 6.13.
ſpiſſamentum 17.16.
ſpiſſo venire 29.2.
ſplendet in menſa ſalinum 10.22.
ſplendida bilis 23.23.
ſplendidus humor 26.13.
ſpoliaria 28.6.
ſpolia hoſtium vbi collocabantur 26.17.
ſponde noxa tibi prę̨ſto eſt 12.8.
ſpondere in incertum 16.5.
ſpondiacæ tibiæ 17.20.
ſpondiales tibicines 20.17.
ſpondauloi 17.20.
ſpondulæ ibid.
ſpongia effingere 6.23.
ſpongiæ 18.33.
ſpongiæ retiariorum ibid.
ſponſio 8.4.
ſponſiones 18.33.
ſportulæ 5.10.10.27.
ſportæ fæcariæ 7.23.
ſportellę vitiles 6.1.
ſportula clientib. diuiſa cœnæ loco 28.24.
ſportula pecuniaria 10.8.
ſportulam dare 5.10.
ſpumare in herbas 9.26.
ſpumas maris ære ruebant 26.23.
ſpurcè 20.21.
ſpurcus homo ibid.
ſpuria 17.15.29.13.
ſpuriorum nomen 29.13.
ſpurius 30.31.
ſpurius pater ibid.
ſputum 26.6.
ſquales pro ſqualidus es 15.15.
ſqualus 17.22.

ſquaror 3.7.
ſtagna ima 18.32.
ſtagnum pro mari 3.19.
ſtare 1.24.15.18.28.32.
ſtans pede in vno 7.19.
ſtant manib. aræ 17.6.
ſtant terræ defixæ haſtæ 13.16.
ſtatariæ comœdiæ 1.10.
ſtatarij hiſtriones ibid.
ſtater 28.6.
ſtatera ibid.
ſtaticuli 4.21.17.10.18.4.
ſtaticulos dare 18.4.
ſtationes 1.17.25.17.
ſtatores 4.19.
ſtatua palmaris 3.4.
ſtatuæ veteres nullæ viſuntur cũ pileo 8.4.
ſtatuminatio & ſtatumen 2.3.
ſtatus capitis eſt libertas 11.20.
ſtella diurna 18.14.
ſtellæ ex altiſſ. montib. oriri videnutr 27.25.
ſtellæ errantes in cœlo non ſunt Stoicis 22.4.
ſtella nocturna 18.14.
ſtella Saturni frigida 21.18.
ſtellarum traiectiones 5.18.
ſtellarum tremor 6.6.
ſtellatus 7.16.
ſterilibus nullus honos veſtis conceſſus eſt in funere 23.7.
ſtigmata militum 24.12.
ſtilum vertere 14.24.
ſtimulorum ſeges 24.23.
ſtingui 7.11.
ſtipare Platona Menandro 9.6.
ſtipendiarij 11.17.24.12.
ſtipendia anni 30.27.
ſtipendium ibid.
ſtipes ligneus 22.23.
ſtlata 19.31.
ſtlataria purpura 19.31.
Stoicorum ſententia de virtute 25.23.
Stoici libri iacent inter ſericos puluinos 14.10.
Stoici tonſi ad cutem 23.23.
Stoici ſuum ſapientem verè ſacerdotem profitebãtur 8.20.
Stoicorum opinio de mundi deflagratione aut eluuione 21.18.
ſtolatæ matronæ 19.31.
ſtolo pro ſtolido 2.23.
ſtrabones 10.21.
ſtrangulare opes 21.4.
ſtrata 19.19.
ſtrati lecti 7.24.
ſtratum 23.31.
ſtrebula 23.18.
ſtrenarum origo 10.26.
ſtrictabillæ 23.18.
ſtrictare ibid.
ſtrictabillare ibid.
ſtrictillare ibid.
ſtrictim & per pectinem tondere 14.7.
ſtrictores 10.18.
ſtricturæ 25.14.
ſtriculus 7.20.11.22.
ſtriga 24.1.
ſtrigare 8.2.
ſtrigare in actu ſpiritus 24.1.
ſtrigiles 4.1.
ſtrigones 14.1.
ſtrigmenta gymnaſij 1.10.
ſtringere 5.24.
ſtringere oleam 10.18.
ſtringere venas 25.14.
ſtrix 14.1.
ſtromate 28.6.
Strongyle Aeoli domus 21.10.
ſtrophia 29.1.
ſtrues 14.18.23.10.
ſtrues ſacris adhibetur 28.28.
ſtruma 21.11.
ſtrupi 29.1.
ſtruthiocamelus 16.22.
ſtruthocephali 24.42.
ſtruthopodes ibid.
ſtudio celerare anili 2.14.
ſtultitia carere 26.26.
ſturnus 19.22.
ſtylobates 21.23.
ſuadela 22.8.
ſuadela Venúſque 19.16.
ſuadens autumnus 25.1.
ſuadere 25.1.
ſua Venus 9.30.
ſuauia valga 7.6.
ſuauiari oculos 2.10.
ſuauium 1.15.7.6.
ſubare 24.7.
ſub Antãdro moliri claſſem 17.6.
ſubarmale profundum 18.19.
ſubbibere 27.18.
ſubcentor 28.6.
ſub dio eſſe 30.6.
ſubducere naues 14.16.
ſubductarij funes 8.6.
ſubidus pro inepto 17.1.
ſubiectio 2.4.
ſubijcere pedib. Acheruntem 21.10.
ſub imagine aliquid dicere 29.32.
ſubigere Gallam 18.4.
ſubire 4.23.6.10.
ſubire & vocare contraria 6.10.
ſubinane 30.12.
ſublicæ 24.30.
ſublime auolans 2.9.
ſublingio 3.21.
ſubroſtrani 29.20.
ſubſcudes 14.1.
ſubſedit 28.6.
ſubſellij imi viri 14.7.
ſubſeſſæ 5.8.
ſubſeſſor ibid.
ſubſidere ibid.
ſubſidia, vbi naues ſubſident 3.9.
ſubſignant 3.3.
ſubſilia 28.28.
ſubſiſtere feras 2.12.
ſubſtillum 10.19.
ſubſtringete aurem 16.17.19.13.30.27.
ſubſtructio 19.13.
ſubtenti lecti 7.24.
ſubuerbuſtus 14.11.
ſubula 3.19.
ſubulo 3.19.14.1.23.16.
Suburanæ canes 14.9.
ſuccida 7.6.
ſuccula 7.25.8.6.
ſucculæ operoſæ 8.6.
ſuccincti 22.1.
ſucconditores 11.11.
ſucrotilla 14.1.
ſuccurrere Lunæ 22.24.
ſuccus orationis 11.1.
ſuccus nemorum 23.27.
ſucula 23.31.
ſudor piceus 22.7.
ſudor pro humore 5.27.
ſudum 29.20.
ſuera 22.6.
ſuera offa 14.1.
ſueris 14.1.
ſueris pro ſuis 22.6.
Sueuorum pagi 3.3.9.7.

suffarcinata 28.33.
suffarcinatus 3.12.
suffertum 19.30.24.6.27.18.
sufferti aliquid tinnire 27.18.
sufferum 24.6.
suffragatores 27.21.
sui dij 9.30.
sui mancipij 6.11.
sulci feruntur 19.17.
sulcos inertes oblimare 19.18.
sulphur viuum 1.25.
sumere 20.21.20.26.29.12.
sumere coronam malacã 20.36.
sumere diem 20.31.
summa 19.6.
summa & ima chorda 19.30.
summa cœli 28.18.
summa summarũ 10.25.29.34.
summa terræ 28.18.
summa vrbs 30.5.
summanare 11.7.
Summanus 11.7.18.4.
summani more 11.7.
summarius 18.9.
summatim 3.20.
sumpserunt penultima breui 3. 22.
sumptiones 20.26.
sumptũ ad assem reddere 29.26.
sumptũ exercire & exercere 3.5.
sumptus 20.21.20.31.
sunt apud Platonem quæ sempiterna sunt 10.16.
suo iumento 4.15.
suo sibi gladio hunc iugulo 14.7.
superescit 23.5.
super ignis 19.5.
super inférque vicinus 10.18.
superare 23.15.
superbi alijs respondere non dignantur 16.15.
superbus contemptor 25.23.
supercilio coma breuior 15.17.
supellecticarij serui 8.9.
supellex pauperum & Cynicorũ 4.1.
supellex pellionis 15.4.
supellex 18.23.
superlatio à substantiuo formata 6.18.
supernas 18.2.
superstitio 10.26.
superstitio numeri imparis 25.18.
superstitio in simulachris oleo perfundendis 18.8.
superstitiosos numero stultorũ habuit Chrysippus 23.2.
superstitiosus 5.22.
superuacanea prela 8.6.
superum limen 12.5.
superum lumen 18.3.28.11.
suppara 21.4.
suppetias veniunt 15.1.
supplantare 28.26.
supplicatio & obsecratio 27.7.
supponere cultros 13.21.15.12.
supremam dixit 3.12.
Sura Lentulus dictus 7.4.
suram dare ibid.
surculum defringere 21.14.
surda tellus 30.18.
surene 20.37.
surire 24.7.
surpere 16.2.
Surus & Syrus 28.11.
suscipere 2.6.
suscitabulum vocis 12.16.
suspendere de paxillo 15.4.
suspendere naso 4.9.
suspensa bona 12.9.
suspensi læuo loculos tabulámque lacerto 4.9.
susum 22.17.22.21.
sutilis corona 18.29.
sutorio atramento absolutus 6.1.
Sutrium ire 8.11.
suum sibi 14.7.
suus lectulus 18.9.
Sybaritana præda 11.22.
sycophanta 11.5.
syllabarum iterationem in delitijs veteres habuerunt 7.19.
Syllana proscriptio 11.22.
syllogismus acerualis 30.7.
symbola 3.6.28.4.
symbolum 2.30.
Symphonia Lysonis 21.5.
sympofiarchus 11.28.
synochitis 1.17.
synthesina vestis 24.6.
synthesis 23.19.27.18.
Syracusę comœdiæ nomen 29.2.
Syracusæ hominum ociosorum domicilium 29.2.
syrma 18.35.
syrinx 2.4.
syrpe 3.21.
Syrtes 17.5.17.10.
systema 19.30.

T

Tabella dimidiata 8.7.
tabula cauata 21.23.
tabula literaria ibid.
tabula lusoria 27.3.
tabula Sextia 21.11.
tabula tesseraria 17.23.
tabula Valeria 21.11.
tabula medico pugnante notata 22.10.
tabulæ 6.25.18.23.
tabulæ accepti vel lucri 14.8.
tabulæ expensi vel dati 14.8.
tabulæ inuentor Palamedes 27.3.
tabulæ ludus ibid.
tabularium 16.21.
tabularium in atrio libertatis 16. 21.
tabulas cœnare 2.19.6.25.
tabulas testamenti inspicere 2.19.
tacita iudicia 3.16.
tacitum signum 1.25.
Tacitus verborum nouator & obsoletorum reuocator 2. 25.
tactus 24.18.
tactus duplex 5.25.
tæda pinea 21.29.
tæniæ 9.5.18.3.26.30.
tagax 18.6.
tagax, furunculus 17.21.
Talassio 11.17.
tali 5.6.6.10.
tali sine numeris 5.6.
talis tribus & quatuor ludebatur sæpius 9.23.
talorum species 11.7.
talus 18.12.27.3.
talus rectus 18.12.
tames 28.6.
tam placidus quàm aqua 16.10.
tamus 24.4.
tandem 14.23.
tangere 15.17.
tangere aras 19.19.26.5.
tangere lucernam vino 8.1.
tangere manum simulachri 25.1.
tangere matronam 24.18.
tangere terram 16.10.
tantulæ 23.18.
tantum mihi carmina desunt Virg. 19.27.

tantum quod 5.27.24.21.27.18.
Tarentinæ oues 1.24.
Tarentinus verſus 11.22.
Tarpeia rupes 20.30.
tata 18.34.
Tatius rex 10.26.
tau apud Auſon. 23.30.
taureæ 28.6.
tauriformis Aufidus 23.5.
taurobolium 27.21.
taurus 17.7.
taurus pars quædam in pudendis 6.18.
taxi cyrneæ 22.24.
taxim 29.17.
Taygetus mons Dianæ ſacer 6.2.20.10.
Tebennus togæ inuentor 7.20.
tector 27.31.
Toctoſagi 5.6.
tegete latus 14.24.
tegularia 28.6.
tela 9.20.30.19.
tela diei 17.10.
tela iugalis 7.22.
telæ genius 22.32.
Telamo 27.6.
telæ pexitas 5.14.
Telegonus auſpicij domeſtici inuentor 9.21.
telum 10.26.
telum anſatum 18.13.
telum recipere 4.18.
telum trabale 9.14.
Tellenæ tricæ 17.21.
tellus niue fermenteſcit 10.3.
tellus parens agricolationis 26.24.
tellus prima 7.9.
tellus ſurda 30.18.
temenites Apollo 8.12.
temerè 11.28.
temeritas 15.11.
temeritate fortius 14.14.
temeritate omnia regi 15.11.
temperatio 28.14.
tempeſtas 5.22.
tempeſtas dea 4.22.14.4.
tempeſtiuum conuiuium 6.16.
tempeſtiua virgo 6.18.
templa vittata 22.12.
templum 19.5.
templum in 3. partes diuiſum 22.17.
templum Palladis 12.7.
templum Veneris 26.30.
tempori 14.7.
tempus notabatur magiſtratuum nominibus 1.29.
tempus vacuum 5.27.
tenere lacinia 21.14.
tenere orbem in medio 22.20.
tenerum corpus mundi 24.24.
tenſæ 29.27.
tentores 11.11.18.33.
tenus 24.11.
ter crepare ſonum 18.12.
terebra pertundere 29.19.
terere 17.17.
terere faſtus 26.33.
terere labellum 12.7.30.14.
terere lapidem lapide 5.24.
teres 30.21.
teres atque rotundus 2.18.
tergemina mors 29.32.
tergemini honores 3.20.
tergeminum ſophos 29.32.
tergere palatum 18.12.
tergeri 7.11.
terginum 29.2.
tergum 29.25.
tergus 22.6.
teriſtrium 28.6.
Terminalib. agnas cædebant 12.15.
terra altera 20.27.
terra commune ſepulchrum 5.16.
terra materina 21.25.
terra nata 1.18.
terra pila 29.28.
terra Platoni non mouetur 16.18.
terra penitus defixa radicib. 16.18.
terra Pythagoræ 23.15.
terræ duo hemiſphæria 18.35.
terram pinſere 28.11.
terram tangere 16.10.
terrigenæ primi habitatores Italiæ 13.8.
terrigenæ Gigantes 12.8.
terris dedita fama 25.30.
territare 14.13.
terror, pauor, contentio Martis comites 23.14.
tertia deducta 3.22.
tertiarij 1.10.
tertiarium 11.4.
terticeps 20.35.
tertij liberti 11.9.
tertijs diebus 13.26.
teſca vel teſqua 17.22.22.25.
teſſera 9.23.27.3.
teſſera belli vna, pacis altera 30.35.
teſſera militaris 19.26.
teſſeræ 27.18.29.9.
teſſeræ frumentariæ 19.26.
teſſeræ numeri vocantur 5.6.
teſſerarum ludus 6.3.
teſſerarius 4.7.
teſſeris duab. ludebatur 9.23.
teſta Græca 17.5.
teſta ignem petere 26.7.
teſtatio 2.27.
teſtamenta in procinctu 23.12.
teſtamentum de tortorio 21.7.
teſtamētum primipilariū 28.35.
teſtem laudare 2.11.20.14.
teſtudines maiores 11.24.
teſtudo 9.8.11.24.28.6.
teſtudo acta 6.21.
tetæ 21.1.
tetrachordon 29.3.
tetracolum 3.8.
tetrapharmacum 29.12.
Teucris 9.3.
textor limbularius 24.23.
textilis ventus 1.15.
textiuilitium 16.3.
Thaïs 28.4.
Thaïs amica fuit 9.24.
Thalia 11.28.
Thaliarchus 11.28.
theatrum ἐκκλησιαςήριον 1.27.
theatrum venationum 11.1.
Thebana mater 22.7.
Thebæ 21.9.
Thebij 9.28.
Thelis 23.26.
Themis 16.1.
thiaſus 12.13.
Theocritus Siculus 30.14.
Theodorus 16.17.
thermarum & balnearum ſudationes 22.22.
thermopolium 20.10.
Theſeis Codri 20.8.
Theſpiades 25.5.
Theſprotia 11.15.
Theſſala Sibylla 28.44.29.24.
Theſſalici equi 28.8.
Theſſalicum nomiſma 27.29.

Theſſalus ſaltus 27.29.
thetica 20.20.
tholus 21.23.
thomices 1.23.
Thraces notis cōpūgi ſoliti 3.16.
Thraces parmam gerebant 5.10.
Thraces peltis pugnant 21.19.
Thracia equis olim nobilitata 23.14.
Thracij equi ibid.
Thracius ventus 26.36.
Thracis in Thracem compoſiti ſtatura 21.19.
Thracum armatura 5.10.
Thraſcipolis 14.17.
Thrax ad cædem conductus 3.16.
Threiciæ notæ 3.16.
thrion 22.2.
thus quomodo adolebatur 19.12.
Thyamis 11.16.
Thymianæ oues 24.11.
Thynicus annulus 20.2.
thyon 18.4.
Thyonianus 12.8.
Tiberinus 11.17.
Tiberinus deus 5.3.
Tiberis flauus 22.7.
tibi nomina mille &c. 11.19.
tibiæ dextræ & ſiniſtræ 28.34.
tibicidæ 29.21.
tibicines ſpondiales 20.17.
tibiæ apertæ 4.10.
tibiæ longæ 17.20.
tibiæ phonaſcæ ibid.
tibiæ præcentoriæ 17.20.
tibiæ puellatoriæ 5.1.
tibiæ ſerranæ 28.34.
tibiæ ſpondiacæ 17.20.
Tiburnus deus 5.3.
Tiburti lucus 11.26.
Tiburtus & Tiburnus 11.26.22.3.
tigna 11.24.
tignum iunctum 13.27.
Timæus hiſtoricus 27.4.
Timolites Nicænus 20.28.
Timonea cœna 24.33.
timor rerum 13.5.
tinctoria mens 24.42.
tintinaculi 11.21.23.11.
tirocinium 12.6.
tirones 11.23.
tironum veſtis pura 12.6.
Tiſamenus 7.20.
Tithymallus 18.4.
titiæ aues 21.1.
titiuilitium 16.3.
Tit. de penu leg. explicatur 8.9.
Tityrus 16.5.21.3.
Tmolus mons 25.26.
tocullio 3.21.13.3.
tœcharchi 28.43.
toga 7.20.
toga candida quando populus amiciebatur 21.11.
toga libera 20.1.23.6.25.6.
toga virilis 22.11.
toga virili ſumpta recedebant ab imperio magiſtrorum 9.14.
toga vitrea 14.19.
togæ ius datum Carthaginiēſib. 7.20.
togæ inuentor Tebennus ibid.
togam componere 9.6.
tolerantia 25.18.
tolleno 6.18.
tollere 2.6.4.15.15.8.
tollere natos 22.11.
tollere quod natum eſt 4.15.
tollere ſignum 14.16.
tollere vexillum ibid.
tolles 10.26.
tomentum circenſe 9.24.
tondere per pectinem 14.7.
tondere reduces 22.28.
tonorium 17.20.
tonſi ad cutem Stoici 23.23.
tonus 2.4.2.5.
topia 18.23.
topiariam facere 24.39.
topiarij ibid.
topiarij ſerui 18.23.
topiarium opus ibid.
toral 1.24.17.21.
torcula vaſa 8.6.28.47.
torcularium 7.25.8.6.
torcularium & torcular 28.47.
torpedo 10.8.
toreumata 27.31.
torrens 17.13.19.20.
toſtus panis 14.15.
trabale telum 9.14.
trabea 28.6.
trabea Remi 12.6.
trabea veſtis 28.23.
trabeati equites Rom. 5.10.12.6.
trabeatus Quirinus 12.6.
trabes 11.24.
trabes Hymettiæ 20.22.
trabs Cypria 8.15.
tracheli 2.4.
tracta 23.10.
tractatio literarum 24.29.
tractator 24.3.
tradere memoriæ vetuſtatem literarum 29.36.
traducere aliquē inerti vitę 29.30.
Tragici & Comici in Liberi patris fide ſunt 20.28.
Tragicorū & Comic. chori quadrati 1.4.
Tragopan 6.19.
tragula 18.1.22.14.
tragulam decidere 7.12.
tragularij ibid.
traiectio ſtellarum 5.18.
trahere lenta manu 1.15.
trahere pallam 30.9.
trahere pallium 28.13.
trahere rugam 17.10.
trama 30.7.
trans caput iacere 19.22.
tranſenna 5.9.24.11.
tranſmittere tempus amicorum temporibus 29.30.
tranſque dato 17.7.
tranſtiberina cutis 24.43.
tranſtiberina regio ibid.
trans Tiberim vendere ibid.
tranſtiberinus ambulator ibid.
tranſtrorumplanities 23.33.
trapeti priui 28.47.
trapetorum fabrica 20.7.
trapetum Catonis ibid.
trapezitæ 20.28.
trapezitæ priuati & publici ibid.
trechedipna 3.17.
trechedipni ibid.
tremere omnia viſa repentè 4.22.
tremor clarus 6.6.
tremor ſtellarum ibid.
tres crateres olim Græci ſtatuerunt in cœna 21.13.
tres iactare numeros 4.12.
tria in vino 29.23.
tribunalia ceſpititia in caſtris 12.6.
tribuni laticlauij 26.11.
tribuni militum delectum habebant 30.32.
tribuni munus 16.21.
tribunis datus pugio 12.6.
tribunus anguſticlauius 1.2.

trib.pleb.alienarum simultatum cognitor 30.25.
tribunus stabuli 28.2.
tribulis conuiua 7.11. 28.33.
tribus 28.33.
tribus Romilia 30.17.
tribus Sergia 21.11.
tribus vocare intrò 27.22.
tribus vrbanæ & rusticæ 25.3.
tributa comitia 28.33.
tributim 7.11.
tributorum duo genera 9.15.
tributum agris & capitibus impositum 9.15.
tributum in singulas tegulas 29.20.
tributus populus 7.11.
tribuum ordo 30.17.
Tricala, Tricalinum 3.1.
tricæ Tellenæ 17.21.
tricesima sabbata 15.18.
trichila 9.19.
triclinares lecti 24.4.
tridens 18.30.
tridens Neptuni ibid.
trieterica sacra 28.13.
trieterici ludi 11.15.
trifolium triuiale 17.21.
trilices 29.35.
trilores 9.11.
trimenon 1.20.
trimodia 6.22.
Trinacria rupes 24.5.
triobolares aut diobolares auditores 8.19.
triodite, trifolium 17.21.
triones 23.16.
tripales vites 3.20.
triplices pugillares 9.23.
tripudiare 25.29.
tripudium solistimum 14.12.
tripudium soniuium 27.17.
triremes primus ædificauit Amynocles Corinthius 14.4.
triremis ibid.
triticum indicum 21.9.
Triton 7.26.27.21.
Triton exterret freta 2.21.
Triton fuscinâ sua mare & terras à poëtis mouere fingitur 26.33.
Tritō Neptuni buccinator 2.2.
Tritonia Minerua 24.9.
Tritonis hera ibid.
triumphalis currus 2.16.
triumphalis vestis 5.9.
triumphi diem præferre 30.25.
triumviri capitales & monetales 2.25.
triuiæ noctiuagæ canes 13.12.
triuiale trifolium 17.21.
trocini 29.21.
trocho ludere 27.33.
trocho Græco ludere 24.28.
trochus 27.33.28.6.
troginus calix 29.21.
Troglodytæ 24.42.
Troia capta plena Luna 12.5.
Troia sepulchrum commune Europæ & Asiæ 5.16.
Tropæi 27.19.
trua 22.9.
trullæ 7.22.22.9.
truncus in homine 29.21.
trusatilis mola 7.22.
tryblium 16.11.
tuba à quib. inuenta 28.44.
tubarij 9.16.
tuber 16.5.
tubi 22.9.
tubicines 22.9.
Tullium non satis fideliter Arati locum reddidisse 23.32.
tumentes oculi 14.17.
tumere 25.30.
tumere animalia 13.5.
tumere negocia ibid.
tumida virginitas 25.30.
tunica Nilotis 30.30.
tunicæ coloriæ 18.19.
tunicæ demissæ 11.23.
tunicæ manuleatæ 2.4.
tunicæ russæ 18.19.30.21.
tunicæ russæ ducales 30.21.
tunicæ russæ militares ibid.
tunicæ solutæ 11.23.
tu non inuenta reperta es 4.17.
turba sonans 22.1.
turbata Pallas 26.29.
turbare & liquere contraria 16.10.
turbare pro turbari 30.19.
turbare rationes & conturbare 16.10.
turbati 26.29.
turibulum 8.10.
turpio 3.21.
turricula 6.3.27.3.
turtur 25.13.
Tuscum calceamentum 30.38.
tutanus 29.27.
tutela nauis 19.2.
Tutela vrbis Rom. Iupiter, Iuno, & Minerua 3.1.
Tutulina 23.36.
tutor cessitius 7.21.
tutulati 23.16.
Tyberinum margaritum 18.2.
Tyberis ibid.
tympanotriba 17.17.24.17.
typi 12.8.
Tyridates 26.36.
Tyro despectus 23.3.
tyrocnestis 27.30.
Tyrrhenus & Aconteus aduersis se vulnerib. confodiūt 14.13.

V

V & o propter soni vicinitatem sæpe commutari 6.23.
v supplemento alterius literæ cùm sit breuis extēditur 16.2.
væ victis, Varr. satyr. 24.46.
vaccinia mancupijs sata 4.16.
vaccinium 12.7.13.14.19.22.
vacerra 9.2.
vacillare 21.2.29.17.
Vacuna 2.23.
vacuum inane 5.24.
vacuum tempus 5.27.
vadem deserere 27.32.
vadimonium 12.8.
vagilo & vagulo 13.26.
vagulatio ibid.
Valentinianus ab Aetij buccellario interfectus 24.16.
Valeria tabula 21.11.
Valerius dux apud Cæsar. 24.7.
valga suauia 7.6.
vallis reducta 26.23.
vallum Lucillianum 23.29.
vanare 17.23.
vapidè se habere 30.7.
vapidum vinum ibid.
vapula Papiria 15.15.
vapulare ferula 18.13.
varæ 23.31.
variæ olim iudiciorum formulæ 25.23.
varicæ phalæ 11.2.
varicare 21.9.
varicat 28.6.

vaticus 11.2.
varo & varro 20.1.
varrones 9.2.
vas 27.1.
vasa 10.26.24.8.
vasa quadrina 7.25.12.16.
vasa torcula 8.6.28.47.
vasarij nomine quid Cicero intelligat 21.15.
vasarium 10.18.
vasatus 24.8.
vascæ 17.20.
vasti campi 11.19.
vates 25.18.
vates & sacerdotes coronati 19.3.
vbi 20.25.
vbi enim 21.2.
vdones 1.13.
vecors 2.8.
vectes remissarij 7.25.
vecticularia vita 21.11.
vectigales agri 1.5.1.6.
vectigalia pop. Romanus accipiebat ex agricultura 1.5.
vectigalium colligẽdorum alia fuit ratio in Asia, quàm in prouincijs 27.1.
vectoria nauis 19.31.
vehemens 10.3.
vehi honoratis equis 27.7.
vehi in rate 10.14.
vehiculator 14.17.
vehiculum 27.26.
vehiculum iunctum 27.26.
vehiculum Lunæ 22.23.
Veianius multarum palmarum gladiator 26.26.
velabra pro ventilabris 3.5.
Velabrum duplex 20.30.
vela facere 20.4.
velamenta 4.22.
velare gulam 30.9.
velatæ comæ 4.22.
velatæ manus 4.15.4.22.
veles scurra 6.1.
Velinus portus 22.1.
velitari labris & velificari 17.21.
velites 14.11.
vellera 26.19.
Velocasses Franci & Normani 9.8.
venabula Dorica 17.2.
venabulum 9.23.
venales 16.5.26.16.
venalis cum ornamentis 18.21.
venas stringere 25.14.
venationum theatrum 11.1.
vendere auctionem 18.21.
vendere ocyma vernæ Pers. 15.3.
vendere per auersionem 30.27.
venditare Tusculanum 17.3.
vendere trans Tiberim 24.43.
vendi 27.19.
venditaria lingua 25.15.
venditio imaginaria 20.19.
venditio 17.3.25.15.
venefica nuda pedem 6.10.
venefica spumans veneno 6.10.
venerata Ceres 7.9.
Veneri Gratiæ, Suadela & Mercurius assident 22.8.
Veneris aduentus 19.15.26.36.
Veneris prænuncius Zephyrus 19.15.
Veneris tẽplũ in Papho 26.30.
Veneris umbilici 24.46.
Venerium ientaculum 11.7.
Venerius libellus 11.7.
venetianus 5.10.
Veneti Senatores certo quodam genere togæ in publico vtuntur 23.19.
veniam dare 27.12.
veniam poscere 24.26.
venire ad constitutum 10.27.
venire ad interdictum 19.6.
venire desuper 12.5.
venire in ætatem 30.32.
venire in partem 4.22.
venire in rem præsentem 26.32.
venire in solum 9.2.
venire spisso 29.2.
venire inter falcarios 15.21 30.15.
veniunt suppetias 15.1.
venosus 28.26.
Venus 27.3.
Venus acria 24.44.
Venus Aeneadum genitrix 6.8.
Venus Aeneæ mater ibid.
Venus amœnitatis & voluptatis dea 30.11.
Venus choros ducit imminẽte Luna 9.27.
Venus dormit 26.33.
Venus & Suadela nuptijs præsunt 22.8.
Venus Golgia 24.44.
Venus mari enata delata est cõcha in Cyprum 17.22.
Venus marina 9.27.19.17.
Venus mater Cupidinum 28.10.
Venus murtea & murtia 22.17.23.22.
Venus non amoribus tantum, sed hominum etiam cõciliationi præest 9.30.
Venus passeribus vehitur 15.22.
Venus pontia 9.27.
Venus quando aduentat, & quãdo choreis delectatur 30.11.
Venus quib. præest 9.30.
venustus 22.8.
venter partumeius 30.2.
venti atris speluncis inclusi 22.19.
venti hominũ internuncij 1.23.
venti sepulti 30.19.
ventilare, verbum gladiatorium 30.3.
ventosi 29.34.
ventos grassantes aquam è terra & fluminibus in nubes tollere 27.11.
ventrale 18.2.28.6.
ventus 29.34.
ventus secundus 28.28.
ventus textilis 1.15.
veredus 18.1.
verba Latina 24.5.
verba sesquipedalia 7.19.
verbenaca 8.23.
verbena 8.12.8.13.19.27.28.6.
verbenæ in sacro nocturno funereæ erant 15.8.
verbenas adole pingues 19.27.
verbenatus 22.31.
verbũm pancũm 28.31.
veredarij 13.10.
veretilla 17.15.
vericulatæ falces 11.28.
vericulum 30.32.
veris aduentus 26.36.
vernæ apri 23.25.
verni fructus 26.2.
verpi Iudæi 28.21.
verpus 24.9.28.21.
verrere manales 26.10.19.24.
Verres intus canebat citharœdo melius 14.4.
ver sacrum 24.13.

verſare 25.29.
verſari in ſuis nummis 29.36.
verſari intra penetralia Veſtę 21. 8.
verſis gladijs pugnare 7.12.
verſoria 20.4.
verſus 4.21.
verſus Saturnius 23.16.26.24.
verſus Tarentinus 11.22.
vertagus 18.1.
vertentes menſes 16.13.
vertere 11.7.
vertere cadum 16.11.
vertere pollicem 11.6.
vertere ſe ad lapidem 1.17.
vertere ſolum 14.24.
verticulæ 28.9.
vertilabundus 29.18.
Vertũnus ab olitorib. cult⁹ 23.6.
Vertunnus mercaturæ præeſt 23.6.
Vertunnus nõ Vertumn⁹ 13.17.
vertrahus 18.7.
veruina 24.11.
verum lumen 30.21.
veru natum vere 24.46.
veruntamen 12.3.
veruti volſci 30.27.
verutus homo ibid.
verutum ibid.
veſci aura 26.5.
veſper 23.17.
veſper componit diem 10.11.
veſpertilio 14.3.
veſperum pro cœna 21.12.
veſpillo 14.3.
Veſtæ ſomnium narrare 7.26.
veſtes geminæ 5.7.
veſtes holoberæ 1.13.
veſtes in indutum & amictum Varroni diuiſæ 5.7.
veſtes pexæ 5.14.
veſtes phryxianæ 24.19.
veſtes raſæ ibid.
veſtes ſcutulatæ ibid.
veſtes ſegmentatæ 4.23.
veſtes ſeptenæ 29.19.
veſtes vndulatæ 24.19.
veſtes ſororiculatæ ibid.
veſtes virgatæ 2.14.
veſticontubernium 19.6.
veſtigium 29.2.
veſtis impluuiata 14.19.
veſtis palmata 5.9.28.23.
veſtis picta 28.23.
veſtis picta croco 22.15.
veſtis pura 29.1.
veſtis ſyntheſina 24.6.
veſtis trabea 28.23.
veſtis triũphalis palmata picta 5.9.
Veſtoriana hæreſis 13.5.
Veſtorius Arithmeticus 13.5.
veteres à ſanguine abhorrebant 17.10.
veteres æris crepitu & clamore crediderunt ſe opem ferre Lunæ laboranti 22.24.
veteres deorum ſimulachra in vrbiũ portis ſtatuebãt 18.6.
veteres incommodorũ ſuorum cauſã attribuebant dijs, quos ſibi infeſtos credebãt 18.22.
veteres olim pueros initiabant Edulię Poticę & Cubę 18.34.
veteres velabant hominum caput in pœna ſumenda 15.15.
veterum opinio de lacteo circulo 13.2.
veterum opinio de tonitru Iouis curru excitato 9.9.
vetulus lupus 29.20.
vetus fiſtula 7. compacta cicutis 12.7.
vetus ſatyra 26.34.
vexantur leges 15.17.
vexillatio 5.2.
vexillum 11.27.28.6.
vexillum flagitare 4.11.
vexillum proponere 14.16.
vexillum tollere 4.11.14.16.
viæ Appiæ curator 26.4.
via Græca 12.18.
via lactea 13.2.26.18.
viales lares 7.15.
viam inſiſtere 2.12.
viam ſecare 19.17.
via maior 10.25.
via populi vti 30.12.
viaticatus æſtiuè 18.15.
viatores 11.11.
Vibilia dea 24.41.
vicani aruſpices 5.23.
vicarij 18.4.
vicarij vrbis Romæ, Italiæ, Hiſpaniæ, Africæ 18.19.
vicem noſtram vltus eſt 14.10.
vici & pagi 3.3.
victima melior 14.4.
victitare libenter 12.10.
victitare ſorbilo 15.6.
victor 24.29.
victor Ponti 23.27.
victores lauro coronabãt 27.2.
victoria curulis certaminis in ludis Olympicis omnium nobiliſſima 22.13.
victoria de ſenatu ſublata 24.15.
victoria pennigera 27.5.
victoria pennata 13.14.27.2.
victoria pinnata & algera 13.12.
victoria præpes 27.2.27.5.
Victorij commendatio 19.28.
victus & cultus ſæpe coniunguntur 18.21.
victus & veſtitus venditur 18.
vicus vnguentarius 26.25.
videlicet 15.1.18.6.
viduitas 15.14.
vidulus 20.1.
vigilem ignem ſacrare 2.14.
viginti viri 2.25.
vilis agnina 6.25.
villicus 28.6.
vinacei illuti 10.18.
vinaceos lauare 25.20.
vinalia, tanquam veneralia 17.12.
vina liques 11.28.
vinaria 20.34.
vinaria inuertere 16.11.
vinarij 25.20.
vina ſecundaria 28.19.
vincea 9.21.
vincea potio ibid.
vincibilis clangor 19.32.
vinciæ 12.10.
vincto pectore eſſe ibid.
vindemiatorum conuitia 2.1.
vindex 19.28.29.15.
vindex honoris 19.28.
vindicare 27.13.
vindiciæ 13.27.15.15.30.35.
vindiciam ferre 13.27.
vindiciarum lex ibid.
vindicias dicere ſecundum libertatem 30.35.
vindicias dicere ſecundum ſeruitutem 30.35.
vindicias ferebat, qui rem obtinebat 13.27.
vindicias iudex dicebat ibid.
vindicta 19.28.

vineæ 11.24.
vineta farpta 16.6.
vini faliua 30.7.
vino Græco marina mifcetur, fed Chio nunquam 20.34.
vino fepultus 30.19.
vinulus apud Plaut. 15.15.
vinum adynamum 25.26.
vinum Amitianum 25.24.
vinum Biblynum 25.26.
vinum Chium 11.7.28.8.
vinum confulare 25.24.
vinum de cupa 1.1.
vinum de dolio 1.1.
vinum decumis collectum 12.16.
vinum defundere 1.1.28.34.
vinum defufum 28.34.
vinum de meliore nota 1.1.
vinum diffufum 1.1.
vinum doliare 1.1.
vinum durum & afperum 12.8.28.24.
vinum fæcatum 10.18.
vinum Falernum 29.26.
vinum florere dicitur 19.17.
vinum fugiens 20.13.
vinum legere 21.28.
vinum Mareoticum 8.11.
vinum mutatum 7.9.
vinum molle 12.8.28.24.
vinum nardinum 2.19.
vinum Opimianum 25.24.
vinum pendens 1.1.
vinum pro vuis 1.11.
vinū quomodo defæcetur 1.24.
vinum recentatum 23.25.
vinum Rheticum 29.26.
vinum vapidum 30.7.
viocuri 21.17.
violæ pallentes 30.14.
violans 2.23.
virgæ fanguineæ 8.23.
virga Gallis purpurā fignif. 2.14.
virga laurea 28.20.
virga myftica ibid.
virga Santonica 17.16.
virga fomni 9.26.21.4.
virgas pangunt ruftici natis liberis 27.26.
virgas vinciri 28.47.
virgatæ veftes 2.14.
virgata fagula ibid.
virgatores 24.31.
virgatum 2.13.
Virgilij arbor 27.26.
Virgilio non cōuenire cum Homero de Cyclopedibus 24.10.
Virgilius Aefchylum fecutus 28.16.
Virgil. Græcorum perftudiofus imitator 8.16.
Virg. malè à nonnullis arguitur 29.24.
virginalia 17.15.
virginalis corona fimplex 29.4.
virgines canephoræ 20.34.
virginitas tumida 25.30.
virgis polluctus 11.7.
virgo tempeftina 6.18.
viridis color 18.15.
viridis fenectus 22.18.
viri imi fubfellij 14.7.
viriæ & viriolæ 14.3.
virilis toga 22.11.
vir virum legit 25.7.
viri vocantur 23.12.
virus Ionium 19.15.
vifceratus 23.3.
vifco tinctæ manus 29.20.
Vifellia lex 19.23.
vis deûm inferna 23.14.
vis Lucillij 11.22.
vis maior 10.16.
vifitatio 22.29.
vitæ caufa 22.33.
vitale 18.27.
vitam confiftere 2.12.
vita vecticularia 21.11.
Vitellia dea 24.41.
Vitellij ftatuæ in carcerem tractæ 21.11.
vites arbuftiuæ 1.26.
vites fundi 6.14.
vites impluuiatæ 14.19.
vites tripales 3.20.
vitiles fportellæ 6.1.
vitiligant 28.6.
vitiligo 15.21.
vitis 11.3.
vitis Biblyna 25.26.
vitis myftica 29.32.
vitium 5.19.
vitium fugere 26.26.
vitrago 6.17.
vitrea bilis 23.23.
vitrea Circe 8.15.
vitrea fracta 19.6.
vitrea toga 14.19.
vitreus color dijs marinis tribuitur 19.3.
vitrum 6.17.
vittæ matronales 23.5.
vittæ nuptarum & virginum 29.4.
vittæ virginales 23.5.
vittatæ matronæ 29.31.
vittata templa 22.12.
vittis laneis & infulis ornabant templorum fores & aras 24.26.
viuarium 19.20.27.31.
viuendi caufa 22.33.
viuere rectè 18.11.
viuo fe flumine abluere 19.20.
viuus & videns cum victu fuo ac veftitu publicatur 18.21.
vlcus vlcerofum Horat. 19.29.
vlinorum Acheruns 14.7.
Vlpianus Stoicorum æmulus 8.20.
vltro tributa 1.25.27.32.
vlula 25.13.29.27.
Vlyffes à Circe amatus 26.6.
vmber pinguis 14.8.
vmbilici 19.19.24.46.
vmbo 22.7.22.9.
vmbo candidus 20.1.
vmbone repellere 13.15.13.19.
vmbræ finiftræ 18.35.
vmbraticola 24.17.
vncus impactus 13.9.
vncus feuerus 9.14.
vncta braffica 10.19.
vncti 12.4.
vncti Romani fe infolabant 25.29.
vnctum obfonium 10.19.
vnctum rectè 18.11.
vnctus cruore nō expiato 10.21.
vnctus lapis 1.17.
vnde ludi theatrales fpectabātur 6.7.
vndulatæ veftes 24.19.
vnguenta exotica 19.13.
vnguentum in lente 21.4.
vngulæ 4.3.
vniones & gemmæ ex India & Arabia 22.8.
vocali vna alteram fufcipiente, altera fupprimitur 8.3.
vocare 4.23.

vocare cucullum 2.1.
vocare & subire 4.23.6.10.
vocare in ius 29.14.
vocare in partem 4.22.
vocare tribus intro 27.22.
vocari in puluinar 5.10.
vocis exercitatio multis adhibetur morbis 21.5.
vocis suscitabulum 12.16.
vola 29.2.
volare curriculo 16.22.
Volcæ 5.6.
volema pira 19.18.
volens & volentes 5.4.
volo 26.16.
Vosci veruti 30.27.
Volturnalis flamen 6.5.
Volturnus fluuius ibid.
voluens 30.19.
voluendus 30.19.
voluptas liquida 25.2.
vomica 16.5.
vorago 26.28.
vota signare 1.17.
vox fusca 24.6.27.18.
vox liquata 18.3.
vox liquida 26.36.
vox toto instructa organo 4.10.
Vrania 22.25.
vrbs Memnonia 21.16.
vrbs summa 30.5.
vrbem qui perdidit, tyrocnestin cepit 27.30.
vrbem sale defricare 15.19.
vrbicus 3.17.
vrbis portæ aperiuntur pacis tẽpore, belli autẽ claudũtur 19.9.
vrere cedrum 4.14.
vrere in Daphnide 19.27.
vrere infœlicib. lignis 18.11.
Vrius Iupiter 21.15.
vrna quinquagenaria 7.22.
vrnæ sparteæ 7.23.
vrnulæ 20.20.
vrucæ 18.16.
vsquam tibi sint 30.12.
vsque ad ante diem ix. Calend. 21.5.
vstriculæ 7.20.
vtcunque, pro vbicunque 8.15.
vtentior 19.1.
vterque Neptunus 24.44.
vterque Oceanus 30.5.
vterque pes 20.4.25.21.
vti oraculo 2.25.
vti via populi 30.12.
vtilitas 20.25.
vt melius pati 11.28.
vt prius altæ chelæ 8.15.
vt, pro vbi 8.15.
vt vidi, vt perij 30.38.
vtriculus 18.10.
vtrum velis licet 2.30.
vua 25.26.
vua duracina ibid.
vua liuorem ducit 15.17.
vua pensilis 15.6.
Vulcani officina 26.29.
Vulcano parentes non adrisêre 16.13.
vulgaris mulier 5.1.
vulgus singula sidera nobis attributa esse existimat 22.4.
vulturij 5.6.
vulturis iactus infœlix 11.7.
vulturius 21.15.
vultus lubricus aspici 21.21.
vxoria conditio 13.7.
vxorem ducturi, domum ædificabant 21.17.
vxor vsuraria 3.12.
vxorib. & sororib. imperatorum Rom. ignis præferebatur 1.29.

X

Xanthus à dijs, Scamander ab hominibus appellatur 11.8.
Xanthum reddere & Simoënta 2.21.
Xerxes Hellespontum coniunxit ponte funium 8.6.

Z

Zabæ 24.6.
zabolus 24.4.
Zacynthus nemorosa 4.22.
Zama Getula 9.15.
zamia 14.5.
zamiam onerare 27.30.
zanchæ Parthicæ 15.20.
zephyrus 18.32.
zephyrus quando spirat 30.11.
zephyrus Veneris prænuncius 19.15.
zeta pro diæta 24.4.
Zethus 30.14.

INDEX VERBORVM GRÆCORVM QVÆ IN TRIGINTA ADVERSARIORVM LIBRIS EXplicantur ab eodem Furdino collectus. Prior numerus librum indicat, alter libri caput.

A

βαξ 26.3.
Ἄ ἀσκύλαι 30.21.
ἀγκυλίδες ibid.
ἀγκύλον 14.12.
ἀγυεὺς Ἀπόλλων 7.15.
ἀγκῶνες 2.4.
ἀγών 22.32.
ἀγώνες εἰσελαστικοὶ 1.19.
ἀγῶνες μουσικοὶ 19.14.
ἀειγενέται 20.24.
ἀέτωσις 23.31.
Αἰγαίων 19.2.
αἰγίβοτος 12.2.
αἰγοθήλας 25.22.
αἰγόνομος 12.2.
ἀιετός 28.20.
αἱματιὰ 7.16.
αἰσάρων 18.16.28.20.
ἄιτια Καλλιμάχου 30.30.
ἄτυσα 28.20.
αἰὼν 20.22.
αἰώρα 20.24.
αἰῶραι 7.20.
ἀκαλύφη 17.21.
ἄκανθος 26.23.
ἀκέσασθαι 14.12.
ἀκητὸν 10.5.
ἀκμονία 20.28.
ἀκοντητὴς 18.17.
ἀκραὴς 28.28.
ἀκρὶς, ἀστακὸς, κάραβος, καὶ σίφων ἐμπρησμοῦ 19.23.
ἀκρόπολις 30.5.
ἀκτὴ 6.14.
ἀλλαγὴ 21.15.
ἀλλάντιον 22.6.
ἀλαπτικὶν & ἀλάειον 18.20.
ἀλλαττόμεθα 10.25.
ἀλείπλαι ἵππων 18.33.
ἀλεξίκακος 6.24.
ἀλκεῖδαι 30.37.
ἀλλοπρόσαλλος 14.12.
ἄλς δῖα 20.26.23.3.
ἀμαξίποδες 23.33.28.20.
ἀμέγαρτος 28.20.
ἀμηρὰς 28.2.
ἄμιπποι 19.31.
ἄμυστις 18.27.
ἀμυστίζειν ibid.
ἀμφὶ 11.23.
ἀμφιελίκτρα 16.14.
ἀμφιδρόμια 7.21.19.14.
ἀμφίκυρτος 24 21.
ἀμφιλάφεια 24.34.
ἀμφιορκία 28.20.
ἀμφιθαλὴς ibid.
ἀμφιτρίτη 19.11.
ἀμφικύπελλα 23.13.
ἀμφορεὺς, ἀμφιφορεὺς 11.28.
ἄμφω 11.23.
ἀμφωμοσία 28.20.
ἀμφώτιδες 7.10.
ἀνάγκη 21.12.
ἀναγράφειν 7.17.
ἀναδραμεῖν 14.12.
ἀναθηματικοὶ 26.17.
ἀνακλασθὲν, ἀντανακλασθὲν 17.3.
ἀνακλᾶται 30.13.
ἄναυρος 3.2.
ἄνδηρα 22.1.
ἀνδραμεῖν 14.12.
ἀνδρίζεσθαι 27.10.
ἀνδρολήψιον 21.1.
ἀνέλκειν 14.16.
ἀνθοσμίας οἶνος 29.34.
ἀνιερὸν 14.12.
ἀντάξων 20.11.
ἀντιγραφεῖς 21.26.
ἀντιγραφεὺς 13.10.
ἀντικένσωρ 8.19.
ἀντικύριον 21.8.
ἀντίσπαστον 23.31.
ἀντιστρέφον 15.11.
ἀντιστροφαὶ 21.6.
ἀντίχθονες 20.11.
ἀντλεῖν 3.10.
ἀντλῆσαι 27.10.
ἀπερρωγότες 5.27.
ἀποδημία καὶ ἐπιδημία Ἀπόλλωνος 24.26.
ἀποκονίσαι 28.30.
ἀπομάκτης 9.10.
ἀποξυόμενοι 26.20.
ἀπορρὼξ 26.28.
ἀπεργασίου δίκη 12.10.24.32.
ἀποτέμνεσθαι 29.24.
ἄπυκνοι 19.30.
ἄπυρον 1.25.
ἀρεταλόγος 10.12.
ἀρετὸς ibid.
ἀριθμὸς 24.36.
ἀρκτεύειν 14.8.
ἄρκυες 30.39.
ἄρμενον 27.11.
ἁρπεδόνη 27.28.
ἀρχαὶ λογοθεώρητοι 9.4.
ἀρχαιογράφος 18.28.
ἀρχαιόλογοι ibid.
ἀρχεῖα 3.9.
ἀρχιτέκτων 27.31.
ἄσακος καὶ αἴσακος 28.20.
Ἀσκλήπιον 2.3.
ἀσκωλιάζειν 17.23.
ἀσπὶς ἀμφιβρότη 24.10.
ἀστραπὴ 18.26.
αὐλὴ 19.28.
αὐλῆς ἐνὶ χόρτῳ 21.1.
αὐλὶς 19.28.
αὐτὰρ ὁ φοῖβος Ἀπόλλων ἐγκιθαρίζει 9.13.
αὐτολήκυθοι 4.1.
αὐτόχθονες 12.8.13.8.27.15.
ἀφέται 18.33.
ἀφῆλιξ 18.26.
ἄφθονος 28.20.
ἀφοδεύειν 17.17.
ἄφοδος ἀνθρωπίνη 18.18.
ἁψῖδες 22.16.
ἀωτεῖν 26.31.

B

βαθυζῶνοι 15.23.
βαθύτης 3.15.
βαλανεὺς 14.12.
βαλλίζειν 18.17.
βαμβάλειν 17.19.

βαμβαλοβόμβαξ 17.19.
βαμβαλύζειν ibid.
βάραθρος 20.26.
βάρος ἔχοντα τοῖς ἄνευ βάρους 18.32.
βαρύπυκνοι 19.30.
βεβίωται 12.2.
βῆροι 1.13.
βιόλογοι 18.28.
βιὸν ἐργάζεσθαι 3.5.
βλαισὸς 1.23.
βλαύτη, βλαύτιον 19.19.
βλεννώδες 3.10.
βλέπων ἄρη, βλέπων κάρδαμα 19.21.
βόλος 10.25.18.26.
βόμβος 17.19.
βόμβυκες 17.20.
βομβυκία ibid.
βουβὼν 15.15.
βούλωσος 16.3.
βούπαις 24.7.
βοῦττις 18.16.
βουττοποιὸς ibid.
Βριμὼ 11.16.
βρόμος 27.15.
βῶλος 13.23.

Γ

γαιήοχος 22.28.
γαλεοὶ, γαλεῶται 12.10.
γαλῆ ibid.
γαμήλιοι θεαὶ 3.11.
γαρύειν ἄεθλα 15.19.
γενεὰ 27.22.
γέρανος 20.37.
γέργενα ibid.
γέργενος, βρόγχος ibid.
γέρων γαλεώτης 12.10.
γηγενεῖς 12.8.
γῆν περὶ γῆς ἐλαύνομαι 13.5.
γίγαρτον 25.26.
γλιώριον 20.33.
γνωρίζω 16.17.
γνώριμοι 7.1.
γνώριμος 16.17.
γραμματεῖς 21.26.
γρῦπες 28.40.
γρύτη, γρυτεία 5.13.
γρυτοπώλης, γρυτάρης ibid.

Δ

δαδοῦχοι 5.25.
δαίμονες 19.29.
δαΐς 28.7.
δακτυλήθρα 18.26.
δακτύλιοι 8.4.
δάκτυλος ἡμέρα 27.29.
δάκτυλος ἠὼς ibid.
δεῖμα πολύχροον 5.5.
δειμαλέη μήρινθος ibid.
δεῖξις 4.21.
δεῖπνα φρατρικὰ 12.13.
δεκάπρωτοι 18.26.
δεκήρεις 22.31.
δέλφαξ 21.15.
δελφινοφόρος ναῦς 2.22.
δευτεραγωνισταὶ 1.10.
δεύτερος πλοῦς 24.34.
δευτέρων ἀμεινόνων 14.4.28.19.
δῆμοι 3.3.
δημόται 24.23.
διαβατήρια 23.12.
διάγγελοι 4.7.
διαγωνιακῶν 17.7.
διαιρεῖν, τέμνειν, διακρίνειν 15.19.
διαιτάριος, διαιτάρχης 18.28.
διακόπτειν 13.18.
διακοσιοστὸς 22.32.
διὰ τεσσάρων 19.30.
διάττοντες 5.18.
διδακτὸν 15.13.
διερῷ ποδὶ 26.13.
διηγκυλημένα δόρατα, ἢ ἀκόντια 26.12.
διιπετεῖς 11.8.
διισθμονίζαι καὶ ὑπερισθμῆζαι 27.24.
δίκτυα 30.39.
διμάχαι 19.31.
διμοιρίτης 18.26.
δῖνος 1.16.
δινούμμιον 18.26.
διοπτῆρες 4.7.
διοτρεφεῖς 16.13.
διὸς υἱὸς, ἡρακλῆς 18.25.20.36.
δίπτυχα 9.23.
διλῶπις 2.8.
διποδιάζειν 25.29.
δὶς διὰ πασῶν 19.30.
δισεξάποδος 9.24.
δίσκος 8.17.18.27.
διπορμία 2.4.
δρωπακιστὴς 27.21.
δυνάστης 28.8.
δυσκαθαίρετος 4.4.
δύσμαιναι 21.10.

Ε

ἔγκαρπα 11.4.
ἐγκύκλια 19.9.
ἐγκοίλια 26.23.
ἐγκρινόμενος 16.12.
ἔγκρισις ἀθλητῶν ibid.
ἐγκύκλημα 20.9.
ἔγχος ἀνεμοτρεφὲς 23.3.
εἶλαρ 19.28.
εἰσφορὰ 27.1.
εἰσελαύνειν 1.19.
ἑκατὸν 26.5.
ἐκλογαὶ 9.22.
ἐκλογεῖον 18.5.
ἐκπύρωσις 21.18.
ἐκτὸς πηλοῦ πόδας ἔχεις 13.17.
ἐκτοπία 7.9.
ἐλάσματα 18.11.
ἕλικες 22.26.
ἑλικοειδεῖς ibid.
ἕλκειν κόρδακα 29.10.
ἑλκύσαι ibid.
ἔλλοπες 8.17.
ἔμβαινε τύχῃ ἀγαθῇ 30.35.
ἐμβαλευτικὸν ibid.
ἐμβάλλειν 20.21.
ἐμβατὴρ 11.4.
ἐμβρόντητός ἐστι 7.10.
ἔμμηνα 3.14.
ἐμπιεῖν 13.20.
ἐμπνευσθῆναι 26.17.
ἐμφαγεῖν 23.20.
ἐν αὐλητρίσι 15.21.
ἐνθῆκαι 8.9.
ἐντραγεῖν 13.20.
ἐνυάλιος 19.11.
ἐν χρῷ κείρειν 14.7.
ἐν χρῷ κνεῖαι 15.17.
ἐξαργυρίζεται ἀπὸ χαλκεύς 27.15.
ἐξέδρα 27.10.
ἐξίσασθαι 13.13.
ἐπαινῶ 20.14.
ἐπαίτης 25.6.
ἐπάλξεις 3.14.
ἐπειδὴ τάχιστα 26.2.26.16.
ἐπιβάθρα 23.31.
ἐπιβάλλειν ζημίαν 27.30.
ἐπιβωμεὺς 19.21.27.10.
ἐπίγονοι 27.10.&15.
ἐπιδήμιον 12.4.
ἐπιδημιουργοί 14.11.
ἐπιζυγίδες 2.5.
ἑπόμενον 22.5.
ἐπιστεφανώματα 18.29.
ἐπιστύλια 23.33.

ἐπὶ σχεδίας 10.14.
ἐπὶ χύσις 22.30.
ἐπταχώελον, ἑπταμόελον 3.3.
ἐπιβίβειν 17.17.
ἐπιτυμβὶς 20.37.
ἔρανος 3.6.
ἐργάζεσθαι τὰ ἐπιτήδεια 3.5.
ἐργόμωκος 19.31.
ἐρινάζειν 24.8.
ἐρισικοὶ λόγοι 4.2.
ἑρμηδόνη 27.28.
ἐρυσίπολις 12.7.
ἐρωδιὸς 25.13.
ἐρωμθύη, ἐρωμένιον 13.20.
ἐσχάρα 7.22.
ἐσχάριον 23.33.
ἐσχηματισμένα 11.1.
ἐστιᾶσθαι 8.17.
εὔδοξος 27.15.
εὐέλπιστα 13.5.
εὐλευθερία 13.27.
εὐνομία 19.11.
εὐρυχρείων 12.12.
εὐρύχορος 24.9.
εὐφρόνη 20.22.
ἐχέτλιον 27.31.
ἑψητὴς 13.14.
ἐψιωισμένοι 24.8.

Z

ζεία 27.15.
ζεὺς κεραύνιος 18.26.
ζεὺς σωτήρ 21.13.
ζημία, ζαμία 14.5.
ζῶα ἄφετα 2.27.
ζῶμα, ζῶσμα 9.13.
ζώνη 8.17.
ζωννύειν, περιελεῖν τὸν φλοιὸν 23.20.
ζωστὴρ 17.16.
ζώννυσθαι 29.25.

H

ἥβη 9.13.22.15.
ἡγούμενον 22.5.
ἠερόεντα κέλευθα 11.19.
ἡλιαία 20.33.
ἡλιακὸν 18.22.
ἡλικία 26.13.
ἡλιοκαΐα 12.4.15.21.
ἡλιτομηνὸς 3.5.
ἡλίωσις 15.21.
ἡμεροσκόπος 27.7.
ἡμιβλάυπια 19.19.
ἡμιτόνια 2.4.
ἡπατοσκόποι 19.20.
ἠρᾶν ον βαδίζει 13.16.
ἡρακλῆς ἀλεξίκακος 16.10.
ἠχεῖα 6.20.30.36.
ἦχί περ ἄκραι χηλαὶ 8.15.

Θ

θάλασσα ἀγαθῶν 19.14.26.9.
θαλλία 19.27.
θαλλοφόροι 8.12.
θαῤῥὸς 11.13.
θαυμάζω σε τῆς ἀρετῆς 5.8.
θεόσταται δὲ δῶρα 14.6.
θέλγειν 17.21.
θέλγηθρα ibid.
θεοὶ ἀλεξίκακοι καὶ ἀποτρόπαιοι 17.10.18.4.20.1.
θεοὶ διαπόντιοι 20.35.
θεοὶ ἐνόδιο 7.15.
θεοὶ οὐράνιοι, χθόνιοι καὶ ὑποχθόνιοι 30.29.
θεοφορούμενος 17.24.
θεσμοφόρος 24.26.
θετικὰ 20.20.
θηλοπεδεύειν 6.23.
θηλυμίτρης 4.14.
θιάσοι 12.13.
θρεπτήρια τροφεῖα 27.10.
θρία 22.2.
θρόμβος αἵματος 18.16.
θυρεὸς 11.27.
θυρεπανοίκτης, ἐπισπενδυτὴς 18.26.
θώμιγγες 1.27.
θωράκιον 23.33.

I

ἱερεῖον τέλειον 28.20.
ἱκετηρία 5.7.8.12.
ἱμάτιον 27.15.
ἱπποτροφεῖν 22.13.
ἴσμεν, ἴδμεν 1.16.
ἰσοῤῥοπία 4.17.
ἰταλὸς 21.28.
ἴτρια 22.2.

K

καθαπτὰ λύεις 27.30.
καθάρματα 27.16.
καθέλκειν 14.16.
καθίζειν κλαίοντα 23.14.
κακὸς σταθμὸς 23.21.
κάλα 13.6.
καλαβώτης 21.26.
καλαβώτιον ibid.
καλλιγράφος 18.28.
καλλίων ἑαυτοῦ 1.23.
καλύβαι 19.24.
κάλλιστον 7.20.
κάμιλλον 5.13.
κάμπτειν ἄκραν 16.6.20.4.
καμπτὴρ 12.13.23.23.28.42.
κάμποι 18.16.
κανηφόροι 25.5.
κανθήλιον 20.6.
καπυρᾶν 24.7.
καρὸς, κηρὸς 14.5.
καρπιστεία 13.27.
καρπιστὴς 27.15.
καρπισμὸς 13.27.
καστρίσιοι 13.10.
κατάγειν 14.16.
κατὰ γλώττισμα 4.13.
κάτασμα 16.12.
κατάγραφος 25.22.
καταιβάτης 9.9.
κατακλυσμὸς 21.18.
κατάκλυστρος 22.21.
καταληπτὸν 7.1.
καταπειρατηρία 13.25.20.4.
κατάρχεσθαι 13.21.
κατάρχομαι 19.16.
κατὰ σταθμὸν 25.2.
κατὰ στελοθεὶς 7.16.
κατὰ στῆσαι 2.12.
κατάστασις 13.21.
κατάστρωμα 23.31.
κατεργάζεται & διεργάζεται 19.18.
κέγχρος 22.2.
κεῖσθαι 22.11.
κεκονισμένον 28.30.
κεκρύφαλον ἀττικῶς 18.23.
νεκυομαντίαι 18.26.
κεράτια 26.24.
κερκιθαλλὶς 21.1.
κερκὶς ibid.
κέρκον 11.23.
κεστὸς ἱμὰς 14.4.
κηθάριον 17.23.
κηλώνειον 6.18.
κῆπος 14.7.
κηλωνεύεσθαι 2.22.
κιλλίβαντες 22.9.

κινεῖσθαι κίνησιν 21.8.
κίσται ὀψοφόροι 6.1.
κλάζεσθαι 22.22.
κληρούμενοι 7.12.
κοιλιόδεσμος 18.2.
κοῖλον 15.20.
κοινὸς ἑρμῆς 26.14.
κόλλυβος 18.28.
κολλύεια 4.1.
κοῖται 19.15.
κολοκυνθίδες ἄπιοι 19.18.
κολυμβῆθρα 24.8.
κόπρον 29.20.
κόπτειν 11.12.
κόρυδος, κορυδαλὶς 20.37.
κορωνήτης 3.11.
κρηπὶς 23.10.
κριμνώδη 5.24.
κρίνεσθαι 26.32.
κριοδόκη 23.31.
κροκύφαντον 18.23.
κροκώτιον 25.29.
κρότος 14.1.
κτιδέη 1.13.
κυαθίζειν 9.19.
κύββα 22.12.
κυκεών 12.8.
κυλικεῖον 22.9.
κυλίσκαι 20.20.
κύλιξ 7.19.
κυλοιδιόωντες 14.17.
κύματα 28.8.
κύματι κωφῷ 6.4.
κύμβη, κύμβος, κυμβαῖον. 28.23.
κυνέη 1.13.
κύνες θηρατικοὶ 19.15.
κύαθος 22.12.
κύπαι 3.19.
κύφων 23.21.26.22.
κυψέλη 5.13.
κωδία 24.3.
κωδισκάρια, κωδίσκια ibid.
κώρικον 10.10.

Λ

λαμβάνειν 20.26.
λάγανον 9.19.
λάκκοι 6.24.
λαμπαδηφόροι 5.25.
λαμπτὴρ 4.14.
λαοσσόος ἀλκιμάχη 30.37.
λαπάρα 27.15.
λασανοφόρος 13.3.
λαχανοπωλήτρια 15.3.30.8.
λέβης 28.7.
λείβειν 24.40.
λεῖμμα 19.30.
λεκχομύλη 18.13.
λευκοθέα 27.10.
λευκότατον 6.4.
ληκεῖν 20.13.
ληκυθίζειν 26.27.
λήκυθοι 9.3.
λήκυθος 26.27.
λητὼ 19.11.
λίμνη 3.19.
λιχανὸς 19.30.
λόγια 30.1.
λογιος, ἀγώνιος, κήρυξ, διάκτωρ 11.28.
λογοθέτης 18.26.
λογοθεώρητα 9.4.
λογοθεώρητος ibid.
λοξίας 5.19.29.20.30.1.
λογοθεσία 18.26.
λοιπὸν 5.27.
λύκος 11.28.
λυκοσπάδες ibid.
λυκωρεὺς 9.25.
λύται, λυτοὶ 8.19.

Μ

μαγδαλιαὶ 17.7.
μαργελεῖσα 8.9.
μαγιστριανὸς 13.10.27.15.
μαζὸν 8.8.
μαθηματικὸν 15.13.
μαθητὸν ibid.
μαγίδες 24.46.
μακαρίζω σε τοῦ φρονήματος 15.18.
μάκελλοι 22.17.
μαλακὸν 5.12.
μάλθων 11.23.
μανδύα 25.17.
μαρτύρομαι 27.10.
ματτεὶς 9.7.
μεγάβακχος 3.21.
μέγα φρονοῦμεν 17.11.
μέλ' ἀμύμονα 9.22.
μέλη 1.4.
μελίνη 22.2.
μελίφυλλον 19.18.27.10.
μελίχλωρος 26.31.27.35.
μελίχρους 27.35.
μελοποιὸς 1.4.
μενήνιος 23.2.
μεσαύλιος 18.28.
μέσαυλος 22.21.
μεσημβρία 19.19.
μεσογράφοι 1.19.
μεσόπυκνοι 19.30.
μεταβάτης, ζεύξιππος 18.26.
μετάβολος 13.14.
μεταίτης 26.6.
μηλωτὴ 3.11.19.24.
μὴ σκύλλου 15.17.
μητραλοῖαι 21.11.
μινιστέριον 27.15.
μινυρίζειν 1.12.
μιζοῦλον 15.3.
μιζούμενος 9.24.
μίτυλλον 27.26.
μίτυς 23.13.
μοιράρχης 24.16.
μοιχίδιοι 24.18.
μονολήμματοι 8.6.
μόσσυνες 22.18.
μοσσυνοικοι ibid.
μοχλὸς 21.11.
μύδρος 14.21.
μύρμηξ 18.15.
μυχὸς 29.28.

Ν

νακτὰ, νακτὴς 11.14.23.23.
ναννῆται 17.9.
νάσσειν 23.23.
νεανισκεύματα 27.18.
νεάτη 19.30.
νεκροθάπτης 14.3.
νεκροὶ ὑπόσπονδοι 5.7.
νεκρομαντεῖον 4.14.
νεκροφόρος 14.3.
νέμειν προστάτην 24.32.
νευροσπαστεῖσθαι 2.18.
νεωκόροι 26.25.
νήπιον 27.26.
νομάδες 1.27.
νομανδρία 28.28.
νόμισμα 27.29.
νόμιμα βαρβαρικὰ 23.26.
νόμου χάριν, λόγου χάριν 18.26.
νόσος βοῶν 17.24.
νυμφῶνες καὶ νυμφεῶνες 30.20.

Ξ

ξανθὸς 22.7.
ξυλήφιον 19.26.
ξύλον βασανιστήριον 15.16.
ξυρὸν σκυλέως 19.31.

O

ὄγκος 20.22.
ὅδ᾽ ἡδονῇ δοὺς 3.3.
ὀδυσσεὺς 3.4.
ὁδῶν ἐπιμελητὴς 22.17.
ὁ ἐν τοῖς ἱεροῖς προορχούμενος 19.10.
οἰκότριψ 17.17.
οἰωνιστήριον 20.35.
οἰωνὸς 23.5.
ὄλεθρος 20.26.
ὀλολυγὼν 19.19.
ὅμιλος 28.7.
ὀνηγὸς, ὀναγὸς 14.5.
ὀνοματοθεσία 24.29.
ἀνομοιογενῆ 18.6.
ὀξὺ 11.26.
ὀξύπυκνοι 19.30.
ὀπισθόδομος 22.17.
ὅπλα 19.29.
ὁπλοκάθαρμος 22.17.
ὁπλοκαθάρσιον ibid.
ὀπὸς 18.4.
ὅπου γὰρ 21.1.
ὅπου γε 20.26.
ὀργᾶν 13.5.24.7.25.30.
ὀρχάνη 20.37.
ὅρασις 14.23.
ὅρκος 20.37.
ὁρῶν πρόσω καὶ ὀπίσω 28.13.
ὀσμὴ, ὀδμὴ 1.16.
ὅσον ἀφοσιώσασθαι 11.20.
οὐδαμοῦ 20.31.
οὐδὲ γρῦ 11.5.
οὐκ ἀμνήμονές ἐσμεν τῶν πρὸ τοῦ κακῶν 18.32.
οὐλαὶ 7.13.
οὐλοχύται ibid.
οὖν & δὴ 12.3.
οὐρανίσκος 6.20.
οὐίαχος 13.16.
οὖρος 28.28.
ὀφθαλμὸς βάσκανος 9.28.
ὄχημα 27.26.
ὀψιμαθεῖς 15.19.
ὄψον 20.31.

Π

πάγος 6.14.
παιδομαθεῖς 15.19.
παιδοτρίβαι 16.15.
παιδοτρόφια 3.6.
παιανίζειν, παιωνίζειν 1.12.
παλεύτριαι 24.38.
πάλλειν 23.14.
παλμουλάριος 3.7.
παμφαλύζειν 17.19.
πὰν 13.8.
πάντεχνος, δαίδαλος 24.31.
παντομετάβολος 21.4.
παντοπώλης ibid.
παραβάτης 19.8.
παραβόλος 13.23.
παραζώνιον 12.6.
παραινετικὴ 8.20.
παρακολουθεῖν 15.11.
παράπηγμα 11.3.
παραπήξασθαι ibid.
παράσημος πλοίου 19.2.
παράσιτος 18.26.27.10.
πάροδος 5.18.
πᾶς σιληνὸς 19.3.
πᾶς ὑλαῖος θεὸς ibid.
πάτταλος 16.22.
πατρῷοι 25.5.
πατρῷος ἀπόλλων 17.6.
παυσικάπη 4.13.
πελεκῖνος 2.5.8.23.
πελκινωτὰ 2.5.
πεντάπτυχα 9.23.
πεταυρίζεσθαι 17.23.
πεντεσύριγγον ξύλον 23.21.
περιαγνίζειν 4.15.9.10.13.21.
περιελίκτρα 16.14.
περικαθαίρειν 9.10.13.21.
περικαθαρτὴς 9.10.
περικοπὴ 13.20.
περιμάκτριαι 4.15.
περιμάσσειν ibid.
περιμάττειν 13.21.
περισοβεῖν 19.13.
περιστερεὼν 8.23.
περιστίαρχος 13.21.
περιστῷον 18.28.
περίτρητα 2.4.
περίτρητος 2.5.
περιτροπέων 12.3.
πηγὴ μελάνυδρος 4.14.
πιληπτὴς 3.10.
πλουτώνιον 26.28.
πίνακες 6.25.
πλακοῦντες 18.26.
πλατεῖον 19.26.
πλαλύτους 19.19.
πλήθουσα ἀγορὰ 18.13.
πληροῦν 12.12.
πλοῖα στρογγύλα 28.23.
ποδεῖα 11.14.
ποδεὼν 7.25.
πολύαινος ὀδυσσεὺς 26.6.
πολιοῦχος & πολιὰς 12.7.
ποντία 19.17.
πορνοδιάκονος 14.12.
ποῖ ἄρτεμις οὐκ ἐχόρευσε; 6.2.
πραγματευτὴς 13.14.
πραγμαλευλὴς 27.10.
πρὶν 26.5.
πρίνινοι 20.33.
πρίνινοι ἄνθρακες 1.18.
πρινῶδες ibid.
προαπαντᾶν 5.24.
προβασκάνιον 17.21.
προδιάκονος 27.15.
πρόδομος 22.17.
προηγούμενος 18.28.
προήγορος 8.10.
προήχθαι 20.21.
προθυμία 20.31.
προκαταρκτικὰ αἴτια 25.23.
προκύων 8.17.
πρόλημμα 18.28.
προξενία, πρόξενοι 6.11.
πρόποσις θρακία 18.27.
προσεπερωτητὴς 16.8.17.15.
πρὸς ἐρεθισμὸν 27.10.& 15.
πρὸς κέντρα λακτίζειν 19.14.
πρόσπωλοι 26.25.
προστατήριος 7.26.
προστάτην νέμειν 12.10.
προστομὶς 17.24.
πρῶτα 26.29.
πρωταγωνιστὴς 19.14.
προστιθέναι 19.16.
προφήτης, θυοσκόπος, βωμοσκόπος, φοιβητὴς 19.20.
προχεεῖα 18.28.
προχειροφόρος, προχειράνιος 27.10.& 15.
πρόχοος 20.20.28.7.
πτερόεντα 6.18.
πτέρυξ 2.5.
πτωΐον 22.6.
πυλαιμένης 28.40.
πύλη ibid.
πυκνοὶ 19.30.
πυκνόν τι ἠχεῖν 27.18.
πύργος 17.23.
πυροφόροι 13.10.
πυξὶς 22.10.
πωλεῖν ἐπ᾽ ἐξαγωγῇ 24.40.
πῶλος 18.1.

Ρ

ῥαβδωταί, ῥαβδωτὸν 2.14.
ῥάδιξ 22.2.
ῥάμμα 17.21.27.10.
ῥεῖα ζῶντες 20.33.
ῥοῖκος 10.22.
ῥόπτρα, κορῶναι 5.27.
ῥυγχάνη 14.7.
ῥύημα 9.19.
ῥυκάνη 23.28.
ῥύπτεσθαι 7.11.
ῥυποπῶλαι 5.13.
ῥύτη 22.2.

Σ

σανδαλοθῆκαι 29.8.
σαλπισταὶ 21.28.
σαυρωτὴρ 13.16.
σειρὰ 20.4.
σειραῖος 14.17.
σειραφόρος ibid.
σελλώια 27.30.
σιτευταὶ 24.22.19.13.
σιτηρέσιον 18.20.
σιτοκάπηλος 21.4.
σκαιὸς 30.36.
σκαμβὸς 5.1.19.19.23.18.
σκανδικοπώλης 15.3.
σκάφιον 14.7.
σκέλη 23.31.
σκληρὸς & μαλακὸς οἶνος 12.8.
σκέπαρνον 3.21.
σκεῦος 27.1.
σκυζᾶν 24.7.
σκυθικὴ πόσις 18.27.
σκύθης ὄνον ὁρᾷ 18.9.
σκύλαξ 7.12.
σκηνικοὶ 18.28.
σκυτοτραγεῖν 26.31.
σμίλη, ἀρβήλιον 7.10.19.31.
σμίλη χαρτοτόμος 19.31.
σπάρτα 17.7.
σπαρτίον 5.9.
σπένδειν 24.40.
σπλαγχνοσκόποι 19.20.
σπυρίδες 6.1.
στάθμη 25.2.
σταθμὸς 3.22.
σταθμοῦχος 18.26.
στάσιμον 17.10.
στεμμὰ 19.31.
στηλὶς 1.22.
στίχοι ἀμπέλων 19.19.
στόμωμα 27.10.
στρατηγὸς 24.16.
στρατιωτικὸν ὀψώνιον, σιτηρέσιον, παροχὸι 18.20.
στρεβλόπους 23.18.
στρέφειν ibid.
στρογγύλα 22.12.
στρούθιον 27.10.
στροφαὶ 21.6.
στρόφιγγες 28.9.
στυλίσκος 2.4.
στύραξ 13.16.
συγκοθεδρὸς 27.10.
συγκαμίζειν 26.27.
συγκύπται 2.4.23.33.
σύγχορτα ναίω πεδία 21.1.
συκωτὸν 13.17.
σύμβολα 2.30.6.18.19.26.
συναίτια 28.14.
συνασπίζειν 9.7.
συνασπισμὸς 6.21.9.7.
συνεκτικὰ αἴτια 25.23.
συνεργὰ αἴτια ibid.
συνημμένον 22.5.
σύριγξ 2.4.2.5.
σφαιρεία 19.26.
σφενδάμνινοι 20.33.
σφίγξ, φίξ, πίξ 3.10.
σχάσαι κώπην 4.13.
σχαστηρία ibid.
σχεδία 8.6.23.31.
σχῆμα 4.21.
σωλῆνες 2.22.

Τ

τάραξις 2.6.
τάχα 14.22.
τεθριπποτροφεῖν 22.13.
τέκτων 27.31.
τῇ σῇ κεφαλῇ ἀναμάξεις 25.17.
τιθέναι 9.31.
τίκτειν 2.8.
τί μοι καὶ μακροῖς αὐλοῖς 5.1.
τὸ αὐτόματον 15.11.
τοιχωρύχοι 21.11.
τόκος, τοκύλλιον, τοκυλλίων 17.3.
τοκύλλιον 3.21.
τόνοι 2.4.
τὸ πᾶν 5.19.
τόρμοι 2.4.
τορύνη 17.21.
τράχηλος 11.2.
τρεπόμεθα 10.25.
τρήματα 2.4.
τριοδῖτις 15.8.
τρίπτυχα 9.23.
τριταγωνισταὶ 1.10.
τριττάρχης 24.23.
τριττὺς ibid.
τριφάλεια 26.28.
τροπαὶ 12.3.
τρόπαιον 28.40.
τροπία 7.9.
τροχίζεσθαι 7.16.
τροχὸς ibid.
τυμβωρύχος 14.3.
τυμπανοτρίψ 17.17.
τυφλοέντερον 22.6.

Υ

ὑαλόεν 23.23.
ὑγρὸν 24.24.28.26.
ὑδροφόρος 14.12.
ὑπάγγιον 24.6.
ὑπάτη 19.30.
ὑπέρου 18.9.
ὑπέργηρως, ἑφθὸς γέρων 18.26.
ὑπεψηνισμένη 24.8.
ὕπνος χάλκεος 19.16.
ὑπόβασις 2.4.
ὑπόβλημα ibid.
ὑπογάστριον, ὑποκοίλιον 27.15.
ὑπόθεμα 2.4.
ὑπομνήματα 2.11.
ὑποπίνειν 24.6.27.18.
ὑπόπυκνον 24.6.
ὑποσκελίζειν 28.26.
ὑποστράτηγος 24.16.
ὑσγινὸν 19.25.
ὑψίζυγος 24.3.
ὑψιπύλη 28.40.

Φ

φαίνει 27.10.
φαινόλη 25.17.
φάλαι κεχαυνωμέναι 18.18.
φάλαι, φάλαιναι ibid.
φάληρον 21.23.
φαντασία 8.24.
φάσκωλος, φασκώλιον 3.11.
φέκλη 18.18.20.34.
φηγὸς βαλανηφόρος 27.10.
φῆρες 5.25.
φθόγγοι 7.17.
φιλητὴς 3.10.
φοινικίδες 2.16.18.19.30.21.
φόνος 17.7.18.3.
φορὰ 4.21.

φορμοὶ 24.2.
φῦμα 16.5.
φύραμα 18.9.
φυράτης ibid.

X

χαλκὸς 21.8.
χαμουλκὶς 22.14.
χαρώνια 26.28.
χάρων 18.26.
χειμάῤῥους 2.1.
χειραγωγεῖν 5.25.
χειρονομεῖν 1.16.
χειροτονίαι 30.4.
χέρνιβος 22.9.
χηλὴ 2.5.
χθόνιοι κύνες 13.12.
χλωρὸς 17.8.18.15.
χοαὶ 4.22.14.4.
χοινικίδες 2.5.
χοῖνιξ 24.46.
χόριον 26.31.
χοῖρος 7.5.
χρεία 20.25.
χρεωκόπος, φυράτης 18.26.
χρυσεκλέκται 19.1.
χρυσορυχεῖον ibid.
χρυσωταὶ ibid.
χρυσόῤῥαπις 11.28.
χρὼς 24.28.
χῶμος, τάφου χῶμα 19.29.
χύσις 8.17.
χυτὴ 19.29.
χυτρισμὸς 30.38.
χωεὶς τούτου 9.22.

Ψ

ψήγματα 18.6.
ψιῶες 24.8.
ψηφόβολον κήθιον 17.23.
ψιλὰ 24.44.
ψιλοτάπιδες 28.20.
ψοφεῖν 11.12.
ψυχομαντεῖον 4.14.
ψυχόπομπος 26.5.
ψωλὸς καὶ ἀπεψωλημένος 10. 24.24.9.28.21.
ψώρα ἀγρία 6.25.

Ω

ὠμογέροντες 22.8.
ὧν οὐκ ἄνευ 25.23.
ὡραῖα 6.18.
ὠρεῖν 14.12.
ὦσχη 8.12.
ὠσχοφόροι 8.12.

INDEX LOCORVM QVI IN AVCTORIBVS GRÆCIS ET LATINIS EXPLICANTUR aut emendantur, à Ioanne Furdino collectus. Prior numerus librum indicat, alter libri caput.

A

Accius 15.1.
Accius apud Cic. de natura deorum 26. 33.
Accius apud Nonium 2.9.28. 7.29.19.29.1.29.28.
Acron 3.6.9.13.
Actuarius 18.17.
Aelianus 30.36.
de Argolico clypeo 24.10.
lib.xij. hist.variæ 5.22.
lib.xxiij. 19.18.
Aelian.loc.7.7.10.11.29.8.29. 18.
Aeneas 27.7.
Aeschines in Demosth. 19.16.
contra Timarchum 7.3.
Aeschyli interpres 14.15.
vita 9.22.
Aeschylus 4.22.19.20.
Eumenidib. 24.26.
Persis 14.4.
Aeschylus & eius interpres 28. 16.
Aeschylus 5.21.6.14.8.16.10 21. 13.5.14.15.19.22. 19.29. 27. 23.
Aetius 4.9.24.12.
Afranius apud Nonium 6.9. 17.21. 29.27.
Afranius 15.15.24.46.
Afranius apud Festum 3.11.
Aggenus Vrbic.de limitib. agr. 1.11.
Agretius Grammat. 6.15.
Agretius 3.23.9.19.
Alcæus apud Athenæum 27.29.
Alciphron 9.28.10.2.
Alcman 19.3.
Alexander Aphrodis.1.12.4.10. 9.28.13.9.25.23.
Alfenus iuriscon. 24.2.27.1.
D.Ambrosius 2.offic. 3.5.
lib. de virginit. 19.29.
de auena ibid.
de amentata hasta 14.11.
in epist. ad Valentinianum August. 24.15.
D.Ambrosij loci 2.13.4.7.9. 23.10.13.15.16.19.21.19. 29.22.24.16.12.
Ammianus lib. XIIII. 4.7.28.26.
Ammiani loc. 27.33.28.2. 28.45.29.35.
Ammonius 18.34.
Anaxilas 5.19.
Annius Luscus 26.34.
Auienus 19.22.28.30.
Ant.Augustinus 20.29.
Antonini itinerarium 6.5.24.4.
Antoninus Imperator in vita sua 5.10.2.18.26.11.
Anto.Muretus 11.16.
Appianus lib. V. bellorum ciuil. 18.31.27.1.
Apicius lib.II. 15.20.
Apicius de betaceis Varronis 11. 3.
Apicius & Cælius de Cantabro 15.16.
Apicius 13.23.
Apollodorus in poliorceticis 11.24.
Apollonij interpres lib. II. Argon. 20.18.
Apollonij interp. 3.2.15.22.
Apollonius 3.2.
de actio Appolline 21.9.
de fulmine 26.29.
lib.I. 11.15.
Apollonij loc.13.12.15.8.16.18. 22.28.
Apuleius 16.4.
de dogmat.Platon. 3.15.
statim initio As.aur. 15.21.
de Epona 24.4.
in Floridis 23.1.
lib.ix. As.aur. 23.23.28.21.
in priore apolog. 21.21.
I.apologia 24.7.24.46.29.13.
II.apologia 6.18.23.23.23.21.
Apuleij loc. 5.4.6.16.9.17. 10.12.15.7.21.27. 9.26.10. 11.18.24. 16.13.17.21.23. 22.27.21.15.8.24.9.
Aratus 19.29.
Arati interpres 24.26.29.32.22. 18.
Aratus emendatur 28.30.
Arcadius Iurisconsult. 9.16.
Archimedes 29.18.
Archimedes in libello qui ψαμμίτης dicitur 26.1.
Arrianus 18.23.21.15.
Aristides 8.24.
Aristides de Baccho 28.26.
Aristoteles lib.II.de cœlo 16. 18.24.21.
Aristot.de cœlo 27.25.
in art.poët. 14.17.29.25.
in Rhetoricis 1.4.
Rhetor.II. 10.10.
Rhetor.III. 12.13.
in hist.animal 10.5.
lib.VI.& IX.de nat.animal. 3.22.
περὶ ἀκουστῶν 17.20.
in quæstion. naturalib. 9.27.
de prouerb.in lente vnguentum 21.4.
in problem. 1.4.
in admirandis auditionibus 20. 11.
lib.4.ἀκροάσεως φυσικ. 2.12.
Aristotel.2.30.5.25.5.27.7.11. 8.1.12.11.13.16.14.8.17.22. 18.12.23.13.24.40.25.29.
Aristophan.Pluto 1.15.8.16.
Nebulis 12.10.29.10.
Ranis 4.22.5.13.20.14.25.15. 25.30.
Acharn. 5.10.27.19.
Vespis 13.24.17.18.22.1.27. 30.

pace 13.3.29.10.
Lysistrata 15.4.17.17.
Cocalo 29.25.
Aristophanis interpres 2.16.5. 13.
Aristoph. loci 4.13. 5.3. 5.13. 7.15. 7.16. 19.9. 19.20. 20. 23.22.11. 22.9.30.10.2.16.3. 21.4.3.4.15.4.19.5.18.6.21. 7.13.8.11.10.3. 10.26. 11.12. 15.7.17.19.22.18.25.9.25.29. 28.16.29.21.
Arnobius lib. I. 15.21.
lib. II. 10.22.15.7.
lib. III. 13.20.
libr. IIII. 11.20.
libr. V. 7.20 8.12.
lib. VI. 27.20.23.28.
lib. VII. 23.18.
lib. VIII. 1.17.
de Cloacina 23.22.
de sexu deorum 15.14.
de spadonum impudicitia 29.5.
Arnobij loci 8.10.9.26.10.27. 11.22.13.14.15.16. 22.17. 21. 6.23.12.
Artemidorus lib. I. 13.11.
Artemidorus 11.5.11.6.13.12.
Asconius de Campano Consule 21.15.
de Dijs magnis 15.21.
de spatio vitæ hominis 27.22.9. 17.
in Pisonem 1.11.21.3.
in Verr. III. 8.22.
in orat. cont. C. Ant. & L. Catil. 8.24.
in Milonianam 15.1.28.3.
Ascon. 13.13.14.17.14.12.15.14. 21.15.24.24.26.24. 27.22.
Asinius Pollio 10.21.
Athenæi locus è Damasceno 20.15.
è Diphilo 16.11.
ex Alexide 2.10.
de lemnisco 18.3.
de petasone 16.16.
libr. II. 7.20.
lib. III. 12.13.
de placentis lib. XIIII. 23.10.
de artoptitio pane 14.5.
de Ioue herceo 14.15.
de lebetib. 26.17.
de mustaceis 23.10.
de depesta 22.30.
de tracta 23.10.
in descriptione arietis 23.31.
Athenæus 8.10.11.14.12.10.12. 8.13.16.16.22.18.5.18.5.18. 17.22.9.32.33.24.45.25.22. 27.26.28.24.
Augustinus 4.15.4.24.5.19.
Aurelius 23.18.
Aurel. Olympius 27.18.
Ausonius de caluo Nerone 12.8.
de claris vrbib. ibid.
de Narbone & Burdigala 5.6.30. 26.
de notario 15.20.
in catalogo vrbium nobiliũ 4.2.
in cõmemor. profess. Burd. 6.3.
edyll. II. 5.6.
edyllio IX. 18.5.
edyllio XV. 15.22.
edyllio 16. 11.5.
in epigrammate 126. 22.23.
in epigr. 10.10.27.5.27.2.
in gratiarum actione 27.21.
in grypho 3.1.
in ludo 7. Sap. 5.6.12.8.
in Mosella 2.1.17.9.19.12.19.17. 22.22.
Paulino 22.22.
in Periocha lib. 4. Iliad. 20.24.
in periocha lib. X. Odys. 10.10.
in tumulo Heroum 22.24.
epist. V. 29.26.
epist. VII. 8.9.27.10.
in epistolis 11.18.
epist. VII. ad Paulinum 19.29.
epist. XIIII. 9.29.
epist. XV. 22.24.
epist. XVII. 21.6.
epist. XXI. 2.23.6.17.23.27.
in epist. ad Theonem 17.13.18. 26.
Ausonius 3.6.18.1.22.10.23.30. 10.12.23.14.1.4.3.19.12.8. 16.11.18.15.18.34.18.3.20.36. 22.22.22.23.21.1.23.28.

B

D. Basilij locus in epist. ad Libanium 6.18.17.21.15.20.
Beroaldus 8.1.
Boetij locus de struma 21.11.
Brodeus 7.8.8.17.
Budæi locus scriptus 9.20.
in comment. ling. Græc. 5.17. 24.19.
Budæus pco Ros. com. legit cõiecta 29.36.
Budæus 2.3.
Brutus in epist. ad Cic. 6.11.

C

Callimachi interpres 3.2.
Callimach. 3.2. 8.8. 11.18. 14. 21.22.3.26.30.19.29.
in Appollinem 4.22.9.25. εἰς ἄρτεμιν 6.2.
in Cererem 9.26.
apud Athen. 1.7.
Callistratus 22.1.
Calphurnius 9.27. ecl. IIII. 5.7.
ecl. VII. 5.6.
Caper Grammaticus 1.14.7.12. 19.31.
Capitolinus in Antonino 1.25.
in Antonino philosopho 25.18.
in Maximinis 15.21.
in Gordianis 2.13.
de Antonio Salio 30.24.
Carolus Sigonius 11.18.
Cassiodorus in fastis Consulum 18.34.
in tripertita historia 13.23.
Cato li. I. originũ 24.38.30.31.
cap. 4. de re rust. 14.2.29.27.
cap. X. 27.22.
cap. XI. 7.23.
cap. XII. 8.6.
cap. XIII. 7.24.
cap. XIIII. 8.13.
cap. XVIII. 7.25.12.16.
cap. XXII. 22.7.
cap. XXXIIII. 21.25.
cap. XXXVII. ibid.
cap. LXXXII. 4.1.
cap. LXXXIII. 19.3.9.23.15.14.
cap. CXXXII. 09.31.
cap. CXXXV. 3.10.
cap. CLXI. 30.7.
cap. CXLVI. 20.6.
cap. CXLVII. 1.1.
cap. CLVI. 10.19.
cap. CLVII. 17.7.
Caton. loci 6.23.7.5.7.8.10.18. 11.13. 15.17.23.10.23.9.25. 19.25.20.26.32.30.6.

apud Non. 3 21. 5.4. 6.20. 11.5.13.27.22.17.
Catullus ad Coloniam 26.8. ad Iuuentium 4.10. ad Mallium 1.1.24.5. ad Ortalũ 30.31. de Acme 14. 8. de Berecynthia 29.20. de coma Berenices 1.7. de Smirna Cinnæ 17.17. de Struma 21.11. in annal. Volusij 30.27. in carm. Nuptiali 21.29.24.27.27.25.4. epig. 8.3.20.4. in Epithalam. Pelei 13.14.16.13.26.1. in Epithal. Iul. & Mallij 6.15. in Gelliũ 21.11. in Passere 15.22. Catulli versus 4.22. 5.15.13.3.2.10. 3.13.12.1.16.1.18.11.18.26. 20.21.21.27.21.26.21.29.21. 27.24.44.24.18.24.9.25.21.25. 22.26.9.17.5.28.21.3.21.5.16. 6.1.7.13.8.8.8.15. 9.14. 9.17. 9.28.12.5.12.8.13.19.14.4.15. 15.20.36.22.7.24.40.28.24. 28.38.28.44.29.35.
Cæsar lib. I. de bel. Gal. 3.3.9.7. lib. II. 9.8.14.16.24.11. li. III. 20.15.26.32. lib. IIII. 3.3. lib. VI. 3.19.14.12. lib. VII. 29. 24. lib. I. de bello ciuili 30.15. lib. II. 11.24.14.17. lib. III. 1. 9.24.7.27.24. lib. IIII. 6.17. 24.30. de bel. Alexãd. 14.16.
Cælius Aurelianus 10.10.16.15.
Cælij epist. locus 12.17.
Celsus 15.17.16.15. lib. V. 17.21. de Carbaso 24.40. de scabie 6.25.
Censorinus de die nat. 7.14.26. 18. cap. 22. 27.24.
Charisius 3.20.24.1. 13.6. 13. 27.24.7.27.15. & 23.
Cicero lib. II. de Inuent. 2.11.26. 29. lib. I. de Orat. 1.12. 1.26. 4.22. 5.9.8.24.11.2.12.13.20. 16.23. 34.24.31.25.4.26.12. 27.13.28.42. lib. II. de Orat. 3.6. 11.1. in Iocis 20.25.28. 26.20.17. lib. III. de Orat. 3. 23.5.11.6.20.9.1.9.26.21.14. 24.14. 25.4. 25.10. 27.1.30. 27. in orat. ad Brutum 8.3.10. 23.16.6.18.20.26.16.24.46. 29.21. 29.36. in Bruto 1.1.1. 10.8.24.11.1.14.22.17.3.25. 23 26.3. & 12.29.36.30.5. in Topic. 2.12.14.5.20.19. 20. 5.22.5.24.30.25.23.29.24. 29.36. in Partitionib. 3.17.4. 2.12.13.24.29. de opt. gen. orat. 1.4. 8.13. pro Quintio 2.27.4.11.8.14. 8.19. 12.9. 18.21.18.22.21.11.24.31.25. 3.29.36. pro Rosc. Amer. 2. 11.3.19.3.20.4.18.8.22.10.7. 11.22.13.13. 18.3. pro Rosc. Comœdo 29.36. I. in Verrem 6.9.27.21. II. in Verrem 5.27. III. in Verrem 1.3. 6.11. 8.12. 8.14.24.32.25.5.27.13. 28. 23. IIII. in Verr. 7.12.25.5. 28.4. V. in Verr. 1.6.6.16.27.1. VI. in Verr. 2.14.6.16.8.12.21. 15.24.5.28.34. VII. in Verr. 3. 1.24.5.30.39. in Verrem 8.10. 12.3.14.4.14.6.15.14.15.19. 21.11.22.12.24.21.24.17.29.36. pro Cecinna 4.22. pro lege Manilia 1.5.4.24.25.12.29.30. 30.36. pro Cluẽtio 22.5.25. 23.28.34.29.16. II. in Rullum 1.6. & 11.30.17. III. in Rullum 25.16. pro Rabirio 4.3.10.23. 12.17.15.1.20.6.21.11.21.15. 24.18.27.16.28.3.29.21. I. inuect. in Catil. 15.21. 30.15. II. inuect. 30.35. in Catil. 14. 4. pro Murena 6.16.7.10.20. 13.21.11.23.34.25.23.28.13. pro Flacco 10.23.16.21.20. 28.20.29.21.11.30.4. pro Sylla 21.11. pro Archia Poëta 9. 1.30.35. in orat. post red. in Senatu 25.25.26.22.28.3. & 17. pro domo sua 3.3.7.22.10.7. 20.19.23.14. de Aruspicum respon. 11.20.16.10.25.15. pro Plãcio 4.15.11.17. pro Sextio 3.22.4.15.6.23.7.19. 12.17. 18.21.19.15.20.3.21.11.21. 15.28.42. in Vatinium 2.30. 10.23.21.11.24.18. pro Cælio 1.11.5.4.6.15.7.3.9 1.12.13. 13.9.22.15.26.22.26. 25.27. 23.28.42. de prouincijs Consul. 20.9. pro Cornelio Balbo 4.12.19.7. in Pisonem 1.1.1. 11.2.5.3.16.4.8.4.21.8.15.8. 17.10.3. 19.29. 20.9. 23.32. 25.3.28.3. pro Milone 23.21. 25.27. pro Rab. Postumo 28. 3. pro Marcello 14.16. pro Ligario 2.30. in Antonium 3.4. 6.11.11.5.12.12.13.9.17.19. 25.3. Philipp. I. & II. 15.2.7. 2.10.12.29.13.4.11.21.23.21. 24. VI. Philip. 26.26. epist. ad Octauium 16.8. 27.30. in Sallustium 5.28.17.8. lib. I. epist. fam. 16.15. 28.42. lib. III. 5.18. lib. IIII. 3.22. lib. V. 9. 1. lib. VI. 6.1. lib. VII. 1.28. lib. VIII. 30.35. lib. VIIII. 9.2. 10.7. 8.3. lib. XI. 3.22. lib. XIIII. 21.11. lib. XVI. 8. 5.21.5. 30.7. in epistol. fam. 2.19. 14.10. 14.24. 26. 25. in epist. ad Q. Fratrem 5. 28.11.19.20.5. libro I. 27.1. lib. II. 24.34. lib. III. 24.39. lib. I. epist. ad Atticum 11.6. 8.24.9.1.9.3.12.8.23.8.24. 34.25.16. lib. II. 3.21.7.20. 21.13.24.4.30.12.30.13. lib. IIII. 1.11. 3.16. lib. V. 23.10.28.27.28.28. 28.29. 30.30. lib. VI. 24.20. lib. VII. 11.16. 20.16. 21.7. lib. IX. 1.21. lib. X. 18.9. 18.10. lib. XII. 12.2. 12.4. lib. XIIII. 13.5. lib. XV. 12.11. lib. XVI. 1.16.9.31.9.22. 13.3. 20.16. 23.29. in epist. ad Atticum 2. 17.11.15. 16.6. 17.3. 20.4. 27.27. 27.30. 30.19. in Lucullo 5.25.7.1. 16.18. 19.7. 20.37. 21.15. 21.26. 26. 28. 30.7. lib. I. de finib. 6.7. 25.2. lib. II. 1.1.2.17.4.8.9. 2.28.34. I. Tuscul. 2.12.4.14. 4.22. 5.3. 9.14. 9.18. 9. 26.10.14. 10.16. 19.24. 20.11.20.24.22.11.22.25. 23.3.23.26.26.8.26.18.27. 2.27.6. 29.19. lib. II. 2.8.2. 9.4.18.9.18. 12.3. 20.16. 22.8. lib. III. 2.17.2.6.13. 13.19.5.21.8.25.14.27.6. lib. IIII. 7.17.7.18. lib. V. 2. 17.4.3.7.16.12.1. de Natura deorum 5.25. 9.2. & 20.13. 13.14.14. lib. II. 6.20.24.24. 27.4. lib. III. 13.12. 14.3.

14.4.de Diuinatio.5.18.20.4. 23.26.29.25. 14.12.lib. I. 1.10.5.20. 5.21. 5.22. 5.23. 6.8.6.26.7.20.8.17.9.9.9. 10.10.11.22.20. 24.4. lib. II. 5.19. 11.27.23.15.de Fato 15.18.in somnio Scipion. 7.11. de Repub. 4. 17. lib. IIII. 29.20. 29.27. lib. VI. 13.2.26.18. 29.2. lib.I.de Legibus 1.18.4.24.14.14.16. 13.24.3. lib.II. 7.26.8.3.11. 16.14.6.16.12.& 21.17.20. 23.7.26.33.29.24.29.52.lib. III. 3.11. 21.1. lib.I. Offic. 2.20.3.15.7.15.8.20.26.32. 28.39.lib. II. 3.16.6.10.6. 20.6.23.17.21.19.1.26.26. lib. III. 6.18. 6.21. 8.3.20. 13.25.18.25.23. 24.4.29. 30. de Amicitia 7.19.10.27. 13.7.28.37.deSenectute 6.16. 13.6. 15.15. 25.2. in Paradox.1.14.20.20.lib.de Vniuersitate 4. 17.11.19.19.30. 28. 14.de Petit.consul.12.3. 25.3.in Arato 19.9. 25.13.

Cinna apud Isid. 12.16.

Claudianus de Iuuentute pellita 15.23.lib.I.de rapt.Proserp. 8.12. 11.22. in II. Panegy. 28.23. 30.3. lib. II. in Eutrop. 15.16.29.5.

Clemens Alexand.13.27.25.23.

Cleomedes, 1.19.

Columella 23.6. 24 4.lib.II.4. 8.10.3. lib.III.cap. 1, 10.3. lib.IIII. 3.18.10.3, lib.V.cap. x. 19.13. lib.VI. 15.19. 23. 21.29.1.lib.VII. 5.12. 24.2. lib.VIII. cap. 2. 19.7. cap. v. 18.12.lib.VIII.2. 23.27.25. li. X.4. 23.8.6. 9.17.& 19.8.8. 17.22.19.23.23.6.30.14.lib. XII.6.20.6.22.& 23.17.13.

Concilium Gangrense 1.13.

Cornelius Tacitus 5.8. 10.1. 16.21.30.39. lib.I.Annal. 3. 3.4.11.5.11.lib.II.& III.2.25. 24.3.25.30,lib.IIII.3.9. lib. V.5.1.5.2.18.2. 27.19. lib. XIII.24.3.lib.XVII. 3.3.4. 7.5.1. lib. XVIII. 5.8. lib. XXI.4.15.de morib. Germ. 3.3.3.5. 6.19. 29.24. in vita Agricolæ 2.24.

Cornificius ad Herennium de transl.13.13. de memoria 15. 13.lib.II.15.11.29.15.lib.III. 2.30.lib.IIII. 5.27. 26.7. ad Heren.2.6.14.13. 9.6. 10.19. 20.25. 20.27. 27.26.27.12. 29.4. apud Priscianũ 17.17.

Ctesias 17.15.

Ctesibius 2.4.& 5.

Curius ad Cic.li.VII.epist. fam. 1.1.2.24.

Curtius 16.4. lib.III. 13.15.lib. IIII.13.8.

D

Demochares 25.12.

Demosthenes 12. 10.contra Aphobũ 2.11. cõtra Aristogitonẽ 30.10. pro Ctesiphonte 11.26. in Philip. 2.30.6.18.

Didymus 12.8.

Diodorus 3.1. 5.4. 6.21. 7.26. 22.24.26.29.lib.I. 22.27.& 28.lib.XVI. 9.25.

Diogenes Laërtius 7.17.in Aristot. 2.5.in Anacharside 6.11. in Diogene Cynico 7. 26. in Euclid.4.2.in Philolao 16.18.

Dion 1.2.1.9. 7.3.13.9.17.19. 18.34. 21.11. 24.6.29.9.30. 15.lib.IIII. 22.32.li.XXXIX. 5.20.lib.XLIII. 5.10. lib.LI. 23.5.li.LIII.2.25.li.LV.14.17.

Dionis epitome in Iulio Cæs.11. 1.19.24. in Claud. 27.19. in Nerone 27.18. in Othone & Vitellio 5.1.in Tito 5.11. in Nerua 22.16. in Traiano 12. 6. in Adriano 2.15.in M.Anton.25.18. in Cõmod. 25.17.

Dionysius Afer 22.13.

Dionysius Halicarnass. 3.3.4.22. 5.19.6.26.9.7.10.7.11.27.13. 17. 19.2. 20.37. 29.31. lib.I. 17.6. lib.II. 12.13. 19.9. 20. 20. lib. III. 16.22.25.6. lib. IX. 23.2. de Argolico clypeo. 24.10. de hostijs 15.12.

Dioscorides 5.25. 10.2. 16.16. 17.7.24.40.

Donatus in Terentium 3. 12. 12.10. 13.14. 14.13.26.25.in Adelph. 6.24. in Eunuch. 2. 14.3.12. 3.13.6.14. 27.23. in Phorm. 2.28. 11.1. 16.17.24. 2.in vita Virg. 17.26.

Drepanus Pacatus in Panegyr. 27.2.

E

Ennius apud Ciceronem 5.23. 5.19.10.14.25.2. apud Festum 6.18. 10.15.19.31. apud Isidorum lib. I. 7.4. apud Macrob. 18.3.19.24. apud Nonium 29. 28. apud Varr. lib. VI.de ling.Lat. 6.20.

Ennij versus 13.24. 16.16. 26. 31.28.11.

Epigrammata Græca 16.3.20.1. 24.34. lib. II. 19.9. 27.25. li.III. 1.23.lib.IIII.15.16.lib. VIII. 8.24.

Euagrius 1.13.

Euclides 26.1.

Euripides 3.3. 9.9. & 14.11.22. 13.4. 25.29. 26.32. Hecuba 11.8.11.9. 22.12. 28.46.29. 28. Andromacha 9.12. 17.6. 19.23.27.29. 29.25. Phœnissis 19.17.19.18. Alceſtide 19. 17. de mithris 29.25.de Venere 19.17.

Eusebius 7.1.16.18.lib. IX.præparat. Euang. 19.9. in Constantini vita 16.13.

Eustathius initio Iliad. 18.9. in I.Odyss. 8.4. 22.13.

Eutocius 1.19.

Eutropius 18.17.

F

Festus Pompeius 3.5. 3.9. 3.11. 3.23. 4.24. 6.18.6.21. 7.8.& 21.9.4.& 21.10.10.& 15.11. 5.11.7.& 13.12.4.13.6. 14.1. & 12. 15.15.16.14.& 22.17. 7.& 15.19.31. 22.2.26.26.28. 27.29.13. 30.31.lib.I.2.4.5. 16.lib.II.3.10.lib.III.5.13.lib. VI.1.14. lib.IX.& X.2.11.30 23.lib.XI. 6.9. 7.13. 8.11. 19.24. lib. XII. 7.23.27.17. lib. XIII.11.7. lib. XIIII.1. 11.3.10.19.19.30.29.lib.XVI. 3.6.6. 10.& 18.13.25.28.37. li. XVII.1.5.5.23.14.18.26.34.

29.36.li.XIX.13.27.de Mutinitini facello 17. 23.de robore 23.21.

Firmicus 23.27.

Fortunatianus 3.19.11.1.

Frontinus 16.14. 19.19. de limitib.agr.1.11.de aquęductib.5.5.

Fulgentius 3.17. 9.24. 16.3. 19. 24. 19.29. & 30. 26.10. & 21.

Furnutus 12.7.22.8.

G

Galenus 9.19. 10.3. 16.18. de placit. Hippocr. & Platonis 7. 17. in exhort. ad bonas artes 13.11.de Vsu partium 1.4.lib. II. de Sanit.tuenda 10.10.lib. V.1.12.

Gaza apud Aristot. 23.13. in Theophr.11.14.16.22.

Gellius lib.I. 10.12.lib.II.2.13. 14.18.lib.III.2.28.14.18.lib. IIII. 10.26.li.V.15.11. li. VI. 29.14.li.X.3.22.19.31. 28.32. lib. XII.& XIII. 17.1. 28.32. li. XV.12.17.13.27.li.XVI.1. 28.4.12.21.1.29.15.li.XVII. 23.17.li. XVIII.23.8.28.32.li. XIX.7.16.li.XX.24.43.29.33.

Γεωπονικῶν auctor 10.12.

Germanicus in Arat.8.17. 12.8. 16.4.28.30.

Gratius de venat. 3.14. 5.14. 6.9.7.26.9.28.13.4.18.1.21. 25.26.19.28.20.& 29. 29.26.

H

Hegesippus lib.V. 18.30.

Heliodorus in Aethiopicis 25. 18. 28.25.

Hephæstion 9.13.21.6.

Heraclides ponticus 11.8.

Hermenopulus lib.II. 18.22.

Hermogenes 21.6.

Hermolaus Barbarus 6.19.10. 12.24.7.

Herodianus lib. III. 17.5. lib.I. 1.29. 24.45.28.32. lib. IIII. 30.15.

Herodotus 10.24.22.13. lib.I. 7.14.10.21.18.24. lib.II. 2.15. 7.8.lib.V.21.16.lib.VI.5.19. lib.VII.8.6.

Hero 2.4.in pneumaticis 17.20. 19.23.26.8.

Hesiodus 3.10. 22.18.23.14.24. 9.lib.I.oper.& dier.16.13.29. 25.lib.II.17.8.20.14.21.17. 30.29. in Theogon. 6.17. 7. 9.19.3.

Hesychius 1.7.2.7.3.2.3.16. 3. 19.3.23.4.13.4.14.6.9.8.19. 9.19.10.6. 10.24. 10.27. 11.2. 11.4.11.13.11.14.11.28. 12. 10. 14.1. 14.11.15.20. 17. 2.18.15.18.31.19.2. 19.21. 19.23.20.24.21.5.21.10.21.28. 22.11.22.12.22.15.22.21.22. 30.23.3.23.10.23.13.24.23. 24.28.24.42.24.44.25.5.25. 24.25.28. 26.23. 27.28. 28. 19.28. 20.

D. Hieronymus 3.18.11.25.13. 10. 19.20. 19.21. in epistola ad Augustinum 20.13.

Higinus 4.7.lib.fabul. 2.8. 9.9. 11.25.21.9.28.43. lib. II. Astronom.16.1.21.9.26.28.27. 28.28.30.li.III.8.17.28.30.de castr.met. 20.35. de limitib. agr.11.1.apud Macrob. 17.4.

Hippocrates 12.8.25.30.

Homerus 2.8.5.7.5.22.5.25.& 27.6.8.7.14.9.13.& 22.12.5. 13.8.13.15.& 16. 14.8. 14.13. 15.4.& 23. 16.1.16.4. & 13. 17.5.& 7. 18.34. 19.16. 19. 17.& 18.20.29.21.1.& 13.22. 12.23.3.24.26.& 28. & 40. 28.28.Iliad.α.4.22.6.8.6.17. & 21.7.13.10.13.14.4.18.4. 19.22. Iliad.β. 20.18. 21.17. 22.13.23.14. 24.10. 26.5.& 28.30.37.Iliad.γ.7.6.15.12. Iliad. δ. 23.14. Iliad.ε. 5.25. 18.32.Iliad.ζ.28.44.Iliad.χ. 23.14.29.25.Iliad.λ.4.14.29. 25.Iliad.μ. 29.25. Iliad. ν.3. 10.6. 21.Iliad.ξ.11.8.29.19. Iliad.ρ.7.3.14.4.Iliad.υ.4.22. 11.8.Iliad.φ.29.19.Iliad.ψ.10. 1.28.26.Iiad.ω.28.44.Odyss. α.4.22.26.13.28.7.Odyss.ι.18. 32.24.10.Odiss.χ.12.8.Odiss. λ.6.10.Odiss.μ. 24.10. 26.6. 28.44. 29.17.Odyss.ϖ. 2.10. Odyss.ω.22.1.26.46.in hym. Apollin.6.17.21.9. in Batrachom.19.6.

Horatius 6.4.6.15.7.8.8.8.16. 11.14.17.17.7.17.22.17.24. lib.I.Od.5.3.7.20.8.9.9.18. 10.11.11.1.11.26.9.13. 24. 29.30.3.32.34.Od.I.3.20.6. 21.18.12.22.13.26.7.Od.II. 6.8.22.7. Od.III. & XXVI. lib.III.9.27.Od.IIII.& V.6. 6.9.24.9.27.30.11.Od.VII.19. 3.21.10.22.3.Od.XII.6.8.9. 9.24.31.25.14.29.29.Od.XIII. 29.29.Od.XIIII.19.2. 26.7. Od.XV.19.3.Od.XVIII. 21. 21.22.3.Od.XIX.21.3.Od.XX. 2.6.Od.XXII.17.5.Od.XXIII. 26.36.Od.XXIIII. ibid. Od. XXV. 19.29. 26.36. Od. XXVIII. 16.22. 25.6. 26.1. Od. XXXIIII. 22.20.24. 31.29.29.Od. XXXV. 9.14. Od. XXXVI. 18.27. Od. XXXVII.7.17.Od.XXXVIII. 18.29.lib.II.10.21.Od.II.28. 24.30.5. Od.III. 22.7. Od. VIII.26.31.Od.XI.11.28.13. 19.Od.XIII.& XV.10.21.Od. XVI.10.22.15.10.Od.XIX. 10.22. 18.8.Od.XX. 28.20. lib.III.Od.VIII. 21.3.25.20. & 29.30.6.7.13.9. 20.10.1. Od.I.22.7.Od.VI.4.21.Od. X.22.24. 26.19. 27.9. Od. XVII. 22.15.Od. XIX. 27. 16.24.45.Od. XXII.29.25. Od.XXIII. 24.45.Od.XXVI. 19.17.Od.XXVII.30.29. Od. XXX.20.35.lib.IIII. Od.9. 31.11.26.Od.I.15.22.28.10. Od.II.1.4.Od.V.24.35.Od. XI.4.14.22.7.Od.I.Epod.12. 14. Od.II.6.14.Od.II.& III. 12.15.26.23.Od.IIII.& V. 14.9.28.31.2.24.12.5. 26.1. 29.2. 29.30. 30.38. Od. V. VIII.& IX. 2.16. 14.10. 9.18. 10.11.Od.X.3.1.4.22.14.4. Od.XIII.9.9.26.31.Od.XV. 1.15.12.14. Od. XVI. 6.20. 14.21. Od.XVII.30.2.30.27. 30.39. in carm. secul. 20.31. lib.II.sat. VIII.11.7.li.I.sat.I. 12.3.26.15.sat.II. 5.23. 6.9. 11. 6. 11.23.21.15. 29.31. 29. 34. sat.III. 2.14.2.15.13.1. 13. 16.18.30.19.14.19.30.21.3.26. 27. 29.17. sat. IIII. 2.2. 7. 19. 10.1. 15.9. 30.19. 30. 30. saty. V. 1.29. 2.13. &

24.sat.VI.4.9.9.19.12.14.22.
12.23.6.&23.27.15. sat. VII.
2.1.sat.VIII.5.16.6.10.7.20.15.
8.16.4. 21.23. 22.23. 24.8.
28.44.30.30. sat.IX. 15.18. 18.
27.sat.X.15.19.18.11. 21.3.29.
24.lib.II.sat.I.7.11. sat.II. 1.1.
6.10.7.9.13.1.15.6. 25.17. 26.
14.28.4.29.14.30.3.sat.III.3.
22.7.10.9.28.13.5.21.15.22.1.
23.5.26.2.26.26.28.3.sat.IIII.
1.24.16.17.19.13.26.27.28.
23.30.27. sat.V. 2.19.14.24.
24.28.26.31.28.3.sat.VI.6.7.
28.26.29.35. sat.VII. 2.20.
8.13.18.27. 2.18. sat. VIII.
2.14.3.3.4.21.11.7.13.6.&
17.16.11. 30.38.lib.I. epist.
I. 6.9. & 17. 17.9. 24.23.
& 29. 26.26. 30.3. 30.9.
30.12. & 19. epist. II. & III.
26.27. 9.3. epist.IIII. 1.18.
epist.V.1.1.1.18.epist.VI.2.
12.6.18.9.27.11.12.19.16.
21.11.22.8.26.16.28.38.30.
7.epist.VII.1.15.5.13.epist.
X.13.3.epist.XI.27.22.epist.
XIII.7.11.28.33.30.38.epist.
XIIII.9.28.epist.XV.2.19.25.
20.27.16. epist. XVII. 7.20.
epist.XVIII. 1.21.epist.XIX.
10.2.lib.II.epist.I. 5.9.18.12.
19.3.26.24.& 25.30.7.&.29.
epist.II.2.15.6.15.7.19.11.26.
21.8.25.10.27.4.de art.poët.
1.4.1.7.1.27.3.11.4.9.5.3. 5.
4.5.23.7.19.9.3.9.31.9.29.
9.19.10.9.11.25.14.17.17.
17.19.9.19.16.20.8.20.27.
22.1.22.7.22.11.22.12.23.
3.26.26.27.4.27.29.27.33.28.
24.28.25. 29.35.30.7.30.27.
Hostius apud Macrob. 18.3.

I

Iabolenus ff.de action.emp.5.13.
Ioannes Grammatic. 13.2.
Iosephus 7.16. lib.XIX.Antiq.
Iud.1.16.lib.XXII.27.25.
Isidorus 8.9.18.26.21.15. lib.
I.Etymolog. 20.17.lib.IIII.
10.26.15.17.lib.V.11.5.20.5.
lib.VI.7.2.lib.IX.26.22.lib.
X.11.5.lib.XI.6.19. 10.26.
28.26.lib.XII. 18.1. 19.19.
21.1.24.23.lib.XIII.18.27.19.
20.lib.XIX.4.23.5.9.12.16.
14.3.15.17.20.2.& 4.li. XX.
13.23.24.8.30.16.
Isocrates 15.21. contra Sophistas 4.2.
Iulianus in L. Cum emptor de resc.vend. 30.27.
Iulius Obsequens 22.11.27.2.
Iustinianus lib.3.Codic. 27.33. in prooemio pandect. 8.19.
Iustinus Martyr 1.19.27.5.
Iustinus 22.12. lib.I.2.15. lib.II.
15.23.30.27.lib.XLII.10.21.
lib.XLIII.8.16.13.8.27.26.
Iuuenalis I.sat.8.18.11. 20.13.9.
20.2.20.8.28.24.27.25.sat.
II.3.20.13.11. 13.21.15.17.
16.4.17.8.23.21.27.19. 29.5.
sat.III.1. 19.3.8.3.17.9.5.9.
23.10.27.11.6.13.19.18.20.27.
15.28.31.sat.IIII.12.8. sat.V.
1.1.1.17.1.16.12.17.14.24.24.
4.26.5.sat.VI.2.24.2.30.3.17.
4.15.5.23.13.19.14.10.18.30.
18.33.22.24. 23.28. 30.30.
sat.VII.3.23.20.2. 22.22. 24.
2.25.3.27.2.sat.VIII. 3.9.7.
20.12.9.22.23.24.4.25.3.16.
3.26.10.sat.IX.24.28. sat.X.
1.17.7.19.13.11. 18.30. 21.
3.29.1.30.19.sat.XI.1.17.22.
23.24.28. sat. XII. 15.12. sat.
XIIII.2.29.17.10.24.43.sat.
XV.7.8.8.17. sat. XVI. 4.7.
25.24.

L

Laberius apud Macrob. 18.2. apud Nonium 15.1.
Lactantius lib. I.instit. 9.18.&
28.11.26.19.21.21.22. lib.II.
21.22.lib.III.10.8.lib.V.17.5.
lib.VI.3.16.10.8.18.14.&27.
21.21.lib.VII. 10.8.de phoenice 12.16.17.9.
Lampridius 28.32.in Commodo 14.12. 25.17.in Heliogabalo 7.20. 24.4. & 8. 30.16.
in Alexandro 1.2.21.15.
Liuius 4.3.lib.I. ab vrb. cond.2.
12.5.4.7.13.8.23.10.19. 18.
35.10.26.11.17.24.38.30.29.
30.31.lib.II.2.11.4.2.5.7. 6.
10.17.15.lib.III.29.30.lib.
IIII.2.13.28.34.lib.V.2.14.
15.1.21.15.24.38. 2834. lib.
VII.3.23.5.11.li.VIII.5.28.6.
21.11.27.22.20. 25.2. 30.1.
lib.IX.7.21.25.7.25.10.lib.
X.25.7.30.25. lib. XXI. 13.
18.11.28.14.8.27.11.li.XXII.
3.3.li.XXVI.29.30.li. XXIX.
4.22.26.17.lib. XXXI.27.7.
li.XXXIIII. 2.14. li.XXXV.
4.22.lib. XXXVI. 3.22. lib.
XXXVIII. 14.11.li.XXXIX.
27.32.30.25.30.29.lib.XL.
1.11.2.12.30.24.li.XLII.30.
37.30.32.lib. XLIII.1.11.1.
25.7.21.16.21.li.XLIIII.29.
7.30.37.li.XLV.11.18.16.20.
li.XLVII.&XLVIII.2.13.
Liuius Andronicus 18.34.apud Nonium 15.4.28.7.
D.Lucas 12.8.15.17. 26.24. in Actis 19.2.27.31.
Lucanus lib.I.5.18.10.7.11.27.
21.18.22.20.27.23.li.II.14.
11.19.9.25.4.li.IIII.7.2.17.
9.27.18.lib.V.21.4.26.1.lib.
VI.3.2.6.10.9.26.li.VIII.26.
23.30.30.lib.IX.17.5.26.18.
30.7.lib.X.30.30.
Lucianus 1.15.16.4.in Timone 25.9.in Necyomantia 9.10.
in vit.auctione 12.16.15.17.li.
quomodo hist. scribenda 29.
8.in Alexãdro 5.19. in Deorum concione 18.8.
Lucillius 15.15.16.11.19.4. apud Festum 8.4.9.2. 20.4.
28.8.apud.Gell. 14.18. apud
Macrob.18.3.& 14.apud Non.
1.1.8.6.12.16.14.29.15.1.15.
5.& 17.17.23.23.24. 25.10.
28.8.& 20.29.2.29.3.29.19.
& 27.30.9.apud Prisc.17.17.
apud Varr.10.22.11.22.
Lucretius 11.22. 14.4.li.I.5.24.
6.8. 6.14. 7.11. 10.15. 10.
26.15.17.18.6.19.12.19.15.
19.19.25.1.25.29.26.36. 28.
45.29.6.lib.II. 2.11.4.22.5.27.
5.25.5.26.7.18.10.8.11.20.16.
2.23.26.25.1.27.14.30.23.li.III.
6.18. 10.8.19.20.20.22.20.
26. 21.2. 21.10. 28.30.

29.34.30.9.30.10. lib. IIII. 2, 12.5.20.7.11. 8.15. 12.7. 13,20.26.13.26.22. 26.31.27. 35.30.14.lib.V. 1.17. 5.16. 6.6.6.20.8.17.9.20.9.27.10. 25.12.7.14.23.18.8. 18.27. 22. 23.30.19.& 22.lib.VI.2.12. 5. 26.8.5.10.8. 15.7.19.27. 20. 2.22.19. 23.3. 26.13.29. 6.30. 19.30.19.

Lycophron 24.44.

M

Mrcrobius 13.8. 14.8. lib. I. Saturn.1.24.7.6.10.10.12.1.18. 4.20.37. 21.24. 23.12. 25.23. lib. II. 9.4. 18.2. lib. IIII. 1.24.4.3. & 21. 11.1. & 19. 14.13. 16.10. 17.10. 18.4. 18.11. 27.17. 30.6. lib. VI. 18.4. 26.36. lib.I. in somn. Scip.24.24.

Manilius lib.I.Astronom. 9.13. 13.2. 22.24. lib. IIII. 14.24. 22.33..lib.V.18.32.22.23.23. 27.28.15.lib.VII. 20.5.

D.Marcus cap.v. 27.20.

Marcellinus 8.9.15.16.& 20.25. 18.27.24.30.5.lib.XIIII.4.7. 8.15.li.XVI.26.34.lib.XVII. 21.28. li.XX.26.34.li. XXII. 3.9.li.XXIII.26.34.li.XXVIII. 3.11.& 17. 5.8.lib.XXXI. 18. 19.24.26.

Marcellus empiricus 18.18.

Marius Victorinus 16.22.17.20. 20.17.21.6.

Martialis 16.4.epigr.in Amphit. 3.8.17.2. lib.I. 2.2.3.17.13. 11.17.8.& 24.18.3. & 30. 23. 25.24.5.& 43.28.15. lib.II. 5. 14.7.12.14.3.15.17.16.19. 18. 30. 21.4. 22.12. 23.19.25.8. lib.III. 1.17.13.19. 15.1.30. 8.li.IIII. 9.5.17.5.28.31.29. 30.lib.V.3.20.& 21. 4.15. 13. 15. 16.5.18.33.23.19.24.3.29. 32.li.VI.2.23.2.27.24.43.25. 27. lib.VII. 4.15.7.19.13. 1. 21.6.24.2.24.28. 25.24. lib. VIII.5.5.1.26.3.22.29.9.lib. IX.21.24.lib.X. 17.17.24.6. 30.3. 30.30. lib. XI. 8.4. 9. 17.18.33.21.6.23.19.li.XII. 2.11.2.30.3.23.10.23.18.1. 16.5.18.33.21.6.24.21. 26. 21. 27.31. 28.31. 29.24. 30.26. lib. XIII. 16.16. 18. 13.25.28.lib. XIIII. 1.13. 1.15.5.10.6.3.6.10.7.4. 9. 23.9.24.10.10.10.23.12.6. 15.20.27.3.

Martianus 3.11.

D.Matthæus cap.XXV.25.15.

Mauricius de milit.Rom.24.16.

Maximus D.Dionysij interpres 24.45.

Meleager lib.VII.epigr. 16.3.

Menander 12.10.

Michael Syngelus 18.18.

Modestinus ff.ad l.Pomp.de parricid. 8.23.

N

Næuius apud Non. 15.4.29.28.

Nemesianus lib. Cynegetic. 5. 6.24.6.

Nepos apud Priscianum 11.2.

Nicander 1.2.8.8.10.11.21.9. 22.2.

Nicandri interpres 5.12. 5.20. 18.18.19.25.

Nicarchus lib.I.epig. 16.4.

Nicolaus Myrepsus 13.23.18. 18.

Nonius 3.20.4.15.5.1.5.9. 5.23. 6.4.6.7.& 9.7.20.8.6.9.2.13. 24.14.5.& 19. 15.5. 20.9. 23.21.23.25.24.23.& 38. 27.29. 29.2. 29.3. 29.17.29. 19. 29.20. 29.21.29.22. 29. 23.29.27.29.28.30.9.

Nouius apud Non. 7.4.

O

Ocellus Lucanus 27.16.

Olympiodorus in Aristot. Meteora 4.20.21.18.

Oppianus lib. II. ἁλιευτικῶν 12.7. lib. IIII.2.22. lib. IIII. de Venat. 5.5.

Oppius li.IIII.de bell. Alex.14. 24.lib.V. bel. ciuilis 25.1. de bello Africo 18.24.

Oribasius 6.17.10.10.

Orpheus 13.12.

Ouidius 2.21. Methamorph.lib. I.4.17. 13.2. 16.12. 18.32. 26.18.30.35.lib.II. 6.14. 19.2.li.III.5.4.li.IIII.22.5.li. V.12.8.lib.VI.7.22.8.18.lib. VII.6.10.19.27.30.39.lib. VIII.1.23.1.24.12.7.lib.IX. 7.8. 30.36.lib.X. 1.23.11. 22.17.22.19.27.23.28.lib. 11.7.& 8.19.20.lib.XII.21. 22.lib.XIII. 30.14 li.XIIII. 11.17.li.XV.1.22.li.I.Fast.3.9.8. 2.12.6.22.10.23.8.li.II.7.3. 16.11. lib.III. 6.10. 7.26. 11.27. 23.6. lib. IIII. 10. 20.lib.V.19.16.&17.26.7. lib. VI. 14.1. 15.7. lib.I.de Tristib.6.8.11.3.lib.IIII.1.2. 11.28.in Ibin 9.25.9.26. 14. 11.22.11.24.21.Epist.I. 1.15. Epist.VI.29.30. Epist.XIII. 18.6.Epist.XXI.18.16.Epist. ad Liuiam 22.11.in Amorib. 26.31. lib. I.Amorum 19.7. lib.II. 22.23. lib. III. 2.1. 6. 8. 13.1. & 16.14.24. 25.28. lib.I.de Arte amandi 4.23.5. 5.& 17. lib.II. 5.6.6.10. 29. 31.lib.III.4.23. 5.17.6.10.11. 2.14.5. lib. II. de remed. amor.5.17.

P

Pacuuius apud Festum 3.6.15. 15.17.7. apud Non. 29.19. 29.27.11.28.

Palladius lib. IIII. de re rust. 23.20.lib.V.11.28. 15.1. lib. XI.13.23.

Papinius apud Varr. 23.16.

Paterculus I. volum. 1.11. II. volum.1.2. 2.20. 8.15. 9.6. 24.40.25.30.26.29.

D.Pauli interpres 30.6.

Paulinus 3.12. 13.21. 26. 15. epist.ad Romanicum 26.15. ad Seuerum 5.9.

Paulus Manutius 8.24.

Paulus de verborum signif.3.14. de instr. & instr. leg. 8.9. lib. V. sentent.30.26. l. lectos ff. de peric.& com.r. vēd.30.27. de offic.præfecti Vigil.19.23.

Pausanias 7.20.lib.I.17.6.24.40. 28.46.lib.II. 9.27.lib.VI. 5. 22.lib.X.19.25.
Persius in prologo 4. 22. 10,13. Saty. I. 2.19. 7.14. 9.31.10.1. 13.11.13.12. 20.8.21.1. 26.21. 28.26. 28 40. 29.20. 29.25. 30.18.saty.II.1.16.1.18.7.13.16. 19.25.14.25.30.26.6.26.24. 29.35.saty.III.14.8.18.28.18. 34.23.23.26.24. 28.26. 28. 42.saty.IIII.4 9.9.6.12.4.13. 5.15.3.15.21. 19.17. 21.8.25. 29.29.23.30.8.sat.V.2.19.4. 5.10.1.13.3.14.9.18.12.18.27. 20.1.21.8.22.12.25.4.25.14. 28.16.28.26.29.8. saty.VI.3. 13.10.19.12.5.17.10.19.2.22. 8.26.23.28.11.30.7.
Persij interp. 22.20.30.7. 30.8.
Petronius Arbiter 1.15. 1.17. 2.20.3.20.4.19.7.4.8.18.12. 5.13.3.15.3. 19.6.19.7. 26.6. 26.7.
Phanocles 3.16.
Philo 1.16.1.19.6. 25.18.13.
Philostratus 1.17.12.6.18.8. lib. I. de vita Apollonij 17.18. 28.25.li.III. 7.16.in Iconib. 19.14. 28.10. in Heroic. 11. 19.in Dionis vita 2.16.
Pierius 22.19.
Pindarus 11. 26.15.4.18.24.22. 13.
Plato 4.17. 4.22.14.6.in Phædone 9.14.10.14.in Theæteto 5. 25.in Phædro 13.19.lib.I. de Repub.14.11.25.23.lib.X.10. 20. lib.XII. 29.10.in Timæo 7.20. 9.14. 16.18.lib.X. de legib. 24.35.in Axiocho 2. 30.11.3.in epigr.de Alexi.17. 15.
Plautus 14.22.15.4.19.22.21. 11. apud Festum 4.6.6.18.15. 15. apud Macrobium 18.4. apud Nonium 15.5.Amphit. 2.28.3.12.3.13.4.15.4.22. 9.10. 14. 12. 18.25. 19.13. 24.27.29.34.30.34. Asinaria 1.15.1.8.2.28.3.12.4.11. 4.13.5.24.6.26. 7.24.9.29. 10. 18. 12.18. 14.5. 16.2. 18.26. 19.10. 21.14. 23.8. 24.30. 24.38. 30.27. Aulularia 3.12.5.23.6.21.6.23. 6.24.6.26.10.15.10.23. 11. 18.14.5.18.1.18.27.21.28. 23.18.23.26.24.23.24.31. 29.34.Captiuis 1.18.2.23. 2.28.6.25.7.12.7.23.10.4. 14.7. 22.6. 23.24. 24.23. 26.29.28.38.30.34.Curculione 1.16.1.17.2.29.3.12. 5.6.5.22.8.8. 10.18. 11.4. 11.7.13.7.15.1.17.19.19. 10.21.20.22.23.23.21.24. 23.27.27.29.14. 29.31.& 34.Casina 2.29.7.12.7.15. 8.11.13.1.13.13. 16.2.16. 3.19.10.Cistellaria 3.19. 6. 7.11.7. 24.38. 28.1. 29.31. & 34.30.29.Epidico 11.7. 14. 19.19.13.20.11.30.26. & 29. Bacchidib.1.28.2.15.2.30. 3. 5. 3.20. 9.31. 10.3. 14.11. 18. 31.20.1.24.11.30.38.Mostellaria 4.15.7.3.7.4.16.10.15. 15.19.12.19.13.19.31.Menæch. 2.15.2.28.3.12.6.21.11.7.13. 6.17.21. 18.14. 18.15.18.27. 19.13.20.27. 29.32.30.29. Milite 2.28. 2.29.7.6.7.12. 11.7.18.2.21.12.29.28Mercatore 7.12.7.15.12.5.14.2. 17. 3.19.10.24.34.26.23.29.20. Pseudulo 3.12.3.20.3.21.6.9. 7.20.8.1.8.11.17.16.20.1.20. 10. 28.41. 29.28. Pœnulo 1. 15.3.5.3.20.3.22.6.11.8.8.10. 24.11.7.15.6.15.7.19.12.20. 1.23.18.24.8.& 31.25.21.29. 2.30.6. 30.32. Persa 2.30.4. 1.6.26.16.22.Rudente 1.13.3. 13.& 21.3.19.7.25.9.4.9.12. 11.7.14.10.16.1.& 22.17.22. 19.10. 21.12. 22.2.26.2. Sticho 4.21.6.21.7.9.9.21.15.1. 16.12.18.21.20.1.& 14.21.15. 25.1.25.15.25.16.26.26.Trinummo 1.1.2.11.2.29.4.12. 5.7.5.27. 12.17. 16.5. 18.7. 19.12.19.13.20.14. 26.16. 27.12.28.47. 29.8. Truculēto 1.6.2.29.4.15.10.25.11.21. 17.17.18.26.19.13.20.30.21. 20.23.24.24.11.24.17.29.34. Astraba 6.18.17.8.
Plinius iunior lib. I. epist. 9.3. lib. II.28.22. lib. V. 4.4. lib. VII.23.19.lib.X.1.17.1.19.27. 5. in Panegyrico 8.22. 21.15. de viris illustr.6.5.28.34.
Plinius 14,11,22,18,in præfatione 2.7.lib.II.cap.1. 3.5. 6.7. 24.4.3.20.4.6. 4.15.4.20. 6. 9.ca.LIIII.16.22.18.24.18.35. cap.XLVII.20.4.22.23.ca.1.24. 24.cap.III.ibid. 26.18.27.5. li.III. 4.6.4.17.6.13.ca. VI.17. 5.li.III. 6.19. ca.11.22.13.lib. V.8.11.8.17.13.15.30.4.li. VI. 11.19.lib.VII.1.10.1.14.3.22. 4.9. 7.20. 9.28. 7.21. 10.16. 16.7. cap. LIX. 21.19. 24.42. ca. XX. 25.2. 28.45.28.46.29. 18. li.VIII. ca.XXXII. 3.22.ca. XLVIII. 14.4. 15.5.20.9.24. 19.28.23.29.26.30.33.li.IX.ca. XXXVII.& XXXIX. 9.5. 10.9. 15.10.ca.XXIIII.&LI.17.22.ca. XV. 19.20. 22.4. 24.42. li.X.1. 26.6.19.12.16.18.16.19.23.ca. XIII. 21.1. ca.XXII.21.8.ca. VIII.28.20.11.6.li.XI.5.14.10. 4.10.5.cap. XXXVII.20.23.23. 43. 21.26.26.5.27.24.13.24. li.XIII. 7.2.13.12.26.23.lib. XIIII.ca.XIIII.1.1.10.2.25.26. 28.19. ca.VI.29.26.cap.XXI.29. 34.li.XV.cap. XXIX.22.17.23. 22.27.17. cap. XXIX. 27.27. 28.8.28.33.li.XVI.1.17.2.28. 4.3.4.16.8.23.24.7.li. XVII. ca.11. 4.5.8.10.3. ca.IX. 17.11. lib.XVIII.1.17.2.1.1.20.7.22. 13.25.14.2.14.5.23.11.24.1.24. 33. 24.42. cap. XXXV. 25.13. 25.22.28.42.30.1.30.18.30. 34.li.XIX. 4.12.5.9. 7.20.8. 23.9.28.10.20.cap.II.11.14. 24.7.cap.VII.30.8.li.XX.7. 20.6.17. ca.VI.13.1.cap.III. 18.3.24.4. lib.XXI. cap. VI. 16.16.cap.XV. 16.9. cap. 11. 18.29. cap.III.22.12. 24.4. 29.1. lib. XXII. 8.23. lib. XXIII. 30.7. lib. XXIIII. 8. 23.9.28.13.17. li.XXV. cap. VIII.30.32.li.XXVI.ca.VI.17. 9. 24.2. li.XXVIII.9.23.11. 6.li.XXIX. cap.1.16.15. lib.

XXXI. 10.12.ca.VIII.18.20. 28.39.lib.XXXII.2.23.li. XXXIII.16.17.6.22. 10. 12. 14.3. cap.I. 20.2. 23. 19.28.23.29.16.ca.VII.29. 28.30.26.lib.XXXIIII.ca. VIII.16.12. cap.V.19.16.lib. XXXV.1.25.8.1.8.9.10.11. ca.11.13.24.cap.V.18.20.18. 31.cap.XXVI.19.25.cap.VIII. 25.22.26.3.26.12.26.17.li. XXXVI. 10.22.15.20.16.6. 17.4. cap.XIX.17.7.ca.XXVII. 22.5. cap.XXI. 26.33.lib. XXXVII. 1.17.8.1.cap.X. 17.15.cap.VI. 21.11.26.3. 27.35.28.36.

Plutarchus 1.1. 3.3. 9.28. 11. 1.13.21.16.10.16.18. 19. 9. 20.1. 25.22.28.37. 29. 13.in Romulo 19.16.in Lycurgo 27.8.in Numa 5.3.9. 7. 20.30. 29.31. in Solone 27.26. in Marcello 1.19.9. 19.in Catone Cens. 1.25.6. 16. 22.15. 24.5. in Pyrrho 3.11.in Mario 25.30.in Lucullo 14.3.in Nicia 4.3. in Crasso 3.21. in Sertorio 5. 9.14.21.in Pompeio 2.16. 4.24.in Alexādro 6.25. 27. 4.in Phocione 16.17.in Bruto 2.16.18.19.inDemosth. 7.10. in Cicerone 7.4. 28. 26. in Antonio 6.21. 9.8. 18.30.26.33.in Cleomene 11.4.in Gracchis 6.5.13.7. in Galba 3.9.3.18.4.7. 5.1. in Othone 9.1. 24. 36. in Homero 5. 18. in Isocrate 14.17. in problemat. 22.8. in problem.Rom. 26.32.de defectu oracul.2.14. 24.26. in parallelis 8.2. 24.4. 26. 10.de Iside & Osir.7.8.de diuitiarum cupid. 28. 38. de fortunaRom.6.6.& 7.de virtute morali 7.17.in orat.consolat. 11. 3. in Stoic. repugnāt. 5.17. de vultu orb. Lunæ 19.3.de fluminib. 20.15.

Pollux 17.6.24.11.29.36.lib.I. Onomast. 11.1.lib.II.11.14. 24.26. 24.28. lib. III. 10.3. lib. IIII. 4.21. 5.4. 17.20. 30.39.lib.VI. 22.9. lib.VII. 1.1.4.13.27.24.lib.VIII. 6. 9.13.20. lib.IX. 5.6.5.8.6. 10.25.14.lib.X. 6.1. 7.12. 14. 5.29.8.

Politianus in Miscel. 8.1. 8.18. 11.6.10.13.

Polybius 2.19. 11.18. 13.18. 14.11.14.13.19.26.28.34. 30.24.30.35.lib.VII.9.8.

Pomponius apud Non. 12.16. 21.20.30.9.

PomponiusMela lib.I.18.8.20. 11.lib.II.23.26.34.26.& 41. lib.III.6.17.6.19.

Porphyrio in Horat. 6.8. in lib. II. od.XIII.10.20.in li.I.sat. VI.9.19.sat.VIII.29.14. sat. IX.13.26.in lib.II.sat.I.7.11. sat.II.7.9.

Porphyrius 25.22. lib. IIII. de non edend.animal. 27.5.

Posidippus 1.7.

Priscianus 3.21.10.25.17.17. 29.34. 30.28. lib. III. 11.3. 11.7.lib.V.10.26. lib.VI. 8. 17.lib.IX.16.6.lib.X. 2.25. 16.6.lib.XVII.2.24.li.XVIII. 30.15. de pond. & mensur. 13.14.

Proba Falconia 4.2.

Probus 18. 34. apud Seruium 29.24.

Procopius 24.26.

Proculus l. vinum ff. de tritico vin.& ol.leg. 1.1.

Propertius lib.I. 9.28. 11.15. 21.16.lib.II.7.26.9.13.11. 16. 13.16. 17.11. 27.21. lib.III.12.14.16.6.20.1.26. 33.27.8. 27.33. 29.31.lib. IIII.3.23.5.3.7.3.8.1. 8.2. 8. 18.10.11.11.23.13.8.18.5.& 15.20.30.23.5.23.6.23.7. 26.19.26.35.29.4.

Prudentius 2.13. in psychomac. 17.5.hymno VII.& XI.cathemer. 17.10.hymn. V.περὶ στεφάνων 11.1.21.21.hymn.X. 4.3. 19.3. 22.23. 28.16. hymn.XII. 24.8.inApotheosi 17.5.24.4.26.10.in Hamartig.11.25.30.19. lib.I. cont. Symmach. 11.6. 13.12.15. 16.19.29. lib.II. 4.5. 8.2.9. 29.10.24.11.6.12.14.29.12.

Psellus 19.30.

Ptolemæus 11.3.17.9.24.37.lib. II.magnæ comp.16.14.li.IIII. 8.10.lib.VII.5.4.

Q

Quadrigarius 5.8.

Quintilianus 13.15.14.9. lib.I. inst.ora.10.16.17.20. 19.12. 18.33.26.1.li.VI.20.27.28. 31.28.35.29.12.29.13.li.VII. 17.24.12.11.lib.VIII. 11.28. lib.IX.7.19.11.1.16.7.16.13. 17.24.lib.X.2.8.15.9.lib.XI. 2.26.4.4.4.10.9.6.7.10. lib. XII. 2.27.4.4.4.5. 7.19. I. declam.10.6.in declam. 2.11.

R

Ruffinus in epigr. 12.18. in Ioseph. 3.14.

S

Sallustius 15.1.in cōiurat. Catil. 2.25.3.4. 3.10.6.15. 6.20. 8. 24.11.12.16.2.19.14. 19.23. 24.29.19.34. in bello Iugurt. 13.13. 26.15.26.34. 27.21. in orat.Lepid. 3.15.29. 14. in orat.Cottę 23.4.in orat.Cęs. 13.13.in epist.Mithridat. 24. 14.in Ciceron. 16.7.

Scribonius Largus 2.6. 17.7. & 16.19.4.& 21.26.33.

Sedulius 10.11.

Seneca 3.3.5.8.5.10.6.4.6.9.15. 10.18.11.18.28.18.30. 19.24. 20.21.21.4.24.17.24.33. 24. 25. 25.28. 26.21. 29.16. 29. 26.de Beneficijs 1.25.9.13.12. 9.16.5.24.19.27.8.28.23.30. 11.in epist.2.12.7.4.8.20. 12. 2.15.22.& 23.18.27.24.1.24. 3.26.14. 26.20.27.19. 30.3. 30.30.in Quæstion.nat.18.13. 21.19.in controuersijs 22.17. 28.22.Declamat.X.cap.I. 3. 8.10.6.de fulminib.25.12. in Apocolocynthosi 2.20.6.3.9. 26.18.13.23.8. 24.46.26.4.

27.3.29.36.in Medea 2.9.
Serenus 5.8.10.26.15.17.22. 24.29.26.
Seruius 3.5.4.19.5.4.5.7.5.9. 6.21.7.3.9.8.9.26.10.11. 11.1.11.7.11.22.11.26. 13.27.14.10.14.13.15. 17.18.5.18.26.18.27.18. 34.19.29.21.1.22.12.24. 24.24.26.25.17.36.12.27. 27.28.8.28.44.29.24.30. 5.30.32.
Siculus Flaccus de cond.agr.12. 15.13.1.22.5.
Sidonius Apollinaris 4.2. 8.9. 18.27.lib.I.epist.8.5.11.6. lib.VII.25.6.30.26.li.IX.11. 2. carmine IX. 11.20.carm. XXIIII.11.6.
Silius Italicus 1.13.3.1.11.25. lib.IIII.13.16.14.10. 21.22. 27.24.lib.VIII.25.6.li.XII. 6.8.lib.XIIII.8.10.li.XVII. 30.37.
Simplicius in Epictetum 2.18.
Solinus 3.12. 3.21.11.26.16. 6.17.20.18.35.21.10.22. 3.24.21.24.13.24.38.24. 42.
Sophocles 16.22.25.6.26.1. Electra 3.14.7.26.22.26.Antigone 14.21.20.31.Trachinijs 2.8.Simulacrif.14.15.
Sotion 4.6.6.13.15.3.
Sozomenus lib.V. VIII. & IX. hist.Eccles. 15.16.
Spartianus in Adriano 2.15.24. 8.25.17.29.12.
Statius Papinius 7.26. 9.26.9. 27.12.6.12.7.24.27.lib.I.silu. 2.23.3.8.3.9.5.3.7.4.12.11. 14.4.15.17.15.22. 22.4.22. 11.29.35.lib.II.11.15.lib. III.28.33.30.14.lib.IIII.1. 2.1.4.18.14.20.30.22.12. 23.19.28.33. 29.35.lib.V. 10.2.18.32.20.1.21.4.26.5. & 31.lib.VI. 5.8.13.35.lib. I.Thebaid.10.13.22.23.lib. II.25.30.lib.III.19.3.lib.V. 19.2.26.30.lib.X.26.4.28. 43.lib.I.Achilleid.26.23.lib. II.19.30.
Stephanus de Vrbib.1.7. 3.1. 5. 22.5.15.7.8.7.20.8.12.9. 28.10.24.13.15.16.20.17. 6.20.28.22.3.24.44.25.12. 30.4.
Strabo 1.22.4.22.13.15.26. 28.lib.III.Geogr.5.8.21.27. lib. IIII. 2.27.4.6. 9.7.9.8. 25.22.lib.V.4.14.5.19.9. 24.12.18.18.17.20.9.21. 13.24.20.lib.VII.3.16.11.15. 14.17.29.32.lib.IX.22.3.li. X.6.17.13.24.19.17.lib.XI. 7.16.lib.XII.20.29.lib.XIII. 5.22.9.3.28.37.lib.XIIII.5. 22.21.15.lib.XV. 5.4.lib. XVI.26.33.
Suetonius 2.26.declar.grammat. 4.15.5.10.8.1. 13.11. 5.8. 9.21.10.23.11.1.13.19.14.12. 15.7. 20.16. 22.32.24.20. 26.29.28.5. 30.39. in Iulio Cæs.2.27.3.9.3.22.7.3.8.5. 10.21. 14.7. 19.26. 24.14. in Tiberio 8.12. 14.17. 28. 32.29.19. in Caligula 1.16. 1.17.4.4.9.30.11.23.18.5. 22.31.24.41.27.20.27.26. 28.35.in Claudio 7.21.8.21. 13.27.27.19. 30.30. 30.33. in Nerone 10.19.11.23.18.17. 18.28.23.19. 24.2.24.6. 25. 11.27.18.29.9. 30.3. in Galba 5.2.11.1.17.8.24.41.in Othone 1.2.5.1.17.20. 24.41.in Vitellio 5.1. 9.30. 24.41.in Vespasiano 22.16. 24.36.in Tito 1.25. 5.11.in Domitiano 5.4.5.10.9.29. 17.9. 25. 18.26.11.in Augusto 3.18. 3. 22.5.12.24.15.& 31.25.7.26. 30.27.7.29.2.29.16.
Suidas 1.4.2.13.6.18. 7.7. 9.21. 9.25.10.6.10.15.11.3.11.18. 12.10.13.3.13.9.13.10.14.17. de monetarijs 18.9.& 17.19. 14. de hisgino 19.25.in Sardanapali vita 20.13. 24.8. de Buccellarijs 24.16.26.15.24. 34.27.3. 27.20. 28.45. de gnoma 29.14.29.24. de Sagmarijs 30.16.
Sulpitius Victor 3.18.
Symmachus in epist.10.26.13. 12.19.29.24.15.30.19.
Synesius in epist. 2.7. 19.22. in laudat Caluitij 27.30.27.1.

T

Terentianus 2.23.
Terentius in And.1.8.2.6.3.23. 4.15. 5.27.act.I.sc.I. 17.10. 22.8. 28.4.22.33. 29.24.in prolog. Eunuch. 3.22. 3.13. 3.11.9.31.11.6.12.10. act.2. sc.3.15.18.19.13.20.1.20.5. 24.31.24.32. 27.26. 28.32. 28.35.29.8.30.1.in Heautont. 2.29.3.5.4.15.10.25.11.12.12. 8.24.29.25.3.25.20. 28.24. 30.6.in Adelphis 1.18. 4.15. 6.24. 7.16. 8.17.16.6. 20.29. 20.31.20.33.25.21. 29.10.in Phormione 2.12.2.28.3.6.3. 20.4.13.6.1. 9.21.12.17.16. 6.16.17.17.19.19.14. 24.31. 28.1.28.4.in Hecyra 5.13.act. 2.sc.2.15.18.22.8.
Tertullianus 3.22.8.4.9.17.10. 22. 11.28. 14.3. 14.12.18. 15.18.34.21.12.22.1.22. 12.22.17.25.18.27.17.29. 24.li.I.& V.contra Marcion. 8.19.de pallio 7.20. 11.22. 14.1.15.20.23.19.29.18. 30.21.cont.Hermog.12.10. in Apologet.12.13.15.16. 17.24.23.22.25.4.in Valentinian.13.22.24.22.de spectaculis 18.33.28.45.de habitu mulier. 22.30. de corona milit 24.41.27.20.28.23. de anima 26.18. & 21. de virg.Vleand.28.28.
Themistius in physic.12.11.24. 42.26.27.
Theocritus 7.20.12.7.14.17.17. 8.18.4.18.11.19.27.19.29. 21.17.26.30.26.31.28.44. 30.36.
Theodoretus li.III.hist. Eccles. 15.16.
Thedosij Codex 26.34.
Theognis 24.3.
Theon 1.19.in Arat. 18.2.19. 19.25.13. 27.28. in Ptolemæum 20.12. in pneumat. 16.14.
Theophrastus 2.29.7.13. 7.20.

10.3.12.8.14.8.16.22.17.
20.19.17.25.13. lib. I. hiſt.
plant.16.19.lib.IIII.16.19.
17.12.lib.V.8.16.li.VII.10.
20.11.14.de Odorib.7.6.25.
28.de ventis 26.36.
Thucydides 2.22.5.7.lib.I.14.
4.&11.21.8. lib. II. 4.22.
Tibullus lib.I.1.23.2.3.& 4.29.
32.5.27.7.14.9.20. 12.5.
13.12.15.4.16.4.18.32.23.
8.24.27.26.6.26.33.26.36.
29.30.& 31.lib.II.11.26.18.
11.& 17.23.27.30.19. lib.
III.1.23.3.21.18.35.22.10.
28.24.lib.IIII. 3.20.16.19.
24.26.28.39.
Titinius 3.20.29.1.29.28.
Trallianus 9.23.10.10.18.18.
Trebellius Pollio in Valeriano
15.21.in Galieno 25.8.in Claudio 9.11.15.20.30.21.
Tryphiodorus 17.4.
Tſetſes 24.9.
Turpilius 15.5.20.4.29.28.

V

Valerius Flaccus lib.I.Argon.6.
7.8.9.& 12.19.3.19.18.23.11.
22.28.28.45.lib.II.2.14.3.13.
12.18.19.18. lib. III. 8.16.
11.1.lib.IIII.19.2.lib.V.5.4.
11.8.17.6.lib.VI.5.10.6.10.
12.7.21.17.29.25.lib.VIII.
6.10.19.2.23.5.9.26.27.
1.29.4.lib.IX.cap.xv. 1.10.
Valerius Maximus 4.23.15.17.
22.32.25.16. lib.I.3.20.28.
44.lib.II.5.8.19.10.lib.III.13.
15.lib.VI.23.21.lib.VIII.19.
19.lib.IX.5.9.
Varro de ling.Lat.1.6. 2.11.3.
7.3.18.3.20.4.8.5.7.6.1.6.
16.7.4.7.19.8.11.9.2.9.28.
10.21.11.5.11.22.12.16.13.
8.14.1.14.17.14.19.14.24.
15.1.15.4.15.6.16.10.16.
20. 17.5. 18.20. 18.34.
19.31.20.3.20.22.20.29.20.
30.20.35.20.36.20.37.21.1.
21.12.21.20.21.28.22.2.22.
6.22.9.22.14.22.17.22.21.
22.23. 22.30.23.1.23.15.
23.16.23.17.23.18.23.26.
24.17.24.21. 24.29.24.46.
25.3.27.31.28.12.28.13.28.
18.29.2.29.3.29.20.29.28.
30.7.30.20.30.35.li.IIII.de
ling.Lat.2.14.3.7.5.7.5.16.
6.5.9.19. 10.17.11.27.20.
29.lib.V.2.29.18.22.lib.VI.
2.29. 22.25.de re ruſt. 10.3.
10.18.11.3.12.14.lib.I.1.11.
3.22.7.23.8.9.13.26.cap.XL.
20.16.cap.L.22.14.cap.LX.23.
1.26.9.28.7.28.47.lib.II.3.
22.4.6.6.9.7.15.7.25.8.8.10.
6.11.23.11.15.cap.III.21.
2.22.21.24.19.26.31.27.35.
29.32.li.III.11.3.9.8.7.8.8.
cap.15.19.4.cap.111.5.9.10.
&15.19.28.cap.V.21.23.23.
26.24.22.
Vegetius 11.24.20.21.24.34.li.
I.de re milit.13.6.24.12.lib.
II.5.2.7.12.24.12.30.32.li.
III.4.7.8.7.24.25.li.IIII.14.
11.14.15.24.25.lib.I.art.veterin.13.1.21.1.li.III.17.8.
Venuleius l.9.ff. de cuſtod. &
exhibit.reor. 28.31.
Verrius 6.8.11.23.21.24.
Vibius Sequeſter 9.8. 26.12.29.
25.29.26.30.14.30.39.
D.Vigilius 3.11.
Victor de region.vrb.R.1.17.6.
10.8.8.9.1.22.15.22.17.25.18.
Virgil.Eclog.I.1.5.1.26.3.5.3.
14.3.10.5.12.6.26.9.29.16.5.
II.12.7.17.15.21.8.30.14.
III.1.23.5.19.6.17.9.28.10.
21.13.4.19.18.19.22.23.3.29.
25.29.29.IIII.3.22.4.15.6.17.
10.22.15.20.16.13.18.34.V.
13.4.17.6.VI.10.8.13.4.24.
24.28.46.VII.1.16.4.22.6.9.
9.9.27.23.28.16.VIII.8.23.
15.5.18.4.19.22.19.27.21.
25.22.23.26.22.27.23.27.
25.29.25. 30.19. 30.38.
30.39.IX. 1.11.13.4.22.
24.26.6. 26.31. X.12.7.
I.Georg.3.14.7.9.9.9.9.26.
12.8.13.1.18.14.18.27.19.
22.19.29.21.9.21.25.22.14.
22.18.22.23.25.13.25.21.
26.31.27.25.27.35.28.24.
29.25.30.19.30.31.30.39.
II.1.11.1.21.2.12.2.14.7.
20.9.9.12.5.13.8.13.21.13.
27.14.3.14.18.16.21.18.
12.18.27.20.24.21.6.21.
10.21.14. 25.30. 29.26.
30.5.30.27.III.4.15.4.17.
5.4.5.5.9.28. 12.7.12.12.
12.14.13.1. 13.4. 13.21. 13.
27.15.17.21.9.21.10.22.13.
23.15.24.29.26.25.27.35.
28.44.29.4. 29.17. 29.26.
IIII.1.1.4.14.8.15.12.12.
19.3.19.27.23.13.26.28.27.
10.28.43.28.45.29.35.I.
Aeneid.1.5.3.14.4.4.5.3.5.
5.5.24.5.27.6.2.9.31.10.11.
10.24.11.8.12.12.13.16.14.
15.18.27.18.32.21.10.21.
13.24.35.24.44.25.1.25.12.
26.23.26.30. 27.30.28.5.
28.10. 28.16. 29.4. 30.19.
30.27.30.39.II.1.29.3.11.
3.22.4.15.6.11.6.21.9.18.
11.19.11.22.12.5.13.16.14.
11.14.15.15.12.17.4.17.13.
18.2.19.20.21.22.22.2.23.
5.25.4.25.30.26.2.26.22.26.
23.26.33.29.4. 29.6.29.21.
30.19.30.39. III.2.27.3.10.
4.22.5.7.5.27.6.21.7.9.7.19.
10.13. 11.19. 14.4.14.17.
17.6.19.2.19.22.21.21.22.
10.22.12.22.28. 23.5.23.
22.23.28.24.10.26.10.27.
20.28.5.28.15.30.28.30.39.
IIII.2.14.3.2.3.10.3.14.4.
14.4.19.6.6.6.10.7.9.7.12.
10.7.11.19.12.5.14.9.16.8.
16.22.20.21.21.22.21.29.
22.1.22.11.22.12.22.26.23.
3.24.26. 25.1. 25.6. 26.5.
26.17.26.23.27.5.28.1.28.
30.29.6.29.25. 29.32.30.
27.30.39.V.3.1.5.9.7.3.9.
26.11.6.11.7.12.12.13.11.
13.12.13.19.14.4.15.8.18.
28.19.2.19.17.19.20.19.29.
20.4.20.24.23.3.25.5.26.
17.26.22.26.28. 26.30.28.
15.28.16.28.19.29.4.VI.4.
14.7.16.9.10.9.27. 11.8.11.
19.12.5.13.21.14.11.15.12.16.
4.18.2.18.11.18.35.19.

17. 21.6. 22.1. 22.10. 22.18. 23.3.25.6.25.30.26.2. 28. 32.28.43.28.44.28.45. 28. 46.29.24. VII. 4.14. 4.15. 5.7.5.22.6.6. 7.14. 8.16. 9. 10.9.13.9.28. 11.19.11.22. 11.26.19.3. 21.22. 22.3. 22. 7.22.20.23.22.25.30.26.21. 26.22.26.28. 26.33.28.16. 28.21. 29.32. 29.35. 30.5. 30.21.30.27.30.38. VIII. 2.14.6.21.6.14.7.13.7.14. 8.15.8.23.10.2.11.12.14.16. 15.7.19.20.21.8.23.3.23.5. 23.14.24.40.25.14.25.30. 26.29. 29.6. 29.31. 30.38. IX. 3.14 3.23.4.14.4.22. 18.3.11.22.19.16.20.1. 20. 18.219.22.7.22.11. 22.15. 23.3.26.23.26.30.28.46.29. 24.29.25.30.19.30.35. 30. 39.X.2.21. 3.19. 3.23.4.14. 4.18 10.7.12.12. 26.30. 27. 28.29.24.29.25.30.34 XI. 5.7.5.8.11.1. 11.25. 14.13. 22.3.23.14.25.7.27.12.XII. 3.13.5.3.5.7.5.24.7.13.8.16. 9.30.11.1. 15.12.17.10.18. 3.19.19. 22.12. 23.14. 24.3.

24.31.25.9.26.2.26.5. 26. 12.26.33.28.32.30.29.in Epigr. 27.29. 30.30. in Diris 13.1.26.35. in Ciri 28.25. 29.17. in Copa 9.19.24.6. 30.14.in AEtna 2.21.6.20. 28.41.in Priapeis 2.7. 13.8.

Vitruuius 6.13.6.20.18.24. 23. 31.23.33.lib.I.cap.II. 3.22. 4.16.12.7.cap.V. 21.23.25. 12.cap.I.30.33.30.36.li.II. 9.14.22.18.lib.III. 11.2.lib. IIII.11.4.lib.V.5.4.6.20.10. 10.18.34.24.2.24.39.28.20. lib.VI.10.17. lib.VII. cap.V. 1.27. 2.3.6.17.cap.XIIII.19. 25.cap.VIII. 20.12.cap.III. 26.3.26.15.lib.VIII. ca.III. 1.27.6.13.24.7.30.38.li.IX.1. 19.cap.IIII.4.5.6.12.11.3.ca. IIII.16.13.cap. IIII. 22.23. cap.IIII.22.29.cap.III.& 9. 25.11. 27.10. 29.13.29.31. lib.X.cap.XV.2.3. cap.XVII.2. 5.2.22.3.7.7.20.9.20. 11.4. cap.XII.16.14.ca.XI.22.27. 26. 8.27.28.cap.XX.28.20.29.11.

Volusius 8.14.

Vopiscus in Aureliano 9.11.18. 17.18.19.& 20.19.9.19.21.24. 45.30.21.in Tacito 30.26.in Probo 9.11.15.20.18.20. 24. 25.30.20.in Saturnino 30.20. in Bonoso 30.20. in Carino 11.25.

Vrbicus de limitib.agr. 4.24.

Vlpianus in fragm.ca. de decim. 30.23.de iustit.& iu. 8.20.de offic.quæst 5.11.de offic.pręt. 7.7. de offic. proconf. 30.26. de iudicijs 19.26. pro socio 30.6.de peric.& com.r. vẽd. 1.1.7.23.de auro & arg. leg. 1.13.3.21.11.19.18.23.28.23. de tigno iuncto 13.27.de iniurijs 28.31.de extraord.crim. 9.17.de censib.9.15.

Vvlcatius Gallicanus in Cassio. 20.15.

X

Xenophon 17.4. lib.I.hellenic. 17.6. lib. VII. 9.9.in Repub. Lacon. 27.26. in conuiuio 7.16.

Xiphilinus in Pompeio 6.9.

Z

Zonaras 2.16.11.21.

ERRATA.

Pag.8.lin.31.Zephyrium promontorium 32.Arsinoē 9.9.carminis 14.consequuntur 13.11. ἐν μεγέθει 12. ποιητέον 15.6. κηθαρσίων 38.brachia 17.27.deorum 39.imitatus 18.8.tessellata 37.eum 20.14.possit 21.ærumna 31. vere 21.4. consulatum 22.24.oscitantis 37.sensum illustrauit.ex 23.10.sacculo ib.sarculo 23.refrina 24.7.vri 22. demiror 34. scire 27.16. τιθηνῶς 30.28.εἰς τὸ 31.13.liberalitate 37.7. Plinius lib. 40.13.parallelas 16.parastatarum ib.parastata 25.μεταξὺ ib. δέξασθαι 41.15.climacis 31. ἀξόνια 42.11.τράπεζα 17.διάπηγμα ib.συνεστηκὸς 43.26.ἐσκιαγραφημένη 44.37. antibole 45.18.pudéter 46.15.extat 36.decebat 48.10.κεφαλῶν πε 24.memorialia 49.18.Maiæ 36.habeant 51.4.polo. 53.33.γεγονὼς 54.39. στρατεύματα 55.17.Suexores 57.31.lacernatus 61.11.AEtnæo 63.7.& aræ 22.pnigeos 64.28.Lucumones 65.9. idem & 66.29. exprimentium 70.5.labor vt 71.21.aduorsum 73.6.mihi haud 75.23.μελαμψηφῖδος 78.10.amphitheatralibus 22.velut 28. subijcit 80.29.patrimonio 75.30.parmularius 83.16. cùm paria paribus 85.15.blenni 34.iurisiurandi 86.7. λίμνης 37. φάσκωλος 83.8. cœrator 85.27.sistenti 87.7.omina 34.Chaonias 36. tellus & 90.22.beneficentia 39. οἱ τὰς 95.29. actores 99.26.Sex lictoribus 100.26.ducto 101.9.βάθει 28.loculionibus 32.caligæ 104.1.autem 112.28. succidiarum 113.5. illuc 31. excusis 34.contubernia 115.7. ἢ 116.17.cognomen 120.27.inferebatur 30.ἀδυνατεῖν 34.τριβώνια 121.29.τῇ νῦν. 126.38. vaccinia 140.31.lycijs 143.21.τὸ τῶν 144.39.factum est 147.25.indutum 152.9.Parma autem 154.24. vt apud 155.34. vua 157.34.qua 171.31.dixit 172.13.falsum 177.35.res 181.9.τραπέζης 189.35.Nam nunc 197.39.certè 203.1.census 11.fuit 209.14.prępositis 213.8.parendum 40.ἁδρὸν 214.1. ἡσυχῇ 225.27.habeo 230.14.purgare 233.11.striculi 235.37. situlis 238.8. detracta litera 246.32.obscœnum quidem est 251.13.pectum pro pexum 264.1.quo faciunt 267.30. Vlpianum 277.28. patribus 285.6.nunc 16.equitem 295.14.perscriptiones 305.1.affectus 316.24.inquinatum fumo 335.24.condẽnatus 341.1. semper parapsis 349.31.retiarium 356.2.in municipijs 357.20. PRASINAE 358.33. conuentuum 359.9. colligato 374.26.ἐζευγμένους 28.ὀρθοῖς 381.28.πᾶν 386.2. οὐ 406.13.voluit.

ADRIANI TVRNEBI ADVERSARIORVM LIBER PRIMVS.

Vinum doliare, vinum diffusum, vinum defusum, vinum de dolio, vinum de cupa, propala vinum defundere, Amphoræ, notis signatæ & titulis, de meliore nota.

CAPVT I.

VINVM doliare omnes ferè apud Vlpianum exponunt, quod in dolio conditum est, ad vini pendentis discrimen, præsertim cum vinum pendens, ipsas vuas significet, & vindemiam nondum collectam: Nam vinum pro vuis dici locus ille Plauti clarissimè indicat:

Tum vinum priusquam coactum est, pendet putidum.

Ego potius putem vinum doliare dici ad discrimen vini diffusi: cuius rei ecquem locupletiorem citare testem possum, quam Proculum Iurisconsultum? Is enim: *Ego (inquit) etsi dolia in vasis vinariis non sunt, tamen non concederem Trebatio, quod in doliis esset, id est, quod in vasis non esset, legatum: Illud verum esse puto, cui vinum legatum cum vasis erit, ei amphoras & cados, in quibus vina diffusa seruamus, legatos esse.* Vinum autem doliare, vinum est nouum, quod quia vetustatem non habet, quæ diffuso quæritur, & vino maturitatem, & suauitatem affert, ideo minoris erat pretii. Vinum de dolio appellat Cicero, vt in Bruto: *Num igitur qui hoc sentiat, si is potare velit; de dolio sibi hauriendum putet?* Appellat & vinum de cupa, vt in Pisonem: *Panis & vinum à propala & de cupa.* Sic in bonis libris lego: Nam propala est qui merces propalã velut antè palũ, aut de palo pendẽtes habet, & vendit: quam vocem in propolam deprauarunt, cũ apud Græcos (quorum vocabulum videri volunt) hæc vox proxenetam significet, venditionisque conciliatorem, vt scribit Pollux. Ea integra hodiéque apud Varronem remanet, sic scribentem: *Denique ipsæ exruminantes ad propalam vitam diu producunt:* id est apud propalã. Quo sanè in Varronis loco non dubitem ruminantes emendare refragantibus libris omnibus, in quibus exgrumantes legitur. Cocleas enim dicit apud propalam ruminando suo sibi succo, & exiguo cibo vitam diu producere. Apud Nonium denique

L. 1. § si doliare ff. de peric. & com. r. vend.

Plaut. Trinũmo. Sc. Minus quindecim dies.

l. vinũ §. ego ff. de tritic. vi & ol. legat.

Cic. in Bruto. seu de claris orat.

Cic. in Pison.

Pollux lib. 7. caput 2.

Var. de re rusti. lib. 3. cap. 14.

Apud Noniũ in Primiter.

que Lucillius ipso syllabe modulo satis indicat vocabulum Latinum esse, cuius verba sunt:

Vt cum primitiis ficos propala recentes
Protulit, & pretio ingenti dat primitus paucos.

Quod si cui testimonium illud Proculi fortè non satisfacit, veniet in numerum [Plutarchus.] Plutarchus, qui vinum de dolio nouum esse ostendet, cuius verba sunt, τὸν δὲ ἀνθοσμίαν ἀπωσάμενοι τουτονί, καὶ ἡμερίδην, ἀγριώτερον πίνομεν ἐκ πίθου κωνώπων χορῷ περιᾳδόμενον: id est, Isto veteri & miti vino reiecto, durum & immite de dolio bibimus culicum turba perstrepens. Vinum autem diffusum est [Plinius lib. 14 cap. 14.] quod in amphoras & cados apothecarum ad asseruandum fusum est. Plinius *Apothecas fuisse, & diffundi solita vina anno* DCXXXIII. *vrbis apparet indubitato Opimiani vini argumento.* [Catul. de re rust. cap. 147] Apud Catonem tamen doliare vinum pendenti opponitur, apparétque eius ætate nondum frequenter solitum esse [Horat. lib. 1. epist. 5.] vinum diffundi in Italia. De diffuso vino ita scribit Horatius:

Vina bibes iterum Tauro diffusa. Et Iuuenalis,

[Iuuenal. sat. 5.] *Ipse capillato diffusum consule potat.*

Defundere autem vinum, est de dolio in craterem, aut de cratere in pateram fundere. In Horatio igitur rectè coniicit vir doctissimus Lambinus scribendum:

[Horat. lib. 2. saty. 2.] *Et nisi mutatum parcit defundere vinum.*

Id enim est in pateram, vel trullam fundere, & bibere. Et libro 2. de Finibus: [Cic. lib. 2. de finib. bon. & mal.] *Quibus vinum defusum sit è pleno Oenophoro*. id est, deorsum in pateram aut poculum fusum. Et apud Maronem:

Hæc ait & liquidum Ambrosiæ defudit odorem.

[Virgil lib. 4. Georgic.] Amphoræ autem & cadi in quibus vinum erat conditum notis signabantur, & titulis: vt indicat Iuuenalis:

[Iuuena. sat. 5.] *—cuius patriam, titulúmque senectus*
Deleuit multa veteris fuligine testæ.

[Cic. in Brut.] Proinde Cicero in bruto scribit: *vt si quis falerno vino delectetur, sed eo nec ita nouo, vt proximis Coss. natum velit, nec rursus ita vetere, vt Opimium, aut Anitium Cons. quærat. Atqui hæ notæ sunt optimæ, credo: sed nimia vetustas nec habet eam quam quærimus suauitatem, nec est iam sane tolerabilis.* Itaque cùm aliquem commendasse nos dicimus de meliore nota, quo genere lo- [Catul. ad Mal.] quendi est vsus doctissimus & elegantissimus poëta Catullus, & Curius [Cic. lib. 7. epist. fami. epist. si vales.] in epistola ad Ciceronem: nisi fallor, translationem à vino ducimus, in quo melior, & optima nota dici solet: quod & ab eruditissimo Lambino est obseruatum.

Angustus clauus, Tribunus angusticlauius & laticlauius, arctum lumen purpuræ apud Papinium. Caput. II.

NEMI-

NEMINEM eſſe exiſtimo in Gallia paulò humaniorẽ, cui Georgius Buchananus non ſit notus, non ſolùm eximius poëta: verùm etiam vir omni liberali eruditione non leuiter tinctus, ſed penitus imbutus: Inter nos de literis nuper cùm ſermo incidiſſet, ac de Tranquillo loqueremur, qui vitas Cæſarum pari licentia ac illi egere, ſcripſit, dixit non ſolùm magno errore receptum eſſe patrem eius Auguſti clauium fuiſſe: uerùm etiam magna hominum moleſtia, in eo explicando miſerè ſe cruciantium: quorum quid, inquit, attinet ineptias commemorare? ſeſe autem opinari dicebat anguſticlauium ſcribi debere, vt Laticlauium: quòd eſſet tunica Anguſti claui, vt Lati. Atque huius ſententiæ ſuæ aſtipulatorem adſcriptorémque producebat Ouidium, cuius lib. 4. Triſt. hi ſunt verſus:

Suetoni. in octaua. Aug. cap. 73.

Ouidius. lib. 4. de triſtib. eleg. vlt.

Curia reſtabat: claui menſura coacta eſt.
Maius erat noſtris viribus illud onus.

Se enim in Equeſtri ordine ſubſtitiſſe dicit Ouidius: & Suetonius patrem ſuum nondum adeptum fuiſſe latum clauum ſignificat. Et ſi autem tam clarè id à Buchanano probatum eſſe confido, vt dubitandum nullo modo cenſeam: Tamen quo id teſtatius & confirmatius ſit, addam Paterculi teſtimonium de Mecenate, qui in Equeſtri ordine ſemper manſit, ſic ſcribentis. *Quippe vixit anguſto clauo pene contentus, nec maiora conſequi non potuit, ſed non tam optauit.* Accedet velut ſupernumerarius teſtis (re ſatis illis iam teſtimoniis confirmata) Lampridius, cuius verba ſunt: *Tum ſatis eſſe conſtituit, vt Equites Romani à Senatoribus claui qualitate diſcernerentur:* In eadem etiam eſſe ſententia Lambinum collegam meum animaduerti. Hæ me auctoritates mouent vt in Papinio lib. 4. Syluarum, ſic hos verſus legam, & de anguſto clauo intelligam.

Patercu. 2. volum.

Lampridi. in Alexād. Seue.

Papin. lib. 4. Silua. 5. ad Septimum. Sent.

Hic paruus inter pignora curiæ
Contentus arcto lumine purpuræ
Creſcis.

Vbi refragante verſus lege raro hodie ſcribitur in omnibus, quæ quidem viderim exemplaribus. Arctum enim lumẽ purpuræ, anguſtum clauum purpureum accipio, quo is, quamuis Senatoris filius, contentus erat. Tribuni autem militũ quidam anguſticlauij erant, quidã laticlauij: híque maioris dignitatis, illi minoris. Patrẽ quidem ſuũ Tribunũ anguſticlauiũ fuiſſe Othoniano bello Suetonius dicit: vapulaſſe Neronẽ à quodã laticlauio etiã narrat, vt exiſtimo non Tribuno militũ laticlauio, ſed Senatore. Nam à Dione is Iulius Montanus nominatur, & Senator appellatur.

Suetoni. in Othone cap. 10.

Dion in Othone.

Comperendinatio, altera actio. Caput 3.

QVID inter comperendinationẽ, & ampliationem apud Cic. in Verr. interſit, quæri plerumque animaduerto: qua de re neque recentiorũ ſen-

tentia mihi probatur, nec veteris interpretis Aſconii expoſitio ſatisfacit: quam (ne prolixior ſim) adſcribere non decreui. Potius Ciceronis locum ſubiiciam, & ex eo coniecturam captabo, & (ſi potero) verum eliciam: Eius verba hæc ſunt. *Adimo enim comperendinatum, quod habet lex in ſe moleſtiſsimum, bis vt cauſa dicatur: qnod aut mea cauſa potius eſt conſtitutũ, quàm tua, aut nihilo tua potius, quàm mea. Nam ſi bis dicere commodum eſt, certe vtriúſque commune eſt. Si eum, qui poſterius dixit, opus eſt redargui, accuſatoris cauſa, vt bis ageretur, conſtitutum eſt. Verùm, vt opinor, Glaucia primus tulit, vt comperendinaretur reus: antea vel iudicari primò poterat, vel amplius pronuntiari.* Iſtis ego Ciceronis verbis perſuaſus huc labor, vt putem ampliationẽ fuiſſe in iudiciis, cum parum iudicibus liquebat: comperendinationẽ lege Seruilia in iudicium repetundarum introductam, vt etiam ſi prima actione iudici liqueret reum damnandũ eſſe, tamen ei condemnare non liceret. Lex enim Seruilia induxit comperendinationem, ne primò iudicaretur: id eſt vt bis cauſa diceretur: ac comperendinatio; altera, id eſt ſecunda eſt actio. Bis enim iudicium exerceri voluit de pecuniis repetundis: nec, ſi cõſtaret iudici prima actione damnandum eſſe reum, licere voluit damnare ante ſecundam actionem. Sic Cicero Verrem velut lege Seruilia comperendinatum fingit ad iudicium adeſſe & reſpondere: ac comperendinationem alteram actionem appellat, his verbis: *Neminem veſtrum ignorare arbitror Iudices, hunc per hoſce dies ſermonem vulgi, atque hanc opinionem Populi Romani fuiſſe, C. Verrem altera actione reſponſurum non fuiſſe, neque ad iudicium adfuturum.* Hanc tamen explicationem attigit (ne quid diſsimulem) Aſconius cùm ſcripſit: *Comperendinatio vtriuſque partis recitatio eſt.* Id eſt (vt interpretor) cùm iterum à precone citantur vt adſint, qui priore actione citati fuerant.

Cic 3. acta in Verrem.

Cic. 3. in Ver.

Aſcon. Pedia. in 3. acta in Verrem.

Melici, Dithyrambici, μελοποιὸς, μέλη, lyrici, numeris fertur lege ſolutis quid. CAPVT 4.

EXTAT Ciceronis libellus de optimo genere oratorum, quem ſcripſit, cùm in Latinam linguam conuertiſſet aduerſarias Æſchinis, & Demoſthenis orationes, quas & Diuus Hieronymus vidit. Eius libelli principium multos ſuboffendit: nam cum ita ſcribat: *Oratorum genera eſſe dicuntur tanquam poetarum: id ſecus eſt. Nam alterum eſt multiplex. Poematis enim Tragici, Comici, Epici, Melici etiam, ac Dithyrambici, quod magis eſt tractatum à Latinis, ſuum quoduis eſt diuerſum à reliquis genus.* Permirum ſibi videri dicunt illud à Cicerone genus ſcribi à Latinis magis tractatum fuiſſe, cuius hodie in literis Latinis nullum extet veſtigium. Ego verò illam Ciceronis orationem aliam in ſententiam interpretor, atque affirmo Ciceronem dicere multa poëmatis genera, & exempla proferri poſſe,

Cic. de opt. gen. orat.

præſertim cum poëma magis à Latinis tractatũ ſit. Itaque verius eſſe puto, quod in libris ſcriptis reperitur *Quo magis*: etſi *Quod magis*, eodẽ ſenſu legi poteſt. Non aſſentior ijs qui *minus* hîc legunt contra omnium Bibliothecarum auctoritatẽ. Quærunt autem quid inter Melicos, Lyricos, & Dithyrambicos interſit: Ego Melicos qui cantilenas ſcribebant ferè in numero Lyricorum repoſuerim: Nam Simonidem Suidas nunc μελοποιὸν, nunc Lyricum vocat, & Platoni μελοποιὸι canticorum ſcriptores & Lyrici ſunt: & Sapphus, Alcmanis, Anacreontisque, qui Lyrici numerantur, μέλη nominantur. Auſonius Melicos & Lyricos modos nominans diſtinguere paulum videtur, & pangi melos poteſt quod non ad Lyram canatur, latiúſque interdum pateat: niſi fortè idem bis locutus eſt, quod non eſt in poëtis rarum. certè ijdem Galeno ſunt in fine de vſu partium ſcribenti παρὰ τοῖς μελικοῖς ποιηταῖς, οὓς ἔνιοι λυρικοὺς ὀνομάζουσι. Lyricos autem à Dithyrambicis, & materia, & lege carminis differre puto. Materiam Lyricorum complexus eſt Horatius, cùm ſcripſit:

Suidas.

Auſonius.

Muſa dedit fidibus diuos, puerosque Deorum,
Et pugilem victorem, & equum certamine primum,
Et iuuenum curas, & libera vina referre.

Horat. de arte poëtica.

Dithyrambicorum argumentum erat Liber pater: eorumque Chori Cyclici dicebantur, ad diſcrimen Tragicorum & Comicorum Chororum, qui erant quadrati. Lege carminis differebant, quòd in Lyricorum plerũque carminibus erant Strophæ, Antiſtrophæ, & Epodi: In Dithyrambicorum non erant, ſed velut vna, perpetuaque comprehenſione ſine vllis Stropharum, & Antiſtropharum legibus & interuallis, varios verſiculos contexebãt. Id ex Ariſtotele cognoſci poteſt, qui ita in Rhetoricis ſcribit. τὴν δὲ λέξιν ἀνάγκη εἶναι ἢ εἰρομένην καὶ τῷ συνδέσμῳ μίαν, ὥσπερ αἱ ἐν τοῖς διθυράμβοις ἀναβολαί. ἢ κατεστραμμένην, καὶ ὁμοίαν ταῖς τῶν ἀρχαίων ποιητῶν ἀντιστρόφοις: id eſt, Dictionem autem neceſſe eſt aut tractam eſſe, & cõiunctione vnam, vt Dithyrambicorũ cantica: aut conuerſam, & ſimilem veterum poëtarum conuerſionibus. Id etiam Ariſtoteles in Problematis ſcribit: nã cum quæſiſſet. Διὰ τί οἱ μὲν νόμοι οὐκ ἐν ἀντιστρόφοις ἐποιοῦντο, αἱ δ' ἄλλαι ᾠδαὶ χορικαί: id eſt, Quamobrem nomi ſine conuerſionibus à poëtis ſcribebantur, cum cantica chororum per cõuerſiones componerentur, ſubiicit: διὸ καὶ οἱ διθύραμβοι ἐπειδὴ μιμητικοὶ ἐγένοντο οὐκ ἔτι ἔχουσιν ἀντιστρόφους, πρότερον δὲ εἶχον: id eſt, Proinde & Dithyrambi poſteaquam imitatores eſſe cœperunt, conuerſiones non habent, ante habebant. Quocirca quia verſus tumentes libero impetu texunt, nec cantica certo flexu recurrentia certa lege carminũ includunt, Horatius ſcripſit quarto carminum de Dithyrambis Pindari:

Ariſto. Rhetoric. lib 3.

Ariſto. ſectione 19. problemat. 15.

Ariſto. ead. ſectio. & problem.

Horat. lib. 4. od. 2.

Seu per audaces noua dithyrambos

Verba deuoluit, numerisque fertur Lege solutis.

Papin. lib. 4. silua 3.

Contra de eius Lyricis certo ambitu comprehensis, scribit Papinius:

— Qua lege recurrat
Pindarica vox flexa Lyra.

Cicero emendatus, scriptura, decuma, portorium.

CAPVT V.

Cic. pro lege Manilia.

ETSI plenum est periculi, & aleæ coniecturæ confidere suæ in tractandis auctoribus, multis tamen in rebus sola coniectura nitimur, quam & in re capitali nostra medicus aucupatur. Id eo dico, quia cùm Cicero scribit pro lege Manilia: *Cum Publicani familias maximas, quas in salinis habent, quas in agris, quas in portubus* augurorpro salinis, siluis esse legendum. Cuius rei hæc ratio est: Vectigalia populus Romanus capiebat ex agricultura. Agri enim vectigales decumas frumenti Pop. Rom. pendebant: hoc frumentum militibus admetiebantur, sed & vrbanæ plebi, modò semissibus, modò trientibus: Tandem tamen lege Clodia semisses, & trientes sublati sunt, gratísque admensum est plebi vrbanæ frumentum: interdum etiam vendebant. E pecore, quod vectigal, scriptura dicebatur. Hinc Plautus:

Plaut. Truculento. Sc. Ad fores auscultato.

Nam aduersum legem à me ob meam scripturam, pecudem accepit.
A. Ferè idem quod tu facis, faciunt rem malè gerentes:
Vbi non est scripturam vnde dent, incusant publicanos.

Nam qui in publicis siluis pascebant, quas redemerant publicani, numerũ capitum sui pecoris apud publicanum profitebantur, numerúmque in cõmentarium referebat publicanus, & in singula capita certam pecuniam pro pastione exigebat. Proinde *scriptuarius ager*, vt ait Festus, *Ager publicus appellatur, in quo vt pecora pascantur certum æs tribuitur: quia publicanus scribendo conficit rationem cum pastore.* Tertiũ vectigal è mercatura erat siquid vel importaretur vel exportaretur, quod Portorium appellabant. Dicet aliquis: nondum video cur *Siluis* legendum sit, potius quam *Salinis*. Imò verò ex ijs quæ posui id satis notum, & planum est: in siluis enim pecora pasci constat. Et Cicero (nisi hallucinor) quater tria illa vectigalia attigit, vt cùm dixit: *vt & vbertate agrorum, & varietate fructuum, & magnitudine pastionis, & multitudine earum rerum, quæ exportantur.* Rursum, *Tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorũ nauigatio conquiescit. Ita neque ex portu, neque ex decumis, neque ex scriptura vectigal conseruari potest.* Postremò hoc in loco. nam salinæ aliud vectigal significarent, de quo nulla in ea oratione mentio est. In siluis autem pasci pecora satis pastor Virgilianus docet, canens:

Festus. lib. 17.

Cic. pro lege Manilia.

Cic. pro lege Manilia.

Virg. eclog. 1.

For-

Formoſam reſonare doces Amaryllida ſiluas.

Sed & ipſe Maro:

— Et egreſſus ſiluis, vicina coegi,
Vt quamuis auido parerent arua colono.

Virgil.lib. 1. Aeneid.

Aratores, aratio. CAPVT VI.

ADMONET me locus ſuperior, vt qui à Cicerone aratores vocentur, explicem, neque enim ſatis intelligi qui ſint, vulgò video. Ager aliquis Decumanus qui arabatur eorum, à quibus colebatur proprius non erat, ſed publicus populi Romani cenſebatur, ac decumarũ conditione, & penſitatione agricolis erat attributus, qui aratores dicebantur, agríque quos colebant Arationes: ſed & omnis ager vectigalis & decumanus, qui arabatur frumentariúſque erat ſic vocabatur Cicero in Verrem: *Pulſos aratores eſſe dico, agros vectigales vexatos, atque exinanitos à Verre.* Iterum, *Magni & naui aratores agros latos ac fertiles deſererent, totáſque arationes derelinquerent.* Plautus Trueulento,

Cic.5. in Ver.

Cic.5.in Ver.

Male vertit res pecuaria mihi apud vos, nunc viciſsim
Volo habere aratiunculam pro copia hic apud vos.

Plaut.Trucu-lento. Sc. Ad fores auſcul-tato.

Ager Campanus cum publicus populi Romani eſſet, qui Capuæ eum colebant & decumas penſitabant, aratores erant. Itaque ſcribit in Rullum Cicero euerſam non fuiſſe Capuam à maioribus, vt eſſet domicilium aratorum. Eius verba ſunt: *Illi Capuam receptaculum aratorum, nundinas ruſticorum, cellam atque horreum Campani agri eſſe voluerunt.* Nec verò aratores domini erant, nec domini cenſebantur: eóſque à dominis Cicero in Verrem perſpicuè diſtinguit, ſic ſcribens: *Tamen incolumis numerus manebat dominorum, atque aratorum.* Certè qui agros vectigales colebant, verè domini non cenſebantur. Non me latet tamen aratoris vocem latius etiam patere, & agricolam ſignificare: ſed & aratorem agri vectigalis interdum dominum vocari. De Aratione à Varrone etiam ſcribitur, *ager aruus & arationes, ab arando.*

Cic.2.in Rul.

Cic. 5.in Ver.

Var.lib.4.de ling.Lat.

Catulli verſus explicati de Arſinoë. Zephyrium, Zephyritis, Hippia Arſinoë. CAPVT VII.

ELEGANTISSIMI ſunt verſus doctiſſimi, & politiſſimi, poëtæ Catulli, ſed obſcuri, nec ſatis intellecti, quos è Callimacho conuertit.

Abiunctæ paulo ante comæ mea fata ſorores
Lugebant, cùm ſe Memnonis æthiopis
Vnigena impellens nutantibus äëra pennis
Obtulit Arſinoës Chloridos ales equus:

Catull. de coma Berenic.

Iſque

Isque per ætherias me tollens aduolat auras,
Et Veneris casto collocat in gremio.
Ipsa suum Zephyritis eo famulum legarat,
Grata Canopeïs incola littoribus.

Quos hinc intelligi posse spero: Arsinoën Philadelphi vxorem Aegyptij consecrarant, Veneremque & Zephyritin appellarant, eique templum in Zephyrio promuntorio ędificarant: eandem vt Zephyri vxorem Chlorin vocarant. Neminem enim ferè latet Chlorin vxorem Zephyri à poëtis dici, quæ & Flora Latinis est. Fingit & Callimachus vt vnigena est auroræ Memnon: item Memnonis vnicum esse filium equum Chloridis. Videor etiam legisse in editione quadam (nisi memoria fallit) *vnigena impellente natantibus*, quam sequenti scripturam non perinde mihi probatam sensus nascetur, alitem equum Chloridis venisse exoriente aurora quæ vnicum filium Memnonem genuit. Sed vt in iudiciis in quibus de facto quęritur testes producendi, tabulæ proferendæ sunt: Ita auctotes adhibendi sunt huius rei tanquam astipulatores. Hoc igitur dicet pro testimonio in epigrammate ipsemet Callimachus apud Athenæum.

Callimach. apud Athenæ.

Κόγχος ἐγὼ ζεφυρῖτι παλαίτερος, ἀλλὰ σὺ νῦν με
Κύπρι σεληναίης ἄνθεμα πρῶτον ἔχεις.

In his versibus sine controuersia & Venus & Zephyritis appellatur, presertim cùm paulò post sequatur:

Σοὶ τὸ περίσκεπτον παίγνιον Ἀρσινόης.

Posidippus.

Idem & Posidippus in Epigrammate, quod scripsit in venerem quę in Zephyrio colebatur.

Τοῦτο καὶ ἐν ποταμῷ καὶ ἐπὶ χθονὶ τῆς φιλαδέλφου
Κύπριδος ἱλάσκεσθ' ἱερὸν Ἀρσινόης,
Ἣν ἀνακοιρανέουσαν ἐπὶ ζεφυρίτιδος ἀκτῆς,
Πρῶτος ὁ ναύαρχος θήκατο καλλικράτης.
Ἡ δὲ καὶ εὐπλοΐην δώσει, καὶ χείματι μέσσῳ
Τὸ πλατὺ λισσομένοις ἐκλιπανεῖ πέλαγος.

Stephanus de Vrbibus Zephyrion.

Stephanus, καὶ ζεφύριον ἄκρα τῆς αἰγύπτου, ἀφ' ἧς ἡ ἀφροδίτη καὶ Ἀρσινόη ζεφυρῖτις, ὡς Καλλίμαχος: id est: *Et Zephirum promotorium Ægypti, à quo Venus & Arsinoë, Zephyritis, vt Callimachus vocat*. Sed & Hippia vocabatur Arsionë, credo, quod in cœlo equum habere crederetur. Hesychius. ἱππία Ἀρσινόη ἡ τοῦ φιλαδέλφου γυνή Cum pręsertim dum viueret, equos studiosè alere solita sit, & ad Olympica certamina mittere, vt è Callimacho scribit Higinus.

Hesychius.

Higinus. lib. 2 astronomicôn poëtic.

Abuti operam, faciúntne intelligendo apud Terentium.

CAPVT VIII.

VERBVM Terentij est (quod omnes æquè ac suos vngues tenent,

neque ferè quiſquã tamen intelligit) *Nam in prologis ſcribũdis operã abutitur, nonqui argumentum narret.* Hîc ABVTI omnes in recepta & ſolita ſignificatione accipiunt pro malè vti: Ego abuti operam interpretor eſſe operam impendere, & conſumere, hoc ſenſu: in prologis poëta operã non ponit, nec conſumit in argumenti narratione, ſed in calumniæ & maledictorum depulſione. *Qui* autem valet, vt: hoc modo, non operã ponit vt argumẽtũ narret. Sic abuti Plautus vſurpat in Aſinaria: *Vbi ſunt quę dedit?* C. *Abuſa.* id eſt ea conſumpſi, ea conſumpta ſunt. Quidam in Terentiano verſu ad ruinam carmini, fulciendam legunt (vt ne id quidem prętermittam) *Nam in prologiis ſcribundis.* Nam prologium pro prologo veteres vſurparunt, vt à Grãmaticis annotatur. Planè pronuntiare non verebor in eo prologo: *Faciunt ne intelligendo, vt nihil intelligant?* Cum interrogatione legendum eſſe, hoc ſenſu: an non dum intelligentes & docti hac in re videri volunt, planè hoc conſqeuuntur, vt nihil intelligant? NAE affirmantis pręponi nõ ſubiici ſolet. nec officit quod reperitur, *Ædepol næ ego ſum miſer.* Nam poſt iuſiurandum de integro inchoatur oratio.

Terent. Andr. prologo.

Plaut. Aſinar. Sc. vnum iſtorum quodq; verbum.

Terent. Andr prologo.

Euocati. CAPVT IX.

CAESAR libro tertio de bello ciuili ſcribit: *Cùm horum omnium ratio haberetur, ad duorum millium numerũ ex Pompeianis concidiſſe reperiebamus, euocatóſque & centuriones complures.* Et libro primo: *Militibus in concione agros ex ſuis poſſeſsionibus pollicetur, quadraginta in ſingulos iugera, & pro rata parte centurionibus euocatiſque.* Non eſt exprimenda longior oratio in recitandis aliorum ſcriptorũ teſtimonijs: Hîc quærendũ videtur qui ſint euocati, quos & à militibus & à centurionibus Cæſar diſtinguit. Euocati autẽ ſunt homines militia perfuncti, & emeritis ſtipendiis, qui tamẽ rurſus militatũ euocantur. Id declarat Dio, ſic ſcribens: ἐκ τούτων δὲ δὴ τῶν ἀνδρῶν καὶ τὸ τῶν ἠουοκάτων σύστημα (οὓς ἀνακλήτους ἄν τις ἑλληνίσας, ὅτι πεπαυμένοι τῆς στρατιᾶς ἐπ' αὐτὴν αὖθις ἀνεκλήθησαν, ὀνομάσειεν) ἐνομίσθη. id eſt, Ex his hominibus euocatorum numerus conſtitit, quos ἀνακλήτους, id eſt reuocatos Græcè vocare poſsis, quòd militia perfuncti ad eam rurſus reuocarentur. Euocatorum autem honeſtus erat ordo in re militari, & in multis inſcriptionibus: Euocatum Cæſaris aut Auguſti fuiſſe ambitiosè inciſum videmus. Hoc ideo ſcribendum putaui, quo eos qui vocem hanc parùm notam habent certiores facerem, quæ ſit huic verbo vis & poteſtas ſubiecta.

Cæſar lib. 3. de bello ciuili.

Cæſar. lib. 1. de bello ciuil.

Dio.

Secundarij, ſtatariæ comœdiæ, ſtatarij hiſtriones, tertiarij, ſtrigmenta gymnaſij, Valerius emendatus. CAPVT X.

SCRIBIT in Diuinatione Cicero: *vt in actoribus Græcis fieri videmus, ſæpe il-*

Cic. 1. in Verr.

pe illum qui secundarum, aut tertiarũ partium, cùm poßit aliquanto clariùs dicere quam ipse primarũ, multũ summittere, vt ille princeps quã maxime excellat: His verbis expreſſit, quos Græci δευτεραγωνιστὰς & τριταγωνιστὰς vocant: ſed vno verbo illos ſecũdarios, hos tertiarios, appellare potuit, vt in Bruto: *Quod idẽ faciebat Q. Arrius, qui fuit M. Craßi, quaſi ſecundarius.* Eſt enim trãſlatio ducta ab actore ſecundarũ partium: neque rarò à fabulis transferre ſolet, velut in eodẽ Bruto: *ſed eos etiam quos ſtatarios appellant.* Nam ſtatariæ quędam dicebantur comœdiæ vel auctore Terentio: & ſtatarij hiſtriones, qui minus actuoſi erant, & ad eas fabulas magis quam motorias accõmodati habebãtur. Iterum in eodem Bruto, *Nunc quoniã totum me non næuo aliquo aut crepundijs, ſed corpore omni videris velle cognoſcere:* Ex argumentis dixit comœdiarum, in quibus expoſititij, vel è corporis nęuo, vel è crepundijs, quibuſcum expoſiti fuerunt, poſtea agnoſcuntur. Tertiarium dixit Valerius, ſed in eo perperam retiarius, & aſſeclarum legitur: eius verba ſunt: *Sed alter ex quodam ſecundarum cognomen Spintheris traxit: alter, niſi Nepotis à moribus accepiſſet, Pamphili tertiarij, cui ſimilimus eſſe ferebatur, habuiſſet.* Hæc veterum librorum ſcriptura etiam Plinij auctoritate confirmatur, atque comprobatur, à quo ſic ſcribitur: *Sicut Spinther ſecundarum, tertiarúmque Pamphilus, collegio Lentuli, & Metelli Coß.* Atque ne ſine corollario hoc caput abeat, in eodem apud Valerium capite de formæ ſimilitudine pro *gymnicorum ſeruo ſtramenta gymnaſij colligenti* lego ſtrigmenta gymnaſij. Sic enim ſordes appellabantur, quæ deſtringebantur & deradebantur de athletarum corpore, quæ quòd medicatam vim haberent, diligenter colligebantur, magnóque venum ibant.

(Margin: Cic. in Bruto. — Cic. in Bruto. — Cic. in Bruto. — Valer. Maxi. lib. 9. cap. 15. — Plin. lib. 7. cap 12. — Valer. Max. lib 9. cap. 15.)

Colonia, coloniæ Latinæ, coloniæ Italicæ, municipium, præfectura, forum, conciliabulum, Varro explicatur. CAPVT XI.

LEGI Coloniarum deducendarũ, adſcriptũ ſępe legimus. *Quæ Colonia in hac lege deducta, quódue municipium, præfectura, forum, conciliabulum conſtitutũ erit.* Quę verba celeriter noſtras aures pręteruolare ſanè non debẽt, ſed diligenter attendenda, & animaduertẽda ſunt. Nã inter ſe omnia differũt, etſi diſcrimẽ à paucis obſeruatur. Erant ergo Colonię cum Coloni aliquẽ in locũ deducebãtur, aut veteribus incolis adſcribebantur, vel veteribus colonis noui addebantur. Hæ duorum erant generum, quædam Latinæ, quędã Italicę: Latinis ius erat ciuitatis & ſuffragij & magiſtratus capiendi: ſi in ſua colonia magiſtratũ geſſiſſent. Idẽ ius colonijs tranſpadanis dedit, quãuis colonos in ijs non collocaſſet Põpeius Strabo. Proinde ſcribit ad Atticum Cicero: *Quoniam videtur in ſuffragijs multum poße Gallia.* Italicis autem

(Margin: Vario. auctor. de limitib. in L. Mamil. Roſcia. Peducea, Aliana, Fabia. — Aſconius in oratio. Cic. cõtra Piſonem. — Cic. ad Attic. lib. 1. epiſt. 1.)

autem colonijs ius ciuitatis & ſuffragij nullum erat: ſed qui in colonias illas deducebantur, ius ciuitatis omnino quidem amittebant, immunes tamen erant, nec tributum aut ſtipendium pendebant. Itaque extra Italiam coloniæ iuris Italici, immunes erant, cùm prouinciarum ſolum tributarium, & ſtipendarium eſſet. Tandem tamen paulò ante Strabonis ætatem tota Italia ciuitate donata eſt: & denique Antonini imperatoris tēpore, quicunque ex orbe Romano eſſet, vt Iuriſcunſulti ſcribunt. Municipia vrbes erant iure ciuitatis Romanæ donatæ, in quas ſi coloni deducerentur, in coloniæ conditionem tranſibant, & cùm ante ſui iuris eſſent, legem à deductore coloniæ accipiebant. Hinc veretur Cicero ne Rullus municipia campaniæ colonis occupet. Eodem modò coloniæ in ius municipij tranſibant, vel beneficio Senatus, vel eius qui coloniam deducebat, vt ex legis verbis quę recitaui apparet. Puteolos coloniā fuiſſe ſcribit Liuius, ſcribit & Paterculus: Paulò ante conſulatū Ciceronis in municipij conditionē mutati fuerant, vt ex his verbis orationis ſecundę in Rullū apparet: *Puteolos verò qui nunc in ſua poteſtate ſunt ſuo iure, libertatéq; vtuntur, totos nouo populo atq; aduentitijs copijs occupabunt.* Pro Cœlio: *Nam quod eſt obiectū municipibus eſſe adoleſcentem non probatū ſuis: nemini vnquam præſenti Puteolani maiores honores habuerūt.* Itaq; quod tantopere ſe hæſitare Aſconius confitetur, quid ſit quod coloniam Placentiam Cicero in Piſonem municipium appellarit, hinc nullo negotio ſolui diluique poteſt. Præfecturæ erant, in quibus ius dicebatur, & nundinæ agebantur: eratque quædam earum Reſp. cùm tamen magiſtratus ſuos non haberent: Sed in eas ex vrbe præfecti, qui ius dicerent mitterentur: Earum genera fuiſſe duo ſcribit Feſtus: vnum earum in quas ſolebant prefecti quatuor ſexue mitti, qui Pop. ſuffragio creati erant: Alterum earum in quas Prætor vrbanus quotannis mittere ſolebat, qui ius dicerent. Sunt & præfecturæ cum coloniæ territorio, quod colonis non ſufficiat, ager aut agri pars attribuitur: vt Campus Mantuanus, Cremonenſi coloniæ contributus eſt. Proinde ſcribit in Bucolicis Virgilius:

Liuius. lib. 34. *Paterc. priore vol.* *Cic. 2. in Rul.* *Cic. pro Cœli.* *Cic. in Piſon.* *Feſtus lib. 14. in liter. p.*

Mantua, væ, miſeræ nimium vicina Cremonæ — *Virg. eclog. 9.*

Et in Georgicis:

Et qualem infelix amiſit Mantua Campum, — *Virg. 2 geor.*
Paſcentem niueos herboſo flumine Cygnos.

Mirum autem fortaſſe cuipiam videbitur quòd Arpinum, quod municipium erat: & puteolos, præfecturas vocet Feſtus. Sed potuerunt aliquando in præfecturæ conditionem mutari: & curatoris agrarij, deductoriſque coloniarum, velut ex verbis quæ recitaui apparet, ea interdum poteſtas, & ius erat. Id Senatus etiam & populus interdum decernebat. Forum, lo-

Feſt. lib. 14. in liam. p.

cus erat nundinationis & negotiationis, vbi etiam ius dicebatur: vt forum Flaminij, forum Iulij, forum Licinij, de eorum nominibus, qui ea fora conſtituenda curarunt. Quare cùm ſcribit Varro de re ruſtica: *Eiuſdem gentis C. Licinius Tribunus plebis cùm eſſet poſt Reg. exactos annis* CCCLXV. *primus populum ad leges accipiendas in ſeptena iugera forenſia è comitio eduxit:* Significat aſſignata fuiſſe viritim à Licinio ſeptena iugera in eo foro quod ipſe conſtituit, forúmque Licinij vocatum eſt. Municipia autem coloniis præferebantur: coloniæ præfecturis: præfecturæ foris: fora conciliabulis. Nam conciliabula cum loca eſſent in quibus ius diceretur, & in cōcilium conueniretur: tamen foris inferiora erant. Interdum tamen in Municipij ius aſcendebant. Frōtinus: *Hoc conciliabulum fuiſſe fertur, & poſtea in municipij ius relatum.* Cùm autem Frontinus dicit conciliabulum fuiſſe (interprete Vrbico) intelligit locum quendam coloniæ fuiſſe, & quandam coloniæ partem, vbi conuenticulum eſſet iuridicum. Eius verba ſunt *Sunt autem loca publica coloniarum, vbi prius fuere conciliabula, & poſtea ſunt in municipij ius relata.* Cæterùm in conciliabulis ius dictum fuiſſe oſtendit antiqua lex, cuius (ſiquis fortè dubitat) hæc ſunt verba: *Cùm curator hac lege non erit, tunc quicunque magiſtratus in ea colonia, municipio, præfectura, foro conciliabulo, iuri dicundo præerit, eius magiſtratus de ea re iuriſdictio, iudicisq; datio, addictio eſto.* Liuius tamem per fora, & conciliabula, omnia quæ extra vrbē erant, maiora & minora oppida, caſtella loca intellexiſſe videtur, in quibus eſſent conuentus aliqui iuridici: Eius ſunt verba, *Decemuiri ſupplicationē in biduum valetudinis cauſa in vrbe, & per omnia fora, conciliabuláq; edixerunt.* Iterum, *vltra decimum lapidem per fora, conciliabuláque C. Menio priuſquam in Sardiniam prouinciam traiiceret, decreta.* Cum dixerim meliore conditione, & iure municipia fuiſſe, quàm colonias, ſciēdum tamen Cæſarum imperio multos contra exiſtimaſſe, quod à Gellio relatū legimus.

Varro de re ruſt. lib. 1. cap. 2. — *Frontin. de limit. agr.* — *Aggen Vrbic. de limit. agr.* — *Lex antiq. in Vario. auctor. de limitib. in L. Mamil. Roſcia. Peducea, Aliana, Fabia.* — *Liu. lib. 40.* — *Liuius ibid.* — *Gelli. lib. 16. cap. 13.*

Pæanem citare, citare minuritionem. CAPVT XII.

Cic. 1. de Ora.

AD illum Ciceronis de Oratore locum: *Qui & annos complureis ſedentes declamitant, & quotidie antequam pronuntient, vocem ſenſim cubantes excitant, eandémque cum egerunt, ſedentes ab acutiſſimo ſono vſque ad grauiſſimum ſonum recipiunt, & quaſi quodammodo colligunt. Hoc nos ſi facere velimus, ante condemnētur ij quorum cauſas receperimus, quàm toties, quoties præſcribitur, pæanem, aut munionem citarimus:* cum ſcripſiſſem aliquando mihi videri legendum eſſe *minuritionem citarimus*, quod dicerem mihi videri interpretata à Cicerone verba græca παιανίζειν & μινυρίζειν, magnam ea de re famam ſermonémque manaſſe intellexi hominum inuentū meum improbantium.

Hi

Hi tamen reperient in Græcorum commentarijs μινυρίζειν esse tenui & deducta voce canere: & consuetudinem phonascorum reperient apud Alexandrum Aphrodiseum in excitandis molliendisque arterijs diligenter paucis verbis explicatam, in eoque verbum παιωνίζειν, quod Cicero pæanem citare reddidit. Verba sunt Aphrodisei καὶ οἱ φωνασκοὶ δὲ παιωνίζοντες προμαλακοῦσι τὰ ἀναπνευστικά, id est, Phonasci pæanem citantes arterias præmolliunt. Videtur autem pæan contentionis vocis esse, minuritio remissionis. Etiam phonascorum consuetudinem ita libro quinto de sanitate tuenda Galenus attingit, καὶ τὰς καλουμένας ὑπὸ τῶν φωνασκῶν ἀναφωνήσεις παρελάμβανον, id est, & quas phonasci vocis excitationes vociferationesque appellant adsumebam. Iterum ὅτι δὲ καὶ ἀναφωνήσεις ἐκ μεγέθει τε καὶ τῇ κατ' ὀξύτητα τάσει τῆς φωνῆς ποιητέον ἐστὶν ἐπὶ τούτων οὐκ ἄδηλον, id est, vocis autem excitationes & vocis magnitudine & acuminis contentione instituendas esse in his non obscurum est.

Alex. Aphro. — Gal. lib. 5. de sanit. tuend. — Galenus.

Vdones, cudones, holoberæ vestes CAPVT XIII.

In titulo de auro & argento legato hæc verba Vlpiani Iurisconsulti sunt. *Alia causa est vdonum, quia vsum calceamentorum præstant:* hanc vocem vdonum hominibus doctis plurimum negotij exhibuisse animaduerto cum alii odonũ, alij vndonum, alij etiam œdorum legant. Itaque cur non mihi, quamuis iuris ciuilis imperito, post ista cõmenta venia sit, quid mihi videatur ista de re scribendi? Ego vdones lego & puto calceamenta esse ex hircinis pilis texta. De vdonibus Martialis scripsit,

Non hos lana dedit, sed olentis barba mariti.

Putaui aliquando vnam abesse literam propter antegressum elementum, t, verbi est, cui in libris manu scriptis ita simile est, c, vt plerumque internosci non posit, & legendum censui Cudonũ, vel Codonum. nam vtroque modo scriptum reperio. Sunt autem Cudones è pellibus operimenta capitis, quæ & pedibus indui posse credebam: quod commentum mihi vehemẽter displicet. Nam apud Silium cudo significat galeam pelliceam, vt quæ κυνέη ab Homero dicitur & κτιδέη. verba sunt Silij, — *caput his cudone ferino Stat cautum:* in quo qui *codone* legunt, deducũt à κώδιον. sed vt aliud ex alio, quæritur etiam à Iurisconsultis, quæ sint holoberæ vestes. Hic non auderem mediusfidius meam interponere sententiam, nisi censendi ius esse cuiuis viderem post tam ridicula interpretũ somnia. Quas Latini vestes, birros appellant, Græci βήρους vocare solent, id est beros: vt holoberæ vestes sint, quæ totæ birri sint. Nam birri honestiorum & palatinorum erant, vt in concilio Gamgrensi, καταψηφίσοιτο τῶν τοὺς βήρους φορούντων: & clarius apud Euagriũ, βήρους τε γαμηλίους ἐξάπτοντας. Sunt igitur holoberæ vestes birri toti verè serici, & toti conchyliati, velut,

l. argumento. §. alia causa est ff. de aur. & arg. lega. — Mart. lib. 14. epigr. 140. — Silius italic. lib. 8. — In canonib. — Apost. Euagr.

[*Lib. 11 codic. tit. 8.*] lut è capitibus illius tituli, in quo earum mentio eſt, conijcere licet. Nam illæ veſtes totæ dicuntur, ex breuitate & compendio ſermonis, cum purpuræ aut ſerici aut conchylij nomen ſubaudiendum ſit. Zonara & Balſamon interpretantur texta holoſerica.

Profundum, Martulus, aqua manibus, & pedibus, filicata opera. CAPVT XIIII.

SI quid expiſcari poſſumus, quod vſquam velut in alto, profundóque lateat, magna lætitia exultamus. Itaque, ſcrutamur omnia grammaticorum vada, ſinus, maria, non minus quam gula, quæ elementum tam immite non ſinit quieſcere, ſed eius omnes gurgites ſollicitat. [*Caper Grammaticus.*] Apud Caprum Grammaticum reperi profundum ſignificare ventrem, nec iniuria, cum eodem ſenſu gurges vſurpetur: ac exemplum vt ex antiquo ſermone profert: quod eo dico, vt plus auctoritatis hæc vſurpatio obtineat. [*Caper Grammaticus.*] *In profundum*, inquid, *nummi, vel in arcam cunduntur*, Quod eſt vel in ventrem mittuntur, vel in arcam. Illud quoq; attendendum apud eundem, aquam, qua manus initio cænę, vel prandii, lauam⁹, vel pedes abluimus, aquam eleganter pedibus, & manibus à veteribus appellatã fuiſſe, vt reor, quòd aquã pedibus cum poſcerent, & manibus, tantũ dicere ſolerent, [*Caper Grammaticus.*] *aquam pedibus, aquam manibus*, nullo adiecto verbo. Hæc loquendi genera quodam vetuſtatis aucupio & lenocinio illiciunt, capiúntque eos, qui orationis nitidæ, & elegantis ſtudioſi ſunt. [*Plin. lib. 7. capit. 56.*] Ex eodem intellexi male in Plinio excudi marculum, pro martulo, quod mallei nomen vernacula lingua retinet: ſed vt error iſte hominibus eripiatur, antiqui grammatici teſtimonium proferamus. [*Caper Grammat.*] *Martulus*, inquit, *à marte, non marculus*: hodie tamen contra antiquitatis auctoritatem, ſemper marculum dicimus: quod ſi quis martulum, aut martellum dicat, is noſtris hominibus gallicè non latinè loqui videatur. Idem, quæ ſint filicata opera, declarat, quo filicatæ apud Ciceronem [*Cic. in parad.*] pateræ melius aliquanto intelligentur: *filicem*, inquit, *non felicem dicendum, vnde & filicata opera priores dixerunt, celata: à filice quam ita credo dictam, quod ſit minus fœlix aruis.* Caper cuipiam fortaſſe filicata opera, vt felici & nobili celatura inſignita videatur interpretari: aliter tamen Pompeius, [*Feſtus Pompe. lib. 6. in litera f.*] qui filicata vocat, non vt felicata: eius verba ſunt, *Filicata patera dicta eſt, quòd ad filicis herbæ ſpeciem ſit celata.* igitur in Capro lego, *celata à filice.*

Cynica cæna, digna ſacris hecates, quid diſtent æra Lupinis, aurũ comicum nebula linea, ventus textilis lenta manu trahere, commouere labra, ſuauium, Petronius explicatus. CAPVT XV.

[*Petrō. Arbit.*] VERSVS eſt imprimis elegans Petronij Arbitri.

Ipſi qui Cynica traducunt tempora cæna.

Quo quidem eos ſignificari puto, qui miſerè viuunt, vt ſiliquis, & leguminibus, quique viliſſimis cibarijs ſe tolerant, atque ſubſtentant: nam talis erat Cynicorum philoſophorum victus, quod è Luciano intelligi poteſt, ita ſcribente de Cynico, ὃν ἔδει τῆς ἑκάτης τὸ δεῖπνον φαγόντα, καὶ τὰ ἐκ τῶν καθαρσίων ᾠὰ, πρὸς τούτοις τε σηπίαν ὠμὴν ἀποθανεῖν. Et alio loco, ἡ πήρα δέ σοι θέρμων ἔστω μεστή. Cęna igitur hecates & ouis luſtrationum, vt mēdici, & ſepijs crudis viuebant, inde & digna ſacris Hecates apud eundem dicitur Hecale mulier pauperrima, quòd cæna Hecatæ ſacra à pauperibus raperetur: Ariſtophanes,

Lucian. in dialog. mortuo.

Lucianus.

Ariſtoph. Plu.

Παρὰ τῆς ἑκάτης ἔξεστιν τοῦτο πυθέσθαι
Εἴτε τὸ πλουτεῖν, εἴτε τὸ πεινῆν βέλτιον· φησὶ γὰρ αὐτὴ
Τοὺς μὲν ἔχοντας, καὶ πλουτοῦντας δεῖπνον προσάγειν κατὰ μῆνα,
Τοὺς δὲ πένητας τῶν ἀνθρώπων ἁρπάζειν πρὶν καταθεῖναι.

Niſi ſi quis Hecalen dignam Hecates ſacerdotio fuiſſe interpretetur. qua de cauſa ad eorū reſpiciens miſeram vitam, poteſt videri dixiſſe Horatius,

Horat. lib. I. Epiſt. 7.

-Quid diſtent æra lupinis.

Vt virum bonū dicat intelligere quid donet, æ'ſne an lupinum, vile & Cynicum cibarium: atque ita mihi quidem videbatur, ſed Marcus Antonius Muretus ingenioſiſſimus & diſertiſſimus, eam excogitauit interpretationem, quæ propè geometricῶs meam ſententiam refelleret. Lupinos enim aurum ait eſſe comicum, vt Plautus loquitur, quo macerato paſcuntur boues. Vt igitur in comedia pro aureis nummis annumerantur Lupini, ſic & pueros Lupini grana pro nummis ſolitos eſſe habere, atque numerare, & inter æs & Lupinum parum diſtinguere. Atquè idem hodiéque in Italia luſitantes pueros ementiri & æmulari Lupinis nummos ait. Idem Petronius, quod annotatione dignum cenſui, nebulam lineam, pro tenui amiculo lineo, quod nec panni crebritatem nec telæ denſitatem, ſed nebulæ tenuitatem emuletur pellucidam poſuit,

Plaut. Pœnulo. Sc. iam tenes præcepta.

Palam proſtare nudam in nebula linea.

Petronius.

Idem ventum textilem veſtem ventoſam & tenuiſſimam, æquantémque propemodum ſubtilitate ventos appellauit dicens.

Æquum eſt induere nuptam ventum textilem.

Petronius.

Lenta verò, apud eundem, traxit manu: nam Petronius hanc operam ad calcem perducet, eſt traxit manu tenaci & hærente, vt apud Flaccum.

Horat. epod. od. 15.

Lentis adhærens brachiis.

quod eſt ſequacibus, inhærentibus. At apud Flaccum alio loco.

Horat. lib. I. ſat. 9.

Et preſſare manu lentiſsima barchia.

valet pigra, tarda, ſurda, ſegnia, nihil commota meo preſſu, vt ab Ouidio ſcrip-

Ouid. epiſt. I.

penelo ad v-liß.

scriptum est, *Aut vbi lentus abes.* veteres tamen interpretes pro lentissime, quod erit, tenacissime & pressissime audiunt, nomine aduerbij vicario.

Petronius.

Et quia, inquit Arbiter, *considerantium hæserant vultus, quicquid à spectaculo vacabat, commouebat obiter labra, & me tanquam furtiuis subinde oculis verberabat*: hic commouet labra, quę lasciui oris motu ad amorem allicit, & sic conformat os, vt basiari velit. Nam & talis oris habitus suauium dicitur, cum ita figuratur labris promissis, aut lingua prolata, vt cum mulieres suauiantur amatores. Vnde & Plautus in Asinaria scripsit.

Plaut. Asinar' Sc. agendum istum ostend.

Ne sic tußiat.
vt cuiquam linguam in tußiendo proferat. Iterum

Plaut. ibidem ead. Sc.

Tu labellum abstergeas.
Potius quam cuiquam suauium faciat palam.

Id est quam sic os comparet & formet vt ad basiandum aliquem inuitet. quod tamen Petronius scribit, esse videtur potius signum innuentis, & inuitatiunculam amoris significantis, quam ad basium vocantis. Ait idem,

Petronius.

Nomen amicitiæ si quatenus expedit hæret,
Calculus in tabula nobile ducit opus.

Horum versuū hæc sententia est, si amicitiam vtilitate potius metiri quam honestate voluinus, hominum profectò vita similis erit ludo calculorum, & calculi inter se amare videbuntur: nam in ludo tabulę sic diuisi sunt calculi in duas factiones, vt inter se quidam velut amici sint, quidam hostes, vnde & Martialis scripsit,

Mart. lib. 14. epigr. 20.

Gemmeus iste tibi miles & hostis erit.

Quatenus autem vtile est ludo, istam calculi amicitiam seruant fœderati inter se. igitur si emolumentis amicitiam ponderamus, amicitiam, cuius tanta dignitas est & pretium, putemus exercere calculos in tabula, & eos nobile opus tuendæ amicitiæ ducere. Hæc cursim ex illo scriptore enotata huic chartæ commendauimus.

Sinus, oratiæ naues, aurea barba, ludi palatini, iactare manus, χειρονομεῖν. CAPVT XVI.

HIC peristroma Babylonicum varietate imitamur, & Phrygiones æmulamur: vt illi multa pingunt acu, sic nos huc multa & varia cuiusque generis, vt in mentem quicque veniet, cumulabimus. quem Græci δῖνον vocant (eo autem nomine vas intelligitur ventris tumidioris, & rotundioris formæ, vt conijcio, Latini appellant sinum, vt Maro,

Virgil. eclog. 7.

Sinum lactis, & hæc te liba Priape quotannis
Expectare sat est.

Idem

Idem nomen & in Curgulione Plauti extat: ſyllabæ certè proceritas in vtroque coniecturæ fauet, & vocabuli ſimilitudo, tantum vereor, ne mutatio literæ, d, in ſ, inſolentior eſſe videatur: ſed cum ἴσμεν & ἴδμεν dicatur, etiam ab ipſis græcis, ὀσμὴ & ὀδμὴ, quid mirum eſt ab alienigenis eam eſſe permutationem factam, qui omnia ſolent ore ſuo, vel corrumpere, vel aliquantum contaminare? Quæritur quæ ſint apud Plinium orariæ naues, cum in epiſtola ad Traianum ſcribit. *Nunc destino partim nauibus orarijs, partim vehiculis prouinciam petere.* Ego actuarias & paruas eſſe ſuſpicor quibus ſecundum oram nauigatur: nam maioribus pelagus tentatur: neque enim paruo nauigio quiſquam ſe magno cõmittere mari audet, ſed littus legit. Proinde Cicero ad Atticum ſcribit, *Cogitaremus corbitáne Patras, an actuariolis ad Leucopetram Tarentinorum*, nam ſi traijciendum fuiſſet mare, corbita ac oneraria, id eſt magna naui fuiſſet opus: ſin ad Leucopetram eundum, ac ſecundum littus nauigandum fuiſſet, ei nauigationi commodiora fuiſſent nauigia parua, & actuariola. ſed & nauibus longis commodior erat littoralis nauigatio, quam pelagia. Philo. καὶ μάλιστα τὰς πλείστας ναῦς ἐπαγόμενος μακρὰς, ἀλλ' οὐχ ὁλκάδας, αἷς ὁ παρὰ γῆν πλοῦς ἀνυσιμώτερος. Quæſitum item eſt, quid ſibi illud Perſianum velit ænigmati ſimile, nobis vtique, qui propter antiquitatis inſcitiam, cuius mores hodie non agnoſcimus in humana vita, plæraq; in auctoribus mirari potius, quam intelligere poſſumus.

Plaut. Curgulione sc. Quò te hoc noctis dicam &c

Plini. lib. 10. epiſtola. epiſt. Quia confido domine.

Cic. ad. Attic. lib. 15. epiſt. 3.

Philo.

Perſius ſat. 2.

Præcipui ſunto, ſitque illis aurea barba.

Suſpicor autem eo ipſo ſignificari ſummorum deorum, vt Iouis, ac Neptuni inſignia, & ornamenta: vt pari honore, qui vera miſerint ſomnia heroes & ſemidei afficiantur, ac ſupremus Iupiter. Suetonius id videtur indicare, ſic ſcribens in Caligula. *Plerumque verò aurea barba fulmen tenens, ac fuſcinam, aut Caduceum decorum inſignia.* Sed ne prodigialiter omnia vagemus ineptorum poëtarum more ac pictorum, è diuerſis ſumentes cuncta, in eodem Caligula ludi Palatini, cum ſcribitur, *Cum placuiſſet Palatinis ludis ſpectaculo egreſſum meridie aggredi*, qui ſint quæritur, qui velut adductis habenis lectorem inhibent properantem: ſed ita ludi vocabantur, qui in Palatio fiebant in honorem Cæſaris, qui primus Romæ imperauit, vt ab Ioſepho ſcribitur libro decimo nono: tum tamen, vt idem ſcribit, cũ occiſus eſt Caligula, in honorem Auguſti celebrabantur. Sed ne promiſſis noſtris deſimus, qui Babilonicum polliciti hoc capite ſumus, è Iuuenale hoc etiam diſtinguemus ſcribente, *A facie iactare manus.* in quo adulatoris geſtus deſcribitur, manuum iactatione, & motu, ac geſticulatione adblandientis, & prope hiſtrionico more geſtum agentis: vnde & nationem dixit comœdam. In eo autem imitatis eſt græcos, qui

Suetonius in Caligula cap. 52.

Suet. in Calig. cap. 56.

Ioſeph. lib. 19.

Iuuenal ſat. 3.

Philo. χειρονομεῖν, hoc etiam dicebant. Philo: ἐπεὶ ἐχειρονόμουν, ἀνορχοῦντο, τὰς τῶν θεῶν ἁπάντων ἐπωνυμίας ἐπεφήμιζον αὐτῷ. ſic igitur nobis iſte tapes abſolutus ſit.

Stationes, capellamentum, capillare vnguentum, capillata arbor, vertere ſe ad lapidem, vnctus Lapis, votum ſignare, genua deorum incerare, epipedos apud Plinium, anancitis, ſynochitis, Borſycitis.

CAPVT XVII.

EMBLEMATA vermiculata, vel Theſſellata, ſectiliáque pauimenta, è varijs & diſcoloribus cruſtis, quodam muſiuo opere cōmiſſa, & coagmentata, hoc quoque caput imitabitur. Equidem etiam vereor ne quis dicat eſſe Horatianum illud, *humano capiti.* Scribit igitur Iuuenalis.

Horat. de arte poëtic. Iuuen. ſat. 11.

—Stationes, omne tribunal —De Rutilo.

Hic igitur ſi quis me roget, dic amabo, quæ ſint illæ ſtationes? Reſpondeam, in foro Romano fuiſſe municipiorum ſtationes, quas hic ſignificari ſuſpicor à poëta ſatyrico. huius rei auctor eſt Victor, in deſcribenda fori Romani regione: Sed & Plinius libro decimoſexto, *Radices, ait, eius in forum vſque Cæſaris per ſtationes municipiorum penetrant.* In Caligula autem apud Tranquillum cum ſcribitur: *Et ganeas, & adulteria capillamento celatus, & veſte longa noctibus ambiret.* Quiſpiam credat eſſe capillamentum non quamcunque appoſitam comam, ſed prolixiorem, longiorem, ſimilémque prope fœmineæ. Nam capillus eſt coma pauló longior, vt cum etiam virilis promittitur,

Victor de vrbis Rom regi. Plini. lib. 16. cap. 44. Suet. in Calig. cap. 11.

Iuuen. ſat. 5. Iuuenalis, *Ille capillato diffuſum conſule potat.*

Veſtem igitur longam geſſiſſe Caligulam cenſeret, vt ſtolam mulier ſolet ad pedes demiſſam, ne agnoſceretur, & capillamentum ſumpſiſſe virili coma longius, ſimileque muliebri, aut Maurorum, & Hiſpanorū promiſſis crinibus. Nam hi populi capillati erant: ſic capillare vocat vnguentum, quo capillos vngunt fœminæ, Martialis: & capillata apud Plinium arbor, ad quam capillus veſtalium ferebatur. vt ſit capillamentum velut πρόκομα. Petronius tamē oſtendit eſſe addititiam comā in viris, vt corymbion in fœminis: nam ſic de raſo ſcribit. *Euocatúmque me non minus decoro exornauit capillamento.*

Marti. lib. 3. epigr. 40. Plin. lib. 18. ca. 24. Petron. Arbit.

—Velatum, autem, vertier ad lapidem

Apud Lucretium, eſt ad ſimulachrum ſe vertere religionis cauſa: nam in ſalutandis, & precandis diis, dextrouorſum ſe vertere ſolebant, vt dicit Plautus. Sic & lapidem Arnobius vſurpat lib. 8. *vt tam luculento die in lapides cum patiaris impingere, effigiatos ſanè & vnctos & coronatos.* Quod autem vnctos dicit, id verò facit, quod ſimulachra ſolebant oleo, aut vnguentis perfundere. Philoſtratus, τὸ δὲ ἄγαλμα τοῦτο βέβηκε μὲν ἐπὶ νεὼς. τὸ γὰρ τῆς βάσεως

Lucret. lib. 5. Plaut. Curg. Sc. Quo te hoc noctis. Arnob. lib. 8. Phi'oſtrat.

σχῆμα,

σχῆμα, πρώρᾳ ἵδρυται δὲ ναύαρχος περιβέψας δὲ αὐτὸ ὁ χρόνος καὶ νὴ Δία οἱ ἀλείφοντές τε καὶ οἱ ἐπισφραγιζόμενοι τὰς εὐχὰς, ἐξηλλάχασι τοῦ εἴδους. quo quidem è Philoſtrati loco intelligimus quid ſit ſignare vota: quod Plinius ſcribit in epiſtola ad Traianum hunc in modum. *Solemnia vota pro incolumitate tua, qua publica ſalus continetur, & ſuſcepimus domine pariter, & ſoluimus, precati deos, vt velint ea ſemper ſolui, ſemperque ſignari.* Votum enim ſuum nuncupatum, & in cartha conceptum conſcriptùmque, deorum genibus cera obſignatum adfigebant: quod è ſitu vetuſtatis erutum patefaciet Iuuenalis verſum, *Plinius lib. 10. epiſt. epiſt. . So lennia vota.*

Propter quæ fas eſt genua incerare deorum. *Iuuen. ſat. 10.*

Incerabat enim deorum genua, qui votum ſuſceptum ſignabat, & ſe voti reum conſtituebat. Apud Plinium in hiſtoriæ naturalis calce appellatur figura quædam gemmarum Clypeidos, cum ita ſcribit. *Poſtea Clypeidos & rotunda*, quo de vocabulo neutra lingua, vt credo, litigabit, potiúſque vtraque eierabit, & abdicabit, vt alienū & in auditum. Ego de vitio locum ſuſpectum habeo, & ſcripturam eorum librorum, quos informis ſitus premit non tam in Bibliothecis, quàm conditoriis, & ſepulchris, in quibus ſcribillatur *clyteidos*: ego *epipedos* rectū, verúmque puto, quique ita ſentit, Ioue, vt opinor, ſentit æquo. Alia eodem libro contaminata vocabula, vt *gemite*, cum ſcribendum ſuſpicer *gamite*, vel *gamitide*, velut à nuptiis, quarum argumentum erant manus candidæ inter ſe complexæ: niſi ſi cui *gemitis*, quòd plena ſit, dicta fortè eſſe videatur. *Anancitis*, ſic enim ſcribi debet, nomen adepta eſt à neceſſitate, quæ deos cogebat, eorumque euocabat imagines: vt ſynochitis à continendo, quia ea euocatæ inferorum tenebantur vmbræ: quin & borſycitis quaſi boroſycitis dicebatur. *Plin. lib. 37. cap. 12.* *Plin. lib. 37. cap. 11* *Plin. lib. 17. cap. 11.*

Horatius explicatur, archiaci lecti, & Sotherici lecti, ilignis pedibus, grandis patina, modica patella, cœna terreſtris. CAPVT XVIII.

IN epiſtola Horatij ad Albium Tibullum. quod ſcribitur, *Horat. lib. 1. epiſt. 4.*

An tacitum ſyluas inter reptare ſalubres,
Curantem quicquid dignum ſapiente bonóque eſt?

ſub ipſo verborum tectorio ſanè vulgari ſententiam occultat multitudini non ſatis apertam: Et vt ſub putamine nucleus latet, ita quoque ſub ipſa velut nuce, quæ frangenda eſt, quiddā tanquā ſalubré, eduléq; reconditur. Puto autem ſenſum Epicureum eſſe: exiſtimat enim dignum eſſe ſapiente & bono, amœnitate & ſalubritate ſeceſſus frui, potius quā rem familiarē auidè augere, prudentiæq; eſſe indulgere ſibi ambulationū ſpatia delicatarū conficientē, quales in Pedana regione Tibullus habebat, qui tamen videbatur eſſe parcior. Tu enim, inquit, qui ſapis, profectò iſta vitæ gaudia

liben-

libenter vsurpabis, præsertim qui abundes; vt tibi quæsito non sit opus, & scias quemadmodum sumptum facere oporteat, & ea præditus sis (deorum munere) corporis forma, & dignitate, vt corpori inseruire debeas indulgentius, & liberalius. Illa enim forma curam meretur, dignáque est quæ bonis potiatur. Nihil est, inquit, quod maius optare alumno dulcissimo charissima posit nutricula, quam formam & diuitias, & artem fruendi, cum iam sapit & eloquens est: insipienti enim, & indiserto atque infanti facundiam, & sapientiam nutrix ante omnia optare fortasse deberet: nunc vtraque tibi superest. præterea gratia, fama, valetudo, diuitiis & diuitiarum fructui & vsuræ essent anteponendæ, quæ tibi abundè contigerunt. Cum igitur istum sensum eliciam, velut lomento quodam, & nitro detergendam puto maculam, quæ in Horatio insedit, scribi enim video,

Horat. ead. Epist. 4 lib. 1.

Quam sapere, & fari poßit quæ sentiat, & cui Ego autem emendandum censeo *Cum sapere & fari poßit.* Sic & Muretus libro primo de legibus emendauit, *qui consuluntur, cum est necessarium.* Addit porrò, cum in humana vita quotidie speretur, timeatur, curarum molestiis & iræ feruore hominum pectora solicitentur; cúmque hiscrucientur perturbationibus homines potissimum ob opes, & copias, fortunas, & facultates, inter istos animi morbos & æstus, quem præsentem degis cùmque diem, eum tibi vltimum putato: sic fiet vt & non iniucundè eum traducas, nec elabi sinas, sed hilariter potius transigas, quàm intentus rei, in miseria & ereūna trahas: & gratior erit posterior ætas, quam tibi non promittebas, nec tibi, vt in futurum incumbenti, & diuitiis inhianti, præsentis diei peribit voluptas. Frui enim voles paratis, si breuem tibi vitam spondeas, nec ei tempori, quod non tibi polliceberis, viaticum, & opes congeres. Sed vt aduentitio caput crescat, Archiacos lectos proxima epistola arbitror esse humiles, paruos, inelegantes, non sumptuosos, ab Archia artifice sic vocatos, vt Seneca vocat lectos Sotherici, de artificis nomine, rudes, impolitos, inelegantes, antiquos. At in Terentij Adelphis, lecti ilignis pedibus ob firmitatem ilicis fiunt. vnde πρίνινοι ἄνθρακες duri, & solidi, & πρινώδης durum significat. *In sole* autē, quòd Athenis verè interdū & æstate sub sole, & dio cœnare solebāt.

Cic. lib. 1. de legib.

Horat. lib. 1. Epist. 5.

Seneca. apud. Aul. Gell. lib. 12. cap. 2.

Terent. Adel. act. 4. sc. 2.

Horat. lib. 1. Epist. 5. ad Torq.

Nec modica cœnare times olus omne patella

dixit, quòd magnifici ciues grandes haberent patinas, vt in Persio.

Pers. Saty. 2.

— Sed patinæ grandes tucetáque crassa.

Cic lib. 5. de finib. bon. & mal.

Sed & olerum & heluellarum cœna, erat pauperum & plebeiorum, quam appellat terrestrem cœnam Plautus, quia olera terra nascuntur, ideóque terra nata à Cicerone nominantur: Ita autem comicus in Captiuis facetè iocatur.

Plaut. Capt. Sc. A ducer. animum.

Æ. terrestris cœna. E. sus terrestris bestia est.

Æ.

Æ: multis oleribus. E. curato ægrotos domi.

Vina, autem, *bibes iterum Tauro diffuſa* Horat. lib. 1. epiſt. 5.
cum ait, ea indicat non eſſe admodum vetuſta, cum non multis ante annis ſecundum conſulabum Taurus geſſiſſet.

Sin melius quid habes, acceſſe, vel imperium fer, Horat. lib. 1. epiſt. 5.
valet, ſi meliorem habes cænam, voca me conuiuam, vel pare mihi vocanti, ſi non habes. Sed profectò pudet me plura in Horatio perſequi, quẽ ſciam diligentia, & eruditione noſtri Lambini ita illuſtratum, vt qui prę-terea lucem ei afferre velit, ſoli fœnerare lumen eadem opera velle debeat: omnia enim ille, præter admodum pauca, quæ ſatis intelligi ſine ſua ope exiſtimauit poſſe, excuſſit, & declarauit diligentiſſimè.

Proſeucha, Iſelaſtica certamina, εἰσελαύνειν, μεσογράφοι, *meſolabum, analemma.* CAPVT XIX.

NON mihi ſatis probant grammatici, quod afferunt ad illum Iuuenalis locum, *In qua te quæro proſeucha*: mihi potius quærendum eſt, ſi quid ex antiquis ſcriptoribus exculpere potero, quod ad illuſtrandum locũ pertineat. Proſeuchæ igitur fana Iudæorum erant, vt Alexandriæ, & Romæ, & in alijs vrbibus, ſic nomen adepta, quòd oracula quædam eſſent, vel vt Christiani loquuntur, oratoria. Philo de proſeuchis quas Romę Iudæi habebant, ἠπίστατο γοῦν καὶ προσευχὰς ἔχοντας, καὶ συνιόντας εἰς αὐτάς, καὶ μάλιστα ταῖς ἱεραῖς ἑβδόμαις. De Alexandrinis, προσευχὰς ὅσας μὴ ἐδυνήθησαν ἐμπρήσεσι, καὶ κατασκαφαῖς. ἀφανίσαι, διὰ τὸ πολλοὺς ἀθρόους πλησίον οἰκεῖν ἰουδαίους, ἕτερον τρόπον ἐλυμήναντο: atque adeo ſæpius toto in Gaium libro. cum autẽ ad eleemoſynam Iudæi dandam eſſent propenſsiſsimi, eo ceu mendicorum conuentus coibat: ſed & Iudæi, & ipſi mendici, & inuiſi erant omnibus: & mendici ea loca, quod domicilia non haberent, diuerſores interdum occupabant, in eiſque cubabant, ideoque proſeuches nomen in contemptum abierat. Cleomedes Epicuri ineptias in philoſophia illudens dicit, τὰ δὲ ἀπὸ μέσης προσευχῆς, καὶ τῶν ἐπ᾽ αὐτῆς προσαιτούντων, ἰουδαϊκά τινα καὶ παρακεχαραγμένα. Vox etiam græca eſt in epiſtolis Plinij explicanda, quę ſint certamina iſelaſtica: ſunt autem, vt exiſtimo, qui à græcis ἀγῶνες εἰσελαστικοὶ vocantur: de quibus Sibylla μέγας γὰρ ἀγὼν ἐσελαστικὸς ἔσται. Eorum autem ludorum & certaminum victores triumphantium more in patriam inuehebantur, & vectigal de publico accipiebant. Vitruuius, *Nobilibus athletis qui Olympia, Pythia, Iſthmia, Nemea viciſſent, Græcorum maiores ita magnos honores conſtituerunt, vti non modo in conuentu ſtantes cum palma & corona ferant laudes, ſed etiam cum reuertantur in ſuas ciuitates, cum victoria*

Iuuenal. ſat. 5.
Philo. de proſeuchis.
Phil. de Alexandrinis.
Philo in Gaiũ.
Cleomedes.
Plini. lib. 10. epiſt. Athletæ domine ea.
Vitruuius. in præfat. lib. 9.

toria triumphantes, quadrigis in mœnia, & in patriam inuehantur: è réque publica perpetua vita constitutis vectigalibus fruantur. Cum igitur quadrigis inue- [*Iustin. Mart.*] hebantur, dicebantur εἰσελαύνειν, Iustinus martyr, καὶ οἱ μὲν εἰσελάσαντες εἰς τὴν ἠγαπημένην πόλιν τοῦ παιδὸς, γέρας ἀΐδιον μετηλλαχόται, dixit ad eum morem re- [*Vitruuius lib. 9. cap. 4.*] spiciens. Vitruuius etiam quandam vocat mesolabi rationem organicam, quid id sit quæri video: Ego mesolabum instrumentum fuisse arbitror ab Eratosthene excogitatum ad mediarum linearum inuentioné, quibus solent mathematici figuras augere, vt duplicare: eas lineas μεσογράφους vocat [*Plut. in Marc.*] in Marcello Plutarchus sic scribens, μεσογράφους τινὰς ἀπὸ καμπύλων γραμμῶν μεθαρμόζοντες: sed & Eratosthenes ipse de suo mesolabo apud Eutocium [*Eratost. apud Eutocium.*] scribens, τοῖσδε δὲ ἐν πινάκεσσι μεσόγραφα μυρία τεύχοις Ῥεῖα κενὲκ παύρου πυθμένος ἀρχόμενος. Eius autem ratio ab Eutocio explicatur. Etiam apud Vitruuium [*Vitruu. lib. 9. cap 4.17. & 8.*] analemma ratio quæda est descriptionis ex obseruatione vmbrarum & verticis elatione supra finitorem, & circulorum aliorum notatione ad horologia comparanda, & alia quædam in mundo accommodata [*Theon.*] Theon, καὶ πάντων τῶν λοιπῶν τῶν ἐν τῷ ἀναλήμματι ἀποτιθεμένων ἀκολούθως τῷ σφαιρικῷ σχήματι. Hæc ego verba excutienda mihi leuiter putaui, vt eorum notio aliqua ex parte ingenuis adolescentibus esset comperta: etsi enim sunt qui hoc subsidio meo non indigent, tamen non deesse arbitror quibus iucundius sit ista à me scripta fuisse, quam prætermissa & tacita.

E' Plinio quædam emendata, Sitanion, sacculo seri, granatum, faba refriua, flauidus. CAPVT XX.

[*Plin. lib. 18. cap. 1.*] OCITANTIS more & aliud agentis quædam ex xviij. Plinij hic adponam, ad veterũ & situ obsitorum librorũ fidem exacta, in quibus reperio, *quoniam tamen ipsa materia accedit intus ad reputationem eius parientis & noxia*: vt sit in interiore libro, non tantũ in operis initio totius: qui bellissimus est sensus, sed *accendit* summutauere, quod etsi è sua non eiicio decu- [*Plin. ibid.*] ria, tamẽ alterũ etiam decuriandũ puto. mox *Limentq; cornua Elephanti & vri,* hoc vocabulum in publicis desideratur libris sed a me reponitur pro *& duri*, quòd vitiosè in puluerulentis bibliothecis exaratur. Lego etiam, [*Plin. iib. 18. cap. 2.*] *Inter illos Acc. Larentia nutrice sua genitos*: hoc vltimum vocabulũ, cum ab- [*Plin. lib. 18. cap. 3.*] sit ab omnibus editionibus, sensum immutauit. etiam, *agerentur cum aratro* haud paulo libentius, quàm *cum aratur, legerim.* Et, *maiorem ea æstate messem* [*Plin. ibid.*] *quàm ante cedentibus.* nomẽ messis subductũ ex editionibus sententiã obscurauit, & à me è pluteis vetustis, in quorũ libris *esse* reperitur erutũ, miri- [*Plin. lib. 18. cap 5.*] ficè sensum illustrauit. & ex antiquorũ etiam scriniorũ chartis, *Aquam, viã, vicinum,* deprompsi. cum publicatum sit, *aquarum vim & vicinum,* minus,

vt

vt opinor, accommodate. Quinetiam, *vſque ad detrectationem hæredis*, è forulorum libris priſcis expiſcatus ſum, cum ad detractionem, per exemplaria propagatum ſit, commodiore illa dicendi ratione, cum ſignificet hæredem detractaſſe & recuſaſſe hæreditatem. Et *humidiorem agrum foßis concidi atque ſiccari*: hodie *foßione* non tam apte editum cenſeo. pro *trimenon Græci vocant, ſitanion* etiam reperi: ac certè ſitanium trimeſtre frumentum Græcis eſt: & quanquam trimenon trimeſtre ſignificat, tamen ſitanion, propriè triticum ſic appellant, vt propenſior in hanc vocem ſim quàm in alteram, & centuriandam potius putem, alteram edecuriandam. Et *hordeum ſaculo ſeri dicunt*, non vt euulgatũ eſt *farculo*, quod nõ cibariis, vt triticũ, ſed loculis feratur, foráſq; vendatur. Et, *ſi non excocta maturitate tollatur* hodie *exacta* obtinet: ſed excoctum vtique, ſi quis eſt iudicij intelligentis, aptius multo putabit. etiam, *alíque, & tota Bæotia*, non vt receptum eſt, *& tota Bætica*: quod & Theophraſti auctoritate facilè probabitur. Etiam lego, *cum ſemilaginis heminis*, non vt inoleuit, *cum ſemilagine ſeminis*, inepto & inſulſo ſenſu. Ne quis autem à me potius hoc inuentum, & excogitatum putet, quam aliunde ſumptum: teſtificor in antiquis antigraphis ſcribi, *cum ſemilagine ſeminis*, ſed literam, ſ, auulſam, dictioni ſuperiori adglutinaui, & veram reconcinnaui, niſi fallor, ſcripturam. Et, *ex zea fit pulchrius quàm ex tritico granatum*, non vt hodie *granum*. Nam granatum pulmentum è grano tritici cocto vocari poteſt, vel frumentacea ptiſana. Plinio quiddam eſt alicæ ſimile: imo alicæ vitium, vt ipſe declarat. Etiam lego, *quæ ideo refriua appellatur*, non *referina*. Nã refriua à referendo dicitur, quia è ſegete domũ referebatur. Et *flauidorum quoque, & in horreis enecatorum*, Hodie *flaccidorum* editur: & tamen quemadmodum è flacco flaccidus, è rauo rauidus, quidni è flauo flauidus, deriuari poſſit? Conſtat autem rapacia, vt & frondes, areſcentia flaueſcere, cum antè virerent. Hactenus è Plinio.

Plin. eodẽ lib. cap 6.
Plin. ibidem.
Plin. lib. 18. cap. 7
Plin. lib. 18. ca. 7.
Plin. ibidem
Plini. lib. 18. cap. 10.
Plin. lib. 18. cap. 11
Plin. ibidem;
Plin. ibidem.
Plin lib. 18. cap. 12.
Plin. lib. 18. ca. 13.

Quædam ex Cicerone emendata, digamma tuum videram, ſoli non dicere. CAPVT XXI.

LIBRO nono Epiſtolarum ad Atticum, vt in eo leuiter aliquid expungam, mallem equidem legere, *Minucia* quàm *Numicia*: nam Numicius apud maronem, cęteróſque poëtas ſecundam producit, vt in Horatio legendum ſit.

Cic. ad. Attic. lib. 9. epiſt. 4.
Horat. lib. 1. epiſt. 18.

Brunduſium Minuci melius via ducat, an Appi?

Qui quidem ſyllabæ modulus apud Ciceronem eandem etiam vocem conſtituit. ſi enim apud Flaccum conſtat de ſcriptura, apud Tullium non dubitabitur. Eodem in libro inſpectis apicibus veteris ſcripturæ propius

&

Cic. ad Attic. lib. 9. epist. 6.

& diligentius, erui legendum videri, *Quæ mihi quiddam quasi animi à te instillarunt*: vel, *quasi animatæ instillarunt*. Dicit enim, vt non planè recreatum se illis literis, ita nescio quid animatum esse, cum ante despondens animũ desperaret, inópsque consilii iaceret & stuperet.

Cic. ad Attic. lib. 9. epist. 11.

Quòd autem ait, *festiuo enim simili vrus decurro*: valet, festiua similitudine & imagine, quis me vrum decurrentem dicere potest: de quo Maro,

Virgil. 2. Geo.

Syluestres vitii assidue capreæque sequaces
Illudunt

qui sic rura peragro, animali inepto & stupido & illepido & tardo persimilis. Vetus tamen editio, *festino similimus*, probare studiosis conatur.

Cic. ad Attic. lib. 9. epist. 14.

Quod autem in eodem libro obscurè per ænigma scribitur, *Neque solum Romæ, sed etiam Deli tuum digãma videram*, significat eum non esse prædiorum emptorem, sed fœneratorem, cuius in vocabuli literatura, prima collocatur, f, quæ digamma est: Deli autem cũ

Strabo l. b. 14.

celeberrimus esset mercatus, vt à Strabone scribitur, ibi etiam fœnus mercatus temporibus exercebat Atticus. Huic sententiæ conueniunt, quæ an-

Cic. ad Attic. eadem epist.

tecedunt, *sciebam enim de quoto anno, & quantum in solo solere quærere*, quod est, sciebam te quærere quot annos quis fœnebrem pecuniam tenere vellet, & quam in diem mutuaretur, & vt optimè cauta pecunia esset, quantum is in solo possideret, bene vt collocatũ fœnus esset sponsoribus præ-

Cic. ad Attic. lib. 9 epist. 12.

dijs. quid quòd, pro *fugámne fidam, an moram defendam*? Legendum videtur *fugámne fœdam, an moram nefandam*? nisi si quis pro *defendam*, *defædam* legendũ susp cetur, augẽdi significatione, vt in demortuo & demoror. sed hoc non solum esse scripturã librorum, sed etiam linguam Latinam, velut fidiculis quibusdam miserè torquere. ne illud quidem prætereundum videtur, etsi leue, vt quam iactat ventus stipulam, & per auras differt: *Sed*

Cic. ad Attic. lib. 9. epist. 18.

qui soli non dicat. Eum enim esse dicit, qui eloquentia ad vnum vti nolit, sed coronam circulúmue quærat, vt multi audiant: edunt, *sed quis vlli non dicat*? non ęquè iucundo fortasse, nec arguto sensu: etsi intelligi potest non esse difficile apud vnum dicere. In epistola proxima sequenti veterẽ scripturam, pro *Trebatio* in mentem facilè veniet legendum videri. *T. Rauil-*

Cic. ad Attic. eod. lib. epist 19.

lium. *Trebatium* tamẽ loco mouere non ausim. Etiam, *quæ Ægypta attulit*, mallem, quàm *quæ descripta attulit*. Lego etiã, *sed quid præripis*? *statim ad te*

Cic. ad Attic. epist. 21.

perscribã omnia. Nõ vt passim *præripi*. Hoc sensu: sed quid anticipas & ante tempus quid aues ista scrire, quę postea quam conuenero Cæsarem ad te

Cic. ad Attic. lib 9. epist. 22.

perscribã? *Cataris* autem eleganter suppleta syllaba catacrisis est à Victorio facta. nam χαταιγὶς æquè non placet, quanquam ne displicet quidem. nos quoq; hic, vt alios, lusisse iuuet. etsi χα[?]άκριοις, ita mihi probatur, vt aliud non putem quærendum: quia tamen fortasse, quod diuinabimus, alijs magis quàm nobis ipsis acceptum esse poterit & probatum, vt dixi, nos

hic

hic tanquam ludentes aliquid experiri iuuet. quid igitur, ſi καλακλεὶς legamus? vt ſit clauſula: ſed hoc, vt dixi, nec probare cuiquam, nec commendare volumus.

Ouidij verſus, explicati & emendati. CAPVT. XXII.

VERSVS tres ſunt apud Ouidium lib. 15. Metamorphoſeon, in quibus crucem fixiſſe videtur, de qua pẽderent grammatici, vel fidiculas, & eculeum poſuiſſe, vbi torquerentur, atque cruciarentur. eos ſubſcribam.

Liquit Iapigiam, læuíſque Amphiſia remis Ouid. lib. 15. Metam.
Saxa legit, dextra prærupta Celennia parte.
Romechiúmque legit, Caulonáque, Naritiámque.

FVERE tamen, qui ſe ſupplicio facile liberarint, velut tenedia quadá ſecuri, & has tres infœlices arbores ſucciderint, & euerterint bipẽni: ſed ruina quæſita ſalus, & euerſione non placet: alij malo nodo malum adhibuerunt cuneum, & amphryſia Cerauniaque ſcripſerunt, ita vt ſe commodè extricare non poſſent, ac nomina nota pro ignotis ſubſtituiſſe ſatis haberent, nullo ſententiæ reſpectu. quid enim ad Italicum littus pertinẽt Epiri mõtes aut Theſſaliæ flumina? Littus enim Italiæ legitur, cuius præternauiganti quædam dextra ſunt, quædam læua. Ei enim qui præteruehitur Siciliam verſus aut fretum, lęua ſunt remiganti Septẽtrionalia, dextra Meridiana, ſi è naui frontem littoris ſpectes: quæ cùm ita ſint, facilè adducor, vt eos ſequar qui Amphiſſia legunt, vt promontorium Locrorum intelligatur. Nam cùm Locri Italiæ populi è Locris Græciæ oriundi ſint, & conſtet Amphiſſam in Græcia Locrorum oppidum eſſe, ex eorum originibus & natalibus, iure poëtarum repetita adiectio eſt, quam qui poëtas peruolutant, facilè agnoſcunt: cùm pręſertim multò longius ducta appellatione, Sibilla vates Amphryſia à Marone vocetur, quò d inſtinctu Appollinis afflaretur, qui aliquando ad Amphryſum armentum Admeti pauerat. In Celenijs tamen miſerè pendentes hærebimus, niſi facinore audaci & nobili nos liberemus. Igitur Columnia legendum puto, vt ſignificetur columna Rhegia, quæ à Strabone στηλὶς, id eſt Columella vocatur: aut igitur dicitur columnium, vt intercolumnium, aut potiùs per adiectionem ſaxa columnia pro columna ponuntur. Sed enim Romechium illud Caucaſus eſt grammaticorum, vbi aquila eorum viſcera ſemper epulis rimatur. Scio fuiſſe qui Rumẽtum ſcriberent, eo nomine Rhegium intelligentes. ſed non tam diſtat Chius à Coo, quantum Romechium à Rumẽto. nam vt præcipiunt Rhetores oportere verecũdam eſſe tranſlationem, ſic mutationem vocum inuerecundam arbitror in auctoribus eſſe non debere, quo vitio laborat, qui diſſonum quiddam & diſcre-

Virg. lib. 16. æneid.

Strabo.

pans reponit,ſed nos faciles omnibus in rebus reprehēdendi partes non cenſendi ſuſcepiſſe videbimur, niſi aliquid noſtrum afferamus. Libentiſſime igitur(ne dicam dolo) legerem *Remigióque legit*,vt ſit remigatione: quanquam nec *remigiúmque legit* à ſenſu abhorret, vt remiges ſignificentur vel remigatio, & hac quidem ſtabimus ſententia, dum meliorem vel didicerimus vel inuenerimus.

Venti hominum internuntij,Ceruus ſurgens in cornua,fulminei apri, formoſior ſeipſo,flexipedes ederæ. CAPVT XXIII.

VENTOS exiſtimaſſe videntur antiqui, interpretes & internuntios eſſe,& noſtras preces votaq; ad deorum aures deferre,noſtraque in ſumma verba omnia: hinc illa poëtarum, vt Maronis,

Virg. eclog. 3. *Partem vtinam venti diuûm referatis ad aures.* & Ouidij:

Ouid. 10. Metamorph. *Detulit aura preces ad me non inuida blandas.*

Quæ autem vota non eueniebant & irrita cadebant, ea ad deos non eſſe perlata à ventis,ſed vel diſſipata, vel procul in regionem lōginquam auecta arbitrabantur: hinc illud Tibulli,

Tibullus li. 1. Eleg. 5. *Quæ nunc caurúſque notúſque,*
Iactat odoratos vota per Armenios.

Denique quicquid euenire nolebant, aut auerſabantur & abominabantur, vento differri, diſijcique optare ſolebant, aut eius pernici curſu procul amandari & aſportari iubebant,vt Tibullus,ſomnia,

Tibull. lib. 3. Eleg. 4. *Hæc*,inquit,*Deus in melius crudelia ſomnia vertat,*
Et iubeat tepidos irrita ferre notos.

Huius tamen mihi obſeruatiunculæ auctor fuit locus ille Ouidianus, quem citaui è decimo Metamorphoſeon, quo è libro, quid apud Maronem ſit, *Et ſurgentem in cornua ceruum,*
Virg. 10 Aene.
nullius negotij eſt declarare,& Ouidij interpretatione fretum,aliud ſententium ſupercilium non formidare tanti magiſtri fiducia, eandem enim ſententiam ita eloquitur, —*Aut celſum in cornua ceruum,*

Ouid. 10. Met. Ex eodem etiam libro, homini non tardo facilè eſt conijcere, quamobrem fulmineos dixerint apros antiqui Poëtæ: cùm enim exertas habeant minaces dentium eminentium ſicas, velut cuſpidem fulminis imitantes,& eius impotentem præcipitemque in vulnerando impetum referentes, à tali quadam cogitatione veterum & ſenſu fulmen eis tributum arbitror: vt quemadmodum Iupiter triſulco armatus telo, & manubijs ſuis ferire ſolet, ſic apri obuia ſuis dentibus tanquam fulmine vulnerent: leones enim & pleræque feræ exertos foraſque eiectos dentes non habent, vt apri: *Fulmen habent*,inquit,*acres in aduncis dentibus apri.* vel potius

quòd afflatu calido oris veluti igne fulminis adurere videntur: Ouidius, Ouid. 8. Metamorph.

Dentes æquantur dentibus Indis.
Fulmen ab ore venit, frondes afflatibus ardent:

Et ab impetu, *Fertur vt excußis elisus nubibus ignis.* Ouid. ibid. 8.

Quod eodem in libro scriptum est.

Iam iuuenis, iam vir, iam se formosior ipso, Ouid. 10. Metamorph.

Græcorum olet sermonem, qui dicunt, καλλίων ἑαυτοῦ, & κάλλιστος ἑαυτοῦ cùm quem in eo esse pulchritudinis suæ flore significant, vt nulla postea parte ætatis parem formæ dignitatem habiturus sit. Quod autem scribitur, *Vos quoque flexibiles hederæ venistis,* Ouid. 10. Metamorph. non tam bellum nec concinnum est, ac quod in libris forulorum arcanorum non editis patet, *Vox quoque flexipedes.* Cùm enim hedera flexuosis & errabũdis flagellis per humum serpat, velutque pedibus flexis & curuis erret, flexipes accommodatissimè dicta est, vt & βλαισὸς à Græcis appellatur. velut in epigrammate, Epigram. li. 3. εἰς Σοφοκλῆν

πολλάκις ἐνθυμέλησι, καὶ ἐν σκηνῇσι τεθηλὼς,
βλαισὸς ἀχαρνείτης κισσὸς ἔρεψε κόμην.

Reperi etiam hunc locum aliter exaratum manu, quàm forma excusum:

—Túque ô confixa figuræ Ouidius li. 10. Metamorph.
Infœlix Lethæa tuæ.

Quod est, tu ô Lethæa, quæ cum tua figura & forma in lapidem obriguisti & induruisti: quam sententiam quia non possum improbare, eius etiam scripturam è puluere eruere non dubitaui: nec tamen à me reijcitur ea scriptura quæ publicum meruit,

—Túque ô confisa figura
Infœlix Lethæa tua.

Tantum admoneo, quam nunc proferimus, non incommodam neque ineptam esse, neque indignam, quæ ab Ouidio scripta esse videatur.

Multa è sermone Horatij, vnde & quo Catius? explicata ponere signa, conchylia lubrica, promulsis, ante cœnam, cœna, cœna piscium, cœna auium, molle Tarentum, Tarentinæ oues, stare, cœna pomorum, toral. CAPVT XXIIII.

CVLINARIA Catij Epicurei philosophia ab Horatio scitè irridetur, Horat. lib. 2 saty. 4. qui non sapientiæ doctrinam, sed voluptatis indulgentiam profitetur, & non tam intelligendi quàm cœnandi scientiam & artem docet. Is igitur conuiuium suum à promulside incipit: sic enim eos cibos vocabant, quibus ante primum haustum vescebantur, quem è mulso ducebant, quòd vacuis & inanibus venis initio dulcem esse potionem putarēt infundendam. Itaque ex austero vino mulsum conditum reprehenditur.

C 2 Aufidius

Horat. lib. 2. saty. 4. *Aufidius*, inquit, *forti miscebat mella falerno,*

Mendose. alij *promulsidem* interpretantur, quod vice mulsi conuiuis ad appetentiam prouocandam dabatur. Ponere autem signa, est literis consignare & conscribere. Instituerat enim hæc literis mandare Catius, sed tamen ante mauult Horatio ea reddere & narrare, vt quæ accepit recomminiscatur, cùm vereatur, ne quid è memoria excidat: id enim est

Horat. ibid. quod scribit, *Quin id erat curæ quo pacto cuncta tenerem,*

Et tibi narrando, inquit, memoriæ infigam meæ tenacius & firmius. Pro-

Macrob lib. 3. saturn. cap. 13. mulsidem autem, quam Macrobius etiam antecœnam vocat, appellare videtur festiue prandium, quòd quàm propriè cœnam vocabant, antecedat. primam enim illam mensam æstate terminari salubriter moris ait,

Horat. li. 2. sat. 4. *—ille salubres, Æstates peraget, qui nigris prandia moris*

Finiet: Nisi quis censeat æstate nihil vltra mora prandendum esse, abstinendumque tum pulmẽto & alio obsonio: quod & verius videtur. Cum autem breue lapathum dicitur, intelligo rumicem minorem, vt oxylapathum, & oxalida, ad maioris rumicis, quem hippolapathum vocant, distinctionem. Lubrica conchylia dicuntur, intus polita, leuia, nitida, & si quædam foris scabra sunt, & aspera, vt ex his, quæ subijcit Flaccus, apparet: alioquin sunt politæ foris conchæ, & quędam ab historicis vocantur

Horat. ibid. lioſtrea, quod eorum sit leuigatior, & æquabilior foris testa. *Molle* autem

Macr. li. 1. Saturn. cap. 8. *Tarentum* cùm dixit, si Macrobio credimus, errasse videri potest, qui etymologiam respiciens, idem esse Terẽtum, & Tarentum, crediderit. Nam quæ dicuntur oues Tarentinæ, eas Terentinas dici debere credit, quòd Terentum Sabinorum lingua sit molle: Sed Flaccus potius ad populi fortasse mores, quam vocis notationem respexit.

Horat. lib. 2. saty. 4. *Nec sibi*, inquit, *cœnarum quiuis temerè arroget artem.*

Ecce, quæ adhuc dixit, & memorauit, ante cœnam esse putat, quæ sequũtur cœnæ fercula censet. Nam & Macrobius cœnam, & antecœnam di-

Horat lib. 2. saty 4. stinguit: sed & missus piscium, cœna piscium, missus auium, cœna auium dicebatur. *Ignarum*, quod ait, *quibus ius aptius*, de patinarijs piscibus, qui in patina iure mersi apponebantur, dicit.

Plaut. Asinaria Sc. vnum istorum quodque verbum. *Eum*, inquit Comicus, *quouis pacto condias, vel patinarium, vel assum.* Si, inquit Flaccus, Surrentino vino falernũ fæcatum, & turbidius misceas, aut ei fæcem vini falerni, vt eius saporem cõbibat, & vt iucundior potio tẽperetur, addas, sine colo vinario defæcare vinum poteris ouo colũbino. Nam fæcem deuoluet vitellus: hodie tamen, qui limpidas, defæcatasque reddunt potiones, decocta, & diluta, albumine potius, quam vitello solent vti. At, *Corycióque croco sparsum stetit*, eleganter dixit. Nam quæ liquidiora erãt, & humidiora, vt aliquam adepta sunt coquẽdo con-

erectionem, ſtare dicuntur. Hinc deſcribit ſecundam mēſam, quæ & menſa pomorum dicitur. *Picenis*, inquit, *cedunt pomis Tiburtia ſucco.* Horat. ibidem. Scobem porrò à Catio credo imperari, vt ſi in pauimento lacuna ſit facta effuſo humore, inſperſa protinus ſcobs humorem exiccet. Horat. ibidem. Toralibus autem lectorum, veſtes ſtragulæ, aut conchyliatæ, aut purpureæ, aut Babylonicæ à locupletiſſimis patribusfamilias circundabantur: Horat. ibidem. ſed tam honeſta veſtis parum decebat, ſi toral, quod ſubeſſet, turpe & ſordidum, aliqua parte non opertum, vel retectum appareret. Toral enim inuolucrum erat thori, id eſt, congeſtæ plumę, vel herbę, vel arundinis operimentum, quod & elegantiore rurſus ſtragulo obducebatur, conuiuij cauſa, aut feriarum. Ouidius. Ouid. lib. 8. Metam.

–In medio torus eſt de mollibus vluis,
Impoſitus lecto, ſponda pedibúſque ſalignis,
Veſtibus hunc velant, quas non niſi tempore feſto
Sternere conſuerant.

Vltro tributa, monopodia, plagulæ, viuum ſulphur, ἄπυρον, magiſter ſacrorum, facta formulæ Theſſalorum, tacitum ſignum, inædificata, immolita. CAPVT XXV.

DE cenſura Marci Porcij Catonis & Valerij Flacci, ita ſcribit Liuius, Liu. lib. 39. *Vectigalia ſummis pretijs, vltrotributa infimis locauerunt*, vbi ambigi video, quid iſta inter ſe differant: eadem enim ſi eſſent, ijſdem pretijs locata oportuit: ſed vectigalia omnibus nota confido, vltrotributorum ignoratio ſententiæ cognitioni officit. Ego vltrotributa eſſe puto, impenſas & attributiones operum publicorum faciendorum, & ſartorum tectorum præſtandorum, mācipibus & redemptoribus certa mercede locatorum. ita vectigalia, quibus reditus & fructus populi Romani conſtabat, quantum potuerunt, cēſores auxerunt: vltrotributa, quibus impenſæ ſumptúſque, & erogationes pecuniæ publicæ ex ærario hauriebantur, quantum potuerunt, pretijs diminuerunt, & ad minimam ſummam perduxerunt. huic autem noſtræ ſententiæ, ſi adſtipulator quæritur, præſto Plutarchus Plutar. in Cat. erit, qui non aliter Liuium quàm nos explicabit. Censor. Nam de eadem cenſura Liuium ſecutus ita ſcribit. συστέλλων δὲ τοῖς μισθοῖς τὰς ἐργολαβίας. τὰ δὲ τέλη Liuius lib. 43. ταῖς πράσεσιν ἐπὶ τὰς ἐσχάτας ἐλαύνων τιμάς. Itaque iſtud libro xliij. *Qui publica vectigalia, aut vltrotributa conduxiſſent*: in eandem ſententiam accipiendum etiam arbitror. Quocirca eleganter à Seneca libro 4. de beneficijs ſcriptum eſt. Seneca lib. 4. de benefic. c. 1. *Cùm virtutem, nec lucrum inuitet, nec damnum abſterreat, adeóque neminem ſpe, ac pollicitatione corrumpat, vt cuncta in ſe impendere iu-*

C 3 beat,

beat, ac sæpius in vltrotributis sit, significat enim sumptum magnum, impensasque virtutis causa sæpe esse faciendas. Sed vt illius libri, in quo de Catonis censura Liuius scripsit, tanquam cuiusdam ambulationis spatia
Liuius li 39. conficiamus, & emetiamur, scribit: *Monopodia, & abacos Romam adduxerunt*, vbi monopodia mensæ sunt, quæ vno pede sustinentur, quæ ea tempestate pulcherrimæ lautissimæque censebantur. *Plagulæ* autem ibidem, vela sunt & textilia, quibus lecticæ & lecti intendebātur aut inuoluebantur,
Suet. in Tit. ca. 10. vt apud Tranquillum in Tit. *Lectica dimotis plagulis*. Nonius plagas interpretatur grandia linthea, & toral, & lecticariam sindonem, vnde per
Noni. in plagæ diminutionem *plagulæ*, inquit, dicuntur. Viuum autem sulphur eo in li-
Liuius lib. 39. Plinius li. 35. cap. 15. bro, sulphur est, Plinio auctore, quod ignem nō est expertum, ἄπυρον Græcis vocatum: nam reliqua genera coctione parantur, hoc glebosum, solidumque effoditur, auidissimeq; flammam corripit. Cum autem scribit,
Liu. lib. 39. *Ne quis magister sacrorum, aut sacerdos esset*, magister videtur velut princeps, & sacri ipsius pontifex, alijsque sacerdotibus maior. Apud Capito-
Capitolinus in Antonino. linum quoq; scribitur in Antonini vita, de Saliorum sacerdotio, *Fuit in eo sacerdotio, & præsul, & vates, & magister*. Et in inscriptione antiqua legi-
Inscriptio antiqua. tur, *Salius Albanus, idem magister Saliorum*. Etiam illud elegans est, & obseruandum, *Nullo iure Thessalorum formulæ factam*, quod est inique iuris
Liuius lib. 39. Thessalorum factam, credo à formulis iuris translatione ducta, aut for-
Liuius ibidē. mulis fœderum, societatum, pactionum. *Silentio*, inquit Liuius, *noctis tacito signo exercitum abduxerunt*. Hîc tacitum signum accipio, non vocale, quod tuba, aut classico, aut cornu dari solebat, sed mutum, clandestinumque si-
Liuius ibidē. ne vllo sono, strepituque, ne hostis exaudiret. *Quæ*, inquit Liuius, *in loca publica inædificata, immolitáue priuati habebant*: inædificata sunt, quæ aliquo in loco ædificata sunt: sed cùm *in loca* dixit, significauit ædificia è priuato in publicum procurrentia, & aliquid loci publici occupantia Plu-
Plutarch. in Cat. Censor. tarcho teste, cuius verba sunt, ἀνατρέπων δὲ καὶ καταβάλλων ὅσα προὔβαινεν εἰς τὸ δημόσιον οἰκοδομήματα. Immolita autem sunt quæ quis vspiam molitus est. si quis igitur priuatus ante ædes suas in publico podium posuisset, aut menianum proiecisset, eum id demoliri, & diruere tollereque Cato iubebat.

Argumentum primæ Maronis Eclogæ, & quædam in ea explicata. frondator, vites arbustiuæ, Ambo, En vnquam, Regnum. CAPVT XXVI.

PRIMAE Maronis Eclogæ, argumentum hoc esse arbitror. Cùm Maro agrum vicinum Cremonæ amisisset, Romam venit, & carminibus Mæcenati commendatus, & per Mæcenatem Augusto, agrum recuperauit.

rauit. Sic enim Martialis ſcribit,

Iugera perdiderat miſeræ vicina Cremonæ, Mart.li 8.epigram.55.
Flebat & abductas Tytirus æger oues:
Riſit Thuſcus eques, paupertatémque malignam
Reppulit, & celeri iuſsit abire fuga.
Accipe diuitias, & vatum maximus eſto:
Tu licet, & noſtrum, dixit, Alexin ames.

Quanquam & Quintilij Vari etiam opera ad id vſus eſſe dicitur. ea de re poëma cõpoſiturus, fingit ſe Maro ſeruum, qui libertatis cupiditate ductus, Romam profectus ſit, & ea tandem ſit potitus in ſenectute: vbi imaginem ſeruorum adũbrauit, qui in vltima ętate & ſenectute ſi frugi erant, & attenti, ſuo peculio libertatem à dominis volentibus emebant, aut dominorum libertate conſequebantur. Itaque quãquam Maro iuuenis erat, de ſe tamen vt ſene loquitur, quod ferè non niſi ineunte ſenectute ad libertatẽ ſerui peruenirẽt. Ergo hac poſita ſpecie, enodatu facilia ſunt iſta.

Libertas, quæ ſera, tamen reſpexit inertem, Virg.Eclog.1.
Candidior poſtquam tondenti barba cadebat:
Reſpexit tamen, & longo poſt tempore venit,
Poſtquam nos Amaryllis habet Galathea reliquit.

Cùm enim contubernalem habebat Galatheam, nihil admodum peculij colligere poterat, vnde ſe tandem liberaret: Amaryllidem nactus attentiorem & diligentiorem dimiſſa Galathea, quæ diſſolutior & negligentior in re peculiari augenda erat, tandem aliquando libertatem adeptus eſt. Huic interpretationi congruit illud,

Fortunate ſenex, ergo tua rura manebunt Virg.Eclog.1.
Et tibi magna ſatis, quamuis lapis omnia durus
Limoſóque palus obducat paſcua iunco.

Quo ex loco apparet, Maroni duntaxat eam agri partem fuiſſe recuperatam, quæ quòd ſterilior eſſet, aſſignari non potuerit. nec enim campus frumẽtarius eſſe poterat, cùm eſſet lapis nudus: nec paſcua aut prata commoda erant, cùm omnia obducta eſſent & limo & iunco: quæ autem huius generis erant ſubſeciuis annumerabantur, nec militi aſſignabantur.

Bis ſenos cui noſtra dies altaria fumant. Virg.ibidem.

valet, cui quot menſibus rem diuinam facio, vt magnis dijs Iunoni & Ioui Reſpub. & optimates ſolent: non enim ſemel vt alijs dijs quotannis.

Hinc alta ſub rupe canet frondator ad auras Virg.ibidem.

Frondator eſt arbuſti putator, de quo dixerat.

-ipſa hæc arbuſta vocabant. Virg.ibidem.

Intelligo autem vites arbuſtiuas, id eſt arboribus maritas.

Virgil. ibidem.

Nec tamen interea raucæ tua cura palumbes,

Fingitur huius eclogæ argumentum æstiuo tempore, vnde ad captãdum frigus, æstumque defendendum, Tytirus sub patulæ fagi tegmine recubat. Idem tempus hic indicatur palumbium gemitu. Plinius, *Palumbium vtique exaudi gemitus: transisse solstitium caueto putes, nisi cùm incubantem videris palumbem.*

Plin. lib 18. ca. 28.

Vrig. Eclog. I.

Ante pererratis amborum finibus exul.

Apparet amborum hic esse, quod Greci ἀλλήλων dicũt, vt pererret Germanus Parthorum, Parthus germanorum fines.

Virg. Eclog. I.

En vnquam patrios longo post tempore fines.

En vnquam, valet vnquamne, éstque archaismus.

Virg. ibidem.

—Mea regna videns,

dixit, vt Cicero libro primo de Oratore, *Nisi in tuo regno essemus.* suas enim possessiones, suos fundos homines lepide iocantes regna sua vocare solent, quod imitatus est.

Cic. I. de Orat. statim in initio.

Quædam è Vitruuio emendata & declarata, harpaginetuli, tomices, numidæ, Catacecaumene. CAPVT XXVII.

Vitruuius lib. 7. cap. 5.

QVAERVNT doctissimi viri qui sint, in Vitruuio *harpaginetuli striati:* & sedulam nauant operam in eruenda vocis obscuræ significatione: parum proficiunt tamen. ad sacram anchoram decurrendum in rebus perditis, & prope desperatis, id est, ad libros veteres, in quibus legitur, *apaginæ oculi strati*: ex his vestigijs emendo, *aparinæ oculi strati*, vel *aparinæ coliculi*: oculos enim, & in arundinibus, & stirpibus dici non est ignotum: eos pro fastigio poni, id est, quod Vitruuio reprehendendum videtur. Non magnopere hanc emendationem vendito, ad auctoris tamen sensum propius quàm recepta scriptura accedit. Eodem autẽ etiam in loco legendũ crediderim, presertim antiquorũ codicum testimonio fretus, *uti inertia mali iudicis conniuerent artium virtutes*, non vt profertur, *conniueant.* Quid quod *sedentia sigilla* quàm *sidentia* elegantius non iniuria arbitror, & proprium magis in hac quidem re qua de loquitur? Quod autẽ theatrum appellat ἐκκλησιαςήριον Vitruuius, id Græcorum consuetudine & instituto facit, qui plerumque conciones de Repub. in theatris habebant. Itaque Trallibus ille locus populi illicium vocandi & de Republica deliberandi erat. *Thomices* autem ex sparto, restes sunt è sparto tortæ, quas Græci θώμιγγας vocant. Itaq; verbum est, vt Flaccus loquitur, Græco fonte detortum, & in Latinam formam effictum. Numidarum nomen Latinis, non eos tantum populos qui certam Africæ partem Numidiam vocatam

Vitrun. ibidẽ.

Vitruu. ibidẽ

Vittruu. lib. 7. cap. 3.

Horat. de art. poëtic.

catam tenuerunt significat, qui quòd initio pastoritiam vitam colebant, hoc nomen obtinuerunt: verũetiam alios populos, qui pecuarij erant. Ac numidiæ vox est è Græco deflexa, hi enim populi νομάδες dicũtur. sic etiã Vitruuius Arabes vocat his verbis. *Item Ioppæ in Syria, Arabiáque Numidarum, lácus sunt immani magnitudine.* Nicander τῶ μὲν γέρραι οἱ νομάδες χαλκήρεας αἰχμάς. Ferè adducor vt in eodem scriptore legam, *sed animaduertimus apud insulam Lesbon vinum prodromum, Ioniam Catacecaumeniten.* Nam Catacecaumene regio in agro Ephesio erat, qui Ioniæ pars est. Nec tamen hæc sic accipi velim, quasi aliquid de nomine & fama eorum decerpere velim, qui Mæoniam legunt & Protropon. Ea enim reponunt quæ & proxima sunt deformatis vocibus, & quæ nemo inficiari possit, quin accommodata sint. pro *regno Cotti*, in veteribus libris *Crobi* legi constanter animaduerto, cui assimile esset si *Orobi* legeremus, vt de Orobijs Liguribus intelligeremus, sed amplius pronuntiãdum, quoniam Orobium illic regnasse nondum legimus, vt Cottum, secundum quem libenter litem darem & Cottum legerem. Etiam emendare locum conabor Vitruuij eodem capite, *Eorúmque*, inquit, *inter se cohærentes naturali significatione ex generum discriminibus efficere qualitates.* Quis non videt *cohærentias* non *cohærentes* legendum esse? Accedit veterum librorum auctoritas. hæc ego carptim vellicatímq; hinc inde collegi, vt in mentem quicque veniebat huic allinens capiti. sic enim mihi capita crescunt, varia tanquam consarcinando, vt centonum imitari videar sutelam. sed hoc genus scriptionis iam olim pro suo iure sic varia consuere consueuit: quod & nos aliorum exemplo si facimus, culpa vacamus.

Vitruu. lib. 8. cap. 3. *Nicand. Alexiphar.* *Vitru. eod. lib. & cap.* *Vitrũ. ibid. lib. 8. cap. 3.* *Vitru. eod. lib. & cap.*

Manum de tabula, Catomum, proscribere inter senes coemptionales.

CAPVT XXVIII.

ÆNIGMATIS præ se fert speciem illud Ciceronis, *Sed heus tu, manum de tabula: magister adest citius, quam putaramus*, nec tamen ita istud de industria obscurat, vt non appareat eum de Cæsare loqui. Gallus Catonis laudationem Vticensis scribebat, quod sine Cæsaris offensione fieri non poterat, cuius hostis Cato fuerat: monet igitur Gallum, vt desinat scribere laudationem Catonis, cùm reuertatur in vrbem Cæsar. Est autem translatio, vel à tabula literaria, in qua pueri literas discebant: in qua absente magistro ludere manu ducendis, non literis, sed lineamentis, vt pueris vsitatum est, solebant: deinde subito preceptore redeunte, alter alterum monebant, vt manum de tabula tollerent: vel à pueris pictorum, qui absente magistro pulcherrimis interdum illudunt tabulis, & illinunt

Cic. lib. 7. epi. famil. epi. 26.

temerè

temerè pigmenta. Manum de tabula dixit Apelles Protogenem picto-rem tollere non posse, nimiam eius & anxiam in pingendo curam reprehendens. veriorem tamen suspicor priorem interpretationem: nisi si vt de pictore loquatur, in hanc sententiam: Tu Catonem laudibus pingere & exornare, expolireque pigmentis orationis niteris: sed vide ne argumentum picturæ non probetur magistro officinæ, id est Cæsari dictatori: nam pictores non ferunt æquo animo in suis tabulis alia, quàm quæ probant argumenta, depingi: atque hoc sane sensu incommodior non fuerit translatio, neque inscitior quàm superior, ac mediusfidius etiam fortasse probabilior. *Ne in Catomum Cato nos*, quod ait, insolētia vocis *Catomum*, est obscurum, quæ vinculum, & catenam significat, vt legi in quodam in Iuuenalem scholio. Vsurpatur, & à Laberio apud Gellium in versu catalectico, *Tollet bona fide vos orcus nudas in catomum*. Illud verò denso caliginis nimbo inuolutum est, *Ergo fructus est tuus, mancipium illius: quod quidem si inter senes coemptionales venale proscripserit, egerit non multum*. Etsi autem perdifficilis est informatio, & cogitatio veri sensûs, qui latet in antiquitatis aliqua consuetudine, & imagine, tamen nihil vetat aliquid, non illiteratum, nec indoctum commodè excogitare ad enodandam loci difficultatem. videtur igitur hîc proscribere venale inter senes coemptionales, esse in tabula auctionis proponere se rem hac conditione venditurum, vt proprietas tantum penes emptorem sit, nec res tota proscribatur & alienetur: quod si Atticus, inquit Curius, faceret, non multum suis rebus adderet, quod magni pretij mancipium non sit. Senes autem coemptionales dicit, qui ad coemptiones libenter accedunt, & libēter emunt. Plautus Bacchid. *Coemptionalem senem vendam ego*. Iurisconsulti etiam, vt ad interimenda sacra rationes quasdam excogitauerant, & ad liberandas tutela mulieres: sic ad perimendum in seruitijs vsumfructum coemptionem quandam senum fortassis inuenerant. Cur autem senes adhibebantur? an quòd ob eorum ætatem, res plus auctoritatis habitura esset? an ob priuilegium & vacationē ætatis? an quòd à senibus emptiones & coemptiones potius moribus Romanis tractarentur, quàm à iunioribus, quod plus vsu rerum saperent, minúsque deciperentur: & si quid in mancipio contra ius fieret, callidi, veteratorésque ita obtegerent, ne in fraude deprehendi possent? An denique ob aliam caussam? parum, vt ne quid dissimulem, mihi compertum est, & alijs quærendum relinquo.

Cic. ead. epist. 26. lib. 7.

Iuuen. Scholia.

Gell. lib. 16. cap. 7.

Cic. lib. 7. epi. fam. epi. Si vales benè est, sū enim.

Plaut. Bacchidib. Sc. Atridæ duo fratres, &c.

Horatius emendatur, prunæ batillus, tempus notabatur magistratuum nominibus.

CAPVT XXIX.

IN itinerario ſermone Horatij, nónne, obſecro, multo accommodatius legetur, *Græcorum linguæ doctiſsimus*, quàm quomodo eſt promulgatum, *Græcorum longè doctiſsimus?* Nam Rhetori linguæ cognitio conuenit, ſumma doctrina non item: nec tamen meum hoc inuentum eſt, ſed antiquorum librorum ſcriptum. Quod autem ait,

Horat. lib. 1. ſat. 5.

Ora manúſque tua lauimus Feronia lympha,

Horat. lib. 1. ſat. 5.

religione quadam & cerimonia factum eſſe exiſtimo, vt ſe viua ſacráque Feroniæ aqua lauarent, purificaréntque cùm in conſpectum eius fani veniſſent. Nam ſe flumine viuo abluere in parte religionis ponebant, vt è Marone & poëtis alijs eſt notiſſimum.

Virg. 2. Aenei.

Millia tum pranſi tria repimus.

Horat. lib. 1. ſat. 5.

quam *repſimus* malo, cùm mox ſequatur, *ſubimus*, atq; ita Lambinus legit:

Fundos Aufidio Fuſco prætore libenter inquit, *Linquimus,*

Horat. ibidem

hîc venuſtè Aufidium ridet, qui cùm Fundis in oppido exiguo præturam gereret, inſana arrogantia & animis elatis faſtúque inſolenti & inaudito erat, & inſignibus magiſtratus conſules Romanos ſuperabat, cùm tamen Romæ tantum ſcriba eſſet, qui ordo vilis & vulgaris erat, patebátque hominibus libertinis, vt in eodem ſermone —*ſcriba quòd eſſet, Deterius nihilo dominæ ius eſſe*. Itaq; prætextam & latum clauum, vt Prætor aut Conſul Romanus gerebat, æquare ſtudens amplitudinem, & dignitatem faſtigij Romani. Ignis autem ei præferebatur (id enim eſt, quod ſcribit, —*prunæque batillum*) quod ſupra humanam prope conditionem erat, & diuinum religioſumque habebatur. Sic Imperatoribus Romanis & eorum vxoribus, interdum ſororibus, ignis præferri ſolebat. Herodianus de ſorore Commodi Imperatoris, καὶ αὐτῆς τὸ πῦρ προεπόμπευε. Videtur autem Horatius, cùm ait, *Fundos Aufidio Fuſco prætore,* in eo iocari, quòd ſic tempus notare ſolebant magiſtratuum nominibus: vt ſi diceres, Veni Romam Cicerone conſule. at,

Horat. ibidem. Horat. ibidem. Herodianus in Ant. Cõmodo. Horat. lib. 1. ſat. 5.

Conuiuas auidos cœnam ſeruóſque timentes,
Tum rapere, atque omnes reſtinguere velle videres.

Horat. ibid.

etiam iocosè dictum accipio: nam primum auidi conuiuæ ex incendio, & flamma rapiebant cœnam, & ſerui, qui ſi cœna vreretur, timebant, ne ab heris verberarentur: quo facto cœnaque in tuto poſita, tum denique cum omnibus ignem cœperunt reſtinguere, cùm epulis potiſſimùm timerent ne perirent.

LIBRI PRIMI FINIS.

ADRIA-

ADRIANI TVRNEBI ADVERSARIORVM LIBER SECVNDVS.

Apud Horatium flumen hibernum χειμάῤῥους. fertur quò rara securis, vocare cucullum. CAPVT I.

PETRVS Gallandius (cuius ego tum eximia liberalitate & beneficentia semper adiutus, tum opera & labore absens ad cathedram regiam, nihil tale vel cogitans vel expectans, sum vocatus) multo plus in literis videbat, quàm eius calumniatores & obtrectatores existimari volebant: ita enim eum negotijs, quæ multa amplectebatur, obrui dicebant, vt professionis muneri negarent parem esse posse: sed profectò ignorabant, quanta in eo homine vis ingenij esset, quanta diligentia, quàm omnium rerum capax natura: quam ita facilè regebat, & versabat, vt quicquid ageret, vnum illud curæ habere tractareque putaretur. Sed nunc eius laudes commemorare non decreuimus, quas nec oratione sequi possemus. Eum aliquando quendam Horatij locum explicantem audiui ita acute & ingeniose, vt omnes cum eo comparati, plumbei stupidique esse videremur. Sed verba Horatij proferamus, *—ruebat Flumen vt hibernum, fertur quò rara securis:*

Horat. lib. 1. saty. 7.

Hìc sensum esse dicebat Gallandius, cui & assentior, tam concitata oratione & veloci rapidáque decurrisse, quam torrens hibernus deuolui & præcipitari solet per loca abrupta & abscissa, quò raró solent lignatores accedere, propter arduam & erectam inaccessarum rupium montiumque eminentiam. Flumen autem hibernum, est torrens, qui & Græcè, quòd hyeme fluat, estate siccetur, χειμάῤῥους vocatur: de torrente enim hyemis aquis abundantè Ouidius amorum libro tertio scribit,

Ouid. li. 3. amorū eleg. 5.

Fontis habes instar pluuiásque niuésque solutas,
Quas tibi diuitias pigra ministrat hyems. Addit.

Horat. lib. 1. saty. 7.

Tum prænestinus salso multúmque fluenti
Expressa arbusto regerit conuitia.

Arbustum dicitur multum fluere, quod multum vini fundit: sed per alle-

goriam,

goriam, hoc ad dicacia vinitorum & vindemiatorum retulit cõuitia, quibus vel laceſſunt prætereuntes viatores, vel prouocati vlciſcuntur, & remordent. Ergo vindemiatorijs probris & dictis petulanter ei Rupilius reſpondit, —*Cui, inquit, ſæpe viator*

Ceßiſſet, magna compellans voce cucullum. Horat. ibid.

viatores ſolebant cultores & vinitores ſero colentes, appellare cucullos, in deſidiæ probrum: Plinius decimo octauo, *Dum ſciat inde natam exprobrationem fœdam putantium vites per imitationem cantus alitis temporariæ, quam cucullum vocant: dedecus enim habetur opprobriúmque meritum falcem ab illa volucre in vite deprehendi, vt ob id petulantiæ ſales, etiam cum primo vere laudantur, auſpicio tamen deteſtabiles videantur.* Auſonius quoque in Moſella iſtius petulantiæ ita meminit. —*Inde viator* Plinius li. 18. cap. 26. Auſonius Moſella.

Riparum ſubiecta terens, hinc nauita labens,

Probra canunt ſeris cultoribus.

Præbet aquam apud Horatium, cogemus in hanc concedere turbam.

CAPVT II.

QVOD ab Horatio dicitur, *præter eum qui præbet aquam*, grammatici eruditiſſimi vix concoquere poſſunt: mirum enim eis videtur conuiuatorem aquæ præbitorem appellari. ſed Dionyſius Lambinus, alijs hîc caligantibus, primus lucem diſpexit, viditque conuiuatorem ſolitum balneum præbere conuiuis: quam eruditiſſimi viri interpretationem nemo reprehendere, niſi improbus, vel indoctus poteſt; licet tamen in antiquis auctoribus præter aliorum ſententiam, iusque eſt & fas interdum aliquid excogitare, modo probabile ſit, Quid igitur, ſi dicat hominem tam eſſe procacem & petulantem in iocando, vt nec conuiuis, nec miniſtris abſtineat vllis, quin eos perſtringat, præter eum, qui ipſi pocula miſcet miniſtratque aquam? ait enim Martialis: Horat. lib. 1. ſaty. 4.

Iam defeciſſet portantes calda miniſtros, Mart. li. 1. epigram. 12.

Si non potares Tongiliane merum.

Sed omnino præſtiterit locum per allegoriam interpretari, inflexione verborum & inuerſione ducta à luſu, quo aliquo in ſitula aut vrceo nobis aquam miniſtrante, alios ea aſpergimus, aut perfundimus per laſciuiam, quod cùm facimus, eo qui aquã nobis præbet interim abſtinemus. Aquæ igitur præbitori ſimilem voluit eſſe Flaccus conuiuatorem. huic inuerſioni *aſpergere*, & *aqua* fauere videntur: & hac tanquam conſtituta allegoriæ imagine nobis diu quærendum non putabimus, cur conuiuatorem aquæ præbitorem dixerit. Cogitationem enim ad luſus ſpeciem refere- Horat. lib. 1. ſaty. 4.

D mus,

mus, vnde genus dicendi tractum pronuntiabimus. In eodem sermone non est facilè, quod ita scribitur perquam venustè,

Horat. lib. 1 saty. 4.

Multa poëtarum veniat manus, auxilióque
Sit mihi: nam multo plures sumus: ac veluti, te,
Iudæi cogemus in hanc concedere turbam.

Puto autem perfacetè ab Horatio dici, si poëticum tibi displicet studiũ, & poëtæ tibi inuisi sunt, vt vulgò Iudęos omnibus hominibus videmus, nos poëtæ, qui plurimi sumus, exercitumque conficere possumus iustum, pertinacesque, vt Iudæi in religione sua & ceremonijs, ita in studio poëtico & proposito sumus, non modo non de sententia deducemur, sed te tc vltro ad poëtas traducemus, & vnum è turba poëtarum, quãuis inuitum, reddemus, vt illud studium, quod improbas, posthac celebraturus cultu-rusque sis, & carmina scripturus. Interim autem multitudinem eorum qui versus scribebant, lepide illudit more suo. malim autem, vt & reperi in antiquis libris, *auxilióque* legere adposita coniunctione, quam prouocabulo adiuncto *auxilio quæ*: quanquam non magni refert, nec id magni momenti est, cùm vtroque modo sensus idem explicetur.

Æsculapium in Vitruuio ἀσκληπιεῖον, sessimonium, statumen, rudus, nucleus, mataxa, abacorum diuisiones & speculorum.

CAPVT III.

Vitru. in præfat. lib. 7.

ÆSCVLAPIVM apud Vitruuium libro septimo, est templum Æsculapij, Græca imitatione: nam Graijs ἀσκληπιεῖον in neutro genere illius dei templum est. Cùm autem exemplum illud prope singulare apud Latinos viderem, admonere lectorem placuit, qui fortasse oscitans, aliudq; agens non animaduertisset. Mineruium tamen, & Dianium apud Latinos similia ei sunt: sed locum Vitruuij adscribamus. *Item*, inquit, *Argelius de symmetrijs Corinthijs*, & *Ionico Trallibus Æsculapio*, *quod etiam ipse dicitur sua manu fecisse.* Eodem in libro Sessimonium est templum & sedes, deducitúrque à sessu vel sede sessimonium, vt à merce mercimonium: Ita enim scribit, *Suspectus habent in deorum sessimonio*, id est, in deorum ædificandis templis, & sedibus statuendis: ac sessimonium dici videtur, vt ἕδος Græcè. Verbis autem Budęi, quæ in Memmiani codicis margine manu Budęi scripta inueni, libet explicare statuminationem, & rude-rationem Vitruuij in pauimentis: Sic igitur scripsit Budæus, Statuminatio, vt hic apparet, fit lapidibus & cemẽtis libralibus & manualibus sine calce & arena: Ruderatio verò statumini superinducitur cum calce & arena, aut rudere nouo aut rediuiuo, id est ex vetere ędificio sumpto, non nuper effosso, quod

Vitru. ibid.

Vitru. ibid.

Vitru. lib. 7. cap. 1.

Budeus in Vitru. lib. 7. c. 1.

conſtat è cemento, vt hic apparet, ad differentiam nuclei, qui è teſta contuſa conſtat, & tertio loco inducitur. Hęc doctiſſimi hominis oratio non tam docet, vt intelligamus, quam manu prope ducit, vt quid iſta ſint apud Vitruuium pene palpemus. Sic autem Vitruuius ait, *Tunc inſuper ſtatuminetur, non minore ſaxo, quam quod poßit manum implere: ſtatuminibus inductis rudèretur.* & mox, *Inſuper ex teſta nucleus inducatur.* Cùm autem eodem libro à Vitruuio ſcribitur, & *mataxæ tomice ad iuſtam longitudinem vna craſſitudine alligationibus temperentur*, eodem Budęo velut Mercurio interprete, mataxæ ſunt manipuli & faſciculi cannarum, quos Vitruuius tomice alligari iubet. *Ipſaque*, inquit Vitruuius, *tectoria abacorum, & ſpeculorum diuiſionibus, circa ſe prominentes habent expreßiones:* hic non aſſentior ijs, qui abacos ſeſſiones, vel ſcabella ad ſeſſum habilia, aut podia eſſe cenſent: ſed Æmari Ranconeti ſententiam approbo, exiſtimantis abacorum diuiſiones formas eſſe quadratas in tectorio prominentes: ſpeculorum autem diuiſiones, formas eſſe rotundas. Iſtas ab interitu interpretationes duorum doctiſſimorum noſtra ætate virorum volui vindicare: malui tamen ingenuè ipſis eas reddere, quàm improbo furto clam eas interuertere, cùm potiùs ſi quid poſſum, de meo eorum memoriæ liberaliter elargiturus ſim, quàm quicquam per fraudationem eis adempturus.

Vitruu. lib. 7. cap. 1.
Vitru. ibid.
Vitru. li. 7. c. 3.
Vitru. l. 7. c. 3.

In Catapultæ deſcriptione quædam apud Vitruuium explicata, tonus quid, hemitonium, brachia, plinthium, ſyrinx, epitoxis manulea, plinthis, capreoli, anteſixa, ſubiectio, tracheli.

CAPVT IIII.

PLACET tentare quarundam in catapultæ deſcriptione apud Vitruuium vocum explicationem, maximè cùm inciderim in quædam ſchedia Cteſibij, vel Heronis (nam dubia inſcriptio erat) tormentum idem declarantia. ait Vitruuius, *Eius nonæ partis ſit foraminum in capitulis magnitudo, per quæ tenduntur nerui torti, qui brachia continere catapultarum debent*, hic foramina ſunt, quæ Græci τρήματα appellant, quibus inſeruntur nerui torti, quos Gręci τόνȣς appellant. In inſtrumentis autem παλιντόνοις, quæ lapides mittunt, vt balliſtæ: dimetiens foraminis, quod pondo lapidem mittunt, tot centenorum digitorum multiplicatione, eiusque lateris cubica ſumptione, & lateri decimæ partis adiunctione conſtabit. vt ſi lapis ſit 80. librarum, centies multiplicari hæc ſumma debet: ſic in aſſem octo millia fient, quorum latus cubicum ſunt 20. quibus decumam addo 2. ita dimetiens foraminis erit viginti duorum digitorum. in εὐθυτόνοις quæ ſagittas mittunt, ſumitur è nona parte ſagittæ dimetiens foraminis: eo enim ma-

Vitru. lib. 10. cap. 15

ius foramen eſſe oportet, quo moles eſt maior, vel magnitudo lapidis aut ſagittæ: cùm oporteat brachia quæ ἀγκῶνας Græci vocant, craſſioribus robuſtioribusque neruis intēdi. neruos autem non ſolùm τόνους, ſed etiam

Vitruuius lib. 1. cap. 1. ἡμιτόνια appellabant. Vitruuius lib. 1. *In capitulis enim dextra ac ſiniſtra ſunt foramina hemitoniorum*, id eſt, vt interpretor, neruorum. Hero ἐκάλουν δὲ τὰ

Heron. Sched. Vitru. lib. 10. cap. 15. μὲν συνέχοντα τοὺς ἀγκῶνας νευρὰς τόνον. ἔνιοι δὲ εὐάτονον, ἔνιοι δὲ ἡμιτόνιον. ait Vitruuius, *Tabulæ quæ ſunt in ſummo & imo capituli:* & mox, *Paraſtatæ dextra & ſiniſtra*: hæc vt intelligantur quoquo modo, ſciendum eſt, huius inſtrumenti corpus eſſe laterculum, Græcis plinthium appellatum, ita arrectariæ tabulæ dextra & ſiniſtra vocantur paraſtatæ: tranſuerſariæ tabulæ in imo & ſummo poſitæ ſunt: Græci parietes quatuor appellant. Tranſuerſi autem iſti parietes περίτρητα appellantur, habentque, vt ait Vitruuius, tabulas pararellas. paraſtatæ incumbit brachium catapultæ: paraſtatæ antiſtates adhæret compaginatus, qua eſt (vt Græci loquuntur) ipſius brachij πτέρνα. id eſt calx: in paraſtatæ medio excauatur ſinus in ſemicirculum. Cardines parataſtarum Græci τόρμους appellant, quos eſſe in parataſta duos pręcipiūt & διτορμίαν vocant, inquit Vitruuius, *Canaliculi, qui Græ-*

Vitru. lib. 10. cap. 15. *cè ſtrix dicitur*. Hoc falſum: neque enim ſic Græcè appellatur, ſed σύριγξ.

Vitru. ibid. Nulla autem inuidia ſit opinor legere *ſecuriclatis cardinibus fixa*. nam fixā

Vitru. ibidē. accuſandi caſu merito accuſare licet. ſcribitur in Vitruuio, *craſſitudo ſcutulæ*, ſed Budęi manu in libro Memmij ſuculę emendatum reperi, cuius ſententiæ refragari pudet. Epitoxis eſt cauus, qui ſagittam recipit. *Item*, in-

Vitru. ibidē. Vitru. ibidē. quit Vitruuius, *chelo ſine manucla dicitur*, puto χηλὴ legēdum eſſe, cùm prę-

Hero ſiue Cteſibius. ſertim ita in Herone legam, ταύτην δὲ ἡ καλάγουσα χεὶρ διπλῆ γίνεται, κεχηλωμένη πρὸς τὸ μεταξὺ τῶν χηλῶν δέξασθαι τὸ τοῦ βέλους πάχος. manulea autem in editionibus antiquis extat, vnde & manuleatæ tunicæ ſunt. Baſis ſedes eſt in qua ſtatuitur columella, quæ machinam ſuſtinet. columellæ autem baſis, ſic enim lego, in ſolo latior eſt: plinthis autem, id eſt laterculus, quadratum eſt ſuperius ipſius baſis, qui laterculus, qua accipit columellā, quę στυλίσκος vocatur ſuo cauo, eam habere debet quam dicit latitudinem. Capreoli, qui à Græcis συγκύπται appellantur, tigilla ſunt faſtigata, & in columellam ſuis capitibus nitentia, eamque hinc inde firmātia ne nutet aut

Vitru. lib. 10. cap. 15. vacillet. addit Vitruuius, *antefixa latitudo foraminis*: antefixa Feſto ſunt quę

Feſt. lib. 1. in literam a. ex opere figlino tectis adfiguntur ſub ſtillicidio: ſed hic antefixa videtur columella quędam anterior, quæ etiam ſuſtinet plinthium, & antefixa videtur vocari, quod ſit ante columellam illam, quam ante explicauimus. adfixa eſt autem plinthio catapultæ, vnde & nomen. poteſt eſſe & tanquam fibula, quæ ab interiore plinthio perueniat ad columellam. Eſt & poſterior columna, quæ antibaſis dicitur, ſuſtinetque etiam catapultam.

ſubiecto,

subiecto, inquit, *foraminum xij*. Hic mihi videtur suctiectio legendum, vt sit tanquam ὑπόθεμα & basis aut ὑπόβλημα aut ὑπόβασις) certè ὑπόθεμα vocatur à Philone) aut subiecta, vt supra antefixa dicebatur. nam talia pro substantiuis plerumq; Latini habent. *Carcheli*, inquit, *sucularum*. Hic tracheli, id est, colli sucularum legendum auguror, collum autem est, qua sunt graciliores. *Quo*, inquit Vitruuius, *est mollior tonus*, id est, vt interpretor, neruus, qui tum est prolixior. Dodrantes autem quadrati & rotundi interpositi sunt ab hominibus, qui vel se multis vini dodrantibus proluerant, vel lectoribus voluerant molestiam creare. Hæc omnia magna ex parte diuinaui: itaque veniam peto, sicubi, quod necesse est, in re tam obscura, erraui. nam Græca quæ vidi, & mutila erant, & dissimilia: tantum in quibusdam adiuuere, in alijs coniecturæ indulgendum fuit.

Vitru. lib. 10. cap. 15. — Philon. — Vitru. lib. 10. cap. 15 — Vitru. ibid.

Quædam in descriptione ballistæ apud Vitruuium explicata, περίτρητος, scutula, toni, epizygis, modioli, χοινικίδες, χηλή, mensa climaris, pteryx, eschara. CAPVT V.

EXPERIAMVR & ipsi ecquidnam in fabrica ballistæ explicare apud Vitruuium possimus, partim coniectura, partim auxilio Græcorum schediorum? *describatur*, inquit Vitruuius, *scutula, quæ Græcè περίτρητος appellatur*. hæc scutula est in summo & imo capitulo, dextra & sinistra: atque inde nomen habet Grecum, quod multis locis pertusa & perterrebrata est. Itaque & perinfirma est, sed laminis ferreis, & regulis, & clauis confixa continetur firmaturque. in ea est foramen quo tenduntur toni, id est nerui, qui brachia ballistarum continent. Insunt & foramina, quibus induntur cardines. Melius autem fortasse legeretur & commodiùs, *longitudinis sexta parte*, & mox, *quarta parte*, quam accusandi casu, idque ita placebat Æmaro Ranconneto, vt & non multò post *sexta parte* scribitur. Inquit Vitruuius: *quantam epizygis habet crassitudinem*: sic vocatur axiculus, vel, vt Vitruuius vocat, cuneolus, qui neruos vertit & tendit. Ctesibius, siue etiã est Hero, τὰ ἐπιστρέφοντα τὸν τόνον ἀξόνια ἔχουσιν ἐπιζυγίδας. quod sequitur, sic ferè legendum suspicor: *cùm deformatum fuerit, circum leuigentur extrema, vt habeat curuaturam molliter circumactam*. Nam *circum diuidatur extremam*, non satis quid sibi velit possum attendere, & nisi erro, quod quidem est facile, pręcipit vt foramem poliatur lęueturque, vt absque scabritia & asperitate sit. *Constituantur*, inquit, *modioli foraminum* ij: modioli sunt, qui à Græcis appellantur χοινικίδες, suntque formæ rotundæ & turbinatæ, induntur que foramini: idque perspici potest è sequenti Vitruuij capite, in quo ita scribitur, *Tum verò modioli ærei in ea capitula includuntur, & in eos*

Vitru. lib. 10. cap. 17. — Vitru. ibid. — Vitru. lib. 10. cap. 17. — Heron. Sched. — Vitru. lib. 10. cap. 17. — Vitru. ibid. — Vitru. lib. 10.

cuneoli ferrei, quos ἐπισχίδας *Græci vocant, collocãtur*: ego ἐπιζυγίδας scriben-
Ctesibius. dum esse puto, non ἐπισχίδας. Nam Ctesibius sic scribit, ὅταν οὖν βουλώμεθα
ἐντεῖναι ἤτοι τὰ τοῦ παλιντόνου ἡμιτόνια, ἢ τοῦ εὐθυτόνου, τὸ πλινθίον συντιθέντες, ὡς προείρηται, τόν τε παραστάτην καὶ ἀντιστάτην, καὶ τὰ δύο περίτρητα, καὶ προσθέντες τὰς ἐπιζυγί-
δας, καταπακλώσομεν ἐπὶ τὰ μέσα διαπηγμάτια. Parastatæ quales sint & qui, in ca-
Vitru. lib. 10. cap. 17. tapulta exposuimus. addit Vitruuius, *Regulæ, quæ in mensa, longitudo fora-
minum octo.* Mensa interior est, & media inter duas hinc & inde scutulas,
constatque regulis diapegmatis, & tabula, inter regulas & diapegmata
Ctesibius vel Hero. collocata: estque in summo & imo capitulo, vt & peritreta. Ctesibius vel
Hero καλεῖται δὲ τὸ πῆγμα τὸ συγκείμενον ἔκ τε τῶν κανόνων, καὶ τῶν διαπηγμάτων,
Vitru. lib. 10. cap. 17. καὶ τῆς σανίδος, τράπεζα. inquit Vitruuius, *Climacidos scapi longitudo foraminum
xiij.* Climacis ea est, quæ in catapulta vocatur σύριγξ, id est canalis. nam in
ballistis nomen mutat, propter amplitudinem & latitudinem, & κλιμακὶς,
Ctesibius. id est scalula vocatur. Ctesibius, ἡ δὲ σύριγξ, ἐν ᾗ ἐστὶν ἡ διώστρα, καὶ τὸ χελωνάριον,
καὶ ἡ χείρ, ἐπὶ μὲν τῶν εὐθυτόνων, σύριγξ κέκληται, ἐπὶ δὲ τῶν παλιντόνων κλιμακὶς. ἐπει-
δὴ τοῦτο πλεῖον πλάτος ἔχει, καὶ διαπήγμασι συνέχεται πλείοσι, καθάπερ καὶ ἡ τράπεζα.
γίνεται δὲ ἡ κλιμακὶς οὕτως. διάπηγμα κατασκευάζεται ἐκ τεσσάρων κανόνων συνεστη-
κώς, ἐπὶ δὲ τὸ μέσον ἔχον κατὰ τὸ πλάτος ἄλλους κανόνας πεπηγότας ἐπὶ τῶν κατὰ τὸ
Vitru. lib. 10, cap. 17. μῆκος κανόνων, ἵνα ᾖ τὸ γινόμενον κλιμακίς. *Ex his*, inquit, *dẽtur duæ partes ei mẽbro,
quod Græci* χηλὸν *vocant.* hic, vt & superiore capite lego, χηλὴν, quo etiam
Vitru. ibid. modo hic Ranconetus emendarat. inquit Vitruuius, *plentigomatos forami-
nis*: ego priorem dictionem non intelligo. quid si pterygomatos, vel πτερώματος? præsertim cùm totum instrumentum pteryga vocari legamus.
Ctesibius. Ctesibius, καλεῖται δὲ πτέρυξ αὐτὸ τὸ ὄργανον ὅλον. securicula est πελεκῖνος, vt
securiclata, πελεκινωτὰ à Græcis vocantur: ea est inclusa & insita, operitur-
que chelonij puluino. basis hic, quæ sustinet, & in qua sedet instrumentũ,
Vitru. lib. 10. cap. 17. vocatur, ait Vitruuius, eschara: additur & antibasis, vt & catapultæ. Hæc
ego pauca annotaui ex obscurissima & molestissima Vitruuij descriptio-
Bito. Hero & Ctesibius ne, adiutus Græcis scriptoribus Bitone, Herone, Ctesibio, quorum scri-
pta quædam dieculas aliquot mihi tractare contigit, quibus si frui diutius
potuissem, huic fortasse loco maiorem lucem attulissem. ea autem scripta
mihi videre magis licuit, quam inspicere: quæ etiam qua me parte adiu-
uare maximè debuerunt, deseruêre, vel temporis iniuria violata, vel ho-
minum improbitate lacerata.

Respondet imago gloriæ quid, in lucem editi & suscepti, conturbatus oculus, apud Ciceronem, τάραξις. CAPVT VI.

Cic. lib. 3. Tusc. in præfat. NON est publici gustus nec palati sentire, quæ sit huius loci suauitas,
& quam dulcis sapor de gloria: *ea virtuti resonat, vt imago gloriæ.* itaque vl-
timo

timo, nomine multi, vt acido & inuiso offensi, *voci* scripserũt: qui mihi videtur nimium iuris sibi sumere, si ius dici debet licẽtia. Ego *gloriæ* nomen in suo domicilio suisque penatibus retinendum esse existimo, & locum sic interpretor: gloriam virtuti sic solere resonare, vt imago solet gloriç, id est, vt plausui & significationibus & gratulationibus, quibus populus voce læta & mirabunda & hilari aliquem celebrat, respondet Echo, quæ Latinè dicitur imago: huius gloriæ hoc exemplum apud Flaccum extat, *Horat. lib. 1. od. 20.*

Datus in theatro,
Cùm tibi plausus,
Care Mæcenas eques: vt paterni
Fluminis ripæ, simul & iocosa,
Redderet laudes tibi Vaticani
Montis imago.

Non est autem, vt opinor, in controuersia, quin legendum sit eo in libro Ciceronis, *haud erat sane quod quisquam rationem ac doctrinam requireret, ratione* tamen & *doctrina* editur corruptissimè: nam philosophiæ artẽ præceptionemque intelligit. quod autem ait, *simul atque in lucem editi & suscepti sumus*, de vtroque parente intelligẽdum puto. edit enim mater, quæ parit: suscipit pater qui tollit. Terentius in Andria: *Cic. lib. 3. Tusc. Cic. ibid.*

Puerum autem ne resciscat mihi esse ex illa cautio est. *Terent. And. act. 2. scena. 3.*
Nam pollicitus sum suscepturum.

Iterum, *Nam quod peperisset iussit tolli.* *Terent. And. act. 3. scena 1.*

vbi mater tollit, & ab ea sublatum pater etiam suscipit. Eminens autem effigies, dici potest pictura ita expressa, vt extare & eminere videatur: sed exculptum simulachrum potius sit, cùm paulò post rem solidam dicat: nam adumbrata est ἐσκιαγραφημένη, id est primis lineis ducta & delineata. Leue esset monere legendum videri, *& ægrotum animum quem appellarunt insanum*, nisi *quam appellauerunt insaniam*, errore non ferendo per omnia propagatum exemplaria esset. nihilo secius lego *his rebus mentem vacuam appellarunt insanam*: hodie *insaniam* perscriptum est inuita, vt opinor, Minerua. quod autem ait, *Itaque non est scriptum, si insanus, sed si furiosus esse incipit*: pro interpretatione legis erit, cuius ita ad Herẽnium concepta verba sunt, *Si furiosus existit*, id enim est, esse incipit. Cõturbatus autem oculus est, qui caligat, & cõfusius videt, laboratque ophthalmia. Scribonius, *ad cõturbationes & epiphoras oculorũ scio multa collyria, & si tardè, magnos tamen effectus habere.* Iterum, *hoc maximè probo ad recentes epiphoras, & conturbationes oculorum, tumoresque & dolores.* vocat & perturbationes. *Collyrium psoricum ad caliginem & ad aspritudinem oculorum siccámque perturbationem sine tumore, quam* ξηροφθαλμίαν *appellant.* Propriè tamen est contur- *Cic. lib. 3. Tusc. Cic. ibid. Cic. ibid. Auctor ad Herennium lib. 1. cap. de confirmat. & confutat. Scribonius. Scribonius. Scribonius.*

batio minor ophthalmia, & τάραξις Græcè vocatur, definiturque oculorum tumor cum rubore & calore ex causa obortus externa, vt fumo, sole,
Cic.lib.3.Tusc. quæst. puluere, oleo, leuisque ophthalmia appellatur. Lego etiam *omnem enim abstinentiam, omnem innocentiam*, quod quidem necesse est, vt à tanto scriptore & oratore remoueatur solœcismi fœditas & deformitas. 5

Exponitur epigramma quoddam Maronis, natio madens pingui, adipata dictio, scholasticus, cymbalum iuuentutis, mittere vela ad portus beatos. CAPVT VII. 1

IVCVNDVM est epigramma, quo dimittit rhetoras Maro, & ad philosophos se confert, si modo Maro is est, ac non alius quispiam: sed interueniunt, vt gemmis nitentibus nubeculæ quædam earum splendorem nubilo fuscantes, sic ei vitia nitorem lædentia. nam primus statim versus
Virg.Priapeijs syllaba curtior est, *Ite hinc inanes rhetorum manipli,* 1
quæ supplebitur repetito initio *ite*, hoc modo,
Virg.Priapeijs *Ite hinc inanes rhetorum manipli, ite*
Inflata rore non Achaico verba,
non satis assequor, & commodiùs scribi posse putarem,
Inflata rore non Achaico turba. 2
vt Latinorum significet rhetorum eloquentiæ transmarinæ rudium auditores inanes & indisertos. Ac rorem Achaicum dixit, vt ad cicadas fortasse respiciens, quæ roræ vesci feruntur, canoræque sunt & stridulæ, vt illi loquaces & garruli. Sed & cicadis disertos Troianorum principes
Homerus. Homerus comparauit. 2
Virg.Priapeijs *Et vos, inquit, Seliquati, Arquitique, Varroque.*
putem scribendum,
Et vos Seli, Cati, Arquitique, Varroque,
Virgil.ibidem. vt nomina propria sint Selius, Catius, Arquitius, Varro.
Scholasticorum, inquit, vario madens pingui. 3
natio madens pingui legendum puto: vt Rhetores illos Græcæ facundiæ ignaros, vt hebetes & obtusos, pingui madere dicat irridens. adipatæ di-
Cic.in Orator. ad Brutum. ctionis genus Cicero in Oratore dixit, genus pinguis elocutionis & insuauis & inconcinnę, ab adipatis cibis translatione ducta, id est adipe vnctis & opimatis. Iam rhetores & declamatores Seneca & Quintilianus 3
Senec.in epist. 155. & 156. non rarò scholasticos appellant: apud Synesium tamen, & in Hesychij
Hesychius. antibolem scholasticus causarum est actor. eos iuuentutis cymbalũ igno-
Plin.in præfat. Nat.Hist. miniosè vocat, vt cymbalum mundi Appion Grammaticus vocatus à Tiberio Cæsare fuit: quòd ad aures iuuentutis streperent loquaciter & ina-

niter,

niter, vt Gallorum in matris ideæ ſacris cymbala crepabant: habebantur autem omnium viliſſimi & abiectiſſimi mortalium, molles & caſtrati illi Cybelæ & matris ideæ miniſtri.

Nos, inquit, *ad beatos vela mittimus portus.* Virg. Priapeijs

id eſt, ad philoſophiam pergimus, quæ nos ſuis præceptis fœlices beatoſque reddet, & omni liberabit perturbatione & moleſtia. addit,

Ite hinc Camœnæ, vos quoque limite ſææ: Virg. ibidem.
Dulces Camœnæ, animum fatebimur verum,
Dulces fuiſtis.

hæc bonam non interpretãtur ſententiam, verum audemus, ſi veram non poſſumus ſcripturam reddere, probabilem ſaltem comminiſci, quæ commodum ſenſum eloquatur.

Ite hinc Camœnæ, vos quoque hinc leues ite,
Dulces Camœnæ: nam fatebimur verum.

etſi vos nunc inhumanius & aſperius eijcio: tamen non tam improbus ingratuſque vnquam ero, quin ſemper fatear vos mihi dulces & iucundas fuiſſe: & quanquam vos nunc exigo, attamen meas chartas reuiſitote, ſed prudenter & rarò. Quibuſdam etiam videtur dicere, vos mihi antea dulces fuiſtis, nunc moleſtæ, &, vt verum proloquar, ad alia me accingo ſtudia vobis dimiſſis: & tamen quamuis vos dimittam, reuiſitote me aliquando, verum pudenter & raro.

Apud Ciceronem vecors, Oenei partu edita, τίκτειν, moles gigantum. Clepſe dolo. CAPVT VIII.

MIHI quidem verba Ciceronis 2. Tuſcul. inſpicienti, & apud me Cic. 2. Tuſcul. exigenti, ferè venit in mentem exiſtimare ex ijs Ennianum verſum inte- ſtatim in principio. grari ſuis iuſtis modulis poſſe,

Philoſophandum eſt mi paucis: nam omnino haud placet.

Itaque, vt omnes qui diuinant, aut ſomnia ſibi fingunt, ſibi placent in ſuis ludibrijs: ita mihi quoque vſuuenit, neq; teneri potui quominus, id huic chartæ mandarem, etſi vaniſſimum fortaſſe ſomnium eſt. Non longè, vnius abſentia præpoſitionis, deſiderio ſui ſententiam malè perdit. ſic enim editur. *Magna habere poßit auxilia reliquorum philiſophorum etiam di-* Cic. 2. Tuſcul. *ſciplinis*, vox auxilia abſorbuit hauſitque, *a*, quod interſerẽdum eſt, vt orationem fulciat vacillãtem. *Refellere* autem *ſine pertinatia, & refelli ſine ira-* Cic. 2. Tuſcul. *cundia*, ideo defendimus, nec mutari patimur: quod tamen homines magnæ in literis auctoritatis conari videmus, quia & paulò ante dixit, eos, qui certis deſtinatiſque ſententijs addicti, & tãquam conſecrati ſunt, ini-

quo

quo animo pati solere se refelli, cùm cõtra se id æquo animo esse patienterque laturũ ostendat: & alij quoq; philosophi suis decretis magnopere confidentes, neque de eis vllo modo dubitantes, pertinacissimè aliorum placita oppugnant, & omnibus modis euersum ire conantur, quod Academici leuius multo minusque obstinate faciunt, probabilia tantum eis opponentes, quibus tamen nec ipsi multum fidei tribuunt. Est autem leue monere legendum esse. *In manus sumit.* & , *commendari lectioni:* cùm hodie *manu* & *lectione edatur*: &, *nec si id minus: munus* enim peruersissimè edunt multi. In versibus autem Iambicis, quos è Trachinijs cõuertit, *corpore exanclato* est corpore fatigato & ærumnoso exhaustoq;, etsi non desunt, qui *exanclata* malunt, & tolerata & perpetrata explicãt. *Vecors Oenei partu edita*, Deïanira est Oenei filia, dolosa & astuta, hîc vecors dicitur, cùm δολῶπις à Sophocle vocetur. Partus autem hic etiam viris tribuitur more Gręcorum, apud quos etiam τίκτειν de viris vsurpatũ reperitur. nam apud Homerum extat ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς. Id etiam obseruauit Fabius apud tragicos, quorum hîc sermonem imitatur Tullius: sic enim scribit. *Et apud tragicos, & iam leo pariet, at pater est. Moles gigantum est* multitudo. nam Græcè scribitur στρατὸς. *Nec me occidentem*, lego, non *ne me*. Libenter quoque scripserim, *corpori inflixit meo*: etsi vix *infixit*, summouere audeo.

Cic.2. Tuscul. — Cic.ibid. — Cic.2. Tuscul. — Sopho. Trach. — Homerus. — Quintil.lib.10. — Cic.2. Tuscul. — Cic.ibid. — Cic.ibid.

Cic.ibid. *Hæc dextra Lernam tetra mactata excetra,*

lego. Nam quòd *terram* alij malunt, improbo: *tetram* etiam non incommodè legi posse video. Echidnam vertit hydram Cicero, cùm Higinus scribat è Typhone & Echidna, hydram natam fuisse: ante hydram appellarat excetram. Addam & huic capiti periclitatam emendationem magno discrimine & audaci facinore. *eum dictus Prometheus*

Cic.ibid. — Aigin.lib.fab. — Cic.lib.2.Tus.

Cic.bid. *Clepse dolo pœnásque Ioui expendisse supremo.*

Fato enim illud, quod interponitur, fatale huius loci malum videtur. Mihi quidem *doctus*, id est, astutus & solers placeret, sed cum expendisse non bene cohæreret.

Sublime auolans, adulat sanguinem κολακεύω, θωπεύω, *adulari, ex quo liquatæ apud Ciceronem.* CAPVT IX.

Cic.lib.2.Tus. VERSVS transtulit Cicero 2. Tuscul. è Prometheo Æschyli, vt reor λυομένῳ, sanè quàm elegãter & disertè, vt hominem facundiæ Latinæ vnicum & singulare prope exemplum decebat: nonnusquam tamen est cur in eis hæreas, quòd partim ab interpunctionibus laborant, partim temporis iniuriam senserunt. nam, *—nauem vt horrisono freto*

Noctem pauentes timidi adnectunt nauitæ:

Saturnius

Saturnius me sic infixit Iupiter,
Iouisque numen Mulcibri adsciuit manus.

vt vna circunductione comprehensum & vna similitudine comparatum, sic & interpunctionibus notandum arbitror, secus quàm in editionibus extat. Quod autem scribitur, Cic. 2. Tuscul.

Clangorem fundit vastum & sublime aduolans,

in vitio est, nisi me transuersum amentia rapit in errorem: puto enim cùm aquilæ aduolatum ante scripserit, auolatum eius nunc narrãdum esse. Ergo nulla tot editionum & mysticorum librorum verecundia ductus, veluti perfricta fronte, *sublime auolans*, legendum esse adseuerabo. Cæterùm, *pinnata cauda nostrum adulat sanguinem*, Græciam olet: vt enim κολακεύω, & θωπεύω cum accusationis declinatu Graij iungunt, sic & Latinè fecit, secutus auctorem actium, cuius versum è Prometheo mutuatus est à Nonio prolatum, Cic. ibid. Non. in Adul.

Pinnata cauda nostrum adulat sanguinem.

Tragici igitur audaciam non est veritus emulari: sed quo tãdem sensu hîc adulat dicitur? Et audiui qui adulare per diminutionem pro adorare dictum crederet, & interpretaretur sanguinem expetit, eique caudæ motu blanditur: non deest, qui lambit exponat. Ego tamen aliter interpretor: cùm enim blandimentum caudæ adulatio fit, & auolans aquila soleret tractu caudæ sanguinolenta Promethei vulnera perstringere, cruorisque aliquid detergere, eleganter & venustè tactum caudæ attingentis, & tanquam palpantis sanguinem, adulationem esse appellatum censeo; quod adulari propriè caudæ sit. In ijsdem versibus pro palæstra grammaticos exercet. Cic. 2. Tuscul.

Ex quo liquatæ solis ardore excidunt
Guttæ, quæ saxa assiduè instillant Caucasi.

mihi aliorum sententiam, nec reprehendere, nec approbare animus est, sed quid mihi videatur in medium afferre: puto enim dici è Promethei visceribus laniatis, & solis ardore tepefactis, & tabefactis, saniosas delabi in Caucasi cautes guttas: idque eò audacius affirmo, quòd sciam auctores Græcos ex ea sanie oriri tradere herbam medicatam, & veneficijs aptam, qua vnctum à Medea Iasonem flamma taurorũ æripedum nihil fuisse læsum, nec satis Hydri dentibus terrigenarum ferro violatum: meminit & Seneca in Medea, ita scribens, Seneca Medea.

Quæ fert opertis hyeme perpetua iugis
Sparsus cruore Caucasus Promethei.

Ex quo, igitur ad Promethei corpus censeo referendum, non ad tempus.

Columbus dioneus, suauiari oculos, plenus sacculus aranearum.

CAPVT X.

CATVLLVM apppellari doctum ferè ſcimus ab alijs poëtis, credo, quòd literis elegantioribus penitus imbutus erat, & ſuo poëmati aſpergebat multa, imitabaturq́; ex antiquis ſumpta aut efficta præſertim Græcis: eorum exemplum vnum & alterum proferam : *Vt albulus columbulus dioneus*, videtur ab Alexide ſumptum, cuius Atheneus refert hūc verſum,

Catull. epigr. 27. Atheneus lib. 9 dipnoſoph. cap. 16.

Ὁ λευκὸς ἀφροδίτης εἰμὶ γὰρ περιστερός.

Nam & columbum potius, quàm columbam, & Albulum & Venerium, vt Alexis dixit, penè verſu ad verbum expreſſo. Alio loco ait, *Iucūdum os oculóſque ſuauiabor*, vbi verſum Homericū prope conuertit ex Odyſſea π.

Catul. epig. 9. Homerus odiſ. π.

κύσσε δέ μιν φαλλιώ τε καὶ ἄμφω φάεα καλά.

Sic cùm ſcripſit, *Plenus ſacculus eſt aranearum*, imitatum Homerum eſſe cenſeas, qui eodem libro ſcripſit,

—ὀδυσσῆος δέ που εὐνὴ
χήτει ἐνευναίων κακ' ἀράχνια κεῖται ἔχουσα.

Nam araneis obſidentur & opplentur, quæ inania ſoláque ſunt, vt loculi dicuntur iocosè araneoſi, & cubilia Homerus dixit, vidua & deſerta.

Aduerſaria, ὑπομνήματα. laudare teſtem, exire è poteſtate, natura latrat, immune. natalis Mercurij & ſalutis.

CAPVT XI.

Cic. pro Roſc. ADVERSARIA quæ M. Tullius nominat, videntur libelli fuiſſe & commentarioli & chartę, quæ homines aduertebāt, & (vt ita dicam) memoralia erant, nę res aliqua eis excideret. eos enim commonefaciebant, & memoriæ ipſorum ſubſidio erant. Demoſthenes videtur appellare ὑπομνήματα, ſic contra Aphobum ſcribens, ἣν εἰς τὰ γράμματα ταῦτα ἐπανελθεῖν, καὶ τὴν ἀλήθειαν πάντων εὑρεῖν. mox ſubijcit, νῦν δὲ ἕτερα μὲν διασημήνασθαι μὴ ἠξίωσαν, ἐν οἷς πολλὰ τῶν καταλειπομένων οὐκ ἐγέγραπτο· ὑπομνήματα δὲ ἦν, id eſt aduerſaria erant. Sed hic huius capitis finem non faciemus, multaq́; alia præterea miſcebimus, vt in mentem venient. Laudare teſtem, quod eſt nominare, credo ex eo ductum eſſe, quòd quem quis teſtem nominabat, vnà & laudem quoque eius commemorabat, ne indignus cuius audiretur teſtimonium videretur. Id è Fabij declamationibus intelligi poteſt, vbi ſcribitur, *Si ab vniuerſis tamen ad ſingulos vocamur, & tyrannum teſtem dabo: illum quidem neque ego laudo, ſed ipſa vitia, ipſa ſcelera facient huic rei auctoritatem.* M. Tullius inſanos, furioſos, iracundos, exiſſe dicit è poteſtate: hoc loquēdi genus ex eo natum ſuſpicor, quòd qui furioſi erant, agnatorum & gentilium poteſtati permittebantur, & domini rerum ſuarum eſſe vetabantur. Ita exierant è poteſtate ſua. rationem enim loquendi,

Demoſt. contra Aphobum.

Demoſt. ibid.

Quintil. in declamat. 9.

Cic. de Inuent. & li. 3. Tuſ.

di,quæ poſtea manauit latius, hanc originem, hunc fontem habuiſſe augoror. Nam & filij qui parentum poteſtati ſubiecti erant, tamen quibus in rebus ſuæ ſpõtis & arbitrij erant, ſuæ poteſtatis dicebantur eſſe. Quintilianus, *Filios verò quis dubitauit vnquam eſſe plerumq; ſuæ poteſtatis?* Cicero autem eleganter dicit furioſos exiſſe ex poteſtate dici, quia non ſunt in poteſtate mentis, cui regnum totius animi à natura tributum eſt. *Nil aliud ſibi naturam latrare*, cùm Lucretius ſcribit, vtitur Enniano verbo, quod interprete Feſto, apud Ennium, eſt poſcere: & fortaſſe ille ſit verſus Ennianus, qui citatur à Varrone,

Quintil.in declamationib.9. declam.

Cic.2.de Inuẽt.& 3.Tuſ.

Lucret.lib.2.

Feſt.lib.10 in littera l.

—animus cum pectore latrat.

Ennius apud Var.lib.6.de ling.lat.

vt ſit animus cum pectore poſcit: etſi quiſpiam fortaſſe etiam alioſum interpretari poſſit. Profecto in Trinummo Plauti legendum eſt: *Immune eſt facinus*, vt elegãter vir huius memoriæ politiſſimus, & doctiſſimus vtriuſque linguæ Ioachimus Camerarius emendauit, cuius ego ſentẽtiam confirmo auctoritate Feſti, qui ita ſcribit, *Immunis vacans munere, aliquoties pro improbo ponitur*, vt apud Plautum, *Immune eſt facinus*. Ita tanti grammatici approbatione ſibi de emendatione ſua meritiſſimo gratulari Ioachimus debet.

Plaut. Trinũmo.Sc.Ne amicũ.caſtigare.

Feſt.lib.9.in litera i.

Maie Mercurium creaſtis idus.

Mart.lib.12. epig.68.

cùm à Martiale ſcribitur, haud equidem reor eo die ſignificari natũ fuiſſe Mercurium: quanquã eum ſenſum verba præ ſe ferũt, ſed eo die ei dicatũ templum: templi autem dicatio natalis erat numinis. Id vt credam & Liuius libro ſecundo facit, & Feſtus, cuius verba ſunt, *Maijs idibus mercatorum dies feſtus erat, quòd eo die Mercurij ædes eſſet dedicata*: niſi ſi quis eo die ædem dedicatam conijciat, quo natus fuerat. Cicero quoque prima epiſtola libri quarti ad Atticum, natalem Salutis dicit, quo die Saluti fuerat dicatum templum. Sed ne plures præterea libros hoc capite compilem, ei verbum amplius non addam.

Liuius lib.2.

Feſt.li.9.in litera.i.

Cic.lib.4.ad Attic.epiſtola 1.

Natura ſolo ſubeſt apud Maronem, loca nullius trita ſolo, & conſiſtere vitam apud Lucretium, Inſiſtere viam, è portis occurrere, delibata numina, diuidere cœlum, biatus, chaſma, præſcripta candida calcis, imber pluuiæ, & grandinis. Nimbus.

CAPVT XII.

CVR ſtirpes ſilueſtres lætæ forteſque proueniant cauſam reddens Maro, ſic canit, *Quippe ſolo natura ſubeſt*: quæ verba quam vim hebeant, vt oraculorum ambages, quæri ſolet. Sed ego (vt ſoleo) pretermiſſis aliorum ſententijs, quid ſentiam eloquar: nunquam enim eorum mihi placuit ſtudium & inſtitutum, qui tempus refutandis aliorum ſententijs terunt,

Virg.2.Georg.

runt, & improbè ex aliorũ contumelia laudem venantur. Exiſtimo igitur hîc *ſolùm* radicem eſſe, cuius in ſilueſtribus viuida & animoſa eſt natura, ad eliciendum è terra ſuccum, & concoquendum, totique plantæ diſpenſandum: radicem autem hîc *ſolum* dici puto, vt plantam & pedem arboris: nam apud Lucretium,

Lucret. lib. 4. *Auia Pieridum perago loca, nullius ante*
Trita ſolo.

valet nullius pede calcata. Et quia hanc tanquam telam Lucretius Maronem interpretans, exorſus eſt, is eam pertexat. Igitur libro 6. ſcribit,

Lucret. lib. 6. *Et per quæ poſſent vitam conſiſtere tutam,*

vbi conſiſtere à veteri ſcriptore nouè vſurpatum eſt pro conſtituere & reddere, vt & Comicus —*Quam inſiſtam viam?* pro quam inſtituam viam, ſcribit. Et Liuius, *ſubſiſtere feras* pro excipere & ſuſtinere. Conſiſtere igitur dixit, vt ſi Græcè καταστῆσαι dixiſſet. Idem eodem libro ſcribit,

Terent. Phormio act. 1. sc. 4. Liu. li. 1. ab vrbe cond.

Lucret. lib. 6. *Et quibus è portis occurri cuique deceret,*

Quod exprimit prouerbium Græcũ ab Ariſtotele poſitum libro quarto. Ἀκροάσεως φυσικῆς: οὗτοι μὲν οὖν οὐ κατὰ θύρας πρὸς τὸ πρόβλημα ἀπαντῶσι: niſi quod Ariſtoteles id de foribus domorum dixit, Lucretius, de portis vrbium aut caſtrorum, quibus in hoſtem eruptio fit & ei occurritur. Epicurei ad ſtabiliendam ſuam impietatem firmamdamque, imprimis hoc ponebant nihil admirandum eſſe. Lucretius.

Ariſtot. lib. 4. phyſic.

Lucret. lib. 6. *Si tamen interea mirantur qua ratione*
Quæque geri poſſunt, præſertim rebus in illis,
Quæ ſupra caput ætheriis cernuntur in oris. Et Horatius.

Horat. li. 1. epi. 6. *Nil admirari propè res eſt vna Numici,*
Soláque, quæ poſsit facere & ſeruare beatum.

Lucret. lib. 6. *Delibata deum per te tibi numina ſancta*
Sæpe aderunt.

id eſt, contaminata, diminuta, violata, non ea integritate, qua ſunt & placida pace: vt in Rhetoricis ad Herennium, *Ille nulla voce delibans inſitam virtutem.*

Auctor ad Heren. lib. 4.

Lucret. lib. 6. *Nec de corpore quæ ſancto ſimulachra feruntur*
In mentes hominum diuinæ nuntia formæ
Suſcipere hæc animi tranquilla pace valebis.

imagines ex dijs effluere, quæ mentem noſtram laceſſant, & notitiam Dei afferant Lucretius dicit: Cicero eas ad deos affluere, in quas mentem noſtram intentam deorum intelligentiam capere, vt Velleius Epicureus apud eum diſſerit.

Cic. 1. de nat. deor. & 1. de Finibus bon. & malorum.

Lucret. lib. 6. *Ne trepides cœli diuiſis partibus amens.*

Cœlum peruolitantes fulgetræ diuidere videntur, & fulmina, de quibus

id Lucretius canit: etiã hiatus,quod chaſma dicitur,vt apud Maronem, Virg.lib.9. Aeneid.

—*Vnde hæc tam clara repentè*
Tempeſtas? video medium diſcedere cœlum
Pallantéſque pollo ſtellas.
Tu mihi ſupremæ præſcripta ad candida callis
Currenti,ſpatium præmonſtra callida muſa. Lucret. lib. 6.

Putem potius *calcis* legi debere, vt à M. Tullio ſcriptum eſt, *Nunc video calcem,ad quem cùm peruentum ſit*: Ex eo autem ſic curriculi finis vocatus eſt, quòd creta, aut etiam calce notaretur: quod & Lucretius indicauit, cùm *præſcripta candida* dixit, intelligens præſcriptum velut cretatum finem. Seneca in Epiſtolis, *deinde tranſit ad ea, quæ conſuetudo ſeculi mutauit, tanquam quod ait Cicero, Quoniam ſumus ab ipſa calce eius interpellatione reuocati: hanc, quam nunc in circo cretam vocamus, antiqui calcem dicebant.* Imber, pluuiæ eſt aut grandinis lapſus & agmen, vnde imber pluuiæ & imber grandinis dicitur: Lucretius, Cic. 1. Tuſcul. Seneca lib. 19. epiſtola 109.

Nec cohibere niues gelidas,nec grandinis imbres. Lucret.lib.6.

Cicero, *vt aqua pluuia vltimo genere ea eſt,quæ de cœlo veniens creſcit imbri.* Nimbus etiam ferè tale quiddam dicitur. Liuius, *ſubito coorta tempeſtas cum magno fragore tonitribúſque tam denſo regem operuit nimbo.* Cic in topicis. Liu. lib. 40.

Farris libra,foſſatum,camelaria,ſagariam & ſaccariam facere,curioſus, glandem legere,optio fabricæ,optio carceris,manceps carceris,prærogare,inſtituere vineam. CAPVT XIII.

VETERES frumentum non ſolum metiri,ſed & appendere ſolebant, quod nunc quoque in panificio obſeruamus. hinc illud Horatianum. Horat.lib.1. ſaty.5.

Cui ſatis vnà
Farris libra foret,tenui ſic támque puſillo.

Et Liuius, *Frumentarium diuitem bilibri farris ſperaſſe libertatem ſe ſuorum ciuium emiſſe.* Iterum, *ſelibríſne farris gratiam ſeruatori relaturum.* In lege xij. tabul. *Si volet ſuo viuito,ni viuit, qui eum vinctum habebit, libram farris in dies dato,* Farris autem nomine etiam farina intelligitur. Itaque apud Iuriſconſultum legendum cenſeo, *frumentúmue publicè dandum, præbendum, appendendum,* non vt vulgò *apprehendendum,* aut vt quidam emendant, *approbandum*: quibus nec aſſentior illud Iuriſconſulti mutantibus, *aut qui à foſſato recedit*: nam foſſatum recentiores ſcriptores vocauerũt caſtra, quia foſſa cingi ſolebant: Capitolinus in Gordianis, *Caſtra omnia foſſato circuibat.* Quin & apud Suidam hoc vocabulum reperitur, & apud Leonem Imperatorẽ. Crediderim verò in titulo de muneribus, pro camelaſia camelariam Liu.lib.4.ab vrb.cond. Gell.lib.2. cap. 1. L.7. §.1.ff. ad legem Iul. repetũd. L. deſertorem §.is qui in exploratione ff. de re milit. Capitolinus in Gordianis. Suidas. Leo Imperat.

L.1 & l. Munerum ff. de munerib. & honor. melariam non iniusta circunscriptione locum sibi vendicare posse. Cur
enim non vt sagaria, & saccaria dicitur, substantiuis, vt sagariam facere,
facere saccariam, vocabulis, & camelaria dici possit? Qui autẽ in Codice
In Codic. Iustiniani lib 12. tit. 13. de Curiosis. Iustiniani curiosi vocantur, eorum, vt apud Suidam refertur, in vita Diui
Ioannis Chrysostomi erat mentio his verbis, ἑλκόμενος ἀπὸ τοῦ κουριόσου τῆς 5
πόλεως ἐν μέσῃ τῇ πόλει. Iurisconsultis glandis appellatione omnis fructus
Suid. in vita D. Io. Chryso. significari videtur, in xij. tabul. non assentiente Plinio, cuius ideo verba
adscribam, vt quantum intersit inter consultorum interpretationem, &
L. vnic. ff. de gland. leg. viri doctissimi explicationem intelligatur: *Cautum est*, inquit, *præterea*
Plin lib 16. cap. 5. *duodecim tab. vt glandem in alienum fundum procidentem liceret colligere.* ac 1
mehercule crediderim veram esse & sinceram Plinij interpretationem:
sed prudentissimos iuris intelligentiam longius, & significationem porrexisse, vt iuris eadẽ valeret auctoritas in omnibus fructibus, cùm de glan
L. Vnic. ff. de gland leg. de tamen disertè tantùm lex cauisset. Optio fabricæ apud eosdem esse vi-
L. vlt. ff. de Iure immunitatis. detur, qui Imperatoriæ fabricæ, à qua fabricenses vocantur, aut fabricis 1
legionum scutarijs & loricarijs custos præest, vt & custos carceris à Pru-
Prudentius περὶ στεφάνων. dentio manceps carceris, & à Diuo Ambrosio, optio carceris appellatur:
sic enim scribit, *neque Paulus, & Silas tempus distulerunt, quo optionem car-*
Diuus Ambro. *ceris baptizarent cum omnibus eius.* Prærogauit apud Iurisconsultum est
L. sed addes. §. si quis cum. ff. locat. & conduct. prærogauit, vt in illo loco, *qui pensionem integram prærogauit.* In ijsdem 2
Iurisconsultis instituere, est vel arbores, vel vineas in aliquo loco ponere,
vt illo in loco, *In conducto fundo si conductor sua opera aliquid necessario, vel*
L. Domin°. §. in conducto. locat. & conduct. *vtiliter auxerit, vel ædificarit, vel instituerit.* Iterum, *Colonus cum lege loca-*
tionis non esset comprehensum, vt vineas poneret: nihilominus vineas instituit.
Cicero in Rullum, *vtrum hæc lex est, an tabula Neratianæ auctionis? in qua* 2
L. colon. ff. eod. *scriptum fuisse aiunt, Iugera. CL. in quibus oliuetum fieri potest: Iugera. CCC.*
Cic. 2. in Rull. *vbi institui vineæ possunt.*

Virgatis lucent fagulis apud Maronem, virgatæ vestes, ducere sacra, sacra ferre, vigilem ignem sacrare apud Maronem, studio anili celerare. CAPVT XIIII. 3

SOLET interdum in literis nimia diligentia grammaticos in errorem
Virg. 8. æneï. auferre, vt in illo Maronis versu,

Virgatis lucent fagulis, tum lactea colla. 3

virgata sagula non acquiescunt grammatici, vt ea tantùm intelligamus
quæ discoloribus tanquam currentibus regulis colorum & ductibus, varia cernuntur: etiam aiunt ad Gallorum respectum esse linguam, quibus
virga purpuram significat, vt virgata sint purpurea. Ego intellectu simpli-

ci &

ci & Latino, virgatum ῥαβδωτὸν ſignificare puto, quòd virgas quaſdam in longum aut latum varia ſerie, & colore porrectas habet, vt in concharum genere ſunt virgulatæ, id eſt ῥαβδωταὶ. Valerius certè Flaccus Thracum mulieribus virgatas veſtes tribuẽs, purpureas non intellexit, ſed barbarorum ritu diſcolores, & veluti virgatis ſegmentis contextas: eius ſunt verſus,

Iam veniet durata gelu, ſed me quoque pulſam Valerius Flac. lib. 2. Argon.
Fama viro: noſtróſque thoros virgata tenebit.

Nos & aliud Maronis doctiſſimi poëtæ explicemus.

caſtæ ducebant ſacra per vrbem, Virg. lib. 8.
Pilentis matres in mollibus. æneid.

ducere ſacra, & ferre ſacra dicuntur, qui res ſacras, & quæ ad ſacrum vtilia ſunt, remque diuinam ferunt. Sic & apud Ciceronem in Verrem, *quæ manibus ſublatis ſacra quædam more Athenienſium virginum repoſita in capitibus ſuſtinebant canephoræ ipſæ vocantur:* nam canephoroe caniſtra ferebant, in quibus ea erant poſita, quæ ad quinquatria, aut cerialia pertinebant. Horatius, Cic. 6 in Verr.

—vt Attica virgo Horat. lib. 2. ſat. 8.
Cum ſacris Cereris, procedit fuſcus hydaſpes. Idem,
—Sæpe velut qui Iunonis ſacra ferret. Horat. lib. 1. ſat 3.

Varro de ſacra via. *qua ſacra quot menſibus feruntur in arcem.* Ferunt & ſacra ſacerdotes, id eſt res ſacras, aut ſacris vtiles & dijs conſecratas dedicatáſque, dijsque ſacrificant. Maro. Varr. lib 4. de ling. Latin. Virg. 2. Georg.

Me verò dulces primum ante omnia Muſæ,
Quarum ſacra fero ingenti percuſſus amore.

Matronæ autem honeſtæ apud Romanos in publicis ſacris vehiculis vehebantur, in quibus ſacra ferebant: quò reſpexit Maro. Liuius de lege Oppia, *neu iuncto vehiculo in vrbe oppidóue aut propius inde mille paſſus, niſi ſacrorum publicorum cauſa veheretur.* Liuius iterum, *honorémque ob eam munificentiam ferunt matronis habitum, vt pilento ad ſacra, ludóſque carpentis, feſto & profeſto vterentur.* Ne illud quidem tacitum prætermittendum eſt. Liu. lib. 34. Liuius lib. 5.

Centum aras poſuit vigilémque ſacrauerat ignem. Virg. 4. Aenei.

vt enim in prytaneis Greciæ peruigil erat æternusque ignis: ſic & in templo Iouis Ammonis, vel Plutarcho teſte, qui in libro de defectu oraculorum ſic ſcribit, νεωστὶ δὲ γεγονὼς παρ' ἄμμωνα, τὰ μὲν ἄλλα τῶν ἐκεῖ δῆλος ἦν μὴ πάνυ τεθαυμακώς. περὶ δὲ τοῦ λύχνου τοῦ ἀσβέστου διηγεῖτο λόγον ἄξιον σπουδῆς. Non eſt igitur illud à poëta ex illa poëticorum figmentorum & mendaciorum licentia & impunitate excogitatum, ſed ex fide hiſtoriæ commemoratum. Etiam illud quod non ita obſcurum prima ſpecie videri poteſt, tamen interiorem ſenſum occulit, declaremus. Plutar. de defect. oracul.

Sic ait, illa gradum ſtudio celerabat anili. Virg. 4. Aeneid. 54.

videtur enim dicere, illa vt anuum ſedulitas eſt properabat: vide tamen ne ſignificet eius ſtudium ſine effectu fuiſſe, cùm ſtuderet properare, ſed anile ſtudium eſſet, neque voto ſuccederet conatus: ac ne me in alienis venditem, hunc ſenſum Donatus in Terentium audit in verſu Virgiliano: ſic enim ait in hunc Eunuchi locum, *Video, ſed nihil promoues, hinc eſt illud Virgilianum,* *Illa gradum celerans ſtudio properabat anili.* *ſcilicet non re celerabat, ſed ſtudio.*

Donat. in Terent. Eunuch. act. 5. sc. 3.

Naturæ deus, patinarij piſces, ſi vos & liberi valetis, colocynthæ ſeſoſtres. CAPVT XV.

OBSERVASSE videor ab antiquis illis ſcriptoribus, naturæ deum appellari, non eum qui vniuerſæ naturæ ac ſummæ rerum adminiſtrationem curamque gerit, quíque cœlo, mari, terræ præeſt: ſed qui naturam hominis cuiuſque, aut hominum regit, fouet, tuetur, curat, ſanat: éſtque quidam hominis genius. extat in Bacchid. prologus non ille quidem à Plauto ſcriptus, qui tamen antiquitatem olet, in quo genialis deus Silenus, naturæ deus dicitur: ſic enim ſcribitur,

Plaut. Bacchid. Prolog.

Naturæ deus ſum, Bromij altor maxumi.

& apud M. Actium in Menechmis,

Plau. Menæchmus Sc. Bene obſonaui.

Nunc ipſi naturæ deo mihi reſponde adoleſcens.

Expreſſius Horatius,

Horat. li. 2. ep. 2.

Scit genius natale comes qui temperat aſtrum,
Naturæ deus humanæ, mortalis in vnum
Quódque caput.

Piſcis patinarius qui ſit apud eundem Plautum in quæſtionem vocatur: ego eum puto, qui non aſſatur, nec elixatur, ſed in patina è iure coquitur: id ex Horatio intelligi poteſt, ita ſcribente,

Plaut. Aſinaria Sc. vnum iſtorum quodque

Si quis eum ſeruum, patinam qui tollere iuſſus
Semeſos piſces tepidúmque ligurierit ius.

Horat. lib. 1. ſat. 3.

Nam ſi malè non conijcio, piſces patinarios è iure paratos intellexit. Sed à cœna ad bella, & imperia tranſibimus. Quicquid enim in buccam venit, effutimus. Imperatores qui præerant exercitui in prouincijs, réſque gerebant, cùm ad ſenatum ſcribebant, aut Magiſtratus, præſcribere literis ſolebant, Si vos liberíque veſtri valetis, bene eſt, ego exercitusque valemus: quod in epiſtolis Ciceronis ſæpe legimus. Eam conſuetudinem ſic annotat, & obſeruat in hiſtoria Dio, διὸ καὶ ὁ Ἀδριανὸς γράφων πρὸς τὴν βουλὴν οὐκ ἐχρήσατο τῷ προοιμίῳ τῷ συνήθει τοῖς αὐτοκράτορσιν, ὅτι εἰ αὐτοί γε καὶ οἱ παῖδες ὑμῶν ὑγιαίνετε, εὖ ἂν ἔχοι, ἐγὼ καὶ τὰ στρατεύματα ὑγιαίνομεν. Hæc quæ Ciceronem

Cic. multis locis epiſt. fam. & ad Attic. nonnunquam.
Dio in Adr.

nem illuſtrãt, etſi Tellenis nugis leuiora, tamẽ quòd prodeſſe alicui poſſunt, non indigna putaui, quæ in hac collocarentur charta. In Aelio autem Spartiano referuntur libri Adriani imperatoris obſcuriſſimi, nomine Catacriani, vel vt in veteribus libris reperiri annotarunt diligentiſſimi librarij catacannas: quorum ego librorum, cùm informare nulla coniectura appellationem potuerim, & eam inſcriptionem vtrobiq; velut vermiculoſam & teredinoſam, vt ita loquar, ſuſpicer, adducor Dionis auctoritate, vt colocynthas ſcribendum putem: nam eo nomine ſcriptum ab Adriano librum ſcribit. εἶπε τῷ Ἀδριανῷ παρ' ἀληρήσαντι, ἄπελθε καὶ τὰς κολοκύνθας γράφε. ἐτύγχανε δὲ ἄρα τότε ἐκεῖνος τοιούτῳ τινὶ γράμματι σεμνυνόμενος. diu etiam multumq; quæſiui, apud quem veterum ſcriptorum Vexoris regis Aegypti à Trogo nominati, mentio fieret: ſed cùm apud omnes ſilẽtium eſſet maximum, & Areopagiticum, vel Pythagorica quædam taciturnitas, nomen ſuſpectum habere cœpi, & cùm res, quas ab eo geſtas Trogus commemorat, eas eſſe Seſoſtris apud Herodotum reperiam, pro Vexore Seſoſtrem legendum contenderim. coniecturam confirmat vetus ſcriptura *Suexones*, quæ ad Seſoſtrem propius accedit.

Spartianus in Adriano.

Dio in Adr.

Iuſtin. lib. 1.

Herodot. li. 2.

In Horatio, aurei currus, currus triumphalis, punicum ſagum.

CAPVT XVI.

AVREI in Horatio currus leuiter audiuntur, auréſque penè noſtras præteruehuntur aliud agentibus, nec attendimus tales triumphantium Auguſtorum fuiſſe currus: Sic autem ſcribit in Epodis;

Io triumphe, tu moraris aureos
Currus & intactas boues.

Mihi nolo credi, ſed Philoſtrato in Dionis vita, quod dixi, tradenti hunc in modum, Τραϊανὸς γοῦν αὐτοκράτωρ ἀναθέμενος αὐτὸν ἐπὶ τῆς ῥώμης ἐς τὴν χρυσῆν ἅμαξαν, ἐφ' ἧς οἱ βασιλεῖς τὰς ἐκ τῶν πολέμων πομπὰς πομπεύουσιν, ἔλεγε θαμὰ ἐπιστρεφόμενος πρὸς τὸν Δίωνα. Etſi autem certa quædam erat triũphalis currus forma, tamen ea imperatori ornatior & pretioſior, quàm alijs ducibus parabatur: forma autem eius neque bellico currui, quo Heroicis temporibus Troiani & Thebani belli, homines vſi ſunt, vt barbari Britanni & Belgæ Couino: neque currui circenſi, quo Romæ ludis equeſtribus quadrigarij vtebantur & agitatores Olympiæ, ſed rotundæ turri aſſimilis erat, vt Zonaras ſcribit, cuius & verba adpoſui, Τὸ δὲ δὴ ἅρμα οὔτε ἀγωνιστηρίῳ οὔτε πολεμιστηρίῳ ἦν ἐμφερές, ἀλλ' εἰς πύργου περιφεροῦς τρόπον ἐξείργαστο. Illud eiuſdem odes etiam illuſtrandum eſt,

Terra marique victus hoſtis punico

Horat. Epod. od. 9.

Philoſtrat. in Dionis vita.

Zonaras.

Horat. epod. od. 9.

Lugubre mutauit ſagum

Nam apud Romanos qui exercitibus præerant, coccinis vtebantur ſagis militiæ, vt & Lacedæmonij omnes militantes ſagulis rubris: φοινικίδας Græci vocant, partim, vt inquiunt Grammatici Greci, quòd color ille inſignis viros præcipuè decere videatur, partim quòd ſanguineus ille color conſuefaciebat fuſum cruorem contemnere: nec deſunt qui ea veſte Lacedæmonios tradant vti ſolitos eſſe, ne hoſtis ſi quem ſauciaſſet, ſanguinem eius videret, colore ſanguinem manantem ſuffurante. Quin & militaris habebatur chlamys Phœnicis, vt apud Ariſtophanis interpretem ſcribitur, φοινικὶς, χλαμὺς πολεμική. Sed quod de Romanorum ducum veſte diximus, auctoritate confirmemus. Plutarchus in Bruto ita ſcribit, τὸν δὲ Βροῦτον ὁ ἀντώνιος ἀνευρὼν τεθνηκότα, τὸ μὲν σῶμα τῇ πολυτελεστάτῃ τῶν ἑαυτοῦ φοινικίδων περιβαλεῖν ἐκέλευσεν· ὕστερον δὲ τὴν φοινικίδα κεκλεμμένην αἰσθόμενος, ἀπέκτεινε τὸν ὑφελόμενον. Ideo enim Imperatoris Bruti iacẽtis corpus induit ſago punico, quod & honorificum & imperatorium putaret veſtimẽtum. Quod autem Horatius feciſſe fugientem victumque canit Antonium, punico ſago lugubre mutaſſe, Plutarchus quoque victum fugientemque Pompeium ex acie pharſalica ſcribit feciſſe, poſuiſſeque imperatoriam veſtem & imperij inſignia.

Ariſtoph. In terpres.

Plutarchus in Bruto.

Horat. Epod. od. 9.

Plutarch. in Pompeio.

In Cicerone, ea res agitur, anapeſtum, Iambus, caput cœnæ.

CAPVT XVII.

QVAE nos mala mens impellit, vt antiquitatis elegantia imbutum dicendi genus in libris ferre non poſſimus, & quod in mẽtem venit in chartis hærere malimus? Qua quidem in re ſic interdum ementimur ſcripturam, vt nemo prope deprehẽdere mendacium fucumque poſſit: ita quod corruptum eſt ſinceri verique germanitatem imitatur. vt initio libri ſecundi de Finibus ſic euulgatum eſt. *Omnis autem in quærendo, quæ via quadam & ratione habetur oratio, præſcribere primum debet, vt quibuſdam in formulis ea res agatur, vt inter quos diſſeritur, conueniat quid ſit id de quo diſſeratur.* Quis hîc vllum hærere vitium ſuſpicetur? at vt in ſanctioribus & iuratioribus libris ſcriptum eſt, multò & incorruptius & ſincerius eſſe audacter affirmauerim, hunc in modum: *præſcribere primum debet vt in quibuſdam formulis: ea res agitur.* nam iudicibus à Prætore cùm dabantur formulæ iudiciales, interdum præponebatur quod eos admoneret quid quæreretur, & qua de re ageretur, vt quid in iudicando ſequi deberent non ignorarent, nec ab eo aberrarent. Idque formulæ etiam pro titulo præſcribebatur, & ei formula, de qua iudicarent, ſubſcribebatur, aut primo

Cic. lib. 2. de Finibus bon. & malorum.

mo in verſu formulæ notabatur. Cenſeo etiam legendum in illo anapeſtico verſu eiuſdem libri. *Cic.lib.2 de Finibus bon. & malorum.*

Omnes Danai atque Mycenenſes attica pubes,

Aut, enim ſi ſcribatur, vacillabit numerus. Anapeſtum autem, cùm ſcribit, *Reliquíque Græci, qui hoc anapeſto citantur*, appellat carmen ſcriptum anapeſticis verſibus, vt in tertia Tuſculana, *nec ſiletur illud potentiſſimi regis anapeſtum, qui laudat ſenem & fortunatum eſſe dicit*. Sic & iambus in epiſtolis ad Atticum eſt ecloga, aut carmen iambicis verſibus compoſitum: *Ariſtophani*, inquit, *optimus iambus Archilochi videtur qui longiſſimus*. Sed & partem parabaſcos Ariſtophanes anapeſtos vocat verſibus anapeſtis modulatam. Caput autem cœnæ cùm ſcribit. *Sed cedo caput cœnæ*, eſt præcipuus miſſus præcipuumq́ue ferculum cœnæ: hîc ſermo bonus & lepidus, quo conuiuæ melius & iucundius quàm epulis paſcuntur & fruuntur, caput cœnæ dicitur. Idem genus loquendi eſt in quinta Tuſculana. *Vbi quum Tyrannus cœnauiſſet Dionyſius, negauit ſe iure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatum.*

Cic.lib.2.de Finib. bon. & mal. *Cic. 3. Tuſcul.* *Cic. ad Attic. lib. 16 epiſtol.* *Nonis accepi à te.* *Ariſtoph. Nebulis.* *Cic. 2. de Finib. bon. & mal.* *Cic. 5. Tuſcul.*

Peccare ſupernè apud Horatium, neruis alienis mobile lignum, νευροσπαστεῖσθαι, teres atque rotundus.

CAPVT XVIII.

In varios trahitur ſenſus ab hominibus eruditis quod ab Horatio ſcribitur, *Non habitu mutátue loco, peccátue ſupernè.* Nam illud peccare ſupernè in varias deducitur interpretationes: quæ fortaſſe & vna creſcent, ſi quis noſtram fortè aliquo in numero habere dignabitur. hîc ergo peccare ſupernè dicitur, qui quòd inſignis aut nobilis aut dignitate præditus eſt, in ſublimi eminet, vt proinde eius flagitia nullo modo latere poſſint, cùm in ſpecula quadam conſtitutus alta & ardua, vt è ſuperiore loco, ita ex ea peccet, vt eius probra omnibus pateāt. Nam de eo loquitur, qui proiectis inſignibus & annulo equeſtri & toga, è iudice ſelecto, dum libidini laceruatus ſeruit, ſe abijcit infra libertinos damas. mulieris autem vt vulgaris aut libertinæ aut plebeiæ & vilis, minus notum eſt & peruulgatum opprobrium. In eodem ſermone verbum Græcum elegantiſſima circuitione expreſſum animaduertiſſe videor, *Duceris vt neruis alienis mobile lignum.* Id enim Græci dicũt νευροσπαστεῖσθαι. Vt, inquit, fidiculis neuroſpaſta mouentur, ſic tua libidine, vt neruia aut fidicula traheris. Verbũ autem illud Græcum in ea re frequenter vſurpabatur à philoſophis, præſertim Stoicis. Antoninus Imperator de vita ſua, ὅτι κρεῖττόν τι καὶ δαιμονιώτερον ἔχεις ἐν σαυτῷ τῶν τὰ πάθη ποιούντων, καὶ καθάπαξ τῶν

Horat. lib. 2. ſat. 7. *Horat. lib. 2. ſat. 7.* *Ant. Imper. de vita ſua.*

νευροσπα-

Simplicius in Epictetum. Horat. lib. 2. sat. 7.

νευρωσπαστούντων σε. & Simplicius in Epictetũ, ὅταν μὲν ἑαυτὴν ἐνδῷ τοῖς σώμασι, καὶ τοῖς ἀλόγοις καὶ τοῖς σωματικοῖς κινήμασι, καὶ αὐτὴ νευροσπαστεῖται καὶ ὠθεῖται. Quid quod, *In ſe totus teres atque rotundus*, eſt totus in ſe conuerſus & ex ſe pendens, non è fortuna, nec foras ſpectans & vergens? Nam figura rotunda in ſe tota collecta eſt, nihilque in ea angulis eminet, quod fortunæ & iniuriæ ſit obnoxium, & in quo quicquam externum hærere poſſit, in læui & conglobata conuexitate. quiddam autem tale etiam per parodiam ex Empedocle ſcripſit Antoninus ποιήσεις τε σαυτὸν οἷος ὁ ἐμπεδόκλειος σφαῖρος, κυκλοτερὴς δίνῃ περιηγεῖ γαίων. Hoc quidem, etſi ex adytis non fuit & penetralibus eruendum, tamen vel vt noſtram de eo aperiremus ſententiam, vel vt hoc caput extenderemus, curtum futurum, adſcripſimus: quod ſi cui non placet, vel è ſuo codice deleat, vel in nos iram erumpat, qui aliorum incommodo & malo verboſi ſumus, dum capita producere malumus, quàm tempeſtiuè tacere.

Anto. Imper. In vita ſua.

Ex Horatio, aut erit, aut non, ante larem guſtare, Quinte puta aut Publi, prænomine & cognomine ſalutare, Pingui tentus omaſo, apud Horat. CAPVT XIX.

O *Laertiade quicquid dicam, aut erit aut non,*

Horat. lib. 2. ſaty. 5.

Ita apud Horatium vulgo accipi video, quaſi vates illudantur: Sed, niſi fallor, ſtultiſſimus eſſet Tireſias, ſi vltro ſibi fidem detraheret. Potius opiner eum dicere, ſe non eſſe alijs vatibus ſimilem, qui diuinorum nomen ementiuntur, hominesque fallunt: idcircoque ambagibus, ne in mendacio deprehendantur, ſua reſponſa inuoluunt, & draconem neſcio quem, vel aquilam ænigmate inexplicabili loquuntur, nec res ſuis appellant nominibus: quod ſe contra facturum Tireſias pollicetur, ſeque ſine figura & anfractu locuturum, id quod erit aut non erit, cùm & ſibi ab Apolline diuinandi ars data ſit, quæ vulgaribus iſtis non ſit tributa vatibus. Proinde apertè & ſine vlla figura captatoris Naſicæ & Corani nomen elocutus eſt: nec Naſica aut Coranus aliud quidquam, quàm quod recto nudoque ſermone ſonant, ſignificant. In eodem ſermone,

Horat. eod. lib. 2. & ſat.

Ante larem guſtet venerabilior lare diues,

ex antiquorum pietate ſuperſtitioſa dictum eſt, qui vt de cœna lari libare ſolebant, ita & fructuum primitias ei ſacrabant libabantque. *Quinte puta* aut *Publi*: quod Horatius ait, expreſſit mores Romanorum, qui cùm aliquem honorificè, vt liberum aut ingenuum appellabant, prænomine ſalutabant. Nam ſalutare cognomine familiaris erat, vt apud Ciceronem *Cæſar Pulchro*: & Polybius in hiſtoria ſemper ſuperiorem Africanum honoris

Horat. lib. 2 ſaty. 5. Cic. in epiſt. Polybius. Perſius ſat. 5.

noris credo gratia, Publium appellat, & apud Perſium ſcribitur ſalsè &
venuſtè. *Marco ſpondente,recuſas,* &c, *—has ſigna Marce tabellas,* Perſius ſat.5.
&c, *Ingentes trepidare Titos*: & quaſi dignitas ingenuorum in prænomine Perſius ſat.1.
tota poſita ſit,quo ſerui carebant,ſcribit idem, Perſius ſat.5.

Verterit hunc dominus,momento temporis exit
Marcus Dama.

Poteſt tamen & in eo interdum quiddam familiaritatis latere. At verò, *—Seu pingui tentus omaſo,* ad contemptum dicitur de eo,qui obſonijs ſe ſaturat vilibus,vt alio loco, *—Tabulas cœnabat omaſi.* Qui autem è Romanis teſtamenta faciebant, tabulas, his quos vel legato vel parte hæreditatis proſequebantur, interdum oſtendebant, vt poſtea obſignatas reponerent, nec niſi ipſis mortuis aperirentur: quibus autem oſtendebantur, inſpicere abnuebant & recuſabant,ne hæredipetæ & captatores viderentur. Horatius tamen monet oculis limis primæ ceræ ſecundum verſum ſaltem percurrat captator, ne illudatur vana ſpe. nam qui teſtantur & vltro inſpectandas offerunt tabulas, cùm putent negaturum,recuſaturumque inſpicere verecũdè captatorem,cui ſimulant ſe aliquid reliquiſſe,vana ſpe lactant,nihilque interdum relinquunt: quod deprehenſum in Naſica eſt,cui impudenter captanti tabulas teſtamenti ſui Coranus gener oſtendit, legereque ſæpius renuentem, tandem coëgit: qui intellexit nil ſibi legatum, ſed fruſtra ſibi eueniſſe captatorias artes. Ne igitur qui in teſtamento aliquid ſibi relictum credit fallatur, vt Naſica,obliquo oculo celeriter rapiat quid ſcriptum ſit in prima cera,ne ludibrio habeatur.

Horat.lib.2. ſaty.5. — Horat.lib.1. epiſt.15. — Horat. lib.2. ſat.5.

Auctorati,auctoramentum,auctorare,apud Horatium auctoratus eas, Gladiatoria lex & cautio,gladiatorium ſacramentum.

CAPVT XX.

IN apocolocynthoſi à Seneca luditur, *& proximo munere inter nouos auctoratos ferulis vapulare placet.* In quo ambigitur à noſtris literatis, qui ſint auctorati: quòd ſi in eorum tanquam ſenatulo dicendæ ſententiæ mihi ius eſt, eos exiſtimo qui ſuam ad gladium operam mercede locarant, & qui ſe ludo gladiatorio ad depugnandum mercede addixerant: quòd & à veteribus grammaticis in Horatium ſcriptum eſſe recordor, vt Helenio Acrone & Porphyrione,qui tradunt eos,qui ſe vendunt ludo auctoratos appellari, quæ quidem ſignificatio belliſſimè conuenit Senecæ loco. Nam & auctoramentum merces eſt,vt apud Paterculum, *In ea iugulati ciuis Reip. conſtitueretur auctoramentum,* Id eſt cõſtitueretur merces,& præmium ei, qui proſcriptum trucidaret. Iterum *auctoramentóque funebri ad* conſerua-

Senec. de morte Claud.Cæſ. — Horat. interp. in ſat.7. lib.2. — Patercu.poſteriore volum. — Patercul. ibid.

conſeruatoris quondam Reip. tantique Coſ. irritando necem. Hîc auctoramentum funebre propoſitum præmium funeſtum ſignificat ei, qui Ciceronem iugularet: & auctorare pro præmium mercedemque ſibi quærere idem vſurpauit, vt de Perpẽna Sertorij interfectore: *Romaniſq; certam victoriam, partibus ſuis excidium, ſibi turpiſsimam mortem peſsimo auctorauit facinore.* Id eſt, mortem veluti mercedem ſibi quæſiuit & arceſſiuit vt debitam. Auctorati quoque dicuntur milites & exauctorati, illi ſacramento militiæ, & ſtipendio obligati, hi tanquam ære diruti & ſacramento ſoluti. quin & auctoramentum etiam in artibus mercenarijs & opificijs obligatio quædam eſt interpoſita mercede contracta. inquit enim Tullius, *Merces ipſa in mercenarijs auctoramentum eſt ſeruitutis.* His ita explanatis, quod in Horatio ſalebroſum eſt, & interpunctionibus librariorum tenebroſum, æquatum ad planitiem reddetur, & diſtinctione commoda internotatum lucem accipiet. Nam ſic vulgo diſtingunt.

Patercul. ibid. — *Cic. lib. 1. de offic.* — *Horat. lib. 2. ſaty. 7.*

Quid refert vri virgis ferróque necari?
Auctoratus eas, an turpi clauſus in arca,
Quo te demiſit peccati conſcia herilis.
Contractum genibus tangas caput?

Ego ſic interpuncta collocanda contendo, *quid refert vri virgis ferróque necari auctoratus eas?* Hoc ſenſu, quid refert vtrum te ludo gladiatorio obligaris & vendideris hac lege, vt ius ſit te virgis cædere & ferro interficere? Conſtrui enim ſic debet, *auctoratus eas vri.* Etiam grammatici veteres poſt *vri* diſtinxiſſe videntur, & coniunxiſſe duo ſequentia, *Virgis ferróque necari.* Legem enim Gladiatoriam & cautionem fuiſſe referunt, vt vrerentur, virgis ſecarentur, ferro necarentur. Hunc Horatij locum adſcripſi, vt ſenſum elegantem incuria ſcripturæ conturbatum atque confuſum digererem atque ordinarem. Concipitur & apud Petronium iuriſiurandi formula, huic, quam grammatici narrant, perſimilis, & ad Horatianam legem compoſita, quæ & gladiatorium ſacramentum quale fuerit oſtendit. *In verba Eumolpi ſacramentum iurauimus vri, vinciri, verberari, ferróque necari, & quicquid aliud Eumolpus iuſsiſſet, tanquam legitimi gladiatores domino corpora animóſque religioſiſsimè addicimus.* Scribendum tamen potius in Petronio videtur *virgis ferróque necari.* Hæc ego è Petronio Memmij V.C, deſcripſi, quem domi ſub ſera & clauſtro habet, ne quem foris obſcænus & laſciuus ſcriptor impura ſua petulantia contaminet.

Petron. arbit.

Apud Maronem, Triton exterret freta; Xanthum reddere & Simoenta, Mantua diues auis, dixerat ille aliquid magnum, reducta haſta. CAPVT XXI.

POETICAM

POETICAM sæpenumero credidi, vt Grammatici loquuntur, esse Phantasiam, cùm à Marone cantatur,

Hunc vehit immanis Triton, & cærula concha Virg.10.æneid.
Exterrens freta.

Sensum enim mari rei surdæ & inanimæ tribui Poëtarum iure credebam, quasi tam ingens Tritonis esset buccinantis sonus, vt maria terrefacere videretur: nunc in alia sum sententia, existimoque id ex opinione veterum & religione interpretandum, credentium buccinatorem Neptuni Tritonem canoro immanique tubæ clangore solitum aquas increpare, & tãquam auritas, vt audacter & poëticè loquar, vocare, quæ & imperio solitæ sint parere. Itaq; in carmine Æneo ex ea persuasione scriptum est.

Nam veluti resonante diu Tritone canoro
Pellit opes collectus aquæ, victúsque mouetur Virg.in Aetna
Spiritus, vt longas emugit buccina voces.

& in Metamorphosi,

Cæruleum Tritona vocat, conchâque sonanti Ouid.lib.1. Metam.
Inspirare iubet, fluctúsque & flumina signo
Iam reuocare dato. Præterea ex eodem decimo edisseremus id quod ambiguum visum esse intelligo antiquis criticis.

—Xanthum & Simoenta
Redde oro miseris, iterúmque reuoluere casus Virg.10.æneid.
Da pater Iliacos. Puto enim sedes certas coloniámque peti, quæ antiquæ patriæ effigiem, imaginemque habeat, vt ex locorum, portarum, fluuiorum admonitione idem nomen habentium, veniat in mentem colonis antiquæ patriæ excidijque Troiani & belli. Xanthus enim & Simois ad quos bellatum est, & Troia vetustæ Troiæ simulata, in memoriam redigent eis belli Iliaci conditionem atque fortunam. etiam in recessu sensum occultat istud,

—Tum libera fatis,
Classem conscendit iussis gens Lydia diuûm. Virg.10.æneid.

Ego autem auguror significari liberè licuisse militatum ire Etruscis nihil refragantibus fatis, cùm Æneæ externo duci commissi essent: nam duce Etrusco ne militarent in Mezentium, vatum effatis antè moniti fuerant. Quinetiam *Mantua diues auis* dicitur, quòd olim potens fuerit ea vrbs, cùm Virgilij ætate plurimum amisisset de antiqua dignitate & pristina Virg.10. æneid. magnitudine, essetque inferior multis Etrurię vrbibus, quæ iuuene etiam Marone agri parte mulctata ob vicinitatem Cremonæ penè pessum ierat. In illo autem,

Dixerat ille aliquid magnum, vímque adfore verbo

Virg. 10. ænei. *Crediderat, cœlóque animum fortasse ferebat.* significat infestam fortasse fuisse ei Nemesim, aduersari solitam superbis, eiusq; insolentiam prouocasse deorum inuidiam, quę ei exitij causa fuerit & pestis. At verò illud, *—Ille reducta*

Virg. 10. ænei. *Loricam clipeiq́ue ingens onus impedit hasta.*

explico, hasta Æneæ transuerberatum fuisse clipeum, & ita penetratam loricam, vt in ea hæreret. Ita lorica & clipeus impediebatur. quod autem reducta ait, id nimirum facit, quia lacertos retro reducunt hastam mittere parantes.

Hydraulicorum explicatio apud Vitruuium, scalaris forma, modioli, ancones, delphini, ναῦς δελφινοφόρος, Pnigeus, pleuritides.

CAPVT XXII.

HYDRAVLICORVM instrumentorum comparatio & ratiocinatio operosi laboris est, & magnæ obscuritatis, si libros de ijs conscriptos, vt Vitruuij legas. Quod si ad obscuritatem accedat locorum, vt assolet, deprauatio: tum verò res desperata videtur, neque faciliùs intelligi quàm Sybilæ folium potest. Compacta apud Vitruuium basis est de materia, in

Vitru. lib. 10. cap. 13. qua ex ære fabricata arca collocatur: sed in Vitruuio pro *arca*, *ara* legen-

Vitru. ibidē. Hero. dum puto, cùm ab Herone βωμίσκος χάλκεος scribatur. Illa autem ara aquā continet, quæ hydraulico organo nomen dedit. Collocantur dextra & sinistra regulæ scalari forma, id est in scalarum formam inclinatæ, non autem in rectum statutæ. Id enim est, quod Heron scribit regulam, ad alteram quæ recta destituta sit, oportere χηλωνεύεσθαι, id est more celonij trāsuersam & deuexam sitam esse & collocatam. *Ærei modioli* sunt, quas He-

Vitru. ibidē. ron pyxides vocat. funduli modiolorum sunt ambulatiles, qui deduci & reduci, qui impelli & depelli possunt, cùm ancones eos interdum extollant, interdum deprimant. Ancones autem ferrei & anconisci (nam sic etiam Heron vocat) sunt in cubitum flexi è ferro stipites, vel stili, vel re-

Vitru. ibid. gulæ. *proximè in verticulis sunt ærei delphini*: ea pondera videntur delphini

Thucydid. forma ex ære, vt delphini in nauibus, vnde δελφινοφόρος ναῦς Thucydidi: &

Oppian. de piscatu lib. 4. apud Oppianum δελφῖνος μολύβδοιο κατ' στόμα δέξατο τέχνη. Nam delphinus suo pondere, cùm deducuntur funduli modiolorum deprimit cymbala, & ea in modiolos calcat, vt in libro vetere, quem Ioannes Furdinus amicus meus perdiligenter contulerat, scriptum erat: vel chalat, id est laxat. Lego igitur *delphini pendentia habent cathenis cymbala ex ære infra foramina calcata, vel chalata*, vt Budæus probat: antiquæ editiones, *infra foramina modiolorum celata* exhibent, quòd & veriùs censeo. Infra tamen scribitur,

tur, *Delphinique qui sunt in verticulis* (verticulis autem cum vectibus con- Vitru.lib.10. cap.13. iunguntur ancones) *Inclusi calcantes in eos cymbala*, Idque sincerum puto, quidam tamen chalantes scribunt me vehemẽter improbante; fiunt autem cymbala sua rotũditate & latitudine foraminum modiolorum opercula. Quod sequitur sic legendum crediderim. *Intra aram, quo loci aqua su-* Vitru.ibid. *stinetur, inest pnigeus, vt infundibulum inuersum.* eum sustinent taxilli, librãtque spatium imum inter ima labra pnigeos, id est furni & clibani, & ęre fundum. Sed & coagmentatam arulam quàm arculam malim, hoc solo adductus, quòd, vt suprà dixi, βωμίσκος ab Herone dicitur. ergo super inuersi pnigeos ceruiculam coagmentata est arula, ibique ponitur canon musicus, id est regula transuersa, in cuius longitudine sunt canales, foraminaque habet in transuerso respondẽtia naribus quæ sunt in tabula. Le- Vitru.ibid. go autem *epitonia sunt inclusa manubrijs ferreis collocata; quæ manubria cùm torquentur, ex ara patefaciunt.* regulæ autem quæ propelluntur & reducuntur, itaque & reditu suo alias obturant, alias aperiunt foramina organorum, id est tibiarum, quæ in hydraula sunt, mouentur pinnis musici manu tactis: vocantur autem regulæ illæ pleuritides, id est laterales: in antiquissimis tamen editionibus plinthides reperio, id est laterculares. *hæ regulæ habent ferrea choragia*, libẽtissimè legerem, *cnodacia* quibus regulæ & pinnæ retinaculis coniungantur atque teneantur. *è modiolis autem, sunt fistulæ continenter coniunctæ ligneis ceruicibus*: cùm fistulæ hoc loco sint σωλῆνες, id Vitru.ibid. est canales, non dubito quin pro ligneis sit legendum *pnigeis*, quod & ceruicis nomen satis indicat: quanquam paulò antè ceruiculam diminutiuè extulit: sed & infra similis occalluit error, *per quas in lignea concurrit*, cùm etiam in *pnigea*, nisi malus sum coniector, legendum sit. sed hæc tota de- Vitru.ibid. scriptio, nisi subiecto sub oculos exemplari vix intelligi potest.

Violans, Iantis, ἴον, Hyantes Bœotiæ populi, Hyantea aqua, Horæum, Vacuna, stolo, Lucumo, platessæ.

CAPVT XXIII.

TERENTIANVS Maurus scribit, quem Iolaum Græci vocant, eum Terentianus. Violantem à Cicerone vocatum esse, hoc versu, *Et iolaus ille, violans, crede, M. Tullio*: huius auctoritate adductus, haud dubitem affirmare, quam Iantida nympham Martialis stellæ nupsisse dixit, eam esse vxorem eius Papin.lib.1. Violantillam (eius certè, & Stellę nuptiale carmen Papinius canit) quę syluarum. nymphę persona poëtico integumẽto inuolucroque velata dissimulatur Mart.lib.6. à Martiale, qui *Perpetuam* (inquit) *Stellæ dum iungit Iantida vati* epig.21.

Læta Venus dixit, plus dare non potui. Mart.lib.6. epig.47.

 Iterum,

Iterum, *Nympha mei Stellæ, quæ fonte domestica puro*
Laberis, & domini gemmea tecta subis.

A quam enim Stellæ tecta subeuntem iantida appellarunt Græco verbo, quod violantillam exprimeret, cùm sit, ἴον, viola: fuerunt & hyantes populi Bœotiæ, vnde & hyanteam aquam alicubi, pro Hippocrene legisse me recordor, sed, cùm vt sæpe testor, nos errones in diuersa rapiat diuersoria quidam animi impetus, & in varios portus æstus appellat, nunc alio feremur. Cùm igitur in Plinio scribitur, *Tritum pelamidum generis magni, ex eo vrea cybia fiunt*: Legendum arbitror ex Athenæo horæa cybia fiunt, Horæum enim vocabatur genus salsamenti è pelamide, vt Athenæus refert; horæa autem vocantur non à tempestiuitate, vt quibusdam placere video primariæ eruditionis hominibus, sed à veris tempore, quòd tum salsamentum istud fieret, cuius & mentio est apud Plautum in captiuis, *horæum, scombrum, trygona*. Vacuna antiquorum obsoletum & ridiculum numen non videtur tantum fuisse vacantium & otiosorum dea, sed etiam eorum qui vel crimine, vel calumnia, contumelia denique & maledicto vacui reddebantur: Eam facio coniecturam ex eo, quod Ausonius scribit,

(Plin. li. 32. c. 11. — Athen. li. 3. dipnc. cap. 19. — Plaut. Captiu. Sc. Iupiter supreme. — Auson. epi. 21.)

Totam trado tibi simul Vacunam,
Nec iam post metues vbique dictum.

Id est, vacuum te iubeo esse, liberum & immunem ab omni dicto & cõtumelia. in illa autem eadem Ausonij epistola, quod non temerè quisquam alibi vspiam legisse se liquido adiurauerit, stolo pro stolido vsurpatur: & certè à stolone stolidi nomen ortum esse videtur, vltroque originem profitetur suam. *sed iam non potes ô stolo doceri*: nisi si quis pro veteri & antiquo, & sene positum putet, adiũcta tamen etiam significatione stoliditatis & stultitiæ. Illic etiam lucumo stultus & furiosus est: *Anticyrámque bibas Samij lucumonis acumen*. Nam insani se purgabant helleboro. Hæc vox à Pompeio etiam obseruata est. ait enim, *Lucomenes quidam homines ob insaniam dicti, quòd loca, ad quæ venissent, infesta facerent*. Elegati verò pisces qui sint illa in epistola nescio: sed ferè suspicer *elacati* scribendum, vel vt apud Columellam, *elacatæ*. *Tum scombri*, inquit, *Carchariæque, & elacatæ ventriculos*. vocatur & auctore Festo, elacatena. versus Ausonij est, *Vrentes thynni & male spina tecti elegati*. mox etiam scribens, *Carrocho læthalísque trygon moléśque platessæ*, nomine platessarum latos intelligit pisces, passeres & rombos: *carrocho* qui sit, nescio, nisi *carchara*, pro carcharias legatur: quanquam mutare non ausim.

(Auson. ead. ep. 21. — Auson ibid. — Fest. lib. 10. in litera l. — Auson. epi. 21. — Columel. li. 8. cap. 17. — Fest. lib. 5. in litera c. — Auson. ead. epist. 21.)

Magni amici, magnus dies, magnæ animæ, Horatius duobus locis explicatur, quales animæ, quale perunctum nardo.

CAPVT XXIIII.

VETERIBVS magni erant amici homines potentes, qui ab inferioribus, vt clientibus patroni, obſeruantia omni & officio neceſſitudinis & obſequij colebantur. Curius ad Ciceronem, *ſed amice magne noli hanc epiſtolam Attico oſtendere,* Iuuenalis *—calcas*

Cic. lib 7. epi. famil. epi. 30.
Iuuena. ſat. 6.

Coniugis vrinam magnos viſurus amicos:

Id eſt, dum ſalutatum is homines potentes. Tacitus, magnum diem, fœliciſſimæ & lætiſſimæ victoriæ diem, quo bellum erit totum confectum nullis ſuperſtitibus eius reliquijs appellat. *Tranſigite,* inquit, *cum expeditionibus. Imponite quinquaginta annis magnum diem.* appellat diem & magnas animas, excellentium & præſtantium virorum animos & manes, cùm ita ſcribit, *ſi, vt ſapientibus placet, non cum corpore extinguuntur magnæ animæ.* atque, vt quemadmodum in prouerbio eſt, linum lino nectam, vbi animas pro hominibus poſuit Horatius, genere dicēdi cùm vſus ſit, quod concoquere literatorum quorundam ſtomachus non poteſt, id explicare conabor, hominesque his velut plagis, aut caſſibus implicatos liberare: ſed eius verba proponenda ſunt. *Occurrunt animæ, quales, neque candidiores Terra tulit, neque quis me ſit deuinctior alter.* extat etiamnum, & locus gem inæ ſimilitudinis in Epodis. *Nardo perunctum, quale non perfectius Meæ laborarunt manus.* Ego ne diutius teneam lectorem, ſi quis modo ad hæc oculum adijcere dignabitur, arbitror illud *quale* valere cuiuſmodi, cuius generis: vt dicat, eo delibutum vnguento Nardino, cuius generis, nunquam ipſa melius perfectiusq; elaborauerit. vt quidem, & indigniſſimum ſit, Varum eius vnguentis perfuſum circum aliarum amicarum hoſtia vagari ipſa contempta. Sic & homines dicit, cuius generis non ſint cādidiores neque meliores: erant enim docti, qui plerumque inter ſe inuidere & liuere ſolent: neque ſemper literis mores reſpondent. Perfuſus igitur ille tali erat vnguento, quale eiuſdem generis nunquam melius eo fecerat: & illæ tales erant animæ, quales, id eſt, cuiuſmodi nunquam terra candidiores his tulerat. Scio viſum iri interpretatiūculam hanc paulò coactiorem, ſed quo te pacto hinc extrices, niſi ita accipias, non video. Nam quale pro quali reddere, & quales pro qualibus, id verò ſit ſtribiliginem flagitioſam accuratiſſimo, & diligentiſſimo poëtæ attribuere, & cum hominum ludibrio exponere, qui ſe cenſorem alias acrem & aliorum venuſtum deriſorem libenter præſtare ſoleat. Quare ab auctoritate grammatici primarij Priſciani diſcedere malo, & vtcunque poſſum dictionum ordinem conſeruare, quàm in nobili poëta tam fœdam culpam hærere confiteri: vidi & qui per admirationem *animæ quales!* legeret.

Tacitus in vit. Iul. Agric.
Tacit. in vita Iulij Agricolæ.
Horat. lib. 1. ſat. 5.
Horat. epod. od. 5.
Priſcian. li. 17. de conſtructio.
Horat. lib. 1. ſaty. 5.

Libratores, colligere & protendere haſtam, oraculo vti, χρῆσθαι *occanere, auctores rerum, viginti viri.* CAPVT XXV.

NON quadrantaria,nec diobolaris, nec in quadriuijs vfitata eft, qua-
rundam vocum elegantia pullatæ ignotarum turbæ: vt libratores funt
Tacitus li. 2. apud Tacitum, non qui in hoftem miffilia vibrant mittúntue manu, fed
qui è tormentis excutiunt. fubfcribam eius verba, *remotífque paulatim le-*
gionibus, funditores, libratoréfque excutere tela, & proturbare hoftem iubet: 5
miffæ è tormentis haftæ. Colligere apud eundem haftam, eft haftam redu-
cere, quam antè protenderas, vt hoftem ferires: atque hæc contraria funt
Tacitus lib. 2. protendere & colligere haftam: fic enim fcribit, *cùm ingens multitudo ar-*
ctis locis prælongas haftas non protenderet, non colligeret. Dixit & Græcorum
more vti oraculo, pro oraculum confulere. illi enim dicunt, χρῆσθαι, ac mi- 1
hi videtur exoticum illum Græcorum fermonem imitari voluiffe, noui-
Tacitus lib. 2. tatis aucupio gratiam elocutioni quærens. Sic enim fcribit, *Appellítque*
Colophona, vt Clarij Apollinis oraculo vteretur. Nec verò folum nouator eft
hiftoricus ille, fed verborum antiquorum & propè obfoletorum reuoca-
tor atque renouator: vt qui occanere, quàm occinere malit dicere: fic 1
Tacitus lib. 2. enim loquitur. *Tum Sentius occanere cornua tubáfque, & peti aggerem, erigi*
Salluft. li. 1. hi- *fcalas iuffit.* Id autem æmulatione & ftudio Salluftij facit, quem præcipuè
ftoriarũ. apud videtur rerum fcriptorem coluiffe. Nam referente Prifciano ita fcripfit
Prifc. lib. 10. Salluftius, *iuffu Metelli cornicines occanuere*: fic enim loqui, quàm occinue-
re maluit. Is tamen ab exemplari videtur difceffiffe, cùm auctorem rerum 2
hiftoriæ fcriptorem vocauit, qui Salluftio eft rerum adminiftrator ge-
ftorque, vt Imperator qui bella gerit. Nam ita Tacitus fcribit, *matrem*
Tacit. lib. 3. *Antoniam, non apud auctores rerum, non diurna actorum fcriptura reperio vllo*
Salluft. in Cat. *infigni officio functam*: at Salluftius aliter in Catilinario vfurpat, ita fcribẽs,
ac mihi quidem, tametfi haudquaquam par gloria fequatur fcriptorem & au- 2
ctorem rerum. Nam Imperatorum maiorem effe gloriam intelligit, quàm
hiftoriæ fcriptorum: nifi fi quis putet eundem effe & fcriptorem & au-
ctorem rerum in Salluftio, verborum quadam congeminatione eundem
fenfum exprimẽtium: itáque intellexiffe in eo Tacitum autumet. fed fiue
ita quis ipfe putet, fiue cenfeat Tacitũ cenfuiffe, ego in alia fum fententia, 3
Tacitus lib. 3. difcedóque in alia omnia. Scribitur & ab eodem, *vtque munere capeffendo*
vigintiviratus folueretur. Viginti autẽ viri erant, vt hoc declaretur, Trium-
viri capitales, Triumuiri monetales, & Quatuor viri curatores viarum
vrbis, & Decemuiri, qui haftam centumuiralem cogebant. Dio. lib. 53.
Dio. lib. 53. huius rei auctor eft, cuius auctoritate & fiducia freti, hoc de viginti viris 3
affirmare non temerè, credo, tutoque poffumus.

Sinus in vefte. CAPVT XXVI.

Suet. in Iul. Cæfar. ca. 82. SIC à Tranquillo in referenda nece Cæfaris fcribitur, *Toga caput ob-*

uoluit,

uoluit, ſimul ſiniſtra manu ſinum ad ima crura deduxit: quibus in verbis, quid ſinus ſit quærendum eſt. Sic enim pars quędam veſtimenti videtur appellata fuiſſe, quod ſi ignoretur, neceſſe eſt animus quoque hallucinetur, & erret, & iſta ita legat, vt non intelligat. videtur igitur fuiſſe pars quædã laxior, & tanquã excurrẽs in dextra lacinia veſtis, vt cùm corpus toga amictum inuolutũq; eſſet, à dextra in ſiniſtrum humerum reijceretur, & è ſiniſtro humero in brachium plerunque deſcenderet, aut ſtatim principio brachio ſiniſtro exciperetur, aut ipſum inuolueret. tum enim ſic ſibi togã inijciebant, vt & in humerum ſiniſtrum ſibi ſinum reijcerent: quem Iulius Cæſar cùm ſibi moriendum videret, ne quid è corpore renudaretur inhoneſtè, deduxit ad crura ſiniſtra manu, qua eum fortaſſe tum gerebat. id autem quod diximus eſſe ſinum, oſtendamus è Quintiliano, cuius hæc Quint. lib. 11. verba ſunt è libro vndecimo, *Illud verò non ferendum, quod quidam reiecta* cap. 3. *in humerum toga, cùm dextra ſinum vſque ad lumbos reduxerunt.* hîc Quintilianus eos improbat, qui ad lumbos vſque ſinum reducunt reiecta in humeros illa parte togæ. Nam non debet tam altè deſcendere ſinus, neque tam deprimi, vt ad lumbos detrahatur. Iterum, *Nam veteribus nulli ſinus,* Quintil. lib. 11. *perquàm breues poſt illos fuerunt:* de veterum togis loquitur, quæ eam non cap. 3. habebant laxitatem vltra humeros expatiantem. Rurſus, *procedente verò* Quintil. lib. 11. *actu, iam penè ab initio narrationis ſinus ab humero rectè velut ſponte delabitur:* cap. 3. *& cùm ad argumenta & locos ventum eſt, reijcere à ſiniſtro togam, deijcere etiam ſi hæreat, ſinum, conueniet.* Rurſum, *dextra, cùm iam incipiẽdum erit, paulum prolata vltra ſinum, geſtu quam modeſtiſſimo.* Quintil. ibid. hîc ſinum vocat quicquid veſtis ante pectus natat, brachioque vel humero innatat. Nam vltra eum ſinum humero & brachio læuo iniectum, paulum proferenda dextra eſt. Rurſum, *ſinum verò in dextrum humerum ab imo reijcere, ſolutum ac delicatum.* Quintil. ibid. Romanorum moribus erat ſoluti & delitijs diffluentis ſinum, qui in ſiniſtrum humerum reijci ſolebat, in dextrum reijcere. Eſt & ſinus quæcunque veſtis laxitas, hæc & dilucidam quandam perſpicuitatem Fabio afferunt, & clariſſimam lucem Tranquillum legentibus oſtendunt, veluti è Pharo nauigijs ad curſus dirigendos ignes nocturni.

Pallium, palliati, Sagum, ſagati, Togati, Serui peculiares, pecora ſacra, ζῶα ἄφετα, teſtatio, conſignatio, Nouius quæſtor.

CAPVT XXVII.

TRANQVILLVS Iulium Cæſarem *duobus aſſiduè triclinijs per prouin-* Suet. in Iul. *cias epulatum* ſcribit, *vno quo ſagati palliatique, altero quo togati cum illuſtrio-* Cæſ. cap. 48. *ribus prouinciarum diſcumberent.* hîc quos ſagatos vocet quæritur. Nam pal-

liati iuris controuersi non sunt, cùm constet pallium habitum Græcorum fuisse: igitur vt palliatos Græcos intelligimus, sic sagatos Gallos libentissimè intellexerim. sagum enim Gallorum vestis erat. Strabo, σαγηφοροῦσι δὲ καὶ κομοτροφοῦσι: sic & togatos pro Romanis posuit, è vestitu gentem indicans. Et quòd asperior esset sagorum lana crassiorque, eoque pinguior & inornatior vestitus, Martialis scripsit,

Strabo lib. 4. Geograph.

Vis te purpureum Marce sagatus amem?

Mart. li. 6. epigram. 11.

Idem Cæsarem ait *seruos peculiares* præposuisse monetæ, publicisque vectigalibus: vbi peculiares seruos, seruos Cæsaris proprios intelligit (nam & serui erant publici) hoc autem ipso multorum offensionem contraxit Cæsar, quòd monetæ, cui triumuiri monetales præerant, seruos suos præfecerat, & vectigalibus pro publicanis & mancipibus. Superlationis esse putatur poëticæ, & extra veritatem longo tractu spatioque excurrẽtis iumẽtis lachrymas tribuere, quod Homerus facit, & æmulus eius Virgilius,

Suet. in Iul. Cæsar. ca. 76.

—Positis insignibus Æthon

It lachrymans guttísque irrorat grandibus ora.

Virg. 11. æneid.

Id tamen in historia scribit Tranquillus mendacis opinionem æquè formidans, ac impostoris & plani. Nam ita scribit, *equorum greges, quos in flumine Rubicone traijciendo consecrarat, ac vagos sine custode dimiserat, comperit pertinacißimè pabulo abstinere, vbertímque flere*. Atque, vt hoc non intactum relinquatur, è veterum religione id dixit Tranquillus, equos consecratos vagos esse dimissos: quæ enim animalia sacrabant dijs, ea è manu dimittebant, mancipioque suo abiudicabant, ac ea suo iuri libertatique reddebant, quæ & ζῶα ἄφετα à Græcis ideo vocabãtur. equos etiam consecratos Mineruæ puto fuisse quatuor illos lib. 3. Æneid. niuali candore currum velut quadrijugum Mineruæ aliquando subituros, aut etiam simulantes. Inquit enim,

Suet. in Iul. Cæsar. ca. 81.

Virg lib. 3. Aeneid.

Quatuor hîc primum omen equos in gramine vidi,

Tondentes campum latè candore niuali. Ait rursum Tranquillus,

Cùm quid per iocum testandi gratia signarent.

Virg. 3. Aneı.

Testationes hîc intelligit, quæ erant quædam præscriptiones & tabulæ testificandi gratia factæ & obsignatæ. Quintilianus, *Itaque eum nec inutilem, si ad horam forte constiterit, nec in testationibus faciendis esse imperitum velim*. Cicero pro Quintio, *Testificantur isti Pub. Quintium non stitisse, & se stitisse: tabulæ maximæ signis hominum nobilium consignantur*. Consignationes etiam vocasse videtur Fabius. *promittit enim*, inquit, *litigator omnia, testem, populum, paratißimas consignationes*. Nouius autem quæstor apud eundem, non est qui pecuniam publicam tractat, sed qui iudicium publicum exercet, & quæsitor sæpius dicitur, apud quem nominari maiorem potestatem,

Suet. in Iul. Cæsar. ca. 20.

Quint. lib. 12. cap. 3.

Cic. pro Quintio.

Quintil. lib. 11. cap. 8.

Suet. in Iul. Cæs. cap. 17.

potestatem, vt prætorem (id enim est compellari maiorem potestatem) non oportuit.

Ora commentari, absque te esset, panicula tectoria, latera lorea, os columnatum, poëta barbarus, lex barbarica.

CAPVT XXVIII.

HAVD nihil est interdum genera dicendi verbis elata non obscuris, sed de medio sumptis, explicare: quin ea interdum plus negotij nobis exhibent, quàm reconditæ voces, & ex vltima repetitæ origine linguæ Latinæ. Id adeò mihi venit in mentem, ex eo quòd Plautus scribit in Menæchmis his verbis, *Nimis autem bene ora commentaui, atque ex mea sententia.* Ex quibus non ita procliuè est sensum elegantem elicere, mihi saltem, qui in his diutiùs hæsi, dum sententiam indago. Puto autem ad eos qui fingunt comicum respexisse, qui cùm os alicuius statuæ, ita vt volunt adfabre & graphicè expresserunt lineamentis omnibus emendatissimis, gaudent: quod quidem se fecisse dicit Messenio, contuso pugnis ore, & in aliam formam mutato eorum, qui Menæchmum comprehenderant. sese enim dicit pulchrè ora velut statuarum commentatum esse. Sic Amphitruone,

Alia forma esse oportet, quem tu pugno legeris.
So. *Illic homo me interpolabit, meúmque os finget denuò.*

Mox autem in Menæchmis lego. *Nam absque te esset, hodie nunquam ad solem occasum viuerem*: loquutio enim antiqua est, eáque perelegans, qua & Terentium vsum obseruaui in Phor. *Nam absque te esset, rectè ego mihi vidissem.* In milite autem gloriosô, quódnam est paniculum tectorium? ego paniculam potius tectoriam legerim: vt paniculæ leuissimæ arundinis, qua integi villaticę domus solent, intelligantur. Plinius de arundinibus, *Tegulo*, inquit, *earum domus suas Septētrionales populi operiunt.* nec multò post subijcit, *Cæterùm gracilitas nodis distincta, leui fastigio tenuatur in cacumina crassiore paniculæ coma, neque hæc superuacua.* scio equidē esse apud Plinium mentionem penicillorum tectoriorū, quibus in tectorio aliquid pingitur, sed non conuenire huic loco crediderim: sed & legendum mox suadet lex versus, *vnum epityrum apud illum esuriens insane edam*, vt enim versus hodie legitur perturbatis numeris, ad mensionem senarij non quadrat. Lego & mox, *Dum talem facies, qualem adhuc, assiduo edes*: hoc sensu, Dum talem me prędicabis, qualem adhuc prędicasti, tibi quòd comedas non deerit, semper enim te mea mensa communicabo. *Latera autem vestra lorea faciam*, quod senex dicit, significat se corium eorum verberibus conscissurum in lora. *Illud sis vide*, credo in eo poëta eáque fabula scribendum pro *illic sis vide*. quid si paulò ante legamus? *quo nemo nisi eapse inferret*

Plaut. Menæch. Sc. per ego vobis deos atque &c.
Plaut. Amphitruone Sc. Qui me alter est audacior. & cetera.
Plaut. Menæchmis Sc. Per ego vobis deos &c.
Terent. Phormio. act. 1. Sc 4.
Plaut. Milit. Sc. Curate vt splendor.
Plin. lib. 16. cap. 36.
Plin. ibid.
Plaut. Milit. Sc. Curate vt splendor.
Plaut. Milite. ibid.
Plaut. Milit. Sc. Ni hercle defregeritis talos.
Plaut. Milit. ead. Sc.
Plaut. Milit. Sc. Mihi ad enar.

Plaut. Milit. sc. Ni hercle defregeritis talos. *inferret pedem*: vt sit ea ipsa. Nam *ea se*, alienius aliquanto est, quod si quis probat, inferret subaudiendum erit. Illud verò ęnigmati persimile est. *Nam os columnatum poëtæ inesse audiui barbaro, cui bini custodes semper totis* Donat. in Terent. Phormiõ. *horis accubant*: quod & à Donato in Phormione citatur, non explicatur tamē: hoc autem cùm vt malum omen auerſetur senex, laboro vt credam de Nęuio ea dici, qui ob linguæ petulantiam in ciuitatis principes, in carcerem à triumviris coniectus fuerat, vbi & fabulas etiam duas Ariolum Gell. lib. 3. c. 3. & Leontem scripserat, vt Gellius refert. Sed is in scribendo commētandoque, solebat manum mento suffulcire velut columnam, vnde iocans columnatum eius os fuisse dicit: non enim putem columnatum dici, quòd vinculis de columna religatis, capitique annexis in carcere, adpositis Plaut. Asinar. in prolog. etiam binis per vices custodibus seruaretur. Poëta porrò barbarus, Latinus est: vt *Marcus vertit barbarè*, id est Latinè, & in eodem poëta, lex Plaut. Captiu. sc. Miser homo &c. barbarica, Romana est.

Deûm virtute, Fartores, Elephanti corio circuntegi, fictores, præcantatrix, coniectrix, patrica, patricè, sermones serere, amphora Nardini, capite sistere, casare, hama, pithecium spinturnicium, apud Plautum. CAPVT XXIX.

NEMO vt opinor, ita errores purgabit è Plautinis codicibus, vt non superſit aliorum industrię negotium: ac vellem mediusfidius qui eis emēdādis operā nauarunt, quibus in locis dubitarunt, nobis veterem scripturam repręsentassent, vt coniecturæ nostræ sagacitatē & ingenij vim experiremur. Nunc quia eam non retulerunt in codices suos, sed fiducia constitutæ à se scripturæ freti, exulem extorremque fugarunt, de mendo interdum suspectare libros, verùm emendare non possumus: quibus quidem in locis eam conseruarunt, aliquid non incommodè comminisci Plaut. Milit. sc. Ni hercle defregeritis talos. fortasse possumus: velut in Milite vbi scribitur, *Tibi ego dico, an heriatus nescis?* reponendum suspicamur, *Tibi ego dico, an heri ius nescis?* Hoc sensu, Nescis hero licere loris te cædere virgisque variare? Nisi quis *heriatus* pro herilibus imperijs accipiat, ea forma qua cēturiatus & decurionatus Plaut. Milit. ibidem. dicebant, sed heratus profectò dici deberet, vt dominatus, non heriatus. & heriatus quidem in libris dicunt veteribus extare, sed *aneuritatus* ex- Terent. Heaut-tont. act. 3. sc. 1. cudunt, quod non magis intelligimus, quàm magorum susurros. *Lucet hoc inquam*, valet, Dies iam lucet, cœlumque subauditur, vt apud Teren- Plaut. Milit. sc. Ni hercle. tium, *Lucescit hoc iam. Herus meus elephanti corio circuntectus est, non suo*: Sen- Plaut. Milit. ibid. sus est, Herus meus nihil sentit. nam cùm elephanti corium durissimum sit & crassissimū, proinde fit, vt elephanti minus sentiant. *Incipis, & magna*

munis

munis mœnia, in Plauto legendum prope affirmauerim. *Mirum est lolio victitare te tam vili tritico*, valet cùm tam vile sit triticum, vt, *pudere quam pigere præstat*, totidem literis, id est, cùm totidem sint literæ. formæ enim istæ loquendi absolutæ sunt sine participio. *Tamen deûm virtute transeuntem hospitio accipi apud me est comitas*, genus hoc orationis est, quo grati & memores dijs accepta bona sua ferebant, & se eorum ope beneficio & munere ea adeptos profitebantur: sic in Trinummo, *Deûm virtute dicam pater, & maiorum, & tua, Multa bona bene parta habemus. Da qui faciat, da qui condiat*, valet, Da mihi fartores, da coquum: fartor enim facit, coquus condit. Plautus, Truculento *sæpe de nostro edunt quod fartores faciunt*: nisi, *qui farciat*, legas. sunt & fictores qui liba operaque dulciaria faciunt. Ennius apud Var. *Libáque, fictores, argeos, & tutulatos*. Præcantatrix autem, ibi est mulier quæ cantionibus vtitur, id est carminibus & incantamentis, quibus plurimum superstitiosi veteres tribuebant: vt coniectrix, quæ interpretatur significationem somniorum: apparetque viros coniectoribus, mulieres coniectricibus vsas fuisse, ac sexibus officia artiũ distincta fuisse. *Tum patricam clemẽter non potest hinc quin munerem*: ferè existimauerim patriciam emendandum. plebeiæ enim mulieres patricijs mulieribus dona certis diebus missitabant, vt plebeij viris patricijs. Quanquam & patrica patricia erit, vnde & patricè pro magnificè & splendidè in Casina dixit, *atat cesso magnificè patricèque amicèque, ita hero meo ire auorsum. Quæ huius similes sermones serunt*, legendum censeo: atque hęc loquutio est vsitata Plauto, sermonem serere: & à serendo sermonem declinatum esse Varro censet. Sic & in Curculione dixit, *Quod quidem mihi pollutus virgis seruos sermonem serat? dimisit nardini amphoram cellarius*: vinum nardinum est, quod, vel nardo, vel vnguento nardino conditum est. veteres enim, vt Theophrastus auctor est, vnguentum miscebant vino, idque nonnulli in compotatione ipsa subito faciebant, alij autem iam ante sic medicatum & curatum habebant.

Huic illecebroso capite sistebas cadum.

Sistere capite, est capite præbere, & in caput inuergere, & inclinare cadum, cuius quidem caput illecebrosum erat, quod est ad potandum illiciebat. Est & capite sistere, in caput cadere: vt in Curculione, *Quin cadat, quin capite sistat. Non hercle tam istoc validè quassabunt cadi*: quia eos capite sistebam, non tam validè cadebant, quod fecissent, cùm sit illic lubricus locus. Itaque casare non quassare scripsisse comicum puto: vt & apud Var. ex antiquo poëta, *Risi egomet casabundum ire ebrium*: quod Varro à cadẽdo interpretatur. *Bacchabatur*, inquit, *auia, casabant cadi*, quid vetat emendare hama? quod vas aquarium est. Iuuenalis, *Dispositis prædiues hamis*,

Plaut. Milite. Sc. Nisi quidẽ ego hodie &c.
Plaut. Trinũ. Sc. Quo illic homo se penetrauit. &c.
Plaut. Milite Sc. Cohibete intra limen.
Plaut. Trinũ. Sc. Quo illic homo se &c.
Plaut. Milite. Sc. Cohibete intra limen.
Plaut. Trucul. Sc. ad foris auscultato.
Varr. lib. 4. de ling. Lat. c.
Plaut. Milit. Sc. Cohibete &c.
Plaut. Milit. Sc. ead.
Plaut. Casina. Sc. Vide fur vt sentis.
Plaut. Milit. Sc. Cohibete intra limen,
Var. lib. 5. de ling. Lat.
Plaut. Curcul. Sc. Placidè egredere.
Plaut. Milit. Sc. Quantas res.
Theophrastus.
Plaut. Milit. Sc. Quantas res turbo.
Plaut. Curcul. Sc. Date viam mihi.
Plaut. Milit Sc. Quantas res &c.
Varro.
Plaut. Milit. Sc. Quantas res Turbo.
Iuuen. sat. 4.

hamis, de homine dicit, incendium metuente, & vasa aquaria contra incendium parata habente. Hîc cùm inuerterentur cadi, & tota vinaria, magna erat aquæ copia opus, adeò, vt hamæ baccharentur. fortasse etiam vino implebantur. *Pithecium, hæc est præ illa, & spinturnicium*. fœdæ sunt simiæ, & spinturnix, incendiaria auis, deformis, & inauspicata. Inde per diminutionem, simiolam Greco verbo effinxit, & eius similitudine paruam spinturnicem, spinturnicium appellauit, quę forma etiam Grecanica est.

Plaut. Milite. Sc. volupe est quod agas.

Scaphium, insigne, corona plectilis, cœna viatica & aduentitia, præligatum pectus, Apollo vicinus, symbolum, domum cupiens, domuitio, impensius, vtrum velis licet, gymnasij præfectus, cincticulus, factiosus. CAPVT XXX.

Plaut. Bacchid. Sc. Quid si hoc potius.

PRO *galea scaphium, pro insigni sit corolla plectilis*, inquit in Bacchidibus Plautus, vbi scaphium non videtur vas illud esse, cui solent immeiere mulieres: Apagesis. de quo satyricus poëta,

Iuuen. sat. 6.

Et ride positis scaphium cùm sumitur armis,

Nec ornamentum capitis meretricij videtur, quod forma scaphæ & rotunditate colligeret capillum. Scribunt & grammatici Græci genus esse tonsuræ meretriciæ. hîc poculum est oblongioris figuræ laterumque in scaphæ similitudinem flexorum. Plautus in Persa,

Plaut. Persa. Sc. Omnem rē inueni.

Ampullam, strigilem, scaphium, soccos, pallium.

habet autem aliquam similitudinem eius forma cum galeæ figura, vt pro ea indui posse videatur. Insigne autem, crista est quæ in galea figitur: corona plectilis, quæ ex herbis odoratis plectitur, non conseritur neque suitur. Itaque à sertis floribus & sutilibus coronis differt. *Ego*, in eadem fabula inquit, *sorori meæ cœnam hodie dare volo viaticam*, viatica cœna est aduentitia. Nam peregrè redeuntes, solebant conuiuio excipere amici. *Saluos*, inquit, *cùm peregrè aduenis, cœna detur*. Id & de epistola Martialis dixit,

Plaut. Bacchid. Sc. Quid si hoc potius.
Plaut. Bacchid. Sc. Reddidi patri omne aurum.

Mart. in epist. lib. 12. præposit.

Vt familiarissimas mihi aures tuas exciperem aduentoria.

O *præligatum pectus*, puto esse, ô insanum pectus: ab his qui veneficijs ceu vinculis ligati videtur, & illecebris quibusdā velut defixi tenentur. *Saluto te vicine Apollo, qui ædibus propinquus nostris accolis, venerórque te:* Apollinem prostaterium intelligit, quem veluti præsidem, in vestibulo domus Athenienses colebant: Bacchides autem Athenis agi finguntur. *Quid? vbi ei ostendit symbolum?* vt in Palliata hîc etiam loquutus est. Solebant enim Greci in pactis conuentis tesseris quibusdā vti, quæ σύμβολα vocabantur, quæ loco tabularum & syngrapharum erant, atque ex his ius dicebatur. Aristoteles, ὧδε οἱ τῶν δικαίων μετέχοντες οὕτως, ὥστε καὶ δίκην ὑπέχειν

Plaut. Bacch. Sc. Iamdudum Pistoclere tacitus.
Plau. Bacchid. Sc. Herilis patria salue.
Plau. Bacchid. Sc. Ibo in Pyr.
Aristoteles.

ϗ διδόναι. τοῦτο γὰρ ὑπάρχει ϗ τοῖς ἀπὸ συμβόλων κοινωνοῦσι. Meminit & Demo- Demoſt.in
ſthenes in Philippicis. *Domum cupientes, fortè vt adſedi in ſtega:* domum cu- Philip.
pere eſt in patriam reuerti velle, vnde & domuitio. *Iam domuitionem reges* Plaut.Bacchid
Atridæ patant apud Cornificium. ſimile eſt illud Ciceronis pro Ligario. Sc. Ibo in Piræum.
Tum Ligarius domum ſpectans, & ad ſuos redire cupiens, nullo ſe implicari ne- Cornificius lib.
gotio paſſus eſt. Id mihi aut vtrum velim licere intelligo, id eſt haud mihi iſtud 3. ad Heren.
liberum eſſe video, ac nauigare cogor. vis enim & ſententia iſta eſt huius Cic.pro Ligar.
loquutionis. Cicero in Vatinium, *Téque, cùm tibi vtrum velles liceret, dicti-* Plaut. Bacchi.
taris cauſam dicere maluiſſe. Ingrato homine nihil impenſius eſt, id eſt nihil Sc. Ibo in Piræum.
quod minus penſi habeat, quodq́ue incogitantius & imprudentiùs ſit, Cic. in Vatin.
Gymnaſij præfecto haud mediocres pœnas penderes. præfectum gymnaſij Plau.Bacchid.
gymnaſiarcham intelligit, qui in adoleſcentes animaduertebat, vt ex Sc. Multimodis.
Axiocho intelligi poteſt, vbi ſcribitur, ϗ γυμνασιαρχία, ϗ ῥάβδοι, ϗ χαλῶν Plaut. Bacchi. Sc. Nunc experiar.
ἀμετρία. *Cincticulo* mox *præcinctus* ſcribitur, quòd diſcinctum eſſe ſoluto- Plat. in Axiocho.
rum & fluentiū morum videretur, cinctum eſſe diſciplinę modeſtę: ſed & Plaut. Bacchi.
adſtrictus zona, togę cinctus nihil è corpore nudari turpiter ſinebat. *Lin-* Sc. Nunc experiar.
gua factioſi, inertes opera, cùm Plautus ſcribit, homines intelligit qui lingua Plaut.Bacchid
prompti ad promittendum ſunt ſe aliorum cauſa lubentiſſimè eſſe factu- sc. Reddidi
ros, qui tamen cùm ad rem ventum eſt, opera inertes ſunt, neque fidem patri omne
& diligentiam amico promiſſam præſtant. hæc velut libantes inter le- aurum.
gendum è comico excerpebamus, annotabamusq́ue, & alijs tranſmiſſa
voluimus.

LIBRI SECVNDI FINIS.

ADRIANI TVRNEBI ADVERSARIORVM LIBER TERTIVS.

Oſtendere, locus, Tricala, pulchra acta, antiquior locus ſententiæ dicendæ, lex cenſoria, acta, anchoræ, oram ſoluere, myoparones.

CAPVT I.

NON eſt oſtendere tantùm, id quod in conſuetudine frequenter ſignificat, demonſtrare: ſed quod verbi potius compoſitio prę ſe fert, obtendere & opponere interdum. cuius ſignificationis teſtimonium apud Ciceronem in Verrem, in promptu occur- Cic. 7. in Verr.

rit. *Sed quædam mihi magnifica, & præclara eius defensio ostenditur.* Ibidem locus, materiam quandam significat, & tractatum disputationemq́; quandam. *Noui locum, video vbi se iactaturus sit Hortensius.* Multi in ea oratione Tricalinum mutandum censent esse in Triocalinum adducti Silij auctoritate, *Et mox seruili vexata Triocala bello*: Tricalinum tamen quidni retineam, cùm in Stephano, si auctor citandus est, reperiam? Itaque vt illud alterum non improbo: ita istud cur expungendum sit, non video. Aristodamus autem Apolloniēsis, ciuis illius Apolloniæ existimandus est, quæ in Sicilia Leontinis propinqua, & Pulchrè Actę erat, vt Stephanus prodidit: Pulchrè autem Actę etiam mentio apud Diodorum est libro duodecimo. Halicyensis autem ex eodem Stephano, non Haliciēsis scribendum est, ab Halicyis vrbe Siciliæ. Ludos cùm sibi dicit Ioui, Iunoni, Mineruę, esse faciendos: numina quę cellas in capitolio habebant nominat, medium enim templum Iouis erat: hinc & inde Iunonis & Mineruæ cellæ. tres hi dij tutela vrbis erant, quos & intelligit in gripho Ausonius, cùm ait, *Trina in Tarpeio fulgent consortia templo.*

Antiquior locus sententiæ dicendę est honestior, quàm vel quęstoribus, vel quæstorijs, vel Senatoribus, qui honores non gesserant. *Lex* autem censoria est conditio illa pactumque, quo censores agros publicos, vel vectigalia fruenda locabant. *Tot in acta dies*, cùm scripsit, Siculorum Græco sermone est vsus, vt & Maro de eadem Sicilia loquens, *At procul in sola secretæ Troades acta*, quo nomine littus intelligitur: sed quibus interim nominibus res aliena in lingua vocantur, ijs à nobis appellantur, cùm de exteris loquimur rebus vel locis. Cùm autem *præcidi anchoras* scribit, anchoralia significatione anchoræ etiam cōplexus est, vnde anchora pendet. At oram soluere, vt hoc interea interponam, quod variè exponi, & pro suo cuique captu declarari animaduerto, non aliud quicquam esse credo, quam è littore nauigare, ipsumque littus & oram liberare & soluere. vt enim ab Horatio scriptum est, *Mala soluta nauis exit alite*, quòd antè in littore retinaculo esset religata: sic cum eodem retinaculo ora ipsa æquè ac nauis ligata sit, eo sublato cùm incipit nauigatio, solui merito ora dicitur, vt & nauis. Vtraque enim ante vincta erat. Sed vt è diuerticulo redeam, myoparones lembi sunt piratici nomen adepti è Paro insula, & Myunte vrbe. nam & Paron nauigij genus est, & cōposito nomine Myoparon. Multo plura potuissem ex ea oratione huc conferre, sed his contentus sum, velut inde libatis primitijs dicatisque: reliqua & ab interpretibus eruditis, iam ante dicta sunt fœlici musarum alite, vt poëticum sermonem imiter, & quondam ab alijs, si quid reliqui restat, in eandem incumbentibus operam interpretandi Ciceronis dicentur nos scri-

pta

Marginal notes: *Cic. ibid.* — *Cic. ibid.* — *Silius Italic. lib. 14. de bell. Punic.* — *Stephanus de vrbibus.* — *Stephanus de vrb. in Apollo.* — *Diodor. li. 12.* — *Auson. Edyllio 15.* — *Cic. 7. in Ver.* — *Virg. 5. æneid.* — *Cic. 7. in Ver.* — *Horat. epod. od. 10.*

pta peruolitamus apum more, & leuiter eorum veluti flosculis inside-mus.

Anaurus apud Lucanum, Enipheus, Ionus, Itonus, Qualis vbi hibernam Lyciam, apud Maronem. CAPVT II.

VIDETVR in Lucanum censoria destringi meritò virgula debere, cùm lib. 6. scribit,

Quique nec humentes nebulas, nec rore madentem
Aëra, nec tenues ventos suspirat Anauros. — Lucan. lib. 6.

Anaurus enim ab eo vt Thessaliæ fluuius recensetur: & tamen, quod sciam, nec Strabo, nec Plinius eum nominat in Thessalia reddenda. Vnde igitur ingeniosissimo poëtæ natus iste fluuius est, qui à diligentissimis Geographis prætermissus est? videtur eum in errorem induxisse Apollonius, cuius versus est, — Apollonius lib. 1. Argon.

Χειμερίοιο ῥέεθρα κιὼν διὰ ποσὶν ἀναύρου.

Sed eo nomine non perennis nec iugis fluuius, sed torrẽs & hibernus intelligitur, vel eius interprete authore: cuius hæc verba subscripsi, ἄναυρον λέγει τὸν χείμαρρον. οἱ γὰρ ἐξ ὑετῶν συνιστάμενοι ποταμοὶ οὕτω καλοῦνται. quin & ex eo nomen habere videntur, quòd nullas gignant auras. Lucanum tamen inscitiæ (non enim in tam doctum poëtam cadere potest) magnis testibus absoluere possumus: Hesychio, cuius interpretatio est, ἄναυρος ὄνομα ποταμοῦ. & Callimacho, cuius versus est: — Apollonij interpres. Hesychius. Callimachus hym. in Dianã.

Αἰὲν ἐβουκολέοντο μελαμψιφῖδος ἀναύρου.

Cuius interpres ait, ποταμὸς θεσσαλίας ὁ ἄναυρος. Ergo Geographorum potius notanda est incuria, quàm poëtæ eruditissimi insimulanda diligentia. quòd si fluuius perennis non esset, tamen cùm certò quotannis hibernis mensibus alueo ex eminentissimis illis iugis decurrere rapidus soleret torrens, culpari poëta iure non posset. Fluuius autem iste Anaurus si nullas gignit auras, vt nominis confessio indicat, verum non est quod de Nilo à multis refertur, cuius hoc proprium esse credi volunt. In eo autem poëta Enipheus pro Enipeo scribitur, more Latinis celebrato, vt plerunque p, Græco aspirationem adiungant. Itaque etsi scio à multis Latinorum Enipeum scribi, tamen Enipheum illa Latini sermonis consuetudine etiam defendendum existimo. Sed cùm scribit, — Callimachi interpres. Lucan. lib. 6.

Primus Thessaliæ rector telluris Ionos,
In formam calidæ percussit pondera massæ:

vereor ne non Ionos, sed Iolcos legendum sit. Iolcus enim Iolco vrbi Thessaliæ nomen dedit. fuit & Itonos heros Deucalionis filius, à quo, vt ait interpres Apollonij, vrbs Thessaliæ nomen habuit: sed quod de Iolco — Apollon. interpres.

& de Itono modo dixi,tale opto eſse,vt in eo album prætoris corrupiſſe non videar.quanquam,ſi à vero aberramus,pręſtare nolumus:atque,vt in quibuſdam alienationibus,iſtud mancipio,nec datur,nec accipitur,ne de euictione fortè teneamur. Sed ad ſupplementum huius capitis,vt è poëta aliquid addam,nobilis illa Maronis comparatio:

Virg. 4. æneid.

Qualis vbi hibernam Licyam,xantique fluenta
Deſerit,ac Delum maternam inuiſit Apollo:

ſumpta eſt ex Apollonij libro primo,

Apollon. lib. 2. Argon.

Οἷος δ' ἐκ νηοῖο θυώδεος εἶσιν Ἀπόλλων,
Δῆλον ἀν' ἠγαθέην, ἠὲ Κλάρον, ἢ ὅγε Πυθώ·

quod quia luculentum mihi videbatur & inſigne, idcirco dignum cenſui de quo iuuentutem admonerem. habet enim & nonnihil eruditioniis attendere,quid è quo poëta aut ſcriptore bonus auctor ſit imitatus.

Munimentis inſiſtere apud Tacitum, conſtat ratio,dare famæ, flamines, auguſtales ludi,miſsionem dari,exauctorari,ſubſignani,pagi, vici, pagani,pagatim habitare,centuriones primorum ordinum.

CAPVT III.

VT ſi in Erythræo littore gemmas pellucentes legerem, ita quoque mihi viſum eſt quædam legere è primo annali Taciti, quæ huius ſint ſcriptionis & inſtituti: quędam etiam nitori ſuo reddere & tergere,quæ ſordibus inquinata ſunt,nec gemmarum nitorem præ ſe ferunt. *Sed quo pluribus*,inquit, *monimentis inſiſteret*: emaculabitur hîc tanquam vnio, ſi *munimentis* ſcribamus, cùm iſta ſe ratione magis muniјſſe dicat. Cõſtare autem ratio dicitur,quod genus dicendi vſurpat,cùm quãtum impenſæ quibusque nominibus fiat,non ignoratur. Seneca, *fatebor ingenuè, quod apud luxurioſum, ſed diligentem euenit, ratio mihi conſtat impenſæ*: quod eſt, ſcio quantũ impendo. Hinc traducto genere dicendi aliam in ſententiam perquam eleganter dixit Tacitus, *eam eſſe conditionem imperandi, vt non aliter ratio conſtet,quam ſi vni reddatur.* quo ſignificat,non aliter bene imperium geri & adminiſtrari,quàm ſi vni ratio adminiſtrationis reddatur. Illa tanquam gemma pollienda eſt, quæ ſcabritia quadam & rubigine ſordeſcit. *ne læti exceſſu principis,neu triſtior primordio lachrymas.* quis enim non videt loquendi rationem ſenſumque non poſtulare tãtùm, ſed etiam flagitare, *neu triſtiores primordio.* ſed verendum eſt ne quis nos algam & vluam, aut vmbilicos & calculos legere cauilletur, pro lapillis precioſis. *Dabat*, inquit *& famæ*: id Græcorum more dictum ſuſpicor, pręſertim Atticorum ſic loquentium, vt Euripidis, ὅδ' ἡδονῇ δίδως: quod dicendi genus, vt dixi, Atticæ

Tacit. li. 1. annal.

Seneca.

Tacitus lib. 1.

Tacit. lib. 1.

Tacit. lib. 1.

ticæ eſt eloquentiæ. Q. autem *Vedij Pollionis luxus*, à me hîc legi debere non diceretur, niſi non tam lapillus videretur gemmeus & pellucidus, quàm ſcabrum & putre rudus libros occupaſſe. Perpoliendum & illud, *grauius domui Cæſarum nouerca*, non multa lima: *grauior* enim concinnum erit. Quod autem ait, *effigie numinum per flammines & ſacerdotes coli*, velut flaminum nomine principes ſacerdotum & antiſtites intelligit, quibus ſacerdotes parebant. Flamen enim erat auguſtalis, cui ſacerdotes auguſtales ſubiecti erant. ſacerdotium etiam auguſtalium ſodalium poſtea inſtitutum fuit, vt Tacitus refert. Illud autem non pro gemma habendum, ſed pro topho rudi aut molari: *mox celebratio annuum ad prætorem tranſlata*: ſed gemmæ fulgorem & nitorem recuperabit, inſignietque locum, ſi *auguſtalium ad prætorem*, expoliendo exculpas. radendum & illud lima, *præcipua in Aufidienum Rufum*: *Naſidienum* enim ad politionem erit accuratum, vt apud Flaccum, *Naſidieni qui iuuit te cœna beati*. ait idem, *miſſionem dari vicena ſtipendia meritis, exauctorari qui ſena dena feciſſent*: quid hîc ergo intereſt inter miſſionem dare, & exauctorare? miſſio nimirum ijs datur, qui penitus dimittuntur. Exauctorantur, qui ſoluuntur ſtipendio, nec tamen dimittuntur: ſed habentur ſub vexillo, non ſub aquila, aut ſignis legionis: neque iam legionarij ſunt, retinentur tamen, donec emerita ſoluantur, aut agri aſſignentur. Sed & qui ſub ſignis habebantur, à legionarijs diſtinguntur, & ſubſignani vocantur, quia non ſunt ſub aquila: Tacitus lib. 17. *Pœnino itinere ſubſignanum militem, & graue legionum agmen hibernis adhuc niuibus traduxit*. ait idem, *reliqui omiſſis pagis viciſque*: quid hæc duo differunt? nempe pagi villæ ſunt, vici autem multæ iunctæ domus. Et in libro de moribus Germanorum, *eliguntur in eiſdem concilijs & principes, qui iura per pagos, vicóſque reddant*. atque ex eo regio quæ ſic pagatim incolitur, pagus vocatur. quin etſi vrbes inſunt & vici, quod origo à pagis, id eſt villis. Sunt & qui à Grecis δῆμοι vocantur, vnde pagatim habitare Liuio. Erant & pagi caſtella quædam & munitiones iuxta Romam in locis editis, quò ſe plebs ruſtica hoſte in agrum Romanum incurſiones faciente, recipiebat: & in certos pagos erat contributa, vt Dionyſius ſeribit. Cicero etiam in plebe Romana paganos & montanos numerat. Regio Heluetiorum in quatuor pagos erat diuiſa, id eſt in quatuor partes. Plutarchus regionem quam Romani ſeptem pagos vocabant, appellat ἑπταχώριον, aut ἑπταμόριον: Sueuorum apud Cæſarem pluſquam cẽtum ſunt pagi: eorum enim regio & ditio in eas partes diuiſa erat. Illud Græcæ facundiæ etiam eſt, *vt quibuſque bellum inuitis aut volentibus erat*, quod eſt ὡς τῷ ἑκάστῳ ἢ βουλομένῳ ἢ ἄκοντι πόλεμος. Centuriones autem primorum ordinum, cùm ſcribitur, *ac primorum ordinum centuriones*, ſunt centurio primi

Tacit. li. 1. — *Tacit. lib. 1.* — *Tacit. lib. 1.* — *Tacit. lib. 1.* — *Tacit. lib. 1.* — *Horat. li. 1. ſa. 8.* — *Tacitus lib. 1.* — *Tacit. lib. 17 annal.* — *Tacitus lib. 1.* — *Tac. lib. de morib. Germ.* — *Liuius li. 22. & alijs multis locis.* — *Dionyſius.* — *Cic. pro domo ſua.* — *Plutarchus.* — *Cæſar. li. 1. & 4. de bell. Gall.* — *Tacit. li. 1. annal.* — *Tacit. li. 1.*

Tacitus lib. 1. pili, primus princeps, primus hastatus, quorum maior erat dignitas in legione. Iterum eodem libro, *Iustúsque Catonius primi ordinis centurio*. Tacit. lib. 1. *Proruunt* autem *fossas*, nauseam mouet, cùm hoc loquendi genus puteat. Igitur lego, *igitur orta die proruunt, fossis ingerunt crates.*

Myrmillo, d in l mutari, fides, Semurium, statua palmaris, Consules designati primi omnium in Senatu sententiam rogabantur.

CAPVT IIII.

MYRMILLO in amphitrealibus spectaculis Gallica erat armatura: vox autem de Græco deflexa, vt quæ in aliud solum transplantata sunt, ingenio loci & cœli mutantur, leuiter quoque mutata est. Nam quòd ea armatura fortissimorum erat hominum, quales opinione hominum fuerant antiqui Myrmidones Achillis milites, & habebantur Romanorum sententia Galli, Myrmillonesque de Græca illa fortissima natione appellabantur: idcirco gladiatoribus hoc nomen hæserat. Nam d in l mutari Vlysses perspicuè ostendit, qui est Græcè ὀδυσσεύς: ne plura commemorem. hæc sic venit in mentem mihi inuestigare legenti in 6. Philippica. Cic. 6. Philip. *Etiámne ab hoc Myrmillone Asiatico senatus mandata, legatorum verba audientur?* qua quidem in oratione illud, *ô fides! hoc enim opinor Trebellium sumpsisse cognomen*: elegantissimam habet cum illusione coniūctam dissimulationem, veluti ironicè exclamātis: ô bonum solutorem! Nam creditis in pecunijs fidei nomen plerunque ponitur: & quasi fidei vocabulo fingit cognominatum Trebellium, qui malum tamen nomen, & malus solutor, & fraudator, inficiatorque erat. *ijs quoque*, inquit *diuisit, Semurium*, sic vocabatur ager quem post excessum suum populo Romano relique-rat Larentia. Turacem enim Semurium, Lincerium, Solonium Pop. vt à Macrobio scribitur, legauerat testamento. subiici, *Sed illa statua palmaris.* Palmarem autē hîc statuam accipio, nobilissimam, maximeq; insignem, vt quæ victori palmamque adepto honoris ergo statuitur: quēadmodum victoribus Olympiæ ponebantur: atque hîc non leuiter perstrinxit Lucium Antonium orator, vt gladiatorem, sed atrociter oratione vulnerauit. *Primus*, inquit, *in hoc ordine, quo ad magistratum iniret, sententiam dicere*, Solebant enim Consules designati primi omnium in Senatu sententiam rogari, vt & apud Sallustium in Catilinario his verbis scribitur: *Tum Decius Iunius Sillanus primus sententiam rogatus, quòd eo tempore Consul designatus erat, de ijs qui in custodijs tenebantur*. Ænigmatis autem inuolutum & implicatum cōtinere sensum videtur, *nequitia est scelere*: quod hanc complectitur, vt existimo, sententiam, rectè facere scelere, nequitia est, vt cùm

(Margin notes: Cic. 6. Philip. — Cic. ibid. — Macrob. lib. 1. Satur. cap. 18. — Cic. 6. Philip. — Cic. 6. Philip. — Sallustius in Catil. bell. — Cic. 6. Philip.)

quis per ſcelus partas opes, nequiter profuſeq; diſperdit, rectè facere videtur. quam quidem interpretationem cum hac exceptione accipi volo, ſi incolumis eius loci & ſalua integritas eſt. Nam vt addubitem, facit Muretus, qui paruam quandam in libris vetuſtis ibi patere lacunam affirmat.

Ennam, En vnquam, En iam, Inebra, Inebre aues, Nyctegreſia, anclabris, egeria, Ciſtophorus, endiæon, enema, clyſter, exterricineus, expretus, explicatus Plautus, ſumptum excercere, erctum citum. CAPVT V.

COMPENDIVM Feſti in Verrium legens, incidi in literam E, cuius vocabula percurrens, quædam quæ occurrebant, mihique non indigna attentione & hominum cognitione videbantur, velut aliud agens enotabam. Scribit igitur, *Ennam* eſſe etiámne, videlicet, vt en vnquam pro vnquam ne, Maro. [*Feſt. li. 5. in litera e.*]

En vnquam patrios longo poſt tempore fines. [*Virg. Eclog. 1.*]

mihi videbatur Plautus in Penulo ennam vſurpaſſe prima ſtatim ſpecie hoc in verſu, [*Plaut. Pœnu. Sc. Negotij ſibi.*]

Neque vnquam lauando neque fricando ſcimus facere ennam.

ſed in membranis peruetuſtis reperi, en iam: quo quidem verba exprimuntur eorum, qui aliquo perfuncti negotio ſunt, ad finemque rei peruenerunt: En iam perfeci, En iam laui. *Enubro*, inquit Feſtus, *inhibenti*: alio loco *inebras aues* dicit, quæ in augurijs prohibent, ac omnia tardantia & remorantia inebra vocari. ſic E & I hîc ſine diſcrimine ponuntur, itemque V, & E. *Egeriam dictam eſſe ſcribit*, quòd aluo cóceptum egerat: aluo enim legendum cenſeo, non aluum: & *anclabris, ex qua in ſacrificando dijs anclatur*. velabra eo in libro, quod adnotandum & attendẽdum diligenter eſt, legimus ventilabra eſſe, proinde quaſi vocabulo imminuto curtatoque extrita videlicet ſyllaba. Nyctegreſia, ea Homeri rhapſodia vocatur, qua maximo metu perculſis omnibus & cóſternatis ob offenſionem pugnæ, noctu in caſtris ab Agamemnone excitantur è ſtratis duces, & ad concilium vocantur. Denarius Romanus parum aberat quin duplo ſuperaret æſtimationem Ciſtophori Aſianorum nummi, ſic appellati, quòd in eo ciſtiferi eſſent ſculpti, qui ſacrorum myſticorum ciſtis incluſorum arcana ferebant, vt in Cybelæ myſterijs, Bacchi orgijs, Cereris initijs. quatuor enim denarij ſeptem ciſtophoros cum ſemiſſe valebát. Feſtus, *Euboicum talentum numo græco ſeptem millium & quingentorum ciſtophorûm eſt, noſtro quatuor milliûm denarium*. *Endiæon*, inquit, *lineum filum eſt, quod Medici in extremo clyſterio relinquunt, per quod clyſmos emittitur*. ſic Græci foramen vocant in naui, per quod emittitur ſentina: vnde & per tranſlationem, vt

[*Feſt. lib. 5. in litera e.* — *Feſt. li. 9. in litera i.* — *Feſt. li. 5. in lit. e.* — *Feſt. lib. 5. in litera e.* — *Feſt. ibid. li. 5.* — *Feſt ibid. lib. 5.* — *Feſt. ibid. lib. 5.* — *Feſt. ibid. li. 5.* — *Feſt. ibid. li. 5.*]

opinor, medici in clysterio, id est instrumento, quo aluus perluitur, sic vocarunt. Aliud enim enema, quàm clyster & clysterium. illud, id quod

Fest. ibid. li. 5.

injicitur: hoc instrumentum quod injicit. *Exterricineus,* inquit, *est qui ante tempus natus, vel potius eiectus est.* Is ergo est qui à Græcis ἠλιτόμηνος vocatur, qualem fuisse Euristheum Homerus canit. *Expreta,* inquit, *antiqui di-*

Fest. ibid. li. 5.

cebant, quasi ex peritia habita: hinc illud Bacchidum Plauti explicãdum est

Plau. Bacchid. Sc. Nunc. experiar.

It magister quasi lucerna, expretus vncto lintheo:

id est expertus: experimur enim lucernas vncto lintheo, quam bene luceant accenso ellychnio: non me latet tamen quosdam emendare in Fe-

Fest. lib. 5. in litera e.

sto *experta*. *Exiles & ilia à tenuitate inarum* in Festo lego. *Exercirent*, inquit, *id est sarcirent:* hinc in Terentio scribendum aliquando credidi, quod & quibusdam video persuasum:

Teren. Heauton. act. 1. Sc. 1.

Qui opere faciundo sumptum exercirent suum,

D. Ambros. 2. officio.

id est *sarcirent*. Verùm Diuus Ambrosius lib. 2. officiorum scribens, *sed direptione alicuius & amißione patrimonij in eam recidere iniuriam, vt sumptum exercere non queat.* Exercere sumptum vsurpat, Terentium imitatus, nisi mendum in eo quis putet: quod non censeo. nos igitur sumptum exercirent non ita amplectamur, vt exercerent sumptum damnemus: præsertim cùm dicatur, vt à Græcis ζῆν ἐργάζεσθαι. ἐργάζεσθαι τὰ ἐπιτήδεια. *Exer-*

Fest. lib. 5. in litera e.

cionem, exercitum: emendandum reor sic, *exercitionem, exercitationem*: &, *equo publico merere. Erctum, citum,* inquit, *inter consortes, vt in libro legum Ro-*

Fest. ibid.

manarum legitur. Id autem valere arbitror, patrimonium diuisum, diuisam hereditatem. scribit enim Seruius in iure esse scriptum, *ercto non cito,* quod

Serui. in oct. æneid.

interpretatur matrimonio vel hæreditate non diuisa. *Exfilatum, exertum,*

Fest. lib. 5. in litera e.

lego: *quòd scilicet omnes exerto brachio sint exfilati, id est extra vestimentum filo contextum.*

Collecta ἔρανος, repotia, παιδοτρόφια, amphidromia, initiare.

CAPVT VI.

Cic. 2. de Ora.

LIBRO de Oratore secundo videtur apud Ciceronem collecta, esse pecunia quæ exigitur, cùm ita scribitur: *Ego verò, inquit ille, quoniam collectam à conuiua, Crasse, exigis.* Posset & eo nomine etiam censeri symbola, id est collatio quæ à conuiuis in cœnam aut prandium confertur, siue pecuniaria, siue penuaria sit. est etiam collecta, cœna quæ Græcis ἔρανος vo-

Auson. epist. ad Paulum cuius initium est. Ostrea nobiliũ cœnis.

catur, vt sodalium epulę, & accubatio epularis iuuenum, vt tetradistarum symbolam conferentium. Ausonius,

Aut parasitorum collectas Plautinorum.

Ad conuiuiorum classem etiam pertinent repotia, de quibus Horatius,

—*licebit*

—*licebit* *Ille repotia, natales, alióſve dierum Feſtos albatus celebret.* Horat. lib. 2. ſaty. 2. Feſtus quoque Pompeius, *repotia poſtridie nuptias* interpretatur, *cùm apud nouum maritum cœnatur, quia quaſi reficitur potatio*: affertque exemplum Pacuuij, *ab hoc depulſum mamma pædagogandum accipit Repotialis liber*. Feſt. li. 36. in litera r. Et interpretantur Grammaticorum tribules, ſeptimum à nuptijs diem, quo iterum epulabantur: alij ſecũdum, quo virgo in muliebrem habitum componebatur. Sed crediderim etiam repotia celebrari ſolita liberis natis, & cum maritis noua quotannis propè ſoboles naſcatur, vt renouanda ſit epulatio, idcirco ea conuiuia repotia appellata: cui interpretationi Pacuuij exemplum non repugnat. nec verò Auidieni perſonæ conuenit nuptiale conuiuium: ea niſi me fallit augurium, dicere voluit Acro Grãmaticus, παιδοτροφία Græcè vocari, velut ſublatis & ſuſceptis liberis, & parentibus eos alere decernentibus. Acro in 2. ſat. lib. 2. Horat. Nam in Græcorum poteſtate erat liberos exponere, nec alere. vt autem ita repotia interpreter, mihi perſuadet Auſonius ſic ſcribens: Auſon. ad Paulũ epiſt. Oſtrea nobiliũ cœnis. *Coniugióque dapes, & ſacra repotia patrum.* Ecce eorum epulas dicit, qui ſuſceptis liberis facti ſunt parentes. tum autem etiam ſerui & liberi munera dabant, quod Terentius ſignificauit cùm in Phormione ſcripſit, Terent. Phormio. act. 1. sc. 1.

Porrò autem Geta ferietur alio munere vbi hera pepererit.

dabant & nuptialia & natalitia. Amphidromia quoque, vt Grammatici Græci referunt, dies erat familiæ feſtus, quo natum puerum circum focum ferebant, propinquique & amici & familiares dona dabant, quas ferias Terentium in palliata fabula intellexiſſe crediderim. æquè è Græcorum moribus, *vbi initiabunt*, intelligendum arbitror: non de Edulia Potica & Cuba. Terent. ibid. Phormio. act. 1. sc. 1. Nam Athenienſes ſuos liberos Cereri & Liberæ initiare ſolebant, quod ita notum eſt omnibus, qui mediocriter in literis Græcis verſati ſunt, vt teſtimonijs confirmare velle, ſit rebus non dubijs fidem quærere.

Parma, palma, palmilarius, ſquaror, ſqualor, hydromylæ.

CAPVT VII.

NON temerè eſt aſſentiendum illis etiam auctoribus, quibus in linguæ Latinæ caſtitate & integritate primæ omnium iudicio deferũtur. vel Varro ipſe quam interdum in vocabulorum veriloquijs abſurdus eſt. cui enim perſuadere poſſit, ne alia cõmemorem, quæ quidem ſunt huius generis non pauca, in vite palmam dici, quaſi parilemam? Varr. lib. 4. de ling. Lat. cùm potius, vt omnes mihi aſſenſuros facilè confido, à ſimilitudine humanæ palmæ nomen inueniſſe videatur: argumento ſunt palmites, qui in ea digitos palmæ referre reddereque videntur. quòd ſi origo palmæ quærenda eſt, à

parma

parma deductam crediderim. Itaque quæ in remis palmulæ vocantur, in maioribus etiam parmæ appellantur. Vitruuius libro decimo, *Etiam remi circa scalmos struppis religati, cum manibus impelluntur & reducuntur, extremis progredientibus à centro parmis in maris vndis, summam impulsu vehementi protrudunt porrectam nauem.* Sic in chirographis scribitur: veteres tamen editiones *palmis* scribunt, quod & doctis magis probari videmus: *parmis* tamen non improbamus. equidem puto à parma palmam deduci: qui etiam à Latinis in spectaculis arenæ parmularius vocatur, à Græcis sæpenumero παλμυλάριος appellatur. parma autem scutum erat breue vndique par: vt autem ex parma palma deducitur, sic ex squarore squalor, ex furuo fuluum. Sed quoniam in Vitruuio nomen propè retinuimus, quòd omnes ferè eruditi in palmulam, aut palmam commutant: aliud quod in eo regnat, vitioque & inauspicato in eo collocatum est, extrudemus, & in pristinum locum veram vocem reducemus. sic enim scribit eodem libro: *Eadem ratione etiam versantur hydraulæ, in quibus eadem sunt omnia, præterquam quòd in vno capite axis habent tympanum dentatum, & inclusum:* cùm hydraulæ ad symphoniam Musicorum pertineant, & modulos cantuum, quis non statim subolfacit alienã vocem & temerariam huc furtim irrepsisse? cùm autem molas aquarias describere velit, Æmaro Ranconeto videbatur, quod & mihi quoq; mirificè placet, legendum esse, *versantur hydromylæ*, id est molę aquarię. ac mihi quidem decretũ est in hac permanere sententia, dum vel meliorem inuenero, quod vix sperare possum, vel doctior aliquis probabiliorem attulerit, quod desperare non debeo.

Vitru. lib. 10. cap. 8.

Vitru. lib. 10. cap. 10.

Adorati imbres, sparsio, Crassienus, bona fide, tetracolum, pinnirapus.

CAPVT VIII.

REPREHENDITVR à Seneca Musa, vt affectatè & putidè loquutus, cùm sifones dixit cœlo repluisse, & sparsiones odoratos imbres vocauit: sed cur obsecro odoratos imbres vocauit? an quòd odorati liquores vnguentaque & aromata spargerentur? vt Martialis ait,

Et Cilices nymbis hic maduere suis.

Et verum fortasse quis putet: conueni tamen qui adoratos legeret, quòd sparsionem populus adoret imbrem simulantem. Statius de sparsione, *hunc rorem veniens profudit Eurus: Quicquid nobile ponticis nucetis; Fœcundis cadit aut iugis Idumes: Quod ramis pia germinat Damascus.* subijcitque, *Non tantis hyas inserena nymbis, Terras obruit, aut soluta pleias*: & paulò post, *Dũ nostri Iouis hi ferantur imbres.* Iterum, *Diues sparsio quos agit tumultus?* Itaque adoratos, id est populo optatos & salutatos supino & suspicienti, iubilantique, libẽtius legerim. Eodem in Senecæ loco scribitur de Oscio ad contumelias

Seneca lib. 10. declamat. in princip.

Mart. epig. 3. Amphitheatri.

Papin. lib. 1. Syluarum.

Papin. ibid.

Pap. ibid.

Papin. ibid.

Senec. lib. 1. declam.

tumelias omnibus inurēdas nato: *Ille Paßieno prima eius syllaba in Græcum mutata obscœnum nomen imposuit.* Non leue tormētum multorum ingenijs locus ille admouit. nomen enim Græcum quod obscœnum sit quærunt, ac miserum in modum se quærendo fatigantes, laborem & operam ludunt. Ego legendum suspicor in cra cōmutata, vt Passienum ab eo Crassienum appellatum fuisse, vt crassum hebetem & tardum intelligamus. nec enim obscœnum in libidine tantum dicitur, sed etiam in omni turpitudine. Turpe autem est alicui tarditatis maculam illini & stuporis; quod illa deprauatione fiebat. Addit Seneca, *bona fide scholasticus erat*: Id valet *Seneca ibid.* sine dissimulatione. cum enim scholasticarum declamationum non poenitebat, genusque dicendi declamatorium non dissimulabat, nec forense affectabat, atque simulabat, quod sophistæ alij faciebant. *Nulli non*, in- *Senec. ibid.* quit eodem in loco, *post primum tetracolum præferendus*: hîc primum tetracolum per translationem vocat Seneca quatuor primi nominis declamatores. sunt autem tetracola conuersiones quatuor membris comprehensæ, vt tricola tribus: quæ tum sunt elegantissima & argutissima, cùm pari paria paribus relata habent. Seneca alio loco, *& illud tetracolo: seruiebat forum cubiculo, prætor meretrici, carcer conuiuio, dies nocti.* Iterum, *hāc ideo sententiam retuli, quia & in tricolis, & in omnibus huius generis sententijs, curamus vt numerus constet, non curamus vt sensus.* *Senec. lib. 5. Controuer. 25. controuersia & 9. declam. 2. declamat.*

Pinnirapi cultos iuuenes iuuenesque lanistæ, *Senec. ibid. lib. 5. Controu. & 9. declamat. 2. declam.*

cùm scribit Iuuenalis, ænigmata loqui videtur, cùm minimè intelligatur quis Pinnirapus sit: ad eius verbi enodādam notionem, illud fortasse Senecæ valebit è libro tertio Declamationum: *& quidā sic cum schema componi cupiunt quomodo est aliti.* sic enim in eo legendum est, non *scena* nec *alteri*. quidam igitur gladiatores auis quadam figura & schema in arenam prodibant, quibus cum Pinnirapi componebantur. Rectè tamen Pinnirapus exponitur retiarius, qui pinnam & summitatem galeæ myrmillonis appetebat, & se piscem, qui in ea erat, petere clamabat. *Iuuen. sat. 3. Senec. 3. decla.*

Municipalis, principia, quadruplatores, auspicandi gratia, sistere templum, subsidia. CAPVT IX.

VT municipales homines pro veris ciuibus non habebant, etsi donata ciuitate omnia municipia erant. sic & equites municipales pro ignobilibus equitibus ponere solebant, quòd eorum non esset tantus splendor, nec tantæ diuitiæ, quantæ vrbanorum equitum. Iuuenalis, *municipalis* *Iuuenal. sat. 8.* *eques*, de Cicerone: & Tacitus libro quarto, municipalem adulterum pro *Tacit. li. 4.* ignobili & obscuro dicit. Eius verba sunt, *séque ac maiores & posteros mu-*

nicipalis

Tacit.eod.lib. *nicipali adultero fœdabat*. Eodem in Taciti libro, principia ea castrorum
Plutarch.in Galba. loca sunt, vbi tendebant magistratus, erantque signa legionum. ἀρχεῖα vocat Plutarchus in Galba. καὶ διέφθειρεν, inquit, ἐν τοῖς ἀρχείοις, ἃ πριγκίπια καλοῦσι ῥωμαῖοι.
Varr.lib.3. de re rust.cap. 4. Varro de re rust. *ego verò, inquit, vt aiunt, post principia in castris, id est, ab his potius incipiendum temporibus, quàm superioribus*. Nam in castris metandis principia primùm designabantur, vt prætorium & tabernacula tribunorum militum & legatorum, postea reliqua castra, vbi milites & equites tenderent: principiaque quod latus occupabant, primum muniebatur parabaturque: sed & principes etiam principia dicebantur.
Marcellinus. Marcellinus, *præsentibus Iouianorum & Herculianorum principijs & tribunis causas*
Marcel.lib.22. *vehementius æquo bonóque spectauerunt*. Iterum, *Cùm arbetionem semper & ambiguum & prætumidum his quæstionibus præfecisset, alijs specie tenus cum principijs legionum præsentibus*, cùm in Eunucho Terentius scribit velut in acie & procinctu. *hic ero post principia*. Donatus scribit, *ambigunt multi an in extremo agmine sit hic locus, an in medio*. Sed videtur vltimus dici locus, cùm Romano more primi in acie essent hastati, quos sequebantur principes Triarijs aciem claudentibus. Locus igitur Triariorum à Terentio signi-
Tacit.lib.4. ficari videtur. Eodem in libro à Tacito scribitur, *tres vrbanæ, nouem præto-*
Papin.li.1. sylvarum. *riæ cohortes*: qui locus Papinio lucem facemque præfert in soterijs Etrusci scribenti, *Ergo alacres quæ signa colunt vrbana cohortes*. Vnde quadruplatores sint nominati, & vox ipsa vltro profitetur, & Grammaticorum Iu-
Tac.lib.4. risperitorumque non cessat declarare industria: locum tamen Taciti *luculentum*, qui ad eius vocis explicationem pertinet adscribam. *Cōtra M. Lepidus quartam accusatoribus secundum necessitudinem legis*. Igitur ab illa quarta, quam lex accusatori pro præmio tribuebat, nomen inuenere. Le-
Suet.in Iulio, cap 19. gimus in Tranquillo, quem locum alibi attingimus, prouincias minimi negotij mādatas consulibus fuisse syluas & calles: syluę autem illę & calles ferè in Apulia & illo Italiæ tractu erant. Callium autem nomine, saltus intelligo vbi pascere pecora solebant. Nam in saltibus sunt calles, à
Tac.lib.4. callo pedis pecudum appellati. Id è Tacito intelligere promptum: *Erat, inquit, in ijsdem regionibus Curtius Lupus quæstor, cui prouincia vetere ex more, Calles euenerat*. Solebant veteres primo die, quo honorem inibant,
Tacit.lib.4. munus magistratus sui auspicari, aliquidque in speciem agere. Tacitus, *cæterum postulandis reis tam continuus annus fuit, vt feriarum Latinarum diebus præfectum vrbis Drusum auspicandi gratia Tribunal ingressum, adierit Calpurnius Saluianus in Sextum Marium*. sic auspicabantur artes suas anni initio
Ouid.lib.1.Fastorum. omnes. Ouidius,

Tempora commisi nascentia rebus agendis,
Totus ab auspicio ne foret annus iners.

Quisque suas artes ob idem delibat agendo,
Nec plus quam solitum testificatur opus.

Vt apud Festum sistere fana, est in oppido loca futurorum fanorum constituere: ita apud Tacitum sistere templum, est templum constituere. differt autem hîc fanum à templo, quod illud area sit templi & solum, templum ædificium. verba Taciti sunt, *Cùm diuus Augustus sibi atque vrbi Romæ templum apud Pergamum sisti non prohibuisset.* Reperi in eodem Taciti libro subsidia pro locis in quibus nauigia subsidere possunt, & stare & suffugia habere. Ita subsidium simile quiddam est portui & stationi, etsi minus: eius verba sunt, *quoniam importuosum mare, & vix modicis nauigijs pauca subsidia:* hæc subsidia Græci videntur ὑφόρμους appellare.

Fest.lib.17. in litera S.

Tacit.lib.4.

Tac.lib.4.

Præsiderare, sidus confectum, conceptis verbis iurare, præiuratio, Neptunus ægæus, simulatrices, simpulatrices compilare, pica, picati, anclare, arferia, blemij. CAPVT X.

CONFVSAM quandam verborum syluam hoc caput complectetur, nec ordinis & connexionis rationem habebit, sed perturbationis & distractionis. *Præsiderare* dicit esse Festus, *cùm maturiùs hiberna tempestas mouetur & ante sideris tempus:* similis est apud Plinium prochimasis, cui contraria epichimasis est: in illa enim præcurrit tempestas, in hac post venit: atque vt illud præsiderare est, sic hoc postsiderare dici posset: etsi Festus id in hyeme, Plinius in anni tempestatibus accipit. Quòd autem à sideribus oriri videantur tempestates, cùm hæ præteriere, redditaque cœlo est sua serenitas, confectum sidus dici solet, vt idem Plinius auctor est. conceptis verbis iurare ad discrimen dicitur eius iurisiurãdi, quod sermoni subinde nostro inteximus & inserimus, vt cùm mediusfidius, me hercule, ita me Iuppiter amet, ædepol dicimus, aut vltro sponteque sacramentum fidei, aut adseuerationis religiosè addimus. verbis enim conceptis iuratur, id est, verbis certa comprehensis formula. Nam concipere comprehendere est. Hoc iusiurandum multò religiosiùs erat, quàm reliqua: huius generis erat & præiuratio, cùm quis ante conceptis verbis iurabat, post quem alter in eadem verba iurans, tantummodo dicebat, idem in me. huic igitur præiurationi, quæ species est iusiurandi conceptis verbis, addebatur, vt apparet, execratio. eam enim verbum, idem in me, continet. Iusiurandum autem sanctius, & habens execrationem, caputque iurantis, si contra faxit deuouẽs, apud Sallustium etiam hoc est in Catilina, *cùm ad iusiurandum populares coniurationes adigeret, humani corporis sanguinem pateris circumtulisse: Inde cùm post execrationem omnes degustassent.*

Fest.lib.14. in litera P.

Plin.lib.18 c.25.

Plin.ibid.

Sallust.in Cat.

Nereidum matri, & Neptuno ægæo,

Virgil.3. ænei. à Marone libro tertio Æneidos scribitur, Ægeusque appellatur, vt opinor Neptunus, quòd magna veneratione Ægis, quod oppidum est Eubœæ, coleretur. Eius rei locupletem dare auctorem possum Homerum, *Home. iliad. ν.* qui vt reor auctoritatem non defugiet, cùm scribat Iliados ν. de Neptuno,

—Τὸ δὲ τέτρατον ἵκετο τέκμωρ
Αἰγὰς, ἔνθα δέ οἱ κλυτὰ δώματα βένθεσι λίμνης,
Χρύσεα, μαρμαίροντα τετεύχαται ἄφθιτα αἰεί.

Mulieres quæ olim alios erant solitæ expiare, vt eos qui ad dementiam delapsi erant, simulatrices vocabantur, opinor quòd multa simularent, & simulatis pro veris vterentur; quod & in sacris facere solebant:

Virg. li.4. ænei. *Sparserat*, inquit Maro, *& latices simulatos fontis auerni.*

Fest lib.17. in Simpulum. Erant & simpulatrices mulieres rebus diuinis deditæ, à simpulo ita vocatæ. *Fest. lib. 14. in litera p.* Picæ apud Festum sunt Sphinges: vnde & apud eum picati: quanquam & pici, ex se picatos propagare possunt, qui Latinis sunt auidæ illæ volucres feræ griphes vocatæ, aurum è cauernis penitus egerentes. *Fest. ibid.* Pilare & compilare dubium non est, quin à verbo Græco deducantur Æolico πιλητὴς, id est fur, qui φιλητὴς ab Hesiodo vocatur: *Hesiodus.* sed Aeolum est aspirationes in tenues mutare, vt & in superiore vocabulo, pro σφίγξ, doricè φίξ, & Aeolicè πίξ, vnde Latinum verbum pica & picatus. Multi censent anclare & exanclare, dicendum esse antlare & exantlare, à verbo Græco ἀντλεῖν, à quibus dissentio: & anclare puto esse anculare, id est haurire, & ministrare: vnde & ancillarum nomen. *Liuius Andronicus apud* Liuius, *florem anculabant liberi ex carchesijs.* quod si ab ἀντλεῖν deducitur, vt Festo videtur, certè litera mutatur. *Fest. lib.1. in litera a.* arferia aqua quæ à Festo vocatur, ab adferendo nomen habet, nam Prisci præpositionem ad in ar sæpenumero mutabant: *Fest lib.1. ibid.* vnde & arcesso, & arueho apud Catonem. *Cato. de re rust. cap. 135.* est igitur arferia, velut adferia. Blenni qui dicuntur, sic vocantur, vt mucosi, id est βλεννώδεις: *Fest. lib.2. in litera b.* balathrones Gallicum peperere verbum paulũ tamen luxatum. Nam bellitrones dicimus: vernacula enim nostra dictio, balathronem potius sapit, quam bliteum.

Pasceolus, iudicem collocare, moluctum, mola, picus Martius, picus Feronius, œsus, pullaria, clauator, colones, Camellæ virgines, festus dies hominis, profestum facere, mollestræ.

CAPVT XI.

Virg. li.2. ænei. CAPVT hoc se comitem præbebit superiori, passibus, vt poëta dicit, æquis: qui dicitur pasceolus, à verbo græco φάσκολος & φασκώλιον deducitur: *Fest. l.b.14. in litera p.* quod verbum Festus retinuit qui scripsit, phascola esse, quas alij vo-

cant

vocant peras. Iudicem collocare, est inter iudices ponere: Festus, *in Iudice collocando, si alium procas*. Sic arbitrum collocare diuus Vigilius dixit, *Possumus & rei inexpertæ arbitrum collocare*. Molucrum inter cætera illud mulierum vitium significat, quo earum intumescit vterus, vt fœtu grauidarum: Alij scriptores molam vocant, sed Afranius apud Festum molucrum appellat. Vulgò in picorum generibus Martium audimus, veteres etiam picum feronium non tantum Martium numerauere, vt in oscinibus refert Festus, *Ast quid erit quod extra magistratus cærator hesus sit*, inquit in legibus Cicero: vbi emendandum censeo œsus sit, pro vsus sit. nam Prisci non rarò pro u, œ posuerunt, vt pro munire, mœnire: pro mutuus, mœtuus: pro murus, mœrus: pro vti, œti. Festus, *Ex ponderibus publicis, quibus hac tempestate populus œtier solet*. Martianus tamen esse putat oisus scribendum. Nam de litera i disputans, *i copulatur*, inquit, *O literæ in nomine Iouis, & Oinone: oisus etiam dicitur. Sic enim veteres vsum dixere*. Pullariam dicit Festus à Plauto appellatam fuisse manum dextram, opinor à tentandis palpandisque pullis, id est pueris, qualis erat pædiconum protetuorum manus, qui pullariam facere dicebantur. Quę osculana pugna à Festo appellatur, & prouerbij loco numeroque refertur, de ijs qui victi vincunt, ea Asculana potius dici debere videtur. nam ad Asculum ea depugnata pugna fuit aduersus Pyrrhum, si Plutarcho credimus: quanquam apud Festum ordo seriesque verborum osculanam tuetur. *Vinceretis ceruum cursu, & grallatorem gradu*, sic in exemplaribus hic versus legitur, & à Festo profertur: quod tamen in mēbranis peruetustis reperi, non indignum visum est memoratu. *Et clauatorem gradu*: est autem clauator qui claua vtitur, qui κορωνήτης Græcè vocatur: sed à Romanis calones, qui ligneas clauas militum gerebant, sic vocabantur. magnum autem eorum gradum fuisse certum est. quid autem vetat vtranque lectionem reperiri in exemplaribus, & deffendi, cùm Festus grauastellus modò legat in eodem versu, modò rauistellus? Camellæ virgines apud Festum sunt, mutatione g in c, γαμήλιοι θεαί.

Celsi prætereunt austera poëmata Rhamnes,

accommodata equiti attributione vocabuli dictum est. Celsus enim, vt ait Festus, à Græco κέλης deducitur, quo vocabulo significatur qui singulari equo vehitur. Celsos etiam Iudices Marcellinus dixit libro vigesimo octauo. *& Iudicibus celsis itidemque minoribus*. sic fortasse Celsi Rhamnes magni sunt equites, aliisque ditiores & potentiores. Quod scribit Festus, *desertiones esse patrimonij diuisiones inter consortes*, veriùs putarem disortiones, vt consortioni opponantur. Festus dies hominis apud Terētium, mira quadam & noua dicēdi ratione, pro fausto homine & auspicato & op-

Fest. ibid. in procum. — *Diuus Vigil.* — *Fest. lib. 11. in litera m.* — *Fest. lib. 13. in litera o.* — *Cic. 3. de legib.* — *Fest. lib. 14. in litera p.* — *Martianus.* — *Fest. lib. 14. in litera p.* — *Fest. lib. 13. in litera o.* — *Plutarch. in Pyrrho.* — *Plaut. Pœnulo Sc. Ita me dij ament.* — *Fest. lib. 7. in litera g.* — *Fest. lib. 7. & 16. in liter. g & r.* — *Fest. lib. 3. in litera c.* — *Horat. in Art. poëtic.* — *Fest. lib. 3. in litera c.* — *Marcell. li. 28.* — *Fest. lib. 4. in litera d.* — *Terēt. Eunuc. act. 3. Sc. 5.*

tato dicitur, tranflatione ducta à diebus feftis: contra profeftum facere, referente Fefto, dicebatur, qui ferias vitiabat, & profanabat inaufpicatasque reddebat & profanas. *Molleſtræ*, inquit Feftus, *erant pelles ouillæ quibus tergebantur galeæ*. Sic Latini vocabulum Græcum deprauarunt, & è μηλωτὴ Molleftram interpollarunt.

Feſt. lib. 14. in litera p.
Feſt. li. 11. in litera m.

Supremam dixit, male, interbibere, doliaris, ſuffarcinatus, igitur, vxor vſuraria, ni pro ne. CAPVT XII.

QVICQVID argutum eft in poëtis, ferè ignorata antiquitate nefciri neceffe eft, & fi vfpiam corruptum, farciri non poteft. Id adeò venit in mentem mihi ex quodam Plauti verfu, in quo condimẽtum illud Romani faporis defideratur, vetuftatis infcitia. Sed verfum proponere è re fuerit,

Mater ſupremum mihi tua dixit, domum ire iuſſit.

hîc fupremum fi legamus, quod exẽplaria occupauit omnia, nihil vt opinor, elegans eliciamus: fed fufpicio non leuis animum follicitat, fupremam legendum, atque è Iudiciorum id confuetudine à comico dictum effe. Nam pofteaquam præco fupremam dixerat, dimittebatur Iudicum confeffus, vt à Donato annotatum eft, quod hic Plautus imitatur. Mater, inquit, fupremam dixit tempeftatem, & ilicet pronunciauit, domumque ire iuffit. Sed vt hîc cognitio antiquitatis, fubfidio fuit, & adiumento, non ad explicandum folum locum, verumetiam ad farciendum: ita in alio eiufdem comici loco vtilitati erit ad exponendum intelligentia antiquorum verborum. Nam, malè, alio plerunque fenfu, quam hodie vfurpabant. hinc illud comici Plauti, 2

Plaut. Aſinaria Sc. Cur me retentaſt.
Donat. in And. Terent. act. 3. Sc. 1.

Hæc nox ſcita eſt exercendo ſcorto conducto malè.

Hîc malè eft, magno pretio: quod fi quis interpretatiunculam hanc fubleftæ fidei effe putat, patronum habebit Donatum in Eunuchum Terentij, qui, vt opinor, auctoritatem non defugiet, & facilè eam hominibus probabit. Sic interbibere, pro bibere, vel etiam totum bibere, antiqua dicendi ratione Plautus eodem, quem iam fæpius appello, Donato auctore dixit in Aulularia.

Plaut. Amphitruone Sc. Qui me alter eſt.
Donat. in Eunuch. Terent. act. 4. Sc. 4.
Donat. act. 1. Sc. 1. in Eunuch.
Plau. Aulul. Sc. Nimium liben̄ter audiui.

—præterea tibicinam
Quæ mihi interbibere ſola, ſi vino ſcatit,
Corinthienſem fontem Pirenen poteſt. 3

Nos quidem emendicamus ex eius commentario, vnde parietem iftum dealbemus, quòd quæ in eo reperimus renouanda effe credimus, & vfui commendanda, vt ex obferuatione tanti doctoris, & traditione loci illi Plautini cõmodius pofthac enarrentur: quibus addemus & eundem Donatum

Dona in And. act. 4. Sc. 5.

natum doliarem anum in Plauto in illo versus membro,

Doliarem claudam, crassam, exponere suffarcinatam, & præpinguem, tumidamque & obesam, & tanquam suffartam, credo de ventre doliorum tumidiore. nã ita à Paulino suffarcinatus & intelligitur & vsurpatur sic scribente, *Suffarcinatos arcta non capiunt.* Igitur, pro deinde in eodem comico ex archaismi obseruatione exponit homo idem literatus eo in loco.

Plaut. Pseud. Sc. Hi loci sunt.
Paulinus.
Plaut. Amphit. Sc. Qui me alter est.

Sin aliter sient animati, neque dent quæ petat,
Sese igitur summa vi, virisque eorum oppidum
Expugnassere.

Vxor autem in eo vsuraria, mulier ea est, qua quis vtitur, quamque accipit velut mutuatitiam: vt pecunia vsuraria, quæ ad vsum accipitur mutuo: & puer vsurarius apud eundem, catamitus quo quis vtitur. Sic de Hebudibus scribens Solinus, Regi negat vxorem esse suam, sed vsurpatitiam & mutuo sumptam. *Nulla illi,* inquit, *datur fœmina propria, sed per vicissitudines in quancunque commotus fuerit vsurariam sumit*: quem ego locum insignem nactus & accommodatum sensui Plautino admonitionis causa annotare decreui, vt qui vellet librum consuleret, & rem consideraret. Illud verò propè inauditum, ni pro ne positum ab eodem comico in Menæchmis, *Ni mala, ni stulta sis.*

Plaut. in argumentis amphi.
Plaut. Curcul. Sc. Beatus videor.
Plaut. Menæc. Sc. Ni mala, ni stulta.

Quod quidem affirmare Donatus audet, & quis tanta fiducia est, vt contra tanti Grãmatici auctoritatem non ita esse pertinaciter pertẽdat? quanquam si cum subiunctiuo connecteretur, rectè cohæreret hunc in modum sententia,

Donat. in Eunucho. Terent.

Ni stulta sis, quod viro esse odio videas,
Tute tibi odio habeas.

Sed tanto auctori non placet in pendenti loquutionem esse, eam membratim sistenti carpentique minaciter.

Plaut. Menæc. Sc. Ni mala, ni stulta.

Ni mala, ni stulta sis, ni indomita inópsque animi.

Collocare nuptam, alternus, alternos gressus cunctari & niti, olla legit olera. CAPVT XIII.

QVOD è flamma cibum petere Terentius dixit, id equidem ad dapes referendum suspicor, quæ pro inferijs in rogum mittebantur: vnde Catullus scripsit,

Terent. Eunuc. act. 3. Sc. 2.

Vidistis ipso carpere è rogo cœnam.

Quod quidem in illum poëtam Muretus politissimus & eruditissimus interpres animaduertit, Donato non satis perspectum. Cœna autem quæ à Catullo dicitur, ea est, quæ appellatur à Persio funeris cœna.

Catul. epig. 55.
Persius sat. 6.

—Sed cœnam, inquit, funeris hæres
Negliget iratus.

Æquè illud in eundem Catullum pereruditè & percallidè est ab eodem Mureto perceptum, fuisse pronubarum officium nouam nuptam in lecto collocare, cùm Catullus scripsit,

Catul. in Epithalam. Iull. & Malij.

—vos vnis senibus bonæ
Cognitæ bene fœminæ, Collocate puellulam.

Nam & ad illum Terentij locum, vt maiorum auctoritate confirmatum sit quod ille scripsit,

Terent. Eunuc. act. 5. Sc. 5. Donat. ibid.

Deinde illam in lecto illæ collocant,

Dicit Donatus, *vide an aliquid deest legitimis nuptijs. Nam & ipsum verbum collocant proprium est, & adscribitur pronubis. Alternum*, autem, *hoc sanctæ fœdus amicitiæ*, est mutuum fœdus inter nos: atque præter cætera significata, non infrequenter ita accipi alternum videor obseruasse: at verò,

Cat. ad Lesbiã.

Virg 12. æneid.

Vix hostem alterni si congrediamur habemus,

Id est, secundus quisque: sic

Virgil ibid.

—Alternos longa nitentem cuspide gressus dixit, pro passus alterius vulnerati pedis hastili sustentantem & fulciẽtem: Alter enim pes, qui saucius non erat, sine adminiculo firmos & liberos metiebatur gressus: dixit eleganter & Maronis imitatione Valerius Flaccus,

Valer. Flac. li. 2. Argon.

Alternos ægro cunctantem poplite gressus.

Catul. de mentula.

Nam quo pede ægrotabat, eo cunctantius deteriusque incedebat. Cæterùm, *ipsa olera olla legit*, prouerbij speciem habet, in eos qui quod se facere oportet, faciunt, vt cùm libidinosus, & salax, scortatur, & mœchatur, ebriosus potat. olera enim in olla coquuntur, quæ cum eis repletur, ipsa legere videtur, id est colligere. Mamurra igitur formianus adulter & nequam, cùm mœchabatur, id faciebat quod mentulam facere oportebat: sic enim ad infamiam eum appellat. Quinetiam illud,

Catul. de Lesbia.

O *dij reddite mi hoc pietate mea,*

Ex antiquorum consuetudine dictum attendi, qui sæpè à dijs pietatis suæ in ipsos, præmia mercedemque petebant, quod æquum esse videretur, à dijs eos faciliùs aliquid impetrare, qui numina piè colerent, venerarenturque. sic apud comicum Plautum,

Plaut Rudẽte. sc. Nimio pol hominum fortunæ.

Hanccine ego partem capio ob pietatem præcipuam?

Et cùm in aduersas res, & calamitates inciderant, se deos læsisse arbitrabantur, & offendisse: exemplorum pleni sunt poëtarum libri. Iam verò, *omnia sunt ingrata*, cùm dicit, intelligit gratum hominibus nihil esse, nec ab eis grato animo quicquam accipi, vt apud Plautum,

Catull. in Ingratum.

Plaut. Amphitruone sc. Qui me alter est.

Quoniam bene quæ in me fecerunt, ingrata ea habui atque irrita.

Quid

Quid quod, *qui vestrum exercet amorem*, esse videtur qui vsurpat & colit il- Catul. ad Ami-
lum amorem, qui tuus est? hîc ergo minuti literatoris munere functus cum.
sum, qui ea tradidi, quæ vel balbi ludimagistri facilè explicarent: sed nos mysteria non enunciamus, neque in archanis recondita cistis orgia euulgamus, sed in triuijs iacentia tollimus.

Bissenos dies altaria fumantia, equæ, omnia nuptiarum, minæ murorum, maior pars diei. CAPVT XIIII.

VELVT in aliquibus opportunis diuersorijs, in nonnullis Virgilij locis morabor, & vt qui iter faciunt non propinquis consistunt, sed longè distantibus hospitijs, sic ego in disiunctis interquiescam, his & illis velut domicilijs & mansionibus. Quod igitur scribit, Virg. Eclog. 7.

Bissenos cui nostra dies altaria fumant,

In magna religione velut numinis potentissimi & præsentissimi, dictum est. Nam menstrua sacra dijs maximis celebrari solebant, atque eæ erant feriæ religiosissimæ, cum solennibus & anniuersarijs non satis esse putarent defungi sacris, sed memoriam cultus quot Calendis aut Idibus renouandam putarent: ea sacra Græci vocant ἔμμηνα. Sophocles.

Ταύτῃ χορὺς ἵστησι, καὶ μηλοσφαγεῖ Sophocles Electra.
Θεοῖσιν ἔμμην᾽ ἱερὰ τοῖς σωτηρίοις.

Ne illud quidem sine Græcorum imitatione, vt alio diuertam à Marone Virg. 1. Georg.
dictum est —*Eliadum palmas Epiros equarum.*

Sæpe enim Græci equos solent equas appellare, vt vel eodem Sophocle Sophocles. Electra.
auctore patet. Is enim cùm ita de Oreste in Electra scripsisset,

Κἀκεῖνος ἐν τούτοισι Θεσσαλὰς ἔχων
Ἵππους ὁ πέμπτος: paulò post scribit, Sophocl. ibid.
—δεξιὸν δ᾽ ἀνεὶς
Σειραῖον ἵππον, εἶργε τὸν προσκείμενον.

Ita cùm ante equas dixisset, mox funalem dextrum subiũxit: quãquam interdum etiam ad Olympicum certamen mittebantur equæ. Celebratur Grat. de venat.
enim Phidolæ Corinthij equa, quæ sine sessore palmam meruit. Et Epiri equas celebrat Gratius Maronem imitatus, Gratius.

—quis Charnias contendere contra
Ausit, vix merita quæ signat Achaïa palma?
Prima (inquit Maro) *& tellus est pronuba Iuno,* Virg. 4. Aeneid.
Dant signum.

Non temerè est quod signorum & prodigiorum in nuptijs mentionem facit. Nam superstitiosa illa priscorum natio, cùm in alijs, tum in coniu-

Virg. 1. æneid. gijs vel maximè, omina obſeruabat: vnde illud, *—primíſque iugarat Ominibus*: & nuptijs auſpices adhibebantur: Papinius quoque de- Papin. 2. Thebaid. ſcribens infauſtas filiarum Adraſti nuptias commemoratis prodigijs, addit. *—cunctos tamen omina rerum*

Dira mouent, variíſque metum ſermonibus augent.

Sed quaſi in via mihi aliquid exciderit, veſtigia relegens mea, quod ante Virg. 4. æneid. in eodem libro eſt apud Maronem explicabo.

—Iacent opera interrupta, minæque

Murorum ingentes.

Hîc minæ ſignificant partes illas murorum, in quibus ſunt propugnatores, hoſtibusque minantur, quæ ad emiſſionem telorum feneſtratæ ſunt: Rufin. in Ioſeph. ἐπάλξεις ferè à Græcis vocantur. Ruffinus in Ioſepho, *Et deſuper eam mi-* Rufinus. *næ quidem binis, propugnacula verò ternis cubitis ambiebant.* Iterum, *In ſummo autem propugnaculis miníſque erat ornata.* Rurſus, *Et minas quidem binis cubi-* Virg. 9. æneid. *tis, propugnacula verò ternis habebat.* Hinc longè proficiſcenti occurrit, quò deflectendum ſit, & deuertẽdum. *Nunc adeò melior quoniam pars acta diei:* vbi meliorem partem diei eſſe cenſeo, maiorem, quæ cùm tranſacta eſt, inclinat dies in occaſum. Maior autem pars è duodecim horis ſeptem primarum eſt, non ſupremarum, quæ cùm exactæ ſunt, maior, & melior pars acta eſt: ſed multo magis cùm exactæ ſunt octo, vel nouem, vel decem horæ, vt cùm aduesperaſcit: quod tempus Turnus ſignificauit: tamen exacta ſeptima hora maior pars acta eſt, vel teſte locupletiſſimo Iuriſ- L. 2. ff. de verborum ſignif. conſulto Paulo, qui ita ſcribit: *Cuiúſque diei maior pars eſt horarum ſeptem primarum diei, non ſupremarum.*

Infectum, corruptus, gignentia, altitudo ingenij, plerúſque exercitus, affinis.

CAPVT XV.

ANIMADVERTISSE mihi videor quędam in Iugurtha Salluſtij non vulgaris, nec triuialis monetæ, quæ admonendæ aduertendæque iuuentutis gratia, inde excerpta, huc tranſtuli, & velut ſemina in alium trãſplantaui hortum, malè tamen paſtinatum. Igitur, ne longiùs faciam, infectum nouo quodam modo, non quod factum non eſt, ſed fieri non poteſt, di- Salluſt. in Iugurth. cit: eius verba ſunt. *Sed Rex nihil iam infectum Metello credens.* Id eſt, nihil eſſe putans, quod non efficere Metellus poſſet. Non video enim quæ Salluſt. in orat. Lepidi. alia in eo loco ſit vis, & notio eius vocabuli. Eodem modo & corruptus ab eo vſurpatur in oratione Lepidi: *ne alius alium principem expectantes ante capiamini, non opibus eius, quæ futiles & corruptæ ſunt, ſed veſtra ſocordia, quam captum iri licet*: id eſt, vt ita dicam, corruptibiles, quæ corrumpi

facilè

facilè poſſunt. Idem etiam gignentia appellat inſolito quodam more, non quæ gignunt, ſed quæ è terra gignuntur ſtirpes, & arbores. Ac ne quis ſemel illum ita loquutum putet tantùm, exēpla duo proferam. *Nam vbi*, inquit, *per loca æqualia & nuda gignentium*. [Salluſt. in Iugurth.] Iterum, & *fortè in eo loco grandis ilex coaluerat inter ſaxa, paulùm modo prona, deinde inflexa atque aucta in altitudinem: quo cuncta gignentium natura fert*. [Salluſt. ibid.] Apuleius Salluſtij exemplo gignentia vocat, quæ oriuntur naſcunturq́; in libro de dogmate Platonis his verbis, *gignentiúmque omnium inſtar ceræ, formas & ſignificationes ex illa exemplorum figuratione ſignari*. [Apul. de dogma. Platonis.] Idem mare magnum, quod intumeſcit inflaturque tempeſtate, in altumque curuatur appellat. *Nam vbi mare*, inquit, *magnum eſſe, & ſæuire cœpit ventis*. [Salluſt. in Iugurth.] In eodem libro altitudo ingenij non eſt, quæ à Cicerone animi altitudo dicitur, ſcilicet quædam animi excelſitas, & magnitudo in magnis rebus gerendis, & incōmodis capiendis & fortiter ferendis: [Cic. li. 1. de officio.] ſed eleganti nouitate, eſt profundus quidam, alteque demerſus animi ſenſus, neque alijs patens, notúſue: ſed penitus reconditus, quæ, niſi fallor, etiam à Græcis βαθύτης dicitur. Sic autem loquitur, *ad ſimulanda negotia altitudo ingenij incredibilis*. [Salluſt. in Iugurth.] Eſt & illa velut vetuſti ſaporis loquutio guſtatu ſuauis. *Quæ poſtquam glorioſa modo, neque belli patrandi cognouit*, [Salluſt. ibid.] quo quidem in genere non eſt infrequēs Salluſtius, cùm in oratione Lepidi eodem modo loquatur, *vt nihil*, inquit, *glorioſum niſi tutum, & omnia retinendæ dominationis honeſta æſtimet*. [Salluſt. in orat. Lepidi.] quem ego locum non protuliſſem, niſi Iugurthinum mala manu laceſſitum intellexiſſem: homines enim liberales & largi, de ſuo *copiam* ei adiecerunt: quaſi iſta orationis antiquę potius ſupplementa, quam dehoneſtamenta haberi debeant, cum quod ſcriptor noluit infarcis, & inculcas. Plerũque exercitum, pro magna exercitus parte idem dixit, ſed plerunque in editionibus deſideratur, vt intelligas emendatores librorum non tantùm largitores eſſe, ſed etiam plerunque fures. Verbum enim hoc ſubduxerunt. *Exercitum*, inquit, *plerunque in iiſdem locis operiri iubet*. Affines vocat qui finitimos, & coniunctos poſſident agros: [Salluſt. in Iugurth.] ea quoque vox placita non eſt, & confines ſcribere maluerunt, quod vocabulum, etſi in Republica Romana natum & vernaculum eſt: tamen non minus affinis natalibus Romanis ſe extollit. Sic autem ſcribit, *Interea parentes, aut parui liberi militum, vt quiſque potentiori affinis erat, ſedibus pellebantur*. [Salluſt. ibid.] Iſta quæ negligentem laterent, non fallerent diligentem, non indigna credidi, quæ ſubitarijs iſtis commentarijs adſcriberem.

Tacita iudicia, idonei homines, thrax conductus ad cædem, compunctus notis threicijs. CAPVT XVI.

INTER-

INTERDVM cum magno ambitu honores petebantur aperta largitione, ob candidatorum contentionem, disciplinæ, & institutis patrijs legumque iussis repugnantem, populique tribus & centurias corrumpentem, Senatus decernebat, vt iudicium fieret tacitum in candidatos, quo vel antè damnarentur ambitus, vel eorum comitijs ratio non haberetur, quòd more maiorum petisse non viderentur. De hoc genere iudicij sic ad Atticum Cicero loquitur. *Senatus decreuit, vt tacitum iudicium ante comitia fieret, ab ijs consilijs, quæ erant omnibus sortita in singulos candidatos: magnus timor candidatorum.* hinc meridiana luce clarius illud redditur, quod intempestæ noctis vmbra videbatur obductum apud Ciceronem libro 2. Officiorum, *Quamuis enim demersæ sint leges alicuius opibus, quamuis tremefacta libertas, emergunt tamen hæc aliquando aut iudicijs tacitis, aut occultis de honore suffragijs.* hîc tacita iudicia, non arbitror alia esse, quàm quæ ex epistola ad Atticum eruta & in apertum prolata, ad declarationem huius loci accommodaui. sed operæpretium fuerit ex eodem Officiorum libro, totum detexere caput. Idoneos eo in libro homines vocat, locupletes & diuites, cùm scribit: *Et sæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum, sed diligenter atque moderatè.* Atque ita, ne quis fortè meæ diffidat sententiæ, hoc Lactantius interpretatur, qui & stili sui acumen, in hæc Ciceronis verba distringit, cùm benignitas non sit, sed fœneratio quædam, & mercatura, largiri diuitibus, à quibus parem expectes gratiam, & vicem beneficij. Nam ea demum benignitas est & benefificétia, quæ gratuita non conducta beneficia collocat. Sed Lactantij verba subscribere, è re fortasse fuerit: Sic igitur ait, *Quid est idoneis? nempe ijs, qui restituere, & referre gratiam poßint.* Deinde subdit; *Non enim idoneis hominibus largiendum est, sed quantum potest, non idoneis.* Iterum, *eodem modo rursus errauit, quo tum, cùm idoneis esse diceret largiendum.* At verò quod ait largitionem fundum non habere, id est, quod vulgò vsurpare solemus, abyssum quandam esse. Nam abyssus ex eo nomen inuenit, quòd fundo careat. scribit idem, *tamen ad eam ex epulis in cubiculum veniens, barbarum, & eum quidem (vt scriptum est) cõpunctum notis threicijs, districto gladio, iubebat ante ire.* hîc mihi videtur non satis habuisse, barbarum dixisse, nisi adderet compũctum notis threicijs: non quo eum seruum intelligeremus, sed vt in immani barbaria natum. Nam Thraces tales habebantur. proinde in Pisonem scribitur, *consulem vestrum tanquam aliquem Thracem ad cædem faciendam conduceret.* Hoc autem obiter dicendum est, vt Romani Imperatores prætorianis militibus & centurionibus ad cædem vti solebant: sic olim tyrannos Thracibus earum rerum ministris & satellitibus vsos fuisse. Hesychius τράλλεις, οὕτως ἐκαλοῦντο μισθοφόροι Θρᾷκες, τοῖς βασιλεῦσιν οἱ τὰς φονικὰς χρείας

πλη-

Cic. ad Attic. lib. 4. ep. 3. à fine.

Cic. 2. de offic.

Cic. 2. de offic.

Lactant. li. 6. cap. 11.

Lactant. lib. 6. cap. 11.

Lactant. lib. 6. cap. 12.

Cic. 2. de offic.

Cic. in Pison.

Hesychius.

πληρουῦτες. Thraces autem vt & aliæ quædam nationes barbaræ, ſe ſtig- Cic.li.2. de
matis notabant, vel, vt Cicero loquitur, notis compungebant. Strabo li- Offic.
bro 7. κατάστικτοι δὲ ὁμοίως καὶ τοῖς ἄλλοις ἰλλυρίοις καὶ θρᾳξί. Phanocles etiam Strabo lib.7. Phanocles.
canit irrogatam à viris eam eſſe pœnam mulieribus in Thracia corporis notis pungendi, & ſcribellandi, ob Orphei necem, vt ſceleris recordarentur. Inquit enim,

Ἀς ἀλόχους ἔστιζον. ἵν᾽ ἐν χροῒ σήματ᾽ ἔχουσαι
Κυάνεα, στυγεροῦ μὴ λελάθοιντο φόνου.
Ποινὰς δ᾽ ὀρφῆϊ κταμένῳ στίζουσι γυναῖκας
Εἰσέτι νῦν, κείνης εἵνεκεν ἀμπλακίης.

Vrbicus, exodium, trechedipna, ſermo rotatus.

CAPVT XVIII.

PLÆRAQVE ſunt, quæ ne ab acerrimis quidem & intelligentiſſimis interpretibus attenduntur in auctoribus, ſed propter vocabula non recondita prætereuntur, quale illud eſt Iuuenalis,

Vrbicus exodio riſum mouet Atellanæ, Iuuen.ſat.6.
Geſtibus Autonoes.

Quòd enim vrbis & vrbici nomen paſſim ſtrepit in verbis non abditis, nihil quoque clauſum latere putant. At ego vrbicum exiſtimo actoris quoddam genus ſignificare, & certum quoddam poëtarum genus. Vt enim Satyræ Græcis Tragœdijs interponebantur, ita Tragœdijs Latinis ad exhilarandum ſpectatorem Atellanarum exodia interſerebantur: nec hiſtrionibus earum actus committebantur, ſed honeſtis iuuenibus: quanquam fortaſſe tandem aliquando à mimis alijs & hiſtrionibus fabulæ illæ actæ ſunt: erantque hæ fabulæ vrbaniſſimæ, & vrbis iocos, elegantiamque imitabantur, & ab vrbe Atella nomen erant adeptæ. Itaque earum auctores vrbici, vt in eo, quem protuli Iuuenalis loco, Iuuenal.ſat.6.

Vrbicus exodio riſum mouet Atellanæ,

& earum auctores vrbici vocabantur: Martialis. Mart.lib.epig.

Quod non optimus vrbicus poëta. 98.

Hinc & illud Fulgentij: Quidni enim eius adhibeamus teſtimonium ad Fulgentius lib.
eruẽdam antiquitatis notitiam? *Denique Beatinius augur dicere ſolitus erat,* 2.mythologic.
diuerſarum vrbium honores ſimiliter peragi vrbicario mimologo. Hîc quòd mimis eſſent perſimilia exodia Atellanarum, ad mimos eam rem tranſtulit, Atellanæ autem non totæ, ſed earum actus aliquis Tragœdijs interponebatur è ſcena digreſsis Tragœdis: ita quòd extra Tragœdiæ, argumentum digreſſis Tragœdis agerentur, exodia vocabantur. Hinc exodiarius,

Marcell. li. 28. Marcellinus, *vt in omni ſpectaculo, exodiario, venatori, aurigæ, & hiſtrionum generi omni.* In hanc velut coloniam adſcribam quoque illud eiuſdem ſatyrographi,

Iuuen. ſat. 3. *Ruſticus ille tuus ſumit trechedipna Quirine,*
Et ceromatico fert niceteria collo.

Hîc alia quidem omnia in procliui eſt verba explanare: tantùm trechedipna moleſtum habent explicatum. Nec verò qui trechedipni à Græcis dicuntur, magnopere ad ſenſum adiumento ſunt indagandum, nec quæ interpretes afferunt, qui veſtes paraſiticas accipiunt, quæ notio non conuenit, vel niceterijs, vel ceromatico collo. Ego gymnaſticas intelligo veſtes, quæ à curſu nomen habēt, & cœna, vt perſtringat ruſticos Romanos acriter, qui tam dediti fuerint gymnaſticis, & Græcanicis exercitationibus, vt ijs propè vitam, & ſpiritum ducere viderentur, ad easque tanquam ad cœnam currerent: qua veſte etiam eſuritores fortaſſe græculi ad cœnam curſitantes vti ſolebant. Quare trechedipna, hîc iocoſo vocabulo

Iuuen. ſat. 6. Endromiden appellari reor, de qua alio loco ſic ſcribit,

Endromidas tyrias, & fœmineum ceroma:

Ecce hic Endromiden, *&* ceroma cōiunxit, vt modo trechedipna, & ceromaticum collum copulabat: vt vtrobique eandem ſententiam non ijſ-

Iuuen. ſat. 6. dem tamen verbis expreſſerit. Etiam appendiculam adiungam ex eodem ſatyrographo.

—Et curtum ſermone rotato
Torqueat enthymema:

Hic ſermonem rotatum eſſe arbitror, orationem conuerſione concluſam, atque comprehenſam ambitu: quod genus dicendi à Cicerone ver-

Cic. in Partitionib. ſum, ab Ariſtotele συνεστραμμένον appellatur: quo genere loquendi contor-

Ariſtoteles. ta oratio eſt, ideoque breuior, quam ſponte naturæ fuſa.

Principium galeatum, ſeſtertium, ocellata.

CAPVT XVIII.

Divvs Hieronymus libris ſacris prologum, antepoſuit cognomento galeatum: Id percontatione de viro clariſſimo Aemaro Ranco-

Sulpitius Victor. neto, cùm quærerem quid eſſet, reſpondit explicari à Sulpitio Victore, cuius hæc verba ſubſcribam: *vulgare* (de exordijs loquitur) *ſi tale ſit, quale eſſe poßit in omnibus cauſis, nihil proprium perſonarum aut rerum, de quibus agitur: Quod idem & galeatum à quibuſdam vocatur, quoniam ita commune eſſe poßit, vt in omnibus cauſis, quemadmodum galea ſeu galeatum, omnibus indigis poßit eſſe commune.* Sed & ipſe Hieronymus id ſatis explicat, cùm ita

ſcribit,

ſcribit, *hic prologus ſcripturarum quaſi galeatum principium, omnibus libris, quos de Hebræo vertimus in Latinum, conuenire poteſt.* Intelligit enim hoc princi-pium tãquam omnium librorum communem eſſe galeam communeq́ue procœmium, vt galeatum præſidium omnium cõmune eſt, & galeati omnes tuentur. Tranquillus ſcribit, Auguſtum cùm ſe exerceret, in extremis ſpatijs decurrere ſolitum, ſeſtertio vel lodicula inuolutum: hic ſeſtertium quid ſit, à Grammaticis quæritur, nec exponitur, ſed quiduis aliud induci-tur. Ego ſeſtertium retineo, & eo nomine ſignificari puto operimentum duûm omnem in partem pedum & ſemiſſis. Paruum enim operimentum fuiſſe, è lodicula ſuſpicari licet. vt enim pes as dicitur interdum (Nam du-pondius, qui duos aſſes valet, apud Columellam duos pedes ſignificat:) ſic erit ſeſtertius duorum aſſium & ſemiſſis, id eſt duorum pedum & ſe-miſſis: ſed & ſeſtertium interdum locum ſignificat duorum iugerum & ſemiſſis, quod iugerum ſit as. Plutarchus dicit Galbæ caput datum Patro-bij, & Vitellij ſeruis, ab illis proiectum eum in locum fuiſſe, vbi qui à Cę-ſaribus interficiuntur plecti ſolent, qui locus ſeſtertium vocatus ſit: opi-nor de ſpatij modo: ſubijcit Trãquillus, Auguſtum ſolitum eſſe cum pue-ris minutis ludere ocellatis nucibuſq́ue: de ocellatis, diuerſa Grammatici ſentiunt, & vt in re ignota emendationem comminiſcuntur, ac modo ca-ſtellatis, modo oſcillis, modo oſcillatis, vel oſſiculatis, vel oſſiculis, inge-nioſè, quis negat? reponunt. & quid non ariolantur & diuinant? Sed ocellatis probo, & in poſſeſſione eſſe iubeo: eo verbo veniunt auellanæ nucularumq́ue genera, quæ ocellorum quandam præ ſe ſpeciem & ro-tunditatem ferũt: quanquam id non affirmo, & amplius pronũtio, quòd nondum mihi liqueat. Hanc vocem mutuo ſumpſit à Varrone Tranquil-lus vt exiſtimo. Nam Varro auctore Nonio ſcripſerat in Marcipore.

Suet. in Aug. cap. 83. — *Columel lib. 4. cap. 1.* — *Plutarch. in Galba.* — *Suet. in Aug. cap. 83.* — *Varro apud Non. in Margaritum.*

Altera exorat patrem libram ocellatorum.
Altera virum ſemodium margaritarum.

Pugna Cannenſis, ex Cannenſi caterua, imminutio, acclinis, felles pal-laria, in cubiculo nola, myobarbum, ciſthus.

CAPVT XIX.

CAEDEM illam & proſcriptionem Syllanam, quæ vrbi Romanæ fu-neſtiſſima fuit & calamitoſiſſima, propter tot ciuium necem videntur ap-pellaſſe pugnam Cannenſem veteres. Cicero pro Roſcio, *Te pugna Can-nenſis accuſatorem ſat bonum facit. Multos cæſos non ad Thraſimenum lacum, ſed ad Seruilium vidimus.* ſed & oratores ex Cannenſi caterua, ignobiles vocabant, qui eo tempore multis cæſis, & facundioribus interfectis, aut

Cic. pro Roſc.

Fortunatian. mortuis, repentè extiterunt, & ad caufas & iudicia acceſſerunt. Fortunatianus *quæ dicentem profectò Minutium, aut aliquem ex Cannenſi caterua, nemo ferret.* ſed exodiarij noſtro more ſumus, & alienos actus noſtræ fabulæ
Plaut. ciſtel. Sc. Tum ante hac amaui. inſerimus. Imminuere pudicitiam Plautus dixit, pro auferre: proinde in
Auſon. in Centone nuptiali. centone nuptiali Auſonius imminutionẽ vſurpauit pro primo congreſſu cum vxore, quòd tum virginitas imminuatur. Græci poëtæ non rarò mare & Oceanum appellant λίμνην. id eſt, ſtagnum, quod & ab Heſychio
Heſychius. obſeruatum eſt: eorum exemplo ſcripſit libro 10. Maro.

Virg. lib. 10. æneid.

Cùm pedes inceſſit medij per maxima Nerei
Stagna viam ſcindens.

Virg. 10. ænei. Eodem libro legendum cenſeo *Arboris acclinis trunco*, potius quàm *accli-*
Horat. lib. 2. ſaty. 2. *uis*, quem eundem errorem præclarè emendauit apud Horatium collega meus vir eruditiſſimus Lambinus. Nam Virgilio hoc loco, acclinis, eſt
Cæſar. li. 6. de bell. Gall. quod Cæſari acclinatus: eius verba ſunt, *Atque ita paulum modo acclinatæ quietem capiunt.* Iterum, *huc cùm ſe conſuetudine acclinarunt:* malè
Cæſar. ibid. vtrobique reclinarunt excudi reor, contra auctoritatem veterum librorum, velut eodem loco haud paulò melius legetur veterum librorum fi-
Cæſar. ibid. ducia, *aut incidunt arbores tantum.* inſcribitur Epigramma Auſonij in Marcum pullariam, ſed integrior eſſet titulus in Marcum pullariam felem, vel ipſo auctore Auſonio qui ita ſcribit,

Auſon. epig. 73.

Quis Marcus? feles nuper pullaria dictus.

Plaut. Rudẽte. Sc. Exi è fano. Nam vt feles virginalis à Plauto dicitur, virginum raptor à felis rapacitate: ſic feles pullaria raptor eſt puerorum & corruptor. Nam veteres pueros etiam pullos vocabant: hinc pullipremo, compreſſor puerorum & pædico, quod velut epithetum adiecit Lucillius ſubuloni, id eſt, pertuſori, & veluti ſubula perforanti: ſubulam autem partem intelligo eam per tranſlationem, quæ honeſtè nominari non poteſt. Cùm autem Auſonius
Auſon. epig. 74. de fœdiſſima Venere ſcribit,

Et quam Nolanis capitalis luxus inuſſit,

Satis indicat in illo ænigmate, in triclinio coa, in cubiculo nola: obijci Clodiæ oris obſcœnitatem, & omnem infandam libidinem, qua notati ſunt Nolani: vt cùm libidinoſa & laſciua eſſet in conuiuio, & quædam Venus Coa, in cubiculo à nulla obſcœnitate abhorreret. Myobarbum
Auſon. epig. 30. porrò quid ſit apud Auſonium in Lemmate Epigrammatis triceſimi, plurimos anxios habet: ego à mure putem verbum compoſitum & barbo, quæ vox ſignificat myſtrum, id eſt mẽſuram liquidorum ſeſcunciam pendentem, vt ſit tanquam muris cyathus. Ineſt autem & latet in mure myſterij ſignificatio, & barbo, quo in myſterijs Cereris legiferę vtebantur. hoc igitur lemma ſignificat myſtica Liberi patris nomina, & myſticam

potestatem. scribit Ausonius, *Auson. epig. 122.*

Dum Cyston costúmque putat communis odoris:

In quo allusit ad mulieris fortasse genitale, quod etiam Græcè dicitur κύσθος, cùm alioqui etiam cisthos sit frutex, ex quo, vt ex proximo epigrã-mate apparet, salgama fiebant, quæ non exhalant iucundum odorem, cùm salsamenta referant: sub eo frutice hypocisthis nascitur.

Tergemini honores, arma ancilia, factio, munitare, protinus, lyræ lyræ, eiuno, meus deus, lanea tracta, cras credo hodie nihil.

CAPVT XX.

CERTET *tergeminis tollere honoribus*, Initio carminum scribit Flaccus *Horat. li. 1. od. 1.* nec grammaticorum expositio ferè cuiquam est ignota, facileq; est eam è libris cognoscere. Ego meam ista de re sentẽtiam dissimulare non pos-sum: honores enim tergeminos pro maximis & amplissimis interpre-tor, vt cùm populus ingentem tollit plausum aliquem honorans. nam sæ-pe in hac notione hoc verbum à poëtis tritum animaduerti: Martialis, *Mart. li. 5. epigram. 93.*

—tergeminum mugiat ore sophos,

id est maxima voce succlamet sophos. Tibullus, *Tibul. lib. 4. 1. carm.*

Illum tergeminæ nantem confinia mortis,

Id est ingentis & multiplicis. hinc adeò id factum suspicor, quòd quę ter-gemina sunt, eadem ampla, & magna sunt. hæc, vt opinor, interpretatio haud paulò ad poëtæ sensum accommodatior est, quam interpretum ex-positio: sed nos more nostro alia sectabimur, & hoc caput implebimus multa congerendo. Arma ancilia pro ancilibus dixêre veteres. Valerius, *Sed lictoribus præcedentibus arma ancilia tulit*. Sosipater, *Sed quòd quinqua-trus antiqui dictum dicebant, à quinquando, id est, lustrando, quod eo die arma ancilia lustrari sint solita*. Ac sanè apparet hoc genus dicendi solemne, vsi-tatumque fuisse. Factio interdum consensio quædam est, & amicitia. Ca-to, *vtrinde iram, vtrinde factiones tibi pares*, id est iram & amicitiam tibi pa-res, loqui nec rectè, est maledicere. Plautus, *Valer. Maxi. lib. 1. cap. 1. Sosipater. lib. 1. Grammat. Cat. apud. Sosipat. lib. 2. Grammat.*

Chrysalus mihi vsquequaque loquitur, nec rectè pater, *Plaut. Bacchi. Sc. Hunc homi-nem.*

Sic nec rectè dicere vsurpatur in *Pseudulo*. Summatim ex eo dictum est, quod summas ipsas, non omnia æra legimus & subducimus. Semitatim valet per semitas. Titinius, *ita semitatim effugi, & effugi patrem*. Munitare, pro munire cupere, sine frequentationis significatione apud Ciceronem non indiligens, nec oscitans lector obseruabit in oratione pro Roscio, *Nunc quam viam munitet, & quod iter affectet videtis*. Protinus interdum præ se, & ante se & prorsum significat. Virgilius, *Plaut. Pseud. Sc. Viso quid rerum. Titin. apud Sosip. lib. 2. Cic. pro Rosc. Virg. Eclog. 1.*

—*Protinus æger ago*, id eſt præ me, & ante me ago, & prorſum ago. Cic. de diuin. lib. 1. Cicero, *præcepiſſéque vt pergeret protinus: quid retro atque à tergo fieret, ne laboraret*, id eſt iret prorſum. Lyræ lyræ, quæ vox effutitia eſt, pro nugis, & friuolis veteres poſuerunt: Plautus,

Plaut. Pœnul. sc. Sæpe ergo res multas. *Gerræ germanæ, atque ædepol lyræ lyræ.*

Scio magnos huius ætatis viros aliud ſentire, ſed nihil afferunt, quòd me de ſententia demoueat. Plin. li. 2. c. 7. Iunones & genios ſibi (inquit Plinius) homines adoptant, ſed iunones mulierum ſunt: Iuuen. ſat. 2. Iuuenalis de viro molli, quique pro muliere poſſit haberi,

Et per Iunonem domini iurante miniſtro,

Petronius. Sed & mulieres iurabant, vt ait Petronius, Iunonem ſuam. Soſipat. lib. 2. Grammat. Soſipater, eiuno, vt eccaſtor: genius virorum eſt. hinc illud Terentij, Terent. Phormio. act. 1. Sc. 1. *Suum defraudans genium*: Sed & deus meus cùm dicebant, genium ſuum intelligebant: Terentius, *Memini relinqui me deo irato meo.* Terēt. Phorm. act. 1. Sc. 2.

Mediusfidius non iurabant olim mulieres. erat enim eis religio hoc iuſiurandum proferre: Soſipat. lib. 2. proinde Titinius adoleſcentem, qui in fœminam degenerarat, hoc iuſiurādum non audere eloqui dicit. Nam cùm vulgus hęc verba imminueret, & deprauaret, & pro medius medi diceret, facit eum dicere pro medi edi: Soſipat. lib. 2. *An quia*, inquit, *pol, ædepol fabulare, medi edi*. Tracta lanea pro laneis licijs vel laneis pannis, vel potius pro lanæ glomis reperimus. Varro, apud Non. in Tractus. Varro, *etiam ſuis manibus lanea tracta miniſtraſſet infectori*. Tripales vites dicebantur, quæ tribus palis ſuſtinebantur: Apud Non. in Pali. Varro, *Quid tu? non vides in vineis, quòd tria pala habeant, tripales dici?* Proficiem vſurpauerunt pro profectis, id eſt pro extis ſectis, quæ aris inferuntur. Apud. Non. in Profecta exta. Varro, *proficiem extorum, vel in menſam proijcere*. Varronis ſatyra erat inſcriptione, vt pleræque eius, prouerbiali: Apud Non. in Faſtidiliter. *Cras credo, hodie nihil*, ab hominum ſermone ductu titulo, qui in præſentia ſe negant credere, ſe cras facturos dicunt. Folliculum pro corpore Lucilius poſuit his verbis, Apud Non. in Folliculum. *ego, ſi qui ſum, & quo folliculo nunc ſum indutus, non queo*. Varro etiam corticem, Apud Non. in cortex. *ſic inuitata matura anima corporeum corticem facile relinquit*. hæc hinc & inde carptim collecta ſunt.

Syrpe, tocullio, ſublingio, faſciæ crurales, & pedales, megabacchus, ciſtophorus, ciſtiger. CAPVT XXI.

Cic. ad Attic. lib. 2. epiſt. 4. SCRIBIT in Epiſtolis ad Atticum Cicero, *Clodius ergo vt ais ad Tigranem? vellem Syrpiæ conditione*, qua de re ſi mihi ius cenſendi eſt, ſic ſentio. Aliquando propter vbertatem & diuitias Syriæ, legēdum eſſe exiſtimaui, *vellem Syriæ conditione*, hoc ſenſu, vellem ad Tigranem iret, vel ea conditione, vt Syriam prouinciam obtineret: neq; me eius interpretatio-

nis

nis pœnitet: verùm poſteaquam è doctiſſimis Manutij commẽtarijs cognoui in Beſſarionis libro ſcriptum eſſe, *vellem ſyrpe conditione*, eam ſcripturam vt veriſſimam, & eloquentia Ciceronis digniſſimam aliquandiu amplexus ſum. Eſt enim ſyrpe pars quædam ſilphij: Nam & Priſcianus Priſcianus. eius mentionem facit, & comicus Plautus his verbis, *ſi ſperas tibi hoc anno* Plaut. Rudẽte *multum futurum ſyrpe & laſerpitium, eámque euenturam exagogam Capuam* Sc. Prob. Cyre- *ſaluam & ſoſpitem.* Ea res magnæ æſtimationis & pretij erat. Quare dicit nenſes popula- res. calumniator apud Ariſtophanem, οὐδ' ἂν εἰ δοίης γέ μοι τὸν πλοῦτον αὐτὸν, καὶ Ariſtop. Pluto. τὸ Βάττου σίλφιον. id eſt, Non ſi mihi donaueris Ditem ipſum, & Batti laſer-
1 pitium quod eſt harum rerum conditione & optione non facerem. Sed & ſyrpe videtur appellari ipſum laſerpitium, voce à Græco nomine Silphij degenerante: Solinus, *apud Cyrenenſes præterea ſyrpe gignitur, odoratis radi-* Solin. cap. 30. *cibus, virgulto herbido magis quam arbuſto.* Syriæ tamen magis rurſum probo, tum quòd opulentiſſima erat prouincia: hinc Catullus, *Mauult quàm* Catul. epig. 42.
1 *Syrias Britanniáſque*: tum quòd ſyrpe aptoton eſſe oporteret. ſcribitur in iiſdem epiſtolis, *neque te in tocullionibus habebam*: quo quid ſignificetur, Cic. ad Attic. magna quæſtio eſt. Ego more inſtitutóque meo quid alijs placeat, non lib. 2. epiſt. 1. referam, potiùs quid ſentiam dicam, non quin aliorum ſentẽtiæ mea potiores ſint, ſed quod eas omnibus patere arbitrer, neque eis referendis
2 ſcriptionem producere velim, nimis alioqui prolixam futuram. exiſtimo igitur nomen eſſe formatum à diminutiuo Græco τοκύλλιον: vt apud Plautum à σκέπαρνον ſceparnio: eodem modo Latini turpionem dixere, & Plautus in Pſeudulo, ſublingionem à ſublingẽdo hoc verſu, qui mirum in mo- Plaut. Pſeud. dum deprauatus eſt, Sc. Forum

3 *Iam hic quoque ſceleſtus eſt coqui ſublingio,* Coquinũ qui.

Pro quo ſubijciunt coquit ſub linteo: inepta & ſtolida ſententia. Tocullionem igitur accipiamus minutum fœneratorem: nõnulli emendant loculiolibus, quam bene ipſi viderint. ego receptam ſcripturam loco non moueo. Epiſtola proxima Epicratem interpretantur Pompeium: ego ho- Cic. lib. 2. ad
3 minem grecum fuiſſe ſuſpicor: nominatur Epicrates Bidinus in Verrem, Attic. epiſt. 3. & Epicrates princeps Atheniẽſium in epiſtolis dicitur, à quo accuſari po- Cic. in Ver. 4. act. tuit Valerius: Epicratis laſciuiam reprehendit, quòd eius calidæ & faſciæ cretatæ eſſent, faſciæ autem cretatæ, faſciæ ſunt albatæ creta & candidatæ: faſcijs veteres crura inuoluebant, vt nos tibialibus & femoralibus: Vl- L. argumento
3 pianus, *faſciæ crurales pedaléſque, item impilia veſtis loco ſunt.* Cato apud No- ff de aur. arg. mund. legat. nium, *mihi puero modica fuit vna tunica, & toga, ſine faſcijs calceamentum* Cato apud *equus ſine ephippio*. Eodem modo Megabacchum Pompeium accipiunt: Non. in Ephip. ego iuuenem fuiſſe ſcio ſocium filij Craſſi, & ætate parem, qui ſibi bello Cic. li. 2. ad Attic. epiſt. 7. Parthico manus attulerit: cum Plutarchus μεγάβακχον appellat, in Craſſi Plutar. in Craſ. vita.

Cic. ad Attic. lib. 2. epist. 6. & 7.

vita. Sed quo tandem sensu illud dicitur, *& quæ spes sit denarij: an cistophoro Pompeiano, iaceamus?* quod sic interpretor, quæ sit spes pecuniæ ab vrbe (denarius enim pecunia Romana erat) Nam Cistophorus Pompeianus est, vel quòd magnas pecunias Pompeius fœnore occupatas, in Asia haberet, vt scribit Cicero infrà, cùm de Ariobarzane loquitur: vel quòd Asia magnam vim pecuniæ Pompeio à Mithridatico bello reuertenti ob aurum coronarium, & alia numerasset, & contulisset, & postea debuisset, eius nummi æstimationem diximus antè, & pretium, & ex eo Cistophorum appellatum coniecimus, quòd in eo celata erat eorum species & forma, qui sacra arcana in cista gerebant, Tibullus.

Tibull. lib. 1. Eleg. 7.

Et leuis occultis conscia cista sacris.

cistigeros appellat eos homines Martialis, qui & pro contemptissimis & despicatissimis habebantur.

Mart. lib. 5. epigr. 17.

Dum te posse negas nisi lato Gellia clauo:
Nubere, nupsisti Gellia cistigero.

Cic. ad Attic. lib. 2. epist. 6. Dio.

ἀνέκδοτον autem Cicero appellat librum quem contra nobilitatem scripserat, nec tamen edidit, quòd ei Calenus obijcit apud Dionem.

Calles, saltus, forma, luminibus extinctis, tertia deducta, bene emere, bonum factum. CAP. XXII.

MIHI vitam Iulij Cæsaris apud Tranquillum strictim attingenti, & velut per transennam inspicienti, hæc statim occurrerunt, quæ obseruatione non indigna existimaui. scribit prouincias minimi negotij syluas, & calles decretas consulibus: quo sanè existimo significari, syluarum publicarum administrationem, & saltuum publicorum, in quibus profeßi pecoris sui capita pecuarij pascebant, scripturamque soluebant. Nam callis, de quo & nonnihil ante iam scripsimus, ex eo appellatur, quòd pecudum callo calcetur, estque via à pecore durata: sed & loca quæ pecudes calcant, Varro, *& vtrosque boum firmiores, qui in callibus versentur, quam eos qui in fundo quotidie ad villam redeant.* Iterum, *Quod accidit ijs, qui per calles siluestres longinquos solent comitari in æstiua & hyberna.* Cicero pro Sestio, *atque æstatem integram nactus, Italiæ calles & pastorum stabula prædari cœpisset.* Cùm autem interdum à Senatu, cui ius erat ordinandarum & decernandarum consularium prouinciarum lege Sempronia, consulibus mandarentur syluæ, ideo Maro canit, vt quidam censent,

Suet. in Iuli. cap. 19. — Varro lib. 2. de re rust. cap. 10. — Varro li. 2. ca. 9. de re rust. — Cic. pro Sestio. — Virgil. eclog. 4.

Si canimus syluas, syluæ sint consule dignæ.

A quibus dissentio. Nam *syluæ sint consule dignæ*, in eo legendum censeo, idque verius est, vt dicat, si carmen Bucolicum canimus & syluestre, sit ta-

men dignum conſule Pollione. Scribit Trãquillus, *campum Stellatem ma-* Sueton. in Iul.
ioribus conſecratum, à Cæſare diuiſum fuiſſe, in quo exiſtimo eum dicere cap. 20.
maiorũ opinione ſacrum fuiſſe Stellatem agrum, cùm tamen iam illa tẽ-
peſtate, qua diuiſus eſt à Cęſare, pro ſacro non haberetur. Atque id ex cõ-
mentarijs quibuſdam reconditis, aut annalibus eruit Tranquillus, Cicero
neſcijt: alioqui contra Rullum, huius conſecrationis meminiſſet. Saltus
Pireneus, in eo montes Pireneos ſignificat, vt apud Liuium, Saltus Graius Suet. ibid. c. 25.
alpes Graias. *Ad prærupta ducunt ſaltúmque demonſtrant*. Plinius de ceruis Liu. li. 36.
ſaltum dicit, cubile & luſtrum eorum intelligens, quod in editis habere Plin. li. 8. c. 32.
ſolent: σταθμὸν id eſt, mãſionem ſcripſit Ariſtoteles. *Formam, qua ludum gla-* Ariſtot. de nat.
diatorium erat ædificaturus, conſiderauit: cùm dicit ſimulachrum, ſignificat animal. li. 6. c.
& adumbratam vel effictam ſpeciem (ichnographiam vocat Vitruuius, 29. & lib. 9.
atque orthographiam) qua ludum erat ædificaturus gladiatorium. Cice- cap. 5. Vitru. c. 2.
ro, *vt ex tuis literis cùm formam Reipublicæ viderim, quale ædificium futurum* Cic. li. 4. epiſt.
ſit, ſcire poßim: eſt & forma ad quam calceus conficitur: Horatius, *ſi ſcalpra* fam.
& formas non ſutor. *Cùm luminibus extinctis deceßiſſet via*: cùm ſcribit, vtrũ Horat. lib. 2. ſaty. 3.
dicit Cæſarem faces habuiſſe ardentes in itinere, quæ extinctæ ſint? Et Suet. in Iul.
ſunt qui non putent, cùm eum dicat occultiſſimum iter ingreſſum eſſe: & Cæſar. ca. 31.
cùm pars noctis proxima crepuſculo, luminibus accenſis dicatur, quam
περὶ λύχνων ἁφὰς Græci vocant, Latini primam facem: cenſent etiam lu-
minibus extinctis appellari cõcubium noctis, cùm extinctis lucernis om-
nes cubant; tenebræque intenſiores ſunt. Verius tamen videtur viatores
noctu gerere faces ſolitos eſſe: Varro libro 1. de re Ruſtica, *quod habet ra-*
dices viuæ ſæpis, ac viatoris prætereuntis laſciui non metuet facem. Tranquillus Varr. de re ruſt. li. 1. c. 14.
in Auguſto, *per nocturnum iter lecticam eius fulgur perſtrinxiſſet, ſeruúmque* Suet. in Aug.
prælucentem exanimaſſet. *Ludis*, inquit, *Decimus Laberius eques Romanus mi-* cap. 29. Suet. in Iulio.
mum ſuum egit, Donatúſque quingentis HS. *& annulo aureo, ſeſſum in xiiij. è ſce-* cap. 39.
na per ſolium orcheſtram tranſijt: in quo oſtendit Laberium à ſcena, in qua
egerat mimum, per ſolium, id eſt per ſuggeſtum Cęſari poſitum in orche-
ſtra, & per orcheſtram tranſijſſe ſeſſum in xiiij. ordines: ſed ex antiquo li-
bro ſolium delendum eſſe vt ſenſum conturbans exiſtimo. In ioco Cice- Macrob. lib. 2.
ronis, *quo melius emptum ſciatis tertia deducta eſt*, ambiguitate quæſita eſt Saturn. c. 2.
vrbanitas, tum quòd ad Imperatorẽ deduxerit Seruilia filiã ſuam Tertiã,
tum quòd tertia pars deducta eſſe & detracta intelligatur. nam cùm lege
Cęſaris, creditoribus debitores ſatisfacere iuberentur per æſtimationem
poſſeſsionum, quanti quaſque ante bellum ciuile comparaſſent, deducta
ſumma æris alieni ſi quid vſuræ homine numeraſſent, aut perſcripſiſſent,
in tanta vilitate prædiorum Seruiliæ addictorum talem quandam dedu-
ctionem factam eſſe alludens Cicero dixit: quæ tamen in illis haſtæ au-

ctionibus locum habere non potuit. Melius autum emere, est emere carius. Martialis, *adeò bene emit, inquis, immò non soluit. Quæ scire M. Martiū,* male in eo scriptum lego, pro C. Matium, qui Cæsaris familiaris fuit & doctissimus habebatur, ad quem quædam extant Ciceronis epistolæ: citatur & à Gellio in Mimiambis, & à Varrone proferuntur eius versus. Sed & Ennoen, pro Eunem etiam male scriptum esse existimo. Helius etiam Cinna pro Heluius, & Pompeium Marcum pro Macrum, & Salutioni pro Saluitoni, qui etiam apud Plinium inoleuit error contra fidem librorum veterum & auctoritatem. *Syllam* dixit Cæsar *nesciuisse literas, qui dictaturam deposuit*, in quo allusit ad literatores & grammaticos, qui dictant quomodo sit scribendum, quomodo loquendum, & dictata dare dicuntur. *Bonum factum, ne quis Senatori nouo curiam monstrare velit*, quo modo dictum accipimus? veteres boni ominis causa bonum factum præfari solebant in edictis. Tertullianus, *ô edictum, cui adscribi non poterit bonum factum!* Plautus Penulo, *bonum factum est, edicta vt seruetis mea.* Igitur libellus ille edicti forma scriptus propositus est, *Gallos Cæsar in triumphum ducit, ijdem in curia Galli brachas deposuerunt, latum clauum sumpserunt:* versus autem duo trochaici sunt, in quorum posteriore *sumpserunt* penultima breuis est, vt steterunt apud Maronem, & emerunt apud Terentium. hęc è multis pauca, quæ ne nimium quoque multa sint vereor: ita omnia fastidio sunt affinia, & facilè contempta excutiuntur, etiam quæ accuratione diligentissima conscripseris, ne dum ista, quæ tumultuaria subitaque opera perfunctoriè luduntur, fastidium & delicias lectoris effugerint.

Mart. lib. 8. epig. 10. Suet. in Iul. ca. 52. Lib. 11. epist. fam. Gell. lib. 10. cap. 24. Suet. in Iul. ca. 52. Suet. in Iul. ca. 56. Suet. in Iul. ca. 59. Plin. li. 7. c. 12. Suet. in Iul. ca. 77. Suet in Iul. ca. 80. Tertullianus. Plaut. Pœnul. In prolog. Suet. in Iul. ca. 80. Virg. 2. æneid. Terent. Eunu. in Prolog.

Seruus ad manum, ad ciathum, ad lites, ad fręna, ad baculum, ad pedes, circum pedes, ante pedes. CAPVT XXIII.

CANES ad venandum dixit Terentius, pro canibus venaticis: quæ me loquendi forma admonuit, vt attenderem ecquid eius generis in bonis auctoribus reperire possem aliquot exempla: ac mihi non pauca eodem elata modo succurrerunt. Leones ad fręna dixit Maro, pro leonibus domitis & frænum patientibus, quibus Idæa mater vehitur,

Domitique ad fræna leones:

ab eodem seruus ad limina pro atriensi ponitur

Armiger ante fuit fidúsque ad limina custos.

seruus etiam ad manum, seruus esse videtur, qui amanuensis aliter dicitur, cuiusque manu ad scribendum vtimur. Cicero, *quem seruum sibi ille habuit ad manum, cùm eburneola solitus habere fistula.* Ad lites à Propertio dicitur, qui aptus est ad causas & aduocationes.

Terent. Andr. act. 1. sc. 1. Virg. 10. æneid. Virg. 9 æneid. Cic. 3. de Orat. Proper. li. 4. eleg. 2.

Sobrius

Sobrius ad lites: at cùm eſt impoſita corona,
Clamabis capiti vina ſubeſſe meo.

Ad cyathos dicitur, qui pincernæ munere fungitur, miniſtratque conuiuis potum cyathis metiens: Propertius, *Lygdamus ad cyathos,* Propert.lib.4. id eſt pocillator erat. Ad baculum eſt paſtor, baculus enim, qui pedum vo- eleg.9. catur, paſtoris argumentum eſt: Propertius, Propert.lib.4.

Paſtorem ad baculum poſſum curare, eleg.2.

id eſt, ſi mihi pedum detur, paſtor videri poſſim. Verna etiam ad pedes à Martiale dici videtur, qui & à pedibus ſeruus vocatur: ſed potius verna Mart.lib.12. eſt, qui ad pedes eſt domini, eique ſemper præſto eſt, vt ſerui circum pe- epigr.88. des dicuntur. Agrætius, *circum pedes, ſunt obſequia ſeruorum: ante pedes ami-* Agratius. *corum.* Iuuenalis, *—An ſit ſella, togati Ante pedes.* Iuuen.ſat.7. ſed enim in Cicerone ſeruum ad manum prętat multò intelligere, quem præſto paratumque ſemper ſecum habuerit. Nam & Liuius cantare ad Liuius lib.7. manum dixit, pro cantare in promptu & in præſentia coramque: ſic enim ſcribit libr.7. *Inde ad manum cantari hiſtrionibus cœptum, diuerbiáque tantum ipſorum voci relicta.* & Heſychius ad manum quæ ſunt, prompta & parata interpretatur, & ſeruum ad manum ad multa vtilem hoc modo, κτ' χεῖρα, ἕτοιμα, εὐχερῆ. ἢ ὁ νοῦ πρὸς χεῖρα καὶ εἰς πολλὰ χρήσιμος οἰκέτης. Heſychius. Scio equidem multò plura occurrere alijs poſſe eiuſdem generis, ſed mihi iſta, quæ ſeſe vltro obtulerunt, ſatis viſum eſt breui oratione attingere, & tanquam lectori ſignare, vt eorum admonitu ad ſimilium agnitionem & animaduerſionem prudentior & peritior ſit, quæ fortaſſe aliud agentem fallerent & præterirent oſcitantem.

LIBRI TERTII FINIS.

ADRIANI TVRNEBI ADVERSARIORVM LIBER QVARTVS.

Collyræ, Iurea, apud Plautum, ampulla.

CAPVT I.

SENATVS à Grammaticis indictus fuit, non de summa Republica, sed de annona quadam veterum exponenda, quam multorum stomachus concoquere non poterat: sunt autem Plautinæ collyræ, sic enim scribitur in Persa, *Collyræ facite madeant*: Itaque Senatusconsultum in hanc sententiam factum est, Collyras videri paruulos panes mundos, sed & genus fictorum farinaceorum, quæ vt lagana, interdum in sartagine frigantur, interdum cocta per se edantur, interdum ex iure comedantur, vt tabellas paniceas in sorbitiuncula plerunque esitamus, frigi solitas docent Grammatici Græci, qui εἶδος πλακοῦντος interpretantur & κολλυρίζειν, explicant, λαλάγγας τηγανίζειν, id est lagana in sartagine frigere, & κολλύρια exponunt λαλάγγια: in Plauto autem satis constat illud panificium etiam sumi ex iure: subijcit enim,

Plaut. Persa. Sc. Omnem rem inueni.

Plaut. Persa. Sc. ead.

Tum nisi cremore crasso est ius collyricum:

Ius enim collyricum ecquodnam aliud ius esse potest, quam ex quo collyræ eduntur? atque illud crassius, & vnctius esse parasitus postulat.

Plaut. ibid.

Quasi (inquit) *iuream esse ius decet collyricum.*

Sic enim non suæ tantum Germaniæ, sed etiam totius nostræ Europæ decus, & ornamentum Ioachimus Camerarius edidit, vbi iuream intelligo, tanquam placentam, quæ è iure tota constet, vt ius collyricum non liquidum sit neque macrum, sed tam crassum & concretum quàm si è iure placenta fieret. Iurea igitur cùm dicitur, placēta subauditur: vt apud Marcum Catonē, spherita tacito quidem placētæ nomine, intellecto tamen. Recensetur & in eadem scena suppellex pauperum & Cynicorum, quibus similes esse eos debere, qui probè parasitantur, parasitus dicit,

Cato. de re rust. c. 82. Plau. Pers. Sc. Omnem rem inueni.

Cynicum esse egentem oportet parasitum probe,

Ampullam,

Ampullam,ſtrigilem,ſcaphium,ſoccos,pallium,
Marſupium habeat,inibi paululum præſidij.

Vbi ampulla vas olearium eſt, quo in balneis ad vnctiones vti ſolebant, vt & ſtrigilibus ibi ſe defricabant deſtringebantque: vnde & ἀυλολήκυθοι à Græcis vocabantur pauperes, qui ſibimetipſi ad balneas ampullam ferebant,cùm ſeruos ampulligeros non haberent. At verò ſcaphium eſt vas potorium. de reliquis non eſt conſulẽdus Grammaticorum ſenatus, cùm obſcura non ſint,neque nunc à nobis de his in literas quicquam mittetur, ne in ſcirpo nodum quæſijſſe videamur, aut in facili opus quærere velle,
1 noſtramque operam in nugis approbare conari.

Duo Sophiſtarum genera; concertatio & captatio verborum apud Ciceronem,impenſo pretio vendere,conuenit vt veſpis,moneta.

CAPVT II.

1 CICERO in Partitionibus de vitijs agens quæ aſsimulatione quadam & vicinitate virtutem emulantur,eiuſque perſonam induunt: *diſputandi,* inquit, *prudentiam imitatur concertatio captatióque verborum*. hîc, niſi male conijcio, vt ſæpe, concertationem appellat, τὴν ἐριστικήν. duo enim genera Cic.in Partitionib.
2 Sophiſtarum fuerũt olim, vnum ſimile Oratoribus, qualis Gorgias Leontinus fuit: alterum ſimile Dialecticorum, eorum qui Eriſtici vocabantur, vnde ἐριστικοὶ λόγοι apud Ariſtotelem, à quibus Eriſticis dialectica profecta videtur, ſi Laërtij auctoritas id vt credamus meretur. quod mihi quidem videtur. is enim in Euclide ſic ſcribit, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ μεγαρικοὶ προσηγορεύοντο, εἶτ' ἐριστικοὶ, ὕστερον δὲ διαλεκτικοί. hos autem Sophiſtas, qui concertationes Ariſtot. in Topic. & in Elẽchis. Laërtius in Euclid. lib. 2.
1 conſectabantur, in libello contra Sophiſtas inſectatur Iſocrates, ſed & alteros quoque, qui ciuiles orationes amplectebantur. Sed vt me deſultorem agnoſcatis, aut auis ritu me volitare homines loquantur: alio tranſiliam & trãſuolabo: ſcribit Liuius libro 2. *ſalis quoque vendendi arbitrium,* Iſocrat. contra Sophiſtas. Liuius lib. 2. ab vrb. cond.
3 *quia impenſo pretio venibat in publicum, omni ſumptu ademptum priuatis*. hîc impenſum pretium pro magno Liuius dixit, vnde & impẽsè aduerbium, quod eſt valdè & vehementer. hoc in loco eruditiſſimi viri velut in luto hæſerunt, nequicquam plantam euellere conantes: cumque neſcio quid ſententiæ abeſſe ſuſpicarentur, addito ſupplemento, omni ſumptu adempto conceſſum priuatis legerũt: ego ſaluam & incolumem arbitror eſſe ſentẽtiam, ſi aliter diſtinguatur: interpunctio enim non poſita loco à ſenſu aberrare facit. ſic igitur diſtinguo, *venibat, in publicum omni ſumptu, adẽptum priuatis,* ad emerendam enim & eblandiendam voluntatem plebis, dicit ſalis vendẽdi arbitrium, & poteſtatem ademptam priuatis, qui eum

magno vendebant, & de publico datum plebi, sumptu illo & onere in Rempublicam recepto. omni igitur sumptu in publicum absolutè dicitur sine participio, quod apud veteres non rarum nec infrequens est. Id autem valet, vt is omnis sumptus esset Reipub. & impensa. Transgredior ad Probæ carmen, in quo prouerbiale est, côuenire vt vespis. vespæ enim pro suis latibulis velut coniuratæ magno consensu dimicant, petunt propè accedentes & aculeis fodiunt. Suspicor autem, vt in templo Concordiæ fuit nidus ciconiarum, sic in fano monetæ fuisse examen vesparũ: carmen subscribam, *Conuenit vt vespis, quarum domus arce monetæ*

Probæ Falconiæ versus. *Turbat agens strictis per lutea corpora telis.*

Quod autem illic essent, qui nũmos percutiebãt: idcirco monetariorum nomen habuêre: & vbi nummi feriebantur, monetæ dicebantur. Ausonius de Mediolano, *Templa, palatinæque arces, opulénsque moneta.*

Auson. in catalogo. vrbium Nobil. Et Sidonius de Narbone, *Delubris, capitolijs, monetis.*

Sidon. de Narbone. *Fidiculæ, eculeus, vngulæ, laminæ, rota, infelix arbor.*

CAPVT III.

FIDICVLÆ, quæ in tormentis numerantur, mihi videntur lasciuia quadam ioci nomen inuenisse, quòd vt in fidibus nerui, item quoque vt nerui hinc & inde multis funibus homines distendebantur. sed & illa machina funes multos vt neruos habebat. Eculeus autem stipes erat cui, velut equo, imponebantur, ac variè torquebantur, cruciabantur, & distendebantur: id è Prudentio apparet, cùm enim in D. Romani martyrio scripsisset, *—iusserat*

Euiscerandum corpus eculeo eminus

Pendere, & vncis vinculisque crescere: subijcit,

Prudent. περὶ στεφάνων. hym. 10. *Iubet amoueri, noxialemque stipitem.*

Vngulæ autem ferramenta erant bifida, & vt animalium vngulæ bisulca, quibus latera & pectora laniabantur. Prudentius id docet hoc versu,

Prudent. ibid. *Costas bisulcis execandas vngulis.* Iterum,

Prudent. ibid. *Non vngularum tanta vis fodit latus.*

Catastam idem Prudentius vocat machinam & pegma, in quo reus supplicium pendebat,

Pruden. ibid. *Emitto vocem de catasta celsior.*

Laminæ, quarum mentio est apud M. Tullium, ferreæ velut crustæ erant, quæ candefactæ admouebantur noxiorum corpori. Prudentius,

Prudent. ibid. *Nec sic inusta laminis ardet cutis,*

Vt febris atro felle venas exedit.

Cic. 5. Tuscul. Apud Græcos in supplicijs rota numerabatur, vt scribit M. Tullius quinta Tusculana. Nam in rota districti distendebantur & cruciabantur. Plu-

tarchus

tarchus in Nicia, εἰς τὸν τροχὸν καταδεθεὶς ἐστρεβλοῦτο πολὺν χρόνον, ἕως ἐπῆλθον τὸ πᾶν κακὸν, ὡς εἶχεν, ἀπαγγέλλοντες. Ariſtophanes, ἐπὶ τοῦ τροχοῦ γὰρ δεῖ σ' ἐκεῖ στρεβλούμενον, εἰπεῖν ἃ πεπανούργηκας. Quæ ſint infœlices arbores, è Macrobio & Plinio eſt notum: cùm tamen à Liuio & Cicerone ſcribitur, *I lictor colliga manus, infœlici arbori ſuſpendito*, infœlicem arborem intelligo ſtipitem & furcam, de qua fontes ſuſpenduntur, ac ſic explicandum eſſe reor. neque enim vlla arbor aut vllum lignum infœlicius eſt. itaque arbor ibi lignum eſt. Neque verò ferendum eſt, quod à nonnullis tentari video, vt arbor tollatur reſtis inducatur: legunt enim infœlici reſte ſuſpendito: ipſi ſuo arbitratu loquantur, antiquis auctoribus ne præeant præſcribantque quid loquantur. Furca autem lignum erat, vt Plutarchus refert, plauſtri quod temoni ſubijciebāt, quaſi Græcè diceres ὑποστάτην & στήριγμα, quam furcam malefici gerebant ſerui: in furca etiam, ſed alia, ſuſpendebantur, & alia ad ſupplicium trudebantur ignis. Prudentius,

[*Plutarch in Nicia. Ariſtoph. in Pluto. Macrob. lib. 3. Saturn. c. vlt. Plin. li. 16. c. 26. & li. 24. c. 9. Cic. pro Rabir. Poſthumo. Plutarch. in Coriolano.*]

Et iam retortis brachijs furca eminus,
Romanus actus ingerebatur rogo.

[*Prudent. περὶ στεφάνων. hymn. 10.*]

Sic iſta, quid ſignificarent & qualia eſſent, ex auctoribus rimabamur: vt cùm occurrerent lectori, noſtra iſta opella aliquam eorum verborum notionem informaret: ſi modo aliquid attulimus, quod ad intelligendum ſtudia iuuenum adiuuare poſſit. Nos enim fortaſſe in his hallucinamur, & à vero aberramus, alioſque in eundem errorem trahimus. quod ſanè inuiti facimus, cùm iſta ex animi noſtri ſententia ſcribamus, nec aliud alijs perſuadere velimus, quàm quod ante nobis perſuaſimus.

Quadruplex iudicium, duplex iudicium, petere ſecretum.

CAPVT IIII.

INTER euoluendum antiquos ſcriptores, plerunque ea inuenimus, quæ facem aliorum ſcriptis tanquam præferant, & veluti tenebras illuminent, vt in epiſtolis Plinij cùm legiſſem, *paucos poſt dies ipſe me Regulus conuenit in prætoris iudicio, illuc me perſecutus, ſecretum petit*, quod quidem eſt poſtulauit, vt ſecreto mecum loqueretur: venit ilicò mihi in mentem hoc illud eſſe quod à Tranquillo ſignificatur, neque tamen ſatis intelligitur, *Auiæ Antoniæ ſecretum petenti denegauit*, id eſt petenti vt ſecreto cum aliquo loqueretur. Ita vt viatoribus fax in nocturno itinere prælucet viamq́; oſtendit: ſic tenebras Tranquilli Plinius aperit diſcuſſa caligine, ſeque ex eius verbo, vt ait poëta nobilis, nubes in aëra purgat apertum. ſed epiſtolæ illæ, vt lumen accenderunt Tranquillo, ita lucem quodam in loco deſiderant caliginoſiore: ſic enim in quadam ſcribitur, *Et eram acturus adoleſcentulus*

[*Plin. li. 1. epi. 5. Suet. in Calig. cap. 23. Virg. 1. æneid. Plin. lib. 1. epiſt. Scribis te preterriturum.*]

lescentulus adhuc, eram in quadruplici iudicio. ego quadruplex intelligo quod coactum est è quatuor iudicum consilijs & decurijs, quæ in basilica Iulia sedebant. Nam in ea quatuor erant tribunalia. Fabius libro 12. *Certè cùm*
Quint.lib.12. cap.5. *in basilica Iulia diceret, primo tribunali, quatuor autem iudicia, vt moris est, cogerentur, atque omnia clamatoribus fremerent, & auditum eum & intellectũ, & quod agentibus cæteris contumeliosum fuit, laudatum quoque ex quatuor tribu-*
Quint.lib.11. cap.1. *nalibus memini.* sunt & apud Fabium duplicia iudicia libro vndecimo, *succurret etiam,* inquit, *si apud alios iudices agatur, vt in secunda assertione, aut in centurialibus iudicijs duplicibus parte victa.* in duplicibus iudicijs duo consilia ad vnam cogebantur hastam, vnumque tribunal: in quadruplicibus quatuor. mutuo igitur auxilio stant auctores, neque potest enodis apud eos esse sensus, nisi plerunque adminiculo adiutus alieno læuigetur: sic è locorum comparatione, licet plerunque indagare feram, in cubili suo latitantem, denso opertam fruticeto. sed & Plinius ita scribit libro quarto
Plin.li.4. ep. Proximè cùm apud. &c. Epistolarum, *Proximè cùm apud centumviros in quadruplici iudicio dixissem, subijt recordatio egisse me iuuenem æquè in quadruplici: processit animus, vt solet, longius, cœpi reputare quos in hoc iudicio, quos in illo socios laboris habuissem.* posset fortasse & centumvirale iudicium quadruplex dici, propter quatuor hastas quatuorque tribunalia, idque veriùs putem. In illo autem li-
Plin.li.1. epist. 5. Vidistine quenquam Marc. Regulo. bro δυσκαθαίρετον, quia malè video exponi, cùm pertinacem esse glossemata Grammaticorum adnotent, vt communi succurram errori explicabo. Nam cùm Regulum dicit δυσκαθαίρετον, ad deijciendum euertendumq; difficilem intelligit, cùm magnæ eius essent opes & factio, quibus munitus & subnixus, non facilis ad euertendum esset. hanc tenuem opellam boni consulat bona iuuentus, sibi sudantem, & in tenui laborantem, & tenuem quoque mercedem quęrentem, si numina læua sinunt, & audit non inuitus Apollo.

Rubrica, leguleij, formulatij. CAPVT V.

Pers.sat.5. SCRIBITVR à Persio, *Excepto si quid Masuri rubrica notauit,* Quod de Iuriscõsulto Masurio Sabino est intelligẽdum: etsi autem Iurisconsultorũ officium cõsumebatur potissimũ in iure ciuili & priuato enucleãdo, tamen ijdẽ ius publicũ in legum sanctionibus positũ explicabãt, quod Rubricę nomine hîc intelligẽdum videtur esse. Nã quãuis Iuriscõsulti hodie ob miniata capita sui iuris, rubricas in ore habeãt in quocũque iure, tã priuato quàm publico, tamẽ veteres in publico legitimoq; rubricas posuisse vidẽtur, vt maiestas legibus accresceret capitibus earũ sinopide aut cinabari notatis, & insignitis, & sanguineũ quiddã & cruẽtũ for-

tasse

tasse etiam minantibus. Itaque à Prudentio scriptum est, *Prudent. cōtra Symach. lib. 2.*

> *—dicant cur condita sit lex*
> *Bis sex in tabulis, aut cur rubrica minetur,*
> *Quæ prohibet peccare reos? quòd ferrea fata*
> *Cogunt ad facinus.*

Fabius quoque Quintilianus, non de iure prætorio, sed de duodecim tabulis rubricas intelligit, non tamen tantum vbi criminibus minātur pœnas, cùm credibile sit omnia earum capita milto picta fuisse: verba Fabij sunt, *Quorum alij se ad album ac rubricas transtulerunt, & formularij* ac (*vt Cicero ait*) *Leguleij quidam esse maluerunt*. Ecce hîc album pro prætorio iure dixit, rubricas pro iure ciuili, quòd duodecim tabulis continebatur: vt & formularios ad prætorias retulit formulas, leguleios ad duodecim tabularum leges. Leguleius autem diminutionis formam habet, vt equuleus, hinnuleus. Fortasse etiam miniata cera in Cic. libris, quæ improbabat Atticus, ex ea consuetudine notabat: nam eius se miniatulam ceram timerē in epistolis Cicero dicit. At Democritus grauissimus physicus contra, quæ expertus erat, consignata rubra cera annulo impressa, commentarijs committebat. Vitruuius, *admiror etiam Democriti de rerum Natura volumina, & eius cōmentarium, quod inscribitur* χειροτονητῶν, *in quo etiam vtebatur annulo signans cera ex milto, quæ esset expertus*. Denique, vt quod sentiam semel loquar, ad ornatum ita miniare solebant leges, & ad auctoritatem: nec in minacibus tantum criminaque vindicantibus id facere, sed in omnibus. Rubrica quoque illustrabat & insigniebat Imperatorum, sacra scripta. Idem in iure prætorio non fiebat; nec in eo iure quod à Prudentum interpretatione profluxerat, vt suspicor: hæc enim coniecturis omnia nituntur erutis ex auctorum lectione.

Quintil. lib. 12. cap. 3.

Cic. ad Atti. li. 15. epist. 8. & li. 16. epist. 6.

Vitru. lib. 9. cap. 3.

Platycerotes, pernæ comacinæ & sequanicæ, insula Calamina & saltuaris. CAPVT VI.

HIC dictata fideliter, vt in ludo pueri solent, reddam, neque committam, vt in furto deprehendi malim, quam ingenua verecundia profiteri, cuius magisterio profecerim, & cuius depositum seruem. Loca aliquot in Varrone de re Rustica diuinitus emendata, vir ille nunquam satis laudatus Gulielmus Pelisserius Monspessuli Episcopus mihi ostēdit. scio hominem eius esse candoris, vt beneficia sua quam latissimè manare velit: neque pro improbo & nefario ab eo haberi, qui quæ ex illo audierit, euulgare ausit, velut si mysteria enunciet: ea enim bonitate est, vt non liueat, & sua propagari velit: cùm etsi virtutē ita colat, vt nullam eius mer-

cedem nullumque precium sequatur, laudi tamen, & gloriæ libenter fa-
Var. de re rust. lib. 2. cap. 1. ueat, & inseruiat. Scribit igitur Varro, *vt in Samothrace caprarum, quas Latinè rotas appellant*: legit Pellisserius Episcopus, quas platycerotas appellant.
Plin. lib. 11. ca. 37. Plinius, *Aliorum finxit in palmas, digitosque emisit ex ijs, vnde platycerotas vocant.* Iterum Varro, *Reliquum est de scientia* (inquit) *pastorali, de qua*
Var. de re rust. lib. 2. cap. 1. *dicendum, quod Scropha noster, cui hæc ætas defert rerum rusticarum palmam, quo melius potest dici, cùm conuertissent in eum ora omnes.* scribendum, *quo melius potest, dicet: cùm in eum.* Rursum Varro, *optimarum signum, quod etiã nunc*
Var. li. 2. ca. 4. de re rust. *quotannis è Gallia apportantur Romam pernæ tomacinæ, & taniacæ, & peta-*
Plin. lib. 3. c. 4. *siones*: egregiè hic emendat Gulielmus Pellisserius comacinæ, vel Plinio auctore, in quo vt series literarum indicat, legendum est in descriptione Galliæ Narbonensis, *Bormanni, comacina.* Scribendum etiam ipse putaui diu, *& canatæ*, ad formam scilicet & similitudinem pernæ caninæ: vtrarumque meminit Plautus apud Festum.

Plaut. apud Festum in lit. N.
Mustaticam autem video in vasis stanneis,
Naricam bonam & canatam, & comaquinas
Fartas & conchas piscinarias.

Sed canata in Plauto potius sit pulpa, & caro canis marini eiusque salsamentum: Nunc Strabonis auctoritate adductus, sequanicæ legendum arbitror: Nam de Sequanis loquens ait, ὅθεν αἱ κάλλισαι ταριχεῖαι τῶν ὑείων κρεῶν εἰς τὴν ῥώμην κατακομίζονται. Nec dubitabo in Plauto sequanicam, & comacinas legere, cùm versus mensura eam lectionem videatur postulare. senarius enim iustus est,
Strabo lib 4. Cosmograph.

Naricam bonam & sequanicam & comacinas,

Editiones tamen optimæ & canatam, & tagumaquinas nobis obijciunt: imò & canutam. Quare Academicos sequuti sententiam sustinebimus, &
Var. lib. 2. c. 4. de re rust. alijs disceptanda hæc potius relinquemus. Sequitur mox: *de magnitudine Gallicarum succidarum, Cato scribit his verbis. In Italia in scrobes terna atque quaterna millia aulia succidia. Vere sus vsq; adeò pinguitudine crescere solet.* Hęc quæ sic luxata sunt & emota, sic in suos tanquã artus redire vidētur posse. *In Italia Insubres terna atque quaterna millia succidias habere. sus vsque adeò.*
Var. li. 2. c. 10. Varro infrà, *quæ*, inquit, *ostenderent fætas nostras, quæ in concpeis iacent dies aliquot, esse lenuncidas, & contemnendas*: scribe, quod & alio loco attingimus, *eiuncidas, & contemnendas*, id est languidas, imbecilles, molles, à iunci mollicie. Et libro tertio, *Actius mihi, dum diribentur*, inquit, *suffragia, vbi*
Var. lib. 3. c. 2. *potius villæ publicæ vtamur vmbra, quàm priuati candidati tabella, dum ita ædificemus nobis?* repone è veteribus libris, *quàm priuati candidati tabella dimidiata ædificemus nobis?* Nam candidati in campo Martio suum tabernaculum habebant, in quod multos angustè velut inferciebant: Vis igitur, in-

quit, potius ſubeamus villam publicam, quam ſub dimidiatam tabellam anguſti tabernaculi, multisque referti nos condamus, & tam arctum nobis ædificium paremus? in extremo tertio, *Cùm eodem tempore inſulas Lu-* Var.lib.3.c.17. *dinorum ibi corroſas vidiſſes*: ſcribe, *inſulas Lydorum ibi concuſſas vidiſſes*. Nã in Lydia inſulę concutiuntur, & ventis contisq; huc & illud pellũtur. Plinius, *In Lydia quæ vocãtur Calaminæ, non ventis ſolùm, ſed etiam contis quo li-* Plin.li.2.c.95. *beat impulſæ multorum ciuium Mithridatico bello ſalus*. dicere tamen videtur Varro eas inſulas ad tibiæ cantum & hominum tripudiũ ſolitas eſſe ſaltare & cõcuti. Quod Plinius de ſaltuaribus inſulis his verbis ſcribit: *Sunt &* Plin.li.2.c.95. *in Nymphæo paruæ ſaltuares dictæ, quoniam ſymphoniæ cantu ad ictus modulantium pedum mouentur*. Sed in Sotionis eclogis calamina & ſaltuaris eadem eſt: propè autem eam erat nympharum templum, cui erat dicata, quod Plinius nymphęum vocat. Sic enim in eis ſcribitur, ἐν λυδίᾳ ἐστὶ λίμνη, Sotio in Eclog. καλαμίνη καλουμένη, ἱερὰ δὲ οὖσα νυμφῶν. ἣ φέρει καλάμων πλῆθος, καὶ μέσον αὐτῶν ἕνα ὃν βασιλέα προσαγορεύουσιν οἱ ἐπιχώριοι: θυσίας δὲ καὶ ἑορτὰς ἐπιτελοῦντες ἐνιαυσίους ἐξιλάσκονται, τούτων δὲ ἐπιτελουμένων ἐπειδὰν ἐπὶ τῆς ἠϊόνος κτύπος συμφωνίας γένηται, πάντες οἱ κάλαμοι χορεύουσι, καὶ ὁ βασιλεὺς σὺν αὐτοῖς χορεύων παραγίνεται ἐπὶ τὴν ἠϊόνα.

Clauarium, optio, teſſerarius, prætenturæ, agrariæ.

CAPVT VII.

NOMEN donatiui cuiuſdam à Tacito clauarium appellatur, quod Tacitus lib.19. quale ſit quæſtionis eſt: ego putem donatiuum eſſe velut in clauos caligarum militarium, præſertim cùm ſcribat ſatyricus poëta,

—offendere tot caligatos Iuuen. ſat. 16.

Millia clauorum. Nam militum caligæ clauis ſuffixæ erant. Scribit idem Tacitus, *à quo Barbium Proculum teſſeranum ſpiculatorem, & Vetu-* Tacit.lib.17. *rium Othonem eodem perductos*. ego ex Plutarcho ſcribo teſſerarium ſpiculatorem, & Veturium optionem: eius verba proferam. ἐν δὲ τούτοις οὐετούριος καὶ βάρβιος, ὁ μὲν ὀπτίων, ὁ δὲ τεσσεράριος. οὕτω γὰρ καλοῦνται οἱ διαγγέλων καὶ διοπτήρων ὑπηρεσίας τελοῦντες. Plutar. in Galba. Scio in libris excuſſis verba Plutarchi mendoſa circunferri: ſed ijs ita medicina fieri, vt à me perſanata ſunt, debet. Sunt autem teſſerarij qui teſſeram nunciant per conturbernia militum, aut per conturbernia prætorianorum: Optiones verò qui tribunis vel centurionibus morbo aut negotio impeditis, tanquam vicarij adoptati, omnia curant eorum munera: teſſerarios videtur διαγγέλους Plutarchus interpretari: Optiones διοπτῆρας. Sunt & in re militari, vt aliud ex alio naſcitur, prætenturę, quod & apud Higinum reperire licet, & non raro apud Ammianum: Higinus. Marcellin. lib. 14. vt libro 14. *Ibique denſis inter obſidentium itinera prætenturis, prouincialium*

Marcellin.ibid. *& viatorum opibus pascebantur.* Iterum: *& quia Mesopotamiæ tractus om-*
Marcellin.ibid. *nes crebro inquietari sueti, prætenturis & stationibus seruabantur agrarijs.* Rursus, *salubriter & cautè castra metata, prætenturæ stationésque agrariæ totis rationibus ordinatæ.* Prætenturæ autem à prætendendo, id est ante tendendo & præsidendo dictæ, tanquam quædam castra sint ante tendentia, vel sta-
D. Ambrosius. tiones ante tendentes. Proinde diuus Ambrosius scribit, *& tanquam in*
D. Ambrosius. *procinctu positus præludit prælium, & velut coram posito prætēdit hoste.* Iterum, *talia debemus agere quæ placeant Deo, & vt prætendat in nobis virtus Christi,*
D. Ambrosius. *& ita simus probati nostro imperatori.* Rursum, *Fortis ergo est viri non dißimulare, cùm aliquid immineat, sed prætendere, & tanquam explorare de specula quadam mentis.* Quas autem Marcellinus vocat stationes agrarias, Vegetius mihi videtur agrarias appellare: & si in eius libris angarias excusum videmus, sed librorum veterum auctoritatē testor, in quibus agrarias reperi: quanquam & in vno non satis exploratę fidei, angarias: sed angariæ aliud sunt, vt amplius pronuntiandum non sit, sed decernendum agrarias in eo legi debere, præsertim cùm in imperij Romani notitia scriptum sit,
Veget. lib. 3. cap. 8. & 26. *vigilijs in his & agrarijs exercendis.* agrarias igitur legendum pronunciabimus.

Ex omnibus pagis colligere, pseudulus Apollo, casceale, eritius militaris.

CAPVT VIII.

Cicero in Epicureos illudens, vt indoctos & ineruditos, sic scri-
Cic. 2. de Finib. bit, libro secundo de Finibus. *Itaque vt maiores nostri ab aratro abduxerunt Cincinnatum illum, vt dictator esset: sic vos de Pelasgis omnibus colligitis bonos illos quidem viros, sed certè non pereruditos.* Vetus huius loci literatura Pelasgorum nomen iuris controuersi & dubij reddit: ea est, *de pelagis*: ego quantum augurari possum, vel de plagis, vel potius de pagis legendum puto: sic enim appositissimè respondebit similitudini, vt quemadmodū ab aratro ad dictaturā vocatus Cincinnatus est, sic isti de pagis omnibus paganos & indoctos sectæ asciscant suæ. Non me latet quæ de Pelasgis summa cura & ingenio conquisita doctissimi homines afferunt: sed cùm ea non æquè congruere videamus, non tam eorū sententiam sequi, quàm iudicium nostrum defendere debemus. Sed nos, vt inquit ille, auia pieridum peragramus loca. nam de via deflectimus, & huc & illuc temerè vagamur. Dij olim medicinam faciebant, in his Æsculapius, sed & Serapis.
Var. apud Non. in Precant. Varro, *Ego medicina à Serapi vtor: quotidie precatur. intelligo rectè scriptum esse Delphis* θεῷ ἱερῷ. hoc ideo adscripsi, tum vt superstitio antiquorum nostris hominibus nota esset: tum vt ille Varronis locus aliquot deformatus mendis suo nitori redderetur: sed & pecunia medicinam factitabat

Serapis,

Serapis, & auxilium eius ſtipe emebatur: qua de re diſthicum elegans Varronis ſubijcere libuit. Apud Non. in Miras.

Hoſpes, quid miras nummo curare Serapin?
Quid? quaſi non curet tantidem Ariſtoteles.

Alij legunt *animo curare*, vt Serapis pretio non curet, ſed animo, id eſt, ſi colatur. Varronis erat fabula à Nonio citata nomine Pſeudulus Apollo, ἡ περὶ ἀναγνωρίσεως θεῶν Opinor ex eo inſcripta, quòd aliquando Admeto ſeruiſſet Apollo, nec agnitus fuiſſet deus: ſed hanc inſcriptionem fœdatam in chartis excuſis videre licet. apud Columellam ceſale doctiſſimi quique, honos auribus, Latrinam interpretantur, quibus etſi plurimum meritiſſimo defero, tamen vera ratio plus apud me, quam eorum autoritas valet. Nam Caſeale ſcripſiſſe Columellam extra controuerſiam eſt, & eo nomine ſignificari locum, vbi & conficiuntur & reponuntur caſei, qui ob ſerum & eluuiem ſæpe emundandus eſt. Columel. lib. 1. cap. 15.

Ratio quidem hercle apparet, argentum οἴχεται,

Legendum in Piſonem: nam quod argentum decoctum quidam libri habent, carminis ſenarij lege coarguitur. *In quo*, inquit Varro, *nobilius eſt philippeum, quod accipimus, quàm quod bibimus: Cùm alterum addamus in bulgam, alterum in veſicam.* Poſteriore loco hîc philippeum videtur eruditiſſimis potionis genus eſſe: à quibus diſſentio. vt enim dicimus malo pecuniam, quam in loculos cõdam, quàm quam in œnopolio bibam: quòd illa aſſeruatur, hæc perit: ſic ſe malle philippeum in bulgam, quam in potionem dixit. Verba Salluſtij de Eritio militari ſic lego: *Saxáque ingentia, & axe vincti orbes per pronum incitabantur, axibúſque eminebant in modum eritij militaris veruta binum pedum.* Eſt autem Eritius, machina, vel potius munitio militaris infeſtis vndique horrens telis, vt aculeis echinus. Cic. in Piſonem. Varro apud Non. in Bulga. Sallust. apud. Non. in Verut.

Fraudatis lucernis apud Flaccum, deijcere è ſaxo, naſo ſuſpendere Læuinus, in propria pelle quieſcere.

CAPVT IX.

QVID eſt apud Flaccum? *Non quo fraudatis immundus nacta lucernis.* Non enim, vt opinor, oleum intelligit è lucerna ſumptum. Nec enim in ea ſatis olei eſt ad vnctionem: deinde, Quis è lucerna quam ampulla ſumere mallet? Ego genus quoddam olei lucernarium fuiſſe appellatum lego, quod vile & rancidum eſſet, & ad lumina relegatum: quo tamen inopes, & ſordidi vngere ſe ſolebant, cùm Horatius optimo oleo primæque notæ vteretur. Nam qui oleo ſe vngit, eo quo ſolent lucernæ accendi, is lucernas defraudat alimento ſuo, ſuoque fomento. Aëtius, τὸ δὲ λυ- Horat. lib. 1. ſat. 6. Aëtius.

 χνιαῖ-

χυιαῖον ἀπὸ τοῦ μέσου καὶ εὐκράτου, τοῦ γλυκέος λέγω, τοσοῦτον ἐπὶ τὸ θερμότερον νεύει, ὅσον τὸ ὀμφάκινον ἐπὶ τὸ ψυχρότερον. Illud autem, *Deijcere è ſaxo ciues, aut tradere Cadmo*, ab eo dicitur, quia Tribuni Tullij ante mentionem fecerat: hoc autem ius tribuni violentiores, & importuniores interdũ ſumebant, vt ſine iudicio indictaque cauſa è ſaxo Tarpeio ciuem deijcerent: vt tentatum à tribuno in Metellum Macedonicum apud Plinium reperimus, aut carnifici traderent, cum legitimo iure à carnificis pœna immunes eſſent ciues Romani. Id igitur vt indigniſſimum & tyrannicum ſcripſit. *Naſo* autem, *ſuſpendis adunco*, quod eſt derides: ideo dicit, quòd qui adunci naſi ſunt, homines irriſores habentur: qui quod irrident, id verò vt lance quadam, ſic naſo ſuſpendere & ponderare videntur: vt enim

Horat. li. 1. ſat. 6. — Plin. li. 7. c. 44. — Horat. lib. 1. ſat. 6.

—gemina ſuſpendere lance
Ancipitis libræ, dixit Perſius: ſic naſo ſuſpendere dictum interpretor. *Contra* (inquit) *Læuinum Valeri genus*, cùm dicit in Valeriorum familia nobiliſſima eum qui primus hoc cognomento fuit, ſuſpicamur à ſiniſtro læuoque & improbo animo, malisque & nequam moribus cognoment meritum fuiſſe. Cùm autem gloria de ambitioſis, & glorioſis honorumque cupidis triumphare videatur, illique de quibus triumphabatur poſt currum conſtrictis manibus vincti per pompam traherentur: ideo Horatius ſcripſit,

Perſ. ſat. 4. — Horat. lib. 1. ſat. 6. — Horat. ibid.

Sed fulgente trahit conſtrictos gloria curru.

At verò, *in propria non pelle quieſſem*, ſumptum videtur à veſtitu & calceis, quæ tanquam hominum pellis eſt. Nam libertinus latum clauum, ſenatorij ordinis proprium, & calceos lunatos ſi gerat, intra pellem ſuam quieſcere non putetur: niſi quis à Cumano aſino tractum putet, qui leonem mentiebatur leonis exuuio.

Horat. ibid.

Læuo, autem, *ſuſpenſi loculos tabulámque lacerto*, de calculatoria tabula, & calculis intelligo. diſcebant enim ratiocinandi artem, non liberales diſciplinas: vt in arte, *—dicat*

Horat. ibid. & lib. 1. epiſt. 1. — Horat. de arte poëtica.

Filius Albini, ſi de quincunce remota eſt
Vncia, quid ſuperat.

Spiritu contineri apud Fabium, apertis tibijs, vox toto organo inſtructa, molli articulo. CAPVT X.

QVINTILIANVS memoriæ commoda vimque cõmemorans, eam ſcribit cæteras partes, velut ſpiritu quodam continere: in quo ſanè non dubito, quin plerisque mirum eſſe videatur, quòd partes quodam ſpiritu contineri dixerit: ſed profectò mirari deſinent, ſi intellexerint Stoicis ſpiritum

Quintil. lib. 11. cap. 2. — Quintil. cap. de memoria.

ritum videri causam quādam, omnia suapte vi & ope cohibentem & continuantem, etiam in hac rerum summa. Fabius autem omni liberali eruditione & philosophia imbutus, non tantum verborum lenocinijs & tectorijs orationis fucatus, ex Stoicorum decretis ista hausit: sed ex eorum veluti instrumento depromēdum testimonium est. in quo sanè numero aliorum sunt auctorum testationes. quæ enim de Stoicis ab alijs scripta referuntur, proinde ac ab illis scripta interpretor. Alexander in libello de mistura de Chrysippo loquens, ἡνῶσθαι μὲν ὑποτίθεται τὴν σύμπασαν οὐσίαν πνεύματός τινος διὰ πάσης διήκοντος. *Alexand. Aphrod. lib. de mistura.* Plura qui volet ad comprobationem ex eodem libro licet colligat. iam huic tanquam tabulæ suam velut cupressum appingemus. Apertas tibias Fabius vocat, quæ apertis omnibus foraminibus sonant clarius. Nam clausis sonus redditur fuscior & obscurior, vt apertis candidior & clarior. quod & per adagionem vsurpat. *Illa verò,* inquit, *iam penè apertis, vt aiunt, tibijs:* id est, vt suspicor, iam clarissima voce. *Quintil. li. 11. cap. 3.* Rursus: *Nam tibiæ eodem spiritu accepto alium clausis, alium apertis foraminibus, alium satis purgatæ, alium quassæ sonum reddunt.* *Quintil. ibid.* eleganter etiam vox firma facilis & tractabilis, quæque per omnes intētionis & remissionis gradus sequax & flexibilis traducitur, toto instructa organo ab eo dicitur, translato sermone à musicis organis & hydraulis, quę totius canonis musici varietates & flexus vocis & soni complectuntur. sed verba Fabij audire est operæpretium. *Vtique habens omnes in se, qui desiderantur, sonos, intentionésque, & toto, vt aiunt, organo instructa.* *Quintil. ibid.* Mollem porrò articulum, vt & hoc addam, & si non magni pretij, vocat mollem manum. nam in ea sunt articuli. vt Catullus, *Abstersti omnibus articulis:* id est omnibus digitis: *Catull. ad Iuuentium.* aut potius brachium lacertumq́; : artus enim etiam habet, quos articulos per diminutionem vocat. Fabij verba sunt, *Quam molli autem articulo tractauit Catonem?* *Quint. lib. 11. cap. 1.* id est molli brachio, molli manu, non acri manus ictu, aut eius tenaci comprehensione, vt vel à pugilibus, vel à luctatoribus accersita sit traductio.

In manum latio, vexillum tollere, destituere.

CAPVT XI.

M. ANTONIVS Muretus omnibus næuis Ciceronis Philippicas deletis percurauit atque persanauit, pristinoque nitori candorique detersis maculis & extritis restituit optimi & vetustissimi exemplaris adminiculo fretus: è cuius fide sic & locum quem subscribam edidit, *Pone ante oculos lætitiam Senatus populíque Romani, confer cum hac in manum latione tua tuorúmque:* *Cic. 2. Philipp.* sed quænam est ista per deum immortalem, in manū latio? Equidem existimo significari lucra & capturas Antonij & Antonianorum. qui

enim

enim quem corrũpit donis, muneribus, largitione, pecunia, quicquid donat & soluit, in manum fert, & in manũ dat, qui pretium numerat. Plautus,

Plaut. Asinar. Sc, Vnũ istorũ. *Si mihi dantur duo talenta argenti numerata in manum.*

quidni igitur, vt in manum dare, sic & in manum ferre dicamus. Corroganda sunt indidem alia, ne ab alia familia hoc caput mutuum sumere cogatur. *quo erat*, inquit Cicero, *paucis annis ante deducta, vt vexillum tolleres, vt aratrum circunduceres.* (Cic. 2. Philipp.) qui coloniam deducebat, colonos, qui plerunque milites erant, sub vexillo ducebat: & milites confectis stipendijs exauctorata legione, sub vexillis habebãtur, dum præmia emerita acciperent, aut in agros deducerentur. quòd, etsi antè nos dixisse recordamur, tamen hîc iterari nihil prohibet, cùm similia potius, quàm eadem scripturi simus, & exemplis pluribus probaturi. Itaque quod interdum diutius ducerentur, & lentiores essent in soluendis præmijs, ea sibi repræsentari volunt milites libro primo apud Tacitum, nec sub vexillis teneri: eius verba subsignabo. (Tacit. lib. 1.) *Vt singulos denarios mererent, sextusdecimus stipendij annus finem afferret, ne vltra sub vexillis tenerentur: sed ijsdem in castris præmium pecunia solueretur.* Iterum, (Tacit. ibid.) *exauctorari qui senadena fecissent, ac retineri sub vexillo cæterorum immunes, nisi propulsandi hostis.* Iterum, (Tacit. ibid.) *Veteranique nuper missi sub vexillo hiemabant:* quod indicat eos iam in legione non fuisse, sed exauctoratos, vt dixi. Itaque qui exauctorari volunt, apud eundem historicum vexillum flagitant: (Tacit. ibid.) *& nocte*, inquit, *concubia vexillum in domo Germani situm flagitare occipiunt.* Rursus Tacitus, (Tacit. ibid.) *At in Cauchis ceptauere seditionem præsidium agitantes vexillarij discordium legionum.* Ibidem, inquit Cicero. (Cic. 2. Philipp.) *Quid? eundem in septemviratu nonne destituisti? interuenit enim. tum metuisti, credo, ne saluo capite negare non posses.* Sententiam horum verborum hanc esse puto, cùm septemvir esses creatus agris assignandis, pecuniamque patruo deberes, nonne flagitantem destituisti? tum enim interuenit, & pecuniam petiuit: sed tu veritus, ne saluo capite negare non posses, hominem iurgio excepisti, & pro pecunia probra & contumelias turpissimas ei persoluisti. destituere enim dicitur, qui quod promisit nõ præstat, vt qui promissam pecuniam non soluit. Cicero pro Quintio, (Cic. pro Quint.) *Destitutione illa perculsus Quintius, à Scapulis pauculos dies aufert.* Verius sit Septemviratum petijsse Antonij patruum, cumque in petitione ab Antonio non solum destitutum fuisse nec adiutum: verumetiam contumelijs multis affectum. Cicero ad Atticum, (Cic. ad Attic.) *Quid Arrius narret, quo animo se destitutum ferat?* Alij Septemvirum creatum Antonij patruum dicunt: quo etiam modo constabit sententia.

Populus fundus factus, pro Balbo. CAPVT XVI.

QVISPIAM

QVISPIAM existimaret, quæ Marcus Tullius disputat de populo fundo facto, non tam vero affinia esse, quàm causæ Cornelij Balbi serui- *Cic. pro Corn. Balbo.* re: Si quis tamen propius inspiciat, M. Tullium intelliget verè sincereq; id argumentari sine vlla captione verborum fraudeque. *populus enim fundus*, inquit Festus, *dicitur esse rei, quam alienat, id est auctor:* & apud Plautum, *Fest. lib. 6.* *fundus pater.* In Trinummo, est auctor, vt doctissimè docuit Budæus. ex *Plaut. Trinū. Sc. Modo me Stasimus.* quo intelligimus fundum populum fieri, qui auctor fit: vt fundus deniq; auctor sit. nunc Cicero negat in mutanda ciuitate opus esse populi auctoritate, cùm ita cuique sua constet libertas, vt ex vrbe cuius est ciuis, si velit demigret, alioque domicilium sedemque conferat & collocet: &, si in ciuitatem aliquam adsciscatur, ei se dicare possit relicta germana patria: quod idem iuris Romanis esse comparatum. Nam Roma relicta, si quis se alicui ciuitati dicasset, ciuitate mutatum fore sine populi Romani suffragio & auctoritate. huius enim rei populum Romanum fundum fieri non oportere. si denique quis vertat solum, & alio habitatum se conferat, pro ciueque se gerat illius ciuitatis, ciuitatem Romanam eum sine tabella populi Romani amissurum. negat igitur Cicero in mutanda ciuitate, ei rei locum esse. Nam etsi fundus factus latius patet, ac auctoritatem omnem significat, tamen in legibus & ea re de qua agebatur, de populo dicebatur in eam rationem atque sententiam, vt si quid iuris Romæ sancitum esset, id si socij approbarent & adsciscerent, ea lege tenerentur, & fundi facti dicerentur. id ex Gellio apparet sic de municipibus scribente: *Gel. li. 16. c. 13.* *municipes suo iure vsos, neque vlla populi Romani lege adstrictos esse, cùm nunquam populus eorum fundus factus esset.* Sed quia in Oratione pro Cornelio *Cic. pro Corn. Balbo.* Balbo versamur, quid vetat admonere legendum videri, *qua lege videmus satis esse sanctum, vt ciues Romani sint ij.* Nam *videamus* & *sancti*, quæ per exemplaria propagata sunt, litura egent, vt mendosa. Cicero autem hoc genus dicendi, *populus est fundus factus*, ex eo dictum putat, quòd cùm legem aliquam Romanam adsciuit & approbauit, videatur in eo populo, vt in fundo resedisse: proinde quasi lex vrbem Romam, in qua lata est, pro ciuitate habeat: populum illum, à quo est adscita, pro fundo quodam suo, vt in eo sedem ponat. Ita per translationem ea dicendi ratio auctoritatem significare cœpit: nisi quis putet, quòd fundus, cùm in solo sit, optimus sit sponsor & auctor, ex eo tractam esse translationem: vnde Plinius, *is sponsor est in solo*, dicit, sed enim idonea magis & accommodata est Ci- *Plin. li. 19. c. 4.* ceronis deductio & explanatio. hoc igitur valebat in commodis & beneficijs populorum, publicumque erat, de priuatis hominibus non intelligebatur. Itaque priuatus aliquis Neapolitanus lege Iulia poterat ciuis esse Romanus, populo Neapolitano non facto fundo, modò ipse vellet:

populus

populus Neapolitanus non poterat, nisi approbaret: idque est quod scribit Cicero, *Ipsa denique Iulia, qua lege ciuitas est socijs ac Latinis data, qui fundi populi facti non essent, ciuitatem non haberent.* Ac magna ista de re contentio fuit Heracliensium & Neapolitanorum lata lege Iulia, cùm deliberarent, an ciuitatem Romanam acciperent sibi lege Iulia concessam: erant enim multi Heracleæ, multi Neapoli qui ciuitatem Romanam recusandam putarent, & libertatem suam suumque ius retinere mallent. hæc mihi veniebant in mẽtem, quæ de populo fundo facto dicerem: si quis à me dissentit, me non facto fundo, ei pro suo iure licet.

Cic. pro Cornel. Balbo.

Polentam pransitare, græca fide mercari, perscribere, rescribere, schasteria.

CAPVT XIII.

DVBITARI video ab eruditis hominibus de hoc Plauti versu,

Vbi flent nequam homines qui polentam pransitant.

Plaut. Asinaria sc. Sicut tuum vis vnicum

Nam contra literas omnes & tabulas, probè iurati contendunt pinsitant esse scribendum: cùm præsertim sequatur,

Vbi sit polenta te fortasse dicere.

Plau. ibid.

Sed omnibus monumentis derogare fidem, falsique notare, vix hîc fortasse ferendum est. Videamus igitur, quid pro tabulis dici possit, quando illi contra eas dixerunt. ego putem molitores seruos non pane, sed polenta nutritos fuisse in pistrino: vel potius miseros illos pistores seruos, inter agendas molas, cùm famelici essent, furtim solitos esse de polenta, id est de hordei farina esitare: quæ caussa frequentationis Plauto fuit, vt pransitare potius, quàm prandere diceret: & si desiderandi potius videri possit, vt sit pransitare, prandere cupere. sed & machina quædam nomine pausicape inserabatur collo molentium seruorum, ne polẽtam comederent, neu manus ori admouere possent. Pollux, τὸ γε μὴν τοῖς οἰκέταις τοῖς ἔνδον ἐργαζομένοις ὑπὲρ τοῦ μὴ κάπτειν τῶν ἀλφίτων περιτιθέμενον παυσικάπη ὀνομάζεται, τροχοειδὲς μηχάνημα ὂν τῷ τραχήλῳ περιαρμοζόμενον, ὡς ἀδυνατεῖν τῷ στόματι τὰς χεῖρας προσάγειν. In eadem fabula, *quàm me hunc Scipionem contui*, more dictum est Atheniensium. omnes enim Athenis qui erant natu grandiores & iudicabant, Scipiones habebant: vnde Aristophanes scripsit,

Pollux lib. 7. cap. 4.

Plaut. Asinaria sc. Sicut tuum vis.

βακτηρίας ἔχοντα καὶ τριβώνια.

Aristophan. in Pluto.

At *Græca mercamur fide*, est optima, representata pecunia: vt in palliata atque adeò Attica comœdia, quasi Græci nunquam fallerent, sed nec coactore opus esset ad redigendam pecuniam vt in Italia, quam præsentem persoluerent. Græci Græcis fauent, & bene de gente sua & existimant & prædicant: quod in palliata seruatum à Plauto est. nam Græcos si vitupe- rasset,

Plaut. Asinaria Sc. Vnum istorum quodque.

raſſet,eorumq́ue fidem fluxam dixiſſet,à decoro receſſiſſet.

Verbis velitationem fieri compendi volo. — Plaut. Aſin. Sc. Vbi ego nunc Litanum.

Facere compendij,vt facere lucri,Plautus dicit: itaque facere compendi velitationem verbis,eſt,volo hoc verbis commodum lucrumq́ue afferre, ne in velitationem altercationemq́ue de ſuo quicquam impendant. non enim ſine eorum impendio fieri poteſt. ait Plautus,

Adducit domum etiam vltro,& reſcribit nummos: — Plaut. Aſin. Sc. Quid hoc ſit negotij.

Scribere nummos,eſt nummos non præſentes ſoluere,ſed pro his in certum diem ſoluendis apud Trapezitam ſe obligare,& per argentarium in certam diem cauere redditum iri nummos, qui debeantur. queritur enim pro pecunia præſenti cautionem ſoluendæ per menſam pecuniæ apud argentarium factam: & ante dictum erat,

Nam vidi huc ipſum adducere ad trapezitam Exærambum. — Plaut. ibid.

Itaque apud Terentium in Phormione,

Illud mihi argentum iube rurſum reſcribi, valet, Caue mihi à menſa redditum iri: Et apud Horatium, — Terent. Phormion. act. 5. Sc. 7.

Putidius multo cerebrum eſt,mihi crede,Perilli
Dictantis quod tu nunquam reſcribere poſſis, — Horat. lib. 2. ſat. 3.

Valet, quod tu nominibus ad menſam factis, non poſſis ei per argentarium poſtea renumerare: ſic,

Quódne ego perſcripſi porrò illis,quibus debui? — Terent. Phormion. act. 5. Sc. 8.

Eſt,quod ad trapezitam attuli, & totum ſcripſi quibus dinumeraret certa die,vt nihil iam mihi reliquum ſit,atq; ita expũxi nomina quibus debebã.

Quin pol ſi,repoſiui remum ſola ego in Caſteria. — Plaut. Aſin. Sc. Nequeon' ego te interdictis.

Verbum hoc caſteria pro Latino deferri in cenſum non poteſt, niſi in aſcriptitijs ciuibus numeretur: originem certè fatetur Gręcam,non tamen ingenuam, ſed adulterinam, vt hybrida haberi poſſit. ſed vt ſuis reſtituatur natalibus,ego ſchaſteria lego: Heſychius, σχαςηρία ὁρμητήριον, καὶ μέρος τὶ ἐν τῇ νηΐ. Ita cenſet partem nauis eſſe. Ea autem erat,vbi interquieſcente remigatione reponebantur remi. Nam σχάσαι κώπην eſt remum agendi finem facere. Machinarum etiam auctores & automatum ſchaſterias vocant, quæ tenſa laxant & remittunt ſui laxatione, principiumq́ue motus afferunt. *Fac proſerpentem beſtiam me,duplicem vt habeam linguam*,id eſt inſere tuam linguam in meum os,quod genus oſculi eſt,vocaturq́ue à Gręcis καταγλώττισμα,vnde & infrà ſcriptum eſt, *—Ne ſic tuſſiat,* — Heſychius. Plaut. Aſin. Sc. Cur me retẽt. Plaut. Aſin. Sc. Age dum iſtũ oſtende.

Vt cuiquam linguam in tuſſiendo proferat.

Ne quem ſcilicet oſculari velle videatur: ſequitur enim mox,

Potius quam cuiquam ſuauium faciat palam. — Plaut. ibid.

Pauca iſta curſim raptimq́ue ex Aſinaria Plauti non magna certè nec an-

xia & conquiſita cura in hoc caput retuli. Nos enim quæ in ſummo natantia ſtatim apparent videmus fortaſſe, altius deſcendere ne mergamur non audemus. Quare alia, quæ ex imis velut gurgitibus quærenda ſunt, Delijs natatoribus relinquimus.

Niger Galeſus, mitra, ψυχομαντεῖον, ſomni portæ, vrere cedrum, agger tumuli, atra fax. CAPVT XIIII.

LOCOS quoſdam Maronis breui interpretatiuncula perſtringere placet: ſed ita, vt quiſque in mentem veniet. neque enim hiſtoriam ſcribimus, vt ordinem nobis neceſſariò conſeruandum putemus.

Virg. 4. Georg. *Quà*, inquit, *niger humectat flauentia culta Galeſus.*

Hîc niger profundus eſt & altus: ſolet enim aqua profunda nigrum colorem ducere: vnde & πηγὴ μελάνυδρος, ab Homero dicitur fons aqua abundans. (Homerus.)

Virg. 4. æneid. *Mæonia mentum mitra crinémque madentem Subnixus.* id eſt ſub mitra crinem mentumque ſubiectum habens. Mitram autem geſtaſſe viris turpe & molle cenſebatur. Lucianus, ἑκατέρωθε καθειμένους βοστρύχους τῇ μίτρᾳ τούτους ἀνειλημμένος. Et Iuno Ioui Bacchi mollitiẽ obijciens apud eundem ait, μίτρᾳ ἀναδεδεμένος τὴν κόμην: quin & θηλυμίτρης per probrum illic vocatur. Et alio Maronis loco, (Lucianus. Lucianus. Virg. 9. æneid.)

—Et habent redimicula mitræ. Lydorum tamen & Phrygum tegmen capitis erat, parum virile habitum. Cùm eſſet in Auerno lacu illoque tractu ψυχομαντεῖον, vt à M. Tullio ſcribitur, & Appius νεκρομαντεῖα illic facere ſoleret: ea, vt exiſtimo, Maroni cauſa fuit fingendi Æneam per Auernum ad inferos deſcendiſſe, quòd eſſe crederentur illic Plutonis ſpiracula animas remittentia magico miniſterio, & retro recipientia: eam tamen vanitatem coarguit Auguſtus loco aperto exciſis ſiluis. Sed & Homeri νεκυῖαν eo in loco multi fuiſſe fingunt, & Vlyſſem ea in loca veniſſe ferunt ad necyomanteιon, vt à Strabone narratur. (Cic. 1. Tuſcul. Homerus. Iliad. λ. Strabo lib. 5. Coſmograph.)

Virg. 6. æneid. *—Sunt geminæ*, inquit, *ſomni portæ*: ferè putem ſomni dictum pro ſomnij, vt dicantur ſomniorum duæ portæ: moueor auctoritate Homeri, qui ὀνείρειῃσι πύλῃσι ſcripſit, id eſt ſomniorum portis: cuius qui negauerit imitatorem Maronem, is eadem licet opera affirmet, nihil intra oleam, nihil extra in nuce duri eſſe. quãquam Heſychius & ſomnij portas, & ſomni etiam accipi poſſe confitetur, cùm præſertim inter dormiendum viſa ſomniorum nos laceſſant, vt ſomni portis emitti videantur. ait Maro, (Homerus. Heſychius.)

Virg. 7. æneid. *Vrit odoratam nocturna ad lumina cedrum.*

Hoc antiquorum cõſuetudine dictum videtur, quod ex Homero ſumptum eſt. Ignitabulum enim vel focum in medijs ædibus habebãt, in quo

thedas vrebant luminis cauſa, vt narrat Heſychius in vocabulo λαμπτὴρ, his verbis: λαμπτὴρ. φέγγος, φῶς, λαμπὰς, ἐσχάρα, ἐφ' ἧς ἔκαιον εἰς τὸ φωτίζειν αὐτοῖς ξηρὰ ξύλα καὶ δαδία. At verò illud, *—Aggere compoſito tumuli,* dictum eſt ex Græcorũ conſuetudine, qui τάφον χώσαντες dicunt. Lucianus καὶ τάφον ἐχωσάμην ἐν ἀμύκλαις. exaggerare autem terram ſolebant, quoque altius educebatur, eo honorificum magis erat: atque à tumore illo moleque terræ Latinum nomen tumulis partum eſt. Homerus quoque eodem modo ῥίμφα δὲ σῆμ' ἔχεαν, &, χεύαντες δὲ τὸ σῆμα, dixit. Heſychius. Virg.7.æneid. Lucianus. Homerus. Virg.10.æneid.

Quid face Troianos atra vim ferre Latinis.

Atra eſt infeſta, dira, noxia, peruerſa, iniuſta, quòd niger color infauſtus ſit. ſic apud Flaccum, *minuentur atræ carmine curæ.* ſic Homerus μελαίνας ὀδύνας, dixit. Horat.li.4. od.11. Homerus.

Expedire rationes, conturbare, velatis manibus, nullus hoc meticuloſus æquè, compendij facere, crepuit foris, popyſma, malum obiectum, mala manu, menſes decem, in ſuperiore habitare cœnaculo, ciſpellere.

CAPVT XV.

QVÆDAM ſemper inter legendum bonos auctores occurrunt neque vulgaris notæ, neque publicæ monetæ, quæ enotamus & libantes carpenteſque noſtris inſerimus ſcriptis: vt ex Amphitruone Plauti, in præſentia faciemus, quod & alias nos facere etiam recordamur, & fortaſse ſæpius faciemus: ſemper enim peruolutanti aliquid reconditum eruitur, promiturque, & literis non indignum putatur. Quod igitur ſcribit,

Et vt res rationéſque veſtrorum omnium Plaut.Amphit.
Bene expedire vultis. Prologo.

Explicat contrariam dicendi formam, conturbare rationes apud Terentium, & conturbare apud M. Tullium. & cur à Martiale conturbator aper dicatur. qui enim non ſunt ſoluendo, neque ſe extricare nominibus poſſunt & ære alieno, illi conturbant: nec enim eorum rationes explicari & expediri poſsunt. Sic in epigrammate de Catone grammatico. Terent.Eunuc. act.5.sc.2. Cic.pro Plãco. Mart.lib.7. epig.26.

Omnes ſoluere poſſe quæſtiones, Suet.de Illu-
Vnum non facilè expedire nomen. ſtrib. Grãmat.

Et apud Ciceronem pro Seſtio ſcribitur, *malis domeſticis impediti.* Iterum, *Aut qui propter implicationem rei familiaris, communi incendio malunt quam ſuo deflagrare.* At verò futura ſunt quædam infinitiui modi vſitata Priſcis, nobis inſolita: vt pro amaturum eſse, amaſsere, pro expugnaturum eſse, expugnaſsere, quæ eo putaui notanda, quòd à Grammaticis prçterita neglectaque intelligam. Plautus in Amphitruone, Cic.pro Seſtio. Cic.ibid. Plaut.Amphit.

Seſe igitur ſumma vi vitiſque eorum oppidum Sc.qui me alter eſt audacior.

 —Expu-

—*Expugnaßere:* id eſt expugnaturum eſſe. Inſolentiſſimum portò eſt illud dicendi genus, *Sed fugam in ſe nemo tamen conuertitur:* Quod quidem poëticè dictum accipio, agnoſcoque pro fugam in ſe nemo conuerſam inclinatamque habet, vt,

Nuda genu, & lachrymis oculos ſuffuſa nitentes.

Velatis autem manibus, eſt cum velamentis & vittis, vt,

Præferimus manibus vittas, & verba precantum: vel ramis oleę lana inuolutis: ἱκετηρίας Græci vocant & ϛέμματα. *Nullus eſt hoc meticuloſus æquè:* valet, nullus eſt hoc meticuloſior: proinde eſt eadem conſtructionis ratio conſeruata, cùm ſignificationis & ſententiæ ſit eadem vis. Pugni dant ventri victum, qui graſſatores nutriunt verberibus ſpoliatorum. In ſoporem collocare, eſt plagis malè mulctatos, & ictibus ſopitos, propeque exanimatos ſternere: ſic Martialis, —*collocat haſta ſues.*

Vltro autem iſtic qui exoſſat, eſt procul à me exoſſator iſte hominũ ſit. *Sibi malam rem arceßit iumento ſuo,* valet, quærit ſibi malum, quod iumento imponat ſuo, cùm potius ſi quod malum & iniquum onus ſit, alienis iumentis, quàm noſtris imponere ſoleamus, ne eo opprimantur, & rumpantur. ſuo igitur iumento, eſt abſolutè dictum, pro cùm ſuum ſit iumentum: intelligit autem eum ipſum. malum enim ſibi quærit quod geret, cuiuſque iumentum erit: niſi ſi quis ſibi, & iumento ſuo per appoſitionem interpretetur: alterum tamen concinnius videtur, quanquam nec hoc quidem ſine gratia. melius eſt *ſuo ſibi iumento* explicari, pro ſuo proprio iumento, id eſt, ſibi. *Orationem comprimam, crepuit foris,* hoc more Attico dictum, vt & apud Terentium: Nam quia Athenis fores in publicum aperiebantur, qui domo exibat, ne quem eas aperiendo fortè prætereuntem læderet, eique fores impingeret, crepitum eas feriẽs antè edebat. Sic apud Ariſtophanem ψοφεῖ τις ἔνδον, ſcribitur, de eo qui foras exire vult. *Verùm, quod erit natum tollito,* hoc è moribus & inſtitutis veterum eſt: aliquando enim liberos tolli nolebant, & iubebant exponi. qui enim ali volebat, depoſitũ humi infantem tollebat, vnde & dea quædam Leuana dicebatur, vt ſcribit Diuus Auguſtinus: eodem modo apud Terentium, quod antè poſuimus, *Quicquid peperiſſet decreuerunt tollere:* & in Heautontimorumeno, *Si puellam parerem, nolle tolli.* Laudari videntur Iudei hoc nomine à Tacito parum aliâs eis æquo, quòd natos omnes liberos tollerent. Cæterum *palpo* percutere, eſt blando manus plauſu tangere, & velut poppyſmo, vt de equis Maro dixit,

Et plauſæ ſonitum ceruicis amare.

& Iuuenalis, —*frontémque manúmque.*

Præbebit vati crebrum poppyſma roganti, id eſt, metopoſcopo & chiromanti

Plaut. ibid. | Virg. 2. æneid. | Virg. 7. æneid. | Plaut. Amphit. Sc. Qui me alter eſt &c. | Plaut. ibid. | Plaut. ibid. | Mart. lib. 5. epigr. 66. | Plaut. Amphit. Sc. Qui me alter eſt. | Plau. ibid. | Plaut. Amphit. Sc. Bene proſpereque hoc. | Terent. Adelp. Act. 2. Sc. 3. | Ariſtophan. | Plaut. Amphit. Sc. Bene vale Alcmena. | D. Auguſt. lib. de Ciuitate Dei. | Terent. Andr. act. 1. Sc. 3. | Terent. Heautontim. act. 4. Sc. 1. | Tacit. lib. 21. | Plaut. Amphit. Sc. Bene Vale. | Virg. 3. Georg. | Iuuen. ſat. 6.

manti roganti ſibi manum oſtendi & frontem, vt facere ſolent, præbebit crebrum popyſma, quod eſt adulabitur, & adſentabitur, captans eius beneuolentiam, vt ſibi fata ſua canat, & eum propè adorabit. Apud Ariſtophanem ſenex morbo iudiciali laborans ſe à diuitibus popyſmis, vt fulgetras dicit adorari: κἂν ἀστράψω, inquit, ποππύζουσι. vel potius, præbebit manum & frontem vati petenti & roganti ſe pro diuino obſeruari & haberi, & dum fata loquetur, cum admiratione, & veneratione, metuque popyſmis excipi frequentibus. Quod autem Plinius ait popyſmis adorari fulgetras, id eſt, eas adorari leuiter comploſis manibus cauis, velut ad deliniendum Iouem iratum. manus enim cauæ comploſæ popyſmum efficiunt, quæ vox fictitia eſt ad ſoni expreſſionem. *Faciam vt æquè diſpar ret*, eſt, faciam vt quantum acceſſit noctis diuturnitati & prolixitati, tantum de die decedat.

Ariſtoph. Veſpis. *Plin. li. 28. c. 2.* *Plaut. Amphit. Sc. Benè vale.*

Neſcio quid, autem, *mali eſt mala obiectum manu*,

Eſt neſcio quis veneficus eius mentem excantauit: nam in veneficijs non tantùm eſt carmini locus, ſed etiam manui, id eſt ijs, quæ fiunt manus opera: vt cùm adhibentur herbæ, medicamenta, mala venena, etiam quædam interdum vincula. Maro,

Plaut. Amphit. Sc. Age tu.

Spargere qui ſomnos cantúque manúque ſolebat. *Virg. 7. Aenei.*

Ad aquam, inquit, *præbendam cõmodum adueni decimo poſt menſe*. mirum pleriſque videtur eſſe, cur olim decimo menſe mulieres parerent, cùm hodie nono ſoleant: ſed ita ſe res habet, breuiores erant veterum menſes, quàm noſtri, cùm ad lunæ curſum eos metirentur, non ſolis. Itaque ex Hippocratis libro de fœtu, vbi ſumma dierum ſubducitur exactorum menſium, quiuis intelligere facilè poterit, ita ſe rem, vt dixi, habere. ergo Virgilianum illud, *Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes*, de lunæ menſibus explicandum proculdubiò eſt.

Plaut. Amphit. Sc. Satin parua res eſt. *Hippoc. lib. de fœtu.* *Virg. eclog. 4.*

Quin tu iſtam iubes pro cerrita circunferri,

Hic circunferri eſt purgari & luſtrari, propterea quod qui luſtrant, eum, quem luſtrant, ſæpe aliquid circunferentes, circumeunt, vnde & luſtrare, circuire eſt: quod & alibi attingimus. Inde & περιαγνίζειν apud Græcos, & περιμάσσειν, & περιμάκτριαι dicuntur.

Plaut. Amphit. Sc. Satin parua res.

In ſuperiore qui habito cœnaculo.

Sic perlepidè iocatur pauper hiſtrio, qui perſonam Iouis ſuſceperat pro Amphitruone ſubditi: ſe enim pauperculum dicit cœnacularium, qui habitet in ſuperiore domus cœnaculo ad tegulas, non in inferiore in prima contignatione, ſed in ſuprema.

Plaut. Amphit. Sc. Ego ſum ille Amphitruo.

Inde optimè, ſic ciſpellam, virum.

Ciſpellam eſt, aſpellam, repellam, non ſinam vltra progredi, reijciam: atque

Plaut. Amphit. Sc. Concedite atq; abſcedite.

Non. Marcel. in Cis. etiam cis pro vltra vſurpari notat Marcellus: eſt etiam cis interdum intra, vt in Moſtellaria,

Plaut. Moſtel. Sc. 1 xi è culin. *Cis paucas tempeſtates Thranio,* Id eſt, propediem: & in Truculento,

Plaut. Trucul. Sc. 1 iſces ego credo. *Vt nulla faxim, cis dies paucos ſiet.*

Quædam in Plinio emendata, ſapinus, vaccinia mancupijs ſata.

CAPVT XVI.

NON ſolùm in verborum enodatione poſita eſt auctorum explicatio, & illuſtratio, ſed etiam in locorum emendatione, quorum corruptela, ita ſenſui plerunque officit, vt nihil probabile ſalubreque elicere poſſis. Hîc igitur locos aliquot Plinij emandare nitar. ſic autem ſcribit libro (Plin. lib. 16. c. 4.) decimo ſexto Naturalis hiſtoriæ: *Poſtquam ex publico in priuatū magis, ſingulíſque ciuium quæri, & ſacroſancta omnia profana fecere:* hîc ego & in priuatum agi legendum eſſe aſſero, & profana facere, cùm antecedat cepere. quid quod & ſacroſancti legimus in antiquis monumentis, vt de tribunis intelligamus, qui omnia ſuis ſeditionibns profanauere? eius vt opinor punctum feret hæc ſcriptura, qui animi & ingenij non eſt tardioris nec ſtolidi. Ego quoque illam eſſe ſcripturam vindicandam reor, è ſanctuarijs (Plin. ibid.) bibliothecarum depromptam: *clarè profeſſi, ne ſeruari quidem hominem fas eſſe, lucri cauſa:* etſi autem eundem facit ſenſum editio, hæc tamen ſcriptura vt elegantior, ſitu & tenebris damnanda non fuit: ſed nec in veterno iacere ſinemus, quod admonitione veterum librorum coniecimus, in qui- (Plin. lib. 16. c. 8) bus cùm exaratum inuenerimus, *primóque ceu ſcaptes fruticis paruæ aquifoliæ ilicis,* vndè temerè & incōſideratè ſcapus fabricatus & edolatus eſt ab emendatoribus, nos ſcabies legendum eſſe affirmamus. quinetiam *conci-* (Plin. ibid ca. 11.) *ditur ad cribrum in minuta,* potius quàm ad cribri minuta, non inuitus partim animi augurio, partim librorum teſtimonio aſſeruerim. quid quod *ſa-* (Plin cap 12. eiuſdem libri. Vitru lib 1 c. 2.) *pium* arborem orbi terrarum ignotam, in ſapinum mutandam eſſe Vitruuij auctoritate freti non dubitamus ſcribere? quam Plinius idem ſeri nu- (Plin. ibid.) cleis ſcribit nam, *in nucleis,* quod euulgatum eſt, mēdum olet. etiam nunc (Plin ibid.) ſupereſt ſinceritas ſcripturæ in annoſis libris. *Sapini autem materies ceſa re-* (Plin cap. 16. eiuſdem libri.) *generata ſit ſicuti docebimus.* quid? eo in loco, *haud dubiè præferetur cedro,* diutius labem hærere ſinemus, nec ſi poſſumus eluemus ſecuti volumina cōditiua, in quibus citro legitur? quis autem neſcit citreas menſas in pretio (Plin cap. 18. eiuſdem lib.) & dignatione Priſcis fuiſſe? *Item corbium ſportis* in Plinio editum eſt: ſed refragantur pluteorum archanorum libri veternoſi, in quibus cortis ſcri- (Plin. ibid.) bitur, vnde ſuſpitio oritur, coſtis emendandum. *Item,* inquit Plinius, *vaccinia Italiæ in aucupijs ſata,* quo in loco ſcripta & excuſa nihil diſcrepant:

ſed

ſed cùm quæ ſint ea aucupia non intelligam, & ſciam Galeno, Aëtio, reliquis medicis, mãgonio vaccinij corporum pubertatem tardari, quod venalitiarijs vtile plerunque erat, mancupijs, ſi cui ſagax hæc coniectura videri poteſt, non illibenter legerim: hîc tamen Plinium mirari ſubit, qui Plin.ibid. vaccinium, id eſt hyacinthum, in arborum claſſem & ſenſum retulerit: legendum autem planè eſt, *Galliæ verò etiam purpuræ tingendæ cauſa ad ſeruitiorum veſtes.* Plin.eod.ca.18.

Ponderibus librata terra, melior natura, melior mundus, magna parens, tu non inuenta reperta es, apud Ouidium.

CAPVT XVII.

VERSVS eſt Ouidij etiam atque etiam conſiderandus: Ouid.1.Meta.

Nec circunfuſo pendebat in aëre tellus,
Ponderibus librata ſuis:

Cui enim non incredibile videatur tellurem ſuo pondere ſuſpenſam teneri, cùm ſuo pondere potius in præceps, & abruptum ire debeat: ſed nec pondere, verùm põderibus dixit. exiſtimo ab eo ſignificari ita in medio vniuerſi cardine pendere terram, vt cùm tantundem vndique ponderum habeat, nulla propenſio ei in hanc vel in illam cœli partem, nullaq́ue inclinatio ſit: quam & quietis terræ cauſam Plato exiſtimat eſſe, & ἰσοῤῥοπίαν Græci vocant: nam ſic vndique examinata ponderibus ſuis, neque Plato. in mediæ noctis metam, neque in medij diei punctum feretur, nutu ponderum ęqualiter vtrinque reſiſtente. obnituntur enim & repugnant: nec in ortum vel occaſum propendebit, cùm tantundem ponderis retrahentis vtrinque ſit. Itaque ſi in ortum inclinetur, repugnabunt pondera eius in occaſum vergentia. eiuſdem verſus eſt,

Hanc deus & melior litem natura diremit, Ouid.1.Meta.

explanationis indigens, ſed ne commemorem aliorum de eo ſententias, & vt paucis quod ſentio complectar, meliorem naturam appellari eam puto, quæ corpora perturbata in chao, & illo confuſo rerum aceruo exemit, & in hanc, quam videmus, deſcripſit & diſtinxit ſpeciem. Nam deterior erat natura, quæ res in confuſione mixtas, vnoq́ue indiſtinctas vultu tenebat. ſic ab eodem,

Ille opifex rerum mundi melioris origo, Ouid.ibid.

dicitur, quòd ante iſtum rerum ornatum deterior eſſet in confuſione mundus. Idem ſcribit,

Oſſáque poſt tergum magnæ iactate parentis: Ouid.ibid.

& non multò poſt, *Magna parens terra eſt,* Ouid.ibid.

Cùm magnus pater Latinis ſit auus, maior pater proauus, maximus, ab-

auus,magnam parentem reor dici Tellurem antiquam & primam humani generis procreatricem: eodem fortasse modo & patria magna parens vocari posset,quam Cicero in libris de Republica appellat antiquiorem parentem:Sic enim scribit,*Sed quoniam plurima beneficia continet patria, & est antiquior parens,quam si quis,vt aiunt,curauerit:maior ei profectò,quàm parenti debetur gratia.*At verò illud,*tu non inuenta reperta es*, quem sensum efficit?Nam inter Grammaticos de eo litem esse natam audio,& quosdam ex hoc loco nescio quam eruere distinctionem inter inuenire & reperire: ego ne quid improbem,sed vt more institutoq; meo animi mei sensum declarem,non inuentam interpretor quæ inueniri non potest, id est, vt ita magis significem quod volo veniam verbi præfatus, non inuenibilem.Te,inquit,quæ in iuuēcam mutata es,reperi inueniri non posse, cùm speciem formamque puellæ amiseris.Sic inuictus est(vt ita dicam) inuincibilis: & indissolutus apud Ciceronem in Timęo,indissolubilis & illaudatus apud Maronem,illaudabilis est: vel, etsi te quæsiui per omnes terras,ita tādem tamen te in buccula reperi, vt non inuenerim natam meam.

Cic. de Repub. Ouid.1.Meta. Valla.li.5.eleg.ca.2. & Alexand,ab Alex. lib.1.cap.21. Cic.in Timæo. Virg.3.Georg.

Fertilitas barbara,porticus,siquidem homo esset,ferrum recipere, apud Ciceronem. CAPVT XVIII.

Vox est ita trita, vt vsu propè & ministerio detrita sit, fertilitas, quæ tamen nescio quid aliud quàm in quotidiano ministerio & domestico vsu nobis apud Ciceronem ostendit secunda Tusculana: locum proferam, *Illi autem voluerunt nihil horum simile apud Lacænas virgines, quibus magis palestra, Eurotas, sol, puluis, labor, militia in studio est, quam fertilitas barbara:* ego hîc fertilitatem puto delicias ornatus luxumque significare, quibus Troianorum & Medorum nurus,& virgines ornatæ magnificè comptæque erant, vt quemadmodum fertilitas in solo feraci & fœcundo dicitur frugum copias gerente: ita fertilitas dicatur in illis quę cultum vestitumque eximium gestāt,gemmisque & margaritis, torquibus & cathenis aureis ornatæ sunt. Ac putem illud acroteleucium, *fertilitas barbara*, ex antiquo sumptum esse poëta.Porticus eadem disputatione etiam tentorium, vel tabernaculum significat,quod admonendum duxi,quia fortasse multi id animaduersuri non essent,quos quid admonere & aduertere prohibet. sic enim scribitur,*Namque Æsculapi liberorum saucij opplent porticus.*loquitur de Podalirio & Machaone, qui ad Troiam tendebant & tabernacula habebant.Legendum autem ibidem censeo, *ò Patrocle!* nam versus octonarij modulus hanc scripturam postulat: & non ita longè, *abducet Patroclus credo.*at verò, *si quidem homo esset*, valet, hoc quidem faceret Patroclus

Cic.2.Tuscul. Cic.ead.2.Tusculum. Cic.2.Tuscul. Cic.ibid. Cic.ibid.

troclus, si quid humanitatis haberet: Sed, inquit, *nihil vidi minus*, id est nec Cic. ibid.
collocat in cubili, nec obligat ei vulnus. *Quiesce igitur & vulnus alliga:* Cic. ibid.
etiam si Eurypilus non posset, posset Æsopus: in calamo scriptis voluminibus
reperio, nec condemno, hoc sensu: Et si Eurypilum virum fortem pude-
ret Patroclo dicere, quiesce desineq; interrogare me, quo loco res Græ-
corum sit, vulnusque meum alliga: non tamen Æsopum Tragœdum id
puderet proloqui. Igitur Eurypilus effari, & narrare incipit laborem, &
inclinationem aciei Grecorum in dolore. Etiam in illis libris secus quam
in editis lego, *Si satis his factum non sit, se velle decumbere*: quod cùm opti- Cic. ead. Tusc.
mam eloquatur sententiam, cur supprimere obsecro debui? scio & sine
negatione sensum explicari non incommodè, vt in editionibus extat: sed
quod non commentus sum, sed reperi, sine fraude, vt opinor, me reperisse
testificari possum. *Quis*, inquit, *cùm decubuisset, ferrum recipere iussus, collum* Cic. 2. Tuscul.
contraxit? ferrum recipere est iugulum aut latus ferro præbere: non se
cōtrahere, non manus non lacertos opponere, non pedes, non ictum de-
clinare. Iubebantur autem interdum, qui decubuerant, à populo iugulari.
Eodem genere loquendi pro Roscio est vsus: *quòd non*, inquit, *totum te-* Cic. pro Rosc.
lum corpore recepisset. qui autem telum recipiebant, fortiores habebantur,
quam qui collum contrahebant: vt Maro in clausula libri decimi de for-
tissimo duce Mezentio mihi dixisse videatur,

Hæc loquitur, iugulóque haud inscius accipit ensem. Virg. 10. æne.

Ego in peroratione lego, *& tibi hoc video non posse deberi*. particula enim id. in fine.
aduersatrix, sed, obscurat confunditque sensum: ait enim crastino dispu- Cic. 2. Tuscul.
tationem ad constitutum fore ad clepsydram, præsertim cùm auditor co-
gat sibi rem solui & repræsentari, neque deberi differrique sinat.

Corymbium, capillamentum, lues, stator, equestria.

CAPVT XIX.

EPIGRAMMATION est perelegans, perque scitum Petronij, de eo
qui antè crine decorus, caluitio postea deformi pulchritudinē amiserat. Petron. in fragment.

Infælix modo crinibus nitebas,
At nunc læuior ære vel rotundo,
Ridentes fugis & times puellas:
Phœbo pulchrior, & sorore Phœbi:
Orti tubere quod creauit vnda,
Vt mortem citius venire credas:
Scito iam capitis perisse partem.

Sed existimo tepere & planè frigere eius gratiam, quòd sensus vitio tran-
spositorum

ſpoſitorum verſuum conturbatio eſt: Nam mihi quidem ſic eorum texendus videtur ordo.

Infœlix modo crinibus nitebas,
Phœbo pulchrior, & ſorore Phœbi:
At nunc læuior ære, vel rotundo
Orti tubere quod creauit vnda,
Ridentes fugis, & times puellas.

Ita enim ſenſus vrbanorum & diſertorum verſiculorum eniteſcet, vt caluus comparetur æri, & tuberi ortorum rotundo, nullaque lanugine villoſo. Inquit Petronius,

Petron. Arbit. in fragment.

Corymbióque dominæ pueri adornat caput:

Sic redimiculum muliebrium comarum, vt crobylus virorum, ſcorpiu[s] puerorum intelligitur: à Grãmaticis Græcis implicatio comarum in acu[tum] definens explicatur.

Virg. 4. æneid.

—Crines nodantur in aurum,

Seruius in 4. Aeneid.

cùm Maro canit, Seruius crobylon interpretatur. Sed hîc comæ ſunt ad[-]poſititiæ, quales flauas plerunque mulieres mẽtito decore formam quærentes præſertim in aulis ſibi adijciunt. Nam cui circumponitur corymbion, is raſus nouacula fuerat. & mox ſequitur: *Euocatúmque me non minus, Decoro exornauit capillamento.*

Petronius.

Is quoque raſus fuerat, cui capillamentum eſt inditum. vt autem corymbion fœminarum diximus, ita capillamẽtum virorum affirmamus. Nõ dixit autẽ Petronius calcare verſum pro terere, vt à via trita tranſlatio ducta ſit, quæ eadẽ calcatur. Nã & dixit Ariſtophanes, οὐδ' αἰσχύλον πεπάτηκας, id eſt, Æſchylum non calcaſti, quod eſt, eum non triuiſti, nec diligẽter frequenterque peruolutaſti, ſed quòd quæ ſenticoſa ſunt & ſpinoſa aculeiſque horrentia, veſtigio premere timemus. ſic enim inquit, *Cæteri, aut non viderunt viam qua itur ad carmen, aut verſum timuerunt calcare.* lego autem,

Ariſtoph. Auibus.

Petronius.

Ac ſeſe pictum laudabat miles in vnda, Et mox,

Petronius.

Hinc Numidæ accurant, illinc noua vellera Setes.

Lues eſt illi ſoluta aqua, vt cùm niues in tabem aquamq́ue liquatæ ſunt.

Petronius.

—Vincta fluctus ſtupuere pruina:

Et paulò antè lues, iam concidenda iacebat: ait enim aquas, quæ ante labebantur ſolutæ, repentè in pruinam concreuiſſe & glaciem, vt ferro earum rigor frangendus eſſet.

Petronius.

Ait idem, *Quædam enim fœminæ ſordibus calent, nec libidinem concitant, niſi aut ſeruos viderint, aut ſtatores diutius cinctos,* diſcinctos puto legendum, ac ſtatores ſeruos eſſe puto aut libertos, qui propè herum aut patronum ſtant, & ei præſto ſunt, & ſi quem quærat, arceſſunt ſiſtuntq́ue. eleganter de muliere, quæ amatoribus plebeijs & viliſſimis delectatur, ſcripſit,

Petronius.

ex hac nota eſt mea domina, vſque ab orcheſtra

quatuor-

quatuordecim transilit, & in extrema plebe quærit quod diligat. Equestria pro locis theatralibus equitum, & modificatis verbis, pro equitibus vsurpauit, cùm scripsit, *nunquam tamen nisi in equestribus sedeo:* id verò est, nunquam est mihi res, nisi cum illis qui sedent in quatuordecim ordinibus. *Petron. ibid.*

Fistula apud Plinium vorticis genus declarata.
CAPVT XX.

CVI non tandem mouet admirationem illud Plinianum? *ex eodem genere & in longam veluti fistulam nubes aquam trahit.* Quid enim fistulæ rei est cum vorticibus & turbinibus, alijsque repentinis procellarum generibus? Deinde, qua obsecro machinatione potest fistula illa sorbere aquã è mari? nisi fortè interpres & inuestigator naturæ, vulgi sequutus est errorem, existimantis iridem sui discoloris arcus cornibus, in nubes aquam trahere velut tollenone è fluminibus & mari haurientem: itidem & ipse fistulatam aliquam nubem cẽsuit posse sursum elicere aquam, & in excelsum sorbere. Equidem existimauerim istam fistulam vorticem esse, neque à vortice separandam. Nam ita rotatus & vibratus suo turbine impetuque in mare interdum impingitur & illiditur, & reuerberatus repercussusque retro reijcitur cum aquæ rapina: vnde à nauticis sipho appellabatur, quem Plinius fistulam interpretatus est. Non debuit tamen fortasse nouam speciem flatus ex vocabulo nautico Plinius procreare: nisi si hac ex parte excusandus sit, quòd cùm in mari non omnis vortex id facere soleat, meritò qui id faciat, notari & distingui debuerit: ac mediusfidius hac æquitate & benignitate interpretationis bonos scriptores potius leuare, quàm per calumniam iniquam opprimere & circũuenire, candidi nec maligni animi, nulloque liuore suffusi fuerit. Nos tamen interea fistulam esse vorticem doceamus, ne quis nos putet ariolari atque ineptè cornicari. sic igitur scribit Olympiodorus in Aristotelis Meteora. Ἀριστοτέλης δὲ τυφῶνα οἷον τυπῶνα, διὰ τὸ τύπτειν σφοδρῶς καὶ ῥηγνύναι στερεὰ σώματα· ναῦται δὲ σίφωνα. διὰ τὸ δίκην σίφωνος ἀνασπᾶν τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης. Ecce Olympiodorus vorticem à nautis dicit appellari siphonẽ, id est fistulam, quia in modũ fistulæ trahat è mari aquã, quod, vt aiunt geometræ, oportebat ostẽdere.

Plin. li. 2. c. 49.

Olympiodorus in meteora Aristot.

Ionicus, cinædicus, staticuli, versus, orbis saltatorius, bibere pro summo.
CAPVT XXI.

EXPLICANDA sunt verba Plauti illa è Sticho, *qui Ionicus, aut cinædicus, qui hoc tale facere possit?* hîc cinædici nomen non esse infamis, nefandique *Plaut. Sticho, sc. vlt.*

Non.Marcel. in Cinædi. — que probri, à Nonio est annotatum: sed in saltatore poni: vt & mox *cinædus contra staticulis stare nobis non magis potis est, quam fungus imbri*: ta-
Plaut.Stico. Sc. vltima — men & eneruem fractúmque, & velut exossem tripudiatorem, eo nomi-
Plaut.Aulul. Sc.Redi quo fugis nunc. — ne intelligi crediderim, cùm in Aulularia scribatur, *ita fustibus sum mollio, magis, quàm cinædus.* Sed & cantionem cinædicam vocat proteruiorem li-
Plaut.Stich.Sc. Morem vobis geram. — bidinosioremque, pruritúmque excitantem: *suauem cantionem occipito cinædicam, vti perprurìscamus vsque ex vnguiculis*. Ionicum quoque, saltatorem ferè molliculum & effœminatum delicatiúsque se mouentem interpreter: vt apud Horatium,

Horat. lib. 3. od. 6. — *Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo*:

tum quòd Ionũ mores & saltationes lasciuiores & teneriores petulãtioresq; erant, tum quòd, si id è propinqua repeti insula placet, nec in Asiam nauigari, Siculi saltationem quandã, vt reor, blandam & voluptuariam, in
Iull.pollux. lib. 4. onom. cap. 14. — honorem Dianæ celebrabant, Ionicam vocatam. Pollux, τὸ δὲ ἰωνικὸν ἀρτέμιδι ὠρχοῦντο σικελιῶται μάλιστα. Cùm autem vt à Plutarcho scriptum est in
Plutarch.in sympoſiacis. — sympoſiacis, tres sint saltationis partes φορὰ, σχῆμα, & δεῖξις, id est motus, gestus, demonstratio: staticulos ad quietem, quæ in gestu, & statu est, & in demonstratione, pertinere crediderim, nec (vt opinor) iniuria: vorsus
Plaut.sticho. Sc. vltima. — ad motum. sic enim in Sticho scribitur, *Si isthoc vorsu me viceris, alio me prouocato.* Est enim versus & orbis saltatorius, species quædam motus, cuius multa genera tripudiatores frequentant. sed ijdem etiam sæpe se versant in orbémque rotant. De saltatorio orbe sic in Pisonem scribit Cice-
Cic. in Pisonē. — ro, *Cùm illum suum saltatorium versaret orbem*, de staticulis Cato apud Ma-
Macrob. lib. 3. saturn. ca. 14. — crobium, *inde staticulos dare, ridicularia fundere*. Iterum, *voces demutat, stati-*
Macrob. ibid. — *culos dat.* Vidi autem qui non dubitarent in eadem fabula inficiationem in affirmationem mutare: *volo ego nos pro summo bibere, nulli relerimus postea:*
Plaut. Sticho. Sc. Agite ite foras. — non vt scribitur, *nolo ego*: hoc sensu, Volo nos pro summo bibere, vt modum quem dicemus ne superemus, ísque sit cyathorum summus modus in potando: vel potius, hoc summum sit & vltimum quod bibemus, nulli'que postea relinamus è cado, sed finem potandi faciamus. Fortassis autem summa potio decem cyathorum erat, quibus se inuitarant, & Græcam cantionem cecinerant: quinque bibe, tres bibe, & semiquatuor: quæ
Plaut. ibid. — summa decem cyathorum est. Sed *nolo* perplacet, hoc sensu, Nolo nos bibere immanibus haustibus: nulli postea relinamus cadum aperiamúsque
Horat lib. 2. sat 8. — summis haustibus bibituro. *subitò enim cadus verti posset*, vt ait, quod est: exhauriri, si tam magnis nos poculis ingurgitaremus, vt apud Horatium,
Plaut. Sticho. Sc. Agite ite foras. — *Inuertunt Alifanis vinaria tota,* id est exhauriunt. Nam cadus qui inanitur, inuertitur. Bibere autem ab summo, aliud quiddam erat, de quo suo loco dicemus. At verò *vter demutassit, pro culpa multabitur*, legen-

dum

dum ferè censuerim, non vt in seminarijs editionum publicarum, *procul demutaßit*, vel potiùs vt Ioachimus Camerarius vtraque lingua doctissimus emendat, poculo multabitur.

Nitens taurus, myrtus, Getæ, inferiæ, Anius, tremere omnia visa repentè apud Maronem, habitabant vallibus imis, nigram hyemi pecudem, in partem vocare, lentare remum.

CAPVT XXII.

VIRGILIVS libro tertio Æneid. scribit, *—superòque nitentem* Virg.3. æneid.

Cœlicolum regi mactabam in littore taurum:

vbi nitentem opimum interpretor. nam quæ saginata sunt nitere dicuntur: sequitur non longo interuallo,

Et densis hastilibus horrida myrtus: Virg.ibid.

hoc mihi è consuetudine Græcorum doctissimus poëta finxisse videtur, qui tumulis & bustis, cum alia virgulta, tum myrtum imponere solebant, quod eruditissimus vir Victorius annotauit. myrtum autem petebat Aeneas, vt ad rem diuinam verbenas haberet: veriùs sit tamen hæc finxisse Maronem, quòd è corno & myrto hastas facerent antiqui, quibus ait confixum Polydorum fuisse.

Gradiuúmque patrem, Geticis qui præsidet aruis, Virg.3. æneid.

hîc Getica arua, arua Thraciæ interpretor, cuius partem olim tenuerunt Getæ, vt scribit Thucydides: sed inde demigrauêre. nam non est infrequens gentium migratio in alias terras. Igitur Aeneas in Thracia cùm esset perculsus illo monstro, precari Gradiuum patrem cœpit, qui Thraciæ imperat. Thucydid.li.2.

Inferimus tepido spumantia cymbia lacte. Virg.3.æneid.

Inde inferiarum nomen ortum est, quod mortuorum sepulchris inferuntur. χοαὶ à Græcis vocantur. fundebant autem lac, mel, aquam, vinum, oliuas, flores etiam spargebant. Aeschylus,

Βοός τ' ἀφ' ἁγνῆς λευκὸν εὔποτον γάλα, Aeschylus pers.
Τῆς τ' ἀνθεμουργοῦ στάγμα παμφαὲς μέλι
Λιβάσιν ὑδρηλαῖς παρθένου πηγῆς μέτα.
Ἀκήρατόν τε μητρὸς ἀγρίας ἄπο
Ποτὸν παλαιᾶς ἀμπέλου γάνος τόδε.
Τῆς τ' αἰὲν ἐν φύλλοισι θαλλούσης βίον
Ξανθῆς ἐλαίας καρπὸς εὐώδης πάρα.
Ἄνθη τε πλεκτὰ παμφόρου γαίας τέκνα.

—Animámque sepulchro Condimus: Virg.3.æneid.

è veterum opinione poëta dixit, qui sepulchrum mortuorum domicilium credebant, & portum corporis appellabant. Cicero,

Neque sepulchrum quo recipiat, habeat portum corporis,
Vbi remissa vita corpus requiescat malis.

Virg. 3. æneid. *Rex Anius Rex idem hominum Phœbique sacerdos.*

Dionys. li. 1. antiquit. Rom. Virg. 3. æneid. Anium Delo imperasse commemorat Dionysius, & Troianos duce Ænea in illo errore classe Delum applicuisse: ἐκ δὲ παλήνης, inquit, ἄραντες οἱ τρῶες, εἰς δῆλον ἀφικνοῦνται βασιλεύοντος αὐτῆς ἀνίου.

Vix ea fatus eram, tremere omnia visa repentè
Liminaque laurúsque dei.

Callimach. in Apollin. aduentante Apolline sic omnia mouebantur,

Οἷον ὁ τὠπόλλωνος ἐσείσατο δάφνινος ὅρπηξ,
Οἷα δ' ὅλον τὸ μέλαθρον, inquit Callimachus: cuius inter-

Callimach. interpres. pres ait, hoc fieri ἐπιδημοῦντος τοῦ θεοῦ, id est aduentante deo, tumque vera reddi oracula, vt eo absente, falsa. Particulam autem *que*, vel Homerico more produxit sequente liquida. his enim literis sequentibus plerumque

Homer. Iliad. 1. breues Homerus produxit, vt αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσι: quomodo Persianum *melos* defendi potest, nisi si quis seruato æquè incolumique nume-

Pers. in præfat. ro legat, *Cantare Pegaseium melos credas*, quod nonnullis placuisse video: vel terminationis causa, vt grammatici scribunt.

Virg. li. 3. æneid. *—nondum Ilium & arces*
Pergameæ steterant, habitabant vallibus imis,
cùm dixit, Homeri locum illum Iliados υ, expressit.

Homer. Ilia. υ. Κτίσσε δὲ δαρδανίην, ἐπεὶ οὔπω ἴλιος ἱρὴ
Ἐν πεδίῳ πεπόλιστο πόλις μερόπων ἀνθρώπων,
Ἀλλ' ἔθ' ὑπωρείας ᾤκεον πολυπιδάκου ἴδης.

Plato. Strabo. quibus in versibus plurimum Maro ab explanatione Platonis & Strabonis recedere fortasse videatur: illi enim scribunt post diluuium, primum 2 homines summa montium insedisse cacumina metu aliarum eluuionum: deinde paulatim terra iam sicciore in montium descendisse radices, ibiq; sibi domicilia parasse, eas enim esse ὑπωρείας: postremò campos occupasse & secundum fluuios sedes sibi legisse. at Maro ὑπωρείας valles imas interpretatus, nonnihil à poëtæ Græci sententia deflexit, vt quis putaret: exi- 3 stimo tamen significari ab eo montium radices, vt Homerus scripsit.

Virg. 3. æneid. *Taurum Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo*

Homerus. versus est Homeri ad verbum redditus,

Ταῦρον Ἀπόλλωνι, ταῦρον δ' ἔτι ποσειδῶνι.

Nigram hyemi pecudem immolari Maro facit, vt & Flaccus ei agnam, 3 cùm esset Tempestas ritu Romano dea. ait enim Flaccus,

Horat. Epod. od. 10. *Libidinosus immolabitur Caper.*

Aristoph. Ranis. *Atque agna tempestatibus*, Aristophanes, βατράχοις,
Ἄρν' ἄρνα μέλαιναν παῖδες ἐξενέγκατε,

τυφὼς

τυφῶς γὰρ ἐκβαίνειν παρασκευάζεται.

Ita etiam ritu Græco Tempeſtati agna nigri velleris immolabatur.

Plena per inſertas fundebat Luna feneſtras, Virg. 3. æneid.

Inſertas interpretor quæ ædibus inſertæ & interpoſitæ erant, vt apud Lucretium, *Inſerti fundunt radij per opaca domorum.* Lucret. lib. 2. Inſerti enim radij ſunt, qui per domos inſeruntur, & in eas ſubeunt, ſoliſque lumina ſpargunt. *Velatáſque comas,* exponi rectè video vittatas, vt Virg. 3. æneid. & velatis manibus eſt apud Plautum, & velamenta apud Liuium, ſuppli- Plau. Amph. sc. Qui me alter. cum vittæ ſunt. *ipſúmque vocamus In prædam partémque Iouem,* Liuius lib. 29. & li. 35. In partem vocare, iuris verbum eſt, pro participem facere, & partiarium admittere: Cicero pro Cecinna, *Mulieres in partem vocatæ ſunt.* Nam & Virg. 3. æneid. de præda dijs immolabant, & partes etiam quaſdam eis interdum ſuſpen- Cic. pro Cecin. debant de tholo & conſecrabant, vt Dianæ aprorum capita & ceruorum cornua. Maro,

Setoſi caput hoc apri tibi Delia paruus, Virg. 7. eclog.
Et Ramoſa Mycon viuacis cornua cerui,

& libro nono,

Si qua ipſe meis venatibus auxi, Virg. 9. æneid.
Suſpendiue tholo, aut ſacra ad faſtigia fixi,

Nemoroſa zacynthos, eſt quod ab Homero dicitur ὑλήεσσα ζάκυνθος, verbum Virg. 3. æneid. ex verbo expreſſum. Homerus. Odyſſ. 1.

Effugimus, Ithacæ ſcopulos Laërtia regna, ad contemptum & irriſionem Virg. 3. æneid. ſcopulos & regna vocauit, ac Ciceronem imitatus eſt, qui de Vlyſſis patria ſic libro primo de Oratore ſcribit. *Vt Ithacam illam in aſperrimis ſcopulis ſeu nidulum affixam ſapientiſſimus vir immortalitati anteponeret.* Cic. lib. 1. de Orat.

Ante & Trinacria lentandus remus in vnda, Virg. 3. æneid.

Id eſt, in Siculo mari nauigandum. cùm enim remiges magnis viribus remigant, lentant, id eſt, curuant & flectunt pandantque remos: qui & ea de cauſa lenti à Catullo appellantur, cuius verſus Virgiliani carminis explanatio erit. *Quíne fugit lentos incuruans gurgite remos?* Catul. in nupt. Pelei.

Ometides, ſegmenta, diſcrimen purum, tres iactare numeros, ſubire & vocare. CAPVT XXIII.

CONVENIVNT, inquit Ouidius, *tenues ſcapulis ameletides altis:* Ouid. 3. de art. amandi.
Anguſtum circa faſcia pectus eat.

Natio Grammaticorum in ameletidibus explicandis fruſtra ſudat, nihílque proficit. Ego enim contra librorum auctoritatem affirmauerim legendum eſſe ometides, vt ſint tanquam ſcapulares vel humerales faſciæ: quis enim neſcit ad diſſimulandam ſcapularum altitudinem tenuibus faſcijs vtẽdum, ne ſi craſſioribus & plenioris fili aliqua vtatur, magis vitium

extet & appareat? Recordor equidem Grammaticos primi ordinis, analectides legere, & intelligere tanquam puluillos ad constipandas puellarum scapulas, quibus suscriptorem præstare non possum.

Ouid. ibid. *Quid, ait idem, de veste loquar? non iam segmenta requiro.*

Nec quæ bis tyrio murice lana rubet.

Ego hic segmenta esse puto purpuræ vel aurei panni virgas, vnde & segmentatæ vestes nomen habuerunt. Nam sunt & segméta virgæ quædam aureæ & zonæ, quæ vesti inferuntur ad ornamentum, velut institæ quædam, & limbi: quibus interdum versicolor vestis redditur. Valerius, *permisit quoque ijs purpurea veste, & aureis vti segmentis.* Isidorus, *segmentata vestis zonis,* inquit, *quibusdam, & quasi præcisamentis ornata.*

Valerius Max. Isidorus. lib. 19. Etym. cap. 22.

Ouid. 3. de art. amandi. *Longa probat facies capitis discrimina puri,*

discrimen hîc vocat, cùm in medio sincipite in diuersum coma discernitur: purum caput dicitur, pars capitis anterior ad discrimen nulla re ornata nulloque nodo constricta, cùm in aurum non sunt ea parte nodati crines, nec in reticulum collecti: per translationem de terra in orto dixit Columella,

Columel. li. 10. de cult. hortor. *Inde vbi se puro discrimine pectita tellus.*

Ouid. 3. de art. amand. *Ecce tibi similis, qui quondam Phrixon & Hellen*

Diceris Inois eripuisse dolis, quem hic vestis colorem significat Ouidius? ac putem intelligi vestem coloris fului, qualis erat color velleris aurei, id ex eo apparet, quòd alio loco scribit,

Ouid. ibid. *Dictáque Varroni fuluis insignia villis*

Vellera, germanæ Phrixe querenda tuæ.

Hanc, inquit, *decet ornari testudine Cyllenæa,* existimo significare alterius in fastigium testudinatum esse comæ suggestum rotundandum, vt ille comarum ornatus testudinis à Mercurio inuentæ figuram referat.

Ouid. 3. de art. amandi. *Et modo tres iactet numeros: modo cogitet aptè,*

Quam subeat partem callida, quámque vocet:

apparet eam lusus rationem significari, qua quis iactis numeris in tesserarum ludo, vnum ex eis sibi eligit, quo redeunte lucretur: vnum subit, quo reuertente perdat. vocamus enim quod euenire optamus, subimus quod ferre cogimur: vt alterum voti sit, alterum necessitatis. sed ea conditio est, vt legamus eum numerum, quem potius rediturum putemus, eum subeamus, quem minus rediturum speremus, vt auguremur nobis potius lucrum, quam iacturam ominemur. Nam & in hac coniectura inest calliditas, suisque rationibus aduersaria sit, quæ eum numerum, qui sæpius repetit, subire malit, quàm vocare.

Arbitrium

Arbitrium Gellij libro primo de Legibus explicatum, proconſule.
CAPVT XXIIII.

Locvs eſt primo libro de Legibus de ioculari Gellij arbitrio, qui ſe inter philoſophos Athenis interponere cupijt, vt eorum controuerſias dirimeret de finibus bonorum & malorum, cuius hanc ſententiam eſſe arbitror: rem enim dixit conuenire poſſe, poſſeque componi, ſi quid inter ipſos philoſophos conuenire poſſet, quod eſt, ſi non abhorrerent à concordia, verùm ad pacem concordiámque animum adijcerẽt, remque vel iudici vel arbitro permitterent, nec diſſentiones fouerent, & augerent: quinetiam ſe eum laborem eorum cauſa ſuſcepturum libenter pollicitus eſt, promiſitque operam ſuam, ſi ſe vel arbitrum vel iudicem vellent. eam diſceptationem Cicero inter tam diuerſas ſectas non eſſe facilem arbitratur, nec rem componi poſſe arbitrio cenſet vt ciuium lites, cenſet tamen inter Academicos & Stoicos poſſe, cùm in conſtituẽdis finibus verbis potius, quàm ſententijs diſſideant. Itaq; vellet ſe inter eos eſſe arbitrũ à prætore datum: deinde tandem adſcribit, *nec Manilia lege ſinguli, ſed ex ijs tres arbitri fines regemus*. Hæc vltima ſententia mendoſum neſcio quid tinnit & ſubæratum. Quare vehemẽter mihi probatur eruditiſſimi & clariſſimi viri Aemari Ranconeti ſentẽtia, qui legendum credebat, *ſed è duodecim tres arbitri fines regemus*. Nam pro è duodecim, ex ijs fieri lubrico errore & lapſu propter affinitatem potuit: & ſatis conſtat legem Maniliam arbitrum vnum dediſſe: Legem duodecim tabularum tres dediſſe quibuſdam in rebus, aliudque ſtatuiſſe quàm Maniliam, quæ poſtea ſequuta eſt, non dubitamus, cùm apud Feſtum reperiamus eius hæc verba, *Si vindiciam falſam tulit, rei ſiue litis arbitros tres dato: eorum arbitrio fructus duplione damnum decidito*. Adiuuat quod leges duodecim tabularum non videntur induxiſſe quinque pedes finales, qui nunquam vſucaperentur: ſed lex Manilia, vt ex Vrbico apparet: vt proinde non hac lege, ſed lege duodecim tabularum fines regere velit. nam duodecim tabulæ etiam quinque pedes voluerũt vſucapi, non autem lex Manilia. Sed tamen hoc totum coniecturale videri velim, & arbitrarium potius, quàm certum. *ex his* tamen ſi quis legat hîc ſenſus elicietur, ex his legibus quas ſcribimus & ſancimus hoc libro. Illîc autem cùm proconſule Gellius vocetur, hoc vocabulum de ijs ſolitum dici tum fuiſſe videtur, qui extra ordinem velut conſulis loco mitterentur, cùm interdum nec ex conſulatu mitterentur, nec vnquam conſules fuiſſent: quando quod nunquam antea factum fuerat, vt ait Dio, & conſularibus Ciceronis ætate prouinciæ conſulares mandatæ ſunt, proconſulesq; vocati ſunt. proconſule contra Sertorium ſcribit miſ-

Cic.li.1.de Legib.

Cic.lib.1.de Legib.

Feſt.lib.19.in litera V.

Vrbic.de limitib.agror.

Cic.1.de legib.

Dio.

ſum eſſe Pompeium pro lege Manilia Cicero: quod Plutarchus vertit, εἰ πομπήϊον οἴεται δεῖν ἀνθ' ὑπάτου ἐκπεμφθῆναι φίλιππος οὐκ ἔγωγε φάναι τὸν φίλιππον, ἀλλ' ἀντὶ ὑπάτων. Videntur tamen tandem proconſulem & pro conſule eodem modo dixiſſe, atque ſi Diuo Auguſtino credimus, proconſul olim dicebatur, poſtea pro conſule: eius verba ſunt, *Ab e, litera vocali nullum latinum, niſi iuncta præpoſitione, maſculinum inuenitur: vt proconſule, proprætore. Ergo iuncta præpoſitione fiunt latina, vt dixi, proprætore, proquæſtore. Nam veteres nominatiuo caſu proconſul dicebant, attendentes nullum nomen latinum exire in e, literam nominatiuo caſu generis maſculini.*

Cic. pro lege Manilia. Plutarch. in Pompeij vita. D. Auguſt. de Ciuitate Dei lib. cap.

LIBRI QVARTI FINIS.

ADRIANI TVRNEBI ADVERSARIORVM LIBER QVINTVS.

Cognituræ, ſpintria, aureus, miliarium, quid mihi cum longis tibijs, mota ancilia, ſcambus, in Suetonio.

CAPVT I.

LVTVLENTVM, vt ita dicam, & cænoſum arbitror illum in Suetonij Vitellio locum, in quo de eius maioribus differit: *Cuius (inquit) filius ſectionibus & conſuturis vberius compendium nactus*: quæ enim, malum, ſunt iſtæ conſuturæ? niſi fortè eum cenſet vt patrem, fuiſse ſutorem veteramentarium. ſed vt arbitror, ſutor & ſector non fuiſſet. illud accommodatius, &, vt opinor, longè verius, cuius aſſertores ſunt libri veteres: *cuius filius ſectionibus & cognituris*: cognituras enim dicit procurationes, cùm hominum in foro eſſet cognitor & procurator. cognitiones non dixit, ſed cognituras, ne de iudice loqui videretur. Ibidem vulgaris mulier eſt quæ ſui copiam facit, ſeque vulgat, quomodo & à Iuriſcóſultis vſurpatur. Quid illud eſt? *& ipſe perpetuò ſpintriæ cognomine notatus*. Ego ſpintriam eum accipio, qui muliebria patitur, ſeque alijs abutendum præbet: certè pro ſpintria Dionis compendium

Suet. in Vitel. cap. 2. Suet. ibid. Suet. in Vitel. cap. 3. Dio in Vitel.

πεπορνευκότα dicit, id est prostitutum & stuprum passum: sed & spintrias à patientia nominatos Tacitus ostendit his verbis: *Túncque primum ignota ante vocabula reperta sunt, sellariorum & spintriarum, ex fœditate loci & multiplici patientia.* Nam loci fœditatem ad sellarios refero, multiplicem patientiam ad spintrias. Quare cùm effœminati essent, in eis spinter effœminatur, & spintriæ vocantur: vnde origo appellationis. In eadem vita scribit, *nullis tamen infensior quam vernaculis & mathematicis.* scio omnium librorum consensu hanc lectionem testatā esse: putem tamen diuinaculis commodiùs aliquāto quam vernaculis hic scribi posse. Æstimatio autem aurei Romani, qui & solidus dicebatur, cognosci potest, ex comparatione locorum duorum Suetonij, & Taciti: Nam de Othone scribit Suetonius, *Quoties cœna acciperet principem aureos excubanti cohorti viritim dabat:* Tacitus, *cohorti excubias agenti viritim centenos nummos diuidebat:* aureus igitur Romanus centum nummis taxatur. Miliarium vas est longum & angustum ad similitudinem milij: Palladius, *Vas,* inquit, *æneum miliario simile, id est altum & angustum:* eo ad balnea vtebantur. Etiam miliarium aureum, Romæ in foro columna erat, in quam omnes viæ Italiæ competebant & desinebant: quod ita vocabatur, quod ab eo miliariorum numerus, quibus itinera metiebantur incipiebat. Nam lapides in vijs quibus miliaria notabantur, miliaria etiam vocabantur: Plutarchus, τοῦ χρυσοῦ εἱστήκει κίων, εἰς ὃν αἱ τετμημέναι τῆς ἰταλίας ὁδοὶ πᾶσαι τελευτῶσι. de eadem re Suetonius, *vt se in foro sub æde Saturni ad miliarium aureum opperirentur.* τί μοι καὶ μακροῖς αὐλοῖς prouerbium esse dicit Dio, de ijs qui quid sibi non vtile faciunt, quod & paulò aliter effert, τί γάρ με ἔδει μακροῖς αὐλοῖς αὐλεῖν. puto hoc dictum, vel ex eo quòd ad rem diuinam & puluinaria adhiberent tibicines, qui tibijs canebant longis, vt præcentorijs & thurarijs: cùm tamen interdum sacrificium sibi non profuisse censerent: vel ex eo quòd quis tibias tractare commodè paruas cùm posset, vt puellatorias, quas Græci παρθενίους vocant, aut gingrinas quæ breues erant, magnas longasq; sumeret, quas commodè non posset inflare. Quid est? *sed & motis, necdum conditis ancilibus:* Solebant qui bello gerendo præficiebantur, vt inquit Seruius, ingredi Martis sacrarium anciliaque primum mouere: deinde simulachri hastam, dicentes, Mars vigila. Tacitus, *fuere qui proficiscenti Othoni moras religionémque nondùm conditorum ancilium afferrent.* promebantur autem indicto bello ancilia, vt mouerentur: ac profectionem suscipere ante, quàm condita essent, ominosum & religiosum habebatur. Idem Suetonius de Othone, *fuisse,* inquit, *traditur & modicæ staturæ, & male pedatus caluúsque.* Cùm caluitium nec ad corporis habitum pertineat, nec officiat in rebus gerendis, quis meritò hunc locū dubiæ, ambiguæque

Tacit. li. 5.
Suet. in Vitell. cap. 14.
Suet. in Othone cap. 4.
Tacit. lib. 17.
Pallad. de re rust. lib. 5. c. 8.
Plutarch. in Galba.
Suet. in Othone cap. 6.
Dio in Othon.
Suet. in Othone cap. 7.
Suet. in Othone cap. 8.
Seruius in principio 8. æneid.
Tacit. lib. 17.
Suet. in Othone. cap. 12.

fidei esse non censeat? Consului exemplaria scripta, in quibus reperi, mo-
do *campus*, modo *cambus*: quo fit, vt legendum censeam *scambus*, quo no-
mine vocatur, cuius crura sunt deprauata & curua. Is enim σκαμβὸς à Græ-
cis appellatur: quam vocem quo minus vsurparet Suetonius, quid obesse
potuit? cùm eum tanta libertate scribendi videamus vti: & hanc appa-
reat vocem Latinis vsitatam fuisse, cùm in antiquioribus Nonij volumi-
Non. Marcel. in nibus reperiam, *Strabones sunt, quos scambos nunc dicimus*: videlicet à de-
Strabones. prauata oculorum acie.

Quædam in Suetonio emendata, præcipuum, notare, vexillationes.

CAPVT II.

ARBOREM instituere, pro arborem in terra statuere, & pangere di-
Suet. in Galba. xit in Galba Suetonius his verbis, *arborem ab eo institutam elanguisse*: non
cap. 1. est absimile illud Ciceronis in Rullum antè à nobis animaduersum an-
Cic. in Rullum. notatumq;, *vbi institui vineæ possint*. in origine nominis Galbæ, galbeum
Suet. in Galba. remedia lana inuoluta interpretatur Suetonius. Festus calbeas armillas
cap. 3. explicat, quibus triumphantes vterentur, & milites virtutis ergo dona-
Fest. lib. 3. in litera c. rentur. καὶ σὺ τέκνον τῆς ἀρχῆς ἡμῶν παρὰ ὀρρίζον. quod loquuntur Suetonij co-
Suet. in Galba. dices corruptum est, sed ex Dione & Tacito παραγεύσῃ emendandum:
cap. 4. nam ita Tacitus libro quinto scribit: *Et tu Galba quandoque degustabis Im-*
Dio in Galba.
Tacitus. lib. 5. *perium*. mihi tamen veterum librorum notas à librarijs malè effictas scru-
tanti, videbatur scriptum fuisse, τῆς ἀρχῆς ἔλασσον παρατρώξῃ: sed quod fide
L. 25. §. vlt. ff. Taciti & Dionis retulimus, verissimum esse confidimus. legatum quod-
fam. hercisc. & dam per præceptionem à Iurisconsultis nominatur, illud etiam præci-
l. 90. §. quæ marito. ff. de puum vocatur: Suetonius, *Namque quingenties* HS *cùm præcipuum inter lega-*
legat. 2. & *tarios habuisset, quia notata non perscripta erat summa*. Hîc porrò notare est
Instit. tit. de notis quibusdam & compendijs literarum aliquid breuiter perstringere,
legat. §. sed olim. non omnibus literis integrum perscribere, vt apud Fabium. *quantum no-*
Suet. in Galba. *tando consequi potuerant*. pro *A. Caio certè ludis substitutus*, reperio in bo-
cap. 5. nis libris, *licijs substitutus*: non tamen desunt docti viri, qui Getulico sub-
Quintil. lib. 1. in proœmio. stitutus verum esse & sincerum contendant. *Igitur*, inquit Tranquillus, *cùm*
Suet. in Galba. *manumißioni vacaturus conscendisset tribunal*. Hæc ego verba ex Romano-
cap. 6. rum consuetudine explicanda censeo. Nam cùm Magistratus, vt scribit
Suet. in Galba. Theophilus (eo enim appellando me liberauero) conuentus agebat, vl-
cap. 10. timis conuentuum diebus manumissionibus operam dare solebat. pro,
Theophilus.
Suet. in Galba. *Alexandrina nauis detorsa appulit*, sine controuersia emendatè in libris ve-
cap. 10.
Suet. in Galba. teribus legitur, *Dertosam*, quod oppidũ Hispaniæ est. *Venitio simus à villa*:
cap. 13. non intelligo, verùm legendum arbitror, *venit Io simus à villa*. vel, *venit Io*

venit

venit fimus à villa. Io autem interiectio exultantis eſt omnibus notiſſima. Lego & illud hunc in modum, *per hæc propè omnibus ordinibus offenſis*, non vt circunferunt exemplaria, offenſus. Scribit Suetonius, *Excepta Germanitiorum vexillatione*, quo in loco vexillationem intelligimus cohortem militum qui confectis & emeritis ſtipendijs ſub vexillis etiamnum habebantur, vſque dum commoda & agros acciperent. Nam hæ vexillationes dicebantur. Tacitus, *ne dimiſsis quidem finem eſſe militiæ: ſed apud vexillum retentos alio vocabulo eoſdem labores perferre*. Alæ etiam equitum, Vegetio vexillationes dicuntur.

Suet. in Galba. cap. 16. Suet. ca. 20. in Galba. Tacit. lib. 1. Veget. li. 2. c. 1.

Belli portæ, domitus Pollucis habenis, alternum pedem facere, anienus, puberibus folijs. CAPVT III.

MARO libro primo Æneid. ſcribit de templo Iani ab Auguſto clauſo, pace terra marique parta. *Claudentur belli portæ*, & apud Flaccum de ijſdem portis ſcribitur, *—poſtquam diſcordia tetra*

Belli ferratos poſtes portáſque refregit,

id ſic explicandum è Plutarcho eſt, Iani templum portas habuiſſe bifores, vocatumque eſſe belli portam. Eius verba ſunt in Numa, ἔστι δὲ καὶ αὐτοῦ νεὼς ἐν ῥώμῃ δίθυρος ὃν πολέμου πύλην καλοῦσι. Alio apud Maronem loco ſcribitur, *Talis amyclæi domitus Pollucis habenis Cyllarus.* Vbi interpretes Pollucem, qui pugil erat, pro Caſtore equorum domitore Maronem dixiſſe putant: ſed non cenſuerim, ſic pugilatus ſtudioſum fuiſſe Pollucem, vt nunquam in equo ſederit: & Cyllarus alternis Polluci & Caſtori ſeruijt: Papinius,

Virg. 1. æneid. Horat. lib. 1. ſat. 4. Plutarchus in Numa. Virg. 3. Georg.

Et pauet aſpiciens Ledæus ab æde propinqua
Cyllarus: hic Domini nunquam mutabit habenas
Perpetuis frænis, atque vni ſeruiet aſtro.

Stat. lib. 1. Silu. In equo Domitiani.

Nam equum Domitiani vni ſeruiturum aſtro dicit, non duobus, vt Cyllarum. Alternum pedem facere apud poëtam Papinium, quem modo citaui, eſse videtur claudicare: nam ſic de elegia, cuius alter verſus longior, alter breuior, dixit,

Quas inter vultu petulans elegia propinquat
Celſior aſſueto, diuáſque hortatur & ambit,
Alternum factura pedem.

Stat. lib. 1. Silu. In Epithal. Stel. & Violant.

ſic Aeneam ex vulnere claudicantem,

Alternos longa nitentem cuſpide greſſus,

dicit Maro, vt antè nos annotaſse recordamur. Veriſimilius tamen ſit, alternum hîc pedem ob Elegiacos verſus dici, qui alterni breuiores & longiores

Virg. 12. æneid.

Cic. 1. Tuſcul. giores ſunt & claudicant, vt à Cicerone dicitur epigramma alternis ve
Horat. de arte ſibus longiuſculis. Nam pes interim verſus eſt, vt apud Flaccum, *hunc ſoc*
Poëtic. *cepere pedem*, id eſt verſum iambicum. vt Tiberinus deus erat, qui Tibe
Stat. lib. 1. Silu. præerat: ita apud Papinium animaduerti Anienum deum eſſe, qui Anien
In Tiburtino Papinius, *Ipſis ille antris Anienus fonte relicto*
Manl. Vopiſci. *Nocte ſub arcana glaucos exutus amictus.*

Sic enim legendum cenſui, non Anieni, neque Anien, & fortaſſe ſic mo
Tiburnus nomen dei eſt, qui Tiburi colebatur, & lucum habebat Hor
Statius ibid. ratio nominatum, *—illa recubat Tiburnus in vmbra,*
Horat lib. 1. od. 7. Horatius, *& Tiburni lucus.* Apud Propertium quoque Anienus dei no
Propert. lib. 4. eleg. 7. men eſt, *Acceſsit ripæ laus Aniene tuæ,*
ſed ad Maronem reuertor, cuius aliquid è Papinio quiſpiam interpret
Virg. 12. æneid. retur. Quod enim de Dictamo ſcribit, *Puberibus caulem folijs*, adultis Gr
matici qui familiam ducunt, quorumque ſententia prima eſt, exponun
ſed Papinius accepiſſe videtur pro florentibus: ſic enim Maronem æm
Stat. lib. 1. Silu. lans ſcribit, *—Idæa profert quam Creta ſub vmbra*
In Soterijs pro Rutil. Gallic. *Dictami florentis opem:* hoc tamen alio loco aliter expono. Quo
autem mox Papinius addit, *—quóque anguis abundat Spumatu,*
Stat. ibid. De ſaliua anguium Aeſculapij interpretor, qui lingendo ægros ſanabat
Ariſtoph. Plut. ſua ſpuma. Ariſtophanes,

Τούτω δ' ἀπὸ τὴν φοινικίδ' ὑποδύνθ' ἡσυχῆ,
Τὰ βλέφαρα περιέλειχον.

Stat. li. 1. Sylu. in Tiburtino. *—Piſæúmque domus non æſtuat annum,*
Papinius nouè dixit: vt ſi æſtuat æſtum, quis diceret. Paris eſt audaci
Manl. Vopiſc. Perſianum illud, *Irâtum Eupolidem prægrandi cum ſene palles.*
Perſ. ſat. 1. pro pallorem ſtudendi in Eupolidis libris palles, vel pallorem ſtudio &
aſſiduitate legendi Eupolidis comœdias contractum palles. Ius ſuun
poëtæ tenent, vt licenter multa loquantur, ac ne proſcriptione fortè ex
cludantur, ea vſurpant ad retinendam poſſeſſionem.

Scena verſatilis, aulæum ſcenicum, centum miſſus circenſes, Gangaridæ & Gandaridæ, volentes, aquilo ab hyperboreis, lucus Dianæ.

CAPVT IIII.

Hvivs eſt profeſſionis & ſenſus carptim locos hinc inde bonorun
enucleare auctorum, quod lubenter ſequimur, non aſſequimur tamen, &
voluntati facultas non reſpondet: perſeuerabimus tamen in inſtituto no
ſtro, pro re ſtudium lectoribus noſtrum perſoluturi. Scribit Maro libr
Virg. 3. Georg. tertio Georg. *Vel ſcena vt verſis diſcedat frontibus.*

hîc existimo significari scenam, quæ periactos habet, vbi versatiles sunt machinæ, auctore Vitruuio & Polluce, quę versatæ, quæ extra vrbem, aut quæ in vrbe erant, ostendebant: nam & dextra & sinistra erant. *Vitru. li. 5. c. 7. Pollux lib. 4. cap. 19.*

Purpurea, autem, *intexti tollant aulæa Britanni*, *Virg. 3. Georg.*

Ideo ait, quia in ludis scenicis aulæum tendi solebat. Cicero pro Cælio, *deinde scabella concrepant, aulæum tollitur*. Apuleius, *aulæum tragicum remoueto*: his autem verbis Maro ludos scenicos & theatrales significat, vt antè gymnicos & palestricos. Estque phantasia, nam cùm tollitur aulæum euaturque persona ei intexta, ipsum leuare videtur. Ouidius, *Cic. pro Cælio. Apuleius. Ouid. 3. Meta.*

Sic vbi tolluntur festis aulæa theatris,
Surgere signa solent, primúmque ostendere vultus,
Cætera paulatim, placidóque educta tenore
Tota patent, imóque pedes in margine ponunt.

Meminit etiam Maro hîc gentis Romanis armis nondum subactæ, sed vt optat, & auguratur, ab Augusto vincendæ, cùm ait,

In foribus pugnam ex auro solidóque elephanto *Virg. 3. Georg.*
Gangaridum faciam: & de Gangaridis Indiæ populis victoriam & lauream optat Augusto, quos inuictos, & exterorum armis semper intactos fuisse constat, vt res Augusti aliorum facta superent. Cæterum illi populi Indiæ, à Ptolomæo Gangaridæ, ab alijs Gandaridæ vocantur. Diodorus ὑπολαμβάνων εἰς τὸ πρὸς ἕω μέρος τὸ ἔθνος τὸ τῶν Γανδαρίδων, πλείστους ἔχον καὶ μεγίστους ἐλέφαντας· διὸ καὶ τῆς χώρας ταύτης οὐδεὶς πώποτε βασιλεὺς ἔπηλυς ἐκράτησε. Eorum etiam regio à Strabone Gandaritis appellatur. Valerius autem Flaccus Gangaridas populos Scythiæ commemorat hoc versu, *Ptolemæus lib. 7. Geograph. Diodorus Sicul. lib. 3. Strabo li. 15. Geog.*

Misit in arma Darabs, acies quem Martia curru *Valer. Flacc. li. 5. Argon.*
Gangaridum,

Hîc insitiuum quiddam è Suetonio eadem opera addam: scribit enim in Domitiano, *Circensium die, quo facilius centum missus peragerentur, singulos à septenis spatijs ad quina corripuit*: centum missus circenses sunt, inquit Seruius, vnius diei: centum enim currus mittebantur, quare Maro scribit, *Suet. in Domitiano cap. 4. Seruius in 3. Georgic.*

Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus. *Virg. 3. Georg.*

Vltimus autem missus ærarius vocabatur: quanquam & centum pro multis poëtarum consuetudine accipi possent.

Ipsa autem macie tenuant armenta volentes, *Virg. ibid.*

id est, de industria: est & volens, beneuolus, vt in deorum precationibus. Cato, *Mars pater, te precor quæsóque, vti sies volens propitius mihi, domo, familiæque nostræ*. Liuius, *pacem precibus exposcunt, vti volens propitius suam semper sospitet progeniem*. Ait Maro, *Cato de re rustic. cap. 141. Liu. lib. 1. ab vrb. condit.*

Qualis hyperboreis Aquilo cùm densus ab oris, *Virg. 3. Georg.*

Quod

Quod contrà Græcorum opinionem, & vocabuli notionem dictum eſſ videtur: cùm enim trans Aquilonem Hyperborei incolant, ſi modo vll ſunt, inde eum oriri Maro facit: niſi ſi quis dicat è finibus eorum, citra ta men eum oriri. Sed videtur Maro parum curare eam, quam retulimu Græcorum opinionem. Ait idem poëta,

Virg. 3. Georg.

—aut ſicubi nigrum
Ilicibus crebris ſacra nemus accubat vmbra.

accubare nemus ſacra dixit vmbra, cùm vmbra potius ſacra accubet i nemore, ac ſub arboribus iaceat, vt & antè loquutus eſt,

Virg. 3. ibid.

Speluncæque tegant, & ſaxea procubet vmbra.

Horat. in art. poëtic.

ex his quæ hic Seruius dicit, apud Horatium, cùm ſcribitur, *—cum lucus & ara Dianæ,* ita debere intelligi videtur, no tantùm quòd Ariciæ nemus & ara Dianæ eſſet: ſed quòd omnis lucu Dianæ ſacer ſit, etiam ſi alijs nuncupatus ſit dijs. Seruius, *nam, vt dicimu & omnis quercus Ioui eſt conſecrata, & omnis lucus Dianæ.*

Seruius in 3. Georgic.

Commoda, libra, forma, ne, conuexa ſidera, formido, linea.

CAPVT V.

IN re militari commoda dicebantur, vel munera, vel præmia, vel agi denique, qui dabantur militibus. Ouidius,

Ouid. lib. 1. de arte amandi.

Romule militibus ſciſti dare commoda ſolus. & iterum,
Hæc mihi ſi dederis commoda, miles ero.

Sed nos nullam ſequemur viam, & varia diuerſaque vndique adſcribemu vt quicque ſuccurret. Libra interdum altitudinem & faſtigium ſignificat propter perlibrationem aquarum. Frontinus, *aquæ omnes diuerſa in vrben libra perueniunt*; id eſt diuerſa altitudine. Opus arcuatum dicitur, quòd ar cus & fornices habet, non ſolidam cōſtructionem. Formæ ſunt interdun rerum aliquarum imagines, & deformationes, ac picturæ. Frontinus, *for mas quoque ductuum facere curauimus.* Ne pro non à veteribus poſitum no rarò legimus: vt apud Plautum, *niſi tu ne vis*, & apud Terentium, *Quid n es alacris?* pro, cur non es alacris?

Frontin. de aquæductibus lib. 1.
Frontin. ibid.
Frontin. ibid. lib. 1. de aquæductib.
Plaut. Trinum. Sc. neque fuit neque erit.
Terent. Eunuc. act. 2. Sc. 3.
Virg. 1. æneid.

—Conuexa polus dum ſidera paſcet, Quo ſenſu ab eximio poëta dictum accipimus? nam aſtra conuexa non videntur, cùm globoſa po tius & rotunda ſint: ego conuexa dici aſtra interpretor, non ſingula, ſed vniuerſa: conuexitatem enim eandem, quam cœlum efficiunt, toto ob ſita & diſperſa cœlo vndique in orbem: ſed ecquónam modo polus e paſcit? cenſent Stoici ſidera, cùm igneæ ſint & feruentis naturæ, paſci hu more: quo ſanè dictum eſt, vt hic palus à doctiſſimis viris legeretur: ſe

nihi

nihil cenſeam eſse cauſæ cur hic nouitatis ſtudioſi ſimus: nam cùm cœlum verſet aſtra tanquam palantia & errantia, & tanquam alimentum ſequentia dum voluuntur, fit proinde vt tanquam paſtor ea paſcere videatur: hoc ſi ſenſu accipias, qui(vt reor) & probabilis eſt, nec indignus poëta, nihil profectò habeas cur quicquam hic nouandum putes. Formido in venatione lineam ſignificat vario plumarum nexu diſcolorem, qua terrentur apri, vulpes, lupi, vrſi, ſed potiſſimũ cerui. In ea alternus textus plumarum, ſed vulturis, & cygni præcipuè laudatur: ſed & interdum ſandice fucabatur. Meminit formidinis Maro, ne alios cõmemorem hoc verſu, *Virg. 3. Georg.*

Puniceæ've agitant timidos formidine pennæ,

dicitur & linea, Nemeſianus,

Linea quinetiam magnos circundare ſaltus *Nemeſianus lib. Cynegeticôn.*
Quæ poſsit, volucréſque metu concludere prædas,
Digerat innexas non vna ex alite pinnas.

Eam etiam lib. 4. de venatione Oppianus δειμαλέην μήρινθον, id eſt lineam formidoloſam appellat, & δεῖμα πολύχροον, id eſt formidinẽ multicolorem. *Oppian. li. 4. de venatione.*

Amphitheatrum, renes, numeri eburni, tali, vulturij & baſilicus apud Plautum, verſus ropalici. CAPVT VI.

AMPHITHEATRVM in quo & venationes & gladiatores dabantur, tanquam duplex theatrum erat: velut enim è duobus theatris, quorum forma ſemicirculum reddebat, è regione commiſſis & coniunctis confectum erat: eiuſque forma rotunda ouum referebat. Calphurnius,

Et geminis medium ſe mollibus alligat ouum. *Calphurnius Siculus eclog. 7.*

Nam duobus theatris ouum alligari, & rotundari amphitheatrum dicit: ſed nos hic etiam varietati ſtudemus & indulgemus. Renes pro lumbis in conſuetudine vſurpamus, ſed & antiquos ſic loquutos reperimus, vt Auſonium, & eo antiquiorem Nemeſianum in Cynegeticis:

Renibus ampla ſatis validis, diductáque coxas. *Nemeſianus lib. Cynegeticôn.*

In teſseris antiquorum vt noſtris, ſcripti erant tantum numeri, vnde iactare numeros pro iacere teſseras dixit Ouidius.

Seu ludet numeróſque manu iactabit eburnos, *Ouid. 2. de art. amandi.*
Tu male iactato, tu bene iacta dato.

Ac cùm ſenûm ſint laterum, plures numeros, quam tali, qui quaternûm ſunt, habebant: vnde & numeros fortaſse appellaſse putabitur Ouid. aut potius quod tali etiam ſine punctis & numeris fierent. Nam in talis erant aliquibus fortaſse numeri, vt ſenio: ſed & canis numerus erat vnitatis, ideo damnoſus. Ouidius,

Ouid.ibid. *Seu iacies talos, victam ne pœna sequatur:*
Damnosi facito stent tibi sæpe canes.

Aliqui tamen interdum fiebant, qui pro numeris effigies animalium habebant, vt vulturum aut regulorum: sed & ipsum tali latus, quod & verius, sine punctis & numeris notatis, senionem aut vnitatem significabat. Iull.Pol.lib.9. cap.7. Nam, vt ait Pollux, ipsa casus figura & facies in talo pro numero erat. Igitur, vt reor, sine numeris notatis erant tali, quos notatos habebant tesseræ: vnde numeri sunt vocatæ. De vulture in talo ait Plautus, Plaut. Curcul. Sc. Date viam. *Iacit vulturios quatuor*: id autem infœlix erat: Erat & basilicus, *Herculem, iacto basilicum*, Plaut. ibid. inquit Plautus, qui iactus fœlix. At Venus erat, cùm nullus eodem vultu stabat talus, qui fœlicissimus erat iactus. Versus rhopalici apud Ausonium sunt, quorum singula verba sequẽtia singulis syllabis priora exuperant, vt, Auson. Edyl.2. *Spes Deus æternæ stationis conciliator.* Sic vocata sunt, quòd clauæ more quibusdam gradatim surgunt toris & nodis. Ausonij versum quem subscribam labe quadam inquinatum puto, quæ eluenda est.

Auson. de Narbone. *Vsque in Teutosagos primæuo nomine Belgas,*

Vel vt in alijs scribitur *—Paganáque nomina Belgas.*

Ego & Tectosagos & Volcas scribendum esse arbitror, & ita emaculandum eum locum. nihil enim est cum Tectosagis commune Belgis: nec minus, Auson. de Burdigala. *Quantus in amne rumor,* In eo, vt è syllabæ tempore perspici potest, violatum est, cùm tumor incorruptæ integritati restituendum sit. Sed & in sapientium ludo, vt multa prętermittam alia, quis non putet, qui quidem numeros iambicos teneat, eorumq́ue modulos, esse legendum, Auson. in ludo 7. Sapientum. *Breuitate nota qua lacones vtimur.* Nam quod editum est, *vsi sunt*, versus lege damnatur.

Auguria duorum generum, accipio omen, Acheron, debere cœlestibus, tum geminas vestes, apud Maronem.

CAPVT VII.

AVGVRIA duorum erant generum, quædam oblatiua, quædam impetratiua: Impetratiua petebantur à dijs, nec in impetrantis erat potestate, ea vel accipere vel non accipere, vel agnoscere vel non agnoscere. quæ vltro nobis non petentibus facta & oblata erant, in potestate nostra erant. nam non agnoscere vel agnoscere licebat, quod & in ominibus obseruabatur: vnde in historijs, accipio omen legimus. Maro tamen, velut in oblatiuo augurio, de impetratiuo dixit,

Virg. 12. æneid. *Hoc erat, hoc votis, inquit, quod sæpe petiui:*
Accipio, agnoscóque deos.

id & in funeribus valebat: nam non inquinabatur funere, non inquam funestabatur

neſtabatur nec polluebatur,qui funus non agnoſcebat. Liuius de Horatio Puluillo, *Nihil aliud ad eum nuntium à propoſito auerſus, quam vt cadauer efferri iuberet,tenens poſtem precationem peragit, & dedicat templum.* ita funus non agnouit,nec ad ſe pertinere ſignificauit, ſed ad alios,cùm dixit,efferte,quaſi ipſorum cadauer eſſet. alij eum reſpondiſſe dicunt, vt refert Seruius,cadauer ſit. ſed nos miſcellanea ſcribimus & ad alia tranſimus. Acherontem legimus inferorum fluuium eſſe: ſed apud veteres Latinos inferos plerunque ſignificat,non fluuium: vt apud Plautum, *Liuius li.2.ab vrb.cond.* *Seruius in 12. æneid.* *Plaut.Trinũ. Sc.Minusquindecim dies ſũt.*

In noſtro agro oſtium eſt Acherontis, id eſt inferorum:

& apud Maronem, *—Qui ſolus honos Acheronte ſub imo eſt:* *Virg.11.æneid.*

& alijs multis locis, quos adſcribere ſuperſedi, ne copia onerem lectorem. Qui viuunt,obnoxij ſunt ſuperis dijs; mortui extra eorum ditionem ſunt, & in aliorum ius conditionemque concedunt: qui autem alicui obnoxius eſt, qui alicuius imperio paret,is ei aliquid debet: ex eo Maro nihil debentem cœleſtibus cùm ſcripſit,mortuum intellexit hoc verſu, *Virg.ibid.*

Nos iuuenem exanimum, & nil iam cœleſtibus vllis
Debentem, vano mœſti comitamur honore.

Veteres veſte vna corpus induebant, altera, qua amiciebantur, etiam interdum inuoluebant caput, quo factum eſt vt duas veſtes mortuo Pallanti inijciat Æneas,vt vna corpus,altera caput tegatur.

*Tum geminas,*inquit,*veſtes oſtróque auróque rigentes* *Virg.ibidem.*
Extulit Æneas. ſequitur enim mox.
Harum vnam iuueni,ſupremum mœſtus honorem *Virg.ibidem.*
Induit,arſuráſque comas obnubit amictu. ſic & libro tertio. *Virg.3.æneid.*
Purpureo velare comas adopertus amictu: & Varro veſtes in inductum & amictum diuidit: *prius,*inquit,*deinde indutui,tum amictui quæ ſunt, tangam.* More Græcorum pactis aliquot dierum inducijs militiæ cadauera ad ſepulturam petebantur: atque id etiam victi impetrabant,quod ex Thucydide percipi poteſt,qui ſæpe νεκροὺς ὑποσπόνδους eſſe datos refert: id etiam ex Homero notum eſt: quod quidem libro vndecimo eſt imitatus Maro. *Velati ramis oleæ,* cùm ſcripſit eo libro ἱκετηρίαν, de qua iam aliquid diximus, intellexit. ea enim dicitur eſſe ramus oleæ lana inuolutus. Alio etiam loco id ſignificauit. *Var.li.4.de ling.latin.* *Thucydid.* *Homerus.* *Virg.lib.11. æneid.*

Præferimus manibus vittas, & verba precantum. *Virg.li.7. æneid.*

Illam enim lanam,infulas, vittas, velamenta, tum in poëtis, tum in hiſtoricis Latinis vocari reperimus.

Miror laborum,decurrere,decurſio circum rogum & ſepulchrum,cuſtodia, columnæ Protei,ſubſidere,ſubſeſſor,apud Maronem.

CAPVT VIII.

QVEMADMODVM Græci dicunt θαυμάζω σε τῆς ἀρετῆς, in quo ſub-
[Virg. 11. æneid.] audiunt ἕνεκα, ita huius elegantiæ imitator dixit Maro,
Iuſtitiæ ne prius mirer bellíne laborum? Vbi ſubauditur cauſa, eſtque
ſermo, ſi figuram ſpectes, merè Græcus. In funeribus clarorum virorum
decurſiones militares fieri ſolebant: milites enim ſuis inſtructi armis &
tanquam in procinctu, gradu militari & exercitatione quadam ludicra
[Tacitus.] decurrebant. Tacitus, *Princeps ipſe cum legionibus decurrit*: Suetonius, *Cæ-*
[Suet. in Claud. cap. 1.] *terum ei exercitus honorarium tumulum excitauit, circa quem deinceps ſtato die*
quotannis miles decurreret: Id Virgilius in funere Pallantis imitatus eſt.
[Virg. 11. æneid.] *Ter circum accenſos cuncti fulgentibus armis,*
Decurrere rogos. Sed læuos orbes agere, circúmque in ſini-
ſtram decurrere primum ſolebant: deinde vt expiarent contagionem fu-
neris, in dextram decurrebant. Papinius libro ſexto,
[Stat. lib. 6. Thebaid.] —*Luſtrántque ex more ſiniſtro Orbe rogum,*
[Statius ibid.] Deinde ſubijcit. —*hic luctus abolere, nouíque*
Funeris auſpicium, vates, quanquam omina ſentit
Vera, iubet dextro gyro & vibrantibus armis,
Hac redeunt. Milites autem, cùm in armis ordinem ſeruan-
[Senec. lib. 2. epiſt. 18.] tes pleno paſſu incedebant, aut currebant, decurrere dicebantur. Seneca,
Miles in media pace decurrit ſine vllo hoſte, vallum iacit, & ſuperuacuo labore
laſſatur vt ſufficere neceſſario poſſit. Sed nos miſcelliones ſumus: quicquid
enim mens ſuggerit, ſine delectu ſcribimus. Cuſtodia ſæpe eſt reus, qui
cuſtoditur, aut in carcere, aut à militibus ſeruatur. Seneca, *Quemadmodum*
[Senec. lib. 1. epiſt. 5.] *eadem cathena & cuſtodiam & militem copulat*. Itaque miror Seruium hæc
[Seru. in 11. æne.] ſcribere, *nam vt hi qui cuſtodiuntur, cuſtodiæ dicantur, vſurpatum eſt, vnde*
male in vſu cuſtodiæ audiuntur. Nam cuſtodias à magiſtratu audiri, elegan-
tiſſimè dici, ex eo quem protuli Senecæ loco non eſt obſcurum. cùm Me-
nelaum in Aegyptum auectum eſſe Maro ſignificat, & ſcribit,
[Virg. 11. æneid.] *Atrides Protei Menelaus adúſque columnas*
Exulat, ad fines Aegypti perueniſſe intelligit: ex eo quòd in
[Pollux li. 9. Onomaſtic.] confinijs colũnæ, quæ dirimerent terras, ponerentur. Pollux, στήλας ἐφορίας
vocat. Iterum, καὶ ἡ ἀνεστηκυῖα στήλη, ὅρος. Cùm inter Peloponnenſes & Iones
[Pollux ibid.] eſſet de finibus controuerſia in Iſthmo columnam poſuere, quæ litem di-
[Strabo. li. 3.] ſcerneret, regionesq́; definiret & terminaret. Strabo καὶ στήλην ἔστησαν ἐπὶ τοῦ
συνομολογηθέντος τόπου περὶ αὐτὸν ἰσθμόν. Subſeſſor dicitur, qui clàm domi ſub-
ſidet, inſidiaturque ad adulterium obeũdum. Valerius, *nulli enim tunc ſub-*
[Valer. Max. lib. 2. cap. 1.] *ſeſſores alienorum matrimoniorum oculi metuebantur*. Proinde ſcripſit Maro,
[Virg. 11. æneid.] —*deuicta Aſia ſubſedit adulter,* quo ſignificat, ſubſeſſorem non
defuiſſe Agamemnoni adulteriorum vindici & Aſiæ victori. Subſedit igi-
tur

tur, eſt clam ſubſtitit, & in inſidijs ad ſtuprum delituit. Quod ſi,

—*Deuictam Aſiam ſubſedit adulter*, legas (quod in quibuſdam exemplaribus extare refert Seruius) ſentẽtia erit, victorem Aſiæ excepit inſidijs & interfecit adulter. Nam & ſubſeſſę dicuntur hoſtium doli in inſidijs ſubſidentium. Sic loquutus eſt Marcellinus, vt & ita legiſſe videatur, *ſubſident alij curioſos homines, ſenes aut iuuenes, orbos vel cœlibes. Qui ſcripſerunt*, inquit Seruius, *de arte militari, dicunt ſummum genus eſſe dimicandi, quoties calcato vmbone aduerſarij, ſe in hoſtilem clypeum erigit miles, & ita contra ſtantis vulnerat terga*. Quadrigarius etſi animo magis, quam arte confiſum Mãlium cum Gallo pugnaſſe ſcribit, tamen eo ferè genere pugnandi vſum eſſe refert, *Scutum* (inquit) *ſcuto percuſſit, atque ſtatum Galli perturbauit*. Iterum, *Manlius iterum ſcutum ſcuto percutit, atque de loco certo hominem iterum deiecit: eo pacto ei ſub Gallicum gladium ſucceſſit, atque Hiſpanico latus hauſit*.

Am. Marcellinus lib. 28.
Seruius in 11. æneid.
Quadrigarius apud A. Gelliũ lib. 11. ca. 13.
Quadrigarius apud Gellium lib. 11. cap. 13.

Tranſenna, veſtis triumphalis. CAPVT IX.

VERBA Nonij Marcelli, quibus tranſennam apud Cic. & Salluſtiũ explicat, ſubſcribam, *Tranſenna non, vt quidam putant, tranſitus, ſed feneſtra eſt. Cicero de Oratore lib. 1. Nunc pete à Craſſo vt illam copiam ornamentorum ſuorum, quam conſtructam vno in loco, quaſi per tranſennam prætereuntes, ſtrictim aſpeximus. Salluſt. hiſt. lib. 2. tranſenna demiſſum Victoriæ ſimulachrum, cùm machinato ſtrepitu coronam capiti imponebat*. A Nonio Seruius diſſentit, qui hoc in Salluſt. loco tranſennam extentum funem interpretatur, cùm explicat libro quinto Aeneid.

—*& volucrem traiecto in fune columbam*,

ac veriorem equidem eſſe Seruij ſententiam arbitror. Nam Valerius eadem de re loquẽs ſcribit, demiſſas eſſe lacunaribus coronas aureas. quod profectò factum eſse funibus exiſtimandum eſt. Idque adeò magis intelliget, qui totum Salluſtij locum à Macrobio perſcriptum perleget. Sed & Plutarchus nullum nobis relinquit dubitandi locum, qui Salluſtij interpres ſcribit in Sertorio de Metello, καὶ νίκαι πεποιημέναι διʼ ὀργάνων ἐπιδρόμων χρύσεα τρόπαια, καὶ στεφάνους διαφέρουσαι κατήγοντο. Nam epidromum funem eſſe conſtat, & in venatione ſic eum appellant, qui eſt ſummus & imus in retibus, quoque intenduntur. Plinius, *vt annulum hominis cum epidromis tranſirent*. Fauet & Seruij interpretationi Iſidorus, qui tranſennam ſcribit eſse extẽtum funem. Nunc quiſpiam putaret, vt in Salluſtio, ſic & in Cic. per tranſennam pręterire eos, qui machina quadam, vt aſsolet in ludis fieri, celerrimè tranſeunt per funem tenſum in theatro, id eſt per funem fe-

Non. in Tranſenna.
Seru. in lib. 5. æneid.
Virg. 5. æneid.
Valer. li. 9. c. 1.
Macrob. lib. 3. Satur. cap. 13.
Plutarch. in Sertorio.
Plin. li. 19. c. 1.
Iſidorus lib. 19. Etym. cap. 1.

runtur & prætereunt theatri spatium. Itaque cùm scribit Horatius,

Ille per extentum funem mihi posse videtur

Horat. li. 2. epist. 1.

Ire poëta, esse potest transenna, id est extensus funis, quem veluti perambulet funambulo poëta rerum miraculo persimilis. videtur tamen in Ciceronis exemplo esse transenna transitus, quasi transienna: transitum autem intelligo peruium spatium inter conclauia, cubicula, aut cœnationes: si enim per transennam præteriés in vestiario per fores eius videres vestem pulcherrimam constructam & compositam, non acquiesceres in tam breui aspectu: sic vsurpat transennam Paulinus in epist. ad Seuerum, *hæc*, inquit, *basilica, in basilica memorati confessoris aperitur trinis arcubus paribus perlucente transenna, per quam vicissim sibi tecta ac spatia basilicæ vtriusque iunguntur*. Iterum, *Intra ipsam verò transennam, quæ breue illud, quod propinquas sibi basilicas potius discludebat, interuallum continuatur*. Est etiam transenna funis, vt in Sallustij exemplo. Itaque cùm ad illaqueandum aues intendantur funes,

Paulin. ad Seuerum. Paulin. ibid.

Nunc à transenna hic turdus lumbricum petit,

Plaut. Bacch. Sc. Nimio illhæc res.

Plautus dixit: nam in auium pedicis funiculus est: σπάρτιον vocari dicit Pollux. eum funiculum atque adeò pedicam totam Plautus transennam vocauit. Est & vt ait Isidorus, in traiectu fluuiorum, qua pontones sunt, traiectus funis, quem ait transennam vocari. quomodo apud Marcellinum libro vigesimo quinto accipi videtur, cùm ait, *tanquam è transenna simul emissi, spe citius ripas occupauere*: melius tamen sit intelligere velut pedicis & laqueis emissos. Nam eis aues liberatæ celerrimè auolant, & feruntur ocyssimè. Eadem autem de Metelli vanitate & insolentia scribens Valerius, Metellum ait cum palmata veste conuiuia celebrasse. Sallustius, ei plerunque accumbenti togam pictam amiculo fuisse: ita apud eos intelligimus eandem esse vestem palmatam & pictam, quæ triumphalis vestis erat, vt Plutarchus ait, ἐν οἷς ἐσθῆτα θριαμβικὴν ἔχων ἔπινε.

Isidorus li. 19. Etym. cap. 1. Am. Marcel. li. 25. Valer. li. 9. c. 1. Sallust. apud Macrob. li. 3. Satur. cap. 13. Plutarchus.

Consulatus ordinarius, sportulæ, persuasoriæ assertiones, parmularius, corniculatius. CAPVT X.

SCRIBIT in Domitiano Suetonius, *In sex consulatibus, non nisi vnum ordinarium gessit*. In quo quæritur, quis ordinarius sit consul: eum sic appellatum reor ex cuius nomine anni supputatio ordinabatur, id est, cuius nomen in literis & instrumentis, & in fastis scribebatur, qui denique Calendis Ianuarijs honorem inibat. Nam ætate Imperatorum, annus in multos diuidebatur consules: sed soli, qui anni initio inibant honorem, ordinarij censebantur, honoratioresque erant. Seneca, *consulem me fecit, sed* non

Suet. in Domitiano. cap. 2. Seneca.

non ordinarium. Id à Dione lib. quadragesimo tertio etiam scribitur. Cùm Dio lib. 43.
autem in eodem Domitiano scribitur *relictum se principem Imperij*, videor Suet. in Domit. cap. 2.
non temerè facturus, si & sensu, & veterum librorum fiducia participem lib. 10. aduersar. cap. 16.
emendem. Iam alio quodam capite doceo psilocitharistas non psallocitharistas in Domitiano legendum, quos & ibi expono. Addo scribēdum Suet. in Domit. cap. 4.
etiam virginum certamini præsedit, quod è breuiario Dionis intelligi potest. Suet. ibid.
sed &, *purpurea amictus toga Græcanica*, perspicuè & sine controuersia verum est, cùm more præfectorum sacris certaminibus in Græcia, tum Domitianus amictus præsideret. Suet. ibid.
Septimontiali die senatui, inquit Tranquillus, Suet. ibid.
& equiti panaria, plebi, sic enim legendum censeo, *sportellas cum obsonio distribuit*. ab hac consuetudine dandi in sportulis obsonij, aut cœnæ in sportulis ferendæ, sportulæ nomen ortum videtur esse, quòd obsonij & cibi loco pecunia donaretur in victum, quæ cùm cœnam ementiretur, & cœnæ loco daretur, rectæ cœnæ opponebatur, quòd recta sit cœna, cùm clientem lautè accipimus & pascimus: non recta cœna, sed in locum cœnę, asses cœnę causa numerati, id est, sportula data. *sportulas*, inquit, *publicas* Suet. in Domitiano cap. 7.
sustulit, reuocata cœnarum rectarum consuetudine. Quæ sunt apud Tranquillum persuasoriæ assertiones in eo loco? *reciperatores ne se persuasorijs assertionibus accommodarent, identidem monuit*. Suet. in Domit. cap. 8.
olim qui in libertatem vindicabantur, cùm serui essent, nec pro se iudicio liberali experiri possent, assertorem quærebant. In causis igitur liberalibus monuit recuperatores, ne tametsi fauorabilis libertas est, sequerentur in iudicio assertiones vel prece, vel pretio, vel persuasione eblāditas contra ius dominorum. Iurisconsultorum tamen princeps Cuiacius, persusorijs, legendum censet, & vt legit, in antiquissimo libro reperi, pudetque dissentire. *Patremfamilias*, inquit, *quòd Threcem Myrmilloni parem munerario imparem dixerat, detractum* Suet. in Domit. cap. 10.
à spectaculis in arenam canibus obiecit cum hoc titulo: Impiè loquutus Parmularius. hîc ego pro munerario aliquando libentissimè retiarium legissem: Nam persæpe retiarius cum myrmillone componebatur: vt, cùm tum esset comparatus myrmillo cum Thrace, comparari etiam optauerit cum retiario: sed Thraci cùm faueret Domitianus ægerrimè tulerit, eum dici imparem retiario, cùm retiariorum factioni & armaturæ non faueret. Nunc munerarius mirum in modum placet, vt Imperator intelligatur, qui gladiatorium munus dabat, infestusque ita erat armaturæ Thracum, vt penè cum eis pugnare videretur: quare ei imparem dixit paterfamilias ille Thracem, parem tamen aduersario myrmilloni. Cùm autem Imperatores penè pro dijs colerentur, & Domitianus tantos spiritus gereret, vt diuino fastigio parem se putaret, impietatem interpretatus est arrogans Imperator in patrefamilias, quòd à studio & voluntate sua dissentire ausus

 esset,

esset, eumque arripi ad supplicium iussit. Parmularius autem hîc est qui Threcum vel Thracum armaturæ fauet. Thraces enim parmam gerebãt. Antoninus Imperator in vita sua παρὰ τοῦ τροφέως, τὸ μήτε πρασιανὸς, μήτε βενετιανὸς, μήτε παλμουλάριος ἢ σκουτάριος γενέσθαι. hîc Prasinianus est qui Prasinę factioni fauet: Venetianus, qui Venetæ, parmularius, qui Thracum armaturæ. Thracum autem eam fuisse armaturam ex Aristophane constat, qui in fabula quæ inscribitur ἀχαρνῆς de Thracibus ita scribit,

Anton. Imper. in vita sua.

Κατεπελτάσαντο τὴν βοιωτίαν ὅλην.

Aristophan. Acharn.

pelta enim parma est. Parma enim breue scutum est, quo qui armati erant in arena, quòd eius breuitate non satis essent tecti, sępe vincebantur. Martialis,

Hæc quæ sæpe solet vinci, quæ vincere raro
Parma tibi scutum pumilionis erit.

Mart. lib. 14. epig. 213.

In puluinar suum dixit Domitianus vocatam vxorem, superbè se deum faciens: puluinaria enim dijs sternebantur. Formalem epistolam vocat Tranquillus, formatam epistolam, qua aliquid Imperator edicebat & publicè imperabat, aut publicè ad aliquos scribebat: vt ex eius stilo & forma & exemplari, similes scriberentur. Nam cùm habent eam formam, quam instrumenta publica & edicta habent, formales epistolæ dicuntur. Suetonius, *Epistolas orationésque & edicta alieno formabat ingenio*. Itaque epistola formalis, alia est quam familiaris. Vt *cuidam*, inquit Tranquillus, *Græcè inscriptum sit aream & caluitium*: In veteri libro reperi *Græcè inscriptum sit* ἄρθητι, quod verbum tollare significabit: & verisimile est verba Græca esse posita à Tranquillo: quanquam non me fallit aream significare defluuium capillorum: in antiquo alio reperi ἄρθι, in alio ἀρκεῖ: idque maximè omnium placet, vt satis illi multos arcus extructos esse dicat. Trabeati equites à trabeis vestibus dicuntur, quæ tanquam quasdam discolores habent pannorum trabes: Inde enim nomen. *Saucium*, inquit Tranquillus, *ac repugnantem adorti Clodianus Cornicularius & Maximus*: vt in exercitu & acie dicitur cornu, ità in cohortibus Tribuni militum corniculum, & fortasse in ordinibus centurionum: à quo cornicularius qui corniculo Tribuni militum præest. Valerius, *Libidinosi centurionis supplicium, M. Lectorij Mergi Trib. militaris æquè similis fœdus exitus sequitur: cui Cominius Tribunus plebis diem ad populum dixit, quòd cornicularium suum stupri causa appellasset*. Tranquillus de claris grammaticis, *primo apparituram fecit magistratibus, deinde in Macedonia corniculo, mox equo meruit*. Scribo in Tranquillo, *hoc etiam illum simul seque consolans inseruerit* οὐχ ὁράᾳς οἷος κἀγὼ καλός τε μέγας τε.

Suet. in Domit. cap. 13.
Suet. in Domit. cap. 20.
Suet. in Domit. cap. 13.
Suet. ibid.
Suet. in Domit. cap. 14.
Suet. in Domit. cap. 17.
Valer. Maxim. li. 6. cap. 1.
Suet. de claris Grammat. de Orbillio.
Suet. in Domit. cap. 18.

Amanuensis, sequius, quæstoris vice, inciuile, amphitheatrum in Tranquillo. CAPVT XI.

TITVM ſcribit Tranquillus cùm amanuenſibus ſuis per ludum io- Suet.in Tito
cumque certare ſolitum: vbi amanuenſes ſerui ſunt à manu,qui excipiunt cap.3.
& ſcribunt: at ſerui ad manum,vt antè diximus,alij ſunt,vt apud Cicero-
nem libro tertio de Oratore,*quem ſeruum ſibi habuit ille ad manum*: & apud Cic.li.3.de
Liuium, *Inde ad manum cantari hiſtrionibus ceptum*. Nam ad manum ſigni- Orat.
ficat,quod preſto eſt,quod in promptu,quod paratum eſt. *Sed non deerant* Liuius.li.7. ab
inquit idem ſcriptor,*qui ſecus interpretarentur*: Ibi lego in vetere libro ſe- vrb.cond.
quius,quod deterius valet & ſecius.Itaque quanquam mihi altera ſcriptu- Suet.in Tito
ra probata eſt,tamen hæc diſſimulanda non fuit. Lego in eodem, *Oratio-* cap.5.
néſque in Senatu recitaret etiam quæſtoris vice:nam officium erat queſtorum Suet.ibid.ca.6.
orationes Imperatorum in Senatu recitare: de quæſtoribus enim illis,qui
candidati principis erant, ſic refert Vlpianus, *Hi etenim ſoli libris principa-*
libus in Senatu legendis vacabant. Quid eſt, *egit inciuilius*? nempè violen- L.vnica.ff. de
tius,aſperius,acerbius,ſæuius, & tyranni more: Ciuilis enim dicitur, qui offic.quæſt.
ſæuus non eſt,ſed moderatus, parique cum cæteris iure viuit:inciuilis qui Suet.in Tito
ſe pro principe & Imperatore non gerit, ſed ſuperbus, & arrogans eſt & cap.6.
tyrannus. Tacitus, *nam iuueni ciuile ingenium, mira comitas, & diuerſa à Ti-* Tacit.lib.1.
berij ſermone, & vultu arrogantibus & obſcuris. Iterum, *non tamen fidem fa-* Tacit.ibid.
ciebat ciuilis animi: nam legem maieſtatis reduxerat. Amphitheatrum, quod
Titus ædificandum curauit,breuiarium Dionis appellat τὸ θέατρον τὸ κυνη- Suet.in Tito cap.7.
γετικὸν,id eſt theatrum venatorium,quòd venationum cauſa extructum eſ- Dio in Tito.
ſet: vt & thermas βαλανεῖον: in quo pro quinque millibus ferarum à Tran-
quillo ſcriptarum,referuntur nouem millia.

Caſtaneæ molles,preſſi copia lactis,caſeus manu preſſus,

CAPVT XII.

QVAE ſint apud Maronem caſtaneæ molles inter grãmaticos quæri- Virg.eclog.1.
tur & certatur, ac quorum ſentẽtia probabiliſſima eſt maturas explicant:
nã immaturæ & acerbæ aliquãto duriores ſunt, quæ eædẽ cùm miteſcũt,
etiam molliuntur: nec enim hanc explicationem improbare, aut velim
aut poſſim:non ab re tamen fuerit earum certum genus intelligere,quod
facere videmur poſſe, cùm interpres Nicandri quoddam genus earum Nicandri in-
μαλακὸν appellet.ſic enim ſcribit, τῶν δὲ κασάνων τὸ μὲν σάρδιανον, τὸ δὲ λόπιμον, terpres.
τὸ δὲ μαλακὸν, τὸ δὲ πμωλικόν. *Preſſi*, autem, *copia lactis*, cùm dicitur, circum- Virg.eclog.1.
locutione poëtica à Marone ſignificatur caſeus, qui & coagulo cogitur
& premitur:ſed & ipſa interdũ manu premitur,formatur atque figuratur.
Tranquillus, *& caſeum bubulum manu preſſum*. Columella, *illa verò notiſſi-* Suet.in Octa-
ma eſt ratio caſei faciendi,quem dicimus manu preſſum. Premitur etiam aucto- uian.cap.76.
Colum.li.7.c.8.

Columel. ibid. re Columella, ne ſit fiſtuloſus, quod ei accidit, qui laxius remiſſiusque in formis ſuis habetur, nec ſatis cogitur.

Cumera frumenti apud Horatium, granarium, benigne, ſcruta, dicenda tacenda loqui. CAPVT XIII.

Horat. lib. 1. epiſt. 7. INQVIT Horatius in epiſtolis, *Repſerat in cumeram frumenti*, vbi cumera vas eſt vel vimineum vel fictile reponendis idoneum frugibus, Ariſtoph. pace. κυψέλη à Græcis, niſi fallor dicitur. Ariſtophanes, ἐξμέδιμνον κυψέλην ἀπώλεσαν: Ariſtophan. enarrat. in pace. vbi enarrator ſcribit, κυψέλη ἐστὶν εἶδος ἀγγείου ἢ μέτρου δεκτικὸν πυρῶν ἢ κριθῶν, οὐ μόνον δὲ πλεκταὶ ἦσαν αἱ κυψέλαι, ἀλλὰ καὶ κεραμέαι. In eis autem triticum aut hordeum recondere pauperes ſolebant, vt diuites in granarijs: nam granaria interdum loca ſunt in horreis tabulis ſepta, ad fruges ſeruandas ſuo cuique generi diſcluſa: atque ita ab Iaboleno in titulo actionum empti & venditi vſurpatur ſic ſcribente, L. Granar. ff. de act. empt. & vendit. *granaria quæ ex tabulis fieri ſolent, ita ædium ſunt, ſi & ſtipites eorum in terra defoßi ſunt*. eodem etiam modo ab Horatio poſitum in illo verſu recordor, Horat. li. 1. ſat 1.

Cur tua plus laudas cumeris granaria noſtris?

Feſt. lib. 3. in litera c. Etiam *cumeram*, vt ait Feſtus, *appellabant antiqui vas quoddam, quod opertum in nuptijs ferebant, in quo erant nubentis vtenſilia, quod & camillum dicebant. eo quòd ſacrorum miniſtrum* κάμιλλον *appellabant*: ſed vt ad eandem epiſtolam Flacci reuertar, cùm in ea ſcribitur, *benignè* reſpondet. Horat. lib. 1. epiſt. 7. aduerbium illud eſt blandè recuſantis: eſt enim perinde ac ſi diceret, excuſatum me habeas: Ariſtophanes Ranis. apud Ariſtophanem in Ranis, κάλλιστ' ἐπαινῶ, quod eſt laudo, renuẽtis eſt: & apud Terentium, Terent. Hecyra act. 3 Sc. 2. *rectè*. Itaque illud eiuſdem epiſtolæ in eundem accipiendum ſenſum eſſe arbitror,

Horat. lib. 1. epiſt. 7. *— At tu quantumuis tolle: benignè,*

vt hoc reſpondentis ſit & bellè recuſantis. Scruta autem quæ dicit, eſſe videntur quæ γρύτην Græci & γρυτάρεια vocant, quæ ſunt friuola & vilia & parua vaſa, quæ qui vendit γρυτοπώλης & γρυτάρης, id eſt, ſcrutarius & friuolarius vocatur: vnde & friuolariæ nomen datum Plautinæ fabulæ quæ ætatem ferre non potuit, nec perennare: ῥωποπῶλαι ijdem appellabantur ex venditione ſordidarum mercium. Ita fit vt à Latinis huic verbo præpoſitus ſit ſibilus, qui in Græco non ſtridet. eo autem nomine omnia cenſentur veteramenta, quæ per vias & rudera ſcrutando eruimus, vt multi cenſent, qui originis Latinæ verbum volunt: alij coriacea omnia & ſcortea opera vetera propriè eo ſignificari credunt, vt ſcruta quaſi ſcorta intelligantur, quæ notio latius poſtea patuerit, & ad omnem vilem & veterem ſupellectilem pertinuerit. Horat. ibidem. *Dicenda*, porrò, *tacenda loquutus*, ſic intelli-

gi debet,vt familiariter eum in cœna loquutum intelligamus &amicè,vt qui omnem pectoris ſui ſenſum alijs ingenuè facileque aperiunt, nihilq; celant, nec ſermones eos refugiunt, freti amicitia & bonitate eius, quo cum ſunt,qui ſi eliminarentur,capitales interdum auctori forent.

Quædam in Plinio emendata,pexa veſtis,pexitas telæ.
CAPVT XIIII.

NVNQVAM expiſcari potui probabilem ſententiam ex his Plinij verbis: *Luporum minimi non texunt,maiores in terra cauernarum exigua veſtibula præpandunt.* Itaque, quod aſſolet, ad antiqua exemplaria mihi confugiendum putaui,nullum in eis adulterium ſcripturæ arbitratus eſſe. Hanc igitur dictionem illinc deportaui, quam mediusfidius parentem agniturum Plinium confido pro nata. *Luporum minimi non texunt,maiores internæ cauernæ exigua veſtibula præpandunt*. In eodem autem capite pexitas telæ aranearum, eſt villoſa quædam in ea & lanuginoſa filorum natura, quæ in rara eorum textura non perinde apparet,verùm in denſa:ex quo non longè hinc ſcribit, *Et contra frigora quanto villoſior*: vnde & pexæ veſtes, vt apud Plinium, *pexis aliena veſtibus*,& Martialem,

Plin.li.11.c.24. — Plin.ibid. — Plin.ibid. — Plin li.8.c.48.

Pexatus pulchrè rides mea zoile trita.

Mart.li.2.epi.58.

Veſtes enim illæ pexæ ſunt,in quibus nec ſtamen nec ſubtemen apparet,eminente & operiente villo: nam in quibuſdam licet numerare licia, vt in quibus textis & tramis lana eſt pilo propior, vt iſtrianis. In ſummo autem orbe telæ ea ſubtilitas & raritas eſt, vt ſubtemina oculos fallant, ſuique cõſpectum furentur, vt eam partem ab araneo ſuſpicari liceat laſſo pertextam non eſſe, ſed derelictam. quo fit vt Pliniana ſic legenda cenſeam auctoribus etiam libris veterum tabulariorum: *derelicta laſſo prætendi ſumma parte arbitrari liceat: illa difficile cernuntur, atque vt in plagis lineæ offenſæ præcipitant in ſinum.* Nam quod in editionibus *prætenti* excuſum eſt, ſententiam vitiat, vt &, *arbitrari licet*, &, *præcipitantur in ſinum*: ſinus autẽ in caſſibus & plagis venatorum etiam à Gratio in libro de venatione nominatur. *Ingrati*, inquit, *maiora ſinus diſpendia ſument.*

Plin.li.11.c.24. — Grat.lib.de venat.

Vnum etiam addam mendoſum locum ex eodem libro,cùm de melle loquitur. Sic enim vitioſè ſcribitur, *præterea ſolſtitio, cùm thymum & vna florete incipiunt*, reperio hic pro *ſolſtitio* in libris ſanctę antiquitatis atque venerandæ, *ſoliti*, quam veriſſimam eſſe ſcripturam certum habeo. ſolitum enim mel vocat, quod è floribus colligitur, cui alterum accedit, non ita ſolitum,quod exuberat ea tempeſtate,magnorum ſiderum exortu ex aëre in ſtirpes cadens.

Plin.li.11.c.14.

Chinæa

Chinææ ſpecula apud Catullum. CAPVT XV.

Catul. in Ianuam.

PENTAMETER Catulli eſt, *Brixia chineæ ſuppoſita ſpecula*, in quo cùm chineæ domo Græcum eſſe videatur, inceſſit animo ſuſpicari vna curtum litera eſſe, quam facilè modulus verſiculi abſorbuerit: adducor igitur ad exiſtimandum Echinææ ſcribēdum eſſe: ab Echino, vt hoc monti nomen ab aſperitate inditū eſſe credamus: ſic Echinades, vel ab Echinorum co-pia, vel ab aſperitate nomen ſortitæ dicuntur, auctore Stephano: & Echinus nomen erat vrbis Acarnaniæ. Idem nomen Brixiani mōtis fuiſſe non leuis animo irrepſit ſuſpicio, vocabulum conſideranti vnius literæ ſupplemento integratum, & ad verſus legem accommodatum, & monti aſpero, qualem impoſitum eſſe Brixiæ narrant, conſentaneum & conueniens: ſi quis ſecus cenſet, quando nulla in re tam liberæ ſunt ſententiæ, quam in hoc genere literarum, id verò fecerit me non multum repugnāte, præſertim cùm de nudo vocabulo diſputatio ſit, quæ rerum naturam nullo modo immutat: Nam qui aliter ſenſerit, non tamen idem protinus nullum illic montem eſſe decreuerit: certè ſi Chinææ probatur, tamen pro Echinææ dictum erit, vt ructo pro ἐρεύγω ſuppreſſo e, & νέρτερος à Græcis pro ἐνέρτερος.

Steph. de vrb.

Commune ſepulchrum, hæredes monumentum non ſequitur, apud Horatium. CAPVT XVI.

CVM olim, qui locupletes erant, in ſuis fundis aliquid loci ſepulturæ ſeponerent, & priuata haberent ibi ſepulchra ſibi familiæque ſuæ, aut hæredibus, plebs, quæ agris fundiſque carebat, in loco aliquo communi ſepulturæ deſtinato humabatur: ſepulchrumque commune vocabatur, vbi ſepeliebatur. ex quo ſcripſit Horatius,

Horat. li. 1. ſat. 8.

Hoc miſeræ plebi ſtabat commune ſepulchrum.

Et elegantiſſimus poëta Catullus fata fratris ſui deplorans, apud Troiam mortui & conditi, vbi tot quondam heroes belli Troiani tempore ex Aſia & Europa occubuerant & compoſiti fuerant, eam vrbem commune ſepulchrum appellat Europæ & Aſiæ.

Catul. ad Mal.

Troia, inquit, *nefas commune ſepulchrum Europæ Aſiæque.*

Et optimus poëta Lucretius terram mortuos omnes omniaque ſenectutis ſitu carioſa & putrida æuoque feſſa, ſuo ſinu gremioque receptantem, commune ſepulchrum eodem modo appellat:

Lucret. lib. 5.

Omniparens, inquit, *eadem rerum commune ſepulchrum.* Lepide autem iocatur Horatius, vt interpretor ex illa nota inſcriptione ſepulchrorum,

Sepulchri inſcriptio.

H O C *monumentum hæredes non ſequitur,* cùm in exquilini buſti cippo ſcriptum

ſcriptum fuiſſe dicit, *monumentum hæredes ne ſequeretur*. Nam alio ſenſu deflexum, quam intelligi ſoleret, accipit: ſepulchrum ſcilicet illud eſſe pauperum & exhæredatorum & bonis euerſorum. Hoc, inquit, monumẽtum non eſt hæredum, ſed hominum tenuium & nullum hæredium habentium, nullamq́ue agri perticam, vel decempedam poſſidentium. Cæterùm, ne hoc prætermittam commune extra exquilias ſepulchrum Varro puticulas nominat. *Puticulæ*, inquit, *quòd puteſcebant ibi cadauera proiecta, qui locus publicus extra exquilias*. Feſtus *puticulos vocat*.

Horat.lib.1. ſat. 8.
Var.li.4.de ling.Lat.
Feſt.li.14.

Appiades deæ, appiada appellabo, appietas.
CAPVT XVII.

HAS Venus è templis multo radiantibus auro,
Læta videt lites, Appiadéſque deæ. inquit Ouidius.

Ouid.li.3.de art.amandi.

Quæſitum eſt à Grammaticis, quæ ſint illæ deæ Appiades, exponuntq́ue ferè Venerem, Pallada, Pacem, Concordiam, Veſtam, quas propè Cæſaris forum conſtructis templis, ab aqua Appia, quę in idem forum deducta eſſet, ſic appellari cenſent. mihi non videtur ſatis eſſe cauſæ in aquæ ductu, vt tot vicinorum templorum numina, inde nomen mutuẽtur. ſed nec Venus in Appiadibus numeranda videtur, cùm ab ijs diſertè à poëta ſeparetur. Nec verò tantùm in plurali Appiades vocat, ſed & in ſingulari, quanquam de pluribus ſemper loqui videtur: vt cùm ſcribit,

Turpe vir & mulier iuncti modo, protinus hoſtes:
Non iſtas lites Appias ipſa probat.

Ouid.lib.2.de remed.amor.

Ego putem, cùm eo in loco ſaliret aqua Appia, ac ſub Veneris templo eius lacus ac ſaliens eſſet: vel muſarum, vel nympharum potius, quæ in aquæ ductibus ſolent ore & mammis aquam euomere, vel aliarum certè dearum quarum nomina neſcimus, ſignis aquæ ductum illic ornatum fuiſſe. Cùm autem Venus præſit fœderibus amorum: Appiades autem illæ deæ ſub templo Veneris poſitæ eſſent, eas quoque velut Veneris contubernales & eiuſdem templi conſortes, amorum fœderibus ceu feciales præeſſe voluiſſe Ouid. nec talia iurgia liteſque probare dixiſſe. Id autem ita ſeſe habere, vt dixi, apparet è verſibus Ouidij.

Subdita, quæ Veneris facto de marmore templo
Appias expreſſis aëra pulſat aquis.

Ouid.lib.1.de arte amandi.

Hic locus fidem facit ſub templo Veneris fuiſſe aquæ Appiæ ſalientem: illudq́ue Appij monumentum, vt credibile eſt, dearum ſignis, & vt reor nympharum ornatum erat, quę Appiades deæ ſunt. Sed nec illud quidem Ciceronis ſcrupulo caret: *Idque me, quoniam tu ita vis, puto non inuita Minerua*

Cic.li.3.epiſt. fam.epiſt.1. ad Appiũ. Pulchr.

O

nerua esse facturum, quam quidem ego, si fortè de tuis sumpsero, non solùm Palladа, sed etiam Appiada nominabo. Ego (inquit) eximius ille Mineruæ cultor, & qui eam in exilium iturus in Capitolino templo dedicaui hac inscriptione, *Palladi Romæ custodi*, si signum Mineruæ mihi ad te missum de tuis sumpsero, non tantum Pallada, vt antè feci in calamitosa mea profectione: sed etiam de tuo nomine Appiada, quòd à te mihi dono data fuerit, eam nominabo. Illud etiam multò magis omnes vrit, & male habet,

Cic. lib. 3. fam. epist. 7.

vllam Appietatem, vllam Lentulitatem valere apud me plus, quam virtutis ornamenta, existimas? ego suspicor, Ciceronem more & consuetudine Stoicorum nomina fabricatum esse, quæ Appij, & Lentuli factum, & exemplum & auctoritatem significarent. Nam cùm Stoici ex habitu cuiusque, & qualitate nomina licenter fingerent, & virtutes sererent, earum quoddam examen peperêre, vt inquit Plutarchus de Chrysippo. ὡς γὰρ παρὰ τὸν ἀνδρεῖον ἀνδρείαν, καὶ παρὰ τὸν πρᾶον πραότητα, καὶ δικαιοσύνην παρὰ τὸν δίκαιον· οὕτως παρὰ τὸν χαρίεντα χαριεντότητα, καὶ παρὰ τὸν ἐσθλὸν ἐσθλότητα, καὶ παρὰ τὸν μέγαν μεγαλότητα, καὶ παρὰ τὸν καλὸν καλότητα, ἑτέρας τε τοιαύτας ἐπιδεξιότητας, εὐαπαντησίας, εὐτραπελίας, ἀρετὰς τιθέμενος. Obseruauit & doctissimus Budæus in eruditissimis suis commentarijs Lentulitatis & Appietatis tãquam fabricam Graiorum exemplo nouatam.

Plutarch. in comment. Stoicarũ repugnãt.

Budæus in cõment. linguæ Græcæ.

Locus purgatus, traiectiones stellarum, duo genera diuinationis, fissum familiare & vitale, caput, dij perflabiles & pellucidi.

CAPVT XVIII.

Cic. 2. de diuinat.

QVOD ait Cicero libro de Diuinatione secundo, locum de finibus bonorum & malorũ à se perpurgatum esse, in eam sentẽtiam intelligo, vt quemadmodum hortus herbis noxijs liberatus & sarritus purgatus esse ab olitore dicitur: sed & qui dumis & spinis horret, eruncatus purgatus appellatur: postremò alueus fluuij, qui ruderibus limo arena oppletus est, ijs eiectis purgatus esse dicitur: eodem quoque modo eum philosophiæ locum multis obsitum spinis, multisque molestijs & difficultatibus impeditum, Ciceronis opera apertum & liberatum, omniique difficultate extricatum interpretemur. Sed cur in recensione suorum librorum commentarij de Legibus non meminit? credo quòd quanuis eos libros ante bellum ciuile scripsisset, non tamen eis summam manum imposuerat, nec eos elimarat. Itaque non arbitror eos à Cicerone editos, sed in eius scrinijs, vel pluteis repertos, post eius mortem publicatos fuisse. eodem fortasse modo vulgatæ sunt Partitiones in eius forulis repertæ, quas tamen eo tempore ab ipso scriptas perspicuum est, cùm in Reipublicæ admini-

ſtratione occupatiſſimus erat ante bella ciuilia filio puero. Quæ eſt eo in libro ſtellæ traiectio? an ea eſt, cùm ſtellæ è cœlo præcipites labi videntur? Græci διάττοντας appellant: atque ita quidem libro ſecundo bis traiectiones ſtellarum appellari cenſent: nec libro primo aliter accipi de- *Cic. in princip.*
; bere putant multi, cùm Aſſyrios traiectiones motuſque ſtellarum obſer- *lib. 1. de diuin.*
uaſſe dicit: eos enim diſciplinam quãdam aiunt inſtituiſſe è lapſu facium, & ſulco flammarum è cœlo cadentium. Ego tamen exiſtimo & libro primo & ſecundo ſignificari παρόδους, id eſt tranſitus ſtellarum errãtium, quod & propius verò eſt. Cùm fortaſſe Aſſyrij non horam natalitiam cuiuſque
1 obſeruarent notarentque, è traiectione tamen & ſitu ſiderum prædictiones effari ſolerent. Duo genera diuinandi ponit, vnum artificioſum, alte- *Cic. lib. 1. de diuinat.*
rum naturale, quorum & partes enumerat è decretis Stoicorum vel teſte Plutarcho, qui ſic in Homeri vita ſcribit, μαντικῆς οὖν τὸ μὲν τεχνικὸν φασὶν εἶναι *Plutarch. in vita Homeri.*
οἱ Στωικοί, οἷον ἱεροσκοπίαν, καὶ οἰωνούς, καὶ τὸ περὶ φήμας καὶ κληδόνας καὶ σύμβολα, ἅπερ συλ-
1 λήβδην τεχνικὰ προσηγόρευσαν· τὸ δὲ ἄτεχνον, καὶ ἀδίδακτον, τοῦτο δ' ἐστὶν ἐνύπνια, καὶ ἐνθουσιασμός. Cùm ex diuinitate dicit, nos animos libatos aut hauſtos aut acceptos habere, attingit quod à Stoicis relatum eſt, animum humanum eſſe ἀπόσπασμα θεοῦ, id eſt, quiddam è Deo tractum & ſumptum. extiſpices in extis conſulendis partem eorum inimicis, partem nobis aſſignabant:
2 atque ex vtriuſque partis habitu, colore, plenitudine, tabe, quid aduerſarijs, quid nobis euenturum eſſet, ariolabantur. Lucanus,

Cernit tabe iecur madidum, fibráſque minaces, *Lucan. lib. 1.*

Hoſtili de parte videt: Quare ſcripſit Cicero, *quæ pars inimici, quæ pars familiaris eſſet. Fiſſum familiare,* inquit, *& vitale tractant*, ap-
2 paret duplex fiſſum fuiſſe, vnum familiare, vt opinor in iecore, alterum vitale, vt opinor in alijs extis, vt pulmone, de quo Lucanus, *Lucan. ibid.*

Paruúſque ſecat vitalia limes. Fiſſum etiam vnum erat noſtrum, alterum hoſtium & aduerſariorum: Eratque vt conijcio linea quædam & limes qui fibras in extis, vt iecore medio, bipartito diuidebat & ſeca-
3 bat, & dirimebat: erat & duplex in iecore caput vnum noſtrum, alterum aduerſariorum: Lucanus,

Ecce videt capiti fibrarum increſcere molem:
Alterius capitis pars ægra & marcida pendet.

Lego autem mox, *vt ei qui impetrire velit*, vnde & impetritum apud Vale- *Cic. 2. de diuinat.*
3 rium, & Plinium, de quo alio loco dicam. Quod ait deos Epicuro eſſe *Valer. li. 1. c. 1.*
pellucidos & perflabiles, id eò facit quòd ſoliditatẽm eis nõn attribuebat *Plin. li. 28. c. 2.*
Epicurus, nec concretionem, nec corpus, ſed pellucidam quandam leui- *Cic. ibid.*
tatem & lineamentorum quandam adumbratam effigiem. Nam quę pellucida ſunt & perflabilia, vt aër, nihil firmum, nihil ſolidum, nihil concre-

Cic. ibid. tum habent. Ioue tonante & fulgente comitia haberi nefas erat, vt Cicero refert. Idem à Grecis obſeruatum videtur: nam apud eos pluuia & tonitrua comitia dirimebant: Ariſtophanes, διοσημί' 'στι, καὶ ῥανὶς βέβληκέ με. Iterum, ἢν γάρ τις ἔξοδος μηδενὶ ξὺν νῷ, τότ' ἢ βροντῶμεν, ἢ ψακάζομεν. *Quid enim*, inquit, *profecit, cùm in medium mare fulmen iecit? quid cùm in altiſsimos montes, quod plerunque fit?* His argumentis Epicurei vti plerunque ſolebant, vt è Lucretio conſtat, ſed & ante Epicurum natum alij, Ariſtophanes, ἀλλὰ τὸν αὑτοῦ γε νεὼν βάλλει, καὶ σούνιον ἄκρον ἀθηνέως, καὶ τὰς δρῦς τὰς μεγάλας, τί παθών.

Ariſtophan. Acharn. — Cic. 2. de diuin. — Ariſtophan. Nebulis.

Fauere linguis, fauere faucibus cantu, auium congeſtus, congerere, ſilentium, ſortes Fortunæ monitu tolli, τὸ πᾶν, *Omne, contorquere, flexiloquus.* CAPVT XIX.

FAVERE linguis non tantùm eſt tacere, quod & olim paſcere linguam dicebatur, verùm etiam fauſta loqui, id eſt εὐφημεῖν. Quare fauere faucibus cantu, pro canere, Ennius de gallis gallinaceis dixit: *qui ſilentio,* inquit, *noctu fauent faucibus ruſsu cantu, plauſúque premunt alas.* Verſus Homericos de paſſerum oſtéto, quos draco deuorarat, Cicero ab Agamemnone pronunciari facit inſigni memoriæ lapſu, cùm eos Vlyſſes loquatur.

Cic. 2. de diuin. — Homer. 2. Ilia.

Cic. ibid. *Edidit hæc Calchas quæ iam matura videtis,*

id eſt, quæ videtis inſtare & propinqua eſſe. Auium congeſtus eſt, cùm aues ad nidum conſtruendum feſtucas, herbas, floccos, aliaque congerunt. Nam congerere eſt nidum conficere. Virgilius,

Virg. eclog. 3. *—nanque notaui*

Ipſe locum, aëriæ quo congeſſere palumbes.

Cic. 2. de diuin. *Peritum autem*, inquit Cicero, *eſſe neceſſe eſt eum, qui ſilentium quid ſit intelligat:* ſilentium eſt augurale vocabulum, cùm in augurio vitium non eſt. Nam vitium ijs, quæ auſpicata ſunt & augurata, opponitur: vt vitio creati magiſtratus ſunt, qui creati ſunt contra auſpicia. Legendum autem arbitror ex libro priore & vetuſtis exemplaribus, *& prærogatiuam omen comitiorum.* Sortes dicit Cicero fortunæ monitu tolli: an quod fortuna præneſtina quæ ſortibus præerat, oraculo iuberet tolli ſortes? Nam ei oraculum tribuit Strabo: An quod res iſta tota fortuita cùm eſſet, fortunæ monitu & impulſu fieri videretur? Procles autē & Euriſthenes Ariſtodemi filij, ex Herodoti monumētis nominari debent. Itaq; Proclus è Cicerone faceſſat. Quod autem Græci τὸ πᾶν appellant, quo vocabulo ſummam rerum complectuntur, Cicero omne vocauit, cùm ſcripſit, *vidésne Epicurum (quem hebetem & rudem dicere ſolent Stoici) quemadmodum quod in natura rerum omne eſſe dicimus, infinitum eſſe concluſerit?* Contorquere Ciceroni eſt

Cic. ibid. — Strab. li. 5. coſmograph. — Herodot lib. 6. — Cic. 2. de diuin. — Cic. ibid.

ni est oratione non recta, sed tortuosa vti; quo genere solebant plerunq; suas contexere argumentationes Stoici. *Deinde* (inquit) *contorquent & ita concludunt: non igitur sunt dij, nec significant futura.* Nam esset recta oratio, si igitur sunt dij, significant futura. Ea contortio orationis in repugnantium conclusione est vsitata. Acrostichis, cuius meminit Cicero etiã nunc visitur in quibusdam Sibyllinis de Iesu Christo versibus apud diuum Augustinum, & in argumentis Fabularum Plautinarum: prætexuntur enim argumentorum versus nomine comœdiæ: sed & in versibus Sibyllinis fuisse, vt Cicero declarat, Dionysius ait his verbis, ἐλέγχονται δὲ ταῖς καλουμέναις ἀκροστιχίσι. Quæ sunt oracula flexiloqua? nempe quæ inuersis verbis & flexis, id est tropo mutatis aliquid obscurè, & quodam anfractu & ambage significant, vnde & λοξίας Apollo à Græcis vocatus est, & aperta à Latinis, quòd minimè sit apertus. Duo sunt apud Ciceronem ænigmata, vnum de coclea, alterum de testudine: *terrigena herbigrada, domiporta, sanguine cassa*: & *quadrupes tardigrada, agrestis, humilis, aspera, capite breui, ceruice anguina, aspectu truci, euiscerata, inanima cum animali sono*: quibus duo apud Grecos respõdent non absimilia de coclea, quam Anaxilas φερέοικον, id est domiportam vocauit, ὑλογενὴς, ἀνάκανθος ἀναίμαλος, ὑγροκέλευθος· &, ζῶον ἄπουν, ἀνάκανθον, ἀνόστεον, ὀστρακόνωτον, ὄμματα τ᾽ ἐκκύπτοντα προμήκεα κεἰσκύπτοντα. Narrat Cicero, Alexandro somno consopito Draconem, quem Olympias mater alebat, visum esse ostendere radiculam, qua sanaretur Ptolemeus. Solebant, vt scribit Lucianus in Pseudomante, mulieres Pellæ Dracones alere, eosq; æstate frigoris causa collo circundare. Strabo ait, vulnerato in Oritis Ptolemæo sagitta venenata, quendam Alexandro secundum quietem visum esse, qui radicem qua Ptolemeus sanaretur ostenderet: Draconis nihil meminit. Patrocinium somniorum Cicero tradit susceptum esse à philosophis imprimis acutis, & consequentia & repugnantia videntibus: in quo Stoicos intelligit Dialecticę perstudiosos, & argumentationum leges consecutionesque & repugnantias intelligẽtes.

Cic ibid. — Cic ibid. — August. de Ciuitate Dei. — Cic. 2. de diuinat. — Dionysius. lib. 4. — Cic. 2. de diuina. — Cic. ibid. — Anaxilas apud Athenæum. lib. 2. dipnos. c. 24. — Cic. 2. de diuinat. — Lucian. in Alexãd. seu pseudomante. — Strabo li. 15. Cosmograph. — Cic. 2. de diuinat.

Communia iura migrare, bestiæ, grandescere fœtu, magnum ad columen, fixum & signatum tempus, auguria coacta, diræ.

CAPVT XX.

INVASIT in Ciceronis librum priorem de Diuinatione, insignis nec dissimulandus error, vbi scribitur, *Quam verò Græcia misit Coloniam in Ætoliam, Ioniam, Asiam*: ego pro Ætolia, Æoliam corrigendum censuerim: cùm præsertim notum sit eam regionem ab Æolibus Gręcis nomen habuisse, & colonijs Græcorum frequentatam fuisse: sed & dictare hanc

Cic. 1. de diuinat.

nobis emendationem propè videtur nomen finitimæ prouinciæ, Ioniæ. quin & ante sic crediderim integritati verborum & sententiæ consulendum, *quáque proximè ad deorum vim natura mortalis poßit accedere*. quid quod infra non communi iure migrare, sed *communia iura migrare*, id est violare, transilire, deserere, est legendum? Quæ θηρία Græci vocant, quo nomine veniunt venenata animalia, Cicero bestias vocauit: *mirari licet*, inquit, *quæ sint animaduersa à medicis herbarum genera, quæ radicum, ad morsus bestiarum*. Illud & censura eget: *sed inest mire & ranunculis*: ego verò vindicibus libris scriptis lectionem veram reduco in suum domicilium, *sed inest in re vis, & ranunculis natura*.

Cic. ibid. Cic. ibid. Cic. ibid. Cic. ibid. Cic. ibid.

Lentiscum, autem, *triplici grandescere fœtu*.

pro ter quotannis fructu augeri dicit, ea dicendi ratione, qua aliquem augeri liberis dicere solemus. nomen Cicero Aristolochiam dicit ex inuentore inuenisse: in quo dentem calumniæ vitare non potuit. Clamāt enim odiosè esse herbæ nomen inditum ex eo, quòd puerperis sit salubris: sed quid vetat & salubrem esse puerperis, & ab inuentore Aristolocho nomen habuisse? Equidem puto id Ciceronem in aliquo, qui hodie non extet, scriptore legisse, non de suo commentum esse. Sed & Aristoteles à muliere inuentam esse scripserat, vt Nicandri interpres refert, cuius verba sunt, ταύτην δέ φησιν Ἀριστοτέλης γυναῖκα εὑρηκέναι, adeò de inuentoribus rerum inter auctores non conuenit, vt alij alia prodant: in quo auctoris fides desideranda est, non eius culpanda diligentia, qui alienam sequutus fidem retulit. hæc enim ex Chrysippo exscribebat Cicero, & in Latinum traducebat. Scribo autem mox, *in secundo de consulatu Vrania musa pronuntiat*, &,

Nicand. interp. Cic. 1. de diuinat.

Concursúsque graui stellarum ardore micantes.

Cum autem facem belli nunciam flammato ardore scribit volasse magnum ad columen, facem intelligo volasse instar columnæ, & ad columnæ magnitudinem, quod ex Obsequente conijcimus, qui eadem de re ita scribit, *Trabs ardens ab occasu ad cœlum extenta*. Species generata Nattæ, est statua nata & facta Nattæ, id est in eius honorem facta. Fixum & signatum tempus est temporis momentum, quod punctum temporis dicitur, & à Lucretio punctum tempus. Auguria Romana Cicero dicit coacta esse, quòd augurarentur è pullis in cauea ante fame enecatis, & quòd ex offa cadere aliquid oporteret, vt tripudium solistimum fieret: contra libero vtebatur augurio Deiotarus, qui liberè volantes aues aperto cœlo, non clausas cauea spectabat. legendum autem puto, *aui tripudium fieri*: & *nuptiarum auspices declarant*. Dio non C. Ætheium, sed C. Attium vocat, quod & verius, atque historicus ille non Ciceroni sed Appio adstipulatur, & ex neglecta dirarum obnuntiatione putat calamitatem accidisse.

Iul. Obsequens li. de prodig. Cic. 1. de diuinat. Cic. ibid. Cic. ibid. Lucret. lib. 2. & 4. Cic. 1. de diuin. Cic. 1. de diuin. Dio lib. 39.

Diras autem hîc execrationes & deteſtationes accipio. eodem auctore lego, *etenim diræ, &c, in regiones diſtributa*, hæc ego pauca carptim ex eo libro libata adſcripſi leui defunctus opera: alia quæ maiora ſunt, aliorum induſtriæ reliqui. Cic.1.de diuin.

Sortes, ſors, & quædam in Cicerone emendata.

CAPVT XXI.

Ex libro de Diuinatione duo genera oraculorum fuiſſe cognoſcimus, vnum quod à furentibus profundebatur, vt à Pythia numine Apollinis correpta: alterum quod æquatis & paribus ſortibus è ſitella vel vrna ducebatur. habebant enim ſortes certis quibuſdam ſententijs, obſcuris tamen, notatas: quarum quædam fœlicitatem, quædam calamitatem denuntiabant, aut alia eiuſdem generis. hæc poſteriora oracula dicit Cicero, quæ æquatis ſortibus ducuntur. vnde & ſors pro oraculo vſurpari conſueuit: vel quia certo ordine ſorte ducta reddebantur: Aeſchylus, ἴτων πάλῳ λαχόντες ὡς νομίζεται. Intereſt autem inter ſortem & ſortes, quòd ſortes velut teſſellæ quædam aut taleolæ lineæ inſcriptæ fuerant, ipſaque ſortis inſtrumenta: Sors autem ipſa ſortitio. Cicero, *& ſortes ipſas & cætera, quæ ad ſortem erant parata, diſturbauit. Quæ*, inquit Cicero, *Lacedæmonijs, quæ Taygetis, quæ Argiuis, quæ Corinthijs reſponderit, quis ignorat?* lego Tegeatis ex Herodoto. his enim oracula reddita apud eum ſcriptorem referuntur. *Cognata tibi ſunt ante gerendæ ærumnæ*. hîc *cognata* à patre filia vocatur, quòd cum alijs liberis eius nata eſset, vel ô gnata legendum eſt. *Ex fluuio fortuna reſiſtet*, id dicit propterea quod ad ripas ſe ſomniarat ſolam deſertam: proinde ex fluuio curſum ſuum inhibituram fortunam augaratur, neque vltra perrecturam, vt eam exagitet & vexet. doctiſſimè autem, vt alia plurima, Sigonius vir eximiæ & ſingularis doctrinę *in Numerij Fabij Pictoris Græcis annalibus*, legit, non vt vulgatum eſt in numerum. Lego mox, *de quo in Bruto Accij loquitur ipſe*: nec multò poſt, *Rex, quæ in vita vſurpant homines*: non vt per exemplaria eſt propagatum, res. Lege item, *commutationem portendit fore per propinquam*.

Cic. ibid. — Cic ibid. — Aeſchylus Eumenid. — Cic.1.de diuin. — Cic. ibid. — Cic.1.de diuin. — Cic. ibid. — Cic. ibid. — Cic. ibid. — Cic. ibid.

Tempeſtas, ſuperſtitioſus, galeotæ, iamidæ, glutidæ, apud Ciceronem.

CAPVT XXII.

TEMPESTAS diem in illo Ciceronis verſu ſignificat,

Tertia te Phthiæ tempeſtas læta locabit. Cic. ibid.

Id verſus Homericus docet quem expreſſit:

ἤματί κεν τριτάτῳ φθίην ἐρίβωλον ἵκοιο, Homer. Iliad. 9.

Cic. 1. de diuinat. Animus seuocatus à societate & contagione corporis nihil quicquam aliud est, quam animus à coniunctione consortio & contactu corporis separatus. Nam contagio pro contactu non rarò vsurpari consueuit. Appulsus autem deorum accessus est, cùm in libris de Natura deorum appulsui, abscessum opponat, vt ipse sui interpres sit. Cic. lib. 1. de natura Deor. *vbi illa paulò ante sapiens, & virginali modestia?* Cic. 1. de diuinat. hoc in trochaico, &, *illa*, priore breui, nisi, vbi, finis versus sit: & *modestia* tribus primis correptis legendū est, vt constet mensio: nec qui in comicis versibus versatus fuerit, id vt insolēs mirabitur. Sed cùm tragœdia non tantam vsurpet in versu licentiam, quantam comœdia, si virginis modestia legamus, versus penè legitimi iuris fuerit. idque verius puto. Cic. ibid. Superstitiosæ autem ariolationes, vaticinationes sunt diuinæ & fatiloquæ. Nam superstitiosus pro fatiloquo non infrequens est veteribus, in his Plauto fata fanda sunt fata dicenda & canenda. Plaut. Curcul. Sc. Beatus vi deor. Fatis igitur fandis, id est ad fata canenda & eloquenda. *Virgines verò æquales, patris mei, meûm factûm pudet*: sic hunc versum vt posui, distinguendum reor: sed &, Cic. 1. de diuinat. *med obesse, illos prodesse*: interposito d, quod in poëtis antiquis frequens est, huc inducendum arbitror. Cic. ibid. illud mirandum magis, sed necessarium tamen, vt lex trochaici constet, adest posteriore breui, vt in modestia tertiam à fine syllabam notaui:

Cic. ibid. *Adest adest fax obuoluta sanguine atque incendio.*

quod ipsum vulgi pronuntiatione transigitur & subleuatur. nam sic appellabatur adest, vt duplex litera non audiretur, verùm altera supprimeretur: ita corripiendi occasio erat: nisi fortè, quod & melius censeo, *heu adest fax*, vel, *ah adest fax*, scribatur.

Cic. ibid. *Multos annos latuit, ciues ferte opem & restinguite.*

trochaicus etiam est, quod annoto, quia video in duo mēbra diuersorum Cic. ibid. versuum distractum esse. pro, *vt cùm ille in agro Nolano*, lego *vt cùm Sulla*. Aelian. de var. histor. lib. 12. Aelianus autem libro duodecimo ostentum quod Dionysio factum est equo in voragine demerso, narrat: vbi & Galeotarum vatum meminit: Stephan. de vrbib. quos Stephanus genus in Sicilia vatum fuisse tradit. Plutonia quæ dicit in Asia esse, specus sunt tetrum & pestiferum halitum euomentes, omniaque Cic. 1. de diuinat. accedentia animalia statim enecantes, vt ad Hierapolim Plutonium Strabo. li. 13. & 14. describitur à Strabone, & Charonium ad Thymbriam vicum Cariæ: spiracula ditis Maro vocat, vt quodam loco dicimus. Virg. 7. æneid. Helenum dicit Cicero augurijs diuinasse, Cic. 1. de diuinat. vt Cassandram mentis incitatione & furore: ita sola auguria Heleno tribuere videtur, cui Maro omne propè diuinationis genus his versibus concedit, Virg. 3. æneid.

Troiugena interpres diuûm, qui numina Phœbi,
Qui tripodas, Clarij lauros, qui sidera sentis,

Et

Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ.

Quid Polyidum Corinthium? lego, non Polybum ex Homero: sed & Iamidas, non Ianudas lego. ſic enim familia Aruſpicum ab Iamo filio Apollinis nominabatur, quorũ vnus Thraſybulus è canum extis vaticinabatur, vt ſcribit Pauſanias libro ſecundo Eliacon, quod & à Victorio eruditiſſimo viro traditum eſt. Idem quos Cicero glutidas vocat, clutidas appellat. ſic familia aruſpicum vocabatur à Clutio filio Alcmeonis.

Homerus. Pauſan. lib. 2. Eliacôn. Cic. 1. de diuin.

Omen comitiorum, cedere, eluuio, rudentis explicatio, ſortes, ſortilegi, fallax circus. CAPVT XXIII.

SCRIBIT Cicero libro priore de Diuinatione maiores voluiſſe *prærogatiuam omen eſſe iuſtorum comitiorum*, quod hoc ſenſu dictum eſſe interpretor, Romanos tantùm poſuiſſe in ſuffragio prærogatiuæ centuriæ, vt eum ſemper conſulem declararint, qui ab ea factus eſſet. Ita omen in conſulibus rogãdis erat, vox prærogatiuæ & ſuffragium. Scribo autem *quam mox emittat pictis è faucibus currus:* qua circũlocutione carceres circi ſignificauit Ennius. *Cedunt de cœlo ter quatuor corpora ſancta*, id eſt veniũt, accedunt: vt apud Plautum, *Cedit miles, æs petit*, id eſt venit. *Stabilita ſcamna ſolúmque.* hic ſolum ſolium ſignificat. vnde & ſolaria, quod alio loco annotare me memini. *Tarquinio dedit imperium ſimul & ſola regni:* Feſtus explicat terram, vt cùm ſola terrarum dicimus. *vt aquarum fluxiones & deflagrationẽ futurã:* explicat duo verba Greca κατακλυσμὸν & ἐκπύρωσιν, id eſt mũdi diluuium & incendium, quæ euenire Stoici exiſtimãt longinquis tẽporũ interuallis, Deo notis & naturę, hominibus ignotis: proinde libẽtius legerim *aquarum eluuiones*, quam fluxiones. Iugis puteus in Cicerone eſt puteus aquam habẽs perennem. Nam putei etiam ſine aqua eſſe poſſunt,

Cic. ibid. Cic. ibid. Plaut. Aulul. Sc. Narraui amius multis. Cic. 1. de diuinat. Feſt. lib. 17. Cic. 1. de diuinat. Cic. ibid.

Eheu videte iudicauit inclytum
Iudicium inter Deas tres aliquis, quo iudicio
Lacedæmonia mulier furiarum vna aduenet.

Tres iambici verſus ſunt in editionibus conturbati, in ijs *Deas*, monoſyllabum eſt, & *iudicio*, & *aduenet* triſyllabum, quanquam aduenet legi poſſet, vt Nonius in Ennio aduenat pro adueniat, obſeruat. In traductione temporis fatum quãdam rudentis explicationem efficere ait, vt proxima quæque replicet & reuoluat: vt enim rudẽs in ſpiram cõuolutus & complicatus, ſi explicetur, ſinguli orbes ſuo ordine explicabũtur, initio primi, deinceps proximi quique: ſic curricula annorum explicant ſuos orbes, & tanquam conuolutos reuoluunt, & rerum ſeriem nexumque. Sortilegos contemnit Quintus qui ſolebant in triuijs ſortibus ductis, non tam futura prædicere,

Nonius. Cic. ibid.

prædicere, quam ad quæſtum ſuum mentiri. ſortes autem illæ verſabantur & educebantur manu pueri: Tibullus,

Tibul.lib.1. *Illa ſacras pueri ſortes ter ſuſtulit, illi*
Eleg.3. *Rettulit è triuijs omina certa puer.*

Sed & ſortilegus dicebatur æquè Apollo, quòd ſortibus æquatis oracula interdũ vaticinaretur, etſi etiam furore adflata Pythia: certè ſortes etiam oracula dicuntur, & ſimia in Dodoneo templo, vt Cicero ſcribit, ſortes Cic.2.de diuinat. diſſipauit. ſortes oracula eſſe ex eo apparet quòd,

Sortilegis, inquit Flaccus, *non diſcrepuit ſententia Delphis.*

Horat. de art. poëtic. *Non habeo nauci*, eſt, non facio flocci, prorſuſque contemno.

Cic.1.de diuinat. *Non Aruſpices vicanos, non de circo Aſtrologos*

Cic. ibid. Vicani Aruſpices ſunt, qui in vicis & pagis aruſpicinam exercebãt, qui vaniſſimi & mẽdaciſſimi erant. In circo Romano erãt Aſtrologi, Iuuenalis,

Iuuen. ſat.6. *Conſulit antè Phalas Delphinorúmque columnas:*

nec alia de cauſa quam propter diuinaculos, circum fallacem dicere videtur. Horatius hoc verſu,

Horat.lib.1. ſat. 2. *Fallacem circum, veſpertinúmque pererro*
Sæpe forum. Illic autem multos diuinos fuiſſe liquet è Iuuenale

Iuuen ſat.6. ita ſcribente, *Si mediocris erit, ſpatium luſtrabit vtrunque*
Metarum, & ſortes ducet, frontémque manúmque 2
Præbebit vati crebrum poppyſma roganti.

Cic.lib.1.de diuinat. Lego *coniectores, interpretes ſomniũm*, poſtulante verſu: &, *non enim ſunt hi aut arte diuini aut ſcientia*: mox item lego, *malitia excluſa.*

Frangere ſaxo, lapide lapidem terere, præcurrere, inane vacuum. 2

CAPVT XXIIII.

EFFVGERE & elabi plerunque nobis ſenſus ſolet, clamque ſurripi quodam furto in antiquis auctoribus, niſi propius inſpicimus & attendimus, etiam cùm verba de medio ſumpta ſunt. Quod quidem mihi accidit 3 in illis Lucretianis verſibus, quos ſubijciam, & ne alijs idem vſuueniat, etſi nihil in eis magnopere latebroſum eſt, tamen lucidiorem aliquanto clarioremque eorum ſententiam reddam. Scribit igitur,

Lucret.lib.1. *Conueniebat enim fruges quoque ſæpe minacis*
Robore cum ſaxi franguntur, mittere ſignum 3
Sanguinis, aut aliquid noſtri quo corpora aluntur:
Cum lapidi lapidem terimus, manare cruorem.

hîc cùm de alimento Lucretius loquatur, quid eſt loci lapidi, & cur cùm teritur poſtulat, vt ex eo cruor manet? hîc puto duas rationes molendi indicari,

dicari, vnam cum ſuſpenſa mola fruges frangimus, vt in faba freſa, & in polenta craſſiuſcula, quam Græci κρίμνον vocant: & ex eo Ariſtophanes κριμνώδη appellat, quæ craſſa ſunt: Et Maro dixit, *Ariſtoph. Neb.*

Et torrere parant flammis & frangere ſaxo, *Virg. 1. æneid.*

quod eſt vtcunque molere atque adeò molere. Aliquando autem non ſuſpendũtur molæ, ſed lapis lapidem terit, id eſt mola molam, cùm tenuior farina & minutior elicitur. cùm igitur franguntur in grandiuſculam farinam fruges, debebant ſignum aliquod ſanguinis eliſæ oſtẽdere: ſed cùm in minutiſſimum pollinem & ſimilam friantur & comminuuntur, tum vero ex eis manare ſanguis, non tantum oſtendi debebat, ſi, vt Anaxagoras ait, omnia ſunt in omnibus: poſteriorem rationem molẽdi ſignificari puto, cùm Lucretius dicit, *Cum lapidi lapidem terimus.*

atque inde comica quadam laſciuia & luſu, ſeruus apud Plautum piſtrinum circunloquitur ex genere molituræ: *Plaut. Aſinar. Sc. Sicut tuum vis vnicum.*

Non me illuc ducis, vbi lapis lapidem terit?

Ita etiam liquidius & clarius apparet ioci venuſtas ſcenici. in eodem Lucretij libro pręcurrere eſt vſurpatũ pro pręoccurrere, præoccupare, quod Græci προκαταντᾷν dicunt: ac mediusfidius verbum illud explicare Latinè videtur voluiſſe: *Illud*, inquit, *in his rebus ne te deducere vero* *Lucret. lib. 1.*

Poßit, quod quidam dicunt præcurrere cogor.

Omne, autem, *quod eſt ſpatium, vacuum conſtaret inane,* *Lucret. ibid.*

cùm dicit, mirum videtur, quod inane vacuum dicat: quaſi timendum ſit, ne ſit inane plenum: & certè. nam aër à Latinis plerunque inane dicitur, ad eius igitur diſcrimen vacuũ addidit, vt ſpatium acciperemus omni vacans corpore: aut certè ſic loqui abundante quadã oratione veteres poëtæ ſolebant, etiam in aëre, quia noſtris oculis inanis & vacuus occurrit. Maro, *Tum lapis ipſe viri vacuum per inane volutus.*

Sed & inane repletũ eſt, quod corpus obſidet & occupat: hinc Lucretius, *Virg. 12. æneid.*

Non per inane meat vacuum. *Lucret. lib. 1.*

eſt & apud eum ſtringere, detrahere, diſtringere,

Sed quæ ſunt rerum primordia, nulla poteſt vis

Stringere. id eſt, nulla vis de eis quicquam poteſt deradere, detrahere, diſtringere quicquam, nec ea lædere. *Lucret. ibid.*

Aureus funis, apparere, animi tactus, manu ducere, barbarica veſtis, barbaricarius, figuræ, ferus centaurus apud Lucretium.

CAPVT XXV.

NEGAT aureo fune de cœlo mortalia ſecula Lucretius (ſic enim loquitur)

quitur) in terram esse demissa: in quo subijt quærere, cur aureum funem nominarit: sic enim scribit,

Lucret. lib. 2.

Haud, vt opinor enim, mortalia secla supernè
Aurea demisit de cœlo funis in arua.

sed hoc tãquam æs alienũ ab Homero sumptũ suspicor, apud quem iliad. η aurea catena, vel funis, vt interpretatur Lucretius, de cœlo religatur.

Homer. Iliad. η.

Σειρὴν χρυσείην ἐξ οὐρανόθεν κρεμάσαντες.

Plato in Theæteto.

Plato autem in Theæteto aureum apud Homerum funem interpretatur solem esse, vt etiam eruditissimo viro Lambino placere animaduerti. in eo Lucretij libro pro aptaret, illo versu,

Lucret. lib. 2.

Aptaret spatium cœli domus altáque tecta. non est iuris ancipitis, melius esse, quod proferunt putres mẽbranæ, *appareret*, vt sit acquireret spatium & amplitudinem cœli domus, & augesceret. illud verò mirandum cuipiam videatur esse, quod animi tactum dixerit hoc versu,

Lucret. ibid.

Atque animi tactus liber quo peruolet ire.

apagesis enim illud quod scabie quadam libros fœdauit tractus: sed tactus animi non aliud quicquam est, quam eius sensus: nam duplicem posuerunt Philosophi tactum, exteriorem omnibus notum, etiam belluis, si loqui possent: interiorem sequestrum & arbitrum voluptatis & doloris

Cic. in Lucul. / Lucret. lib. 2. / Horat. lib. 2. epist. 2.

Cicero in Lucullo, *quid de tactu? & eo quidem quem philosophi interiorem vocant, aut doloris aut voluptatis.* lego etiam, *nam tibi vemẽter*, vt apud Flaccum, *vemens & liquidus*: quod si vehementer & vehemens legere vis, vocales duæ per synecphonesin in vnam coibunt & coalescent. Expressit autem verbum Græcum Lucretius, cùm dixit,

Lucret. lib. 2.

Sed magis ipsa manu ducunt. id enim est χειραγωγοῦσιν, vt & Cicero

Cic. lib. 1. de nat. deor.

libro 1. de Natura deorum, qui locus pro mutilo & curto stellatus est in libris editis, *sed etiam sic tractat vt manu ducat, eam esse vim & naturam deorum.* Nã hinc doceat pro reijculo remouendũ: tentauit enim χειραγωγεῖν quod est manu ducere, Latinè enuntiare. Putricauũ autem in nobili poët. putet, & lege carminis reijcitur: sic igitur versum legendum conijcio.

Lucret lib. 2.

Molli lenta, fragosa putri, caua corpore raro. in illo autem versu,

Lucret. ibid.

Iam tibi barbaricæ vestes, melibœaque fulgens.

barbaricæ vestes Phrygiæ intelligendæ sunt, vnde & barbaricarij in iure ciuili: nam barbarum pro Phryge dici est frequentissimum. Phryges autem acu pingere instituerunt. Apud eundem etiam hoc versu atomi, id est indiuidua corpuscula, vocantur figuræ, propterea quod quædam angulatæ sunt, quædam hamatæ, quædam vncinatæ, quędam quadratæ. Sic apud

Aristot.

Aristotelem Democriti sententiam referentem sæpe vocantur σχήματα inquit Lucretius,

Dice

Dicere enim poſsis cœleſtem fulminis ignem
Subtilem magis,& paruis conſtare figuris. *Lucret.lib.2.*

cùm autem ferum Centaurum dixit illo verſu,

At contra tetra abſinthi natura,ferique
Centauri: intellexit Centaureum, quod Latini vocant fel terræ,& feritatis cuiuſdã nomen ei tribuebãt,vt è Dioſcoridis codicibus perſpici poteſt,in quibus vocari dicitur à Romanis fieri, & vuæfera, quæ verba eluxata videntur è fero, & vua fera : certè quamuis deprauata ſint, oſtendunt tamen non leuiter impreſſa feri veſtigia,quod nomen ei tributum fuiſſe, non ſolùm ob feritatem centaurorum, à quibus nomen habebat,exiſtimo(nam & φῆρες ab Homero appellantur) ſed etiam ob amaritudinem ſaporis . Iam qui magnificentiſſimi & ſplendidiſſimi erant, pro lychnuchis & candelabris ſtatuas in ædibus habebant, pueros prælucentes,thedamque aut lampada ferentes,qui ſunt δᾳδοῦχοι & λαμπαδηφόροι,imitantes. *Si non,*inquit,*aurea ſunt iuuenum ſimulachra per ædes*
Lampadas igniferas manibus retinentia dextris.

Lucret.ibid. *Dioſcorid.li.3.* *Homerus. Iliad. 1.* *Lucret.lib.2.*

Catenæ apud Lucretium,penes æterna,omnituentes.

CAPVT XXVI.

VT moribus antiquis ſtabat res Romana, ſic Romana lingua ſtat antiquis exemplaribus,à quibus cùm recedũt editiones, meritò doctis ſuſpectæ ſunt, & propè falſi condemnantur. Etſi enim aliquid plerunque non incommodè fingũt,nouitium tamen id eſt & nuperum, non cana illa vetuſtate venerandum . Itaque etiam cùm minus fidem facit antiquitas, tamen eam quoquo pacto poſſumus, interpretari & retinere malumus, quàm quicquam innouare:velut in Lucretij quibuſdam locis,vt libro 2.

—inter ſe fortè catenas *Lucret.ibid.*
Ludunt,in numerúmque exultant ſanguine læti.

hodie cateruæ parum fideliter excudunt omnes : ſed catenas quid vetat intelligere choreas catenatim conſertas,vt illos fanaticos ſe gladijs lacerantes & cruentantes in ſuo exultaſſe & luſiſſe ſanguine, & pernices agitaſse choreas accipiamus ? quod & à toto poëtarum choro mediusfidius cõcinitur,vt nemo dubitare debeat.Sunt & editiones falſariæ in illo quoque verſu *Ære atque argento ſternunt iter omnia circum.* *Lucret.ibid.*
cùm in ſanctioribus exemplis ſcribatur, *—ſternunt iter omne viarum.* corruptum & illud, *Néue putes æterna parum reſidere poteſſe* *Lucret.ibid.*
Corpora prima. Libri clandeſtini &, vt ita dicam,myſtici, *Néue putes æterna penes:* Ac,ita me deus amet,fateri ma-

lim me nescire quid hæc verba significent, quàm ea audacter stilo confodere: sentio tamen non inconcinnam in eis latere sententiam, non resi-dere nec remanere in æternis textis corpora prima, sed ea plerũque fluitare in summis rerum oris, & res interpolare subinde alias atque alias, vt quædam in ortu natalibusque moriantur suis: tantum abest vt æternitas esse possit in his, quæ prima corpora procreãt & integrant. Testatur & illud vetera exemplaria: *Posse ea non sensu sensus mutabilitate,*

Lucret. ibid. *Aut aliquo tanquam partu, quod proditur extra.* Id autem multo aliter diuulgatum omnes sciunt. Ego autem *ea* non puto esse vt quidam censerent, ea ratione & eo modo: vt eâdem sæpenumero apud Plautum, pro eadem via: quanquam neque aliena à Lucretio esset illa synecphonesis, quæ subleuando versui necessaria foret ob productionem vltimæ syllabæ: sed *ea*, vermes & oua quæ animantur: sic

Lucret. ibid. *Aëre, fluminibus, terris, terráque creata,*

proferunt foruli Priscorum voluminum: hodie, *flammáque creatis*, scribitur licenter, ne dicam stultè: nam de flamma nihil nascitur: sed cùm dixisset flumina & terras, nomineque terrarum significasset hanc & illam terræ partem, hoc & illud terrę genus, quod quotidie gignitur aut sarcitur, vt quotidie gignuntur flumina: tandem vniuersam elementi molem complexus est, initio rerum creatam. Non incommodè *terráque creatis*, etiam legeretur, & de stirpibus acciperetur. Proximos versus ita legendos ex antiquis libris puto.

Lucret. ibid.
Non congressa modo vitales conuenienti
Contulit inter se motus, quibus omnituentes
Accensi sensus animantem quanque tuentur.

sed tamen ne quid dissimulem, ex, *omne tuentes, omnituentes* feci, quam vocabulorum iunctorum rationem cognoscet Lucretianam, qui eum poëtam legerit, apud quem *ædituentes* multo insolentius reperiet. In eo etiam

Lucret. li. 6. ad finem. *pœniceúsque color*, lego potius ex antiquis libris, quam phœniceus: solet

Lucret. li. 2. enim u, plerunque in œ mutare, munire mœnire, munera, mœnera, punibat, pœnibat, sic puniceus pœniceus.

Radix ferri, quod superest, nónne videre, ne, abrupti ignes, tantum quod, proporro, ali, omne magnum contulit.

CAPVT XXVII.

RADIX saxi à Lucretio dicitur trãslatè, veluti si diceres stirpem saxi, sed & Græci terram ἐῤῥιζωμένην non ineleganter solent dicere, eam stabiliter hærentem fundatamque dicere studentes. Quod superest apud eundem

dem plerunque est deinceps, postea, in reliquum, igitur, postremo: vt quod Græci λοιπὸν dicunt, vt

—Neque nobilitas neque gloria regni, Lucret.lib.2.
Quod superest animo quoque nil prodesse putandum, id est,
λοιπὸν ὐδὲ τῇ ψυχῇ λυσιτελεῖν οἰητέον.

Iterum, *Omnimodis expertus eris quam quisque det ordo* Lucret.ibid.
Formarum speciem totius corporis eius:
Quod superest, si forte voles variare figuras,

id est deinceps, postea, λοιπὸν: rursum, *neque quod superest procrescere, alique,* Lucret.ibid. id est ὐδὲ λοιπὸν αὐξηθῆναι, id est deinceps, in reliquum, postea. Quid plura commemorare attinet, neque tam exemplis certa confirmare, quam lectorem copia onerare atque fatigare? Illud autem,

—Nonne videre Lucret.ibid.
Nil aliud sibi naturam latrare?

Indignantis est & stomachantis, vt & Maronis illud, Virg.1.æneid.

Mene incepto desistere victam? sed & *—Nisi vt qui* Lucret.lib.2.
Corpore seiunctus dolor absit:

Per archaismum dictum est, *qui*, quod est quomodo redundante, vt apud Terentium: alio tamen quodam modo,

Ita tum discedo ab illo, vt qui filiam Terent.Andri. act.1.Sc.1.
Neget daturum.

aut, *vt qui* erit vt aliquo modo, aliqua ratione. Ne archaismo quodã non iniucundo, pro non etiam idem poëta posuit.

Illa quoque, in Solis quæ lumine cernere quimus, Lucret.lib.2.
Ne quibus id faciant plagis, apparet apertè,

Id est, non apparet apertè: ac hærere aliquam in scriptura fraudem putarem, nisi apud comicum Plautum eadem vsurpatio vocis eodem in sensu reperiretur, vt, *nisi ne vis*, pro nisi non vis: & apud Terentium, *mihi qui ne detur*, id est, vt non detur, Donato interprete. At verò (Plaut.Trinũ. Sc. Neq; fuit neque erit. Terent.Andri. act.2.Sc.1.)

Tum vacuum tempus linquunt, Lucret.lib.2.

Id est, vacuum animum, qui in capite est: tempus sic numero singulari dicit Cornificius libro quarto *percutit tempus*. Proporro etiam vsurpatur, vt Cornific.lib. 4.ad Heren. Græci solent congeminare προπροκυλινδόμενος.

Ipsaque proporro paulò maiora lacessunt. Lucret.lib.2.
—Abrupti nubibus ignes, Lucret.ibid.

Sunt vt Græcè ἀπερρωγότες, id est, à nubibus erumpentes & tanquam abscissi, apud Maronem quoque, *abruptis nubibus ignes*, legitur, quòd fulmen Virg.3.æneid. eas diuidat & rumpat. Tantum quod, etiam pro vt solum modo Lucretius Lucret.lib.2. posuit. *Tantum quod momen mutatum dicere poßis.*

Cic. in Ver. 2. act. Cicero in Verrem dixit *tantum quod*, pro niſi, *tantum quod hominem non nominat*, id eſt, niſi quod hominem non nominat. Cùm autem ſcribit,

Æraque quæ clauſtris reſtantia vociferantur,

Ea ſignificat fortaſſe, quæ Græci ῥόπτρα & κορώνας appellant, quibus pulſantur fores, & intus homines euocantur: ſed credò eum eſſe circunlocutione vſum, quòd vox Latina ei deeſſet: quanquam potuit cornicem more Græcorum ob garrulitatem appellare. Vidi qui de cardine aheno Virg. 1. æneid. intelligeret, vt apud Maronem, *—Foribus cardo ſtridebat ahenis,* nam cùm ianua clauditur vociferatur renitens cardo. Iterum,

—Aperit ſtridentia limina conſul.

Virg. 7. æneid. Atque hanc interpretationem meliorem puto. Sudor pro humore, ab eo Lucret. lib. 2. etiam nouo more vſurpatur, *ſudor vti maris eſt*: etſi enim non me fallit ſudorem eſſe ſuapte natura falſum, & à quibuſdam mare exiſtimatum ſudo- Ariſtot. rem quendam eſſe, quod ab Ariſtotele relatum eſt: tamen puto ſudorem maris hic nihil aliud quicquam, quàm humorem eſſe. Eleganter autem & Lucret. li. 2. ſcitè illud ſcriptum eſt,

Ne tibi dent in eo flammarum corpora fraudem:

quod eſt, caue ne te ignis fallat. ex *in eo*, fecerunt *timeo*, bono quidem ſenſu, ſed illud alterum ſuauius multo eſt & elegantius. Ali non eſt apud eum nutriri plerunque, ſed altum & adultum euadere. Itaque creſcunt apud eum res, deinde aluntur. Nec verò præpoſtera ordinis perturbatione videri poteſt id dicere, cùm perſpicuè in ea notione quam dixi verbum il- Lucret. ibid. lud ab eo vſurpetur, vt *Donec aleſcendi ſummum tetigere cacumen.* Lucret. ibid. Iterum, *—Neque quod ſupereſt procreſcere alique.* Rurſum,

Lucret. ibid. *Quæque ſua de materia grandeſcere alique.*

Numen in eo etiam nutus eſt, vt

Lucret. ibid. *Terrificas capitum quatientes numine criſtas:*

ſcio ad numen magnæ matris referri poſſe videri, ſed perſpicuè nutus motuſque capitis ſignificatur, quem ſequitur & nutus criſtæ, vt apud Ho- Homer. Iliad. 3. merum, —δεινὸν δὲ λόφος καθύπερθεν ἔνευεν.

Lucret. li. 2. Legendum autem arbitror, *Præterea quoniam non certis certa figuris*, non vt ſcribitur *niſi*, quod ſenſui ita repugnat, vt contrariam voluntati Lucretij ſententiam afferat: atque ita doctiſſimus Lambinus emendat. figuras autem pro atomis ponit. At illud

Lucret. ibid. *—Quæ magnum iaculando contulit omne,*

cùm ait, ab immenſo illo vniuerſo, quod omne vocat & interdum ſummam ſummarum, corpuſcula conferri dicit, quibus mundi huius elementa conſtent & augeantur, mundusque creſcat & amplificetur. Hæc, quæ admonitionis loco eſſe poterunt ijs, qui aliud agẽtes ea fortaſſe non ani-

maduerterẽt

maduerterent, malui attingere, quàm operæ parcendo non iuuare studia iuuentutis, sæpe in tenui laborantis.

Collegium capitolinorum & Mercurialium apud Ciceronem, ferre calumniam. CAPVT XXVIII.

ROMAE collegia quædam erant, in his Mercurialium & Capitolinorum, vt ex epistolis ad Q. Fratrem cognoscimus: sed quinam erant illi Capitolini? Id enim è libris erutũ, Ciceronis epistolas legentibus prælucebit: etsi enim nostra non magnopere refert hos intelligere: tamen quia eum scriptorem meritò docti & studiosi peruolutant, in quo si quid minus intelligunt offenduntur, excutiẽdum mihi esse credidi. Erant igitur Capitolini collegium hominũ Capitolium & arcem incolentiũ, ludosq; capitolinos celebrantium. Sed quia in hoc scribendi genere, non Oratorum artificiosa fide, sed auctorum literis omnia probantur: quod à nobis positum est, ex eorum velut tabulario & instrumento depromendum est. Liuius igitur libro quinto ab vrbe condita, ita esse, vt retulimus, his verbis planum facit, *Ludi Capitolini fierent, quòd Iupiter optimus maximus suam sedem atque arcem pop. Rom. in re trepida tutatus esset, collegiúmque ad eam rem M. Furius dictator constitueret ex his, qui in Capitolio atque arce habitarent*. Mercurialium autem collegium mercatorum fuisse crediderim: ac ne leuis coniectura putetur, quæ probabilitate subnixa sit eius dei, qui mercaturæ præest: quanquam si alia desint argumenta, satis hoc verisimilitudinis ad credibilitatem satisque ponderis habeat: ex ipsius velut tablino Liuij testimonium proferemus. is ergo ita scribit, *Certamen consulibus inciderat, vter dedicaret Mercurij ædem: Senatus à se rem ad populum reiecit, vtri eorum dedicatio iussu populi data esset, eum præesse annonæ, Mercatorum collegium instituere, solemnia pro Pontifice iußit suscipere*. Sed quia è Cicerone omnis hæc nata est oratio, supplementum capitis ex eodem scriptore addam. Quid est igitur in eius libris in epistola Cælij calumniam ferre? sic autem scribitur, *Scito Sempronium Rufum, mel, ac delitias tuas calumniam maximo plausu tulisse*. Id mihi videtur esse calumniosum quiddam & astutum dolosúmque excogitare & afferre, & obtinere fortasse, quod tum fecit Rufus, qui accusatorem suum postulauit lege Plotia, vt hoc extraordinario reo causam non diceret. Sic & in Sallustium Cicero scripsit, *sed est quædam calumnia quam vnusquisque nostrum testante animo suo fert de eo, qui falsum crimen bonis obiectat*: vbi hoc scilicet significat, eos improbari tacito hominũ iudicio, qui falso crimine alios calũniantur: ita in hoc posteriore exẽplo, à prioris sententia aliquantum deflectitur, vt existimo.

Cic. ad Quintum fratrem.

Liuius li. 5. ab vrb. cond.

Liuius. lib. 2 ab vrb. cond.

Cic. lib. 8. fam. epist.

Cælius Cicer. epist. Etsi de Repub.

Cic. in Sallust.

LIBRI QVINTI FINIS.

P 3 ADRIA-

ADRIANI TVRNEBI ADVERSARIORVM LIBER SEXTVS.

Delibitari, arca, sutorio atramento absolutus apud Ciceronem, malis onerati. CAPVT I.

Cic li. 9. epist. famil.

Dvobvs in locis epistolarum Ciceronis ad Pętum vel auctoritatem veterum exemplarium aduersus editiones tueri conabimur, vel aliam ab vsitata scripturam eliciemus: sed veteris tamen scripturæ fides penes Victorium sit, quo tradente hoc scribimus. Ergo vbi excusum est, *solebam enim antea delectari oleis & lucanicis tuis*, in veternosis, vt ita dicam, & vietis libris reperit, *delibitari*, quod mediusfidius non improbandum est, hoc sensu: tu me tua promulside ante delibabas, ac meam famem diminuebas illis primis ferculis, quam tibi integram & illibatam ad omnia cœnæ fercula afferam, neque primis illis missibus, & primo gustu eam perdam & consumam, ac delibabo: sed, vt integer & recens ad reliqua fercula veniam, principio cœnæ abstinebo. vt auté ab appello appellito, à cœno cœnito deducitur, quidni pari ratione à delibo delibito deriuari possit? Nullus est, vt puto, Grammaticus, qui non genus hoc deductionis agniturus sit. Alter locus sic scribitur vulgò, *nos iam ex areis tantum habemus, vt Verrium tuum & Camillum, qua munditia homines? qua elegantia? vocare sæpius audeamus.* Equidem scio *ex areis* dici posse pro è frugibus, & messibus nostris, vt apud Varronem, *rura largitur ad aream*: sed in aliquot extat libris *ex artis*: quare puto ex arcis scribédum esse leui mutatiuncula & ferenda. Arcam autem habere dicebatur, qui bene nummatus erat: cui nihil nummorum erat, is arcam non habere dicebatur: sed multò ille pecuniosior, cui arcæ plures, vt hic numero multitudinis loquutus est. Catullus de paupere, *cui neque seruulus neque arca*. Et Cicero quodam loco, *confidito arcæ nostræ*. Assuemus indidem & pannos. *Dediscendæ*, inquit, *tibi sunt sportellæ & artolagani tui:* dicere eum puto viti-les sportellas, quibus artolagani & bellaria ferebantur. Sed & interdum sportulis obsonia cœnarum ferebãtur, cùm ad aliquem cœnatum ibant: &in

Cic. li. 9. epist. famil. epist. Delectauerũt.

Cic. eod lib. famil. epist. Dupliciter. Var li. 4. de ling. Lat.

Catul epig. 21.

Cic ad Attic. lib. 1. epist. Nimium raro. Cic. lib. 9 fam. epist. Duplicit.

& in cœnationem domesticam portabant. Nam & apud Pollucem sunt κίςαι ὀψοφόροι & σπυρίδες. Ego autem putem artolaganos in parabilibus & vulgaribus cibis fuisse numeratos. Rursum, *Iam pater eius*, inquit, *accusatus à M. Antonio sutorio atramento absolutus putatur*: puto per ænigma significari absolutum crimine eum fuisse fœdissimis sordibus & maculis iudicum. qui ignominioso iudicio & turpi eum liberassent, per corruptelam, quem grauissimis sententijs condemnare debuerant. Nam sutorum atramentum, quo ligulæ solearum & corium calceorum denigratur, nigerrimas ducit maculas. Itaque atramentum sutorium maculosum iudicium & infame vocauit. *Sputina quidem*, inquit, *cùm ei rem demonstrassem, & vitam tuam superiorem exposuissem magnum periculum summæ Reipublicæ demonstrabat, nisi ad superiorem consuetudinem tuam, cùm Fauonius, flaret reuertisses.* Imitatus est festiuè responsa hariolorum & aruspicum, qui aliquando solebant diem præfinire, ante quam nisi quid fieret, mali aliquid esset euenturum. Terentius, *gallina cecinit: interdixit hariolus, aruspex vetuit ante brumam aliquid noui negotij incipere*. Ait etiam, *Me autem à te, vt scurram velitem, malis oneratum esse non moleste tuli*. Malis oneratur qui malè mulctatur & vapulat oneraturque plagis: scurram autem velitem dicit, scurram tironem, non veteranum, grauis armaturæ: vt enim si veles cum armato milite congrederetur malè acciperetur, sic vt velitem scurram se verberatum esse iocatur à Papirio dicacissimo & acerrimo scurra.

Iul. Pollux li. 10. cap. 23.

Cic. li. 9. fam. epist. 21. Ain.

Cic. eod. lib. epist. 24.

Terent. Phor. act. 4. sc. 4.

Cic. lib. 9. fam. epist. Duplicit.

Qualis in Eurotæ ripis apud Maronem.

CAPVT II.

POETAE Latinorum principis verba sunt,

> *Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi*
> *Exercet Diana choros:*

Virg. li. 1. æneid.

quibus Homeri lineamentis tabellam saltantis Dianæ choreasque ducentis expingit: qua quidem in tabula picta Momus veluti reprehendendi animo quæreret, quid ita visum sit vtrique poëtæ potius eam in ripis Eurotæ tripudiantem statuere, quam alicuius alterius fluminis. Nam de iugis Cynthi propter natalem Delon nihil habuerit Momus aut Zoilus quod carpat. vt igitur à calumnia, qua nihil hominum generi iucundius est, vt quam etiam in Deum aliquando destringant, in eius consilia & facta malignè inquirentes, vtrumque poëtam liberemus: hoc existimo ab eis consilio scriptum esse, quòd Taygetus mons Eurotæ imminens, esset Dianæ sacer, vt verisimile sit eam, in loco sibi dicato sacroque & grato, in numerũ cum Nymphis saltare libenter solitam, non propter aquę riuum,

Homer. Odys. ζ.

ſed fluuium potius amœnum. ſed tabellari nobis eſt opus ſuffragio, quod nobis non denegabit elegans & concinnus poëta Callimachus, qui in Dianæ hymno his verbis ei chariſſimum eſſe dicit Taygetum:

Callimach. εἰς ἄρτεμιν.

Νήσων μὲν δολίχη, πολίων δέ τοι εὔαδε πέργη,
Τηύγετον δ' ὀρέων.

Equidem credo etiam non defuturos, qui mirentur quid ita deam illam puerperiorum, venationumque præſidem, tripudiatricem ſaltatricemque inducant: ſed mirari deſinent, vbi intellexerint, ita animis hominum religionem illam ſectantium inſitum fuiſſe, vt eam ſemper in montibus, niſi venaretur, ſaltare exiſtimarent. Argumento eſt prouerbium, ποῦ γὰρ ἄρτεμις οὐκ ἐχόρευσε; quando Diana non ſaltauit? & quòd, vt poëta idem Callimachus canit, ſaltatriculas comites ab Ioue popoſcerit ſexaginta nymphas.

Callimac. ibid.

Δὸς δέ μοι ἑξήκοντα χορήτιδας ὠκεανίνας.

Sed & Oreades eam ſequuntur glomeranturque, cùm choros exercet, quia montes omnes in poteſtate Dianæ ſunt: & omnes nymphæ mõtium eius familiares, & propè contubernales habebãtur. Nam apud Callimachum ſibi poſcit ab Ioue montes omnes donari: ſic enim ſcribit,

Callimac. ibid.

—Δὸς δέ μοι οὔρεα πάντα.

hæc, vt opinor, quæ expoſui, haud parum addent gratiæ verſibus Maronis, quæ neceſſe eſt ſurdo velut palato non ſentiatur, niſi eorum quæ aſperſi, guſtu commendetur.

Turricula, fritillus, dare, reuocare.

CAPVT III.

INTERESSE non crediderim inter turriculam & fritillum, quibus veteres vtebãtur in teſſeris luſorijsque tabulis, nec noſtri Grammatici inter iſta diſtingunt: neque internoſcendi vllam afferunt notam. mihi autẽ videtur fritillus vaſculum buxeum longum & teres fuiſſe, è quo mitterentur teſſeræ, vel tali in tabulam. Id ex eo apparet, quod apud Senecam condemnatur Claudius alea ludere pertuſo fritillo: ſic enim fruſtrà talos colligebat, cùm ſemper caderent nullo retenti fundo. verba ſunt Senecæ, *Tum Æacus iubet illum alea ludere pertuſo fritillo: & iam cœperat fugientes teſſeras quærere & nihil proficere.*

Senec. de mort. Claud.

Nam quoties miſſurus erat reſonante fritillo,
Vtraque ſubducto fugiebat teſſera fundo.

Idem & pyrgus ſiue turricula erat, vt è Martiale conſtat:

Mart. lib. 14. epig. 16.

Quærit compoſitos manus improba mittere talos:
Si per me miſit, nil niſi vota facit.

Nam

Nam vaſculum illud oblongum & teres imaginem & effigiem rotundæ turriculæ præbebat. ne igitur improba fallacique manu bolos quos vellent aleatores veterani iactarent, aliosque fallerent, excogitatum fuerat ad fraudem tollendam, vt per pyrgum mitterentur tali: intus autem pyrgus excauatus erat gradatim exculptusque, vt agitati concuſſique tali, in graduum offendentes ſupercilia, volutarentur incertiorque iactus eſſet: Auſonius, *Vidimus & quondam tabulæ certamine longo,* Auſon. in commemorat. profeſſor. Burdegalenſ.

Omnes qui fuerant enumeraſſe bolos:
Alternis vicibus, quos præcipitante rotatu
Fundunt excuſi per caua buxa gradus.

Bolos porrò in eo ludo vel dabant vel reuocabant: vnde & hodie teſſerarum ludus, datorum ludus vocari ſolet: Auſonius eodem loco,

Narrantem fido per ſingula puncta recurſu Auſon. ibid.
Quæ data, per longas quæ reuocata moras.

Quod idem in duodecim ſcriptorum ludo vel calculorum fiebat. Cicero in Hortenſio, *Itaque tibi concedam, quod in xij. ſcriptis ſolemus, vt calculum reducas, ſi te alicuius dati pœnitet.* Cic. in Hortẽſ. qui enim calculũ mouit, & in aliqua ſede lineáue collocauit, dedit: qui ſi ſe malè collocaſſe putat, reducit calculum.

Albæ ſententiæ, Dama, cæcus fluctus.

CAPVT IIII.

Asinivs Pollio apud Senecam Albutij ſentẽtias, quæ apertæ erant, faciles, non obſcuræ, non tenebricoſæ, appellat albas, quòd quæ alba ſunt nihil atrum, nihil caliginoſum habeant, ſed clara quadam luce ſuffuſa pelluceant: eius verba ſunt, *Sententiæ, quas optimè Pollio Aſinius albas vocabat:* Senec lib. 4. controuerſ. id Græco more factum eſſe ſuſpicor, cùm præſertim apud Euſebium ſæpenumero legamus λευκότατον, pro clariſſimo & facillimo. Euſebius. Sed quod nõ tranſiri temerè & inattentè debuit, ex eo mox Senecæ loco perſpici poteſt, cur ab Horatio ſcriptum ſit,

Viſne tegam ſpurco Damæ latus?

Nam cùm Dama diminutionis forma à Demetrio deductum ſit, nomen Horat. lib. 2. ſat. 5. ſeruile eſt, & in Horatio libertini hominis, quales multi ad opes perueniebant, & ſi pro viliſſimis & ſordidiſſimis ſemper habebantur. Adſcribam Senecæ verba, *Idem rei dicebat omnium ſordidiſsimas, acetũ & puleium, & Damam, & Phileroten, laternas & ſpongias.* Senec. lib. 4. controuerſ. Cùm igitur Horatiani mihi loci in mentem inter legendum veniſſet, in articulo opprimendum putaui, & huic ſchedulæ inſerendum, cùm ei nonnulla lux è Seneca affulgere videatur. Æquè & quiddam Græcanicum olet illud Liuij apud Senecam de

Senec.lib.1. Controuerſ. Homerus. Apud Non.in Cæcum.

de Ciceronis morte, *unde aliquoties in altum prouectum, cùm modo venti aduerſi retuliſſent, modo ipſe iactationem nauis cæco voluente fluctu pati non poſſet*: illud enim cæco fluctu, eſt quod ab Homero ſcriptum eſt κύματι κωφῷ, quod & ante Liuium ita Latinè Siſenna explicarat, vt apud Nonium reperimus. Nec mediusfidius alienum & inſcitũ fuerit verba Siſennæ ſubiungere: *ſubitò*, inquit, *mare ſubhorreſcere, cæcóſque fluctus in ſe prouoluere leuiter cœpit*. cæcum autem fluctum Nonius idem interpretatur, occultè malum, latentem, & tacitum: grammatici Græci explicant fluctum ſine vento ortum, nec murmurantem ſonantemque. Liuius quidem intelligere videtur fluctum vento ſilente, aut non ſtrepẽte excitatum, cùm ſcripſit, *partim ventis reflantibus relatum ſæpius in littus, partim cæco fluctu iactationem nauis pati non potuiſſe*: nec aliter ſentit Siſenna. Ac cæcus dicitur fluctus, cuius non ſentitur nec apparet cauſa, vt cùm venti quieſcunt. quæ enim præter ventum excogitari poteſt maris frementis & fluctuantis cauſa? quo horreſcente & aëre quieto, meritò fluctus cæcus dicitur: id autem plerunque fit ante ventos coortos, vnde & Maro ſcripſit in prognoſticis venti,

Senec.lib.1. Controuerſ.

Virg.li.1.Geor.

Principio ventis ſurgentibus, aut freta Ponti
Incipiunt agitata tumeſcere.

Flamen furinalis, Falacralis.

CAPVT V.

Var.li.4.de ling.Lat.

FLAMEN eſt apud Varronem furinalis diuæ, vt ait ille, Furinæ: ſed quæ ſit iſta diua Furina, ſollicitè anxieque quærunt antiquarij, qua ignorata, nec eius quidem flamen cognoſcetur. ego ſi potero iſtum ſcrupulum eis eximam: ego enim diuam Furinam arbitror Erinnyn eſſe, & furiam, quod duorum locorum comparatione conſtituere & confirmare poſſe videor: atque hoc genus argumẽti imprimis firmum certumque eſt, cùm alterius loci aut ſcriptoris interpretatione, obſcuritas & caligo detergetur. Sic ergò in libro de viris illuſtribus ſcribitur de Graccho, *& Pomponio amico apud portam trigeminam, P. Lectorio in ponte ſublicio perſequentibus non reſiſtente, in lucum Furinæ peruenit*. Idem iſtud ſic Plutarchus ſcribit, ὁ δὲ φθάνει μικρὸν εἰς ἱερὸν ἄλσος Ἐριννύων καταφυγών. Ita Plutarchus Furinam interpretatur furias, cui ſententiæ nec intercedere poſſum, neque quicquam diffindere, vt inquit Flaccus, cur non ei aſſentiar. eſt & in Varrone falacralis flamen à diuo Falacre dictus, ſed deus iſte in vaſto quodam latere obſcuroque & caliginoſo chao videtur tacitus & ignotus, neque cuiquam qui ſit, proditus: eruere tamen eum conabimur è tantis tenebris in lucem, ſi noſtræ aſpiret coniecturæ fortuna. nam præter coniecturam afferre nihil

Plin.de viris illuſtr.c.65. Plutar. in vit. Gracchor.

Varr.lib.4.de ling.Lat.

hil possum: quæ si in grauioribus rebus interdum boni consulitur, hîc aspernanda non est. Igitur vt diua Palatua dea erat, quæ Palatio prȩerat, cuius flamen Palatualis vocabatur, & Volturnus fluuius, cuius flamen Volturnalis: item crediderim diuum Falacrem deum fuisse, qui loco cuidam, qui falacer aut falacrinus vocabatur, præerat: sunt enim cognomines & gentiles locorum dij, vt Clitumnus & fontis, & dei fontis præsidis nomen erat. Falacrinus autem locus recensetur ab Antonino in itinerario Antoninus in Italiæ non procul Roma: quispiam fortasse etiam existimet à phalis circi itinerar. nomen habuisse, sed alterum credibilius videtur. Hæc mea est in hunc locum symbola, qui quid melius conferre poterit, non modo non offensurus est me, vt gratiam vltro sim ei habiturus, quòd me errore liberauerit: etsi non multum errat ille, qui suæ non multum confidit coniecturȩ, cuius vt verisimilem fidem, ita dubiam lubricamque sententiam intelligit.

Auida pars, fortuna gubernans, mœnia mundi, tremor clarus, pennipotentes, plumbi potestas.

CAPVT VI.

Avidos homines auaros plusque semper appetentes insatiabili quadam cupiditate intelligimus, à qua notione non deflexit Lucretianum illud, quod quadam nouitate insigne, neque vulgaris palati neque publici saporis, obseruandum fuit:

Principio, inquit, *quantum cœli tegit impetus ingens,* Lucret. lib. 5.
Inde auidam partem montes siluæque ferarum
Possedere,

Hîc auidam partem, si quid iudicare possum appellat magnam, quòd auidi sit plus appetere, nec paruo contentum esse. vt autem Romæ erat fortunæ obsequentis, fortunæ respicientis templum: sic cùm Epicurei fortunȩ arbitrio omnia sursum deorsum temerè ferri in hac rerum summa censeant, vniuersoque reginam & imperatricem præficiant omnia regentem, ritu Romano cognomentum ei imposuit, gubernantemque appellauit hoc versu ex eodem libro deprompto,

Quod procul à nobis flectat fortuna gubernans: Lucret. ibid.

Quanquàm & eo respexisse videtur, quod vetustas non vnum tantum sed duo fortunæ gubernacula tribuit: vnde à Plutarcho scriptum est de ea ex Pindaro, οὐδὲ δίδυμον στρέφουσα πηδάλιον. est & ab eo natura gubernãs eodem Plutar. lib. de fort. Romanõ. modo vocata: neque vt à politissimo & doctissimo interprete Lambino scriptum est, desunt libri in quibus pro fortuna gubernans, natura scriptum extet. Illud singulare & nusquam locorum ab vllo præterea (quod

equidem

Lucret.lib.5. equidem recorder) vſurpatum *ambens* pro ambedens, quod & erroris in-ſimularem, niſi carminis lex calumniandi fiduciam eriperet & auferret: nam in proſa non dubitaſſem ſine vlla religione audacter ambedens huc inferre. Proinde autem quaſi hic mundus vel vrbs quædam ſit, mœnibus vndique ſepta & circundata, aut locus munitione circunuallatus & clauſus, cœlum mundi mœnia vocare conſueuit: vt eodem libro,

Lucret.ibid. *Lunámque efficerent & magni mœnia mundi,*

id eſt cœlum. Idem etiam pereleganter & è proprietate luminis ſtellarum tremuli, cuius etiam rei cauſam philoſophi inueſtigare conantur, cœleſtium illorum ignium ſplendorem, tremorem vocat,

Lucret.ibid. *Dum tremor eſt clarus, dum cernitur ardor eorum.*

ex quo & Maro doctiſſimus poëtarum dixit de luna,

Virg.7. æneid. *—Splendet tremulo ſub lumine pontus.*

& de Solis etiam luce Lucretius,

Lucret lib.5. *Sub terris ideo tremulum iubar hæſitat ignis.*

Pennipotentes etiam egregio vocabulo aues appellat, ex eo quod pennis potiantur: nam potens, eſt etiam potiens, vt

Horat. lib.1. od.5. *—potenti veſtimenta maris deo,* id eſt Neptuno maris potienti.

Quadrupedum, inquit Lucretius, *membris & corpore pennipotentum:*

Lucret.lib.5. quanquam non me latet etiam Neptuno dici poſſe permiſſam maris poteſtatem, eoque potentem maris appellari, & pennipotentes quæ pennis valent & nituntur vocari. vt autem à Marone *canum vis*, pro canibus, & à Lucretio quoque dicitur: eodem etiam modo & plumbi poteſtas hoc verſu,

Virg.4.æneid.

Lucret lib.5. *Et ſimul argenti pondus plumbíque poteſtas.*

Lucret.ibid. & rurſum, *Ex alienigenis membris compacta poteſtas,* Cùm autem canit,

Lucret.ibid. *Et ferro cœpere ſolum proſcindere terræ,*
Exæquatáque ſunt creperi diſcrimina belli:

ſignificat, vt ferro arare cœperunt, ſic & peræquè ferro inſtituiſſe pugnare, & ferro committere aleam præliorum.

Libatis dapibus apud Flaccum, noſter ludos ſpectauerat, vna luſerat in campo. CAPVT VII.

QVID ſit apud Flaccum *Libatis dapibus paſcere*, non tam facilè fortaſſe reperias, qui tibi explanet, quàm vel in littore algam, vel in ſentibus ſpinã inuenias. proinde operã mihi hanc ſumendã putaui, vt eos edocerem, qui facilius à vero aberrarent, quàm rectam viam inſtarent: ſic autem ſcribit,

Horat.li.2. ſat.6. *Ante larem proprium veſcor, vernáſque procaces*
Paſco libatis dapibus.

Ego

Ego hoc crediderim referendum ad antiquorum pietatem, qui partem cœnæ lari, dijsque donabant, & in focum mittebant lari ſacrum, vt conſtat: id enim erat libare dapes: ex ea conſuetudine, vt arbitror, ſcribit Varro, vt à Marcello citatur, *quocirca oportet bonum ciuem legibus parere, & deos colere, in patellam dare* μικρὸν κρέας: & Cicero de Finibus, *atqui reperiemus Aſotos primum ita non religioſos, vt edant de patella*, id eſt, vt edãt ea, quæ dijs è cœna libata ſunt: ſed ritus ille optimè intelligetur è Plutarcho, ita in libello de fortuna Romanorum ſcribente, οἱ δ' οὔ φασιν, ἀλλὰ παρθένον τὴν ὀκρισίαν ἀπάργματα καὶ λοιβὴν ἑκάστοτε λαμβάνουσαν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς τραπέζης, ἐπὶ τὴν ἑστίαν κομίζειν, καὶ τότε τυχεῖν, ὥσπερ εἰώθει, τῷ πυρὶ τὰς ἀπαρχὰς ἐπιβάλλουσαν. Ea igitur ſe caſtitate & ſanctimonia ruri dicit cœnare Horatius, vt dapibus niſi ante Deo piè libatis, veſci non ſoleat. Inde & dij patellarij à Plauto feſtiuè iocante ſunt dicti, quibus in patella libabatur, non magna ſacrificia fiebant. Tales dij erant in larario domeſtici penates & lares. Quid? non & illud negotium faceſſit?

Varro apud Non. in Patella. Cic. 2. de Finib. Plutarch. in lib. de fort. Rom. Plaut. Ciſtell. sc. Credo ego.

—noſter ludos ſpectauerat, vnà
Luſerat in campo.

Horat. lib. 2. ſat. 6.

Non tamen operosè velut è cuniculo latebroſo effodiendus eſt ſenſus. Imitatur enim ſermonem hominum ſibi inuidentium, & mirantium tam proſperam ſecundamque fortunam ſuam. Horatius, inquiunt, noſtri ordinis & loci erat, & in vltima cauea nobiſcum ſpectabat ludos inter pauperum cuneos, in campo Martio nobiſcum ſeſe exercebat, qui fortunæ filius nunc videtur, tantis auctus ſucceſſibus eſt. Nam Senatores ludos threatrales ſpectabant ex orcheſtra: è quatuordecim ordinibus equites, & plebeiorum lautiores & ditiores commodius ſedebant, pauperiorum deterior vt conditio, ſic & in cauea locus: in campo quoque generoſi cum generoſis ſe exercebant, pauperes cum pauperibus. Ergo iuuenem Horatiũ olim ſui fuiſſe ordinis dicebant, qui fortunæ indulgentia ad amicitiam Mæcenatis opesque peruenerit, & fortunæ beneficio prouectus ſit ad tantam fœlicitatem.

In ſecunda Horatij oda quædam explicata, ſacras iaculatus arces,
Ilia vltrix necis Cæſaris, pater & princeps.

CAPVT VIII.

MIHI videtur Horatius ſecundo carmine libri primi commemorare prodigia mortem Cæſaris ſecuta, offenſionem deorum & iram oſtẽdentia, & augurium ciuilium deinceps bellorum euentumque portendentia. Cùm autem ſolerent prodigia & portenta procurari & expiari, iraque

deorum obſecrationibus & precibus placari, vtrunque in ea oda reperiemus. Oſtentum autem erat dirum & funeſtum, cùm ſacræ ædes de cœlo tangebantur: ex quo ſcripſit, *—& rubente*

Horat. lib. 1. od. 2.

Dextera ſacras iaculatus arces
Terruit vrbem ſic M. Tullius,

Cic. 1. de diuinat.

Nam pater altitonans ſtellanti nixus olympo,
Ipſe ſuos quondam tumulos ac templa petiuit,
Et Capitolinis iniecit ſedibus ignes. & alio loco Horatius,

Horat. li. 1. od. 12.

Tu parum caſtis inimica mittes
Fulmina lucis.

Iam quòd rubentem dextram dixit, id verò fecit vt tertiam manubiam ſignificaret, quæ ignea eſt, & minax, & ab Ioue de conſilio deorum ſuperiorum mittitur, aduritque & magnam ſignificationem habet ſtatumque mutat, vt à Verrio ſcribitur. Iliam autem vltricem eſſe necis Cæſaris dicit, quòd Iulia familia ab Iulo eſſet, qui & Ilus erat, dum res ſtabat Ilia, vt poëta ſcribit: ab Ilo autem Ilia erat oriunda, vt & reges Albanorum. Eam vxorem Tiberis ait Horatius, cùm alijs fuerit Anienis, quod ex eò fictum eſt, quòd in Anienem ceciderit. Ouidius,

Verrius apud Feſt. lib. 11.

Nec te prætereo, qui per caua ſaxa volutus
Tiburis Argæi ſpumifer arua rigas:
Ilia cui placuit Iterum,

Ouid. 3. amor. eleg. 5.

Atque ita ſe in rapidas perdita miſit aquas:
Suppoſuiſſe manus ad pectora lubricus amnis
Dicitur, & ſocij iura dediſſe thori. Silius libro 12.

Ouid. ibid.

Ad genitorem Anio labens ſine murmure Tibrin.
Hic vt ſigna ferox dimenſaque caſtra locauit,
Et ripas tremefecit eques, perterrita pulſis
Ilia prima vadis ſacro ſe coniugis antro
Condidit.

Silius Italic. li. 12.

Veruntamen quia mox in Tiberim euehitur Anio, quidni huic nupſiſſe videri eodem modo poſſit, cùm fortaſſe in confluentem ſe abiecerit? Porphyrio narrat Ennium ſcripſiſſe iuſſu Amulij in Tiberim præcipitatam fuiſſe: quod ſi eſt, iuſtius vxorem & veriſimilius etiam eam finxit Tiberis. Proteus autem phocas Neptuni paſcit vt Enalus eius equos: ſed & *columbas* cùm dicit, palumbes intelligit, quæ in arboribus ſedent, non item villaticæ. Expiationem prodigiorum & portentorum optat mandari dijs Romano amicis populo, vt Apollini, qui Romanis Troianorum progeniei fauet. nam vt ab Ouidio ſcriptum eſt,

Porphyr. in Horat.

Iuppiter in Troiam, pro Troia ſtabat Apollo:

Ouid. li. 1. Triſtium eleg. 2.

&

& alioqui religioſiſſimè Romæ & auguſtiſſimè colebatur, additis ad religionem etiam magnificentiſſimis Apollinaribus ludis.

Nube candentes humeros amictus, [Horat. li. 1. od. 2.]

dixit, vt Homerus in Iliade, νεφέλῃ εἰλυμένος ὤμους: & libro primo ὁ δ' ἤϊε νυκτὶ ἐοικώς. [Homer. Iliad. 5.] quòd ſcilicet dij cùm veniunt, tamen à nemine videntur. Venus autem vt Æneæ mater, Romani generis erat parens, & *Æneadum genitrix* [Homerus Iliad. 1.] à Lucretio vocatur. Mars verò conditoris pater, atque ei etiam vindicata [Lucret. lib. 1.] Cæſaris nece, templum cognomento Vltori condidit Auguſtus. Auguſto poſtremò aſſentatur, quem ſcelus cædis Cæſarianæ dicit expiaſſe cæſis interfectoribus, Mercurium hominis ſpecie celantem, & deum inter homines gerentem. Mercurium porrò etiam vltorem & expiatorem cupit, quia Troianis per Maiam cognatus erat. Quod autem ait,

Hic ames dici pater atque princeps. [Horat. lib. 1. od. 2.]

Ideo dicit, quia Auguſtus pater patriæ appellatus fuit, atque etiam ante hoc cognomen Senator erat, & nomine principis Rempublicam ſub ditionẽ accepit ſuam. Tacitus, *Lepidi atque Antonij arma in Auguſtum ceſſere, qui cuncta diſcordijs ciuilibus feſſa nomine principis ſub imperium accepit.* [Corn. Tacit. lib. 1.] Nomen autem iſtud ſumpſit eorum imitatione, qui principes, vt reor, Senatus legebantur, aut quòd Senatores principes dicerentur.

Arma Herculis ad poſtem fixa, ſoluere operam, coleata cuſpis, mina ouis, naphtha, viuus lapis, viuum oleum, maltha, malthinus.

CAPVT IX.

APPARET ad gladiatorios ludos fuiſſe Herculis ædem aliquam, vel ædiculam, aut etiam ludos ei dicatos fuiſſe: aut cur ſcripſit Varro? *Ex his atque huiuſmodi inſtitutis & vita, vel ad Herculis athletæ facti erant:* & [Apud Non. in] [Vel pro etiam.]

Veianius armis Herculis ad poſtem fixis, [Horat. lib. 1. epiſt. 1.]

ab Horatio dictũ eſt, pro relicto ludo gladiatorio. qui enim artẽ aliquam deſinebant, eius inſtrumenta dijs ſuſpendebant, ſacrabantque: Maro,

Hic arguta ſacra pendebit fiſtula pinu. [Virg. Eclog. 7.]

Potiſſimum tamen artis præſidibus eum honorem habebant, vt è 6. epigrammaton lib. conſtat: ſic & gladiatores, qui ſe virtutem Herculis æmulari cenſebant, cùm erant rude donati, arma Herculi ſua dicabant, quod furtim fecit Veianius rude non donatus. Sed nos varia conſectamur, ſimileſque venatoribus diuerſas feras agitãtibus vno in ſaltu, vno capite multa mouemus. Operari, in rebus ſacris eſt frequentiſſimum: ſic & ſoluere operam, eſt interdum ſacra facere, & ſoluere rem diuinam, quæ debebatur: vt apud Afranium, *ſoluo operam Dianæ.* Liber erat M. Terẽtij Varronis [Apud Non. in Operari.]

nomine Pſeudulus Apollo,ex eo quod Apollo, vel Laomedonti, vel potius Admeto ſeruiſſet,à quibuſdam tamẽ Pſeudoapollo inſcribitur. Pſeudulus autem à falſo mendacioq́ue nomen habuit, eiusq́ue inſcriptionis iam meminimus, vt & comici Plauti Pſeudulus ſeruus è mendacio totus falſoq́ue concretus nomen inueniſſe videtur. Coleata cuſpis apud Nonium à Pomponio dici videtur pars illa, qua viri ſunt, nec honeſtè poteſt

Apud Non.in Contui. nominari: *conſpicio*, inquit, *coleatam cuſpidem.* Mina ouis à Marco Varro-

Var. de re ruſt. 2. cap. 2. ne vocatur,quæ vẽtre non eſt lanato,ſed glabro: ſed origo nominis quęritur,quam à minus deduci puto, vt ſit quæ minus habet lanæ: argumen-

Feſt. lib. 11. to eſt,quod apud Feſtum Ælius minam eſſe dicit vocitatam mamma altera lacte deficientem, velut minorem factam. quod igitur hic in mamma, illic dicitur in lana: eadem tamen vocis vtrobique poteſtate. *Naphtha,*

Plin. lib. 2. cap. 105. inquit Plinius, *appellatur circa Babyloniam & in Auſtagenis Parthiæ pro-*

Dio in Pomp. *fluens bituminis liquidi modo*: quod idem ferè è Dione Xiphilinus his verbis ſcribit, καὶ τῇ νάφθᾳ κατὰ τῶν μηχανῶν χεομένῃ δεινῶς ἐκάκωσαν· ἀσφαλτῶδες δὲ τὸ φάρμακον τοῦτο καὶ διάπυρον οὕτως, ὥστε ὅσοις ἂν προσμίξῃ, πάντως αὐτὰ κατακαίειν.

Plin. lib. 2. cap. 105. *Huic*, inquit Plinius, *magna cognatio ignium, tranſiliuntq́ue protinus in eam vndecunque viſam. Ita ferunt à Medea pellicem crematam, poſtquam ſacrificatura ad aras acceſſerat, corona igne rapta.* Hæc Plinij verba plurimum afferent lucis, ac veluti prælucebunt Horatio ſic ſcribenti,

Horat. Epod. od. 3.
Hoc delibutis vlta donis pellicem
Serpente fugit alite:

Etſi iocatur allio non naphtha imbutam fuiſſe coronam. appellare videntur Latini hoc genus bituminis liquidi, oleum viuum, Gratius,

Grat. de vena.
Vulcano condicta domus, quam ſubter eunti
Stagna ſedent venis, oleoq́ue madentia viuo.

Sic & Latini lapidem Græcis pyriten dictum vocant lapidem viuum, vt idem Gratius,

Grat. ibid.
Et viuum lapidem, & circa melitenſia nectunt

Iul. Pollux. li. 8. *Coralia.* Maltha eſt Iulio Polluci cera qua tabella iudicum illi-

Onom. cap. 4. nebatur, & interprete Feſto, pix erat cum cera mixta: ſimilis eſt quam in

Cic. 1. in Verr. Verrem Cicero ceram legitimam vocat, qua tabellæ iudiciales incera-

Heſychius. bantur: Heſychio, cera mollis eſt. Eſt & maltha mollis, ex eo quòd mixtum è cera & pice molle erat: inde Horatianus Malthinus mollis eſt, &

Horat. lib. 1. ſat. 2. effœminatus. *Malthinus tunicis demiſſis ambulat*: qui Mæcenas videtur

Senec. lib. 20. fuiſſe, ſi credimus Senecæ ita ſcribenti: *Non ſtatim hæc cùm legeris hoc tibi*

epiſt. epiſt 115. *occurret, hunc eſſe qui ſolutis tunicis in vrbe ſemper inceſſerit?* At Plinio Maltha

Plin. li. 2. cap. 104. limus eſt ſtagni in vrbe Comagenæ Samoſata qui flagrans, cùm quid attigit ſolidi, adhęret, pręterea tactus ſequitur fugientes: ſic defendêre mu-

ros oppugnãte Lucullo, flagrabatque miles in armis suis: aquis etiam accenditur, terra tantum restingui docuêre experimenta. Hîc me quispiam non temerè dixerit, pharmacopolæ quandam tabernam instituere velle, qui tam multas species materię medicamentorum commemorauerim, & varietate quadam luserim: etiam quæ ad medicamentarios nihil pertinent, preterea inseruerim. sed illa nihil illusione offendar, factumq; agnoscam meum, meque etiam copię potius verborum explicandorum, quàm delectui consuluisse vltro profitebor.

Tali, Ianus, falces abenæ, spumans in herbas luna, venefica spumans veneno. CAPVT X.

PLVRIBVS talis ludebatur olim quàm tesseris: quatuor enim ludebatur, vnde & Martialis scripsit,

Non sum talorum numero par tessera. Mart.lib.14. epig.15.

In talis figura laterum pro numero erat, quod & ante obseruauimus: Pollux, τὸ δὲ σχῆμα τοῦ κατὰ τὸν ἀστράγαλον πτώματος ἀριθμοῦ δόξαν εἶχεν. In tesseris erat numerus, vnde & numeros eburnos Ouidius tesseras appellat, vt secundo de arte Amandi, Iul. Pollux lib. 9. onom. cap. 7.

Seu ludet numerósque manu iactabit eburnos, Ouid. 2. de art. amand.
Tu bene iactato, tu bene iacta dato.

& libro tertio, *Et modò tres iactet numeros, modò cogitet aptè* Ouid. lib. 3. de art. amand.
Quam subeat partem callida, quámque vocet.

Atque, ne hoc quoque prætermittam, subire hic & vocare contraria sunt. Nam subit ille eam partem, quam si referat tessera vincitur: vocat quam partem quémque numerum optat reduci vt vincat. Itaque qui iactat tesseras, optionem dat collusori subeundi vel vocandi: qui non iacit, is è iactatis deligit quos subeat & quos vocet, quod quidem & ante attigimus, sed in tumultuaria opera qualis hæc est, fieri vix potest quin quædam repetantur bisque scribantur. sed hæc opera Babyloniorum acum imitetur, varieque pingat.

Qui puteal Ianumque timet celeresque calendas, Ouid. 2 de rem. amor.

cùm Ouidius scribit, vtrum de Iani templo, an de Iano, id est de transitione quadam, quæ ad puteal Libonis esset intelligendum est? nihilo secius illud Horatianum,

—postquam omnis res mea Ianum Horat. lib. 2. sat. 3.
Ad medium fracta est.

Nam & in fori Romani regione legimus fuisse Iani templum, & prope puteal Ianos duos celebrem mercatorum locum auctore Victore. Ego igitur de templo non crediderim accipiendum; eorum autem alter supe- P. Victor de vrb. Rom. regionib. & locis.

P.Vict.ibid. perior dicebatur, alter inferior eodem Victore auctore, vnde & ab Horat.lib.1. epist.1. Horatio ſcriptum ſuſpicor *—hæc Ianus ſummus ad imum Perdocet*, quod eſt ſuperior ad inferiorem vſque: ac medium eorum ſpatium, Ianus Cic.2. de Offi. medius dicitur, vt ſuſpicor, ab Horatio, & à Cicerone libro ſecundo Officiorum, *à quibuſdam viris optimis ad medium Ianum ſedentibus*. non deſunt qui ibi tres Ianos fuiſſe ſcribant. eſſe etiam Ianus cuipiam videretur in Ouidio pars portæ peruia, vt ſi duos in ea diſcrimine interpoſito poſtis medij, Ianos diceres. inquit enim 2. Faſtorum,

Ouid.2.Faſt.
Carmentis portæ dextro eſt via proxima Iano:
Ire per hanc noli, quiſquis es, omen habet.

Liuius.lib.2.ab vrb.cond. Et Liuius, *infœlici via è dextro Iano portæ Carmentalis profecti*. proinde quaſi vetus illa Carmētalis porta continuò duas haberet in proximo vias ſuis adiunctas Ianis: dextram quæ ſcelerata eſt appellata ob calamitatem trecentorum Fabiorum, & alteram ſiniſtram: ſed his in locis de templo Iani proximo Carmentali portæ verba accipienda ſunt, auctore Fe- Feſt.Pōp.li.16. ſto, cuius hæc verba ſunt, *Religioni eſt quibuſdam porta Carmentali egredi, & in æde Iani, quæ eſt extra eam Senatum habere.*

Falcibus & meſſæ ad lunam quæruntur ahenis
Virg.4.æneid. *Pubentes herbæ,*

non eſt de nihilo à Marone dictum. Nam & vim æri medicatam ineſſe credebant, vt ahenis potius falcibus à venefica ſecarentur herbæ quàm ferreis: niſi poëticè æs pro ferro ponitur. Ouidius,

Ouid.7.Met.
— et plantas partim radice reuellit:
Partim ſuccidit curuamine falcis ahenæ.

& ad lunæ lumen lectas herbas efficaciores veneficijs credebant, quòd lunam veneficijs præeſſe cenſerent, & herbas ſua quadam ſpuma & ſaliua Lucan.lib.6. inficere: Lucanus, *Donec ſuppoſitas propior deſpumet in herbas,* Valer.Flac. lib.6.Argon. & Valerius Flaccus: *Quanuis Athracio lunam ſpumare veneno Sciret:* Val.Flac lib. 8.Argon. Eodem modo & de venefica ſcripſit,

Contra Tartareis Colchis ſpumare venenis.

Ouid.7.Met. Itaque in ea re vim maiorem lunæ plenæ etiam credebant: Ouidius,

— poſtquam pleniſſima fulſit,
Et ſolida terras ſpectauit imagine luna.

Apud Maronem quoq; ſacra inferis magica ſe facturā ſimulans Dido, eſt
Virg.4.æneid. *Vnum exuta pedem vinclis in veſte recincta,*

videlicet è ritu & conſuetudine nocturnorum ſacrorum & veneficiorum, vt & apud Ouidium,

Ouid.7.Met.
Egreditur tectis veſtes induta recinctas,
Nuda pedem, nudos humeris infuſa capillos.

Apud

Apud Horatium tamen venefica ſuccincta eſt:

Vidi egomet nigra ſuccinctam vadere palla Horat.lib.1. ſat.8.
Canidiam: ſine calceis tamen,& capillo paſſo:
*—pedibus,*inquit,*nudis paßóque capillo.*

vt & apud Ouidium, *—paßis Medea capillis.* Ouid.lib.7. Metam.

Quod autem addit Horatius, *—ſcalpere terram*
Vnguibus,& pullam diuellere mordicus agnam: Horat.lib.1. ſat.8.

eò facit,quòd veneficæ ſolebāt in ſcrobe ſacra facere dijs inferis,vt apud Ouidium, *Haud procul egeſta ſcrobibus tellure duabus* Ouid.lib.7. Metam.
Sacra facit. quod quidem & ab Homero in Odyſſea cantatur. Quæ in hunc veluti faſciculum illigaui, ſi malè quis coniuncta Homer. Odyſ. λ. putet,vinculum faſciculi enodet,& pro ſcopis diſſolutis habeat.

Dij patrij,conſiſtere,lymphatici nummi,de loco ſuperiore,munus recipiendorum hoſpitum,bibere Græco more.

CAPVT XI.

OBSERVATIVNCVLAS quaſdam in legenda in Verrem oratione tertia,pluma & ramento leuiores in hac collocare charta non ſum grauatus. videor igitur obſeruaſſe vt apud Maronem dij patrij ſunt non patriæ vrbisq; cuſtodes,ſed patrum,familiæ & generis preſides: vt cùm ſcribit,

Dij patrij ſeruate domum,ſeruate nepotem. Virg.2.æneid.

Item apud Ciceronem patrios deos, eſſe eos,qui pietati præſunt patrum Cic.act. 3.in Verrem. in liberos, & liberorum in parentes,cùm ſcribit, *rapiunt eum ad ſupplicium dij patrij,quòd iſte inuentus eſt, qui è complexu parentum abreptos filios ad necem duceret.*non conſiſtere eius mentem dicit, qui furore & vecordia percitus eſt: qui enim furioſi ſunt, iactantur & agitantur, neque vel corpore vel animo conquieſcere poſſunt. C*onſiſtere,*inquit, *eius animum ſine furore* Cic.ibid. *atque amentia non ſinunt*. Et in Antonium, *Nec verò te vnquam neque vigilantem, neque in ſomnijs credo mente poſſe conſiſtere*. hinc & iocus ille Plautinus in Pœnulo, Cic.Philip.1. Plaut.Pœnul. sc.Negotij ſibi qui volet.

A G. *Sunt mihi intus neſcio quot nummi aurei lymphatici.*
M. *Deferto ad me,faxo actutum conſtiterit lymphaticum.*

ſignificat ſe nummos habere, qui exire geſtiant, nec conſiſtere queant, ſed lymphatici ſint atque furioſi: ſeruus pollicetur medicinam, ſeque effecturum, vt ſi ad ſe deferantur lymphatici nummi, conſiſtant, quietique reddantur ſanato furore & lymphatico morbo. Caput eſt ſumma: *quod,* inquit,*aliquot nominibus de capite,quantum commodum fuerit,frumenti decumani detraxerit.*locus ſuperior,roſtra: *cùm agam beneficio populo Romano de* Cic.3.in Ver. Cic.ibid.

loco superiore. Homo sui iuris, qui alteri non paret, nec morem gerit, nec seruit, nec in alterius potestate est, sed suus est, & sententiã sequitur suam, non alienam, nec precibus flecti potest. *quòd,* inquit, *eos in iudicãdo nimium sui iuris sententiæque cognosceret.* Brutus in epistola ad Ciceronem de libertate Reipublicæ dixit, *an vt esset sui iuris & mancipij Respublica?* Est enim sui iuris, quod alterius non est subiectum manui & potestati vllo iure: est sui mancipij, quod non est alieni mancipij & dominij. Expugnare est pugnando & contendendo obtinere & impetrare: vt, *quibus allegationibus illam sibi legationem expugnauit:* sic efflagitare flagitando impetrare: *cùm,* inquit, *iste à Dolabella efflagitasset.* erat in oppidis Græciæ munus quoddam recipiendorum hospitio senatorum, legatorum, magistratuum, quod προξενία dicebatur: quique eos recipiebãt, qui hospitio publico cum ciuitate erãt coniuncti, πρόξενοι dicebãtur: hoc munus significat Cicero cùm scribit, *ostẽdit munus illud suum non esse: se, cùm suæ partes essent hospitum recipiendorũ, tum ipsos tamen prætores & consules, non legatorũ asseclas recipere solere. Fit,* inquit, *sermo inter eos & inuitatio vt Græco more biberetur: hospes hortatur: poscunt maioribus poculis.* dictũ Anacharsidis magnã afferet huic Ciceronis loco lucem. Is enim reprehendebat (vt à Laërtio relatũ est) Grecos, quòd cùm initio minoribus poculis biberent, postea iam saturi & vuidi se maioribus prouocarent: verba sunt eius, καὶ θαυμάζω φησὶ πῶς Ἕλληνες ἀρχόμενοι μὲν ἐν μικροῖς πίνουσι. πλησθέντες δὲ ἐν μεγάλοις. hæc ego telis araneorum per aërem volitantibus leuiora, & pappis carduorum, tamen ista subitaria & tumultuaria scriptura non putaui indigna, supercilium hominũ seueriorum, & nihil nisi graue postulantium facilè contempsimus semper, & porrò contemnemus.

Cic. 3. in Ver. Brut. ad Cic. epist. 15. Cic. 3. in Ver. Cic. ibid. Cic. ibid. Diog. Laërt. in Acharside Scytha.

Depalationes dierum apud Vitruuium, & quædam in eo emendata.

CAPVT XII.

LIBRO Vitruuij nono dierum breuitates & depalationes reperimus: & prioris quidem vocis ceu magisterio, posteriore incrementa dierum significari magis suspicamur, quàm certò scimus, cùm cur depalatio, dierum accretio dicatur, dispicere non possimus. Ego ex horologiorum ratione vocem esse istam vsurpatam puto. Nam cùm eis cuneos modò adijcerent modò detraherent, diminutioníque dierum conueniret adiectio cuneorum, incremento detractio, depalationem ceu cuneorum remotionem, amplificationem dierum significare existimo. Vitruuius, *Quarum breuitates aut crescentias cuneorum adiectus aut exemptus in singulis diebus & mensibus perficere cogit.* Iterum, *Sin autem cuneorum adiectionibus & detractionibus correptiones dierum aut crescentiæ non probabuntur.* Eodem in libro, cùm

Vitru. lib. 9. cap. 8. Vitru. lib. 9. cap. 9. Vitru. ibid.

cùm formæ horologiorum ab antiquis inuentæ commemorantur, quædam efferuntur ijs verbis, vt intelligi nullo modo possint: vt cùm scribitur, *vti gonarchen, engonaton, antiboræum*, quis has voces vlla in Grammaticorum aut Astrologorum schola vnquam audiuit? quis denique Græcus Græcas agnoscit? & si nescio quid Græcanicum balbutiunt, & strepunt. Equidem non spero me ita fœliciter diuinaturum, vt quod scripserit Vitruuius, me velut ab Apollinis cortina monitũ profari posse iactem: tamẽ quod hariolabor nihilo istis vocabulis deterius erit: & de eorum ineptijs, & nugis fortasse commẽdationem adipiscetur & triumphabit. Quid igitur si dicam Vitruuium scripsisse? vt εἰκόνα γῆς, εἰκόνα τοῦ ἀντιβορείου, vel εἰκόνα τῶν ἀντιβορείων. has quidem voces quis non vendibiliores fallacibus illis mercibus putet? nec tamen ab earum sono & vestigijs longè recedunt: neque istæ appellationes parum quadrare horologijs videntur. Sed hîc fortasse vatem suum fefellit augurium, alterũ locum corruptissimum parum abest quin glorier à me verè restitutum. Nam cùm ita scribit, *Item aquarum expreßiones* αὐτομάτους, *porrecti rotundationísque machinas*, quis est ita cæcus, quin videat hic porrecti rotundationisque alieno loco mentionem inductam? Certè in antiquissimis editionibus hæ voces nusquam cõparent, sed in eis ita editum est, *automato pictásque machinas*, è quibus integrãda vna vox est αὐτοματοποιητάς, sensusq́; perbellè sese habebit, & cõueniet his de quibus disputatio instituitur. scribit non longè hinc Vitruuius, *Influens aqua subleuat scaphum inuersum*: ad quem locum Budæi manu in editione antiquissima (cuius mihi copiam vir & humanissimus & doctissimus Memmius fecit) cùm emendatum inuenerim scaphium, tanti hominis iudicio, cui parem nostra sæcula nec tulerunt nec ferent, non dubitabo pronunciare scaphium scribendum esse videri.

Vitru. ibid.

Vitru. ibid.

Vitru. ibid.

Spiritus redundantia, sabulo masculus, liquescere, Vitruuius & Plinius emendati. CAPVT XIII.

APVD Vitruuium libro octauo spiritus redundantia esse videtur aëris quædam reciprocatio, impetus & vnda, *Nanque*, inquit, *corpora sine spiritus redundantia non possunt habere vitam, nisi aër influens cum incremento fecerit auctus & remißiones continenter.* hoc ita explicãdum vt dixi puto, & vt scripsi excudendum. Nam hunc quidem ne apertè intelligi possit, velut quodam sæpiæ atramento oblinentes obscurantesque *sine spiritu redundantia* excudunt. in eodem libro sabulo masculus est, sabulo non tam tenuis solutusque: sed paulò crassior concretiorque: eum enim soluto opponit, veluti interpretatione sua scripta declarans. sed verba eius subijcere operæpretium

Vitru. in præf. lib. 8.

Vitru.li.8. c.1. ræpretium fuerit.neſcio quomodo enim teſtatiora videntur omnia, quæ cana illa antiquorum fide probata ſunt. *Item*, inquit, *ſabulone ſoluto tenuis*, Vitru.ibid. non longè hinc ſubijcit, *Item ſabulone maſculo arenáque & carbunculo certiores*: ecce diſertè ſabuloni ſoluto maſculum oppoſuit. idem liqueſcere eleganter, pro colari & dilabi dixit, quòd quæ liquida ſunt, ſic diffluere Vitru.ibid. ſolent. ita enim loquitur de aquis, *Rubro ſaxo & copioſæ & bonæ, ſi non per interuænia dilabantur & liqueſcant*: Id eſt modo per interuænia non diffluant tranſcolenturque ac diſperdantur. Scribit Vitruuius eodem libro, ſed vt excuditur, verè atro & nigro atramento: nec enim commodè in- Vitru.li.8.c.3. telligi poteſt duntaxat, ſi verba ſequaris. Scribit igitur, *ruunt in ſummo ſpiritus aquæ bullitus*. Ego inuitis omnibus libris aquæ bullitu legam, putóque ſibilum aduerbij *ſimul* continuò excipientis adhæſiſſe tergo prioris vocis cum ſententiæ diſpendio. ſcio iſtud quibuſdam friuolum viſum iri, neque ſcriptione dignum: ſed vſque adhuc tamen exibilari illud non potuit, & omnibus negotium exhibuit: & ipſe mihi quoque conſcius ſum friuola me quidem paruaque confectari, quæ tamen fortaſſe aliquem iu- Vitru.ibid. uabũt, vt ſcribere non pigeat. æquè illud moleſtum eſt & odioſum, *in quo natat inſuper oleum odore vti ſcobe citreo*: legendum vti ſcobs citrea. etiam Plinius deprauauit Vitruuium, ſi deprauaſſe videri poteſt, qui antè ipſe per ſummam iniuriam corruptus ab indoctis fuit. Nam in Plinio ita ſcri- Plin.li. 31.c.2. bitur, *Necare aquas Theopompus & in Thracia apud Cychros dicit*: at apud Sotionem aliter populus ille nominatur, & vt opinor melius, in referen- Sotion. da Theopompi ſententia, cuius verba ſubſignabo, Θεόπομπος ἱστορεῖ κρήνην ἐν Χρωβὶ τῆς Θράκης, ἐξ ἧς τοὺς λουσαμένους παραχρῆμα μεταλλάσσειν: & apud Vitruuium in antiquis editionibus nomen integrum conſeruatum erat hoc Vitru.li.8.c.3. modo, *Chrobſi Thraciæ lacus, ex quo non ſolùm qui biberint moriũtur, ſed etiam qui lauerint*: vbi animaduertendum eſt aduerbium è gentis nomine à Vitruuio graiorum more Chrobſi elatum eſſe. Sed vti dixi Plinij iniuria Vitruuio calamitoſa fuit: nunc Sotion erit ambobus ſalutaris, & vtrique, quod ademptum eſt, reddet, iniuriamque illorum ſarciet.

Autumnus, vites fundi, ſereſcere, glacies æris, omnimodis, decepta non capiatur, flammæ flos. CAPVT XIIII.

QVÆ rerum eſſe vocabula plerunque credimus, ea rerum imagines ſignificant nobiſque illudunt falſa quadam ſpecie & ludibrio: vt apud Lucret.li.1. Lucretium, *Vites Autumno fundi ſudante videmus.* vbi partem anni accipimus, cùm Autumni ſimulachrum pictum ſignificari credam. Autumni tamen tempus per inuerſionem intelligi cenſeam: nam

nam Autumnus ita pingebatur,vt aut è vitibus vinum colligeret,aut vuas calcaret,vel ab earum calcatione sordidus esset: Ouidius,

Stabat & Autumnus calcatis sordidus vuis: Ouid. 2. Met.

pingebatur & pomis capite redimito, Flaccus,

Vel cùm decorum mitibus pomis caput Horat. Epod. od. 2.
Autumnus aruis extulit.

Fundi autem vites dicuntur,quæ vinum fundunt,vt arbustum dicitur fluere,quod vinum profundit. Cæterùm ab eo poëta hoc versu,

Denique fluctifrago suspensæ in littore vestes, Lucret. li. 1.

Fluctifragum littus dicitur, propterea quòd littora fluctum sibi illisum frangunt,vt apud Horatium,

Quæ nunc pumicibus oppositis debilitat mare, Horat. li. 1. od. 11.

ἀκτὴ quoque Græcis à frangendo dicitur littus. At mox,

Dispansæ in sole serescunt: Lucret. lib. 1.

per syllabæ detractionem curtatum,valet serenescunt & siccantur. significare & hoc verbum potest,in serum abire mutarique,quę tenuissima pars lactis est: vt si lac serescere diceres, qua notione accipi in veste non potest: nisi si quis vt caseus exeunte sero siccatur,sic exeunte humore siccari vestem diceret: quam translationem vix probauerim. probabile est à sero priore correpta serenum deductum, à quo & seresco: sed & serum casei est eius siccatio,& tanquam serenum cùm exit foras.

*Tum glacies,*inquit,*æris flamma deuicta liquescit,* Lucret. ibid.

Hic glaciem æris dixit audacia in loquendo penè temeraria, pro soliditate, rigore & duritie, quòd talis glacies sit, vel potius Græcos imitatus est,quibus πάγος, id est glacies, etiam saxum significat solidum & durum, sed & frigus. Cùm autem ait, *Ignis enim foret omnimodis,* Lucret. ibid.

Intelligit quacunque ratione,situ,positu,collocatione,raritate,densitate, adiectione,detractione,rem mutaret in procreando,semper ignem fore, nec rem aliam: estque omnimodis antiquum aduerbium, vt & multimodis. Illud autem, *Carmina quinetiam diuini pectoris eius* Lucret. ibid.
Vociferantur,& exponunt diuina reperta.

ob grandiloquum Empedoclis poëma à Lucretio dicitur, quod vocale propè animatumque erat, nec humili sono deductoque versu strepebat, sed contenta altaque voce profabatur vociferabaturq;. Quod autem ait,

—deceptáque non capiatur, tractum esse videtur à feris, auibus, piscibus. Lucret. ibid.

nam fouea, pedica, nassa, area, esca decipiuntur atque capiuntur, in damnumque & incommodum incidunt: non tamen pueri, qui epoto amaro absinthij poculo conualescunt. Donatus paulò aliter accipit, & capere decipere interpretatur. sic enim in Eunuchum scribit, *Quia est & bonus dolus,* Donat. in Eun. Terent. act. 3. sc. 3.

dolus, quo à medentibus falli ægros, non tamen decipi Lucretius poëta teſtatur. Illud verò tranſlatione pulcherrima exornatum eſt,

Lucret. li. 1. *Donec flammai fulſerunt flore coorto:*

Quod eſt, donec arbores ramos inter ſe terendo, tandem expreſſo igne coruſca flamma micare fulgereque cœperunt. flos autem flammæ elegantiſſimè dicitur, nec multò ſecus videri poteſt dixiſſe Æſchylus, τὸ σὸ γὰρ ἄνθος παντέχνȣ πυρὸς σέλας. Aechyl. Prom. vincto.

Arbor aſsita, dignitas, præterea. CAPVT XV.

Nos ex noſtra inſcitia alios fingimus & exiſtimamus, improbè fortaſſe: ſed profectò ea nobis cauſa eſt ſcribendi tralatitia multa: quæ quòd diu ignorauimus, alijs etiam multis ignota credimus: velut eſt illud quod apud Flaccum hic exponimus, quod, vt dici ſolet, in ore eſt omni populo.

Horat. lib. 2. epiſt. 2. *Sed vocat vſque ſuum, qua populus aſsita certis*
Limitibus vicina refugit iurgia:

Diu putauimus adſitam populum eſſe, in limite & confinio plātatam iuxta vicini poſſeſſiones: cuius ſententiæ non me pœnitet aut piget: quia tamen plus ſcriptoribus antiquis fidei habeo quàm mihi, ſententiæ incipio diffidere meæ, ac labaſco paululum. Nam adſitam interpretatur Agretius maritam, iuxta vitem ſatam. eius verba proferam, *Inſita*, inquit, *eſt arbor, cui inſciſſæ alienum germen includitur, aſsita cui incolumi aliquid quod ſuſtineat adiungitur*: locumque Horatianum quem protuli nominat, (Agretius.)

—Qua populus aſsita certis:

quippe, inquit, *quæ vitibus maritatur*. Huius Grammatici ſentētiam perſcribere volui, & facilè ſum paſſus me ignoraſſe videri, quod ille, cui plus videre in literis datum eſt, perſpexit: non tamen omnino quod credideram inſulſum inſcitumq; eſt. legi & qui præpoſitionis rationem non haberet, & aſſitam pro ſata intelligeret. Apertius autem multò Catullus ſcripſit, (Agretius.)

Catul. in Epithalamio Iul. & Manl. *Lenta qui velut aſsitas*
Vitis implicat arbores.

In eodem Grammatico locupletiorem auctioremque vna voce ſcripturam reperio quàm in voluminibus Ciceronis Cęlianæ orationis: ſic enim ſcribit: *pulchritudo formæ in viris dignitas, vnde Cicero pro Cælio, quis non poßit huic ætati atque huic dignitati petulanter, etſi ſine ſuſpicione, at non ſine argumento maledicere?* nomen dignitatis indignis modis ex omnibus expulſum libris nuſquam comparet, credo quòd non ſatis huic loco conuenire videretur, cùm dignitas hominibus deterioris ſeculi in hac notione ignoraretur. Idem apud Saluſtium in Catilina præterea exponit pro præ- (Cic. pro Cælio apud Agret. — Saluſt. in Cat. apud Agret.)

terito

terito tẽpore &anteacto,non cõsueta sanè significatione: sic enim scribit, *præterea præteriti temporis*, Sallustius, *nunquam Hispanos præterea tale facinus facere ausos*. Sallust. in Catil. apud. Agret.

Tempestiuum conuiuium, & intempestiuum.

CAPVT XVI.

CONVIVIVM sæpe tempestiuum dici in antiquis scriptoribus legimus, vt Cicerone in Verrem: *Statuitur Lollius in illo tempestiuo gladiatorum conuiuio*: & de Senectute, *ego propter sermonis delectationem conuiuijs tempestiuis delector*. Apuleius, *Nuptiæ ne illæ fuerunt, an aliud celebratum officium, an conuiuium tempestiuum?* Sed & intẽpestiuũ cõuiuium dicitur ei contrarium. Cicero pro Murena, *neque in conuiuio moderato atque honesto: intempestiui cõuiuij, amœni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio*. Ego tempestiuum conuiuium puto esse, quod non fit de die (Nam id turpe & nequam & intempestiuum habebatur, de die conuiuia agitare) neque in multam noctem producitur: sed quod tempori fit. Nam à Varrone apud Gellium conuiuium cõstare ex rebus quatuor dicitur, quod omnibus suis sit absolutum numeris, si belli homunculi collecti sunt, si lectus locus, si tempus lectum, si apparatus non neglectus. Ad tẽpestiuum quoque conuiuium fortasse pertinuerit diebus potius certis, quàm alijs conuiuas vocare, vt diebus potius festis quàm profestis, & quibusdam profestis potius quàm alijs, vt nefastis. Cùm autem Cato in libro de Senectute ait se delectari cõuiuijs tempestiuis, non in eo plus latere significationis quàm explicaui è Plutarcho ostendam, qui de eodem homine & de eadem re ita scribit: ἦν δὲ καὶ τὸ δεῖπνον ἐν τῷ ἀγρῷ δαψιλέστερον. ἐκάλει γὰρ τῶν ἀγρογειτόνων καὶ περιχώρων τοὺς συνήθεις, καὶ συνδιῆγεν ἱλαρῶς οὐ τοῖς καθ' ἡλικίαν μόνοις ἡδὺς ὢν συγγενέσθαι καὶ ποθεινός, ἀλλὰ καὶ τοῖς νέοις.

Cic. 5. in Ver. — Cic. de Senec. — Apul. 1. Apol. — Cic. pro Mur. — Gell. li. 13. c. 11. — Cic. de Senec. — Plutarchus.

Vitrum herba, luridus color, lucumo samius, Eubœæ cœla.

CAPVT XVII.

CAESAR commentariorũm libro quinto, *Omnes verò se Britanni vltro inficiunt*: hodie glasto excusum est. sed veterem scripturam repræsentaui. Pomponius Mella de ijsdem Britãnis, *incertum ob decorem, an ob quid aliud, vltro corpora infecti*. his in locis ab hominibus doctissimis emendari video, *luteo*, quibus cur non assentiantur nonnulli, hæ sunt causæ: luteam vocat auroram Maro, non vt ceruleam, sed croceam: & in Bucolicis

—*croceo mutabit vellera luto*

dicit, non vt ceruleo: sed illi hoc peccare alijs videntur, quòd cùm huius

Cæs. comment. lib. 5. de bell. Gall. — Pomp. Mella lib. 3. cap. 6. — Virg. eclog. 4.

herbæ ſucco inficiatur ceruleus & viridis color, tamen flores melini ſint & crocei. hi autem vitrum eam herbam appellari ſuſpicantur, & de veſtigijs antiquæ ſcripturæ, & quòd Oribaſius helxinem herbam à Romanis vitraginem vocari dicat, quaſi vitrum etiam herba quædam ſit, non tantum quæ in conſuetudine conflatione efficitur materia pellucidi nitoris. Quod ad me attinet, equidem cenſeo vitrum ſcriptum fuiſſe à Mella, Cæſare, Vitruuio, quod vltrum in eis reperitur, eoque magis permoueor Vitruuij ſcriptis, quod in antiquis eius editionibus ſic reperio: *Item propter inopiam coloris indici, cretam Selinuſiam, aut anulariam vitro, quod Græci iſalin appellant, inficientes, imitationem faciunt coloris indici*. Iſatin autem ſcribendum in Vitruuio eſt, quod qui ignorauêre, ὕαλον fecerunt magno flagitio. Accedit auctoritas Oribaſij ſic ſcribentis, *iſatis, quam infectores herbam vitrum vocant*: ſed & iſatin Plinius glaſtum appellari dicit, quod vitrũ Germanorum lingua ſignificat. Cùm autem Vitruuius ſcribit, *herba, quæ lutum appellatur*, herbam aliam intelligit, quæ luteo croceoque colore inficit, mihi non notam, vt & violæ ſunt luteæ & calthæ. Nec officit, quod ea ſit infectiua Chryſocolla, quæ eſt coloris viridiſſimi: luteum enim ceruleo mixtum, temperatione viriditatem gignit. Vitruuius, *herba quæ lutum appellatur, ceruleum inficiunt*. Plinius, *luteam putant à luto herba dictam, quam ipſam ceruleo ſubtritam pro chryſocolla inducunt*. Sed noſtro more ad alia hoſpitia diuerſabimur. Luridum colorem exiſtimauerim eſſe appellatũ à ſimilitudine coloris luræ, id eſt vtris coriacei, atq; adeò à ſimilitudine corij.

Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ:

ex eo à Marone dictum arbitror, quòd Homerus libro primo Iliados, muſas apud Iouem in Olympo finxerit amœbęo quodam carmine alternis cantare, reſpondentes Apollini his verbis: μουσάων θ' αἳ ἄειδον ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ: quod & ijſdem verbis in Apollinis hymno ſcribitur: perſtudiosè enim imitabatur veterũ poëtarum ſententias. Nam quod Heſiodus etiam dixit, Ἀρχόμεναι θ' ὑμνεῦσι θεαὶ, λήγουσί τ' ἀοιδῆς, nónne id eſt, quo ſuas exorſus eſt epiſtolas Horatius?

Prima dicte mihi, ſumma dicende Camœna.

Quod enim in Iouis honorem poëta Gręcus facere muſas prædicat, illud idem ſe Mæcenati factur ũ dicit Horatius. In Auſonio, Lucumonem quo ſenſu accipi debere ſuſpiceremur diximus: ſed quis ille eſt Samius Lucumo? cùm ſcribit, *Samij Lucumonis acumen*, quo ſignificat hominẽ Samium hebetem parumque ingenioſum & parum acutum. ac videtur Pythagoras intelligi, quem Samium conſtat fuiſſe: ſed is elleboro ſe purgaſſe non legitur, quod quidem ſciam. Quid igitur ſi legamus *Aſij Lucumonis acumen*, vt Cleanthes intelligatur: quem tamen ne id quidem feciſſe legimus: probabilius

Marginal notes: Oribaſius lib. de virtut. ſimplic. — Pompon. Mell. lib. 3. — Cæſar lib. 5. de bell. Gall. — Vitru. lib. 7. cap. 14. — Oribaſ. lib. de virtut. ſimpl. — Plin. li. 20. c. 7. — Vitru. lib. 7. cap. 14. — Vitru. ibid. — Plin. lib. 33. c. 5. — Virg. eclog. 3. — Homer. Iliad. 1. — Homer. Iliad. 1. — Hom. in hym. Apoll. — Heſiodus in Theogon. — Horat. lib. 1. epiſt. 1. — Auſon. epiſt. 21.

probabilius est id ab Ausonio de Pythagora scriptum, quod de Carneade in literas missum accepimus, qui aduersus Zenonem disputaturus, eiusq; scripta refutaturus, se elleboro antè purgauerit. In Valerio scribitur, *Carystumque Chalcidico freto vicinam interiacens, cellæ Eubœæ nomen obtinet:* Valer. Max. li. 1. cap. 8. Iterum, *Eubœæ cellam obtinebis*, scribendum vtrobique è Strabone, *Eubœæ* Valer ibid. *κοῖλα*: ita enim ea pars vocabatur: hoc caput è multis velut panniculis vtcunque consarcinatum est. Strabo. lib. 10. Geogr.

Dominatio, accusator de via citur, tolleno, pilum Græcum, iusiurandum Iouis, aptus pinnis. CAPVT XVIII.

DOMINATIONEM dici obseruaui, cùm filius familiás ius patriæ potestatis exit, suique dominij & iuris, paterque familias efficitur. Id quia rarum est, idoneum censui, quod his coniectaneis insererem. Festus, *Regalia exta appellantur, quæ potentibus insperatum honorem pollicentur: priuatis & humilioribus hæreditates: filio familiæ dominationem.* Fest. lib. 16. cùm dixisset Festus actorem & reum rei nomine censeri: etiam eo nomine accusatorem intelligi subiecit hoc modo, *Itemque accusator de via citur more vetere & consuetudine antiqua*, Fest. ibid. quod, vt opinor, valet accusatorem reum citari de via, & rei nomine contineri. scio de vi accitur in Pompeio hodieque legi, sed malè coniuncta ius est distrahere. *Riuus*, idem inquit, *vulgò appellatur tenuis fluor aquæ non spe consilióue factus.* Fest. ibid. hic quidem ære consilióue emendant, ego legendum crediderim non specu incilióue. in faba refriua legendum auguror, *vt domum datantes reuertito ad rem diuinam faciendam:* vel potius, *te vindico ad rem diuinam faciendam*: imò verò improbatis his Fest. ibid. somnijs legendum reor, *è tritico ad rem diuinam*. Virgo tempestiua ab eodem dicitur, quæ matura viro est & nubilis & formosa, velut *ὡραία*: *auctoritate*, inquit, *virginis cuiusdam tempestiuæ nomine Romes.* Reciperationem Fest. ibid. esse dicit cùm inter populos lex conuenit, quomodo res repetantur recuperanturque: *σύμβολα* si credimus Suidæ appellat Demosthenes 7. Phi- Suidas. lip. quæ pacta conuenta sunt ciuitatum inter se, quibus iura ciuibus vltro Demost. 7. Phil. citroque redduntur. In Astraba Plauti crediderim legendum, quasi tolle- Fest. lib. 16. nonem aut pilum Gręcū reciproces plana via. tolleno *κηλώνειον* est, quod sursum deorsum, hinc inde tollitur more oscilli, & alternis hinc & inde suspicit & despicit. Basilius de eo qui non ducebat rectos scripturę sulcos, *οὐκ ἐῶν ἀνανεύειν καὶ κατανεύειν, ὥσπερ τὰ κηλώνεια, τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν ἀναγινωσκόντων.* Basilius. Pilum quoque Græcum in pinsendo tritico, vna deprimitur parte, altera attollitur more celonij: de eo loquitur Hesiodus *ὅλμον μὲν τριπόδην τάμνειν, ὕπερον δὲ τρίπηχυν.* Hesiod. lib. 2. oper. & dier. Taurus in pudēdis pars est quædam, vnde & Lastauri

 dicti.

dicti:solitaurilia ab hac parte non desunt,qui appellata cēseant: quod in-
Fest.lib.17. nuit Festus cùm scribit, *atque harum hostiarum omnium sunt inuiolati tauri.* Ancum Martium regem magni fecisse veteres videntur, & dignum immortalitate credidisse. Horatius,

Horat.lib.1. epist.6. *Numa quo deuenit & Ancus.* Lucretius libro tertio,

Lucret.lib.3. *Lumina sis oculis etiam bonus Ancus reliquit.* Ennius

Ennius apud Fest.lib.17. *Postquam lumina sis oculis bonus Ancus reliquit.*

Næuius apud Fest.lib.17. Ex Næuio affertur, *Ius sacratum Iouis iurandum sagmine*:quod intelligo iusiurandum Iouis sacratum & sanctum confirmatumque sagmine & verbenis. Nam illa cerimonia verbenarum sanctius reddebatur iusiurandum, quod Iouis erat, vt apud Ciceronem,

Cic.3.de Offic. *O fides alma, apta pinnis, & iusiurandum Iouis!*

vbi non prætermittam exponere dici fidem aptam pinnis, quæ pennata est & pennigera. Nam & Apuleius, verba quæ Homerus solemni & propè perpetua adiectione πτερόεντα appellat, pinnis apta dixit: *Si verba*, in-
Apul.2. Apol. quit, *vt poëtæ aiunt, pinnis apta vulgò volarent*. *Hostium oculissimum* apud
Plaut.apud. Fest.lib.13. Plautum est hostium quod oculus maximè est, id est, quod est charissimum, vt oculus: in quo obseruandum superlationem à substantiuo formatam, vt ab ipse ipsissimus. Hoc capite multis è locis aliquid deguftauimus, sic nauseæ & fastidio occurrentes nostro: vtinam idem apud Lectorem hæc varietas scitamentorum & epularum efficiat: quanquam id potius optare possim, quàm sperare ausim.

Panotij populi, Plinius & Mella emendati.

CAPVT XIX.

SVNT in Pomponio Mella populi immani auricularum patularum prolixitate totum corpus tegentes, nomine Satmali, de quibus, vt suspicor, prodigiosa illa fabula ficta est, quia toto corpore pelliti & bracchati erant, vt cùm hinc inde penderent pellium prægrandes alæ, aures viderentur. Pomponij verba adscribam, *Et Satmalos, quibus magnæ aures, & ad ambiendum corpus omne patulæ, nudis alioqui pro veste sunt*. In veteri libro
Pomp.Mella lib.3.
Plin.lib.4. cap.13. Sannalos lego. eadem in Plinio fabula est, sed alio populi nomine. *Fanesiorum*, inquit, *aliæ in quibus nuda alioqui corpora prægrandes ipsorum aures tota contegant*. ego suspicor hoc mendacium à Græca vanitate ortum, Græco etiam vocabulo signatum fuisse: nec Fanesios, sed Panotios scribendum esse, vt totos auritos. Natus hinc videtur literaturæ error, quòd veteres Latini p tenuem in aspiratam sæpe mutabant. Ita è Panotijs, Phanotij, & denique Fanesij tandem corrupti sunt. Sed ne commentum me quis ista

putet, adſcribam auctoritatem Iſidori, *Panotij*, inquit, *apud Scythiam eſſe* *Iſidorus lib. 11. Etym. cap. 3.* *feruntur, tam diffuſa auriũ magnitudine, vt eis omne corpus contegant. Pan enim Græco ſermone, omne: otia, aures dicuntur*. Panotios igitur in Pomponio & Plinio legendum eſſe arbitror. Suſpicatus aliquando ſum hos populos à Tacito *Fennos* vocari: ſed propenſior ſum, vt credam Helluſios eſſe, de quibus ita ſcribit: *Cætera iam fabuloſa, Helluſios & Oxionas ora hominum vultusque, & corpora atque artus ferarum gerere.* *Tacit. de morib. German.* *Tacit. ibid.* Pomponius enim & Plinius cum Oobijs Faneſios vel Satmalos coniungunt: vt proinde in Tacito ſcribendum etiam putem Panotios, vel Hollotios & Oobios. ſi quis Oonas probat, emptores ouorũ intelligat. Æquè illud eodem in tertio Pomponij, in libri calce, falſum arbitror & deprauatum: *hinc iam lætiores agri amœniq́ue ſaltus. Terotæ & Berini ebore abundant*. *Pomp. Mella. lib. 3.* Legendum ſuſpicor, *terebintho arbore abundant*, ex veſtigijs veteris ſcripturæ, *Terothcberinio*. Non minus & illud corrigendum crediderim, *an exhauſta fructu ſine fine Africa ſe extenderet.* *Pompon. ibid.* non enim illud exhauſta fructu ſatis aut conuenit, aut intelligitur: melius omnino & commodius ad ſenſum, *an inexhauſto tractu:* pręſertim cùm in vetuſtis exemplaribus *an inexhauſta fractu*, legamus. *Sunt*, inquit, *miræ aues cornutæ tragopomones, equinis auribus & Pegaſi*. Rectè Hermolaus ſuſpicatur vel in Plinio, vel in Pomponio eſſe vitium: nam Plinius tragopanadem vocat, quam veriorem ſcripturam ſuſpicor: cùm enim Pan deus cornutus ſit, vt antiquitas credidit, ab eo aui cornutæ nomen tributum exiſtimare non ſtultæ coniecturæ fuerit: Ita tamen vt in Plinio tragopana, non tragopanadem legamus, hoc modo: *equidem & tragopana, de qua plures affirmant maiorem aquila*. *Pompon. ibid* *Hermol. Barb. in Plin.* *Plin. lib. 10. cap. 49.* *Apud hos plus auri quàm Perſis eſt*, ſcribit eodem loco Pomponius: vbi legendum quàm æris eſt. Et, *ripæ potius ſunt quàm littora*, vbi lego, *rupes potius ſunt quàm littora*. nihilo ſecius mox lego, *verum & hanno*: &, *ſed commeatu defeciſſe retulerat*. Sed quid ago? qui Augiæ ſtabulum purgare velim. *Pomp. Mela. li. 3. de Aethiopia.* Plures enim & fœdiores ſunt in Pomponio mendæ, quàm vt in tranſitu poſſint corrigi, & iuſtam operam, non hanc perfunctoriam deſiderant. quod ſi otium nobis ſuppeditarit aliquando, fortaſſe alia in eo maiora vlcera curabimus: quanquam ne interim quidem forſitan omittemus his libris quædam eius vulnera faſcia quadam obligare.

Pes aquæ, pes, cortina, cœli palatum, quæ homines arant, nauigant, ædificant. CAPVT XX.

SOLENT poëtæ humori fluẽti pedem tribuere. id ex eo credo, quòd etiam currere aqua dicatur, quod ſine pedum officio fieri non poſſe videtur: ac certæ ius ſuum poëtæ tenent, vt tranſlationibus vtantur audacius:

Horat.Epod. od.16. Itaque scripsit Horatius, *Leuis crepante Lympha desilit pede*
Lucret.lib 5. & Lucretius, *Qua via secta semel liquido pede detulit vndas.*
Virg.in Aetna. & Virgilius, *Ipse suo flueret Bacchus pede,*
id est, aurei sæculi tempore, vinum sua sponte fluebat, viniq́ue flumina erant, non vt nunc, coactum & expressum calcantium pedibus manat. Significat & pes apud rei rusticæ scriptores, cumulum vinaceorum brisæ subiectorum prelo torcularis: Columella, *& sereno siccoq́ue die vuas quam maturißimas legemus, quibus proculcatis, mustũ, quod defluxerit, antequam preli pes eximatur, statim de lacu in vasa defrutaria deferemus.* Theatri capacitatẽ conuexam & sinuosam, idem Maro in Ætna, vnde illud citaui, cortinam appellat,

Colum.lib.12. cap.19.

Virg.in Aetna.

Carmineq́ue irriguo magni cortina theatri
Imparibus numerosa modis cadit arte regentis.

Nam id de vasis, quæ in theatro ἠχεῖα vocabantur, non tam dici crediderim, quàm de tota eius structura: quæ sic exædificata est, vt numerosæ voces ad spectatorem perueniant, cùm sit musicis designationibus modificata, vt Vitruuius scribit: cortinam etiam pro hemisphærio cœli dixit Ennius, Varrone auctore illo versu,

Vitru li. 5.c.3.

Ennius. Apud Var.lib.6.de ling.Lat.

Corpore ceruleo caua quæ cortina receptat.

vt iam non sit mirandum, eum ingentes cœli fornices scripsisse: quam tamen translationem Cicero reprehendit: vt minus veniam ei dare debuerit, *cœli palatum* appellanti: quod tamen, vt diuersum hominum palatum est, Varroni Ennius probat: idq́ue eo magis, vt reor, quòd Græcè palatum οὐρανίσκος, velut quoddam cœlum vocetur. Illud etiam Catonis bene vestire & bene pascere, pro magnam habere seruorum familiam, & magnos greges & armenta, vt eleganter dictum est, ita & propè poëticè: vt & illud Sallustij ferè eiusdem generis & notæ, *quæ homines arant, nauigant ædificant, virtuti omnia parent.* Id valet agros, maria, vrbes, virtuti parere, & in eius ditione esse: quæ dicendi figura, nec obuia est, & nouitate quadam non nimis accersita nec nimis affectata, etsi audaci, lectorem delectat intelligentem & studijs humanitatis imbutum.

Cic.3.de Orat. Cic.2.de nat. Deorum.

Cic.2.de offic.

Sallust. in bell. Catil.

Locus pontificalis, locus consularis, locus medius, bibere ab summo, cadentia sidera, sacrata iura, omina repetere, acta testudo.

CAPVT XXI.

Virg.2.æneid. Seruius ibid. Festus.

LIBRO 2. Aeneid scribitur, *Inde thoro pater Æneas sic orsus ab alto*: vbi altum thorum summum locum interpretatur Seruius, quem locum dicit pontificalem fuisse: attamen in conuiuijs auctore Festo supra omnes sacerdotes accubabat Rex sacrorum, post eum flamen dialis, Deinde Martialis,

tialis, mox Quirinalis, inde pontifex maximus. potuit tamen sic locus vocari è dignitate pontificis maximi cæteris pontificibus imperantis. Plutarchus in Sympoſiacis apud Romanos dicit honoratiſſimum fuiſſe locũ vltimum ſecundi lecti, ac conſularem vocatum fuiſſe dicit. Nam fortaſſe alius olim fuerat honeſtior locus. Id enim Plutarchus de ſua ætate ſcribit. Seruius quidem domini locum medium eſſe ait in illum Maronis locum, Plutarch. in Sympoſiacis.

—*Mediamque locauit:* atque è Salluſtio exemplum affert. *Igitur diſcubuere Sertorius inferior in medio, ſuper eum Tuſcius Fabius Hiſpanienſis Senator ex proſcriptis: in ſummo Antonius, & infrà ſcriba Sertorij Verſius, & alter ſcriba Mæcenas in imo: medius inter Tarquinium & Ouium Perpenna.* Nam Perpenna Sertorium conuiuio accipiebat. cùm autem magna lætitia conuiuium agitabatur, lege quadam conuiuali, ſi quis quid peteret, id ab ſummo omnibus dabatur: vt ab ſummo ad infimum vſque, omnibus vini cyathi in pocula certo numero dabantur. Plautus, Seru. in Virg. 1. æneid. Virg. 1. æneid. Salluſt. apud Seru. in 1. æneid.

1 *Da puere ab ſummo: age tu interibi ab infimo* Plaut. Aſinar. Sc. Ain' tu meũ.
Da ſuauium: Iterum,
Standum eſt in lecto, ſi quid de ſummo petas. at in Sticho, Plaut. Menech. Sc. Iuuentus.
Nolo ego nos pro ſummo bibere, Plaut. Stich. Sc. Agite ite foras.

aliud quiddam eſt, vt iam expoſuimus. Sequitur in illo Maronis libro:

2 —*Suadéntque cadentia ſidera ſomnos.* Virg. 2. æneid.

cadunt ſidera diluculo albeſcente cœlo exortu auroræ exacta propè nocte: ſic alio loco ſcribit,

Ergo age nate dea, primíſque cadentibus aſtris Virg. 8. æneid.
Iunoni fer rite preces:

2 id eſt ſub auroram, cùm aſtrorum aduentante ſole hebeſcit acies & fulgor obſcuratur. Æneas igitur cùm id libro ſecundo dicit, ſignificat propè tranſactam noctem eſſe.

Hoc Ithacus velit & magno mercentur Atridæ: Virg. 2. æneid.

ex Homero imitatum eſt, in quo ſcribitur,

3 Ἦ κεν γηθήσαι Πρίαμος, Πριάμοιό τε παῖδες. Homer. Iliad. 1.
—*Si omnes vno ordine habetis Achiuos:* Virg. 2. æneid.

putem eſſe, ſi omnes Græcos eodem loco & numero ducitis, & pro hoſtibus habetis, at, *Compoſito rumpit vocem*, Græcum eſt: Ariſtophanes, Virg. ibid.

Οὐρανομήκη ῥήξατε χαῦ μοι φωνήν. Ariſtoph. Neb.

5 *Fas mihi Graiorum ſacrata reſoluere iura.* Virg. 2. æneid.

Hic ius ſacratum dicit, quòd ſacramenti militaris religione teneri videbatur. nam iureiurando ſacrabatur, id eſt fide. Cic. lib. 3. Offic.

Cuiúſque princeps iuriſiurandi fuit,
Quod omnes ſcitis, ſolus neglexit fidem: Cic. 3. de offic.

Furere adſimulauit,ne coiret inſtitit.
Quod ni Palamedis perſpicax prudentia,
Iſtius percepſet malitioſam audaciam:
Fide ſacratum ius perpetuò falleret.

Virg.lib.2. æneid.
Omina ni repetant,
legendum perſpicuè eſt, id eſt auſpicia. Legimus enim ſæpe duces è prouincia & exercitu auſpiciorum repetendorum cauſa Romam aduolaſſe.

Liuius.lib.8.ab vrb.cond.
Liuius, *námque Papirius dictator à pullario monitus, cùm ad auſpicium repetendum Romam proficiſceretur, magiſtro equitum denuntiauit, vt ſeſe loco teneret.* ſed &,

Virg.2. æneid.
—ita digerit omina Calchas:
Seruius legiſſe videtur, non vt diuulgatum eſt, *omnia.*

Virg.ibid.
Quales mugitus, fugit cùm ſaucius aras
Taurus, & incertam excuſſit ceruice ſecurim.
etſi hanc ſimilitudinem Virgilius adhibuit, vt clamores horrendos taurorum exprimeret: tamẽ non improbum factu credidi, ſi annotarem Romanos piacularia auſpicia appellaſſe, quę ſacrificantibus triſtia portẽdebant: vt ſi hoſtia ab ara profugiſſet, aut percuſſa mugitum dediſſet, aut in aliam partem corporis, quàm oporteret, decidiſſet. cùm autem ſuos caſus non ſibi adſcribebant, ſed dijs, dicere ſolebant ſic viſum ſuperis, vt Horatius,

Horat.lib.1. od.33.
Sic viſum Veneri, cui placet impares
Formas atque animos ſub iuga ahenea
Sæuo mittere cum ioco.

Virg.2. æneid.
ſic Virgilius hoc libro, *Dijs aliter viſum:* & tertio,

Virg.3. æneid.
Poſtquam res Aſiæ, Priamíque euertere gentem
Immeritam viſum ſuperis.

Virg.2. æneid.
Cernimus, inquit Maro, *obſeſſúmque acta teſtudine limen:*

Diodor.sicul.
Diodorus συνασπισμὸν ab heroibus inuentum fuiſſe bello Troiano ſcribit, ad Homericum illud opinor reſpiciens,

Homer.Iliad. ρ.
Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε,κόρυς κόρυν,ἀνέρα δ' ἀνήρ.
Idque Philippum ait imitatum Macedonica Phalange: aliud tamen id, quàm teſtudo eſt: cuius ratio Romanæ militiæ erat, non Grecę, cùm primi ſummiſſo genu ſubſidebant clypeis protecti, à tergo proximi eorum capita ſuis ſcutis tegebant, vt & horum alij: vt ea ſpecies tecti imbrices referret, vt Plutarchus in Antonio ſcribit.

Plutar.in Antonio.

Sartoris vſus, Gygæ annulus, trimodia. CAPVT XXII.

Plin.li.33.ca.1. Plato lib.2.de Repub.

NISI me fallit animus memoriæ vitio Plinius Mydam pro Gyge in naturali hiſtoria ſcripſit. Nam cùm à Platone mãdatum literis ſit, & à Ci-

cerone

cerone relatum, Gygem annulum habuiſſe, cuius pala in palmam verſa à nemine cerneretur: id de Myda his verbis ſcribit, *Mydæ quidem annulum, quo circumacto habentem nemo cerneret, quis non etiam fabuloſiorem fateatur?* Sed eo in Plinij cap. lego, *æqua fortuna triumphantis, & ſerui coronam ſuſtinentis*: parem quippe triumphantis & ſerui publici fortunam Plinius dicit, quòd triumpharent in annulo ferreo, quod geſtamen ſeruorum erat. nec enim ſeruis aureos gerere annulos licebat, ac ne ingenuis quidem omnibus. ſequitur non ita longè locus ſuo priſtino aſſerendus iuri contra impotentiam emendatorum: *Quod ſi impedimentum potuit in ea aliquod intelligi etiam ſartoris vſus, argumentum eſt maius in læua fuiſſe, qua ſcutum capitur.* hîc conſertorem emendant omnes vno conſenſu, quod non tam facilè probandum, ſi ſenſus educi è veteri ſcriptura poteſt: & poteſt fortaſſe qualiſcunque. Quid enim vetat Plinium dixiſſe impedimentum potuiſſe in annulis eſſe ſi dextra gererentur? quòd ei inſerti impedituri fuerint ſartorum operam, non tam facilè obligata annulo manu, quàm libera & nuda, arte ſua vſurorum. neſcio quid tale Plinium voluiſſe dicere ferè auguror. nam ſi in leui etiam artificio ſartorum, impedimentum futurum fuit geſtato dextra annulo, quāto maius eſt, inquit, cùm ſiniſtra eo onerata tractatio clipei impeditur? Cùm autem dixit, *etiam ſartoris vſus*, perinde eſt ac ſi dixiſſet, non ſolùm in maximis, verùmetiam in minimis rebus annulum nocere. Lego mox è ſanctuarijs optimorū librorum. *Nec ignoro M. Craſſum duo millia pondo auri rapuiſſe ſuo & Pompeij tertio conſulatu.* Et non longè hinc, *neque enim aliter potuiſſet trimodia illa annulorum Carthaginem ab Hannibale mitti*. Nam trimodia fœminino genere à Columella vſurpatur, & in caſtigatiſſimis Plinij libris hic legitur. nos hoc etiamnum vocabulum hodie retinemus in eo infundibulo, quod in moletrinis fruges molæ tranſmittit. Tremodiam enim vocamus: nomen factum eſt à menſura trium modiorum. hoc nomine offenſi emendatores fœminino genere expuncto, neutrum formauere, vel deformauere potius ſinceram ſcripturam: proinde quaſi ad arbitrium omnia mutare & fingere, id demum ſit integrè & caſtè in auctoribus verſari. tantùm autem bonis libris tribuo, vt libentius eorum fiducia errem & peccem, quàm correctorum licentiam amplexus bonos ſenſus conſecter.

Cic. li. 3. de Offic.
Plin. li. 33. ca. 1.
Plin. ibid.
Plin. ibid.
Plin ibid.
Plin. ibid.
Colum. lib. 12. cap. 50.

Crates ficariæ, ſculponeæ, granatui ſerere, bouerum iuga, ſpongia effingere, patibula, in Catone. CAPVT XXIII.

CATO præcipit ſeminario imponi crates ficarias: ſed ficariæ crates quæ ſint in quæſtionem venit: ego eas intelligo quibus fici dum ſiccantur

Cato de re ruſt. cap. 48.

tur acclinatis in teſtudinis morem aduerſus iniuriam pluuiæ roremque noctis defenduntur, de quibus Columella ſcribit lib. 12. cap. 15. ſed & in cratibus ſtratæ ficus ſiccantur in ſole, quòd ϑηλοπεδεύειν Græci vocant. Digitum tranſuerſum eo in loco Cato vocat digiti latitudinem vel craſſitudinem: nihil enim intereſt, vtrum dicas, modo intelligas id quod longitudini opponitur. ſic enim ſcribit, *Eo terram cribro incernito altam digitum tranſuerſum*: eodem modo apud comicum Plautum intelligi debet. ſculponeæ apud Catonem in genere calceamentorum mihi nomen habere videntur à ſculpo vel ſcolpo. nihil enim differt, cùm u & o, propter ſoni vicinitatem ſæpe alternis commutentur. ſcolpus autem fictitio verbo, ſonum ſignificat, qualem ipſum nomen repræſentat. *præterea*, inquit Cato, *granatui videto vti ſatis viciæ feras*: granatui ſeritur, quod non ſeritur, vt viride pabulo iumentorum ſubſecetur, ſed vt ad granum perueniat & frugem: & ſic in Catone interpretandum reor. Rem pecuariam quam ampliſſimam habere, magnosque pecoris greges & iumentorum armenta in re familiari quam maximè expedire Cato putauit, vt Cic. lib. 2. Offic. dicit: Id enim eſt quod ille dixit, primum eſſe bene paſcere: ſecũdas etiam in re familiari tribuit mediocri rei pecuariæ vel paſtioni: id enim valet quod dixit, ſatis bene paſcere ſecũdum eſſe: tertias tribuit familiæ & numero ſeruorum cùm dixit, tertium eſſe bene veſtire. Quartum putauit arare, quod eſt agriculturam & arationes ſequi. at huius quarti etiam in libro de re Ruſtica gradus facit. *Quid eſt*, inquit, *agrum bene colere? bene arare. Quid ſecundum? arare. tertiò ſtercorare*. Primum eſſe voluit, vt quam diligentiſſimè ſolum verteretur: ſecũdum vt verteretur etiam ſi non diligentiſſimè: tertium vt ſtercoraretur. *Quot iuga bouerum*, in Catone legi cenſeo: ſic enim veteres loquebantur, & ita in optimæ notæ exemplaribus Varrónis hodieque ſcriptũ extat. Lego autem non multò poſt, *in aratrum ſubiugia lora*, non vt excuditur lorum. *Fiſcinas*, inquit, *ſpongia effingat*, quod valet tergeat, vt apud Ciceronem pro Sextio, *ſanguinem ſpõgijs effingi* legit Seruius: vbi mendoſè hodie effundi ſcribitur. *orbes*, inquit Cato, *fibulas, vectes, ſcutulas*: ego ſucculas legendum crediderim, quibus, vt è Catone perſpicuum eſt, in torculari veteres vti ſolebant. Cæterùm in Catone patibula ſunt inſtrumenta & machinamenta duo ſcalata è diuerſo in axiculum vnum capitibus ſuis cõiuncta, diuaricatis ad imum cruribus. his in vindemia arbuſti potiſſimum opus eſt & altioribus iugis, hodieq; in pergulana vite vti homines noſtri ſolent: non deſunt tamen qui ſeram intertentur.

Colum. lib. 12. cap. 15.
Cat. cap. 48.
Plaut. Aulul. Sc. Exi inquã.
Cato cap. 59.
Cato cap. 60.
Cat. cap. 61.
Cic. 2. de Offic.
Cat. cap. 61.
Cat. cap. 62.
Cat. cap. 63.
Cat. cap. 67.
Cic. pro Seſtio.
Cato cap. 68.
Cat. ibid.

Ligellum, puteus, Apollo ſubueni, me ſeruauit Apollo, Plautus emendatus. CAPVT XXIIII.

GRAMMATICI summi in eruditione sensus apud comicum Plautum in versu, *de suo ligello fumus si qua exit foras*, ligellum tuguriolum explicant, & eorum fidem sequuti gregarij doctores explanationem eam comprobant. Ego etsi libenter auctoritati veterum faueo, tamen huic interpretationi subscribere non possum. Nam mihi vocis huius originem perscrutanti venit in mentem esse vocabulum diminutionis formam quandam adumbrans. postulat autem proportio, vt quemadmodum à tigno tigillum & tigellum deducitur: vnde & Tigellij nomen: sic à ligno ligillum & ligellum deriuetur. paruum igitur lignum intelligo, quod in foco vratur fumumque reddat. Cæterùm in eadem fabula vlcerosum illud Donato Grammatico credimus: *is quando moritur, ita auido ingenio fui*: cùm quidem ille in Adelphis Terentij *quoniam moritur*, agnoscat & legat, estque archaismus cùm quoniam pro cùm accipiatur. *In puteum*, inquit in eadem fabula, *condite*: non existimo dici in puteum perennem, sed suffossa quædam hypogea, quæ Atheniēses habebant, & λάκκους vocabant. Etiam barathrum erat puteus. Iterum, *Nisi vnū hoc faciam, vt in puteo cœnā coquant*.

Plaut. Aulul. sc. Postquam obsonauit herus. *Donat. in Prolog. Adelphor. Terent.* *Plaut. Aulul. sc. Tace nunc.* *Plaut. Aulul. sc. Curate.*

Apollo, inquit, *quæso, subueni mihi atque adiuua.*

Apollo sagittis confodere credebatur, idemque malorum depulsor habebatur, & eo cognomine indigitatus colebatur cùm ἀλεξίκακος diceretur: hinc illud Horatianum,

Sic me seruauit Apollo.

Nam qui mala depellit, seruat: & idem Horatius de Apolline,

Hic bellum lachrymosum, hic miseram famem,
Pestémque à populo & Principe Cæsare, in
Persas atque Britannos
Vestra motus aget prece.

Plaut. Aulul. sc. Volui animum tandem. *Horat. lib. 1. sat. 9.* *Hora. lib. 1. od. 21.*

Scio illud Horatianum de seruatore Apolline longè repetita iam inde vsque ab Iliacis temporibus auctoritate explicari, cùm constet Apollinis ope Æneam hostibus ereptum fuisse: sed ad religionis opinionem libentius retulerim, officiumque dei illius, existimati malis auerruncandis depellendisque mortales iuuare.

Aut manulearij, inquit, *aut myrobrecharij*, hæc posterior vox mendū olet, eo magis quòd longè deuertit ab antiqua scriptura, Marobatharij: ego aromatarij redundante primo elemento, & b in locum m introducto, vt non rarò, legendū esse existimo. *Citis*, inquit, *quadrigis citius properet persequi*: citas opinor quadrigas eum appellare, vt quæ cursitabant in spatio circi maxima concitatione curriculi: ac eos sic loqui & appellare solitos esse arbitror: quò & Maro respiciens dixerit,

Plaut. Aulul. sc. Narraui. *Plaut. Aulul. sc. Hoc est.*

At procul inde citæ Metium in diuersa quadrigæ
Distulerant:

Virg. 8. æneid.

Gram-

Grammatici tamen tritas significationes plerunque prætereuntes, & remotas quærentes, citas separatas & diuisas interpretantur.

Tabulas cœnare, vilis agnina, Solium Cyri, mala scabies, Horatius emendatus. CAPVT XXV.

Horat. lib. 1. epist. 15.

APVD Horatium, *—tabulas cœnabat omasi, Vilis & agninæ,* ita puto enucleãdum, vt tabulas paropsides intelligamus more Græcorũ qui πίνακας vocant. agninæ autem potius quàm agnini vt legam, & auctoritate librorum teredine exesorũ facio impulsus, & opinione antiquorũ qui agninam despicatui habebant & vilissimam ducebant. indignè fert & stomachatur Plautinus parasitus à lanijs vendi agninam pro arietina,

Plaut. Captiu. Sc. Iupiter super me seruas.

Tum lanij autem, inquit, *qui concinnant liberis orbas oues,*
Qui locant cædundos agnos, & duplam agninam danunt.

atque arguit eorum dolum, quòd pro vna arietina offa duplam venderent, clam suppositã pro ea fallaciter agninam, aut potius quòd & apertè agninam venderent, & rursus pro arietina agninam supponerent. Apud Philonem quoque in presbeutico agninæ carnes vt insuaues illudũtur à Caligula: sic autem scribitur, καὶ φαμένου τινὸς ὡς πολλοί γε καὶ τὰ παρακείμενα ἀρνία οὐ προσφέρονται, γελάσας εὖ γε εἶπεν· ἔστι γὰρ οὐχ ἡδέα: eiusdẽ & illud explicãdum. *Redditum Cyri solio Phraatem*, quo significat restitutũ in Parthorum vel Persarum imperiũ, quod Cyri solium vocauit: quia sella regia in qua sedebant Persarum reges, Cyri sella dicebatur. Plutarchus, μηδεὶς ἄλλος ἀνθρώπων καθίσειεν εἰς τὸν κύρου θρόνον, πλὴν Ἀλεξάνδρου. Ait idem Horatius (eius enim poëma, tanquã hæc & illa lustrantes cursim raptimq́; peruagamur)

Philo in Presbeutico. Horat. li. 2. od. 2. Plutarch. in Alexandro. Horat. de art. poëtic.

Vt mala quem scabies, & morbus regius vrget:

hîc ego malam scabiem interpretor feram, quam Græci ψώραν ἀγρίαν vocant, credebantq́ue veteres Romani contagione ad alios transire: de ea sic Philo, φθινάσι, τηκεδόσι, ψώραις ἀγρίαις, ἰκτέροις, σφακελίζουσιν ὀφθαλμοῖς: Celsus de scabie, *itaque eam, quæ talis est, ἀγρίαν, id est, feram Græci appellant*: quanquam & scabies omnis, mala est, infestaque est plerunque pueris redundantibus & malè temperatis, vnde & Persius scripsit,

Philo. Corn. Cels. lib. 5. cap. 28.

Pers. sat. 2.

—namque est scabiosus & acri
Bile tumet.

Horat. lib. 1. sat. 1.

In eodem poëta, *—cia Quid statis? nolint:* sine vlla dubitatione legendum est, pendente è superioribus sententia; ait enim, si quis Deus dicat, iam quod vultis faciam, nolint. hæc cùm ego scripsissem, admonuit me summus meus & intimus amicus Leodegarius à Quercu eandem constitui à Britannico lectionem: in quo mirificè lætatus sum, me in vestigijs doctissimi viri pedem posuisse, etsi eius cõmentarium non euolueram.

Faxi

Faxim sit vilior, rapacidæ, coruus ab læua cantat, ludij.

CAPVT XXVI.

PRISCA quidem illa est, non iniucũda tamen nec inamœna loquendi ratio: faxim sit vilior, pro eueniet vt sit vilior: sed velut obsignatis tabellis & testationibus probanda. Plautus in Aulularia,

Ego faxim muli precio qui superant equos, Plaut. Aulul. Sc. Narraui.
Sint viliores gallicis canterijs. Et in Persa,
—Næ isti faxim nusquam appareant, Plaut. Pers. Sc. Veterem atq;.
Qui hic albo reti aliena oppugnant bona.

in eadem quoque Aulularia, huius enim pompæ fercula inde instruẽtur, rapacidæ imitatione patronymicorum, homines rapaces appellantur ioco comico ficti, vt Æacidæ dicuntur ab Aeaco:

Rapacidarum, inquit, *vbi tantum fiet in ædibus.* At illud, Plaut. Aulu. Sc. Curate ego.
Nam quod dedit tam diu quàm per dium. Plaut. Aulul.

Sphingis gripho nodosius est, nec nisi gladio & ferramento solui potest, Sc. Fidei censebam. vt nodus Gordianus. Interpretandum enim non tam istud quàm secandum, aliudque inducendum, quo res tota erit aperta.

Nam quod edit tam duim quàm perduim.

Tria enim ista verba subiunctionis sunt, veteribus vsurpata pro edam, dem, perdam.

Non temerè est, inquit, *quòd coruus cantet mihi nunc* Plaut. Aulul.
Ab læua manu, vanitas augurum auspicia coruorum fausta à Sc. Non temerè dextra, à læua infausta iactabat. itaque cùm partes mundi ab ortu auguribus Romanis læuæ essent, Horatius scripsit,

Oscinem coruum prece suscitabo Horat. lib. 3. od. 27.
Solis ab ortu,

vt scilicet cantu suo iter institutum dirimat, à dextra autem suadebat coruus, vt in Asinaria,

Picus & cornix est ab læua, coruos parræ ab dextera: Plaut. Asin. Sc. Hercle verò.
Consuadent.

Hinc apparet contrariam in cornice fuisse obseruationem: quod & à Cicerone scriptum est, cuius verba sunt, *cur à dextra coruus, à sinistra cornix* Cic. 1. de diuin. *faciat ratum.* sinistra tamen cornix Maroni inauspicata est,

Sæpe sinistra caua prædixit ab ilice cornix: Virg. eclog. 1.

vbi augurium malum etiam adiuuat arboris vitium.

Glabriorem, inquit, *reddes quàm volsus ludius est.* Plaut. Aulul. Sc. Dromo desquama pisces.

Ludij, inquit Dionysius Halicarnasseus, adolescentes erant tuniculas inluti insignes, galeati & ensiferi peltatique, qui omnibus circensibus & threatra-

theatralibus pompis in versum incedebant, ipsius velut pōpæ duces salijs similes, ludij ex eo vocati, quòd à Lydis hoc genus ludicri inuētum videretur. siqui igitur eorum essent grandiusculi & iam vesticipes, vellebātur

Dion. Halicar. glabrique reddebantur. verba Dionysij sunt, μάλιστα δὲ ἐκ τῶν περὶ τὰς πομπὰς τάς τε ἐν ἱπποδρόμῳ, καὶ τὰς ἐν τοῖς θεάτροις γινομένων. ἐν ἁπάσαις γὰρ αὐταῖς πρόσηβοι κοῦροι χιτωνίσκους ἐνδεδυκότες ἐκπρεπεῖς, κράνη τε καὶ ξίφη καὶ πάρμας ἔχοντες, στοιχηδὸν πορεύονται, καὶ εἰσὶν οὗτοι τῆς πομπῆς ἡγεμόνες, καλούμενοι πρὸς αὐτῶν ἐπὶ τῆς παιδιᾶς τῆς ὑπὸ λυδῶν ἐξευρῆσθαι δοκούσης, λυδίωνες, εἰκόνες, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, σαλίων. hic potius industria nostra leuamus aliorum laborem, ne ista quęrant, quàm aliquid conferimus æstimatione dignum. nos quoque huic merci nullum pretium statuimus: sed hanc veluti stipem spargimus gratuitam.

LIBRI SEXTI FINIS.

ADRIANI TVRNEBI ADVERSARIORVM LIBER SEPTIMVS.

Bene nosse apud Ciceronem quid? Cicero emendatur.

CAPVT I.

QVAEDAM sunt in auctoribus Latinis è Græcis imitata: quæ aliud significant quàm statim ostendunt: nec facilè ea quisquam assequi potest, nisi qui literis Gręcis multum operæ dederit. Licet id perspicere è Luculli

Cic. in Lucul. loco vbi scribitur, *Bene autem nosse Carneadem Stratoniceus Metrodorus putabatur.* Illud enim nosse aliud est quàm præ se fert. significat enim Carneadis eum discipulum fuisse: Græci autem plerunque solent discipulos appellare γνωρίμους, quod quidem apud eos tam frequens est, vt id exemplis confirmare velle, sit lucem Soli fœnerare velle. In re igitur nota exemplis & testimonijs non necessarijs supersedendum. In eam autem sententiam illud nosse accipiendum esse, atque adeò significare à Metrodoro perdiligenter auditum fuisse Car-

Cic. 1. de Orat. neadem, è libro primo de Oratore confirmamus: sic enim scribit Cicero, *Erat etiam Metrodorus, qui cum illis vnà ipsum illum Carneadem diligen-*

tius

tius audierat.qui autem in eo Luculli loco Melóthius nominatur, Melan- Cic. in Lucull.
thius transnominandus est.qui quidem Aeschinis Neapolitani pręceptor Cic.ibid.
fuit.Hegesinus etiam aspiratè scribi debet,non Egesinus tenuiter & exili-
ter : vt ex Eusebio apparet,in quo sic scribitur,καρνεάδης δὲ ἐκδεξάμϑνος παρ' Eusebius.
ἡγησίνȣ: duos istos philosophos malè appellari in libris editis libuit adscri-
bere, & ab errore adolescentes vindicare ista admonitione. Illud verò
quod sententiæ refragatur non est prætereundum, ἀκατάληπτον scribi, vbi Cic. in Lucull.
καταληπτὸν locandum est. C*ùm enim*, inquit, *ita negaret, quicquam esse quod*
comprehendi posset(id enim volumus esse ἀκατάληπτον.) Liquet mihi affirma- Cic.ibid.
1 re à Cicerone explicari, id quod comprehendi potest: id autem est κατα-
ληπτὸν.Igitur è regione Græcum cum Ciceronis voluntate pugnat, quod
dissimulanter ferre non debui.Aperiendum & illud ex eodem libro vide-
tur,quod etsi non ita obscurum est,tamen sub eo aliquid aliud latet,quàm
quod primo aspectu nobis obijcit: sed Ciceronis verba ante proponam,
Et in ipso bello: in quo ita magna rei militaris esse occupatio solet, vt non multum Cic ibid.
Imperatori sub ipsis pellibus otij relinquatur. Pelles hic tabernacula vocat mi-
litaria hibernaculorum: sensus est igitur, ne hiberno quidem tempore
multum otij Imperatori relinqui,cùm interquiescunt tamen bella.

2 *De chartis, Plinius emendatur.* CAPVT II.

DE chartis quæ è papyro fiebant differens Plinius,primam dicit olim Plin.li.13.c.12.
fuisse Hieraticam,è qua religiosi tantùm sacrique libri scriberentur,eam-
que ab adulatione Augusti nomen accepisse: secundam Liuiam, ab eius
coniuge,vt in tertium locum descenderit Hieratica,quę olim prima erat.
Hic nescio quid inquinatum esse sentio,libidine emendatorum in bonos
scriptores semper grassante, fideliusq; existimo quod in antiquis exem-
plaribus reperi, *quæ ablutione Augusti nomen acceperit*. Augustea enim & Plin.ibid.
regia charta candidior erat quàm Hieratica,vt & Liuiana:Nam Hieratica
3 subcolorata erat, vt scribit Isidorus. abluendo igitur candorem chartæ Isid.lib.6.1ty.
acquirebant. erat & amphitheatrica, & Memphitica, cuius Lucanus me- cap.10.
minit, *Conficitur bibula Memphitis charta papyro:* Lucan. lib.4.
erat & Saitica, ab oppido Sai. & Teneotica à loco quodam Alexandriæ Plin.lib.13.c.12.
appellata: & Fanniana ab interpolatore nomen habens: sed & Corne-
3 liana,à Cornelio Gallo,qui Aegypto præfuerat nomen adepta est: Erat
& Emporeutica, vel potius Emporica (sic enim in Plinio emendandum Plin.ibid.
arbitror)ea mercatorũ vsui seruiebat,& inuolucris & integumentis mer-
cium dicabatur, scripturæ inutilis: *Texuntur*, inquit Plinius, *omnes tabulæ* Plin.ibid.
madentes Nili aqua, emendo, *texuntur omnes tabula madente Nili aqua*

Quis huic emendationi auctor? non solùm libri veteres, sed etiam Romana editio. nam in tabula chartæ ponebantur, in qua turbida Nili aqua glutinabantur: hodieque quæ è concerpto comminutoque linteo chartę conficiuntur, earum plagulæ ope glutini cohærescũt. proinde mox etiam Plin. ibid. lego, *cùm primo supina tabulæ schida allinitur*, &, *resegminibus vtrinque amputatis*. cuius emendationis, quam multos veteres libros testes laudare Plin. ibid. possumus? qui etiam vno consensu, *transuersa deinde crates peragit*, ostendunt. Plin. ibid. Illud etiam sic emendo, *lituræ metum afferebat ex auersis, & alias indecoro visu per translucida*. pellucebat enim ob tenuitatem illa charta, & si quid in auersa scriptum fuisset, metus erat lituræ. nihilo secius quod mox Plin. ibid. sequitur, in pristinam restitui integritatem posse reor. *igitur è secundo corio statumina facta sunt è primo subtemina*. Chartam, inquit, Claudius duplicauit, & tanquam bilicem fecit, eiusque tanquam stamen fecit, è secundo papyri libro, è primo corio subtemen. lego etiam infrà, *sed omnia secunda*. Plin. ibid. lentiginosæ autem maculæ oculis in Charta deprehenduntur fungosæ tæniæ litera fundente se: sed pro fungo in veteribus libris iunco lego, nam & antè, extremum papyri sirpo simile dixit, id est iunco.

Cohibere brachium toga apud Ciceronem, Custos, Sodalitas lupercorum.

CAPVT III.

MEMINI aliquando à me adolescentes optimis & honestissimis studijs non leuiter tinctos quærere, quis esset illius è Cæliana oratione loci Cic. pro. Cælio. sensus: *Nobis quidem olim annus erat vnus ad cohibendum brachium toga constitutus: & vt exercitatione ludóque campestri tunicati vteremur*: quibus tantùm tum respõdi mihi videri eo anno quo sumpta virilis toga fuerat, modestiam etiamnum & pudorem ab adolescẽtibus postulatum fuisse æquè, ac cùm in puerili e.ant prætexta. quòd si tum magistris liberati, & suæ tãquam tutelæ facti, visi essent eo anno proteruiores aut petulantiores, de eorum pudicitia malè existimatum fuisse. qui enim brachium vel profert vel exerit, minus esse modestus & verecũdus videtur, quàm qui toga brachium cohibet & continet: & Æschines contra Timarchum priscorum oratorum pudorem & modestiam laudans, eos ait perorasse manus intra Aeschin. contra Timarchum. pallium continentes. scribit enim, ὥστε ὃ νυνὶ πάντες ἐν ἔθει πράττομεν, τὸ τὰς χεῖρας ἔξω ἔχοντες λέγειν, τότε τοῦτο θρασύ τι ἐδόκει εἶναι. eodem etiam illo anno nefas eis erat corpus in campo Martio nudare, ne corporis nudatione im- Cic. pro Cælio. pudenti amatorem quærere velle viderentur. Itaque tunicati in campo se Seruius in 5. æneid. exercebant: *eademque*, inquit, *erat, si statim mereri stipendia cœperamus, castrensis ratio atque militaris*. Seruius ait Ciceronem scripsisse anno stipendij primo

primo solitos esse dari custodes adolescentibus militaturis, qua ex consuetudine Maronem scripsisse,

Custodem ad sese comitemque impubis Iuli Virg. 5. æneid.
Epytidem vocat, & fidam sic fatur ad aurem.

sic in Marone Epytides scribi debet, vel Homero auctore, in quo Iliados ρ scribitur, Homer. iliad. ρ.

Κήρυκ' ἠπυτίδῃ δέμας περιφάντι ἐοικώς.

nam Periphantem intelligit Maro, Epiti filium. illud institutum declarauit Plautus in mostellaria, Plaut. Mostel. Sc. Recordatus multum.

1 *Ad legionem cùm itant, adminiculum*
Eis danunt tum aliquem cognatum suum.

Sed quę est in illa Ciceronis oratione sodalitas Germanorum lupercorũ? Cic. pro Cælio. eorum, vt opinor, qui Fabiani & Quintiliani dicebantur, vt nonnulli censent à propositis suis: priorum etiam meminit Propertius, cùm dicit,

1 *Vnde licens Fabius iura Lupercus habet.* Propert. lib. 4. eleg. 1.

Vtrosque nominat Ouidius,

Risit, & indoluit Fabios potuisse Remúmque Ouid. 2. Fast.
Vincere, Quintilios non potuisse suos.

Germani autem erant isti Luperci, velut agrestem pastoriciamque quan-
2 dam sodalitatem colentes, qualis fuerat Lupercorum Romuli & Remi: his tertia de Cæsaris nomine addita sodalitas est Iulia: atque id est quod Suet. in Iul. cap. 76. Tranquillus refert, Cæsarem sibi passum esse decerni maiora fastigio humano, in quibus enumerat Lupercos, & Luperci Iuliani in Philippicis nominantur, Cic. 2. Philip. quibus ablatum vectigal conqueritur Antonius. Dion ἱεροποιοὺς Dio lib. 44.
2 δὲ ἐς τὰς τοῦ πανὸς γυμνοπαιδίας, τρίτην τινὰ ἑτερίαν, ἰουλίαν ὠνόμαζαν. Illæ igitur duę sodalitates veteres pastoritiæ & feræ erant, legibusque ob religionem permissæ: coierant tamen in sodalitates lupercorum nomine cœtus aliqui fortasse adulterini & irreptitij, vt ex hoc Ciceronis loco conijcere licet. sodalitates autem legibus ambitus vetabantur.

3 *Pilicrepus apud Senecam, ludere datatim, expulsim, raptim, suram dare.*

CAPVT IIII.

EXTRA controuersiam esse reor in epistola 57. Senecæ legẽdum esse, Senec. epist. 57.
3 *quoties retentum spiritum remiserunt*: non vt irrepsit in omnia volumina *recentem*: sed & mox, *& hac plebeia vnctione contentum*: non vt vulgò *functione* percrebruit. Senec. ibid. Plurimum operæ sumimus in emendandis libris, isque hoc tempore solemnis est labor eruditorum, vt olitorum malas purgare herbas. Sed quis tandem est pilicrepus? quem Seneca ait, si superuenerit Senec. ibid.

& plus numerare cœperit,actum eſſe.ſic enim in eo lego,non pelicrepus, nec pilas. eum interpretantur in hoc labore excutiendi & enodandi voces abſtruſas in auctoribus primi homines ſubſellij, qui pilas in vaporarium conijciat: à quibus diſſentio,atque eum interpretor qui pilas crepat aut pila crepãte luſitat(nam pila crepitum facit)quod facere ſolebãt paulò ante balneũ,vel dum hypocauſta & ſudationes caleſcerent. Martialis,

Mart lib.14. epig.163.

Redde pilam,ſonat æs thermarum: ludere pergis?
Virgine vis ſola lotus abire domum.

quo etiam ſenſu illud Papinij accipio,

Stat.lib.1.Silu. in Baln. Etruſ.

Quid nunc ſtrata ſolo referam tabulata,crepantes
Auditura pilas,vbi languidus ignis inerrat
Ædibus,& tenuem voluunt hypocauſta vaporem?

In mittenda autem & remittẽda pila, cùm pilicrepus plures quàm eſſent manus & vices numerarat, maximus excitabatur clamor ab aduerſarijs. Datatim ludere,vt hoc addam,erat pila ludere, propterea quòd dabatur, vnde quidam datores dicebantur in luſu pilæ, qui pilam dabant: alij autem factores,qui faciebant,id eſt qui feriebant & ludebant, quíque in factiones erant diuiſi,id eſt,vt dicimus in conſuetudine,in partes. Plautus,

Plaut. Curcul. Sc. Date viam.

Tum iſti qui ludunt datatim ſerui ſcurrarum in via:
Et datores & factores omnes ſubdam ſub ſolum.

Inde illa tranſlatio Ennij de muliere,quæ ſui copiam faciebat,cùm etiam alioqui mulieres impudicæ dare dicerentur,vt ex Martiale notum eſt:

Enni. apud Iſidor. l.1. Etym. cap.25.

—quaſi in choro pila
Ludens datatim dat ſe & communem facit,
Alium tenet,alij nutat,alibi manus Eſt occupata.

Genera autem ludendi fuiſſe videntur datatim,raptim,expulſim. Nouius exodio, *in molis non ludunt raptim pila,datatim morſo.* Lepidè indicat ſeruos ſolere inter molendum de polenta rapere,& inuicem alium alij dare: raptim autem ludi in harpaſto ſolet. Varro, *purgatum ſcito,quia videbis Romæ in foro ante lanienas pueros pila expulſim ludere.* Videtur autem purgatum dicere,cùm locus vacuus eſt & abſque hominum frequentia. In ludo porrò puerili pilæ, qui peccauerat ſuram dabat, quam cùm Lentulus quæſtor, Sylla rationes pecuniç publicç ab eo repoſcente,ſe paratum eſſe dare diceret,atque ita rationũ relationem eluderet,ſura appellatus eſt, vt ait Plutarchus: qui enim commiſerat in luſu, crus prolatum pila feriendum dabat. ſubijcit Seneca, *adijce nunc ſordalum & furem deprehenſum*: alia epiſtola ſcordalum appellat,quam veriorem ſcripturã eſſe reor. *Tullius*, inquit, *Cimber & minius erat in vino, & ſcordalus*. ſcordalum interpretor velut ſcorodalum, id eſt hominem alliatum & illuuie ſqualoreque fœdum & ſordidum

Non. Marcel.in Datatim.

Varro apud Non.in Expulſim.

Plutarc.in Cic.

Senec.epiſt.57.

Senec.epiſt.84.

ſordidum & impurum, vt de quodam ſeruo apud Plautum dicitur,

Germana illuuies oboluiſti allium.

Talis cùm balneas inibat, & in elegantes lautoſque inciderat, magno clamore & vociferatione excipiebatur, niſi fortè ab immunditia & fœtore excrementorũ alui nomen habet: hoc verbum etiam extat in V.C. Memmij Petronio, *ego autem nactus occaſionem vindictæ, Eumolpum excludo redditáque ſcordalo vice, ſine æmulo ſcilicet & cella vtor & nocte.* vt tamen verum fatear, ſcardalus in Petronio ſcribitur, vt exiſtimo, perperam Eſt & hodie Græcis ſcordalus morbus in oculis equorum, in angulo creſcente carun-
1 cula. Lege mox, *iam libarij varias exclamationes.* ſic vocatur qui liba vẽdit.

Plaut Moſtel. Sc. Exi è culin.

Petron. Arbit.

Petigo, porca, die vendere, porci ſerarij apud Catonem.

CAPVT V.

1 Apvd Catonem legimus, fruſtra tamen, quia non intelligimus: *deinde petigini parcè braßicam opponito: ſanam faciet.* ego ex veſtigijs veteris ſcripturæ emendo, de petigine porcæ: braſſicam opponito. ſi quis *deinde petigini* mauult, non repugnabo acriter contumaciterque. tãtum tamen dicam alterũ mihi probatũ magis eſſe, & antiquã ſcripturam referre. at verò
2 opponere, antiquo dictũ more eſt pro apponere: vt & impetiginem, petiginẽ vocat. Ex Varrone autẽ nemini ferè, qui quidẽ literas colat, ignotũ eſt, porcam naturã appellari, qua mulieres ſunt: cùm etiã pars illa quę honeſtè nominari non poteſt, apud Græcos χοῖρος vocetur. cùm idem Cato diſſerit qua lege fructus ouium veneat, exigitq́; eius lactis quod ferijs mul
3 ſum erit, dimidium non caſeum, id eo fieri intelligo, quòd ferijs nefas ſit caſeum premere, & quòd lacte ad rem diuinam vti ſolerẽt: mox ſic interpũgo & lego eodẽ illo capite: *hiſce legibus agnus diem & noctem qui vixerit, in fructu: Cal. Iunijs emptor fructu decedat. Si intercalatum erit, Cal. Maijs.* Nã quia olim alternis annis ſolidus intercalabatur menſis, ideo anno inter-
4 calari maturius menſe toto decedendum eſt fructu. Quid eſt *die lanam & agnos vendat?* Veretúrne Cato, ne noctu id fiat? minimè gentium: ſed pręcipit vt tempori vendat: vt certo idoneoque tempore commodè potius vendantur quàm incommodè & alieno tempore: ita plus quæſtus erit, quàm ſi vendat in vilitate. die igitur, eſt quo tempore bene iſta vendi poſ-
5 ſunt. *Menſes decem à coactore releget:* hic locus oſtendit eos non eſſe ſolitos iſta vendere præſenti pecunia: ſed lenæ Plautinæ, cuius manus oculatæ ſunt creduntque quod vident, nihili eſt coactio, cùm tanto poſt relegenda ſit & redigenda pecunia. quidam hic legendum putant, *Menſe decimo ab coactore releget. Porcos ſerarios in oues denas ſingulos paſcat:* qui porci

Cato de rè ruſt. cap. 157.

Varro.

Cato cap. 150.

Cat. ibid.

Cat. ibid.

Cato ibid.

Cat. ibid.

ſint ſerarij quęſitum eſt. Ego eos intelligo in iſto Catonis capite, qui ſero ouium nutriuntur. Denæ enim oues ſero lactis ſui porcos ſingulos paſcere poſſunt. In fructus lege ponit, vt conductor duos menſes paſto rem prębeat, qui donec domino cõductor vel ſatisfecerit vel ſoluerit domino pignori ſit. In capite autẽ illo, quod de villici officio Cato ſcripſit ſic lego:
Cap. 141. nam ne hanc quidem breuem acceſſiunculam huius capitis omittam, ſed adſcribã: *villici officia quæ ſunt? quæ dominus præcepſit:* quod quidẽ valet, quę dominus præceperit, vt capſit pro ceperit à veteribus eſt ſæpe vſurpatũ.

Forma regia, valga ſuauia, geraria, ad exta adducere, meo remigio rem gero, admutilare, ſuccida. CAPVT VI.

Plaut. Milit. Sc. Curate vt. APVD Plautum in milite, Forma regia, corporis eſt dignitas egregia & ſuperãs atq; auguſta, qualis Regẽ decet: nam verſus ille notiſſimus eſt,

Euripid. apud Porphyr. in 5. vocibus. Πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος,

ſic Priamus Agamemnonem miratus eiusque corporis maieſtatem & dignitatem, etſi quis eſſet mortalis neſciebat, tamen regi ſimilem dixit: ſcribit enim Homerus,

Homer. Iliad. 3. —Βασιλῆϊ δὲ ἀνδρὶ ἔοικεν.

Plaut. Milit. Sc. Curate vt. In eadem autem comœdia, dentes dentire dicuntur eſuritorum: Vt enim pueri dicuntur dentire, cùm eis primùm oriuntur: ſic quibus ceſſant à terendo cibo, quia non deteruntur, grandeſcere videntur, atque dentire populari ioco dicuntur. At verò latera lorea ſunt, latera virgis cæſa & lacera-
Plaut. Milit. Sc. Ni hercle. ta, quòd corium ſic vapulantium in lora ſcindi videatur. nam lora corium in corrigias ſciſſum ſignificãt. Perinde igitur eſt ac ſi diceret, è veſtro co-
Plaut. Milit. Sc. Mihi ad enar. rio ſcindam lora virgis. Valga porrò ſuauia, obtortiones ſunt oris, ad deriſionem. Nam ſuauium interdum eſt conformatio oris & labrorum ad ſuauiandum. meretrices autem dum glorioſum militẽ ad oſculandum labijs ductabant & inuitabãt, per illuſionem os obtorquebãt valgumq; reddebant, eum ex animo non baſiãtes, atq; ludificãtes. Iam, *illis ſortito fuam,* va-
Plaut. Milit. Sc. Cohibete intra limen. let niſi me coniectura à vero diuerſum trahit, ne mala quadã ſorte ſim abſens eis. *Iampridem,* inquit, *quia nihil abſtulerit ſuccenſet ceraria*: hîc ego ge-
Plaut. ibid. rariam legi debere ſuſpicor, vt ſit puerulorum gerula: atque vt onerariam nauim gerariam vocauit, item quoque infantium gerulam appellauit gerariam. ſcio non deeſſe acerrimi homines & eruditiſſimi iudicij, qui cellariam depoſito pignore ſcribendum contendant, ſed illi ſi ita eis placet le-
Plaut. ibid. gant, ſuumque pignus auferant. Ait, *tum patricam clementer non potis eſt hinc quin munerem,* hic patritam vidi qui legeret, quod verbum concinit verſus modulo, cùm patrica diſſonet: eo autem nomine veniet ancilla à patre data.

lata. vt enim auita dicuntur quæ ab auo obuenerunt: sic patrita quæ à patre, quod haud parum ingeniosè excogitatũ arbitror: recordor me etiam patricam pro patricia explicauisse, alterius loci adductum auctoritate: sed tum ad fulciendum versum scribendum, *quin ego munerem*. *Adducunt*, inquit, *ad exta*: sacrificiorum exta intelligit, quæ & exta lustralia Maro vocat, quorum partem dijs reddebant, partem in epulatione comedebant & consumebant. sacrificijs porrò adhibebantur charissimi. quod autem ait *meo remigio rem gero*: hunc sensum continet, illis velint nolint parandum est, cùm mei sint. alijs enim fortasse remigibus imperare quod vellem iniquitis non possem: nunc verò meis remigibus & seruis rem gero, qui mihi dicto audientes esse coguntur. At dimidiatim appetũt, est appetunt grandes bolos, propè dimidiãtes quod appositum ferculum est. non enim manum ad bucceam inijciunt, sed vt dimidium auferãt. Idem admutilari militem dicit, quod est tonderi, pereleganter, pro falli & sycophantia versuta deludi. *Lautam*, inquit, *vis, an quæ nondum sit lauta?* Id valet vis admodum puellam & adolescentulam tenerioremq́ue, quæ nondum balneis vtatur, an grandiusculam & matronam nuptamq́ue & virum sæpe expertam, quæ iam publicè lauet. *Siccam*, inquit, *succidam*: volo, inquit, quę nondum lauet, sed sicca sit, quæ tamen sit succulenta & bene habita: hoc autem eo est lepidius, quòd allusum est ad lanam, quæ illota succida est: lauta, iam non succida. *Dimisit*, inquit, *nardini amphoram cellarius*: ita loquitur, quòd quemadmodum in libro de Odoribus à Theophrasto scriptum est, solebant antiqui vinum interdum aromatis & vnguentis condire: quod quidem & alio recordor loco me dixisse. Farrago hæc quædam est ex vna segete collecta.

Plaut. Milit. Sc. Cohibere intra limen. — *Virg. 8. æneid.* — *Plaut. Milit. Sc. Cohibere.* — *Plaut. ibid.* — *Plaut. ibid.* — *Plaut. ibid.* — *Plaut. ibid.* — *Plaut. Milit. Sc. Quantas res.* — *Theophrast. de Odorib.*

Barbarius Philippus. CAPVT VII.

BARBARIVS *Philippus*, inquit Vlpianus, *cùm seruus fugitiuus esset Romæ præturam petijt, & prætor designatus est. sed nihil ei seruitutem obstitisse, ait Pomponius, quasi prætor non fuerit. atqui vera etiam prætura eum functum.* hæc ego cùm legissem, historiam mihi esse quęrendam putaui, & tempus quo id factum fuisset. Reperi autem triumuiralibus hoc accidisse temporibus, atque hunc Philippum vnum è sodalibus & compotoribus Antonij triumuiri fuisse. quod verba declarant nescio cuius antiqui scriptoris à Suida relata, quæ & subscripsi Βάρβιος φιλιππικὸς, οὗτος ἐπὶ τῶν τριῶν τυράννων ἦρχε. θέρεαψ δὲ ἦν τὸν τρόπον καὶ κολακικὸς, καὶ μέντοι καὶ τῷ περὶ Αντώνιον θιάσῳ κατείλεκτο, καὶ τὴν στρατηγικὴν ἀρχὴν ἦρχε τὴν ἐκείνου χάριν. τοῦτον οὖν τὸν τότε σοβαρὸν καὶ πορφυροῦν τῇ τιμῇ, καὶ ἐν ἀγορᾷ τῇ ῥωμαίων ὑψηλὸν διάγοντα καὶ δικάζοντα ὁ δεσπότης ἀνεγνώρισεν ἐλθὼν, πρότερον μὲν ἀποδράντα, ἐν ἐκείνῳ δ' ὅμως χαίρου πομπεύοντα ἀνδρὸν

L. 3. ff. de offic. prætor. — *Suidas.*

καὶ

καὶ κυδρούμενον, καὶ σὺν τῇ ἀρχῇ θρυπτόμενον. καὶ προσελθὼν ἡσυχῇ κατόπιν θοιματ λαβόμενος, χαῖρε εἶπε, τὸ ὄνομα προσθεὶς τὸ ἀρχαῖόν τε καὶ δοῦλον. καὶ ἐκεῖνος ἐκπλήττεται ῥᾳδίως τὸν δεσπότην γνωρίσας, καὶ δεῖται σιωπᾶν. καὶ εἰς τὰ οἰκεῖα ἄγει, καὶ κατα βαλὼν πάμπλειστα, εἶτα μέντοι ἑαυτὸν ἐλύσατο. καὶ αἰδοῖ Ἀντωνίου τῇ κηλῖδι τῇδε σι κατεχύθη ἀργυρώνητος. ἔκρινα δὴ καὶ ταύτην τῆς τύχης μὴ σιγῆσαι τὴν παιδιάν. fer censeas ista ab Æliano scripta esse memorabilia & varia exempla coll gente. Fugitiuum autem eum fuisse à suo agnitum hero cùm sublimis i foro Romano ius diceret, & lacinia togæ prehensum fuisse narrat, & tan quam ei manum à domino iniectam ad vindicandum mãcipium: eum ta men à Philippo precibus eblanditum siluisse, remque tacitam habuiss & domum ductum magna pecunię vi numerata in manum, libertatem in dulsisse fugitiuo. Antonius autem, quanto suffusus fuisset, si id resciuisse pudore tantæ maculæ & flagitij? an non obsecro, iussisset, vt se quampr mum homo ille ære emptus magistratu abdicaret? An non de saxo ta peio statim eum præcipitandum curasset? cùm præsertim vna ratio pu gandæ ignominiæ esset, re comperta hominem eo magistratu quem d decorabat, abire iubere, & supplicio afficere: verùm empto silentio to res ignorata fuit.

Aelian. in var. histor.

Iuno lucina, nixij dij, nixus pares, Bona copia, Bubastis.

CAPVT VIII.

A PARTVRIENTIBVS Iuno Lucina olim inuocabatur, quæ & Ilithya à Græcis appellabatur:

Ouid. 9. Met.

—vocabis, inquit Ouidius,
Præpositam timidis parientibus Ilithyïam.

Inuocabant etiam, vt opinor, & nixios deos, nixuum in puerperio adiutores. Festus, *nixij dij appellantur, tria signa in Capitolio ante cellam Mineruæ genibus nixa, velut præsidentes parentium nixibus.* hęc ego Festi verba animo penitus comprehensa cum memoria tenerem, facilè mihi probaui quod in bibliotehccis vetustis reperi apud Ouidium verius & sincerius esse, quam quod in recentibus patet,

Fest. Pop. li. 12.

Ouid. 9. Met.

—tendênsque ad cœlum brachia, magno
Lucinam, nixúsque pares clamore vocabam.

pro quo editum est *Lucinam ad partus nexos*. nixus enim pares partui inuocasse videtur, vel nixios deos implorans, vel ab eis nixus ad puerperium precibus petens. venerabantur & matronæ opigenam Iunonem, quod ferre eam opem laborantibus in partu crederent. est in eodem libro bona copia abundantiæ dea quæ cornu Amaltheæ vel Acheloi gerit: eaque dicitur ratione, vt bonus euẽtus: & apud Catonem & Plautũ bona salus,

Cat. cap. 141.

quæ

quæ ad Euphemiſmum ſic ficta ſunt. Nam & à Flacco ſcribitur, *Horat. lib. 2. ſat. 2.*
—mala copia quando Ægrum ſollicitat ſtomachum. Ouidius autẽ ita ſcribit,
—diuéſque meo eſt bona copia cornu. *Ouid. 9. Met.*
(quanquam & copia ſine additamento dicitur, vt cornu copiæ) ſic eiurare bonam copiam qui ſoluendo non erant ſolebant, ne nectereutur, cùm iu-eiurando affirmabant ſibi non eſſe vnde æs alienum diſſoluerent. Cùm autem de Iſide quæ in ſomnis erat obuerſata Telethuſæ vxori Lycti Ouidius ſcribit, in eius comitatu numeratur *ſanctáque Bubaſtis*, quo nomine *Ouid. ibid.* cenſetur vrbs Ægypti: ſed cùm habeat nomen vt auctor eſt Stephanus, *Stephanus.* à fele: & Aegyptij inter ſuos prodigioſos deos felés etiam colerent, haud equidem cunctabor ælurum deum intelligere: ælurum autem fuiſſe *Herodot. lib. 2.* Aegyptijs deum ex Herodoto licet cognoſcere, & Iuuenale: *Iuuen. ſat. 15.*
Illic Æluros, hic piſcem fluminis:
ſic enim Brodeus vir eruditus legendum cenſebat, non ceruleos, ſi quis ei aſſentiendum putet. ſed & in comitatu Iſidis erat, cùm vt ſcribit Plutarchus, in ſumma ſiſtri apſide ſculptus eſſet. eius verba ſunt: τῇ δὲ ἀψῖδι τοῦ *Plutarch. li. de Iſide & Oſiride.* σείστρου κατὰ κορυφὴν ἐντορεύουσιν αἴλουρον ἀνθρώπου πρόσωπον ἔχοντα. Puto tamen deum potius ælurum, vt & Anubin & Apin, quàm illam ſiſtri ſculpturam ſignificari. Cùm autem addit Ouidius,
Plenáque ſomniferis ſerpens peregrina venenis: *Ouid. 9. Met.*
aſpidem intellexit Ægypti indigenam, alijs terris peregrinam vt Cretæ, & inſolitam. hypnalis enim aſpidis genus eſt, homines ſomno altiſſimo enecans. nec enim approbare poſſum eorum interpretationem, qui in pompa ſacrorum Iſidis geſtari ſerpentem dicunt, qui dormire videretur. Hæc ego qualiacunque ſint, malui ſcribere, quàm prætermittendo alicui relinquere illis in locis vllius erroris cauſam aut obſcuritatis.

Venerata Ceres apud Flaccum, mutatum vinum, Græcari, prima tellus.

CAPVT IX.

QVÆSITVM de me aliquando recordor, quid apud Horatium eſſet,
Et venerata Ceres, vt culmo ſurgeret alto, *Horat. lib. 2.*
Explicuit vino contractæ ſeria frontis. *ſat. 2.*
& vt verum fatear, non ſatis in præſentia quicquam ad enodandum tam implicatum ſenſum ſuccurrebat: tamen ſimilis illis qui nulla in re hærẽt, & celeritate reſpondendi ad omnia, emunt doctrinę famam, ego quoque ex tempore aliquid garrij & effutij: Nunc re apud me diutius & accuratius exacta & excogitata, ſenſum euoluere è ſuis tegumentis, quibus velut obductus eſt conabor. Significari igitur libationem puto, qua antiqui

poſt

post epulas vti solebant. Nam pateram tenentes, ex ea aliquid in honorem Dei, vt hic rusticus in honorem Cereris, venerantes precantesque fundebant: deinde bibebant, inuitatioque fiebat. hic ergo colonus ait se cum suis conuiuis veneratum Cererem, vinum post cœnam bibisse, & contractæ frontis rugas vino explicasse. (*Horat. ibid.*) —*culpa*, verò, *potare magistra*, excogitatum erat ludi genus post cœnam, quo non magistri imperio ad bibendum cogebantur, ne nimium ebrietati indulgeretur: sed vt ea coërceretur, nemo nisi qui qua in re peccarat, calicem ducebat: vt bibere pœnæ & dedecoris esset, non inuitationis aut magisterij. Plauto in Sticho qui peccat poculo multatur.

(*Plaut. Stich. Sc. Agite ite.*) *Vter*, inquit, *demutaßit poculo multabitur.*

Legitur & in Flacco cuppa, quod vas est potorium vernaculæ linguæ etiā vsurpatum pro patera, & in epigrammate, *Sunt cuppæ, calices, cyathi*: quam scripturam ingeniosissimus & doctissimus interpres Lambinus sequitur: vt libertatem bibendi accipiamus poculo imperante, non bibendi arbitro. poculum enim non cogit nisi volentem, cùm magister inuitum potare cogeret: cuppam etiam Porphyrio videtur agnoscere. In eadem ecloga, (*Porphy. in sat. 2. lib. 2. Horat.*) *Ac nisi mutatum parcit defundere vinum*, cùm dicit, vinum à Græcis ἐκτροπίαν vocatum & τροπίαν circunloquutus est. (*Horat. ibid.*) ita autem intelligitur vinum vapescens & degenerans exolescensque, & in acetum aut vappam transiens. ibidem Græcari esse reor Græcanicis exercitationibus disci & pilæ alijsque Græcorum nationi vsitatis vti. Eas enim militiæ Romanæ opponit, id est militaribus exercitationibus. (*Horat. ibid.*) Scribit enim, —*vel si Romana fatigat Militia assuetum Græcari*: mox duas Græcorum subiungit exercitationes, discum & pilam, (*Horat. ibid.*) —*seu pila velox: Seu te discus agit.* id est, siue delectaris lusu pilæ seu disci.

(*Horat. ibid.*) *Cui canis*, inquit, *ex vero ductum cognomen adhæret.*

hunc arbitror propter sordidam immundamque vitam esse canem appellatum: sed & Cynici non tantùm quia obuios allatrabant, sed etiam ob vitam illiberalem ab humanitate remotam & munditia appellabantur in Græcia. (*Horat. ibid.*) Cùm autem ait, —*tellus me prima tulisset:* cuipiam fortasse videatur significari tellus illa, quæ antiquorū ætate erat non tellus seculi Horatiani. nec culpari fortasse is sensus possit. Sed tellus prima videtur esse, quæ è chao prima ante elementa omnia, etiam ante cœlum (si Hesiodo in theogonia credimus) extitit. (*Hesiod. in Theogon.*) Sic alio loco Maro,

(*Virg. 4. æneid.*) —*prima & tellus & pronuba Iuno Dant signum.*

(*Virg. 1. Georg.*) & lib. 1. Georgicon, —*tuque ô cui prima frementem*
Fudit equum magno tellus percussa tridenti.

Etsi enim in Attica hoc factum fuisse legimus, quam antiquissimam te-

ram indigenarum altricem audiuimus: tamen absolutè de terra accipiendum existimamus, cui primatus originis tribuitur. At libro tertio,

—quæ vos à stirpe parentum, Prima tulit tellus, aliter exponitur & rectè: posset tamen etiam eodem sensu commodè conseruari. Virg.3.ænid.

Poscere membranam, scalprum, consulere & respondere licebit, fasciolæ, cubital. CAPVT X.

Poscere membranam ille videtur, qui ea scripsit, quæ in membranam efferenda sint, nec retinenda in aduersarijs, aut palimpsesto, nec delenda sint, sed edenda, & hominum lectioni cõmittenda. *Sic*, inquit apud Flaccum Damasippus, *—rarò scribis, vt toto non quater anno*

Membranam poscas scriptorum quæque retexens. Horat.lib.2. sat.3.

Reprehendit enim Horatium, quòd quæ scribebat retexebat omnia, aut delebat: neque quicquam eorum dignum membrana putabat, & hominum lectione. scribitur eadem ecloga,

Dum ne quid simile huic, esto vt lubet: Horat.ibid.

in quo obliquè quidem & acriter tamen perstringitur Damasippus vt insanus: vt & alio loco, *—qui tibi nomen, Insani posuere:* Horat.ibid.

quo cognomine vulgò notabatur, vt apparet cùm inquit,

Dixerit insanum quis me, totidem audiet. Horat.ibid.

Morsum autem persensit, Horatiumque vlciscitur, & de stultitia insaniaque disserit. *Si scalpra*, inquit, *& formas*. scalpra sunt, quas Greci σμίλας vocant, ferramenta sutoria primore parte curua, & à flexu procurrentia acie recta, quibus corium secant: sed & à similitudine in falce vinitoria pars illa quę sic acie est recta post sinum curuum scalprũ vocatur à Columella: *quæ*, inquit, *à flexu procurrit, scalprum*. nomen adeptum est à scalpendo. eo enim commodius sic post flexum procurrẽte quàm directo scalpi potest. Colum.lib.4. cap.25.

Ac potius, inquit, *folijs parcus vescatur amaris.* Horat.lib.2. sat.3.

Puto hic significari olera agrestia, quæ amariora sunt quàm vrbana: vt omnia siluatica. nam cultu & irrigatione proficiunt atque mansuescunt.

Non est periurus, neque sordidus: immolet æquis Horat.ibid.

Hic porcum laribus. Si, inquit, non est auarus (nam auari studio rei augendę, quacunque ratione peierant & sordidissimè viuunt) rem diuinam dijs laribus porco faciat, qui ei talem insaniam non immiserunt. nam à laribus laruæ, à laruis furiosi insanique vocãtur. nomen iurisiurandi etiam veteres posuisse in execratione videntur: vt Seruius Oppidius apud Flaccum execrans natos si præturam aut ædilitatem peterent, eos se facit obstringere iureiurando. Ita autem scribitur, *—iure*

T *Iurando*

Horat. ibid. *Iurando obstringam ambo, vter ædilis fuerit, vel*
Vestrûm prætor, is intestabilis & sacer esto.

Concipi tamen videtur iurisiurandi formula, in quam iuraturi erant eius filij: & iureiurando execratio addi solebat, vt dira detestatione sanctius redderetur. *Ergo*, inquit, *consulere & mox respondere licebit.* Hic Flaccus imitatus est venustè iurisconsultos, & eorum consultores: qui enim ad eos adibant dicere solebant, licet consulere? Cicero pro Muræna, *itaque non modo beneficij collocandi spem, sed etiam illud quod aliquando fuit, licet consulere? iam perdidistis.*

Horat. ibid. | Cic. pro Mur.

Horat. lib. 2. sat. 3. *Hunc circuntonuit gaudens Bellona cruentis,*

valet, hic insanus & furiosus est, ἐμβρόντητός ἐστιν, vt Græci dicũt, id est, attonitus est. nam tonitru homines de statu mentis & prudentia deijciuntur.

Horat. ibid. *—ponas insignia morbi, Fasciolas, cubital, focalia:*

hoc ego explano de hominibus, qui morbo laborarunt, quo liberati refocillatis recuperatisque viribus, ponunt fasciolas, quibus crura obuoluebant, ponunt & cubital, quod est brachiale, Græcis περιβραχιόνιον appellatum: vt enim fasciolæ crurum sunt, ita cubitalia tegmenta sunt brachiorum. absque morbo enim fascijs crura pedesque inuoluere, viris indecorum erat, molleque & muliebre censebatur. Cicero in Clodium, *tunc cùm vincirentur pedes fascijs, cùm calanticam capiti accommodares*. Focalia autem operimenta colli & faucium sunt. Plutarchus de Demosthene, καὶ μεθ' ἡμέραν εὖ καὶ καλῶς ἐρίοις καὶ ταινίαις κατὰ τοῦ τραχήλου κατελιξάμενος. Fabius, *Palliolum, sicut fascias quibus crura vestiuntur, & focalia & aurium ligamenta, sola excusare potest valetudo.* Apud Fabium autẽ, vt interim hoc dicam, aurium ligamenta esse videntur, quæ à Græcis ἀμφώτιδες appellantur: sed in Græcia pugilibus tribuebantur & luctatoribus. Obseruãdum autem arbitror esse, Flaccum in percontatione particulis sua sponte interrogãtibus, quis & quantus, addere ex superuacuo etiam interrogatricem particulam, ne: vt, *Quóne malo mentem concussa?* id est, quo malo: & *quantáne?* id est, quãta?

Apud Non. in Calantica. | Plutarchus in Demost. | Quintil. lib. 11. cap. 3. | Horat. lib. 2. sat. 3.

Populus tributus, tribulis, iocularitér, tergeri, stingui, Lucretius emendatur. CAPVT XI.

LICENTER errabimus per scriptores hoc capite, & quæ memoria ex illis suggeret adscribemus: quo si quis errore fatigatus vsquequaque sequi recusabit, in proximo diuersorio moretur: scribit Flaccus,

Horat. lib. 2. sat. 1. *—atqui Primores populi arripuit, populumque tributim:*

quo versu significat summos & infimos à Lucillio stili satyrici acerbitate vulneratos fuisse: sed cùm primores dixerit, & plebem significare pro-

xim

ximo cæſo debuerit, haud inuitus ſcripturæ accedo, quam in quodam exemplari reperi *populumque tributum*. tribus enim ignobiliorum erant: qui ſenſus etiam efficietur tributim legenti, etſi non tam cōmodè reſpon-debit. Vtraque certè ſcriptura patronos habet, vna Porphyrionem, altera Acronem. Ergo ſic illud tributum amplector, vt tamen tributim non om-nino aſperner, nec improbem. Plinius quoque vt quodam loco docemus, tribus pro pauperioribus dixit, & eadem notione à Flacco conuiua tribu-lis appellatur, non diues. Vbi M. Tullius in ſomnio Scipionis ita ſcribit, *homines enim populariter annum tantummodo Solis, id eſt vnius aſtri reditu me-* Porphy. & Acron. in Horat. ſat. 1 lib. 2. Plin li. 19 c. 4. Horat. lib. 1. epiſt. 13. Cic. in ſomnio Scipionis.

1 *tiuntur*: eruditi homines, quique diligentem nauarunt ſedulamque ope-ram in emendandis editionibus vitiatis, aiunt in chirographis fugiētibus extare ſcriptum: *homines enim loquelariter annum*: quod vocabulum flocci non eſt, & puritatem orationis Latinæ caſtitatemque cōtaminat. ſed cùm ferè in vicinum quendam ſonum deerrare ſolerent librarij ſcribę: ariola-

1 ri ſubijt à Cicerone ſcriptum fuiſſe *homines enim iocULariter*: vt dicat nec veram, nec ſeriam, nec accommodatam: ſed fictam & iocularem & ine-ptam eſſe anni vertentis ab hominibus excogitatam & receptam defini-tionem. quod quidem perbellè, niſi me meum ſomnium ludit, ſenſui con-ueniet, & illuſionis non illepidam habebit ſpeciem. Locus iſte quendam

2 Lucretianum è quarto libro in memoriam redegit, in quo cùm planè & explicatè non eſſet ſcriptum tergeri, ſed iergiri, manum literas malè ef-fingentem ſequutum eſt correctorum ineptum commentum, iaculari. Nam ſic verſus ille vulgò editur: *Nam certè iacere ac iaculari multa vide-mus*. ego corrigo, *nam certè iacere ac tergeri multa videmus*. tergeri autē eſt, Lucret. lib. 4.

2 quod Græcè ῥύπτεσθαι dicitur: quo illud modo ab Ariſtotele ſcribitur, ἔστι δὲ ὀσφραντὸν οὐχ ἡ διαφανές, ἀλλ' ἡ πλυτικὸν καὶ ῥυπτικὸν ἐγχύμου ξηρότητος. Ariſtot. Simile eſt & illud eiuſdem, οἷον ἀποπλυνόμενον τὸ ξηρόν. Tergeri igitur illa di- Ariſtot. cuntur à poëta, de quibus detrahitur, tollitur, libatur, deraditur, recedit, effluit aliquid: idque more Græcorum dixiſſe Lucretium, vt alia multa,

3 crediderim. retro ad primum recurrēdum librum, in quo maſſare verbum infandum Lucretio, neque ei vnquam eloquendum adſcripſerunt, cùm muſare reperiſſent in manuaria ſcriptura: ſtingui quoque violatum, & in ſtringi deprauatum eſt, contra teſtationem codicum antiquorum: ſcri-bendum itaque eſt,

3 *Quod ſi fortè vlla dicunt ratione poteſſe* Lucret. lib. 1.
Ignes in cœtu ſtingui, mutareque corpus:

hoc ſenſu, ſi dicant ignem denſatum & concreſcentem, ſolidioraque cor-pora ex ſeſe procreantem extingui, & mutari, neque iam ignem eſſe, hanc accipient plagam, principia funditus interire, & ad nihilum occidere, &

ex nihilo res creari & oriri. Quod autem vir eruditissimus collega meus & omni liberali doctrina ornatus Lambinus obseruat in priscis libris scribi, *scilicet ex vlla facere id si parte reparcent*: quod & ipse quoque reperi, nisi de mendo suspectæ sunt editionum origines, reparcere, vt recludere, dicetur ex contrario sensu, id est non parcere: sed cum Baptista è veteribus bibliothecis reporcent proferat, si reposcent huc inducamus, fortasse non culpabimur, cùm præsertim duci in libris antiquis plerunque longiusculo crusculo r soleat sibilantem literam æmulante. non malè tamen recepten editur. non me latet etiam porcere veteribus esse prohibere, quæ notio hic non conuenit: fortasse etiam illud reporcent in reportent mutari potest. hic elicere malumus aliorum sententias quàm nostram sine dubitatione pronunciare.

Lucret.ibid.

Quod te postules, tragulam decidere, versis gladijs pugnare, versis armis, percidere os, catulus, cor lienosum. CAPVT XII.

TRISTITIA studiorum lectione fabularum & tanquam spectaculo amæno leuanda & discutienda est. Inter legendum igitur animi causa Casinam Plauti hæc annotaui. in prologo non Clerumene, sed Clerumenœ arbitror scribendum, cùm sortientes interpretetur, qui κληρούμενοι Græcè vocantur: quin & Clarumenœ libri antiqui planè integreque exaratum habent, Dorica consuetudine, cui Latinum os assueuerat in multis. sed & reperi, *post autem nisi ruri tu aceruum ederis*: quod est nisi vt mures de frugum aceruo viuas rodendo. *aut quasi lumbricus terram, quod te postules gustare quicquam*, breuitate orationis dicitur, è populari sermone comico vsurpata: vbi, non est, subauditur: quo eodem suppleméto in Milite opus est cùm scribitur, *Quod ille gallinam aut columbam se sectari aut simiam dicat*, sententia est, non est quod ille dicat, ne hanc accipiatis excusationem. erat & hoc genus loquendi iuris formulis & edictis vsitatum. Cicero in Verrem, *Quod ciuis cum ciue agat, domi certet suis legibus: quod Siculus cum Siculo non eiusdem ciuitatis, vt de eo prætor Iudices sortiatur.* Iterum, *Quod priuatus à populo petit, aut populus à priuato, Senatus ex aliqua ciuitate, qui iudicet, datur.* id est, si quid priuatus à populo petat, si ciuis ciui actionem intendat. *ego istam aliquouersum tragulam decidero*: hoc ductum est ab illis tragulis, quæ tormentis mittuntur, & atrociter sauciant, ac plerunque scutum aut corpus transuerberant: vnde & tragularij dicti, qui eas è tormentis iaciunt, apud Vegetium. Ea igitur vbi corpus transuerberauit, quomodo extrahatur sæpenumero dubitatur: ac plerunque non tam retrahenda est metu magni doloris & profusionis sanguinis, quàm hinc vel inde decidenda,

Plaut.Casin. In Prolog.

Plaut. Casina. Sc. Non mihi.

Plaut.ibid.

Plaut.Milit.Sc. Ni hercle.

Cic.4.in Verr.

Cic.ibid.

Plaut.Cas.Sc. Vt illum dij.

Veget.lib.2. cap.15.

cidenda, vt è vulnere sic cum minore noxa recipiatur. Quanquam & de tragula, quæ manu mittitur etiam accipi poteſt. at verò, *vorſus gladijs depugnare*, eſt micantibus & rotatis enſibus dimicare. obſeruant & literati verſis armis pugnare eſſe mutatis armis. Caper Grammaticus, *inuerſis armis pugnaſſe gladiatores non eſt dicendum, ſed verſis, id eſt, tranſmutatis: ſic non inuerſis pannis agitaſſe aurigas, ſed verſis. percide tu os* legendum, quod eſt batue, tunde. Nam præcide aliud eſt, & turpitudini affine: imò verò obſcæniſſimum: ſic *os tibi perciſum* in Martiale legẽdum eſt, non vt obtinet præciſum. Canem autem ferre, eſt vinctum eſſe: ſic catulum vel catellum ferreum alio loco dixit per diminutionem: eodem modo Græci σκύλακα vocant. Pollux, δεσμὸς· κλοιὸς σιδηροῦς καὶ σκύλαξ. *Cor porrò lienoſum* comicè & ioculariter ridiculeque dicitur, pro morboſo: cùm tamen morbo lienis cor tentari non poſſit. ſed quem corporis eſſe ſcimus, eundem cordi etiam morbum adſciuit. alio loco lienem dicit ſeditionem facere, præcordia occupauiſſe, niſi fallor, quod & ad hunc locum enodandum pertinet. Acheruntem aduerbium ad locum eſſe in eadem Caſina comperi: *hunc Acheruntem præmittam prius*: vt Acherunti, in loco: vt in Captiuis, *quæ Acherunti fierent*. Loligunculas hordeias ſenex ruſticus, qui pulchrius nihil frugibus cenſeret, pro pulchris ineptè dixit & putidè: quo in vocabulo mox à ſeruulo reprehenditur: *Imò*, inquit, *triticeias*. accedit quòd ipſa verborum forma idiotiſmum ruſticum ſapit: triticeas enim formandum erat, non triticeias, & hordearias, non hordeias. *Cur vituperat mihi omen*, eſſe videtur, cur vitiat & inauſpicatum reddit conſeruum pulſando. *noſtro omine it dies*, eſt proſperè & auſpicatè feliciterque: omen eſt noſtrum & auſpicium, non aduerſariorum: vt & apud Maronem,

Me ſi fata meis paterentur ducere vitam
Auſpicijs, & ſponte mea componere curas.

has quiſquilias colligebam & friuolas gerras è comica ſcena, quas, vt non fructui crediderim, ita certè voluptati lectoribus optarim potius eſſe, quàm ſperarim.

Omentum in ſacris, mola ſalſa, exta, exta luſtralia.

CAPVT XIII.

VETERVM ea in ſacrificijs conſuetudo erat atque ritus, vt quas hoſtiæ partes adolerent, eas omento & adipe operirent, vt facilius arderent, pinguitudine ignẽ alẽte. Itaq; id eſt quod ab Homero ſcribitur, κατά τε κνίσῃ ἐκάλυψαν, quod eſt adipe operuerunt & obduxerũt: & quod ſubdit δίπτυχα ποιήσαντες, enarrant, διπλώσαντες τὴν κνίσην. νῦν δὲ λέγει ἐπίπλουν. Ita de omẽto interpretantur. hinc ſole clarius efficitur illud Perſij,

Plaut. Caſina. Sc. Vna ædepol.
Caper Gram.
Plaut. Caſin. Sc. Face Chaline.
Mart. lib. 2. Epigr. 72.
Plaut. Caſ. Sc. Face chaline.
Iul. poll. lib. 10. Onomaſt. c. 39.
Plaut. Caſin. Sc. ead.
Plaut. Mercat. Sc. Exi ſummus.
Plaut. Caſin. Sc. Sine modo.
Plaut. Captiu. Sc. Vidi.
Plaut Caſ. Sc. Sine modo.
Plaut. Caſ. Sc. Face Chalin.
Plaut. Caſ. Sc. Sine modo rus.
Virg. 4. æneid.
Homer. Iliad. α.

Perſ.ſat. 2. *Tot tibi cùm in flamma iunicum omenta liqueſcant.* & Catulli,

Catul.in Gell. *Omentum in flamma pingue liquefaciens.*

Molam ſalſam, qua ante ſacrificia hoſtia conſpergebatur, interpretantur Feſt.lib.11. ferè omnes fruges molitas: atque ea eſt Feſti ſententia veriſſima: Græci tamen fruges integras nec freſas nec molitas aſpergebant hoſtiæ. argumento eſt quod ὖλαι à Græcis & ὐλοχύται vocantur, quæ erant hordei integræ fruges cum ſale mixtæ. Horatius expreſſit cùm ſcripſit,

Horat.lib.3. od.23. *Farre pio & ſaliente mica,*

quod eſt ſalis grano ſaliente,& farre,ſed molito tamen. & Maro,

Virg.12.æneid. *Dant fruges manibus ſalſas.* 1

Theophraſtus. Græci autem,vt Theophraſtus ſcripſerat,hordeo non molito in ſacris in priſcæ memoriam vitæ vtebantur, in qua homines nondum molere fruges,ſed ſolidis veſci ſolebant. Eſt igitur mola ſalſa tanquam molitura ſalſa,vt molæ qua frumenta franguntur nomen molito farri tribuatur. In ſacrificijs primùm hoſtiæ partem adolebant,& exta coquebant, eiſque veſcebantur: deinde ex alijs viſceribus poſtea epulabantur,id quod ex Homero perſpici facilè poteſt,ita ſcribente,

Homer.Iliad.1. νέοι δὲ παρ' αὐτὸν ἔχον πεμπώβολα χερσὶ

nam quincuplex illud veru craticulæ ſimile tenebant exta torrentes. ſequitur enim mox, 2

Homer.ibid. Αὐτὰρ ἐπεὶ κατὰ μῆρ' ἐκάη, καὶ σπλάγχν' ἐπάσαντο.

quo quidem ſignificat exta tum cocta fuiſſe, & comeſa eſſe cùm coxæ in deorum aris vrebantur. Reliqua poſtea viſcera aſſabant ad reliquam dapem: Homerus,

Homer.ibid. Μίστυλλόν τ' ἄρα τ' ἄλλα,καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειραν. 2

In Herculis ſacro idem Liuius declarat à Romanis fieri ſolitum, cui Græco ritu res diuina fiebat, his verbis, *Fortè ita euenit, vt Potitij ad tempus præſto eſſent,ijſque exta adponerentur,Pinarij extis adeſis,ad cæteram venirent dapem.* hæc tamen Maro de eodem Herculis ſacro loquens confudit, non tam vt reor voluntate, quàm carminis lege, qua coacti interdum poëtæ res & tempora non ſatis diſtingunt: ſed adſcribamus eius verſus, 3

Liu.lib.1.ab vrb.cond.

Virg.8.æneid. *Veſcitur Æneas ſimul & Troiana iuuentus*
Perpetui tergo bouis,& luſtralibus extis.

Cùm autem extorum Maro mentionem fecit,hoc ipſo participes ſacrificij intellexit & ſignificauit:nam qui à ſacris arcebantur,ijs de extis guſtare nefas erat, vt homicidis: Ariſtophanes, οὐκ ἔστιν ὅπως οὐχὶ τεθνήσει,κᾆν τῶν σπλάγχνων μ' ἀπέχεσθαι. Sed cur luſtralia appallauit Maro? vtrúmne quod pinguia? cùm peracto luſtro cenſores opimas & pingues eximiaſque victimas immolarent?an verò quòd de quinquennali eſſent boue. Ego has 3

Ariſtophanes.

inter-

interpretationes exquisitiores quàm veriores crediderim: ac lustralia dicta putauerim, vel quòd primus Hercules post Caci cædem ad aram maximam facto sacro se purgauerit & lustrauerit: vel potius quòd cùm omnia nos sacra lustrent & purgent, extorum esu id maximè consequimur, & sacrificiorum participes sumus, à quibus impij arcentur. Itaque solemnia omnia exta eam vim habere putabantur: quæ autem hic lustralia exta Maro dicit, Liuius solemnia nominat, ob solemne sacrificium.

1 *Natalitium, Ææa Circe, fruges libare, sacrum crinem pascere, indigenæ Fauni.* CAPVT XIIII.

OLIM die natali dona missitari solebant ab amicis & notis: inde Persius scribit, Pers. 1. sat.

Et natalitia tandem cum Sardonyche albus.

1 Et Censorinus suum de die Natali librum, quem ad Cerelium ipsius natali mittit, natalitium vocat: *quodcunque*, inquit, *hoc libri est meis opibus comparatum, natalitij titulo tibi misi.* quo quidem natale munus se misisse intelligit. sed vt quicque in buccam veniet, huic capiti mandabimus. vnde Ææa Circe dicatur à Marone nostri Grammatici exponunt, nec tamen quod afferunt satis mihi probant. Ego Maronem Homeri exemplo eam ita vocasse puto. Homerus enim scribit, Censor. de die Natali. Virg. 3. æneid.

ὣς δ᾽ ὅπως κίρκη χαλέπηνεν ἐν μεγάροισιν
Αἰαίη δολόεσσα. Homerus.

Erat igitur Æa ad Phasin amnem peninsula, vt Græci scribunt, metropo-
2 lis Colchorũ, vt sit Ææa Colchica: atque eiusdem nominis etiam erat insula Circes. Ææ Colchorum sic Herodotus meminit libro primo,

καταπλώσαντας γὰρ μακρῇ νηῒ ἐς Αἶάν τε τὴν Κολχίδα, καὶ ἐπὶ Φᾶσιν τὸν ποταμόν. Herodot. lib. I.

Et quodcunque mihi pomum nouus educat annus,
Libatum agricolæ ponitur ante deum. Tibul. lib. I. eleg. I.

3 Tibullus cùm ait, ex antiquorum pietate dixit, qui frugum & fructuum primitias dijs immortalibus libare consueuerant, nec ante gustare, quàm dijs consecrassent. Censorinus, *Itaque cùm perceperant fruges, antequam vescerentur, dijs libare instituerunt.* Censor. de die Natali.

Te lustrare choro, sacrum tibi pascere crinem: Virg. 7. æneid.

3 hanc enim operam talorum esse putes casum, aut aleę iactum varia iacientium: sed tamen quod Maro ait eam Baccho crinem sacrasse & nutrisse, id ex antiquorum superstitione dictum est, qui hoc dijs facere instituerãt, pro sospite secundaque valetudine. Censorinus, *Quidam etiam pro cætera bona corporis valetudine, crinem deo sacrum pascebant.* quídni enim Maronem Virgil. ibid. Censor. de die Natal.

interpretari videatur cùm eius verba vſurpet? à Varrone liber erat compoſitus de numeris nomine articulus, ex eo quod veteres manuum articulis computare conſueuerant, cumq́ue digitos decem habeamus, qui & articuli interdum vocantur, non temerarium eſt quod Arithmetici numerum qui decurijs continetur, articulum vocant. id enim ratione faciunt.

Virg. 8. æneid. *Hæc nemora indigenæ Fauni Nymphæque tenebant.*

Etſi hoc de dijs illorum locorum dicitur, cùm tamen eos indigenas dicat, ad eorum ſententiam reſpexit qui autochthonas, id eſt aborigenes & terrigenas ſe cenſebant, vt Athenienſes, Argiui, Arcades, Theſſali. Cenſorinus hoc confirmat: Denique, inquit, *hoc etiam vulgò creditum eſt, vt plerique genealogiæ auctores ſunt, quarundam gentium, quæ ex aduentitia ſtirpe non ſint, principes terrigenas eſſe, vt in Attica & Arcadia, Theſſaliáque, eóſque autochthones vocitari. vt in Italia poëta cecinit, Nymphas indigenáſque Faunos nemora quædam tenuiſſe, non difficilè rudis antiquorum credulitas recepit.* Cenſor. de d. Natali.

Habete cum porcis & fiſcina, hoſpes Zacyntho, lares viales, fortuna hera, lien ſeditionem facit. CAPVT XV.

SI quis me fortè roget, quid apud Plautum ille ſibi verſus velit,

Plaut. Mercat. Sc. Ad patrem. *Iam obſecro vobis hercle habete cum porcis cum fiſcina:*

Reſpondeam mihi videri eum luſiſſe vt in ſcropha, quam vel abalienamus ſępenumero, vel cedimus cum ſuo fœtu, & fiſcina, qua ſordes & ſtercora haræ efferimus: ac proinde perinde eſſe ac ſi nihil quicquam ille ſibi reliqui faceret, ſed omnia cederet ſine exceptione. ſic igitur figuratè cauillatur in amica quę ſignificatur, quamq; adeò alijs tranſcribit à ſe amandatam. Item illud ex eadem fabula. *Hoſpes reſpondit Zacyntho ficos non fieri malas.* quam ſententiam habet? opinor dici vt fici, quæ acerbæ immaturæque inſuauitatem habent, percoctæ tandem ad ſuauitatem & dulcedinem miteſcunt: ſic eius iuuentutem acerbam eſſe etiamnum & indomitam, quæ ætate emanſueſcet & domabitur. Sic enim obliquá figura ſermonis adoleſcens perſtringitur. Hoſpes porrò Zacyntho hoſpes eſt Zacynthius, vel è Zacyntho, vt Ζακυνθόθεν dicitur & vnde domo. Lares autem viales in eadem comœdia, vt ſuſpicor, dij ſunt, qui viæ præſunt, vt ſint θεοὶ ἐνόδιοι, quos inuocare ſolent, qui peregrè proficiſcuntur, & ad viam ſe accingunt: quo etiam cognomẽto colebatur Mercurius: erat & Apollo ἀγυιεὺς, ſed is à vijs vrbis nomen habebat: eodem modo θεοὶ τεράστιοι, qui à Græcis vocantur, à Latinis dij prodigiales appellantur, vt apud Plautum Iupiter prodigialis nominatur. προστατήριος autem Apollo vel ἀγυιεὺς ſignificatur in hac fabula, cùm ſcribitur,

Plaut. Mercat. Sc. Dinôn atq. — Plaut. ibid.

Apoll.

Apollo quæso te vt des pacem propitius. Plaut. Mercat. Sc. Quoniam à viro.

Spectatrix atque hera hominum fortuna censebatur ab antiquis, inde illud Ennianum apud Ciceronem,

Vósne velit an me regnare hera. & apud Plautum, Cic. lib. 1. offic.

Diuûm atque hominum quæ spectatrix atque hera eadem es hominibus. Plaut. Mercat. Sc. Diuûm atq; hominum.

Qui iudex erat olim captus vel datus, is sibi qui in consilio essent aduocabat, verius & melius vt de re & cognosceret & iudicaret: ex illa consuetudine est à Plauto facetè scriptum,

De istac sum iudex captus. Po. captus? iam scio; Plaut. Mercat. Sc. Miserior.

Nunc tu in consilium istam aduocasti tibi.

At verò illud comici eiusdem, *generis Græci est*, propter oues Græcas dictum est, quæ & Tarentinæ vocabantur, pellitæque & tectę pascebantur, propter lanæ pretiosum vellus, vt apud Varronem est scriptum. *Impleantur*, inquit, *meæ fores elegiorum carbonibus*: solebant veteres si quis erat formosus, aut si qua formosa in foribus scribere, vt apud Aristophanem de Demo filio Pyrilampis speciosissimo, καὶ νὴ Δί' ἄν γ' ἴδῃ γέ που γεγραμμένον τὸν Πυριλάμπους ἐν θύρᾳ Δῆμον καλόν· nec verò tantùm nomen, verùm etiam aliquid laudis causa adscribebant carbonibus pingentes: eas laudes formosarum & scripturas hic carbones elegiorum appellat. Ab elegio autem nomen elogij nonnihil deflexum manasse suspicor, quod in vtranque partem accipitur, vt & elegij nomen tam laudi quàm vituperationi seruit alij eclogium ab ecloge deducendum arbitrantur esse, & elogium tamen scribendum. *Seditionem*, inquit, *facit lien, occupat præcordia*: lienem potius noxæ esse quàm bono credebant antiqui, atque ita plerunque est, pręsertim cùm intumescit: & aliorum viscerum loca etiam occupare velle interdum videtur, ita crescit, & cordis regionem inuadere. sic in Casina,

Plaut. Mercat. Sc. Amice. — Var. de re rust. lib. 2 cap 2. — Plaut. Mercat. Sc. Homo me. — Aristoph. Vesp. — Plaut. Mercat. Sc. Ex summis. — Plaut. Casin. Sc. Face Chaline.

Cor lienosum, opinor, habeo.

Stellatus, qua arte consideret, rota, digito attingere, Caucasus, ius nigrum. CAPVT XVI.

Qvod ait M. Tullius libro quinto Tuscul. disputationum, *Nec stellatus Cepheus*, luculenter & eleganter est dictum, pro inter sidera relatus, & sidus factus, sed Græcorum modo, quibus hoc significat καταστερωθεὶς, vt, qui mediocriter Græcorum literis tinctus est, nouit. Interdum è re est Græca comparare, quæ Latinè expressa sunt: ita enim Latinorum oratio, maximè cùm interpres est & internuncia alieni sermonis vt in fabulis Græcis, intelligitur, declaraturque voluntas scriptoris, & vocum notio: vt in eo quod mox sequitur, *Quæsiuisse ex eo, quā maximè arte consideret:* Cic. 5. Tuscul.

Cic.5.Tuscul. Xenophon.in conuiuio. Cic.5.Tuscul.

quod est, ἐπὶ τίνι μέγα φρονοίη, aut πεποίθοι, vt apud Xenophontem in conuiuio, λέγω ὑμῖν ἐφ' ᾧ μέγα φρονῶ: & iterum, ἐπὶ ποίᾳ ἐπιστήμῃ μέγα φρονεῖς. Illud igitur est, qua arte fretus esset, & cuius artis fiducia niteretur. In eodem scribitur libro. *In eo etiam putatur dicere, in rotam (id est genus quoddam tormenti apud Græcos) beatam vitam non ascendere.* Hoc affici cruciatu, τροχίζεσθαι dicebatur, eratque rota instrumentum, in quo distento corpore homines torquebantur: dicitur à Græcis τροχὸς βασανιστικὸν ὄργανον διατεῖνον τὰ σώματα τῶν βασανιζομένων.

Ioseph. lib. de Maccabæis. Ioseph. ibid. Ioseph. ibid. Aristoph. Plut.

Apud Iosephum in Maccabæis, eius supplicij crebra mentio est: vt, *illigari igitur mole pedibus appensa, atque innecti rotæ iubetur Maccabæus: ita etiam in gyrum circuli porrectus, vt solutis hinc inde visceribus, venisque distentis dolores ipsius & pœnæ crescerent.* Iterum, *& vt erat affixus rotæ, igni in catasta obijcitur.* Rursus, *rotæ postmodum affigitur, nec tendi magis iam poterat, quia & partes & frusta corporis horrendissimo pependêre aspectu.* Meminit & Aristophanes, ἐπὶ τοῦ τροχοῦ γὰρ δεῖ σ' ἐκεῖ στρεβλούμενον εἰπεῖν ἃ πεπανούργηκας. Ac non dubito quin lib. 6. Æneid. hoc tormentum intellexerit Latinorum poëta, cùm ait,

Virg. 6. æneid.

—radiísque rotarum Districti pendent.

Cic. 5. Tuscul.

Ait idem eodem libro, *Lælius si digito quem attigisset, pœnas dedisset,* id est, si vel leuissimè tetigisset: ita enim leuissimum, & penè nullum tactum exprimere solebant. vt in epigrammate veteri apud Gellium,

Gel. lib. 19. c. 9.

Si digito attigero, incendam siluam simul omnem.

id est, si vel leuissimè tetigero: at apud Terentium, sine digito

Terent. Adel. act. 2. sc. 1.

Si attigisses, ferres infortunium.

Cic. 5. Tuscul. Strabo lib. 11. Philostrat. lib. 3. cap. 1. Cic. 5. Tuscul. Plutarchus.

Ait idem, *nudi æstatem agunt, & Caucasi niues hyemalémque vim perferunt sine dolore.* Hic non est ille Caucasus in Scythico exurgens solo mons, sed in Indico confinio se attollens Macedonum armis (vt scribit Strabo) orientem subigẽtibus prioris Caucasi nomen adeptus: huius etiam mentio est in Thyanei vita apud Philostratum. Ius autem nigrum, quod ait in Lacedęmoniorum phiditijs, cœnæ caput fuisse, à Gręcis dicitur esse, quod in consuetudine αἱματία vocabatur. Ex quo suspicamur sanguine vel mixto vel incocto atrum colorem iuris illius redditum fuisse: cuiusmodi ius botulorum videmus. Hoc autem ius in mẽsa Lacedæmoniorum erat pręcipuum, vt senes eo cibo acquiescerent plerunque, vt ait Plutarchus, nec obsonium aliud desiderarent.

Rescripti soni, puluinaria deorum, exanimo expectorat, apud Ciceronem. CAPVT XVII.

Cic. 4. Tuscul.

SCRIBIT Cic. 4. Tuscul. cantus rescriptos fuisse sonis: vbi quid sit rescri-

rescribere ambigi video: mihi quidem, quod Græci ἀναγράφειν dicunt, significare videtur, vt dicat Cicero ea tempestate iam cantus fuisse notatos & scriptos suis sonis, &, vt Græci loquuntur, φθόγγοις, nec antiquis defuisse musicam. Solet autem persæpe Cicero verba Græca exprimere Latinè, quod quidẽ eum fecisse arbitror cùm rescribere hic dixit. sed velut è carceribus emissi librum percurramus, vel eius saltem aliquam partem de- *Cic. ibid.* curramus. Puluinaria deorum cùm dixit eodem libro, epulum significat vel interprete Flacco qui scribit,

—nunc saliaribus *Ornare puluinar deorum* *Horat. l. b. 1. od. 37.*
Tempus erat dapibus sodales.

Vt autem rei diuinæ tibias, sic dapibus deorum & puluinaribus adhibebant fides, imitati, vt opinor, veterem poëtam, apud quem Ioui epulanti Apollo fidibus canit. Nemo autem est, qui non Ciceronem oblitum disciplinæ quam æmulatur existimet, qui Pythagoræ & Platonis descriptionem sequatur animum in duas partes diuidentium, alteram rationis participem, alteram expertem. hoc enim non est vllo modo consentaneum Stoicorum decretis quæ sequitur. Nam perturbationes in ratione ponunt, & quæ ratione carent animantes perturbationis aliquid simile habere prædicant, non tamen perturbari. Denique hoc doceamus è Plutarcho, qui ita in libro de virtute Morali scribit, καὶ νομίζουσιν οὐκ εἶναι τὸ παθη- *Plutarch. in li. de virt. moral.* τικὸν καὶ ἄλογον διαφορᾷ τινὶ καὶ φύσει ψυχῆς τοῦ λογικοῦ διακεκριμένον, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ τῆς ψυχῆς μέρος, ὃ δὴ καλοῦσι διάνοιαν καὶ ἡγεμονικὸν, δι' ὅλου τρεπόμενον, καὶ μεταβάλλον ἔν τε τοῖς πάθεσι καὶ ταῖς καθ' ἕξιν, ἢ διάθεσιν μεταβολαῖς, κακίαν τε γίνεσθαι, καὶ ἀρετὴν, καὶ μηδὲν ἔχειν ἄλογον ἐν ἑαυτῷ. In quo & Stoici à Galeno doctissima animaduersione & censura acerrima in libro de placitis Hippocratis & Platonis *Galen. lib de placit. Hippoc. & Platon.* notantur. Ciceroni igitur instituta Stoicorum sectanti hoc libro dissimilem rationem & quidem repugnãtem interponere, nónne fraudi esse debet, vt dissentanea & aliena & parum Stoica scribenti? Sed ius suum tenuit, opinor, meminitq; se Academicum esse, vt impunè possit quæcunq; velit è diuersis philosophorũ familijs decerpere atq; miscere. at in versu,

Tum pauor sapientiam mihi omnem exanimo expectorat; *Apud Cic. 4. Tuscul.*

valet exanimato. nam qui duobus verbis ex animo scribunt, ridiculam reddunt translationem: cùm ex animo expectorare non minus risum cõmoueat, quàm si quis vicissim ex pectore exanimare dicat: vtrunque certè inuenustum & ineptum est. quod autem scribitur, *est autem quædam ani-* *Cic. ibid.* *mi sanitas quæ in insipientem etiam cadat, cùm curatione medicorum conturbatio mentis aufertur*: vereor ne Ciceronis mãdata non fideliter perferat. Quis enim nescit omnibus hominibus posse mentis insaniam oboriri, & medicorum literis eius morbi curationem tradi? verisimilius sit Ciceronem de

sapiente

ſapiente hoc quàm de inſipiente ſcripſiſſe, quem Stoici fatentur, ludi in-
Diogen. Laërt. terdum viſis & delirare. Diogenes Laërtius, περιπεσεῖσθαι μέντοι ποτὲ αὐτῷ φαντασίας ἀλλοκότους διὰ μελαγχολίαν ἢ λήρησιν, οὐ κατὰ τὸν τῶν αἱρετῶν λόγον ἀλλὰ παρὰ
Cic. 4. Tuſcul. φύσιν. hæc cùm ita ſint, ſic reſtituendum Ciceronis locum puto, *Eſt autem quædam animi inſanitas quæ in ſapiētem etiam cadat*. Nos Ciceronem curſim legentes iſta attēdebamus, quæ & huc retulimus, vt quæ nos fecimus iuuentutis cauſa, alios eadē etiam facere doceamus, qui plus in literis vidēt.

Quædam in Cicerone emendata, mandare malis.

CAPVT XVIII.

De gladiatore Placideiano iracundè depugnaturo ex Lucillio hoc
Cic. ibid. affert Cicero 4. Tuſcul. *Quam gladium in ſtomacho, ſura, ac pulmonibus ſiſto*: vbi omnes in vocabulo ſura, vt ſcopulo offenduntur, nec iniuria. cur enim à ſtomacho ad ſuram repentè tam longè tranſitur? deinde cùm interficere velit parem, nec lethalis plaga ſit furæ, cur ibi ſiſtere gladium & defigere poſtulat potius, quàm immergere iugulo aut iecori? quid igitur ſi fibram ſcribimus? nam & vox non longè abludet, & ſignificatio iecori conueniet. poëtæ enim iecur ſæpenumero fibram vocant. mihi quidem vel Areopagitarum iudicio videtur non damnatum iri vocabulum iſtud in ſedem deterioris inquilini introductum. Ego aliquando etiam lura legendum credidi, vt os ventriculi, qui ceu vtris vel culeus quidam eſt, intelligeretur, vnde & lurcones vocātur. Illud quoque in vitio videtur eſſe,
Cic. ibid. *Itaque bene adhibita ratio cernit, quid optimum ſit, neglecta multis implicatur erroribus*. hîc habita legere commodius omnino fuerit. nam bene haberi dicitur, quod diligenter ſeduloque curatur & colitur, neque negligitur: quomodo rationem cenſet eſſe excolendam. Id cùm ſit bene habere, vt intelligunt, qui Latinè ſciunt, vitio, vt opinor, non vertetur ei nec crimini, qui ita legendum cenſuerit. ne illud quidem ſenſui ſatisfacit, quod ita ſcri-
Cic. ibid. bitur, *Venerem vnam excludit vt iniquam*: nam cùm ſequatur, *eamque præ libidine negat curare quicquam*, quo tandem modo libidinoſæ & laſciuæ, & flagitioſæ deæ congruet iniquitas? Ego, quaſi ariolum, conſului librum antiquum, in quo nequam reperi, & mediusfidius ei locum iſtum adiudicaui: nequitiam enim Veneris tantam eſſe cenſet, vt precanti opem non ſit latura voluptatibus auocata atque capta. Maculoſus eſt etiam verſicu-
Cic. ibid. lus antiqui poëtæ, ab eo citatus ex Atreo *Impius hortatur me frater vt meos malis Miſer manderem natos*: ego mandem rectum puto. nam mandare malis, eſt malis committere & comeſſe, vt apud Lucretium,

Ne Saturnus eum malis mandaret adeptus.

Eſt

Eſt igitur vetus loquendi formula, quam & menſura verſus poſtulat, & proinde non incallido nec inerti nec ſomnianti eam etiam dictat. ſed & collegæ meo Lambino viro erudito ita videri mirificè lætor. Ego etiam quod mox ſequitur, *eorum viſcera adponit*, ex eodem poëta eſſe arbitror, & verſiculi inchoati clauſulam exiſtimo, verborum ſtructura tamen mutata: verſus autem integratur hunc in modum, Lucret. 2. lib. Cic. 4. Tuſcul.

Mandem natos, eorum adponit viſcera.

Puto & verſum eſſe trochaicum antiqui poëtę, qui tamen non aduertitur, *Ob ſcelera animíque impotentiam & ſuperbiloquentiam*. nam & menſura conuenit, & verba oratoria non ſunt, ſed poëtica. At contra verſus numeratur, *Semper Aiax fortis*, cùm oratio ſit ſoluta: mox tamen in altero octonario, Cic ibid. Cic. ibid.

Summam rem perfecit manu: Cic ibid.

legendum crediderim, non manus: quod autem ſequitur,

Prælium cùm reſtituit inſaniens: Cic. ibid.

ab alia dici perſona tragœdiæ arbitror, vituperante vel eleuante facinus Aiacis, vt per inſaniam admiſſum: quod tamen alia laudauerat antè perſona. Et cùm excurrat longius verſus, veriſimile eſt non debere hoc pro clauſula agglutinari cæſuræ ſuperiori, ſed reglutinari, atq; ſeparari. Odioſum autem illud omnino eſt, *ex qua cogitantur perturbationes*, non enim cogitandi vſitata ſignificatio eſt. Ergo vel coagitantur legẽdum, ſi quis hoc verbum ferre poſſit, vel cogitantur pro coguntur & colliguntur & comparantur dixit, multi etiam agitantur reponunt. Cic. ibid.

Seſquipedalia verba, ſtans pede in vno, purgare, culigna, ô fortunatam natam. CAPVT XIX.

VT quicque in buccam veniet, ita hoc capite ſcribetur, ſeſquipedalia verba apud Flaccum non tam intelligo longa & extenſa, quàm turgida & inflata ac prætumida. Nam ab architectis eſſe tranſlationem ſumptam puto, apud quos ſunt tigna ſeſquipedalia, materies craſſior: ita loquitur non rarò Vitruuius. inde igitur Horatium explicandum arbitror cùm ait,

Proijcit ampullas & ſeſquipedalia verba: Horat. de arte poëtic.

ampullarumque figura, quæ tumidæ ſunt, huic congruit interpretationi: quanquam ſi de longis quis accipiat, qualia ſunt dithyrambica, non repugnabo, præſertim cùm dicat Martialis, etſi hoc obſcœnius eſt,

Mentula cui nondum ſeſquipedalis erat. Mart. lib. 7. Epigr. 13.

—ſtans pede in vno, Horat. lib. 1. ſat. 4.

apud eundem Flaccum eſt, facili conatu & opera ſine contentione & niſu. Nam vno pede qui ſtat, aduerſarium ſe nullum vel non fortem habere

credit. Cùm enim vno pede nos ſuſtinentes pēdeamus & vacillemus, ſecurus eſſe videtur, aduerſarijque vires contemnere, qui ſeſe non vtroque pede firmat ſtabiliter. vnde & omni pede ſtandum Quintilianus vſurpat, pro omni contentione totiſque viribus. ergo illud,

Quint lib. 12. cap. 9.

Horat. lib. 1. ſat. 4.

—in hora ſæpe ducentos,
Vt magnum verſus dictabat ſtans pede in vno:

ſignificat Lucillium temporis momento ſolitum vena facili plurimos effundere verſus. Purgare eſt interdum inane & vacuum reddere, id eſt purum: nam purus locus interdum dicitur, in quo nemo homo eſt, & qui nulla re occupatur, vt eleganter apud Flaccum emendauit politiſſimi & doctiſſimi iudicij vir Dionyſius Lambinus:

Horat. lib. 2. epiſt. 2.

—verum
Puræ ſunt plateæ nihil vt meditantibus obſit.

Cic. pro Seſt. ſic & pugnare dixit pro Seſtio Cicero, cædem maximam facias? forum purges? cùm enim homines interficiuntur, alij cæde perterriti fugiunt, & locum purgant. & Varro apud Nonium, *purgatum ſcito.* quod quidem & alias attigimus. qui calix Latinè dicitur, Græcè vocatur κύλιξ, & à priſcis Latinis propius ad vocem Græcam accedentibus, culigna. Varro apud Nonium, *menſæ ante ponebantur cum culigna & vino, quo quæ veniebant ad fœtam amicæ gratulatum, dijs mactabant.* hic vt & illud adijciam, fœtam puerperam appellat, vt & in libris de re ruſtica. Verſus ille Ciceronis, qui obtrectatorum eius & inuidorum virulentos morſus excitauit in ipſum,

Var. apud Non. in Fœtū.

O fortunatam natam me conſule Romam,

hanc opinor ſententiam continet, fœlicem illo Reipub. ſtatu Romam fuiſſe, quam conſtituerat confirmaratque in conſulatu. Optimatum enim poteſtatem & Senatus auctoritatem ſtabilierat, & cum principibus coniunxerat equites. Roma igitur, non illa quæ ante eius conſulatum malè temperatis maleque conciliatis ordinibus, populo nimium inſoleſcente, & tribunatu nimium inſultante viguerat, fœlix habēda erat: ſed quæ ipſo conſule demum exorta eſt, principis ordinis conſilio Repub. permiſſa, eique cæteris obtemperantibus. neque verò eſt cur, vel à Quintiliano, vel Iuuenale verſus irrideatur, ob iterationem earundem ſyllabarū. hoc enim veteres in delitijs habebant: vt de Amicitia. *Etenim eo loco locati ſumus,* & Maro,

Quint. lib. 9. cap. 4.

Iuuen. ſat. 10.

Cic. de Amicit.

Virg. 3. æneid.

—tales caſus Caſſandra canebat.

hanc figuram poſteritas faſtidijt, & ex ſuo faſtidio ea quæ de induſtria, vt venuſta, affectauerant antiqui, aſpernata eſt. quæ tamen multis in rebus ineptius multò & putidius laſciuijt & luſit, vt meritò in quibus ſe circumſpicit, interdum à ferijs & intelligentibus irrideri queat.

Toga

Toga, aries, oscillum, Tisamenus, cactus, cataclita, striculus, fullones, caliendrum, duplici panno, apud Flaccum, Muræna, quædam in Tertulliano emendata. CAPVT XX.

SEPTIMIVS Florés erat ille quidem omni liberali eruditione imbutus, verùm de industria orationem asperat, & horridum quiddam affectat & consectatur, proinde quasi parum virilem eam eloquentiam putaret, quæ concinnior & elegantior esset. eius ego librum de pallio sanè luculentum & eruditum, sed iniuria temporis multis locis maculosum hisce diebus, cùm in manus sumpsissem, hæc in transcursu properans annotaui. quod in eo scribitur, *nec intra genua inuerecundè, nec brachijs pare*, cùm non satis intelligam, errorem ferè subesse odoror: ac in hoc libello velut in horto irriguo herbæ, sic errores sanè vberrimi succreuerunt: emendandum fortasse sit, *nec brachijs parce*: sententia correctionem istam dictante. Nihilominus & illud sic lego, *at cùm secularium sortium variauit vrna*. quis enim nescit sortes solitas esse mitti in vrnam, in qua manu versabantur & educebantur? Itaque quod alij supponunt, *secularium sortium domina fortuna*, non perinde probo. Ius datum togæ Carthaginiensibus apparet tum cùm à Statilio Tauro deducta Colonia est muro cincta, Ælio Saturnino vel augure vel pontifice eam Coloniam inaugurãte, & solemne carmen effante: non enim ius erat cuiuis eius togæ vsurpandæ. proinde scribit, *cùm concordia iuuat, toga oblata est*. cùm dixisset Carthaginienses tunicam cinctu arbitrante suspendisse & pallium tabulata congregatione fulcisse: subijcit, *si quid vel dignitas vel temporalitas vestit*, vbi libenter, *vertit*, scriberem quod haud paulò ad sentẽtiam esset accommodatius. Togam tradit à Pelasgis ad Lydos, à Lydis ad Romanos venisse. Græci quendam Tebennum Arcadem togæ Romanæ inuentorem prædicant, qui primus id genus vestis gesserit, & sinum Ionicum naui ingressus in Italiam venerit, & vestimentum propagarit: vnde & togam τήβεννον appellatam fuisse scribunt de inuentoris nomine. Cùm autem scribat arietem, machinam oppugnatoriam, inuentum fuisse à Carthaginiensibus, id Vitruuius in oppugnatione Gadium factum esse scribit: Plinius bello Troiano ab Epeo muralem machinam, cui olim equus nomen fuerit, postea aries inuentam esse refert. Dicit Septimius Florés, *in oscillum penduli impetus armatum*, sanè pereleganter. Nam quamuis oscilla sint parua sigilla in effigiem humanam arte simulata, vt scribit Macrobius, & oscilla quoque sint imagunculæ quæ infantibus præbentur ad lusum: tamen oscilla etiam dicebantur αἰῶραι, id est, pensiles quædam gestationes de arboribus suspensæ, in quibus homines per lusum iactabantur, atque ea iactatio oscillatio dicebatur.

Tertul. lib. de pallio.
Tertul. ibid.
Tertul ibid.
Tertul ibid.
Vitru. li. 10. cap. 19.
Plin. lib. 7. cap. 27.
Tertul lib. de Pallio.
Macrob. lib. 1. Satur. cap. 11.

batur: nam homines eo genere lusus se iactantes impositi transuerso tigno de arbore suspenso, alternis se mutuoque subiectabant deprimebantque. Quod genus lusus per sex feriarũ Latinarum dies celebrare solebãt, in memoriam & imaginem vitę humanæ, in qua altissima interdum in infimũ deijciuntur, infima in altum efferuntur & euehuntur, ita memoriam redintegrantes initio acceptę vitæ illis diebus, per oscillationẽ, motus cunarum: per lactatam potionem qua tum vtebantur, lactis alimẽtum significabant. Nã lac Latinis ferijs adhibebatur etiã in sacrificijs, Cicero,

Cic. 1. de diuin. —*& læto mactasti lacte Latinas.*

Virgilius, oscillationem etiam Liberalibus, vt existimo, fieri dixit:

Virg. 2. Georg. *Oscilla ex alta suspendunt mollia quercu:*

In quo tamen φαλλὸν multi interpretantur: nam & obscœnæ etiam partis simulachrum oscillum vocari posse censent. Inde igitur per trãslationem oscillum in ariete murali dixit, propterea quòd malo statuto, tãquam trutina, alter transuersus suspẽdebatur, eodem modo de mundo ex axe pendente in libro de Anima dixit, *Initium enim omnium commentatus animum, & vniuersitatis oscillum de illius axe suspendens.* In eo de pallio libello lego, *sic & terram si recenseas, temporatim verti variantem, propè poßis eandem negare.* Et non ita multò post, *nulla iam Delos, Arene, Samos, & illa, si non mendax Plato, in Atlantico Libyam & Asiam adæquans, nunc quæritur:* nam in mari Atlantico mersam ingentem insulam scribit Plato in Timæo. Tractatur & idem locus in Apologetico, alijs tamen locorum nominibus: locum subijciam, vt lectori sit existimãdi copia: *legimus Hierapolin & Delon & Rhodum & Con insulas multis cum millibus hominum pessum abijsse: memorat & Plato maiorem Asia & Africa terram Atlantico mari ereptam.* pro Arene autem propè affirmare ausim Rhene legendum esse, quæ erat insula exigua Delo vicina, vt auctor est Stephanus. Emendo etiam, *Nam & primitijs maiore ambitu terra cassa:* &, *Scythæ exuberant in Persas:* vel certè, *exuperant Persas*. Illud alterum magis placet: &, *Chaldæum semen in Ægyptum educitur,* non vt vulgò, educatur. pro Temeno pariter, mihi affirmare liqueret verissimè scriptum iri, *Tisameno pulso,* qui Orestis filius fuit, nisi Pausanias refragaretur. Et mox, *Sic & Iones Nelei comites.* Cactus autem, quem paulò post cum rubo coniungit, herba est spinosa & aculeata, quæ, vt Plinius ait, in Sicilia tãtùm nascitur. Itaque eius Theocritus meminit in quodã edyllio. ea folio est lato & spinoso, vt describitur à Theophrasto. Carduum eum qui cinara dicitur putat esse Athenæus. Cataclita eodem libro accubita sunt, quibus ad accumbendum vtebantur: ea molli pluma implebãtur, vt ex Heliogabali vita notum est. Patagium est, quod ad summam tunicam assui solet, velut instita quædam inaurata: est & pa-

Marginal notes: Tert. de anim. — Tert. de Pal. — Tertul. ibid. — Plat. in Timæo. — Tert. in Apologetic. cap. 39. — Stephan. de vrb. — Tertul. de Pal. — Tertul. ibid. — Tertul. ibid. — Plin. li. 20. c. 16. — Theocrit. — Theophrastus. — Athen. lib. 2. — Tertul. de Pal. — Lamprid. in Heliogab. — Tert. de Pal.

tagus vitis morbus vt obiter iſtud addam, qui paſſalus malè in Theophraſti libris ſcribitur à quibuſdam. Marcello patagium veſtis eſt aurea. emendo, *exuuijs ibidem relictis nouum ſe explicat*: mox, *audaciam & gratiam nominis*: mox, *vix ſe à terra ſuſpendit*. nec multò poſt, *delibaſſe ouiculam*. &, *queis muſcoſæ lanoſitatis*. & *proinde ſi necaris animata iam ſtamina euolues*. vbi ſcribitur patiens certè iam vſtriculus, docti emendant, vſtriculas, quæ ſi idonea ſcriptura eſt, vſtriculæ fuiſſe videntur, quæ erumpentem malarum lanuginem aut aliarum partium adurerent: ſed ſtriculus potius legerim. ita enim iam grandiuſculi pueri vocabantur, à ſtricta quadam corporis ſoliditate & duritie: Arnobius, *facit ſumere habitum puriorem, & in ſpeciem leuigari nondum duri atque ſtriguli puſionis*. Nouiani fullones à Nouio poëta dicti, qui fabulam citatam à Grammaticis fullones inſcripſerat, quo in verbo ineſt infanda obſcœnitas. ſic puer apud Comicum Plautum ſibi potandum dicit fructum fullonium, fœdiſſimam patiẽtiam ſignificans. Lentulus mimographus fuit, quem & Septimius in apologetico appellat. Is Catinenſes à Catina vrbe Siciliæ appellarat homines molles, qui ſe pumice leues & glabros redderent. Iuuenalis,

—attritus Catinenſi pumice lumbum.

Sarabara veſtis erat medica fluxa: alij interpretantur crurum operimenta & induméta. Baxea calceus philoſophicus, philoſophica crepida, quam, ſi purpuratus eſt philoſophus, tyriam & purpuream eſſe oportet. In adyta cloacinarum detuliſſet, dixit, pro in cloacas miſiſſet, à Cloacina dea, quæ cloacis præerat, eam in cloaca repertam conſecrarat Tatius. Lego, *Cenſoriæ intentionis epiſcynio diſperſo*, quo verbo Græci ſupercilium ſignificant. & non multò poſt, *crepidulam & caliendrum*: atque hoc vocabulũ, quod operimentũ capitis ſignificat, à Græco κάλυπτρον duci videtur, vſurpatur & ab Arnobio, *falciculæ, claues, caliendra, fomites, talaria*: & à Flacco,

—altum Saganæ caliendrum: apud quem ſunt qui appoſititiam comam interpretentur. Mox lego, *& armillis quas*: lege, *crepidæ cretatæ*, id eſt candidæ, vt faſcias cretatas ad Atticum dixit Cicero. duplex erat Cynicis pallium vt Crateti & Diogeni, quod Septimius indicat: vnde Horatius ſcripſit, *Aſt hunc quem duplici panno patientia velat*:

Nam de illo duplici pallio exiſtimo eſſe interpretandum verſum Horatij, eóque Cynicum philoſophum intelligi, quorum profeſſio patientia erat & æquanimitas. Inſtituit autẽ Diogenes pallium duplicare: Laërtius πόρον ἔξεῦρε τῆς περιστάσεως τρίβωνα διπλώσας πρῶτος. Mox lego, *de qualibet imagine vel ara*: &, *quingentis millibus nummûm*: &, *ſupraſcriptis fortaſſe menſis*. Tertulliano non cõuenit cum alijs ſcriptoribus in Muræna: nam alij dentatam & truculenti morſus eſſe dicunt: Septimius edentulam, vt eius Mu-

Marginal notes: Theophraſtus. / Non. in Patag. / Tertul. de Pal. / Tertul. ibid. / Arnob. lib. 5. / Apud Non. multis locis. / Plaut. Pſeud. Sc. Quoi ſeruitutem dd. / Tertul. Apologetic. cap. 15. / Iuuen. ſat. 8. / Tert. de Pall. / Tertul. ibid. / Tert. ibid. / Tertul. ibid. / Arnob lib. 6. / Horat. lib. 1. ſat. 8. / Tert. de Pal. / Cic. ad Attic. lib. 2. epiſt. primum vt. / Horat. lib. 1. epiſt. 17. / Laërt. in Diog. Cynico. / Tertul. de Pal.

Tertul.ibid.
Horat.lib.1. od.28.

ræna videatur esse nostra lampetra: eius verba sunt, *noua scilicet sæuitia de lectato, terrenæ bestiæ exedentulæ, & exunguis & excornis*. numerorum arenarius vocatur, qui in schola tanquam in arena numeros exercet & docet, à circensi arena & amphitheatrali translatione profecta, nisi quis potius putet ratiocinatorẽ & numerariũ ita vocari quadã veri superlatione, quasi arenam numerare posset: vt apud Flaccum scribitur. *Te maris & terræ numeróq; carentis arenæ Mensorem.* Hęc ego transcurrẽs & festinans è multis pauca sanè delibaui. nam liber ille maiorem diligentiam non operam tumultuariam, iustumq; laborẽ desiderat, quem his libris nõ pollicemur.

Latini Iuniani, improlis, Iliensis Minerua.

CAPVT XXI.

Liu.lib.43.ab vrb.cond.
Fest.lib.9.
Plin.lib.10. epist. Proxima infirmitas.
Plin.lib.7. epist.16.
Suet.in Claud. cap.17 & 18.
Vlpian Instit. tit.1.de libert.
Vlp.ibid.
Vlpian.ibid.
Vlp.ibid.
Vlp.tit 2.de statulib.
Vlp.tit.2.de statulib.
Vlp.tit.5.de his qui in potestate sunt.
Vlp.tit.22. Qui heredes institui possunt.

LATINI Iuniani in libertorum numerum inducti fuerant, similitudine eorum qui socij Latini & Latini colonarij dicebantur, qui in Latinas colonias deducti fuerant. Lex socijs nominis Latini dabat, qui stirpem ex sese domi relinquerent, vt ciues Romani fierent. Hæc apud Liuium lex extat, à qua profectam esse primum rationẽ eam qua ius Quiritium consequerentur Latini liberti existimo, vt prole: proinde improlus vel improlis, inquit Festus, dicitur, qui nõdum est adscriptus in ciuitatem: quod de Latino eum scripsisse reor. beneficio etiã principis ius Quiritium consequebantur, vt Plinius lib.10. epist. suis Latinis ius Quiritium à Traiano petit. & iteratione, Plinius libro 7. *Spero, imò confido facilè me impetraturum, vt ex itinere deflectat ad te, si voles vindicta liberare, quos proximè inter amicos manumisisti.* & naui, Suetonius in Claudio, *& naues mercaturæ causa fabricantibus magna commoda constituit pro conditione cuiusque, ciui vacationem legis Papiæ Poppeæ: Latino ius Quiritium, fœminis ius quatuor liberorum, quæ constituta hodie seruantur.* & alijs modis, qui ab Vlpiano in Institutis referuntur: quo in Vlpiani libro cẽseo statim initio, cẽsum lustralem, quo lustrabantur ciues quinto quoque anno, acto censu, ad discrimen census equestris, senatorij, aut eius census qui in prouincijs agebatur, appellari: lustralísque dicitur à lustri spatio, vt si quinquennalis census diceretur: sed &, *sed si plus donatum sit*, lego: &, *mortisue causa donatum prohibet capere.* &, *nam quandiu horum quid desit.* &, *aut nolit accipere.* &, *Orciuus fit libertus*, potius quàm Orcinus. &, *fœmina viripotens*. Capiti autem quinto post illud, *ita si concessum sit*, inferendum est, quod cap.7. extat. *In potestate parentum sunt etiam ij liberi, quorum probata est, per errorem contracto matrimonio inter dispares conditionis personas*, & quæ sequuntur. Cæterùm quæ est illo in libro Meliensis Minerua? ego vitiatum nomen puto, legíque debere Mi-

neruam

neruam Ilienſem: nam apud Virgilium & Homerum Iliades eunt in templum non æquæ Palladis peplumque ferunt. Cùm igitur Romani originem agnoſcerent ſuam Troianam eſſe, Ilienſi Mineruæ hoc quoque ius tribuerunt, vt ei legari poſſet. Iam quis non videt tutorem ceſſitium, non ceſſicum eſſe appellandum? &, *ſi pater filium ter venundabit*, non vt obtinuit contra omnium Grammaticorum iura, venundauit. Sed quamobrem tandem liberi poſt nonũ diem quàm nati ſunt amiſſi parentibus adijciunt decimam? equidem exiſtimo quòd vt ciues Romani iam nomen habeāt: nam puellæ octauo pueri nono die nomen accipiebant, luſtrabanturque: vnde & luſtricus dies dicebatur à Romanis, ab Athenienſibus ἀμφιδρόμια. Hæc ego carptim vellicatimque velut aliud agens collegi, quæ ſi cui fortè vix lucubratione anili digna videantur, is me aliquando & hallucinari & aberrare à ſerijs ſinat.

Vlp tit. 11. de tutelis.
Vlp. tit. 10. Qui in potestate mancipione sunt &c.

Apud Catonem quædam cap. 10. explicata, ſemunciæ, ferreæ, fiſtula fartaria, rutabulum, foculus, labrum eluacrum, molile, tela iugalis, pila fullonica. CAPVT XXII.

IN explicando fundi inſtrumento, verba ſunt apud Catonem, quæ lectorem, vt exiſtimo, veluti ſcopuli quidam, morantur nec curſum tenere ſinunt. Eorum ego quædam enarrabo, reliqua aliorum operæ relinquam. Bubulcos tres imperat, vt exiſtimo, ad arandum, ſingulosque ſingulis boum paribus præficit: boues enim trinos in ea reperio formula, quod interpretor tria boum paria, vt in inſtruenda vinea boues binos lego, & expono duo boum paria. cùm ad tres aſinos aſinum preterea vnum addit, eum molarium interpretor, vt tres illos clitellarios ad ſtercus vectãdum. Vaſa olearia inſtructa iuga v. quinque trapeta vel prela olearia intelligo cum ſuo omni inſtrumento: quo etiam modo alio loco expoſui, & ſequenti de vinea inſtruenda capite intelligendum cenſeo. Vncos ferreos inuentario ſuo adſcribit, vel vt ex vrceis aliquid extrahatur, vel potius vt vrcei de ijs ſuſpendantur, vel ijs geſtentur. Infidibula ab infindendo nomen ſunt adepta, quibus tanquam infinduntur vaſa anguſti oris, vt vrcei, vel dolia per tectorium, vt humor aut vinum infundatur: ea melius cenſeo infundibula vel infudibula appellari. Labellum pollulum eſt labellũ paruulum, id eſt paululum: labello autem & duabus amphoris totidem vncos ferreos tribuit. Vrna quinquagenaria eſt quæ quinquaginta ſextarios capit. Trullæ de ſitullis aquam hauriunt, & de ahenis aut labris: naſiterna, vt ſuſpicor, vas aquarium, inde nomen inuenit, quod tres naſos habeat: alij à naſſa deducere malunt. Cuique iugo boum & pari binos vo-

Cato cap. 10.
Cato ibid.
Cat. cap. 11.
Cat. cap. 10.
Cat. ibid.
Cat. ibid.
Cat. ibid.
Cat. ibid.
Cat. ibid.
Cat. ibid.

Cato cap. 10. meres deſcribit, & bina ornamenta: ſic autem ea vocantur, quibus ad arandum ornantur, vt ſtrata & ſubiugia. Semuncias interpretor ſirpeas minores, & tanquam ſemiſirpeas: vt ſirpea loco vnciæ ſit. Sic cinctus dicitur & ſemicinctium: ille enim eſt latior, hoc multo arctius & anguſtius: ſic funis & ſemifunium: funis enim craſſior eſt & maior: ſemifunium tenuius & gracilius. Ferramenti nomen generale eſt, ad ferreaſque, ſarcu- (Cato ibid.) la, palas, raſtros pertinet. Ferrea dicitur tacito furcæ vocabulo. Falces (Cato ibid.) ſtramentariæ ſunt, quibus poſt meſſem ſtantia in ſegete ſtramenta deſeca- (Cat. ibid.) mus. Arborariæ, quibus arbores putamus. Fiſtula farraria, ad far pinſen- (Cat. ibid.) dum vſui eſt: quod ex Plinio cognoſcere cuiuis licet. Forcipes & ruta- (Plin. li. 18. c. 8.) bulum ad focum ignemque pertinent: nos vulgò tenaces vel tenaculas (Cato cap. 10.) & palam vocare ſolemus. Foculus eſt in quo ignis accẽditur, vt cibus coquatur: eos enim habebant ferreos, vt ignitabula. Cicero pro domo, *C. Atinius bona Q. Metelli conſecrauit, foculo poſito in roſtris adhibitoque tibicine*: (Cic. pro domo ſua ad Pont.) ἐσχάραν Græci appellant. Labrum Lupinarium eſt, in quo aqua lupinus maceratur, vt eius amarities eluatur. Labrum eluacrum eſt, in quo aliquid eluitur, & lauatur, quod ſordidum eſt. Molæ truſatiles ad diſcrimen (Cat. cap. 10. Cat. ibid. Cat. ibid.) aſinariarum dicuntur: ab hominibus enim truduntur: ſcapus autem vel manubrium quo mouetur mola, molile, vt ſuſpicor, vocatur: vt à libra librile, vel potius à moliendo. Itaque tria hic molilia ſunt, vt & molæ. Ful- (Cat. ibid.) lonicam pilam explico, qua tunduntur veſtes & panni vt poliantur, quod hodieque opera rotarum aquariarum ſublatis pilis fieri videmus. Telam iugalem, iugo impoſitam in quo texatur, eſſe puto, ad aliarum telarum di- (Cat. ibid.) ſcrimen, quæ pinguntur acu, texuntur radio, pectine aut alio genere, ſine iugo tamen. De iugo telarum Ouidius,

Tela iugo iuncta eſt. (Ouid. 6. Met.)

pilas ſubijcit duas fabariam & farrariam: illam ad fabam freſam, hanc ad (Cat cap. 10.) pinſendum far: ac pila eis ſua priuaque tribuit. Addit & ſeminariam pi- (Cat. ibid.) lam, ad cernendos ſeminum nucleos. Culcitæ autem lectis imponuntur, (Cat. ibid.) culcitis inſtragula, quibus incubant homines operimentis obducti.

Explicantur quædam apud Catonem cap. 11. vrnæ ſparteæ, per corbem metiri, flos, armarium promptuarium, falculæ ruſcariæ, lintres.

CAPVT XXIII.

(Cat. cap. 11.) In vinea inſtruẽda apud Catonem, ſalictarius eſt qui ſalictum curat, & ex eo materiam ſalignam viti pedandæ iugandæque parat. Vaſa torcula (Cat. ibid.) trina ſunt, in torculari vno tria preſſoria, vt eodem tempore, tribus, vt loquitur, torculis vaſis vinum prematur. pro, *dolia V.* lego, *dolia vbi vinde-* (Cat. ibid.)

miæ

miæ esse poßint culeum DCCC. dolia condendis vinaceis,acinatitia vocat Varro.vrnas sparteas & amphoras sparteas ad vinum metiendum parari reor.nam si fictiles essent,tractando sæpe, vt in metiendo fit, frangerētur. Sic per corbem metiuntur iurisconsulti, quod nos per hostam dicimus, *Faciundum*,inquit Vlpianus,*quod veteres putauerunt, per corbem venditorem menſuram facere & effundere: veteres enim propter hoc menſuram ſuaſerunt, ſi quanta menſura eſſet,non appareat: videlicet vt appareret quātum emptori vini perierit. cola qui florem demant*, cùm scribit,florem vini intelligit, quo vinū intelligimus primæ notæ,quique primum fluit: sic florem salis, nitidum, candidum,optimum salem intelligit:vt sordidum & vulgarem salem,popularem vocat.hoc capite molile ad orbem mouendum,vt molam, paratum videtur.Armarium promptuarium est,è quo promitur cibus:Plautus Captiuis, *Cellas refregit omnes intus,recluſitque armarium.* Sportæ fecariæ sunt, quibus inclusa fex prelo supponitur, vt vinum fecatum exprimatur,id capite centesimo tricesimo tertio Catonis declaratur. Falces sirpiculę sunt,quibus sirpabantur & alligabantur dolia veterū,quę fictilia erāt,tum cùm erant fracta.falculas vineaticas lego,nō faculas: sed & falculas ruscarias, quas interpretantur aliqui rusticarias vel rurales: in Varrone rustarias reperio, sed ruscarias in vtroq; sincerum esse defendo, interpretorq; falculas quibus rubi sentesq; secantur, vt alio loco doceo. antè falces posuit, hic falculas quæ minores sunt, adscribit. quala sataria sunt quibus ad ferendum opus est,id est ad semētem: vt lintres vindemiæ vsui sunt,quæ & nauiæ,vt opinor,vocantur Festo:à similitudine lintrium nomen habent: nos cuppulis balneatorijs quòd similes facimus, idcirco balneatorias vocamus.aluei sunt,quibus in lintres portātur collectæ vuę.

L.Si vinum ff. de peric.& com rei vend. — *Cato cap. 11.* — *Cat.cap.88.* — *Cat cap.11.* — *Cat.ibid.* — *Plaut.Captiu. Sc.Die ſpiter.* — *Cat.cap.11.* — *Cat.ibid.* — *Var.li.1 c.22. de re ruſt.* — *Cato ibid.* — *Feſt.lib.12.*

Epidromum apud Catonem,lecti ſtrati,lecti ſubtenti,centum pondium incertum,& certum. CAPVT XXIIII.

EPIDROMVM apud Catonem numerandum arbitror in opere funario, eoque intelligendum funem quo lectus subtendatur, in quo seruus cubet: nam lecti subtensi,stratis opponūtur.Centum pondium incertum, pondus suspicor vna mole centum libras pendens: certis pōderibus opponitur,quæ distincta partitaq; sunt,non in vnum pondus confusa.*æquum centupondium* apud Plautum in Asinaria, æquum est & iustum centum librarum pondus. conchis autem opus est ad oleum deplēdum & decapulandum,quas maiores & minores describit: spongias ad tergendum vasa adscribi odoror.lego in proximo,de villa ædificanda, capite: *in tegulas ſingulas N.* vt manupretium sit minus, id est merces operæ sine materia, quæ

Cat.cap.13. — *Cat.ibid.* — *Plaut.Aſin.Sc. Vbi ego nunc.* — *Cat.cap.13.* — *Cat.cap.14.*

quæ ſemiſſis acceſſionem facit. Quare mox ſcribitur pretium in ſingulas tegulas N.S. nam manupretium & materia numeratur. Confidenter igitur continuo reſtituam: etenim quo alio nomine hanc audaciam temerariam vocẽ? *ex ſing. nu. manupretium erit.* quod enim, *ex ſigno*, inueterauit in exemplaribus, non facilem intelligentiam habet, & videri poſſunt verba duo compendio notata in vnum coaluiſſe. Quis enim non videt ex ſing. no. coniunctis ſyllabis & comprehenſis ex ſingno effici? deinde ſigno detracta litetra? Hæ me ſuſpitiones permouerunt, vt audacter contracta diſtraherem, & ſuæ breuitati redderem, ſenſum integrum exhibenti, quem contractio corrumpit. Mihi tamen hoc pretio percharæ videntur tegulæ, ſed libri non tam emẽdandi quam deintegro ſcribendi eſſent, ſi ad diminutionem ſummæ longè à literatura vetere recederetur.

Cat. ibid.

Torcularium in Catone, quadrina vaſa, prelum, lingula, arbores, ſuccula, porculus, vectes remiſſarij. CAPVT XXV.

Cat. cap. 18.

IN torculario Catonis, quod non tam Grammatici literatura quàm architecti eiuſque ingenioſi opera, vt intelligatur, indiget: pauca quædam libando annotaui, quæ æquus lector obſecro boni conſulat: ab alijs reliqua depoſcat. Torcularium locus eſt vel ædificium in quo ſunt torcula vaſa & trapeti. Torcularium quadrinis vaſis, non quadrarijs lego, vt alio loco quinis vaſis. quadrina vaſa ſunt quadrina torcula. lego, *vti contraria ſint*, non vt receptũ video: vult enim bina è regione collocari, quem etiã ſenſum illud *contra ora*, poteſt vtcunque reddere. Arbores cum cardinibus, intelligo arbores cum ſuo pede, quo tenuiore infiguntur ſuæ baſi ſuoque fundamento inſeruntur. Infra pedicinum vocare videtur, qua forma amicinum dicitur, vt ſit πόδιον, id eſt vt ſit pes gracilis edolatusq́;, quo arbor ſtatuitur inſeriturque foramini fundamenti. eius verba ſunt, *ibi foramen pedicinis duobus facito: ibi arbores pedicino in lapide ſtatuito.* quid ſi paulò antè, *foramina tria longa p. s.* ═—, emendemus? quanquam culpam præſtare nolumus: quare qui id faciat, ſuo ſe periculo non noſtro facturum ſciat. nos enim coniecturam mouemus, non definimus. exculpta verò foramina intelligo, cauata, quo ſenſu & Varro libro ſecundo de re ruſtica vſurpat. Prelum trabs eſt torcularis ad premendum, in quo lingulam interpretor nouiſſimam partem, quæ inter duas arbores inſeritur: eam pedes duos & ſemiſſem longam eſſe vult, & ita inter arbores conuenire debere proximo capite deſcribet, vt digitum pollicem laxamenti habeat quo facilius prelum moueatur, quàm ſi arctius iũgeretur. infrà æquè, *vaſi quadrinis*, legendum confirmo. moxque, *inibi lapide ſilice totum forum.* quid autem

Cat. ibid.
Cat. ibid.
Cat. ibid.
Var. lib. 2. de re ruſt.
Cat. cap. 18.
Cat. ibid.
Cat. ibid.

autem forum ſit alibi me explicare memini. Arbores autē in torculari Ca- *Cat. ibid.*
to vocare videtur, quas vulgò gemellas poſteriores ſolemus dicere, vt ſti-
pites anteriores gemellas, ni fallor. Hęc enim omnia coniectura quadam
vacillante & infirma à me diuinātur. atque hæc quidem Cato præcipit de
torculario oleario: quod ſi quis vinarium facere velit (vaſa vinaria, Cato *Cat. cap. 19.*
vocat) is, vt proximo capite ſcribitur, ſtipites & arbores binis pedibus al-
tiores faciat. Succulam autem in torculari velut ſcrophæ ſimilitudine vo-
catam auguror: vt enim ſcropha vel ſuccula porculos habet, vt comicus
Plautus ſcribit: *I directa cum ſuccula & cum porculis:* *Plaut. Rudent. Sc. cupio æde-pol.*
eodem etiam modo ſuum hæc machina porculū habebat, Nam in media
circiter ſuccula batillus aut vncus, qui figebatur vt teneret funē, quo dum
verſabatur ſuccula, circumplicabatur, porculus vocatur. Cato, *porculum in* *Cato cap. 19.*
media ſuccula facito. Iterum, *vbi porculum figere oportebit*. Remiſſarij vectes
ſúntne quibus remittitur non tēditur prelum, an verò qui remiſſioris ſunt *Cat. ibid.*
& minoris longitudinis, ſi me roges, hoc verius putem. vt autem hi re-
miſſioris ſunt longitudinis, ſic etiam remiſſius premunt minuſque aſtrin-
gunt, vnde & nomen. Nam aliâs maiore conatu & cōſtrictione eſt opus,
aliâs minore nixu & preſſione, præſertim in oleo faciendo. interdum etiā
in vino. Scio equidē me præteriſſe multa, ſed qui niſi ſatur diſcedere non
vult, abdomini nimium ſeruit: nos homines non paſcere, ſed quodam gu-
ſtu eorū palatum ſtudemus excitare: reliqua atq; adeò omnia, illis relin-
quentes, qui & doctrina ſuperiore prædîti ſunt, & otio maiori abundant.

Somnium Veſtæ narrare, faces ardentes Dianæ, compita, Maro, quæ-dam in Propertio emendata. CAPVT XXVI.

PROPERTIVS libro ſecundo ſcribit, *Propert. lib. 2. eleg. 30.*

Ibat & hinc caſtæ narratum ſomnia Veſtæ,
Neu ſibi néue mihi quæ nocitura forent.

Veteres ad depulſionem malorum ſomniorum, quam viderant ſpeciem narrabant dijs, ac ſæpenumero domeſticis, vt Veſtæ, & Græci Apollini προστατηρίῳ, vt apud Sophoclem Clitęmneſtra in Electra: ſed & Soli idem facere ſolebant: Sophocles,

Τοιαῦτά του παρόντος, ἡνίχ' ἡλίῳ *Sophoc. Elect.*
Δείκνυσι τοὔναρ, ἔκλυον ἐξηγουμένου.

Soli autem ideo narrabant, quòd quemadmodum ſua luce tenebras fugat mundumque illuminat: ita noctis ſpecies ſomniaque diſcutere & irrita reddere putabatur: nox enim ſomniorum parens habebatur, cui radiatus & lucidus Sol contrarius eſt.

Cùm

Propert.lib. 2. eleg 33.

Cùm videt accenſis deuotam currere thedis
In nemus, & triuiæ lumina ferre deæ.

Mulieres voti damnatę & compotes ab vrbe ardentes faces in Aricinun nemus, vbi religioſiſſimè colebatur Diana, ferebant illius deæ ferijs, v Ouidius in Faſtis ſcribit,

Ouid.3.Faſtor.

Sæpe potens voti frontem redimita coronis
Fœmina lucentes portat ab vrbe faces.

Venatores (nam venationibus Diana præeſt) ſæpenumero faces ſpicatas accenſas, eò ferebant, & canes ſuos morbo aut ſcabie affectos infulis velatos deæ ſiſtebant, omneque inſtrumentum venatorium ante eam collocabant. Gratius,

Gratius de venat.

Spicatáſque faces ſacrum ad nemorale Dianæ
Siſtimus, & ſolito catuli velantur honore:
Ipſaque per flores medio in diſcrimine luci
Strauêre arma, ſacris & pace vacantia feſta.

Sed & Diana, quæ venari feraſque agitare & ſagittis configere antiquorum opinione cenſebatur, illis ipſis ferijs ſuis, quæ Idibus Auguſti celebrabantur, emeritos canes quietoſque à venatione & immunes habere credebatur, ipſaque etiam feriari: Papinius,

Stat.3 ſiluar.

—ipſa coronat
Emeritos Diana canes, & ſpicula tergit,
Et tutas ſinit ire feras.

Sed quoniam in illum Gratij locum incidi, non præteribo ex eo intelligi non tantùm compita in vrbe fuiſſe, verùmetiam in lucis vbi colebantur dij. ſcribit enim,

Grat. de ven.

Idcirco aërijs molimur compita lucis:

Sed & in agris, quod Cicero 2. de Legibus ſignificauit, cùm ſcripſit,

Cic. 2. de leg.

Lucos in agris habento, & larum ſedes.

Larum enim ſedes eſt in compitis. Sequitur mox in Propertio:

Proper. lib. 2. eleg. 33.

Flumina ſopito quæque Marone cadunt:
Et leuiter lymphis tota crepitantibus vrbe,
Cùm ſubito Triton ore recondit aquam.

Opinor in aquæductu, qua ſaliebat aqua, fuiſſe ſtatuam Maronis, ſiue ille poëta fuerit, ſiue Maro Homericus, eo habitu poſitā vt ſuſurro eius ſopitus videretur. Credibilius omnino tamē eſt in aquęductu ſtatuā fuiſſe priſci illius Maronis optimi vinitoris, comitis expeditionum Oſiridis, quem ætate prouectum, vt Diodorus ſcribit, in Thracia reliquerit, Maroneęque conditorem monumenta antiqua produnt: atque argumentum non inelegās inſcitumque fuerit, vitigeni potus optimum cultorem, peneque inuentorem

Diodor. Sicul. lib. 1.

uentorẽ,pro vino hominibus aquas miniſtraſſe. Cùm autẽ quadam in vrbis parte Triton magnam aquæ copiam ore profundens,epitonijs verſis aquam recõdiderat,& fundere deſtiterat, illa mutato flexoque curſu magno impetu crepitans ad porticum Pompeij tendebat per tubos, qua ſopiti erat ſtatua Maronis,& tanta cadebat mole,vt cùm leuiter in reliqua vrbe aqua ſuſurraret,illic flumen videretur iuſtum eſſe.

Aut quid Cretæi tibi proſunt carmina lecta? Propert. lib. 2. eleg. 35.

Cretæum illum qui nouerit nondum conueni quenquam: aut igitur pro Epimenide Crete dictum eſt, vt à Beroaldo traditum eſt. Conſtat autem eum ſcriptorem carminum fuiſſe: aut Lucreti legẽdum eſt,cuius elegantiſſima carmina de rerum natura hodieque extant. Fortaſſe enim ea perſtudioſè Lynceus legebat,cùm & ipſe poëtas amaret,& verſus ſcriberet, & ex illius ætatis ſecta ſe ad Epicuri ſententiam propẽſiorem & dociliorem præberet. Ea enim philoſophia tum in amoribus & delicijs erat: &,

Nil iuuat in magno veſter amore ſenex.

de Epicuro dictum accipi poterit non incommodè: probabilior tamen Beroaldi ſententia videtur. Propert. ibid.

LIBRI SEPTIMI FINIS.

ADRIANI TVRNEBI ADVERSARIORVM LIBER OCTAVVS.

Ocnus, dextra iuba, ſalire medio foro, pergula, quædam in Propertio declarata. CAPVT I.

VERSVM Propertij alioqui non facilem nec peruium ingenioſè Politianus aperuit, quem ſubſcribam: Proper. lib. 4. eleg. 3.

Dignior obliquo funem qui torqueat Ocno,
Æternusque tuam paſcat aſelle famem. Polit. Miſcell. cap. 81.

Pictus enim fuerat, vt Plinius ſcribit, *à Socrate piger qui appellatur Ocnos, ſpartum torquens, quod aſellus arrodebat.* Plin. li. 35. c. 11.
Quis autem non videt magnæ pigritiæ fuiſſe in torquendo ſparto laborare, nihilque proficere rodente quicquid tortũ erat aſino, nec tamen abi-

gendi asini laborem suscipere? Sed alium in sensum dici videtur à Propertio, de eo qui supplicio non dissimili Danaidũ pœnæ afficitur, aut qui in ignem lanam trahit, qui scilicet perpetuò sine effectu laborat: quomodo apud inferos Ocnum puniri opinio erat, vt existimo. Videtur, vt hoc

Aristot. lib. 9. hist. anim. c. 18. addam, Aristoteles existimare hunc Ocnum in erodij genus omnium pigerrimum mutatum fuisse. sic enim scribit, ὁ δὲ ἀστερίας ὁ ἐπικαλούμενος ὄκνος μυθολογεῖται μὲν ἐκ δούλων γενέσθαι τὸ ἀρχαῖον· ἔστι δὲ κατὰ τὴν ἐπωνυμίαν τούτων ἀργότατος.

Propert. lib. 4. eleg. 3. *Seu voluit tangi parca lucerna mero.*

Apparet cùm auguria & omina caperent è lucerna, si quid diri denuntiare eius lumen videretur, mero id solitos expiare, tacta scilicet vino lucerna.

Propert. lib. 4. eleg. 4. *Sæpe illa immeritæ causata est omina lunæ.*

Opinionem commemorauimus fuisse somniorum matrem esse noctem: ea à Luna nunc immitti scribit Propertius, cuius in nocte dominatus est, vt Solis interdiu obtinet potestas. Solebant autem somnia noctis expiare & lustrare perenni aqua.

Propert. ibid. *Cui Tatius dextra collocat ipse iubas.*

Hic ego, vt in quibusdam codicibus reperimus, malim dextras. hoc enim veteres operam dabant, vt equorum iubæ in dextrum armum pronæ caderent: Virgilius,

Virg. 3. Georg. *Densa iuba, & dextro iactata recumbit in armo.*

Propert. lib. 4. eleg. 5. *Murrheáque in Parthis pocula cocta suis.*

Murrhina pocula hic significantur, quæ Propertius fictilia fuisse videtur existimasse, cùm in Parthorum caminis coqui ea scribat, dissentiente Plinio, qui humorem putat sub terra concrescere dé sarique calore, eumque lapidem erui, & in vasa celari. Tantam nobilissimorũ scriptorum in re frequentissima dissensionem, quis non annotatione dignam existimauerit? (Plin. li. 37. c. 2.)

Propert. lib. 4. eleg. 5. *Aut quorum titulus per barbara colla pependit,*
Celati medio cùm saliere foro.

Nec eos quidem, inquit, amatores asperneris & refugias, quos titulo de collo pendente venales in foro hastæ suppositos, vel ad lapidem præconis, vt vænum irent non solùm stantes, verùm etiam, quod fieri assolet, cùm grex venalium venditur, saltantes in foro seruiliter videris: quos quidem ad speciem omni mangonio pingere, & cælare omni lenocinio solent vænalitiarij: alij occultare intelligunt. In foro saltare ingenuo turpe erat, quod seruitia cùm vænibant faciebant.

Propert. ibid. *Atque animam in tegetes putrem expirare paternas,*
Horruit algenti pertica curta foco.

Hæc emendatio viri omnium facilè doctissimi Beroaldi est, cuius ego auctoritate non permoueor, vt veterem scripturam negligam.

Horru

Horruit algenti pergula curta foco.

quam ego in suos penates reduco. nam pauperes quibus cella non erat, nec domus, interdum in pergulis habitabant, in quibus etiam vilissima scorta & omnium libidini prostituta merebant. Plautus Pseudolo,

Te ego ipsam culleo cras faciam deportere in pergulam. Plau. Pseud. sc. Exite hinc.

Sic & Crassitius libertinus pauper Grammaticus, cui per inopiam habendæ in ædibus scholæ potestas non erat, docuit in pergula. Suetonius, *hic initio circa scenam versatus est, dum mimographos adiuuat: deinde in pergula docuit, donec commentario Smyrnæ edito adeo inclaruit, vt hæc de eo scriberentur.* Suet. de illust. Grammat.

Spica cilissa, arcanæ saliuæ, lanuuinus draco, strigare.

CAPVT II.

AMBIGITVR cur lepidissimus & nitidissimus poëta Propertius crocum spicam cilissam vocarit: nec enim spicam crocus proferre videtur, & flos ille odoratissimus eius à spicæ specie vt quidam censent alienissimus est. Cur igitur ab eo poëta scribitur?

Térque lauet nostras spica cilissa comas. Proper. lib. 4. eleg. 6.

& ab Ouidio libro primo Fastorum,

Et sonet accensis spica cilissa focis. Ouid. 1. Fastor.

sunt qui credũt spicas in radice esse. nam eorum quæ bulbosa radice constant in nucleos diuidua, nuclei spicę vocãtur, vt spicæ allij, & spicę croci, vt inquiunt: ego tamen spicam fila illa croci longa croceaque esse credo.

At mihi non oculos quisquam inclinauit euntis:
Vnum impetrassem te reuocante diem. Propert. lib. 4. eleg. 7.

suspicer alteram lectionem esse meliorem, *inclamauit euntis*. cùm animã, inquit, agerem, nemo præsto fuit, qui me inclamaret ne migrarem è vita, quod quidẽ si tu fecisses, vno die vitã mihi producere potuissem. *inclinauit* autẽ, erit clausit, quod facere morientibus chari vel propinqui solebãt.

Aut Nomas arcanas tollat versuta saliuas: Propert. ibid.
Dicet damnatas ignea testa manus.

Sensum horum versuum putem, quæstionem habe de Lygdamo, aut de Nomade, quæ te amatorio veneficio nunc deliniuit. ea si arcanas suas remouerit saliuas, quas clam ad incantandũ mentem tuã cibo immixtas tuo adhibet, & ignea testa vratur, de scelere veneficij perpetrati confitebitur.

Lanuuium annosi vetus est tutela Draconis: Propert. ibid.
Hic vbi tam raræ non perit hora moræ

Moram vt opinor raram dicit, quòd rarò spectaculum hoc videre licuerit. Lanuuij autem draco colebatur, vt in parallelis scribit Plutarchus,

cuius verba, quòd ad explanationem Propertij magno adiumento futura

Plutarch. in Parallelis. sunt, hic attexam, ἡ δὲ ἑστία ἐλεήσασα δάμαλιν ὑπέβαλεν, καὶ αὐτὴν ἐκόμισεν εἰς λανούιον, καὶ ἱέρειαν τοῦ σεβομένου παρ' αὐτοῖς δράκοντος ἀπέδειξεν.

Propert. lib. 4. eleg. 8.

Siriga, nam taceo volsi carpenta nepotis:
Atque armillatos colla molossa canes.

hic legendum crediderim *Striga, nam taceo*, quidam etiam capto pro taceo legunt. Est autem strigare in strigam equos vel mulos iunctos agere, & rectà dirigere, ne diuersi abeant, hi in hanc, illi in illam partem. eo verbo vsus est qui parodiam venustissimam epigrammatis Catulliani lusit in

In catal. virg. Ventidium mulionem, *Et inde tot per orbitosa millia*
Iugum tulisse, læua siue dextera
Strigare mulas, siue vtrunque cœperat.

Quod autem Propertius ait eum immundæ saginæ fata venalia daturum, vbi erasas eius genas vicerit barba pudenda, hunc sensum habet: vbi glaber esse vulsusque non poterit, nec in eradendo pudendam eius barbam nouacula superarit, nec proinde mulieribus amabilis fuerit, operam arenæ locare cogetur, & in familia gladiatoria merere, vt habeat vnde se turpissimo genere viuendi saginet: Prudentius,

Prudent. lib. 2. cõtra Symmachum.

—& vulnera vendita pastu *Spectatura oculis.*

Capsis, procum, & quædam è Cicerone. CAPVT III.

SÆPENVMERO mihi mirari subijt, cur M. Tul. verbum capsis è tribus conflatum crediderit. Nam tria verba in duas coijsse syllabas, nónne

Cic. in orat. ad Brutum. prodigij simile esset? Eius autem hæc verba sunt in Oratore ad Brutum, *Iam in vno capsis tria verba sunt.* ea esse suspicor cape, si, vis. At quanto verisimilius est M. Tulli præteritum esse antiquum pro ceperis? vt apud te

Cic. 2. de legib. lib. 2. de Leg. *sacrum sacróue commendatum si quis clepsit rapsítue, parricida esto.* pro rapuerit & clepserit. Et Catullus,

Catul. epig. 41. ad Fundum. *Nefaria scripta Sexti recepso,*

pro recepero dixit. Et libro 3. Offic. Accius in armorum iudicio,

Cic. 3. Offic.

Quod ni Palamedis perspicax solertia
Istius percepset malitiosam audaciam:

id est percepisset. Quod autem in eo Ciceronis libro non hinc lõgè scriptum est, crucem hominibus doctis defixit, in qua suffixi penderent: quid enim procum ad tabulas censorias pertineat, quærunt: & vt assolet, ad substitutionem aliorum verborum confugiunt. quod quidem tum faci-

Cic. in orat. ad Brutum. mus, cùm inopes consilij aliunde opem circumspicimus: eius locum adscribam, *Iam, vt censoriæ tabulæ loquuntur, fabrûm & procûm audeo dicere, non*

fabrorum

fabrorum & procorum.in cenſorijs tabulis erant deſcripti qui è collegio fabrûm erant, & alioqui cum ſarta tecta locarent cenſores, perſcribebãt in ſuis tabulis, quę cum fabris & redemptoribus pacti eſſent.in procis quod ait eſt obſcurius: ſed procos iam inde à Seruio Tullio vocabant in claſſibus, proceres: quod verbum cenſores retinebant in tabulis. Feſtus, *procûm patriciûm in deſcriptione claßium, quam fecit Seruius Tullius, ſignificat procerum. ij enim ſunt principes*. Sequitur mox, *Quæ mulier vna duûm virûm*, cui locus Epiſt. lib. 9. nonnullam lucem afferet, in qua ſcribitur, *Quæ mulier vna? quid inquam eſt, vſurpata duplex cubile*. & epiſtolæ viciſſim iſte aliquid
1 lucis reddet: atque ſeſe mutuo illuſtrabunt. quod autem eodem in libro ſcribitur, *Texitur exitium examen capiti*: è libro priore de Diuinatione perſpicuè emendandum eſt. *texitur, exitiûm examen rapit*. Illud autem, *ſcripſere alij rem*, ex Ennio eſt, & in Bruto Ciceronis poſitum eſt, de Næuioque intelligitur. *Quomodo enim vester Axilla*, ſcribit Cicero, propterea quod
1 Brutus, ad quem ſcribebat, genus à Seruilio Ahala ducebat. Latini nulli erant ita ruſtici, qui, inquit Cicero, nollent vocales cõiungere. cùm enim vocalis vocalem excipiebat, in pronuntiãdo altera ſupprimebatur, ne diſtractio & hiatus fieret. Itaque *ego omni officio*, pronunciabant, *eg'omn' officio*: quæ cauſa eſt vt in poëmate non ſoleant diduci nec diſtrahi, vt *mul-*
2 *tum ille & terris*, quod pronuntiandum eſt, vt ſi ſcriptum eſſet *mult' ill' & terris*. Itaq; perquam raro in poëmate Latino verba hiant, quod apud Grę-cos frequentiſſimum eſt. legit Victorius, quin vocales nolit, eleganter.

Feſt. Pomp. lib. 14.
Cic. in Orat. ad Brutum.
Cic. lib. 9. fam. epiſt. Amo verecund.
Cic. in Orat. ad Brutum.
Cic. 1. de diuin.
Cic. in orat. ad Brutum.
Cic. lib. 1. fam. epiſt. 1.
Virg. 1. æneid.

Sponſio, hyſterica, mechanici, petauriſtæ, leuconica, bipenna, apud
2 ## *Martialem.* CAPVT IIII.

QVID vetat attingere feſtiuiſſimi poëtæ Martialis luſus, atque in his operam hanc ludere? non ſemper ſupercilia adducẽda ſunt, & ludus plerumque ſibi dandus eſt, & remiſſione contentio ſtudiorũ relaxanda. Scri-
3 bit igitur libro vndecimo.

Vadas & redeas irreuolutus. Mart. lib. 11. epig. 1.

ſed titubat pedum greſſus: legendum igitur exiſtimo, *ineuolutus*, non irreuolutus. id autem erit non explicatus, non lectus.

Sed cùm ſponſio fabulæque laſſæ Mart. ibid.

3 cùm dicit, ſponſiones populi depoſitis pignoribus aut pecunia, de alicuius agitatoris victoria factas intelligit. Septimius Florens, *aſpice populum ad id ſpectaculum iam cum furore venientem, iam tumultuoſum, iam cæcum, iam de ſponſionibus concitatum*. Scorpus autem nobilis agitator fuit & Incitatus equus, quem tanti fecit Caligula, vt ei deſtinarit conſulatum.

Tertull.
Suet. in Calig. cap. 55.

Mart lib.11, epig.7.

Permittis puro pileata Roma.

Romani Saturnalibus pileum gerebāt, alijs diebus nudo capite erant, au caput veste velabant. Itaque veteres nullæ Romanorum statuæ cum pileo visuntur: Eustathius lib. 1. Odisseæ de Latinis, ἴσως δὲ καὶ τὸ τὰς κεφαλὰς ἀκαλύπτους ἔχειν: differit enim fortasse eos nudi capitis consuetudinem à prisca Græcia duxisse, cùm apud Homerum nec pilei nec causiæ vllæ mentio sit, & heroico seculo videantur ea capitis operimenta hominibus vsitata non fuisse.

Eustat. in 1. odyss.

Mart. lib. 11. Epig. 8.

Dicet & ictericam se forsitan altera mœcha:

Iterum, *Ictericam vetulo se dixerat esse marito:* proculdubio vtrobique hystericam emendandum, vt morbus vuluæ intelligatur, qui libidine plerumque leuatur.

Mart. eod. lib. epig. 72.

Mart ibid. epig. 22.

Quam rota transmisso toties impacta petauro.

hic petaurus tignum vel tigillum est, quod à petauristis per rotam transmittebatur ei impactum: impacta tamen rota dicitur hic, cui impactum, id est: quanquam & petauro quoque rota impingebatur, itáque transmittebatur per eam: atque id verius est, transmisione autem multa & frequēti rota laxior reddita erat. tigno autem illo & rota vtebātur, per hanc machinam saltātes & gestus dantes: sed & tignū aliquando altius suspendebant, & inde saltus ad stuporem spectantium varios dabant. Lucillius,

Lucil. apud. Fest. lib. 14.

Sicut mechanici ex alto exiluere petauro.

Mart. lib. 11. epig. 57.

Linconicis agedum tumeat tibi culcita lanis.

Ego & hic & in apophoretis in codice scripto reperi Leuconicis, quæ tomenta sunt, atque ita vocabantur à Leuconio loco. hoc eò audacius scribo, quòd intelligam Sipontinum in eadem sententia esse. Ne illud quidem indictum prætermittam, in eodem Epigrammate in veteribus chartis legi, *Et teges & cimex*: ita postulante syllaba prima cimicis, quæ longa est: hodie, *atque cimex*, legimus, & ei vim afferimus: sed & pro purpura texta, *purpura pexa* reperi, quod prætermittere piaculum committere fuisset: quin & *dactyliothecam* lego, non dactylothecam, & versu hoc cogente, & verbi significatione adigente, cùm annulorum repositorium intelligatur, qui δακτύλιοι Græcè vocantur: illud verò obscœnum est, sed tamen vt ab errore epigramma vindicetur adscribendum honorem præfatis, *tentumque Telesphore sentis*: hodie tecum excuditur. & nefandus ille, quem epigrammatis stigmate famosi inurit, *Manneius* non *Maneius* vocandus, quod veteribus credimus libris, eosque fideiussores obligamus *Drauci nata sui vocat pipinnam*. hoc vocabulum plurimum Grammaticis hominibus exhibuit negotij. pipinnam à pipillando nonnulli hallucinantur: alij vepenem, & paruum intelligunt penem. ego vt sententia quo

Mart. eod. lib. epigr. 22.
Mart. lib. 14. epig. 159.
Sipont. in epig. 70.
Mart. lib. 11. epig. 57.
Mart. ibid.
Mart. eod. lib. epigr. 60.
Mart. eod. lib. epigr. 59.
Mart. eod. lib. epigr. 62.
Mart. lib. 11. epig. 73.

qu

que nôstra procedat in numerum, ſequor antiquos libros, & bipennam,
vel quod idem eſt, bipinnam lego, cùm pinna & penna dicatur: ſic autem
vocatur pars ea qua viri ſunt hoc loco, malè craſſa, quæ duarum penna-
rum tubos, vel cannas duplicis pennę amplitudine, id eſt craſſitudine non
ſuperet. ſic vt opinor, tueri veterem ſcripturam præſtat, quàm Martialem
non interpretari, ſed imaginario & falſo vocabulo ſubmiſſo nouum epi-
gramma ſcribere.

*Ceſena apud Ciceronem, ferre oculis, verberationem dare, ruta, pule-
gium, quadrimus Cato.* CAPVT V.

QVINTVS Cicero in epiſtola ad Tironem, vt ignobile oppidum
nominat Ceſenam quum ſcribit: *Nam iſti duo vix ſunt digni, quibus alte-* Cic. li. 16. fam.
ri Ceſenam, alteri Coſſutianarum tabernarum fundamenta credas. Quod ita epiſt. vlt.
viſum eſt doctis mirabile, vt de mendo locum ſuſpectum habuerint, &
aliud quidpiam ſubſtituendum crediderint. Ego verò credam libenter vt
humile & ignobile oppidum, Ceſenam per ludibrium poſitam eſſe, ad-
ductus auctoritate Sidonij Apollinaris, ſic libro primo ſcribentis: *Et tu* Sidon. lib. 1.
iſthæc nobis Ceſenatis furni potius, quàm oppidi verna deblateras? Quædã op- epiſt. 8.
pida olim minima & frigidiſsima hodie florent & ampliſsima ſunt, nec
2 ex eorum huiuſce temporis magnitudine qualia olim fuerint æſtimãdum
eſt, cùm vt in hominibus, ſic & in illis magna vis fortunę ſit in vtrãq; par-
tem, eoque magis quò diutius quàm homines, quorum vita breuis eſt, in-
iuriæ & fortunæ libidini patent. At verò Coſſutianæ tabernæ Coſſutio-
rum fuêre, aut etiam Coſſutiæ, quam ſibi prætextato deſponſatam Cęſar, Suet. in Iul. c. 1.
2 vt à Suetonio relatum eſt, dimiſit. dicuntur autem vt & cæditiæ tabernæ
apud Feſtum. At verò in eadem illa epiſtola *te fero oculis*, valet, te ita amo, Feſt lib. 3.
vt ſemper mihi te obuerſari coram putem: itaque te non tantùm animo Cic. li. 16. fam.
& mente, ſed oculis etiam videre videor. Quod autem in eadem prima epiſt. vlt.
ſcribitur, *mirificam mihi verberationem ceſſationis epiſtola dediſti*, in eo dare Cic. ibid.
3 verberationem valet vtique verberare, vt apud Lucretium lib. 6. dare ſo- Lucret. lib. 6.
nitum pro ſonare, & dare crepitum pro crepare, & dare fragorem pro im-
manem ſonitum edere, quæ genera loquendi ſæpe frequentat ille poëta,
& Maro tenet. Verumenimuero quid illud tandem eſt quod Tullius ad
Tironem ſcribit, *puto vtrunque ad aquas ſenias, quid egerint*. folium hoc qui- Cic. lib. 16.
3 dem Sibyllæ eſt: nam nec ſemæ nec ſeniæ, ab vllo, quod ſciam memoran- fam. epiſt. etſi
tur. nihil mercam vt non quod hic commentus ſum adſcribam, in quo etſi mane Harpale
mihi placeo, & mihi bellus videor, vereor tamen ne me traducam. nihil
quicquam ita ad vnguem finxerit artifex è cera, vt æquè ſibi placeat ac ſe
circunſpiciat, ac qui neſcio quid friuolum in literis ſibi bellè finxiſſe vi-

detur & excogitasse. sed cur ego tempus tero, nec promissa apparẽt? Ego igitur elemento vno extrito, legendum censeo, *emas quid egerint*: hoc sensu, si quid egerint illi scire de me vis, officio id aliquo tibi emendum est, aliâs nescies, nisi ista mercede. dubium autem mihi non est, quin nomen aquas de suo s literam vocabulo proximo largitum sit. Quid? illa, *Etenim ad cuius rutam pulegio mihi sermonis tui vtendum est*: nónne quòd condimenta hortorum è suo domicilio per metaphoram in aliam migrarũt significationem, efficiunt orationem obscuram & propè ænigmati similem? His autem non assentior qui herbas esse putãt rutam & pulegium somno aptas, cùm potius suo calore & siccitate insomniam afferrent. Lepta autem vir erat doctus & acris iudicij, qualis in condimentis ruta: sed & pulegium, quod rutæ reponit, acumen & eruditionem Tironis significans. Quod verò *de quadrimo Catone* velut cimerijs tenebris inuolutum scribit, intelligẽdum esse suspicor de quodam loco laudationis Catonis Vticensis, in quo scripserat aliquid factum à puero quatuor annorum Catone, eius laudes & decora à prima vsque infantia ducẽs. Nos ista explicare conati sumus, nec fortasse tamen quod voluimus sumus assequuti: quod si non videmur, operam lusisse putemur.

Cic. eod. lib. epist. Tu verò.

Cic. eod. lib. epist. Spero ex.

Vasa torcula, prela temperata, medimponti, capistra, fibulæ, aluei, trutrum.

CAPVT VI.

DVODECIMVM caput Catonis de re Rustica hîc explicare in animo est: etsi perdifficile est cogitatione informare, quid multa apud eum scriptorẽ vocabula significent, quæ cùm rustica sint, aut fabrilia, nec auctoribus trita, aut à veteribus Grãmaticis enucleata, relinquitur nobis suspicio tenuis & cõiectura exilis, quæ vereor ne interdũ nos fallat. *Quomodo*, inquit, *vasa torcula v iugerum instruere oporteat*: emẽdo quinque iugorũ. Vasa enim torcula appellat torcularis instrumenta, vt prela, funes, quæ quidem singulorum generum quinq; vult esse, vt quina prela, quinos funes. eodẽ modo supra dixit vasa olearia instructa iuga quinq;. Vasa enim sentit illic quibus oleum fit & premitur. ait Cato, *in torcularium quæ opus sunt vasis quinis?* quod per interrogationem elatum existimo. mox enim respondet, *prela temperata quinque, superuacanea tria*. Torculariũ locus est, in quo sunt torcula vasa, vt prela & reliqua. Prela temperata vocat, quæ apta sunt & accommodata ad torquendum & premendum: superuacanea otiosa supersunt, nihil agentia & cessantia, quę si illa superiora deficiãt, aut vitium agant, operosa esse possint, & in vicem succedere. Eodem modo vult suculas esse quinque operosas, vnam superuacaneam: si qua è quinque laborarit

Cat. de re rust. cap. 12.

Cat. ibid.

Cat. ibid.

Cat. ibid.

borarit. Succula autẽ dicitur à ſue, qua forma dicitur à boue bucula. nam & in media ſucculа figitur paxillus nomine porculus cui funis annectitur, vt inſtrumentum hoc tractorium ſcropha videatur eſſe, quæ porculos habeat, quod iam & antè attigimus. Eius vſus eſt in torculari ad premẽdum. Funes loreos poſcit quinque Cato, vt ſingulis prelis ſuus ſit, vt ſua ſuccu- *Cat. ibid.*
la: horum vſus eſt ad premendum. addit ſubductarios totidem, qui ſub *Cat. ibid.*
ducunt & tollunt prelum ope ſucculæ additis polyſpaſtis, quæ trocleas Græcanicas Cato ſupra vocauit. *Medipontos V.* ſcribunt hic quidam *Cato cap. 3.*
melipontos: vtrunque probo, quomodo melicæ gallinæ & medicæ di- *Cat. cap. 12.*
cuntur. Mediponti autem in inſtrumento funario erant, & Medi id eſt Xerxis pontem, quam σχεδίαν Herodotus appellat, imitabantur. Funium *Herodot. lib. 7.*
enim ponte Xerxes Helleſpontum coniunxerat: cuius tamen vſus eſſent in torculari non facilè dixerim, niſi ſi ad traducendum fortè haberentur, aut potius craſſiſſimi funes eſſent ad vehementiſſimè premendum. Tro- *Cat. cap. 12.*
cleas quinque ad ducendum vel ſubducendum adhibet. Capiſtra quinque, id eſt quinque retinacula, quibus quinque prela tanquam frenis capiuntur, cùm ducenda ſunt & torquenda, aut potius ſubducenda. *Aſſercula quinque vbi prela ſita ſient.* Tot vult aſſerculos quot prela operaria, vbi *Cato ibid.*
prela ſita ſint: aſſerculis alligantur ſcopæ virgeæ, ad detergenda dolia, vt auctor eſt Cato cap. 152. ferias vult tres eſſe, vt opinor, vbi dum vindemia *Cat. cap. 152.*
eſt, potus ſit operariorũ. *Vectes quadraginta,* quibus traiectis ſuccula one- *Cat. cap. 12.*
ra ſua & prelum molitur operarijs nitentibus, & eam verſantibus ope vectium. Fibulas imperat totidem: ſunt autem vincula & velut claui, qui- *Cat. ibid.*
bus vel tigna inter ſe vel arbores connectuntur. Confibulæ ſunt tãquam *Cat. ibid.*
duplices fibulæ, quæ ſi quando quid hiet & aperiatur, ad conſtringendum vtrinque & cõprimendum adhibentur: interpoſitis & interculcatis etiam cuneis, quos deſiderat ſex: trapetos quinque poſtulat, in quibus oleã teratur, quibus deſeruiunt cupæ, quæ trapeto vtiles ſunt, vt Cato cap. 21. de- *Cat. cap. 21.*
clarat. alueis portantur ad trapetum oleæ aut aliquid capitur: palis aliquid ſumimus, iacimus, mouemus, eruimus, molimur, etiam fodimus ferratis: Columella, *Tum mihi ferrato verſetur robore palæ* *Colum. lib. 10. de cult. hort.*
Talis humus. rutris ruimus & iacimus: à ruendo nomen habent: Nonius à radendo putat, Lucilius, *Frumentarius eſt, modium* *Apud Non. in*
hic ſecum atque rutellum Vna affert: proinde quaſi inſtrumentum ſit hoſto- *Rutrum.*
rium ad æquandam menſuram & radendam: cùm tamen ſignificari poſſit inſtrumentũ quo fruges corruuntur in modiũ, id eſt conijciuntur. Varro, *Cui celer* δι' ἑνὸς λήμματος λόγος *Antipatri ſtoici filius caput rutro diſplanat.* *Apud Non.*
Erant enim ratiocinationes quędam Stoicis μονολήμματοι, id eſt vnius ſum- *Marc. ibid.*
ptionis.

Ante

Ante aliquem ferram ducere, tabella dimidiata, apud Varronem macellarij. CAPVT VII.

TEMPERARE mihi non possum quin quædã Varronis loca tractem, in quibus operam fortasse lusurus non sum. nam & ipse exquirendo discam, & aliorum studia vel adiuuabo vel excitabo: vt mihi vel profectus sui gratiam habituri sint, vel diligẽtiæ. In numerum igitur procedat quod in cap. de pauonibus scribit. *De pauone*, inquit, *liberè licet dicas, quia discessit Fircellius, qui secus si quid diceret de ijs, gentilitatis causa ante eum ferram duceret.* Quidam locum explicant de ferra militari Festi & Vegetij auctoritate freti. Nam ferra pugnari dicitur, cùm subinde acceditur ad hostem & receditur. Vegetius, *item*, inquit, *ferra dicitur quæ ab strenuis directa ante frontem opponitur hostibus, vt turbata acies reparetur:* verùm hanc expositionem semper ingeniosiorem quàm veriorem credidi, cùm existimem Varronem dicere Fircellium Pauonem propter nomen commune & gentilitatem, quæ ei cum pauonibus intercedebat, si quis de eis secus, id est, malè loqueretur, streperum & odiosum putaturum fuisse, neque libentius hominem eum auditurum, quàm stridentem & obstrepentem ferram, cuius argutia auribus molesta est. Lucretius,

Var. lib. 3. de re rust. cap. 6.

Veget. lib. 3. cap. 19.

Ne tu fortè putes ferræ stridentis acerbum
Horrorem constare elementis læuibus æquè.

Lucret. lib. 2.

legitur in antiquis libris *antè conduceret ferram* eleganter: pro mallet conducere ferram, vt eius insuauem strepitum audiret. Scribit Varrro, quod Victorij fide è libris veteribus, non excusis referimus, *vis potius villæ publicæ vtamur vmbra, quàm priuati candidati tabella dimidiata ædificemus nobis?* quo loco hoc significari sentio: vis ingrediamur potius villam publicam, quàm in angustum tabernaculum candidati nostri nos constipemus? Nam dimidiatam tabellam dixit exiguam tabernaculi partem multis hominibus referti: ædificat autem sibi, qui tanquam ædificium sibi parat & locum. Varro scribit, *Et non pluris tu è villa illic natos verres lanio vendis, quàm hic apros macellarios Seius?* in quo emendo macellario Seius: Sunt enim macellarij, qui obsonia vendũt lautiora. Varro, *excusos pullos refert in testabilem eam in qua pauones habet*, Legendum censeo, *refert in stabilem eam*, id est in stabulum. multa enim alijs generibus veteres quàm consuetudo postea tulit, enuntiarunt.

Var. li. 3. ca. 2.

Var. ibid.

Var. lib. 3. c. 6.

Impectere, apud Varronem, capiuntur sequi, nutrices, bugonia. CAPVT VIII.

PLACET & in Varrone quædam excutere & emendare: Scribo igitur

tur in eo, *pauoninis ter noueni* : & illud, *in ijs ijdem aiunt, cùm ad lumen ſuſtu-* Var. de re ruſt.
leris, quod perluceat, id eſſe obinane : & illud, *inigantur in flumen aut piſcinam*: lib. 3. cap. 9.
&, νησοτροφεῖον : & illud duobus verbis, *non in fauo ſex angulis cella?* id eſt Var. ibid. Var. lib. 3. c. 10.
ſex habens angulos : vulgo perperam vno editur vocabulo, ſexangulis. Var. li. 3. c. 16.
lego verſum Græcum hunc in modum.

Βοὸς φθιμένης πεπολημένα τέκνα. Var. ibid.

additur & alter verſus qui Nicandri eſt in theriacis, videturque redunda-
re. iam ex veteri ſcriptura legendum videtur *itaque impectentes à ſe eijciunt* Var. ibid.
fucos. nam pectere pro impetere & verberare, à Comicis ſępenumero te-
1 ritur : vel potius, impectantes, pro pectere & verberare cupientes, deſide-
randi forma, vel frequentandi pro ſæpe pectētes atque pungentes. Nam
vt fictum pro fixo à Varrone dicitur, & à veteribus Grāmaticis obſerua-
tur : quidni eodem modo pexum pro pectum ab eodem dicetur, à quo
pecto pectas : cùm præſertim pro pexus pectitus à Columella dicatur,

1 *Inde vbi ſe puro diſcrimine pectita tellus.* Colum. lib. 10. de cult. hort.

ſic à lego lecto dixit Horatius, à ſcribo, ſcripto. Inſectātes tamen non ine-
ptum eſt, ſed quam Victorius lectionem veterem refert, eam interpreta-
bamur. Lego apud eundem libro ſecundo, *cùm creuerunt, capiuntur ſequi* Var. lib. 2. c. 4.
matrem paſtum. Nam illud capiuntur valet cupiunt, expetunt, deſiderant.
2 item, *vt deſiderium poßint ferre nutrices* : id eſt, matres quæ eos nutricant. Var. ibid.
ſic mammas nutrices appellauit Catullus, & μαζὸν, id eſt mammam, nutri- Catullus.
cem contra appellauit Callimachus. Item, *narra iſti*, inquit, *eâdem qui ſer-* Callimach.
mones ſint habiti : id eſt eadem via & opera, quomodo ſæpe loquitur Plau-
tus. Rurſum, *& hinc Plautium loquutum eſſe Latinè, cùm Hirrium prætorem* Var. lib. 2. ca. 5.
4 *renuntiatum Romam in Senatum ſcriptum habere. Sed bono animo es : non mi-*
nus ſatisfaciam tibi, quàm qui bugoniam ſcripſit. Vbi legendum cenſeo, in Se-
natu ſcriptum aueres. Varro Hirrium ſenatorem in Senatu ſcriptū eſſe op-
tabat, quem ordinē aſſequebātur Ædiles & Prætores, alijq; magiſtratus.
Cùm eum audiſſet prætorē renuntiatū Plautius, Varroni dixit, mulſa tibi
3 affero, affero tibi optabilem nuncium: tam tibi ſatisfaciā, quàm qui bugo-
niam, id eſt apiarium, aut qui de apibus ſcripſit. Mel erat antiquis in deli-
tijs, vnde meum mel, mihi eſt mellinę, & illud Comici, *mulſa loquitur*. Sed Plaũ. Pœnul. ſc. Negotij qui.
& apum iucunda & dulcis ob mellificium eis memoria erat. Plautus,

Egon' apicularum opera congeſtum non feram? Plaut. Curcul. ſc. Quo te hoc.

5 Quamuis autem bugonia verbum Græcum ſit, tamen id in Latina po-
ſuit oratione Plautius, qui bugoniam ſcribere dixit, qua forma Iliadem Var. lib. 2. ca. 5.
Homerum ſcripſiſſe dicimus. Mel, inquit, qui tibi daret gratior & iucun-
dior non eſſet, nec tibi magis ſatisfaceret, quàm in præſentia faciam. nun-
tio enim tibi Hirrium prætorem eſſe renuntiatum : vel etiam Varro re-

nuntiatum

nuntiatum prætorem Hirrium in actis scribi primo quoque die optabat, idque cupiebat in acta referri, qua in re se eius desiderio satisfacturum, seque quod ei iucundissimum sit, facturum pollicetur Plautius. hanc posteriorem sententiam etiam non puto contemnendam.

Careum, Murrhea, entheca, asinus machinarius, pædagogia, focaria, cauteria. CAPVT IX.

VT sæpenumero mare tentamus, quamuis incolæ terræ simus, aut ad exteros è patria excurrimus: ita mihi quoque vsuuenit, vt in iuris ciuilis quosdam titulos euagarer, & aliquid enotarem. In titulo igitur de penu legata, carreum quod scribitur, careum est scribendum. carum enim & careum semen exiguum est, stomacho iucundum, cibo gratum quod oxyporis miscebatur: quidam carenum legunt. Murrhea autem vasa sunt, quę myrrina etiã vocantur, vt è Propertio iam antè disseruimus. Promercium in Paulo dicitur ea ratione, qua commercium. Illo autem verbo continentur ea, quę paterfamilias promercalia habet & venalia, id est quæ non suæ vsioni & penori, vt consumat, seruat, sed vt pecunia mutet. Cùm Q. Mutius disputat eo penore, quod paterfamilias vsus sui causa paratum habuisset, *accipiendum esse & amicorum eius & clientium, & vniuersorum quos circa se habuit, non etiam eius familiæ, quam neque circa se neque circa suos habuit: puta si qui sunt in villas deputati, quos Q. Mutius sic definiebat, vt eorum cibaria contineri putet, qui opus non facerent*, *materiam Seruio præbuit notandi, vt textorum & textricum cibaria diceret contineri.* id ex eo notauit Seruius, quia antiqui in villis textrinum aliquando instituebant. Varro, *vt si habeas plures in fundo textores atque institutos histonas, sic alios artifices.* Sedularia in sedilibus, vt cathedraria in cathedris numerãtur. *Dotes*, inquit Papinianus, *prædiorum, quæ Græco vocabulo entheca appellantur*: sunt Entheca supellex, quæ in prædio posita est, & penus annonaq́;, tanquam eius dos. Sic Isidorus interpretatur hoc vocabulum, *Enthecam Græco sermone repositam rei copiosam substantiam appellamus.* huc pertinet illud Sidonij affectatissimè & ineptissimè dictum. *Quicquid Helicon verbalibus horreis entheca tum possederat.* Focaria est quæ focũ colit & culinaria est. Nam μαγειρίσσας Diuus Hieronymus Focarias Latinè reddidit. Asinus machinarius est, molendarius, qui molit, id est, qui molam machina quadam inclusam voluit & torquet; quam & machinam frumentariam vocat Iurisconsultus: Sic machinalia pondera vocat Ausonius, pistrinalia pondera. *Qui*, inquit, *machinali saxa voluunt pondere*: sic amica de machinis empta à Q. Cicerone fortasse dicitur, id est de pistrino vel moletrina. Est & catasta

L. Non omne bibitur ff. de pen. legat.

L. Supellectile ff. de sup. leg. & l. etsi non ff. de aur. & arg. leg.

L. Nam quod. §. idem si quis ff. de pen. leg.

L. Qui pen. leg. ff. eod.

Var. lib. 1. c. 2. de re rust.

L. instrumenti ff. de supel. leg.

L. Cum pater §. dotes prædiorum ff. de instr. & inst. legat.

Isidorus.

Sidonius.

D. Hieron.

Auson epist. 7.

Q. Cic. de pet. consul.

tasta machina, de qua emi potuit: sed in singulari numero loquendum videretur. videntur & machinæ quædam fuisse, quibus serui in ergastulo aut alibi continerentur & coërcerentur: etiam liberi interdum. Plinius, *paucis diei horis pingebat, id quoque cum grauitate, quòd semper togatus, quanquam in machinis. Carcer eius artis domus aurea fuit.* Iurisconsultus cùm specularia & pegmata dicit pegmatum nomine antepagmenta videtur intelligere, quæ valuarum sunt ornaměta affixa antis. pædagogia sunt puerorum cœtus, id est seruitia puerilis ætatis: nos hinc pueros nobiliũ ministros pagios velut pędagogianos pueros, vt Marcellinus nominat, vulgò solemus appellare. Serui supellecticarij, qui supellectilem curant: eo etiam nomine veniunt qui eam faciunt. Fornacator seruus est, qui fornacem balnei caminumque succědit. Cauteria sunt quibus pictores olim ceris pingentes picturam tabularum inurebant. Hæc hinc inde in hoc caput velut in horreum congesta sunt è Iurisconsultorum latifundijs, aut ex eorum supellectili instructa.

Plin. li. 35. c. 10.
L. Quæsitũ. §. specularia. ff. de Inst. vel instrum. leg.
L. ead. §. si instructum eod. tit.
Marcellinus.
L. item pictor. eod. tit. ff.

Heraclea pocula, patella, patera, crustæ, emblemata, Netum, proagorus. CAPVT X.

NOMINAT Cicero pocula Heraclea in Verrem, quo sanè in loco aliquando thericlia ex Athenæo substituebam, nunc me substitutionis illius pœnitet & piget: Heraclia autem vasa ab Hercule nomen habuerũt, fuereque magna & capacia, quæ tanti herois sitim extinguere & satiare possent. Nam Hercules in potoribus numerabatur maximis: eorum poculorum etiam apud Athenęum mentio est. Pro, *reclamat tota Sicilia*, quidni freti bonis libris audacter, *res clara tota Sicilia*: scribimus? *equitabit*, inquit, *in his equuleis*: quod est se ostentabit, se iactabit: qua in significatione verbo equitandi, nisi me memoria fallit vtitur Arnobius, & Horatius, pro insultabo, dixit, *vectabor humeris tunc ego inimicis eques.* Turibulum, patellam & pateram fuisse dicit in omnibus ferè locupletibus ædibus Siculorum Cicero: in patella dijs apponebantur epulæ, cùm res diuina dijs penatibus laribusque fiebat, aut de cœna eis libabatur: patera vinum libabatur turibulo thus adolebatur vaporabaturque. mox scribo, *peræquè pro portione cætera.* non peræqua. *Cn.* inquit, *Pompeius est Philo, qui fuit Tyndaritanus.* Philo iste Siculus erat, qui à Cn. Pompeio ciuitate donatus, nomen bene meriti patroni, vt tum fieri solebat, sumpserat. Is adeptus ciuitatem Romanam, iam Tyndaritanus non erat: homo enim Romanus, alterius ciuitatis esse non potest. Calactinus à Calacta oppido Siciliæ dicitur, cuius mentio est apud Ptolemæum. quod ait Cicero, *argentum illi cæterum purum apposuerat*: hoc sensu dicitur, cùm intelligeret quàm esset Ver-

Cic. 6. in Verr.
Athen. lib. 11. cap. 1.
Cic. 6. in Verr.
Cic. ibid.
Arnobius.
Horat. Epod. od. 17.
Cic. 6. in Verr.
Cic ibid.
Ptolem. lib. 3. cap. 4.
Cic. 6. in Verr.

res cupidus emblematum, vasa puri argenti, quò minus accenderetur eius auiditas, apposuerat: tantùm adiunxerat vasa duo cum emblematis. Nam his exceptis reliquum erat argentum purum appositum, ne hospes omni suo spoliaretur argento. Crustas & emblemata nominat Cicero vasorum ornamenta: inter quæ videtur interfuisse, quòd crustæ tectoria quædam erant, & tanquam bracteæ quædam illitæ, & laminæ inductæ inauraturæque. Emblemata pretiosiora erant, & operis exquisitioris, exemptiliaque erant, cùm illigata essent vel adfixa. crustæ autem, etsi reuelli poterant, tamen firmius inhærebant. *Attalus*, inquit, *homo pecuniosus nec vulgò Lilybæi:* vetus liber, *Attalus homo pecuniosus neci: Liso Lilybæi*. Nam vrbis nomen perspicuè desiderabatur: ea Nectum à Ptolemæo vocatur, à Silio Netum, *Et Netum & Micite, pubesque liquentis Acheti*. quare Neti scribendum reor. Mox, *Archonides Pelori, dies me citius defecerit*. Nec multò post, *ad se & ad Selenem*. Nam ea mulier lunæ vocabatur nomine, vt Antonij filia. sed & supra, *hoc denique quod concedit*, legendum sine dubio, non concepit. Proagorus autem est Dorica ratione, quam Latini æmulantur, & Siculorum lingua erat, qui ab alijs Græcis προήγορος dicitur, qui princeps est & ante alios verba facit. Oculis captus sæpe dicitur, qui nihil videt: & mente captus, qui non sapit. quorum enim oculi capti sunt, & manu pressi, cernere non possunt: etiam oculis captus dicitur, qui rei alicuius specie captus est & allectus, vt eam vehementer concupiscat, & habere ardeat. Cicero in eadem oratione, *tametsi ne oculis quidem captus in hanc fraudem tam sceleratam ac tam nefariam decidisti.*

Cic. ibid. Cic. ibid. Ptolem. lib. 3. cap. 4. Silius. ital. lib. 14. de bell. Punico. Cic. 6, in Verr. Cic. ibid. Cic. ibid.

Sutrium ire, flos libycus, canina scæua, bona scæua.

CAPVT XI.

QVOD in Plauti Casina legitur,

Sed facito dum memineris versus quos cantat colax:

longè aliter descriptum in antiquis reperi schedis, & annotatu obseruatuque dignum duxi,

Sed facito dum Mæoni aper versus quos cantat colas:

è quo etsi obscurus, tamen aliquis sensus elicitur non inamœnus: si autem colax legatur, assentator erit, qui aliqua in fabula id cecinerit, vt & si Mæoni, legamus. Quid si Mæonia per versus legamus, vt vel de aliquibus in fabula sic cantari intelligamus, vel ab Etruria, quæ à Mæonibus id est Lydis originem ducebat: in Festo legitur merula claudicante versu: Et potuit quiddam tale merula vocalis canere, quod & festiuius erit. *Cum cibo tum quiqui vt veniat facito, quasi eant Sutrium*. esse hoc à re militari tractum

Plaut. Cas. Sc. Nunc amici. Fest. lib. 1. Plaut. Cas. Sc. Nunc amici.

ctum videtur. ſæpe enim, cùm properato eſt opus, & in expeditionem eſt miles rapiendus, imperatur vt cibaria ſecum ferat: vt cùm rapidè fortaſſe Sutrium duxit exercitum Camillus. Gallico tumultu ait Feſtus edictum eſſe vt legiones Sutrij præſto eſſent cum cibo ſuo: & Sutrium ire in prouerbijs numerat. nonnunquam & trium dierum cibaria imperabantur. *Feſt. lib. 17.*

Ariſtophanes, Καὶ μὴ 'πιλιπεῖν σιτί' ἡμερῶν τριῶν. *Ariſtophanes.*

Iterum, Ἥκειν ἔχοντας ἡμερῶν ὀργλὼ τριῶν πονηρῶν. *Ariſtoph. Pace.*

Ijſdem in chartis reperi, *non ecaſtor vilis emptus eſt*, non vili: & ſignificat carum eſſe ſalem, & vicinum proinde ſibi non emiſſe inſulſumque ac fatuum eſſe. Illud quoque reperi, *operam vxoris polliceor foras quaſi catillæ, tum flagitium hominis*. in omnibus editur catillatum, nec à me damnatur, ſed illud alterum indicatur, vt ſi cui arrideat ſequatur. hunc enim locum iudicio hominum & arbitrio exiſtimandum relinquimus, noſtram ſententiam non interponimus. *Plaut. Caſ. ſc. Vt properarê.* *Plaut. ibid.*

Niſi, inquit, *hæc meraclo ſe vſpiam percuſsit flore libyco.* *Plaut. Caſ. ſc. Nulla, nulla ſũ.*

ſic hic verſus à doctiſſimo viro Ioachimo Camerario vtriuſq; linguæ noſtra ætate antiſtite, reſtitutus eſt, & in illis, quas appellaui hoc capite ſchedis reperi. Flos autem libycus, vinum eſt Mareoticum literarum monumentis non incelebre: etiam verſu Maronis clarum Mareotidibus vitibus in optimo genere numeratis. Mareotis autem Libye à Plinio recenſetur Ægypto contermina. Meraclum eſt meraculum. erat & in ijs planè & literatè perſcriptum, *Dabo* μέγα κακὸν. hodie καὶ κακὸν percrebruit. Noua nupta olim non ſolùm non cõtingebat pedibus limen domus in quam deducebatur, ſed nec eius è qua exibat: Plautus, *Virg. 2. Georg.* *Plin. li. 5. c. 6.* *Plaut. Caſ. ſc. Vade fur, vt ſentis.*

Senſim ſuper attolle limen pedes noua nupta. *Plaut. Caſ. ſc. Senſim ſuper.*

Illud alterum à multis obſeruatur, hoc non item. pro, *hac ibo*,

Caninam cœnam ſpero meliorem fore, *Plaut. Caſ. ſc. Vbi tu nũc es?*

erat probè & planè ſcriptum, caninam ſcæuam, quod auſpicium ſignificabit, quod canibus plerunque infœlix & infauſtum eſt, cùm & cædantur & malè accipiãtur: vel potius latratum canis dicit auſpicium caninum, cùm ſæuius & aſperius latratura ſit vxor. Varro, *quòd puerulis turpicula res in collo quædam ſuſpenditur, ne quid obſit, bonæ ſcæuæ cauſa.* & alio loco Plautus, *Var lib. 4 de ling. Lat.*

Bene prædatus ibo, bona ſcæua eſt mihi. *Plaut. Pſeud. ſc. Malus & nequam.*

ea dicta ab ſcæua, id eſt ſiniſtra, quòd quæ ſiniſtra ſunt, bona auſpicia exiſtimantur. Legendum autem ſuſpicor in fabulæ clauſula,

Eáque nubet Euthynico noſtro herili filio. *Plaut. Caſ. ſc. Spectatores.*

Nam Theuthynico quod editur, ex eo deprauatum eſt, quòd vltima litera verbi nubet antecedentis geminata eſt, & ad ſequens attracta nomen. hæc curſim & properãter è vetuſta eruebamus charta, & bonæ iuuentuti tranſmittebamus.

Ennæa Ceres, Temenites Apollo, forum ornatum, & quædam in Cicerone emendata. CAPVT XII.

Cic.6.in Verr. QVAM Cicero in Verrem & Valerius vocant Enneam Cererem Æt-
Val.Max.lib. 1.cap.1. neam appellat Claudianus,
Claudian.lib. 1.de rapt. Proserpin.

> *Ætnææ Cereri proles optata virebat*
> *Vnica.*

in quo tamen Ennææ legere mallim: cùm præser-
tim Valerius scribat ex ea ciuitate sacra eius orta fuisse, & Arnobius fabu-
Valer.li.1.c.1. lam Ennæam vocet. quanquam cùm ex Ætna raptam Proserpinam sint
Arnob.lib.5. qui tradant, Ætnæam fortasse non deerit qui defendat. In illa autem Ci-
ceronis oratione legendum puto è clancularijs & reconditis libris: *Ita*
Cic.6.in Verr. *verò ab omni aditu*: & mox, *lætißimíque flores*. Infulas porrò & verbenas
Cic.ibid. cùm dicit, significat ἱκετηρίας, aut ὤσχας: vnde & ὠσχοφόροι καὶ θαλλοφόροι: præ-
sto enim eos fuisse cum ramis & velamentis dicit, velut supplices: non
enim hic verbena nomen herbæ est, sed potius ramum oleæ significat, vt
& cuiusuis arboris & plantæ, cùm religiosè fertur: non dubito autẽ quin
Cic.ibid. è sanctuarijs antiquorum codicum restituendum sit in M. Tullio. *purum à*
cæde seruatum est: non vt inoleuit, *à plurima cæde*. est omnino illud Cicero-
Cic.ibid. nis elegantia dignius. Qui Apollo Thesmotes excuditur in eadem ora-
tione, in antiquariorum libris, Temnites scribitur: vnde & corrigendi
bella occasio est. legẽdum itaque reor Temenites. Nam de Syracusis lo-
quitur, quibus adiunctę Epipolæ erãt, queis locus nomine Temenos sub-
Steph. de vrb. erat: vnde, vt cõijcio, Temenites Apollo vocatus fuit. Stephanus, τέμενος
τόπος σικελίας ὑπὸ τὰς ἐπιπολὰς πρὸς ταῖς συρακούσαις. mihi & loci propin-
quitas & vocis, facilè persuasit vt hanc coniecturam amplecterer, quam
vt equidem alijs probatam cupio, ita non sic commendo, vt si quid me-
lius excogitent, non ipse vltro recepturus sim. Meæ etiam fauet & suffra-
Suet. in Tiber. gatur sentẽtiæ Suetonius in Tiberio ita scribens, *Supremo natali suo Apol-*
cap.74. *linem Temenitem, & amplitudinis & artis eximiæ, aduectum Syracusis, vt in*
bibliotheca noui templi poneretur, viderat per quietem affirmantem sibi, non posse
Cic.6. in Verr. *se ab ipso dedicari*. Reperi etiam inter blattas, *nullas vnquam vllo tẽplo fuisse*,
cùm hodie *tempore* edatur, quod etsi non ausim eijcere, tamen quod illi
Cic.ibid. controuersiam faceret indicare volui. *Spectet*, inquit Cicero, *eorum orna-*
tum, si quid iste suorum ædilibus accommodauit: ego vnius literulæ mutatio-
ne, *forum ornatum*, lego: ludis enim forum ornari solebat, antequam thea-
trum esset à Pompeio ædificatum & dicatum: & interdum postea. Cic.
Cic.3.in Verr. 3. in Verrem, *vidi simul cum pop. Rom. forum comitiumque adornatum ad spe-*
ciem magnifico ornatu. Illa verò ex antiquis libris cõmemoratione & per
Cic.6.in Verr. scriptione non sunt indigna, *quid arbitramini Rheginos, qui iam ciues Ro-*

mani ſunt, merere velle, vt ab ÿs marmorea Venus illa auferatur? hodie *ne auferatur*, receptum eſt: & continuò, *quid Tarentinos, vt Europam in Tauro ſedentem amittant?* hodie, *vt ne Europam*. hoc enim ſignificat, quàm magnam pecuniæ vim pro illis ſignis peterent? non longè hinc, *mirum quendam dolorem accipere eos*. hodie, *accidere ÿs*, quod equidem etiam laudo. &, *non modo lenitudine*: hodie *modo* abeſt. &, *nam principum ſententiæ perſcribi ſolent*: hodie *principium ſolet*, &, *quoniam ex tota prouincia ſoli ſunt*: hodie excuditur, *qui ex tanta prouincia*: mox, *vt ad ea quæ rogati erunt*: hodie deſideratur præpoſitio, quæ non videtur inanis eſſe nec otioſa. has è veteribus libris ſcripturas in ſuos codices retulerat Petrus Gallandius, cuius obitu & academia magnam iacturam fecit, & ego amico ſingularis exempli, & patrono de me bene merito orbatus ſum.

Cic.ibid. Cic.ibid. Cic.ibid. Cic.ibid.

Lumen, luminaria, Cicero & Cato declarantur.

CAPVT XIII.

IN opuſculo de optimo genere Oratorum, libet vnum atque alterum locum explicare: in eo cùm ſcribitur, *Sed earum omnium rerum vt ædificiorum, memoria fundamentum eſt, lumen actio*, vulgò parum attendunt lumen eo loco feneſtras ſignificare, quibus in ædes lumen admittitur: cùm tamen in hac ſignificatione non rarò à ſcriptoribus vſurpetur, vt à Catone cap. 14. apud quem etiam luminaria foriculas feneſtrarum ſignificant & ſpecularia: eius verba ſunt, *Lumina ſex, ſcamna tria, ſellas quinque, telas iugales duas, luminaria ſex*. alia non proferam exempla, ne in re nota videar minimè neceſſarÿs teſtimonÿs vti. In verſibus Lucillianis quos adhibet Cicero, parum emendatum mihi videtur, quod ſic legitur, *cum Pacidiano hic componitur*: verius puto & incorruptius, *cum Placideiano*, vel Horatio auctore, qui de eodem gladiatore agens ſcribit,

Cic. de opt. gen. orat. Cat. de re ruſt. cap. 14. Cic. de opt. gen. orat.

Aut Placideiani contento poplite miror
Prælia rubrica picta aut carbone:

Horat. lib. 2. ſat. 2.

quanquam ſi ſola adductus coniectura ſic corrigerem, à me faceret ſyllaba, quæ in Pacideiano producta eſt. in Placideiano breuis & verſui accõmodata.

Ærariaratio, ratio ad denarium, ad ſeſtertium, ad Caſtoris.

CAPVT XIIII.

IN Quintiana non parum obſcuritatis habere, lucéque interpretationis deſiderare verba illa videntur, *Hoc eò per te agebatur, quòd propter ærariam rationem non ſatis erat in tabulis inſpexiſſe quantum deberetur, niſi ad Caſtoris quæſiſſet quantum ſolueretur. decidis ſtatuíſque tu propter neceſſitudinem,*

Cic. pro Quint.

quæ tibi cum Scapulis eſt, quid ijs ad denarium ſolueretur: qua quidem de re quid ſentiam, homines non celabo, vel eo potiſſimum nomine, vt aliorum ingenia acuam ad verum inueſtigandum. rationem ærariam arbitror dici, cùm in aſſium numerum ſumma redigitur: vt verbi gratia, ſi centum millia æris deberi dicam. fac igitur centum millia æris debita fuiſſe Scapulis ex æraria ratione: eam ſummam ſibi in ære numerari nolebant, in argento optabant. nemo eſt enim qui non magnam ſummam in argento, quàm in minuto ære habere malit. non recuſabant debitores, ſed aliquid deduci volebant, ſi ad denarium ſoluerent. Erat enim denarius argēteus, & in argento ratio vel ad denarium fiebat, vel ad ſeſtertium. Voluſius, *Quare ſi ad denarium rationem conficies:* & paulò poſt, *cùm ad denarium ratio conficeretur.* Rurſum Voluſius, *ſi prius inſpexeris ad quem modū ſeſtertiaria ratio conficiatur.* Igitur propter illam deductionem, quam debitores eo nomine petebant, ad Caſtoris eſt ventum, quo homines ſæpe de ſuis negotijs & controuerſijs cum aduocationibus veniebāt, vt aduerſarijs aliquid denuntiarent, aut cum eis tranſigerent & deciderent. Cicerò in Verrem, *Auſum eſſe in æde Caſtoris celeberrimo clariſsimoque monumento, quod templum in oculis quotidianoque aſpectu populi Romani eſt poſitum, quo ſæpenumero Senatus conuocatur, quo maximarum rerum frequentiſsimæ quotidie aduocationes fiunt, in eo loco in ſermone hominum, audaciæ ſuæ monumentū æternum relinquere.* his ex locis arbitror nonnihil illuſtratā Ciceronis ſentētiam eſſe.

Voluſius.

Cic.3. in Verr.

Trabs Cypria, apud Horatium, vitrea Circe, Fauni fiſtula.

CAPVT. XV.

HÆC opera deſultoriæ cuiuſdam leuitatis eſt: huc enim & illuc tranſilit, carptimque hinc & illinc delibat, variaque colligit, vt interdum nec pes nec caput vni reſpondeat formæ. Venire video in controuerſiam, quæ ſit apud Horatium trabs Cypria, initio carminum hoc verſu,

— vt trabe Cypria
Myrtoum pauidus nauta ſecet mare.

Horat. lib. 1. od. 1.

Ego prætermiſſis aliorum ſententijs, quid exiſtimem proferre non cunctabor: equidem poëticè ſic intelligo ſignificari nauim, præſertim cùm Cyprus omni materia ad nauium ædificationem ſic abundaret, vt ab ima carina, ad ſummum carcheſium, ſine ſubſidijs aliarum regionum totam nauim abſolueret, & omnibus armamentis eam inſtrueret. Quis huic rei teſtis? Marcellinus, cuius hoc teſtimonium eſt. *tanta autem, támque multiplici fertilitate abundat rerum omnium eadem Cyprus, vt nullius externi indigens adminiculi viribus, à fundamento ipſo carinæ ad ſupremos vſque carbaſo: ædifice*

Marcel. lib. 14.

ædificet onerariam nauem, omnibusque armamentis instructam mari committat. Multi etiam ambigunt, cur vitream Circem appellarit his versibus,

> *Dices laborantes in vno*
> *Penelopen vitreamque Circem.* Horat. lib. 1. od. 17.

Ego pro aquarum accola & maritima accipio, & tanquam aquarum nympha, cùm aquarum color vitreus sit, & Nymphæ apud Maronem lanificium huius coloris exerceant: versus enim eius est,

> *Carpebant hyali saturo fucata colore,* Virg. 4. Georg.

id est vitri. Glaucus etiam & cerulens color, qui vitro proximus est, tribuitur fluuialibus & maritimis dijs: Virgilius de Tiberino,

> *—eum tenuis glauco velabat amictu* Virg. 8. æneid.
> *Carbasus, & crines vmbrosa tegebat arundo.*

Paterculus, *cùm ceruleatus & nudus caputq; redimitus arũdine, & caudam trahens, genibus innixus Glaucum saltasset in conuiuio.* nam ceruleatum dicit, ceruleo indutum amictu. In eo autem carminum lib. cùm Horatius scribit, Paterc. poster. volum.

> *Vtcumque dulci Tyndari fistula* Horat. li. 1. od. 17.
> *Valles, & Vsticæ cubantis*
> *Læuia personuere saxa.*

Fauni fistulam interpretor, ex priscorum opinione, qui loca vocis imaginem referentia, à Faunis & Satyris incoli credebant, vt conuallem suæ villæ Horatius: sed & eos modo tibia, modo fistula canere credebant, vt ex Lucretio cognosci potest,

> *Hæc loca capripedes Satyros Nymphásque tenere* Lucret. lib. 4.
> *Finitimi fingunt, & Faunos esse loquuntur:*
> *Quorum noctiuago strepitu ludóque iocanti*
> *Affirmant vulgò taciturna silentia rumpi,*
> *Chordarúmque sonos fieri, dulcésque querelas,*
> *Tibia quas fundit digitis agitata canentum:*
> *Et genus agricolûm latè sentiscere, cùm Pan*
> *Pinea semiferi capitis velamina quassans,*
> *Vnco sæpe labro calamos percurrit hiantes,*
> *Fistula siluestrem ne cesset fundere musam.*

Vtcumque autem pro vbicunque Horatius vsurpauit. Nam & vt, pro vbi dicitur: Catullus,

> *Verum totius vt lacus putidæque paludis* Catul. epig. 17
> *Liuidissima maximéque est profunda vorago.*

id est, vbi profundissima vorago est: eodem modo in Arato Cicero,

> *—vt prius altæ Chelæ,* pro vbi. Nam Græcè est, ἧχι περ ἄκραι χηλαί. Cic. in Arat. Phæn.

Sed quia ad eam antiquorum de Faunis & Satyris opinionem Melæ ver-

Pompon. Mel. lib. 3. ba pertinent, ea adijciam, *inde visuntur patentes magis campi, quàm vt prospici poßint. Panum Satyrorúmque opinio hinc causæ fidem cœpit, quòd cùm in his nihil culti sit, nullæ habitantium sedes, nulla vestigia, solitudo in diem vasta, & silentium vastius, nocte crebri ignes micant, & veluti castra latè iacentia ostenduntur: crepant cymbala & tympana, tibiæque audiuntur sonantes maius humanis.*

Oleaster apud Maronem, per hastam iurare, per sceptrum.

CAPVT XVI.

SCRIBIT Maro 12. Æneidos,

Virg. lib. 12. æneid.

Fortè sacer Fauni folijs oleaster amaris
Hic steterat, nautis olim venerabile lignum,
Seruati ex vndis vbi figere dona solebant
Laurenti diuo, & votas suspendere vestes.

Id ego non temerè Virgilium scripsisse existimaui, sed ex ritu priscæ superstitionis, præcipuè Græcorum, qui ante fana in oleastris suspendere dona solebant & affigere. illius enim arboris viuacitas tanta est, vt si multis configatur clauis, nihil tamen lædatur. Aristophanes Pluto,

Aristoph. Plut. ὥσπερ κοτίνῳ προσπατταλεύσω τουτῳί.

id est, ceu oleastro adfigam isti. Ad eam consuetudinem respiciens dixit *Theoph. lib 5. hist. plant. ca. 3.* Theophrastus libro quinto. ὅπερ καὶ περὶ τὸν κότινον συνέβη τὸν ἐν μεγάροις τὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ, οὗ καὶ ἐκκοπέντος λόγιον ἦν ἁλῶναι καὶ διαρπασθῆναι τὴν πόλιν, ὥσπερ ἐγένετο ὑπὸ Δημητρίου· ἐν τούτῳ γὰρ διασχιζομένῳ κνημῖδες εὑρέθησαν καὶ ἄλλ' ἄττα τῆς ἀττικῆς ἐργασίας, οὗ ἀνετέθη τὸ πρῶτον ἐγκοιλανθέντος. Ad eum allusisse Græcorum ritum Maronem existimem, cùm perstudiosus Græcorum imitator *Virg. 7. æneid.* sit. Sic cùm scribit, *Præferimus manibus vittas,* ad supplicum velamenta respexit & Homeri versum,

Homer. Iliad. a. Στέμματ' ἔχων ἐν χερσίν. Illud verò eiusdem 12. lib.

Virg 12. æneid. *—nunc ô nunquam frustrata vocatus*
Hasta meos: Imitationem Græcam perspicuè præ se fert. Nam apud Æschylum Parthenopæus, quod amentis est & impiæ superbiæ, per hastam iurat, & eam colit pro deo. eius verba sunt,

Aeschylus septem ad Theb.

Ὄμνυσι δ' αἰχμὴν, ἣν ἔχει, μᾶλλον θεοῦ
Σέβειν πεποιθὼς, ὀμμάτων θ' ὑπέρτερον.

hasta Cænei etiam prouerbio celebrata est, quam ille à ciuibus & viatoribus coli, & cuius nomine iusiurandum concipi cogebat. Sed & per *Iustin. lib. 43.* hastam antiquis iurare vsitatum & solitum fuit. Nam Iustinus id ostendit, eamque sceptrum fuisse dicit. Ita apud Maronem per sceptrum iuratur, vt apud Homerum, & apud Valerium Flaccum per hastam eodem modo,

Hanc ego magnanimi ſpolium Didymaonis haſtam,
Quæ neque iam frondes virides, neque proferet vmbras,
Vt ſemel eſt auulſa iugis, ac matre perempta,
Fida miniſteria & duras obit horrida pugnas,
Teſtor.

Quædam obſeruata & emendata in Arateo carmine Ciceronis.

CAPVT XVII.

CICERO admodum adoleſcens in Latinum conuertit Arati poëma, cuius hodieque magna pars extat, ſed multis tamen locis vitiata & inquinata fœdis erroribus. Interpretationem Latinam cùm alternam cum verſibus Græcis leuiter compararem, obiter & velut in tranſcurſu hæc, quæ ſubieci, in oculos incurrentia enotaui, quæ partim integritatem verſibus reddunt, partim quædam ſatis inuoluta & obſcura euoluunt & illuſtrant.

E quibus hanc ſubter poßis cognoſcere fultum, Cic. in Arat.
emendo, *cominus hanc ſubter*, vt intelligatur eſſe ſub Andromedæ zona. Nam fultum poſitum dixit: Græcè eſt ἐστήρικται. *Tum pectus quod cernitur* Cic. ibid.
Orionis, mallem quà cernitur, obſeruandumque ab eo eleganter ζώνην pectus conuerti. *Nam non minor illis*, puto, *namque eſt minor illis*, cùm ſcribat Aratus, ἡδ' ἔτι τόσση. non enim eis aſſentior, qui ex Cicerone emendãdum Cic. ibid.
cenſent in Arato ἡδ' ἔτι τρίτη. *—atque etiam vehementius illi Piſces:* ſine controuerſia legendum eſt *illo.* *—Aquilonis tangitur alis.* hic legi, qui emendaret auris. *Atque horum & caudis*, rectum eſt è caudis.

Quam veteres ſoliti cœleſtem dicere nodum. Cic. ibid.

Cicero in Arato non videtur legiſſe ὑπουράνιον, ſed vel ἐπουράνιον, vel ὑπουράνιον, vt & Germanicus & Higinus.

Andromedæ læuo ex humero ſi qua exere perges, Germ. in Phæn.
At poſitum poteris ſupra cognoſcere piſcem. Higin. lib. 3. Aſtronom.

lege, *—ſi quærere perges, Appoſitum*, vel vt veteres loquebantur, *ſi quæſere perges*, quod Ciceronem ſcripſiſſe ex veſtigijs auguror. *Et pedibus va-* Cic. ibid.
tum, equidem legendum cenſeam, *è pedibus varum*, nec tam legiſſe videtur Cicero γαμβρῦ, quam σκαμβῦ. *Qua ſumma ab regione*, puto verũ eſſe, *quẽ ſumma ab regione*. proximos verſus ſic legendos & diſtinguẽdos arbitror,

Diuerſóſque pedes vinctos talaribus aptis, Cic. ibid.
Puluerulentus vti, de terra lapſu repentè
In cœlum victor, magno ſub culmine portat.
At propter læuum genu.

Genus lego, genus enim pro genu veteres dixerunt, quod Priſcianus hic notat: ſic infra lego, *Quæ genus ad læuum.* Rurſum, Priſc. lib. 6.

Atque

Cic.in Arat. *Atque inter flexum genus.*
Cic.ibid. *Propterea quòd & æstatis primordia claret.*

corrigo clarat. Nam clarare pro declarare antiquis vsitatum fuit: nec properanti testimonia quærenda sunt aut circunspicienda, vnum tamen ex ipso Cicerone adijciam,

Cic.1.de diuin. *Iuppiter excelsa clarabat sceptra columna,*
Inde fides leuiter posita & conuexa videtur:
Mercurius paruus manibus quam dicitur olim
Infirmis fabricatus in alta sede locasse.

equidem putem emendandum, *leuis adposita & connexa*: & *paruis*, sed &, *in cunis*, præsertim cùm Græcè scriptum extet, καὶ παρὰ λίκνῳ. Nam *infirmis*, absurdum est, & alienum à sensu.

Cic.in Arat. *Ipse autem labens multis equus ille tenetur*
Piscibus, hinc ceruix dextra mulcetur aquari.

mutis substituo, quis enim nescit pisces mutos esse? qui & ex eo ἔλλοπες à poëtis Græcis vocantur. duo autem pisces multitudinem efficere non possunt: sed & *huic ceruix*, lego: mulcetur valet tangitur.

Cic.ibid. *Serius hæc obitus terrai iussit equinis:*

Suspicor scripsisse Tullium, *visit equi vis*, id est, equus, genere loquendi poëtis vtriusque linguæ vsitato.

Cic.ibid. *Brumali flectens contorquet tempore cursum:*

duobus vocabulis lege, *cùm torquet*. Cicero autem in proximis versibus bis labi pro nauigare vsurpat.

Cic.ibid. *Nam non longinquum spatium labere diurnum,* &,
Cic.ibid. *Sed tamen anni iam labuntur tempore toto.*
Cic.ibid. *Atque etiam supero naui pelagóque vagato*
Mense sagittipotens solis tum sustinet orbem.

Scribe, *haud supero naui pelagóque vagator*, &, *cùm*: sagittipotens autem est sagittarum compos, sagittas habens, id est sagittarius. *Nam iam cum minus exiguo*, lege,
Cic.ibid. *Nam iam tum nimis exiguo lux tẽpore præsto est*. Emẽdant & nõnulli, *Nam iam comminus*. Lege, inquit, littus nec pelagus sequere, cùm
Cic.ibid. breuis dies sit. *Iam propè præcipiti*, malim, *nam propè præcipiti*. *Hic mißi iacet vna sagitta*. Sic huius versus hiatum & lacunam eleganter Morellius expleuit, cùm in Aldi editione reperisset, *hic misso reuocans*,

Cic.ibid. *Hic missore vacans fulgens iacet vna sagitta.*

Cic.ibid. Est autem missor sagittarius. mox autem, *nitens penna*, dicitur pro eo quod
Cic.ibid. est volans. *Tum magni currens capricorni cornua propter.*

Sanè hic obseruo Ciceronem πολλὸν legisse videri in Arato, non vt excusum circunfertur πολλός. scribitur etiam, *tum magni curuus. Illæ quæ fulgent luces,*

luces,his in verſibus aut indulſit ingenio ſuo Cicero,& à formula & præſcripto interpretis receſſit, aut exemplar ſequutus eſt vberius noſtro & verſibus numeroſius.*Quem qui ſuſpiciet in cœlum*,lege,*ſuſpiciens*.*Cætera ſe* Cic.ibid.
ſperet,lege,*cætera ne ſperet*.

Hunc tegit obſcuris circum præcordia veſper,
Ver toto ſpirans rabido de corpore flammam.

Emendo,*obſcurus*,&,*venter*,&,*nec toto*.

Hæc augens anima vitali flamina mulcet, lege, *vitali flamine mulcet*.
Hunc propter ſubterq; pedes quos diximus antè lege,*quē diximus antè*.
Præcipitantem agitans,oriens iam denique paulum,

Corrigo, *orientem denique*. —*ſerpens prælabitur Argo*: Emendandum cenſeo perlabitur,vel potius prolabitur.

Sed conuerſa retro cœli ſemper loca portat: repono,*ſe per loca portat*.
—*ad cœlum ſine lumine malum*,celſum haud dubiè legendū,non cœlum.
—*canis veſtigia condit*: legendum videtur, ſi Arati ſententiam ſequaris, *condunt*.*Cerula veſtigat piſtrix*,marina cerula hic dicitur, vt piſces cerulei ſunt marini: Iuuenalis, *Illic ceruleos,hic piſcem fluminis*. Iuuen.ſat. 13.
Brodæus tamen, vt antè nos dixiſſe recordamur, hic Æluros legendum eſſe multis perſuadebat.Finita,ſitam & locatam ſignificat.
—*& ſcammoſi corpore piſces*, ſcammoſo lego. —*in parte locatum*. Cic.in Arat.

Cœli funeſtum magnis cum viribus amnem,

diſtingue locatum cœli: magnis autem cum viribus funeſtum, pro magnopere funeſtum dicit. *Hic vna ſtella vertuntur*, emendo nectuntur.
—*formas* *Has ille aſtrorum cuſtos* in Cicerone hic aſtrorum cuſtos eſt aſtrorum obſeruator & inſpector. —*nota clarere figura*, ſcribe vt ſupra clarare.*E' multis tum his*,ſcribo,*E' multis tamen his*. Videtur autem Cicero in Arato legiſſe ἐξδόμενοι,non vt nunc excuditur,ἐρειδόμενοι. —*delapſum lumine fontis*,ſcribo,flumine: flumen autē eſt χύσις, id eſt fluxus, fluxio.*Inde nepæ*: nepam ſcorpium Cicero interpretatur, infra tamen terga nepai dicet cancrum intelligens.*Quæ lumina tempore tranat*,limina malim.

Arcturo magnum ſpatium ſupra dedit orbem.
Iuppiter hunc paruum lego,*ſpatio ſupera dedit orbem Iuppiter, huic paruum*. *Atque aram tenui*, tenuis alij legunt. —*metuenda Fauoni*, Fauonium pro Euro dixit verbo abuſus. —*inferni de partibus*, ſcribe, *infernis*. *Hoc caput atque oculos*,ſcribo, *hæc caput*: ac ſanè hoc in verſu cancrum nepam interpretatur, ſupra ſcorpium. *Conuexóque ſinu*, ſcribitur &, *connexo*,ſpiram reddit ſinum. *extrema nitens*,lege *extremam* vel *extremum*, id eſt,*ſinum*. *Ante canem*:antecanis lego vno vocabulo,vt προκύων Græcè dicitur. —*per bis ſex ſignorum labier orbes*. emendo *orbem*: Zodiacum enim intelligit. Cic.ibid.

Cic. ibid. intelligit. —*quia quæ faciunt veſtigia curſu*, repono, *quo fiunt*. *Sic malunt errare vagæ*, lego, *ſed malunt errare vagæ*. —*hic nimio fulgens candore notatur*: ſcribo *vocatur*, & paulò antè, —*ſuperarit lumine Luna*, non ſuperaret. puto & ſupra ſcribendum, —*magnos edicam gentibus orbes*, vel *cantibus*. *Hic non perpetuum detexens conficit orbem*, detexere pro texere dixit. Quod autem loquitur, etſi verum eſt, non tamen in Arato quicquam tale reperio. *Ora petens geminorum illuſtratum genu ardens*: emendo, *illuſtria, tum genus ardens*. *In ſeſe retinens auriga*, ſine controuerſia aurigæ emendandum eſt. *Hunc ſupra læua*, Cicero ſcripſit *ſura*. —*ad Andromedem hic dextra*, ſine vitio fuerit *at Andromedæ*. *Anguitenens humeris connititur* propius ad Arati ſententiam accederet, *conuertitur*. —*ſubterſecat hic Capricornum*, fortaſſe verius, *ſubter ſecat hinc Capricornum*. *Condens poſtremum tangit rota feruida ſolis*, puto cedens legendũ: Rota autem ſolis eleganter à Latinis poëtis appellatur rotundum ſolis corpus, δίσκος à Græcis vocatur. Lucretius,

Lucret. lib. 5. *Nam neque tum ſolis rota cerni lumine largo.*

Cic. in Arat. —*hinc orbi quinque tributæ*

Nocturnæ partes ſupera, tres luce dicantur.

Haſce inter, mediam in partem retinere videtur.

Si vllus ſententiæ reſpectus eſt, planè legendum, *huic orbi*, & *partes ſupera tres luce dicantur*. &, *hoſce inter mediam partem*. *Tantus quantus erit*, magis ſententiæ conueniet, *erat*. *Hydra tenet flexu crateram coruus adhæret*: *Cratera & coruus*, reſtituo. *Et paucæ chelis ſtellæ*, proculdubio, *& paucæ è chelis*, Cicero ſcripſerat. —*æquo ſpatio deuinctos*. quid ſi deiunctos? quanquam illud alterum etiam placet. —*diuino lumine flexi*, mallem, *diuino numine*. Paulò poſt ſic lege & diſtingue,

Sed tantùm ſupera terras ſemper tenet ille

Curriculum, obliquè inflexus tribus orbibus vnus.

Hoc adeò moneo, quòd intelligam à quodam tria vltima verba expuncta, quòd ſenſum non attenderet, cùm hic curriculum ſit ſpatium, & dicat Cicero, Zodiacum tribus circulis obliquè inflexum eſſe, id eſt tribus circulis obliquè & per tranſuerſum incumbere.

Quis Lunæ conuexum cœli contingimus orbem

pro cœli, oculis lego. —*collucet Aquarius orbem*, puto *orbi* ſcribendum.

Exin ſcammiferi ſerpentes ludere piſces,

quid ſi pergentes ludere, vt paulò antè, *Capricornus vadere pergit*? Sed ſerpentes placet, & ludere eleganter dictum eſt, & Terentius congrum in aqua ludere dicit.

Terent. act. 3. Sc. 3. Adelph.

Cic. in Arat. *Hæc ſol æterno conueſtit lumine luſtrans,*

equidem mallem, *conuertit*: præſertim cùm Græcè ſcribatur φέρεται. conueſtit

ueſtit tamen ſcio eleganti trãſlatione dici. *Tantundem patens*, puto tantundem parens, pro apparẽs: vt in actionũ formulis, ſi paret. alij verſum fulciunt *ille* interponentes. *Tot cœlum iuſſus*, puto tot cœlum iuxta, non malè etiam iuſſu: ſupra autem lego, *Signifero ex orbe & ſignorũ ex ordine fultum.* cic. ibid.

—de tegmine ſumes, lego ſumens. *omnes cognoſcere poßit*, ſcribo *poßis*.

—quæ tempore eodem Præcipitent obitum, ſcribo *præcipitent, obitum.*

—vt ſupero, ſcribe ſupera: quod pro ſupra veteres dicebant, & antè multis locis vſurparat Cicero. verùm in ſupra ab hominibus huius rei ignaris vbique imminutum eſt. *Partem, etiam ſupera atque*, diſtinguo, *partem etiam ſupera, atque.* *—cancrumque recondit*. Ego vt in quibuſdam reperi, *clarumque recondit*, lego. Nam qui cancrum legunt, perſpicuè cum ſententia pugnant. *Hæc obſcura tenens conueſtit ſydera tellus*, emendo, vt ſupra, conuertit. *—ſimul vis maior aquari.* Equidem puto cùm ſcribatur Græcè αἰετὸν, reponendum eſſe, Iouis ales aquas in: vel in vndas: vel in altum, id eſt in mare, quod poëtis eſt pro finiente orbe: vel potius, vis magna aquilai. *—ac flexo confidens corpore niſus Iam ſupero*, lego *conſidens*: & conſidens à conſido: Græcè enim ſcribitur, ἥμενος. *Sed læuum genu*, ſcribe *genus*: & mox, *linquit*, non liquit. *—illuſtria lumina virgo*, caſtigo, illuſtri lumine. *—per cœli numina*, culmina aut limina legendum. *Totáque iam ſupera*: Græcè eſt, ὃ μάλα πᾶσα Cicero οἱ μάλα legiſſe videtur. *Nondum tota latet*, ſcribo *patet*, quod eſt oritur. quod non ſolùm poſtulat, verùm etiam flagitat ſententia. *—non caudam contegit vmbra*: neminem eſſe puto qui non intelligat legendum, *—nam caudam contegit vmbra*. *—exoriens conabitur arcum*. non dubito affirmare Ciceronem arcus ſcripſiſſe nominandi caſu. *Latè fuſa volans per terras vnda vagatur.* per terras autem vagari hoc loco, occidere eſt: vt paulò poſt, *—commendat corpora terris*. videtur autem verſus neſcio quis in Cicerone deſiderari. *—defixa in gurgite Echineis*: Chios hîc conueniret, niſi repugnaret ſyllaba. Nam Chius cùm eſt inſulæ nomẽ, priore ſyllaba corripitur, cùm incola Chius dicitur, priore eſt producta: quòd duę vocales in vnam coeãt, Chijus Chius. Exiſtimaui tamen aliquando à Cicerone in inſulæ nomine priorem eſſe productam: ſed cùm etiam Chia, vt ait Plinius, dicatur, quod nomen ex adiectione factum videtur, fortaſſe Chia non malè legeretur: Echinis tamen ſeruetur potius, vt in eius ſaxis vadiſque echinos marinos ſtabulari multos intelligamus. Plin. lib. 5. cap. 31. *Brachia quam viridi*, emendo, *Bacchus quam viridi*: ſcio alios emendare, *Brachia quæ viridi*, ſed meum iſtud probabilius puto: non inuitus etiam legerim, *Bacchica quam viridi conueſtit tegmine vitis.* cic. in Arat.

Oenopionis auens epulas cœnare nitentes.

Legiſſe videtur in Arato Cicero θοίνης ἀρνύμενος κείνων χάριν οἰνοπίωνι.

—*ſubito perculſa Dianæ*,ſcribo,*percuſſa*. —*poſt humeros euerſa ſæpe*, putẽ *poſt humeris euerſa ſede refertur.Inſtitit & mergit niſi caput.Inſtat & emergit*, reſtituo. —*toto cum corpore*, malim,*toto tum corpore.Emergunt alite lapſum,*

Et terris volucris,exiſtit clara ſagitta. ſcribo,*emergunt alite lapſu*

E' terris volucres,exiſtit clara ſagitta.

hæc ego veluti per tranſennam ſtrictim aſpiciẽs animaduerti: ſi quis propius & acrius intueatur,non dubito quin multa ſit alia obſeruaturus,& in Cicerone fortaſſe fidem & diligentiam aliquando deſideraturus.

Crotaliſtria in Petronio & Propertio,crepitans Concordia nido,apud Iuuenalem. CAPVT XVIII.

VERSVS ſanè quàm amœni & elegantes extant Petronij Arbitri de Ciconia,ſed quod inter nos dicere liceat,coraliſtria in eis quid ſibi velit, nullo modo aſſequor: eos ſubſcribam,

Petron. Arbit.

Ciconia etiam grata peregrina hoſpita,
Pietaticultrix,gracilipes,coraliſtria,
Auis exul hyemis,titulus tepidi temporis,
Nequitiæ nidum in cacabo fecit meo.

Ego iſti ſubdiffidens voci vt corruptæ & degeneri, animum variè diſtrahens & verſans, tandem aliquando exiſtimaui crotaliſtria legendum eſſe à crotalis,quorum ſtrepitum imitatur —*crepitante ciconia roſtro*,vt poëta Ouidius ſcribit, & Iuuenalis, (Ouid.6.Met.)

(Iuuen.ſat.1.) *Quæque ſalutato crepitat Concordia nido.*

(Polit.Miſcell. cap.67.) nam etſi mihi non placent eorum inuenta, qui à Politiano diſſentiunt: Cornicem enim concordię imaginem Politianus cenſet,tamen auſim affirmare à Satyrico poëta ciconiam intelligi,vt illi interpretãtur.exiſtimo autem ætate Iuuenalis, in faſtigio templi Concordiæ nidum ciconiarum fuiſſe, vt & hac ætate in quibuſdam templis aliquando Lutetiæ vidimus: nec ſenſum aliquem exquiſitiorem & ſubtiliorem hoc in verſu latere cenſeo. Ita cùm obuiam ſententiam non amplectimur, in auia auferimur & rapimur,multúmque nobis moleſtiæ creamus. Videte autem quorſum prorumpat audacia mea. Audeo enim affirmare in Propertio etiam coraliſtria malè ſcriptum eſſe,pro crotaliſtria,hoc verſu,

(Propert.lib.4. eleg.9.) *Nile tuus tibicen erat,coraliſtria Phyllis:*

hoc tamen ſic affirmo, vt facilè ſententiam mutaturus ſim, ſi quid probabilius vel inuenero vel audiuero.

Anteceſſor,dupondij,lytæ,prolytæ. CAPVT XIX.

IN

In edicto Iustiniani, quo iuris auctoritas cõfirmatur, antecessores homines legum peritos & iuris, etiam si non sint professores, existimo, ab honore, quòd alijs qui ius non didicêre antecedant: sic Apostolorũ principes Tertullianus antecessores vocat, vt libro quinto aduersus Marcionem, *quàm Paulus sciret se non in vacuum cucurrisse, quàm dexteras ei darent antecessores.* & libro primo, *tunc primùm cum antecessoribus Apostolis conferebat.* Nec verò eos laudo qui antecensores esse legendum contendant, quæ vox Latinis hominibus insolens & inaudita est. Nam Hesychium, in quo ἀντικένσωρ scribitur, non satis locupletẽ & idoneum testem arbitror, cùm præsertim verba Latina ore Græco plerunque corruptius concipi sciam. In ea constitutione dupondij appellantur, auditores primi anni: quamobrem, in controuersiam venit. ego, vt aliorum sentẽtias omittam, sic eos appellatos existimo ridiculè, quòd non essent magni pretij: sed duorum assium, vt si triobolares aut diobolares auditores diceres. nam dupõdius duos asses significat, vel xxiiij vncias, vel xvj sescuncias, ac pro pecunia parua ponitur. Cicero pro Quintio, *si dupõdius tuus ageretur Sex. Næui, si in paruula re captionis aliquid vererêre.* in eadem constitutione lytas solutos interpretãtur quidam, magno sanè flagitio: λυτοὶ enim non λύται dici debuerunt. ego solutores interpretor, qui iam tantos progressus habent in iure, vt de eo respondere propè possint, & quæstiones soluere: atque ij erant, qui responsis prudentum, & quæstionibus operam dabant. eos propè expressisse Iuuenalis hoc versu videtur,

Qui iuris nodos, legumq́ue ænigmata soluat.

Idem est in prolytis error, quos tanquam presolutores interpretor, quòd etiam solutoribus, qui lytæ dicuntur, antecellant.

In Iustinian. epist. ff. li. præposita. — *Tertul. lib. 5. aduers. Marc.* — *Tertul. li. 1. aduers. Marcion.* — *Hesychius.* — *Iustinian. ead. epist.* — *Cic. pro Quint.* — *Iustinian. ead. epist.* — *Iuuen. sat. 8.* — *Iustinian. eadẽ epist.*

Definitio iustitiæ, iustitiæ præcepta, iurisprudentia.

CAPVT XX.

Animadverti Vlpianum in iustitiæ definitione Stoicorum æmulum esse: illi enim vitium inconstantia, virtutem constantia metiuntur: ac perturbationibus, quas omnes vitiosas arbitrantur, & inconstantes, tres opponunt constantias, quas laudi ducunt. hinc igitur adductus pronunciauit iustitiam esse perpetuam & constantem voluntatem ius suum cuique tribuentem. Cùm autem ius in cognitione & actione versetur, ac scientia sit iurisconsultorum, actio & officium omnium: vtrumque complexus est Vlpianus. precepta enim ad officium & actionem pertinent, Iurisprudentia ad scientiam. Sic pars philosophiæ moralis παραινετικὴ dicebatur (Seneca præceptiuam interpretatur) quæ in præceptis versatur, quam in officijs

L. Iustitia ff. de Iust. & Iur. — *Senec. epist. 96.*

Cic.1.Offic. Cicero pertractat. Ita enim ſcribit, *Omnis de officio duplex eſt quæſtio: vnum genus eſt, quod pertinet ad finem bonorum, alterum quod poſitum eſt in præceptis.* Cic.ibid. Rurſum, *quorum autem officiorum præcepta traduntur*, &c. Cùm etiam definit Iuriſprudētiam, rerum diuinarum & humanarum notitiam, nónne ambitiosè affectat ſapientiæ munus, & eius ornamento arti ſuæ decus quærit? Nam ſapientia rerum diuinarum & humanarum cognitio dicitur, & cauſarum quæ res eas efficiunt & continent. eam ſcientiam libenter philoſophis adimeret, ſuis attribueret Vlpianus: qui etiā mihi videtur in philoſophorum inuidiam & contumeliam appellaſſe Iuriſconſultos iuſtitiæ L.1. ff. de Iuſt. & Iur. ſacerdotes, quaſi deæ cuiuſdā cultores, propterea quòd philoſophi Stoici ſuum ſapientem ſolum verè ſacerdotem profitebantur, cùm Vlpianus aſſimulatam non veram nec ſinceram eorum philoſophiam prædicet.

Geſſoriacum. CAPVT XXI.

Oppidvm eſt Belgicum in Morinorum finibus munitiſſimū & firmiſſimum, quod Audomari fanum dicitur, ſitum in humili & lata planitie, lateribus cliuo penè fallente aſſurgentibus: ea planities reductò intimóque receſſu vicum attollit Soiacum: incolæ hodieque portum Soiaci vocant. quod ſi audias, mirabere profectò portum dici locum tam longo à mari interuallo diſiunctum. ſed ita ſe res habet, loci facies in ſicco ſinus imaginem præ ſe fert, & tota illa vallis olim ęquore inundata cedentibus aquis terræ accreuit. Cuius rei hæc etiam ſunt argumenta. Fani municipes oppidum ſuum non modo nouum fatētur, verùm etiam prædicant & narrant locum mari merſum fuiſſe, & ab aratoribus terram vertentibus exaratas aliquando ancoras eſſe. Geſſoriacum, quod vbi terrarum fuerit quęrimus, mihi reperiſſe videor: vnde olim traiectus in Britanniam eſſe ſolebat. auſim enim affirmare Soiacum eſſe. eius meminit Suetonius (ne multos teſtes adhibeam) Suet. in Claud. cap. 17. in Claudio his verbis. *Quare à Maſsilia Geſſoriacum vſque pedeſtri itinere confecto, inde tranſmiſit.* verùm hæc cui probantur, nolim accepta mihi ferat, ſed Petro Gallandio amico meo ſingulari his proximis annis mortuo, cui ego primus hæc accepta fero.

Calumniatorum notata frons, decemprimi. CAPVT XXII.

Cic. pro Roſc. Amer. Cicero pro Roſcio Amerino ſic ſcribit, *Crura quidem vobis nemo ſuffringet, ſed ſi ego hos bene noui, literam illam, cui vos vſque eo inimici eſtis vt etiam omnes oderitis, ita vehemēter ad caput affigent, vt poſtea neminem alium niſi fortunas veſtras accuſare poſsitis*: hęc verba ab omnibus de condemna- Aſcon. in 3. in Verr. tionis litera, quam ſcribit Aſconius C fuiſſe accipi animaduerto, ego tamen

men potius de inusta & inscripta fronte calũniatorum & delatorum hæc intelligam, vt puncta & stigmata frontis Erutio minetur: ea autem pœna olim interdum affectós fuisse delatores, ex Plinij panegyrico notum est, cuius verba sunt, *neque, vt antea, exanguem illam & ferream frontem nequicquam conuulnerandam præbeant punctis, & notas suas rideant: sed spectent paria damno præmia.* Nota autem illa alicuius literæ insigne habebat, in delatore fortasse d in calumniatore c: sed & illudẽs Cicero literarũ ignaros appellat eos, qui accusationes factitabant, & odio literę illius, qua notantur frontes de calũnia damnatorũ, reliquas omnes eis literas inuisas iocatur. Decẽprimi in ea oratione qui sint quæritur: Ego putẽ decuriones eos esse qui decem erant primi in albo decurionum. Nam quorum erat maxima in municipio dignitas, quiq; magistratus gesserant, primi, vt Vlpianus docet, scribebantur. Decẽprimos autem ad Imperatorem Syllam Amerini miserunt, more institutoque Romano, cùm sæpe decem legatos Romani mitterent. Eodem modo in Verrem quinque primi sunt quinque viri, qui principem in Senatu locum habebant. quinqueprimi autem & decemprimi muneribus quibusdam & functionibus obnoxij erant, vt Iurisconsulti tradunt.

Plin. panegyr.
Cic. pro Rosc. Amer.
Vlp. l. 1. ff. de albo scrib.
Cic. in Verr. act. 5.
L. Munerum. §. mixta. ff. de munerib. & honor.
lib. 12. Cod. tit. de priuileg. cor. qui in sac. palat. militãt.

Pastinaca, verbenaca, virgæ sanguineæ, hasta sanguinea, flagellum sanguineum. CAPVT XXIII.

NOMINA sunt in Latinis scriptoribus non rara, pastinaca, securidaca, scandulaca, verbenaca: quæ qua ratione formata sint equidem non video. ac mihi quidem pastinaca piscis, nomẽ ex eo inuenisse videtur, quòd telum quasi pastinum habeat: pastinaca herba, quòd pastinum referat, & tanquam habeat. Atqui vt falces dolabratas & vericulatas dicimus, quæ dolabram & vericulum habent: certè postulat ratio, vt pastinata eodem modo dicatur. Nam quod ad securidacam attinet cõstituere non possum, quæ sit ista nominis forma, cùm præsertim Græcè πελεκῖνος à securi vocetur, & à securi tale nomen oriri non possit. ego contra fidem omnium librorum securiclatam scribi debere contendo, id est securiculatam, à securicula. Idem de scandulaca statuo, quam scandulatam vocari debere confirmo, quasi scandulas habeat. ea herba strangulat frumenta ac orobanche videtur esse. Idem de verbenaca sentio, & verbenatam dici debere prædico, cùm præsertim verbena gramen ex arce cum sua terra euulsum significet, quod gramen sacrum putabant, & περιστερεὼν id est verbenata, sæpe sumeretur, & verbena fieret, & vt ita dicam, verbenaretur. quo factum est vt verbenata etiam verbena diceretur, cùm verbena propriè omnem herbam sacram significaret: sed & ramos quibus aras ornabant,

aut religionis causa gerebant,aut adolebant: Virgilius,

Virg.eclog. 8. *Verbenásque adole pingues, & mascula thura.*

Plin.lib.22. cap.2. Verbenas etiam sagmina vocabãt,vt Plinius scribit. Portulaca etiam portulata dici deberet, quòd folijs portulas imitetur, & portulas habere videatur. atque hoc quidem ratio postulat, nec exempla quorundam antiquorum voluminum desunt, in quibus & securiclatam & pastinatam reperi: tamen vt lorica pro lorita dicitur, nam initio è loris fiebat, sic arbitror securiclacam & verbenacam pro securiclata & verbenata dictũ esse: vt alterum ratione,alterum consuetudine defendi possit. Cæterùm,quando de verbena sagminibusque aliquid diximus, hic non possum dissimulare eorum errorem, qui apud Modestinum ad legem Pompeiam, parricidas volunt verberari virgis sagmineis. Nam atrocitas criminis tãta tantumque scelus herba vapulare non debet: deinde nũquam commisissent Romani vt herbam sacram impio parricidarum corpore contaminarent, idque nefas non leui piaculo luendum censuissent. Consensus librorum non est respuendus, virgis sanguineis exhibentium: de quibus sic Plinius scribit, *Siquidem & genistæ & populi & vlmi, & sanguinei frutices.* Iterum, *nec virga sanguinea fœlicior habetur. Cortex eius interior cicatrices,quæ persanauere,aperit.* Rursum, *sunt qui sanguineis virgis tangant ea quæ nolunt his obnoxia esse.* Aut igitur è sanguineis fruticibus virgæ erant, quibus cædebantur, vt terror inesset in cruento earum colore, aut ad horrorem, vt existimo, cruentabantur: sic de Bellona scribit Maro,

L. Pœna parricidij ff. ad legem Pompei. de parr.

Plin.lib.16. cap.32.

Plin.lib.24. cap.10.

Plin.li.19.c.10.

Virg.8.æneid. *Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.*

Liuius.lib.1.ab vrb.cond. & fetialis hasta sanguinea & cruenta bellum indicabat: Liuius, *vt fetialis hastam ferratam,aut sanguineam præustam ad fines eorum ferret.*

Quædam apud Ciceronem ad Atticum emendata & explicata, hermathena, hermeracles, informata cogitatio.

CAPVT XXIIII.

Cic.ad Attic. epist.1. CVM prima ad Atticum epistola Cicero de petitione sua loquatur, sunt tamen magni in literis nominis viri, qui eum nondũ petere,sed prensare putent, quòd prensatio petitionem antecedat: ego prensationem petitionis partem esse puto, vel Cicerone auctore, qui libro primo de

Cic.1.de Orat. Oratore ita scribit, *Equidem cùm peterem magistratus, solebam in prensando dimittere à me Scæuolam, cùm ei ita dicerem, me velle esse ineptum, id erat petere blandius, quod nisi ineptè fieret, bene non posset fieri.* In ea prima epistola de

Cic.ad Attic. lib.1.epist.1. Catilina scribitur, *si pronuntiatum erit meridie non lucere.* vetus est scriptura, si credimus Petro Victorio, *non licere*, vnde *lucere* à quibusdam factum est.

quid

quid igitur si legamus? *si pronuntiatum erit pridie nonas licere*, id est si absolutus sit nec iam reus. nam vt Sallustius scribit, reus Catilina intra legitimos dies non potuit se consulatus cōpetitorem profiteri: vel si pronuntiatum erit licere petere post legitimum tempus, quod erit pridie Nonas. *Salluſt. de bell. Catil.* Vidi qui legeret, *rationem haberi licere*, vt in Bruto scribitur, *in prætura consul factus esset, si rationem eius haberi licere iudicatum esset*: sed nimium multa *Cic. in Bruto.* hæc emendatio de suo supplementa addit. Ceterùm cùm more maiorum petere Galbam dicit, nisi fallor ludit, ac eum significat prensatorem optimum non esse, sed petitorem ineptum, qui fucos & fallacias non adhibeat: sed simplex & rudis sit, vt veteres. Nam petere hic more maiorum, est tanquam petere ἀρχαϊκῶς, sine artificio & dolo. Eodem modo illudens Aquilium, dicit morbum iurasse, ne cogeretur consulatum petere, vt homines morbum iurabant, ne militarent, ne in Senatum venirēt, ne aliquo *Cic. ad Attic. 1. epist. 1.* munere fungi cogerentur: iusta enim morbi excusatio erat. Quasi verò homines ad consulatum cogerentur, ac non per ferrum & flammam eo tempore ad eum magistratū contenderent. Ludens igitur dicit eum morbum iurasse, qui ad cōsulatum nullo modo aspirare posset, eo etiam tempore valetudine deteriore esset, hominibusque vulgò diceret, ea de causa se consulatum non petiturum. Opposuit & regnum suum iudiciale Aquilius, quòd iudex sæpe à prætore daretur, vel à litigatoribus sumeretur: *Cic. ibid.* consul enim vel magistratus iudex esse non potest. Vbi scribit in eadem epistola, *nunc cæteri consuli acciderim*: cùm Paulus Manutius homo & diligentissimus & doctissimus, scribat in libris antiquis scriptum extare muniteri, fortasse non inuita omninò Mineruâ, sic locus restituetur, *quæ cùm erit absoluta sanè facient eum: lubenter munitori consuli acciderim*: hoc sensu, vellem Cæsar consul fieret, libenter enim ei viarum curatori & munitori supplex essem in mea petitione, mallemque me supplicem quàm competitorem haberet. Nam accidere, est ad genua alicuius se demittere. Informata cogitatio, quænam in ea epistola est? ego putem coniecturam esse, præsertim cùm initio epistolæ Cicero scribat, *quod coniectura prouideri possit*. Nam cogitatio informata, est cogitatio in animo formata, & quædam informatio, quæ est φαντασία, quam vulgò imaginationē vocant. Itaque perinde est ac si dixisset, φαντάζομαι ἢ ὀνειροπολῶ τὰ τῆς παραγγελίας. *Cic. ibid.* Manum in eadem epistola cùm dicit, comitiali verbo vtitur, vt ex Asconio cognosci potest, qui de Antonio Ciceronis collega sic scribit, *Antonius pauculis centurijs Catilinam superauit, cùm ei propter patris nomen, paulò speciosior manus suffragata esset quàm Catilinæ*. *Aſcon. in orat. cōtra C. Ant. & L. Catilinā.* Hermathena signum erat in vna basi cōmune Mercurio & Mineruæ: posuit autem istud signum Cicero in gymnasio suo, id est in Academia villæ Tusculanæ (non enim in *Cic. ad Attic. 1. epist. Crebras expectationes.*

villa quæ academia dicebatur) propterea quòd Mercurius deus eſt omnium gymnaſiorum communis, tam eorum quæ animi ſunt, quàm eorum quæ corporis, Minerua autem ſingularis & propria erat gymnaſij, quod inſtituerat ad cultum animi tantùm, & ad diſputationes cõmentationesq; de philoſophiæ ſtudijs, cùm liberalium artium præſes ſit. Vt autem hermathenæ fiebant, ſic & hermeraclæ. Ariſtides, ἀλλὰ μὴν ἑρμοῦ τε καὶ ἡρακλέους ἐστὶ νῦν ἀγάλματα κοινά, id eſt, ſed & nunc Mercurij & Herculis communia ſigna ſunt. Sed cur dicit gymnaſium eſſe ἡλίου ἀνάθημα, quo ſignificat ſoli dicatum videri? Equidem cenſeam eum reſpexiſſe ad Rhodiorum coloſſum, & locum in quo collocatus erat, cui gymnaſium eius, ita poſita hermathena, ſimile videretur. Nam coloſſum dicatum Soli fuiſſe hoc epigramma Græcum oſtendit,

Ariſtides.

lib. 8. epigram. Græcorum.

Αὐτῷ σοι πρὸς ὄλυμπον ἐμακύναντο κολοσσὸν
Τόνδε, ῥόδου ναέται Δωρίδος ἀέλιε.

LIBRI OCTAVI FINIS.

ADRIANI TVRNEBI ADVERSARIORVM LIBER NONVS.

Comeſſator coniurationis, paſtoritia fiſtula, faba mimus, Cæciliana fabula, Næuianus laudator.

CAPVT I.

Cic li. 3. de Orat.

Cic. 1. ad Attic. epiſt. 11.

MARCVS Tull. lib. 3. de Orat. eam improbat tranſlationem, quę aut maior eſt quàm res poſtulat, vt tempeſtas comeſſationis: aut minor, vt comeſſatio tempeſtatis: libro tamen primo ad Atticum penè in hoc præceptũ commiſiſſe videtur, cùm ſcribit, *vt noſtri iſti comeſſatores cõiurationis barbatuli iuuenes illum in ſermonibus* Cn. *Ciceronem appellent*: ſed potius reliquos & ſeros dicit coniuratos, vt qui poſt cœnam comeſſatum veniunt, imò verò coniuratos intelligit non tam ad pugnandum, quàm ad comeſſandum aptos. Sed quę tandem eſt paſtoritia fiſtula? cùm ſcribit, *mirandas* ἐπιπομπασίας *ſine vlla paſtoritia fiſtu-*

la

a auferebamus. Ego putem dicere Ciceronem eximias significationes & Cic.ibid.
gratulationes populi auferebamus, & consequebamur sine vllo sibilo.
Sæpe enim pastoribus sibilus loco fistulæ est, ac sibilo oris vt fistula ca-
nunt: Plutarchus, καὶ φανέντος ἐν θεάτρῳ τοῦ Ὄθωνος, ἐφυβρίζων ἐσύριττεν. οἱ δ' ἱπ- Plutarchus in
πεῖς ὑπέλαβον κρότῳ τὸν ἄνδρα λαμπρῶς. αὖθις δὲ ὁ δῆμος ἐπέτεινε τὸν συριγμόν. Othone.
id est, Cùm in theatro visus esset Otho, illudens populus exibilabat: equi-
tes insigni plausu excipiebant: sed rursum populus sibilos augebat. In ea-
dem sententia politissimi hominem iudicij Antonium Muretum esse vi-
deo. In eadem epistola Faba mimus quid sibi vult? ego Fabam inscriptio- Cic. ad Attic.
nem mimi fuisse existimo, vt titulus mimi est libro tertio de Orat. Tutor: 1. epist. 11.
ita diuinus ille & præclarus consulatus in mimum ignobilem relabetur. Cic. 3. de Orat.
Quod si verum est in veteribus libris scribi Faba Mimum, vt Victorij op-
timi & eruditissimi viri fide referimus, fortasse emendari posset, fabæ mi-
nimum, quod est hilum. Non deest, qui *non fabulam, sed mimũ*, corrigat ex
Oratione pro Cælio, in qua scribitur, *Mimi ergo est iam exitus non fabulæ.* Cic. pro Cælio.
Ego, si loco obscuro sententiam & iudicium mihi interponere meum li-
cet, existimem *fabam Mimum* veram esse sinceramque scripturam: vel fa-
bulam aut Mimum, non dubium est autem quin in eadem epistola, illud
vitiosum & corruptum sit, *Quare, vt opinor,* φιλοσοφητέον, *id quod tu facis, &* Cic. ad Attic. 1.
istos consulatus non floccifacteon. sed mihi huius scripturæ vestigia sedulò ri- epist. 11.
manti, succurrit emendandum videri, *non flocci,* ἐατέον, hoc sensu, philoso-
phandum est, contemnendique sunt isti consulatus, qui flocci non sunt.
Præterea in eadem epistola, *Ac vereor ne Lucullus, quoniam Græcum poë-* Cic. ibid.
ma condidit, nunc ad Cæcilianam fabulam spectet, vereor ne non satis inte-
grum sit, ac Lucullum sit emendandum, cuius res gestas Archias versibus
Græcis illustrarat, qui & Cęcilij Metelli facta pangere parabat, quam Ci-
cero appellat Cæcilianam fabulam, ad Cęcilium comicum alludens. Ci-
cero pro Archia, *Mithridaticum verò bellum magnum atque difficile, & in* Cic. pro Archi
multa varietate terra marique versatum totum ab hoc expressum est, qui libri poëta.
non modò L. Lucullum fortissimum & clarissimum virum, verùm etiam pop.
Rom. nomen illustrant. Sed vt rursum prorsum vadimus, in eadem epistola
illud, quod in plerisque libris circunfertur, *nosti caluum ex Nanneianis il-* Cic. 1. ad Attic.
lum laudatorem meum, sanè mẽdum subolet, rectumque videtur ex Nęuia- epist. 11.
nis. Respexit enim Cicero ad versum Næuij, cuius ita meminit in episto-
lis, *Lætus sum laudarier me, inquit Hector, opinor apud Næuium, abs te pater* Cic 5. fam. epi.
laudato viro. M. inquit Crassus laudator ille meus, quem irridens caluum Coram me.
appellat, & laudatum virum similemque Næuiano laudatori, negotium
transegit & confecit. Retro regredere & cancrum imitare: ac hunc lo-
cum, vt veteres libros testatus reperit Victorius, etsi non probauit, lege: Cic. 1. ad Attic. epist. 13.

Tribuni

Tribuni non tam ærati, quàm vt appellantur, ærarij: hoc ſenſu, Tribuni non tam nummati erant (hoc enim modo hic æratus interpretor) quàm nummarij & corrupti: ærarius enim in ea notione & forma, qua nummarius, dici cur non poſſit, nihil cauſæ video. Vt nunc quidem excuſus circunfertur locus, incolumi ſententia defendi non poteſt. Nam æratum pro obærato accipere, eſt vim vocabulis afferre.

Quod in ſolum venit apud Ciceronem, varrones.

CAPVT II.

Cic. fam. lib. 9. epiſt. vlt. In vltima Ciceronis ad Pætum epiſtola ſcribitur, *ibi loquor, quod in ſolum, vt dicitur.* eo de loco ſi quid exiſtimamus, non video cur fraudi nobis eſſe debeat noſtrā oſtendere ſententiam, etiāſi improbāda videatur: qui enim ſtudio iuuandi, aliquid ſuſcipiunt, etiam ſi quod volunt minus aſſequuntur, tamen vel ipſa voluntate laudandi ſunt. Ego quæ dicam certa & vera non præſtabo, ſed quid mihi videatur proferam. vt enim ea demùm nobis eſſe videntur, quæ ſenſibus comprehendimns, velut quæ vel tangimus, vel cernimus: ſic cùm omnia propè ferat ſolum, id ſolum eſſe exiſtimamus, quod in eo videmus, & omnia quæ ſunt in rerum natura, eo ſuſtineri putamus: proinde quòd in ſolum, valet quicquid eſt, quicquid accidit, quicquid ſeſe offert, quicquid euenit. In eandem ſententiam libro 1. de Natura deorum dicit, *hinc quodcunque in ſolum venit, vt dicitur, effingis atque efficis*, id eſt, quicquid eſt in rerum natura. Varro hoc prouerbium etiam vſurpauit, *Libet mi epigrāmmata facere, & qui nomina non memini, quod in ſolum mihi venerit ponam*, id eſt, quodcunque nomen ſeſe mihi obtulerit, & in buccam venerit. Diuerſum eſt hoc Afranij à Grammaticis antiquis citatum, *orbitatem ſenectuti tuæ malam metui, quod inſolum non venit cæco ac dementi*. Rurſum, *ne veniret quod non agitur inſolum*. Hic veteres *inſolum* inſolitum interpretantur, à quibus vix recedere licet. Illud in eadem epiſtola difficilius eſt, *Ille baro te putabat quæſiturum vnum cœlum eſſet, an innumerabilia?* Ego, vt in quibuſdam libris reperi ſcriptum lib. 2. de Finibus, *hæc cùm loqueris, nos varrones ſtupemus*, integrum & incorruptum puto. Nam vt longurio pro longo & inepto voce à longurijs deducta ponitur, pro vecordi & amente vacerra, quæ vox ſtipitem ſignificat: ita pro ſtupido & bardo, varro vocabulo à varris deflexo, qui perticas ſignificant, vſurpabatur. Lucillius apud Feſtum in voce ſquaroſus, *Varronum ac rupicum ſquaroſa incondita roſtra.*

Cic. 1. de nat. deorum.
Var. apud Non. in Accuſatiuis pro genitiuo.
Afran. apud Non. in ſolum.
Ibid. apud Non.
Cic. ead. epiſt. vlt. lib. 9.
Cic. 2. de Finib.
Feſt. lib. 17.

Lecythi apud Ciceronem, ampullæ, Teucris.

CAPVT III.

VERBA sunt M. Tullij in epistolis ad Atticum, *totum hunc locum, quem ego in Aristocratia variè in meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pingere, de flamma, de ferro (nosti illas ληκύθους) valdè grauiter pertexuit.* ea Plinius accipit de oratione amœna, & pigmētis orationis perpolita: sic enim in epistolis scribit, *non tamen omnino Marci nostri ληκύθους fugimus, quoties paulùm itinere decedere non intempestiuis amœnitatibus admonebamur.* Horatius de oratione tumida & magnifica interpretatur: eadem enim qua Cicero translatione dixit, Cic. 1. ad Attic. epist. Vereor ne putidum. Plin. 1. lib. epist. 2.

Proijcit ampullas & sesquipedalia verba: Horat. de arte poëtic.

1 quod est orationis amplitudinem & superbiam omittit. & alio loco,

An Tragica desæuit, & ampullatur in arte? Horat. 1. lib. epist. 3.

Sed orationis elegantia & amœnitas cum magnificētia & grauitate plerunque coniungi solet. hoc certè constat à tumore ampullarum, quæ λήκυθοι Græcè dicuntur, hoc genus trāslationis profectū esse. hinc & Strabonis illud multis obscurum existimatum arbitror explicandum ἀλλὰ θέσεις ληκυθίζειν. In eadē epistola rectè Victorius animaduertit legdēum esse Græcè ἐνεπεπορευσάμην, non vt passim excuditur. addo in superiore quadā epistola scribendū esse χρηστομαθῆ, non vt in omnibus libris, χρηστομαθῆ circunfertur. Cur Teucris in aliquot epistolis Antonius Ciceronis collega vocatur? opinor quòd ariolaretur & vaticinaretur, id est falsis promissis sæpe Ciceronem, cui pecuniam promiserat, decepisset. Cassandra autem fatiloqua, sæpe ab aliquo vate Teucris appellata fuerat. Scribit Manutius calcem epistolæ sic scribi in veteribus libris, *valde petitur ire, nauabo operam,* quo fit vt corrigendum putem, *video hominem valde petitur ire, nauabo operam*: significat enim Luceium desiderare reconciliationem & reditum in gratiam. Strabo lib. 13. Georg. Cic. 1. ad Attic. epist. Non committam. Cic. 1. ad Attic. epist. Vereor. Cic. ibid.

Sacrificium propter viam, bene ferre ætatem, consul λογοθεώρητος.

CAPVT IIII.

APVD Macrobium Catonis iocus commemoratur his verbis, *sacrificium apud veteres fuit, quod vocabatur proteruia: In eo mos erat, vt si quid ex epulis superfuisset, igne consumeretur: hinc Catonis iocus est. namque Albidium quendam, qui sua bona comedisset, & nouissimè domum, quæ ei reliqua erat, incendio perdidisset, proteruiam fecisse dicebat, quod comesse non potuerit, id combussisse.* In nomine proteruię nescio quid maculę videtur esse conceptum, quod eluetur, si *propter viam* legatur. Festus, *Propter viam fit sacrificium, quod fit proficiscendi gratia Herculi aut Sanco, qui scilicet idem est Deus. Alij profecturi viam, Herculi aut Iano sacrificabant.* nónne Festi auctoritas satis causæ habet, cur lectionem esse mutandam putemus? In medium præterea Macr. 2. Satur. 2. cap. Fest. lib. 14.

Plaut. Rudent. Sc. Et vos à vostris abduxi. ea Plautus veniat, qui id etiam testetur, eius sunt hæc in Rudente verba. S. *Vt mea est opinio, propter viam illi sunt vocati ad prandium.* D. *qui?* S. *quia post cœnam credo lauerunt.* Libet & iocos quosdam illius apud Macrobium loci explicare. *Macr. 2. Satur. cap. 3.* Cõuiuator apposuerat nouum vinum, quod peruetus & quadraginta annorum esse mentiebatur: Cicero cùm gustasset, ac durum & immite sensisset, bene ferre ætatem dixit, quòd nondum maturuisset, neque vetustatem sentiret, quę lenitatem vino adfert. homines autem, quos longa non lædit frangitq́; ætas, quique, quàm videntur, seniores sunt, benè dicũtur ętatem ferre, vnde metaphora ducta. C. Seruilius vno die Consul fuisse illic dicitur, ego Caninius Rebilus vel Reuilus legendũ censeo, *Macrob. ibid.* quem & Cicero Consulem λογοθεώρητον fuisse dicit verbo philosophorum vsus, qui λογοθεώρητα vocant ea quæ ratione & intelligentia comprehenduntur & percipiuntur, non sub sensum cadunt, vt à philosophis ponuntur ἀρχαὶ λογοθεώρητοι, principia rerum sensum fugientia, vt atomi & materia: sed & sapiens Stoicorum, qui nunquam fuit, nec futurus est, λογοθεώρητος etiam dicitur, vt & Caninius diei vnius Cõsul, quem propter breuitatem dieculæ vnius, cogitare homines potius consulem fuisse, quàm consulem videre potuerunt.

Purpura Tæniensis apud Plinium, conchyliata & purpurea, Plinius emendatus. CAPVT V.

GENVS quoddam purpuræ à Plinio Teniense appellatur, in Tenei *Plin. li. 9. c. 37.* maris ora, vt inquit, collectum: sed Teneum illud mare, vbi locorum sit, cùm esse neminem qui sciat putem, suspicio non leuis animo incessit, hîc emendatores, vt in deletili charta & palimpsesto lusisse, & deleuisse quæ non placebant, quæ voluerũt scripsisse, non quæ Plinius literis consignarat, edidisse. denique prouocatum est ad vermiculatos & erosos libros, in quibus reperimus, in Tenei maris collectũ. arbitror autem in tænijs maris collectum scribendum esse. Sunt autem tæniæ in mari cãdicantes cautes longo tractu fasciam imitantes, à quibus Tænienses purpuræ vocantur, quæ in illis degunt locis. est & purpuræ in eo genus dialutense, quod originem Græcam, sed formationem Latinam præ se fert. Nam vt è Gręco & Latino compositum esse videatur, non assentiar, vt si Amminei vini & Chij nota mixta esset. libri tamen antiqui refragãtur editionibus, quod tam frequens est, vt quandocunque aliquid obscuritatis in eo auctore est, ferè semper dissensio reperiatur: & lubentius plerunque secundum ve- *Plin. ibid.* teres tabulas litem dederim. in illis autem ita scribitur, *mirè aptum conchylijs, & longè optimum purpuris dialucense, id est vario genere soli pastum.* dialutense retenta superiorum generum forma erit tanquã solutum & vagans,

neque eidem adhærens ſedi: at dialucenſe per ſalſum æquor repens, & vario ea de cauſa genere ſoli paſtum, ex præpoſitione διὰ & ἀλυκὸν quod eſt ſalſum. hoc genus aptum conchylijs dicit, id eſt conchyliatæ veſti, vt apud Iuuenalem,

Horum ego non fugiam conchylia, Iuuen. 3 ſat.

id eſt non profugiam Roma, cùm videam in ea Græculos tam locupletes & diuites eſſe, vt conchyliata veſte abundent. inter conchyliata autem & purpurea intereſt, quòd purpureum inficitur purpuræ flore & buccini ſucco, certo quodam temperamento: in conchyliatis non miſcebatur buccinum, vt Plinius ſcribit, ſed ita obſcurè & mendosè, vt intelligi non magis poſſit, quàm ſi alienigena vteretur ſermone. *in conchyliata veste cætera eadem ſine buccino, præterque ius temperatur aqua pro indiuiſo humani potus excremento, dimidia & medicamina adduntur*: inuiſo tamen pro indiuiſo malunt emendatores, ſemper non intellecta mutare ſolemni inſania conſueti: in veteribus indiuiſo reperio, & ius temperatura, & quæ. ſic igitur lego, *præterque eius temperatura, & quæ pro indiuiſo humani potus excremento remedia & medicamina adduntur*. Nam inficiendis conchylio velleribus, cùm humanum admiſceretur lotium, vt eius odoris fœditas emēdaretur, medicamenta quædam & remedia adhibebantur. miſcebatur & lotium tingendæ purpuræ: vnde & indiuiſum dixit, quod & in purpura, vt in conchylio tingendo adderetur. Quare de grauiſſimo & teterrimo odore dixit Martialis, *Quod bis murice vellus inquinatum.* Plin lib. 9. cap. 39. Mart. lib. 4. epig. 4.

Caudam trahere, Platona ſtipare Menandro, togam componere apud Flaccum, CAPVT VI.

VT cùm de Repub. Senatus habetur, non idem videtur omnibus pa- iribus, ſed aliud alijs placet, aliamque alius ſententiam dicit ſine fraude: item nobis Grammaticis vſuuenire ſolet in noſtra Repub. id eſt in auctorum interpretatione. nam à principibus non tribulibus Grammaticis vt ſæpe antè feci, nunc quoque diſſentiam, in illo Horatij loco,

—nihilo vt ſapientior ille,
Qui te deridet, caudam trahat. Horat. lib. 2. ſat. 3.

nec tamen aliorum ſententiam commemorabo, ne leguleiorum more, atque etiam iam philoſophorum, præpoſtera ambitione, alijs refellendis & deprimendis me attollere plus æquo videar, & opinionem doctrinæ aliorum iniuria quæram. hîc ego caudam trahere eſſe puto magnificè ſuperbeque incedere, vt qui talari toga palláue ornati longo ſyrmate verrunt terram. Horatius, *—traxitque vagus per pulpita veſtem,* Horat. de art. poëtic.

Aa id eſt

id eſt magnificè inceſſit ſaltans. Nam ad ſyrma alluſum eſſe puto, quod à tractu nomen eſt adeptum: aut, quod non æquè placet, tractū erit ab auibus, vt gallis gallinaceis & pauonibus, qui ſua inſoleſcere videntur cauda, vnde *—& picta pandat ſpectacula cauda,*

Horat. lib. 2. ſat. 2. ſcripſit alio loco Horatius. Trahit igitur caudam, qui ſibi placet, ſeque ſapientem, & vt Varronis verbo vtar, ſaperdam putat. Sic & Perſius dixit,

Perſius 4. ſat. *Ante diem blando caudam iactare popello.*

Apud Paterculum autem Plancus ſaltans marinum deum Glaucum, qui in piſcem deſinebat biformi ſpecie, hominem ore pręferens, ab aluo caudam piſcis trahens, trahere caudam dicitur: ſed tamen ſine vlla tranſlatione: ſubijciam eius verba, *Cùm ceruleatus & nudus, caputque redimitus arundine & caudam trahens genibus innixus Glaucum ſaltaſſet in conuiuio.* In eadem ecloga *ſtipare Platona Menandro*, eſt tanquam ſtipatorem & comitem Platoni Menandrum adiungere: quòd non philoſophandi tantùm cauſa, ſed etiam ſermones ſcribendi in villam ſeceſſiſſet, cùm in ſermonibus imitari ſoleret lepores ſaleſque Menandri, Eupolidis, Archilochi.

Patercul. poſteriore volu.

Horat. lib. 2. ſat. 3.

Horat. ibid. Idem cùm ait, *Audire atque togam iubeo componere,* attentionem poſtulat, vt in vera & longa reprehēſione. qui enim ſe comparat ad audiendum attentius, togam primum colligit, & circum ſe componit, ne defluat, & ſoluta laxaque aliqua parte decidat: qui etiam ad dicendum aggrediuntur, togam ſolent componere: Quintilianus, *ergo cùm iudex in priuatis, aut præco in publicis dicere de cauſa iuſſerit, leuiter conſurgendum: tum componenda toga, vel ſi neceſſe erit, etiam ex integro inijcienda. Sanctarum*, autem *inſcitia legum*, eſt ignoratio earum legum, quæ ſanctè aliquid cogunt aut vetant metu pœnæ, quæque ſupplicia pœnaſque ſanciunt & irrogant. Itaque ſancta lex eſt, quæ aliquid cogit aut vetat fieri, nocentique & ſonti minatur. Cornificius ad Herennium, *Infirma erit eius defenſio, qui negabit ſe feciſſe, quod cogeretur, cùm altera lex permitteret, plus enim valet ſanctio permiſsione.*

Quint. lib. 11. cap. 4.

Horat. lib. 2. ſat. 1.

Cornific. ad Heren. lib. 2.

Phalanx, facere phalangem, pagi, materis.

CAPVT VII.

GRÆCIS & Macedonibus phalanx erat peditum ſtabile agmen grauis armaturæ, vt ferè Romanis ſuæ legiones: Iulius tamen Cęſar & Germanis & Gallis phalanges tribuit lib. 1. ita ſcribens, *Ipſi confertiſsima acie reiecto noſtro equitatu, phalange facta, ſub primam noſtram aciem ſucceſſerunt.* Iterum, *milites è loco ſuperiori pilis miſsis, facilè hoſtium phalangem perfregerunt.* Rurſum, *ac Germani celeriter ex ſua conſuetudine phalange facta impetus gladiorum exceperunt:* ſed his in locis phalangem facere eſſe arbitror, quod

Cæſar. 1. lib. de bel. Gall.

Cæſ. ibid.

Cæſ. ibid.

Græci

Græci dicunt συνασπίζειν. cùm iunctis ſcutis aut clipeis, vel in hoſtes inuaditur, vel hoſtium impetus excipitur, quod ſic conſertis clipeis Macedonum phalanx pugnare ſoleret. Ita autem apud Cæſarem intelligi ex eo patet, quòd ita ſcribit, *Reperti ſunt complures noſtri milites, qui in phalangas inſilirent, & ſcuta manibus reuellerent, & deſuper vulnerarent*. Eſt igitur ibi phalanx συνασπισμὸς: ac Philippus Rex Macedonię ſequutus Heroicum illum belli Troiani cuneum, de quo poëta ſcribit, ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, phalangem compoſuit Macedonicam vmbonum velut perpetuo textu conſertam. Pagi autem apud eundem ſcriptorem ſunt regiones vniuerſæ & populi alicuius partes, vt tota regio Heluetiorum, quæ ab eo appellatur ciuitas, in quatuor partes erat diſtributa, quas appellat Cæſar pagos, non quòd tantum pagatim incoleretur: nam & habitabatur oppidatim, cùm ſcribat duodecim oppida in ea fuiſſe, & pagos ad quadringẽtos, ſed quòd vniuerſus eorum ager in quatuor partes, & tanquam præfecturas, eſſet diuiſus. Eodem modo ſcribit Sueuorum centum pagos fuiſſe: cùm enim longè lateque in Germania regionem ampliſſimam haberent latiſſimoſque fines, in centum partes regio diſtributa erat: ſic ager Romanus à Numa Pompilio in pagos diſtributus fuerat, vt ſcribit Dionyſius his verbis, διεῖλε τὴν χώραν ἅπασαν εἰς τοὺς καλουμένους πάγους. tractus enim quoſdam & partes regionis ita vocauit, quod quidem & Plutarchus ſcribit, εἰς μέρη τὴν χώραν διεῖλεν, ἃ πάγους προσηγόρευσεν. Pagis autem illis præerant pagorum magiſtri. Nos quidem antè de pago diximus, ſed tumultuariorum commentariorum eſt, æſtu quodam ſcribẽdi eodem ſæpenumero relabi. Materas autem ſubijciebant in Cæſare lego. ita autem vocabatur, iaculum lingua Gallorum vt ſcribit Strabo καὶ ματαρὶς παλτοῦ τι εἶδος. videri poteſt nomen gallicum, quo ſagittam capitatam hodie appellamus matellatam per diminutionem, inde ortum eſſe.

Homer. Iliad. ν. — *Cæſar. lib. 1. de bell. Gall.* — *Cæſ. ibid. & lib. 4. de bell. Gall.* — *Dionyſius li. 2. antiquit. Rom.* — *Plutarch. in Numa.* — *Cæſ. lib. 1. de bell. Gal.* — *Strabo lib. 4. Geogr.*

Caleti, Velocaſſes, Æſia, teſtudo.

CAPVT VIII.

POPVLI duo ſunt apud Cæſarem lib. 2. comment. belli Gal. noſtris hominibus non ſatis noti, qui tamen hodieq; nomen retinent antiquum: hi ſunt Caleti & Velocaſſes: Caletos autem hodie ferè omnes eos putãt, qui his proximis annis auſpicijs Henrici regis de Anglis recepti ſunt, hoc ipſo adducti, quòd eorum oppidum Caliſium vocetur, in Morinenſi diœceſi. Sed Caletos populos eſſe contendo in ſuperiore Normania vltra Rhotomagum ad oſtium Sequanæ, quos hodie Caletenſes appellamus, quorũ oppida ſunt Deppa, Portus, nuper de Anglis receptus, quem

Cæſ. 2. comment. bell. Gal.

per bellum ciuile interceperant,Iuliobona,quam villam bonam appella-
Strabo lib.4. Geog. mus.Pro me testimonium dicet Strabo, qui in eo quem scripsi tractu Caletos collocat. Vt autem vltra Rhotomagum sunt Caleti, ita citra Rhotomagum sunt hodie Velocasses, etiam olim Rhotomagum eis attributum erat, quos hodie Vilcassinenses appellamus, qui & bipartiti hodie sunt,in Normanos & Frãcos.Velocasses Normani inter Andelam & Heptam siti sunt,vbi oppidum est Gisortium, Castellum Andeliacum, charissima mihi patria: Velocasses Franci incolunt inter Eptam & Æsiam.sic
Vibius Sequest. enim Vibius Sequester appellat fluuium Galliæ, quem hodie Isaram appellamus, à quo & oppidum Pons Isaræ nomen habet, vt Vibius Sequester loqueretur,Pons Æsiæ: sic isti duo populi antè ignorati, hominum notitiæ restituti sunt. Mendosè autem in eo Cæsaris libro scribitur, *Ger-*
Cæs.2. comm. bell.Gal. *manosque, qui ripas Reni incolunt.* loquitur enim de Germanis qui in Gallia sedes collocarant,& propè Renum & satis procul à Reno, quos appellat nominatim infra Condrusos,Eburones,Cærefos,Pęmanos.ex an-
Cæs.ibid. tiquis igitur libris lego, *Germanosque,qui cis Renum incolunt.* Quod autem ait,ad insignia accommodanda defuisse tempus, insignia interpretor vel lupinas exuuias,quibus pilani suas galeas ornabãt, aut pro galeis vteban-
Polib.lib.7. tur,vt Polybius lib.7.scribit,vel pennigeras coronas, & pennas puniceas aut nigras, quibus cubitalis longitudinis suas galeas hastati, principes &
Cæs.2.bel.Gal. triarij decorabant,vt idem scribit. Illud porrò, *testudine facta portis succedunt*,de ea testudine intelligo, quam faciebat exercitus se tegumẽtis scutorum vndique operiens,vt testudo suo obducta est putamine, eaque specie referebat tectum ædificiorum: sic autem se operiebant crate perpetua clypeorum aduersus sagittas Parthorum, & aduersus omnia missilia supernè cadentia,cùm vrbem oppugnabant: hinc Maro scribit,

Virg.2.æneid. —*obsessumque acta testudine limen.*

Seru.ibid. quod de machina videtur Seruius intelligere,cui interpretationi acta cõuenire videtur, sed acta pro facta hic dictũ crediderim. Plutarchus in An-
Plutarch.in Antonio. tonio de clypeorum testitudine sic scribit: αὐτοὶ δὲ καθέντες εἰς γόνυ προὐβάλλοντο τοὺς θυρεούς. οἱ δὲ ὄπισθεν ὑπερέσχον αὐτῶν τὰ ὅπλα, κἀκείνων ὁμοίως ἕτεροι. τὸ δὲ σχῆμα παραπλήσιον ἐρέψει γινόμενον, ὄψιν δὲ θεατρικὴν παρέχει, καὶ τῶν προβλημάτων στεγανώτατόν ἐστι πρὸς οἰστοὺς ἀπολισθαίνοντας. διὸ τήν τε χελώνην ἐξαπιναίως συναρτίσαντες ἐποίησαν, καὶ τὰ γόνατα σφῶν ἀριστερὰ πρὸς τὴν γῆν ἤρεισαν.

Iupiter currum agens per purum, Iupiter elicius.

CAPVT IX.

VETERVM opinio erat Iouem,cùm tonabat & fulminabat,in nubem eam,vnde fragor ille tumultuabatur,miscebatur &fremebat,& iactus ful-

minum

minum cadebat, currum agitantem descendisse, vt inde velut ictum destinaret, & agitatione currus sonitum excitaret. Hinc illud Horatianum,

Tu graui curru quaties Olympum. & alio loco, Horat.lib.1. od.12.

—nanque diespiter Horat.lib.1. od.34.

Igni corusco nubila diuidens

Plerunque per purum sonantes

Egit equos celerémque currum.

His enim versibus Horatius significat curru Iouis fremitum tonitrus excitatum esse. Ea autem maximè diuina tamen tonitrua & fulmina putabant, quæ sereno cœlo mittebantur, vt ex hoc Horatij loco patet, & eo Ciceronis quem proferam.

Aut cùm terribili percussus fulmine ciuis, Cic.1.de diuin.

Luce serenanti vitalia lumina liquit.

Et libro septimo Hellenicôn apud Xenophôtem scribitur ἐξ αἰθρίας ἀστραπάς καὶ βροντὰς λέγουσι αἰσίους αὐλῷ φανῆναι. per purum igitur Horat. dixit, velut δι᾽ αἰθρίας. Sed vt ad rem redeam: Quòd è nubibus fulminum manubias mittere Iupiter crederetur, scripsit Mantuanus poëta, Xenophon 7. Hellenicôn.

Ipse pater media nimborum in nocte corusca Virg.1. Georg.

Fulmina molitur dextra.

Itaque quòd tum descendere, vt dixi, existimaretur ab illa antiqua, & vt ita dicam, casca hominum natione, καταιβάτης à Græcis Iupiter ob tonitruum fulminum & pluuiarum tempestates vocabatur, id est descensor, quem Elicium Latini dicunt: quo fit vt ad eam opinionem cognominationemque poëtarum Latinorum illa reuocanda sint, quæ à nobis surdis auribus non audiuntur, nominatimque citanda sunt & suis adscribenda auctoribus, ne quem posthac fallant, quæ subijciam. Maro in ecloga vij.

Iupiter & læto descendet plurimus imbri. Virg.eclog. 7.

Ab eadem mente & illud manauit libro secundo Georg.

Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther Virg.2.Georg.

Coniugis in greminm lætæ descendit.

Quod tamen ex Euripidis etiam versibus imitatum & effictum est. Horatius quoque in Epodis non alia de causa scripsit, Euripid.

—& imbres Niuésque deducunt Iouem. Horat.Epod, 13.od.

Nam tum Iupiter de cœlo deducitur priscorum superstitione & sententia, cùm in imbres descendat. Salmoneus quoque ille impius tyrannus opinionis diuinæ & maiestatis affectator, quadrigis equorum & curribus & lampadum quassatione iactuque, Iouis fulmen & tonitru imitabatur: quæ fabula spondet testimonium eius opinionis antiquorum quam commemoraui: de Salmoneo versus sunt Maroniani,

Virg. 6. æneid. *Quatuor hic inuectus equis & lampada quassans,*
Per Graiûm populos mediæque per Elidis vrbem
Ibat ouans, diuûmque sibi poscebat honores
Demens, qui nimbos & non imitabile fulmen
Ære & cornipedum cursu simularat equorum.

Higin. lib. Fab. Higinus quoque de eo ita scribit, *Salmoneus Æoli filius Sisyphi frater, cùm tonitrua & fulmina imitaretur Iouis sedens in quadriga, & faces ardentes in populum mitteret & ciues, ob id ab Ioue fulmine ictus est.*

Saga mens in Plauto, architectus omnibus, cunabula, cunæ, circumferre.

CAPVT X.

IOACHIMO Camerario viro optimo & eruditissimo facilè iniurato quiduis crederem. Itaque ei fidem habeo scribenti in vetustis Plauti exemplaribus exaratum esse, *hæc sola saccam mentem gestat meorum familiarium*: ex quo quidam sartam sarserunt; alij, non inuita mediusfidius Minerua, sanam concinnarunt. sed mihi verbum istud circunrodēti diutius, rimantique quidnam verisimile sit à Plauto pro sacca scriptum esse, & vt ferè in vicinum deflexionibus detorquētur deprauata, cogitanti num aliquod verbum idoneæ huic sensui notionis significationisque è vicinia proxima arcessi posset: mihi istud diu multumque agitanti mecum versantique, succurrit, videri sagam in saccam scribentium temeritate deuertisse. sagam enim mentem pro prudentem & sagacem dixit antiquitas, cùm Cicero scribat anus sagas vocari, quòd multa sciant. In eadem fabula illud, *Queis benefactis meus pater deûm regnator architectus omnibus*, sic dictum accipio, vt, *ipse quirinali lituo*: &, *melle saporatam & medicatis frugibus offam*. Nam, *queis benefactis meus pater*, valet quæ sint eius beneficia in omnes, cùm omniū sit architectus, non tantùm principum, & tam multa opera rectè & ratione sæpe architectatus sit. mihi enim videtur iocari in eum histrionem, qui personam Iouis erat acturus, qui pauper erat, vilisque architectus, & in superiore habitabat cœnaculo, vt alio loco dicit alludens, atque ita quidem, vt in histrione: sed ambigui etiam subolet nescio quid in personam Iouis relato sensu, velut sine artificis suspicione: intelligit enim poëta comicus & significat omnibus esse mortalibus architectum Iouem multis benefactis, quod significat illum præpotentem Deum & Imperatorem omnibus hominibus auctorem esse multorum beneficiorum & bonorum. Cunabula autem in eadē comœdia sunt fasciæ & panni, quibus pueri in cunis inuoluuntur, inuolucraque eorum vno verbo lanea & lintea. sic enim scribitur, *neque eum quisquam quiuit colligare in cunabulis.*

[Marginal notes: Plaut. Amphit. Sc. Dapes atq; opes vitæ. — Cic. 1. de diuin. — Plaut. Amphit. Prolog. — Virg. 7. æneid. — Virg. 6. æneid. — Plaut. Amphit. Sc. Dapes atq; opes.]

Nam

Nam in cunis pueri incunabulis inuoluti colligātur. In eadem fabula, *Ego cunas recessim rursum versum trahere.* illud etiam, *queso quin tu istanc iubes pro cerrita circunferri?* dictum est, pro lustrari & lustratione curari. qui enim id faciebant, certum carmen insusurrabant, & theda, scilla, ouis, sulphure, alijsque circumpurgabant, quod περιαγνίζειν Lucianus dicit, ita scribens in necyomātia, ἐκάθηρέ τε με καὶ ἀπέμαξε, καὶ περιήγνισε δᾳδὶ καὶ σκίλλῃ, καὶ ἄλλοις πλείοσιν, ἅμα καὶ τὴν ἐπῳδὴν ἐκείνην ὑποτονθορύσας. Idem etiam περικαθαίρειν Græci dicunt: & ἀπομάκτης est περικαθαρτὴς, qui circumlustrat, & circumpurgat: quod quia res certæ certaque februa circumferebantur, circumferre Latini vocauerunt. Itaque apud Maronem, circumferre vnda, est vnda purgare. *Idem ter socios pura circumtulit vnda.*

Plaut. ibid. Plaut. Amphit. Sc. Satin' parua res. Lucian. Menippo seu Necyomantia. Virg. 6. æneid.

Paragaudæ vestes, monolores, dilores, trilores.

CAPVT XI.

NON solùm inter Grammaticorum cathedras, sed etiam inter Iurisconsultorum pulpita persæpe in controuersiam adductum est, quæ sint, vt ipsi loquuntur, in eorum iure paragaudæ. Ego verò etsi imi subsellij sum etiam inter infimos literatores, vt ijs qui in triuijs docēt meritò annumerari debeam, tamen audebo, quid de ijs sentiam adscribere. Si enim in Iurisconsultorum pulpitis & libris de eis & loqui & scribere non dubitarunt, quos etsi conscientia inscitiæ tacere iubebat, gloriolæ tamen & existimationis studium temerè & ineptè loqui cogebat, cur non ego eorum exemplo ad audaciam prouocatus aliquid effutiam? Ego igitur paragaudas arbitror fascias fuisse, vel aureas vel sericas auro ornatas, quę vestibus intexerentur, non vt institæ adsuerentur. Id satis ostendit Imperatorum Gratiani Valentiniani & Theodosij rescriptum his verbis, *nemo auratas habeat aut in tunicis, aut in lineis paragaudas.* At in Valentis Valentiniani & Gratiani rescripto, *auratas & sericas paragaudas auro intextas viriles priuatis vsibus contexere conficereque prohibemus*: vestis potius ipsa paragaudis distincta & insignita significatur. Nam & paragauda vestis ipsa etiam dicebatur. Vopiscus in Probo, *Interulas paragaudias duas*: & in Aureliano, *paragaudas vestes ipse primus militibus dedit, cùm antè non nisi rectas purpureas acceperent.* qui locus prætexturam quādam vesti paragaudæ fuisse intextam significat, cùm paragaudę vesti purpuream rectam opponat, quæ nec clauata nec prætexta erat. Pollio Trebellius, *albam subsericam paragaudem vnam.* Harum quædam monolores erant, quædam dilores, aliæ trilores, aliæ etiam pentalores: ego autem suspicor monolores fuisse paragaudas vestes, quibus vna tantùm paragauda intexta esset: quibus autem duæ,

L. 2. de vestib. holob. & aur. & de tinct. li. 11. Codic. L. 1. eod. tit. li. 11. Codic. Vopisc. in Probo & in Aureliano. Trebel. in Diuo Claud.

quæ ſua latitudine lora æmulari viderentur,dilores: quibus tres, trilores. nam quòd illæ tanquam faſciæ lori æquarent latitudinem & ſimularent ſpeciem, ideo ſuſpicor ab hiſtoricis, & à populo olim ſic vocatas fuiſſe. Vopiſcus, *& quidē alijs monolores,alijs dilores, trilores alijs, & vſque ad pentalores,quales hodie lineæ ſunt.* haud me tamē animi fallit eruditos eſſe homines,qui monocores,dicores,tricores,pentacores hîc ſcribendum afferāt, & veſtes intelligant ſemel bis ter quinquies purpuræ aut muricis fuco ſatiatas: ſed nihil afferunt,cur in eorum ſententiam auctoritas tanquam ſenatuconſulti perſcribenda ſit. paragauda autem, vt & hoc ad extremum ponam, verbum eſſe videtur è Græco & Latino compoſitum, vt quoddam ornamentum & gaudium veſtis intelligatur. aliquando etiam, quòd limbo paragauda & margini veſtis eſſet vicina, velut paracaudam, id eſt, iuxta caudam & extremitatem & oram veſtis interpretatus ſum.

Vopiſcus in Aurelian.

Ignis admouebatur ijs qui ad aras confugerant, vt eas relinquerent.

CAPVT XII.

NEFAS erat eos,qui ad alicuius dei aram confugerant, & in loci ſacri præſidium ſe receperant, violari, aut per vim inde extrahi, ne crimen, non tam in deorum ſupplices,quàm in deos ipſos immortales admiſſum eſſe videretur: nihil tamen ius & fas tam ſanctum cōſtituere poteſt,quod non,ſi non vi opprimatur ſaltem iuris aliqua ſpecie & ſimulatione eludatur. ignem enim reperio ſolitum eis,qui aras amplexi tenebant, admoueri, vt non ab hominibus per iniuriam inde extrahi viderentur,ſed incendij metu & ardoris inde fugere cogerenrur. proinde quaſi non ab hominibus id oblatum,ſed velut fortuitò natum foret:nec id hominum eſſet maleficium aut ſcelus,ſed ignis violētia & impetus. Itaque apud Euripidem Hermione minatur ſe Andromachæ quæ in templum conſugerat, ignes adhibituram, & inde incendio loci eam excitaturam atque fugaturam: verba autem ſunt Euripidis, πῦρ σοι προσοίσω. vbi notat enarrator, ἔθος ἦν τοῖς εἰς βωμὸν καταφεύγουσι πῦρ προσφέρειν. hinc profectò intelligetur cur in ſcenis Plautinis & ſpectaculis Rudentis, leno ignem ſibi poſcat, vt ancillas ſuas,quæ ad aram Veneris perfugerant, locum deſerere cogat. ſic autem ſcribitur: LAB. *Vulcanū adducam, is Veneris aduerſarius eſt.* mox rurſum ſcribitur. LAB. *Ibo hercle aliquò quæritatum ignem.* Iterum, *ignem magnum hîc faciam.* Etſi enim dicit, *haſce ambas hîc vt in ara viuas comburam*, tamen hominem auariſſimum & impuriſſimum ea conditione ſe eas combuſturum minitari debemus ſuſpicari, ni vellent locum relinquere, cuius fiducia herile contemnebant imperium, & ſui ius corporis adimere lenoni volebant,

Euripid. Andromachæ.

Plaut. Rudent. Sc. Ext è fano.

bant,ſeque in libertatem vindicare conabantur. Nam ius in eas & poteſtas ei ſanè omni vltione potior erat.

Gratiæ ſolutis zonis,cululli,barbitus, iuuentas comes Veneris.

CAPVT XIII.

QVOD ſcribit Horatius, *Icci beatis nuc Arabum inuides Gazis,* Horat.lib.1. ex hiſtoria petitum eſt: conſtat enim ea tempeſtate Auguſtum in animo od.29. habuiſſe Arabiæ & Parthis bellum inferre, eiusque belli cauſa delectum habuiſſe: vnde Horatius alio loco ſcribit,

—& iuuenum recens
Examen Eois timendum Horat.lib.1. od.35.
Partibus,Oceanóque rubro. & Maro,
Siue Getis inferre manu lachrymabile bellum, Virg.7.æneid.
Hircaníſue Arabíſue parant,ſeu tendere ad Indos,
Aurorámque ſequi,Parthóſque repoſcere ſigna. Et Propertius, Propert.lib.2. eleg.11.
Iam negat Euphrates equidem poſt terga tueri
Parthorum,& Craſſos ſe tenuiſſe dolet.
India quin Auguſte tuo dat colla triumpho,
Et domus intactæ te tremit Arabiæ.

Solutis autem Gratias zonis Horatius dicit,quòd ita fingi pingiq́ue ſole- Horat.lib.1. rent.Seneca, *Quare tres Gratiæ, & quare ſorores ſunt, & quare manibus im-* od.30. *plexis, quare ridentes, quare iuuenes, & quare virgines, ſolutáque ac perlucida* Senec.li.1.de benefic. cap.3. *veſte?* Ideo etiam fortaſſe ſupra nudam gratiam vocauerat,quòd perlucẽ- Horat.lib.1. te veſte,tãquam nuda eſſet:vt alio loco, —*Cois tibi penè videre eſt Vt nudã.* od.24. Horat.lib.1. At verò Iuuentas apud eum poëtam dea iuuentutis eſt, quæ Græcè dici- ſat.2. tur ἥβη, & cum Venere ab Homero iungitur, vt hic ab Horatio, ἥβη τε διὸς Horat.lib.1. θυγάθηρ τ' ἀφροδίτη. *Exiccet*, autem, *culullis*, eſt exiccet & epotet poculis. od.30. Homerus. cululli enim pocula erant per diminutionem elata, à culleo deducta: etſi Horat.lib.1. enim culleus primam producit, tamen vt aſſolet, in diminutione corri- od.31. pit,vt mamma mamilla.Acron autem,quòd putat fuiſſe fictiles põtificum Acron.ibid. calices culullos,quibus & veſtales virgines vterentur,vereor ne culullos pro capedunculis acceperit.Cæterum, *Leſbio primum modulate ciui.* Horat.lib.1. cùm ait,ſignificat primum Alcęum barbito vſum,quod citharæ genus eſt od.32. grauiùs aliquantò ſonantis: quaſi enim βαρύμιτον dicitur.ab Alcæo etiam Sapphicum carmen inuentũ fuiſſe,non deſunt qui ſcribant. Hephæſtion, ἔστι δὲ καὶ τοῦτο ἀλκαίῳ, καὶ ἄδηλον ὁπότερου ἐστὶν εὕρημα, εἰ καὶ σαπφικὸν καλεῖται. Hephæſtion. Alcæus porrò cum Athenienſibus bellum geſſit, & cum tyrannis, expulitq́ue Pittacum Mitylenis. gratam autem dicit epulis Iouis teſtudinem, Horat.lib.1. in quibus Apollo cithara canit, vnde illud, αὐτὰρ ὁ φοῖβος ἀπόλλων ἐγκιθαρίζει. od.32.

[Horat. lib. 1. od. 34.] φίζει. Illud autem, *Plerunque per purum tonantes Egit equos*, cùm ſcribit, intelligit verum eſſe Iouem tonare: vnde & eius cognomen, quod Epicurei negant. Nam ſi puro ſerenoque cœlo tonat, falſa eſt & inſana Epicureorum ſapientia, qui id ſemper fieri denſis nubibus obducto cœlo prædicant, & vt eſt apud Manilium,

[Manilius. lib. 1. aſtronom.]

Eripuitque Ioui fulmen viréſque tonanti.

[Xenophon 7. Hellenικôn. ſupra c. 9. huius lib.] Tonitru autem puro cœlo & ſereno fremens, certiſſimum numinis argumentum eſſe, & aliquid certiſſimum portendere cenſebant, vt antè è Xenophontis exemplo docuimus.

Clauus trabalis apud Horatium, ſeuerus vncus, liquidum plumbum.

CAPVT XIIII.

[Horat. lib. 1. od. 35. — Horat. idid. — Virg. 12. æneid. — Cic. 1. Tuſc. — Plat. in Tim. — Cic. de Vniuerſit. — Plat. in Phæd.] HORATIVS anteambulatricem fortunæ dicit eſſe neceſſitatem, fortunæ dominatum & potentiam conſtituens, quòd quicquid ei collibuerit, nulla vis tanta ſit, vt impedire poſſit. Clauos autem trabales pereleganti fictione & conceptione tribuit neceſſitati, quibus omnia figat firmetque & retineat. Sunt autem grandes claui, quibus trabes configuntur. At trabale telum in Marone, inſtar trabis magnum eſt. non exiſtimo autem de tormentis & cruciatibus iſta explicanda eſſe, quod videtur interpretibus. Cuneis quoque inſertis, ad arctius aliquid aſtringēdum vtebantur. Cicero prima Tuſcul. *Hos ille cuneos fabrica fideli inſerens, perrupit artus.* Plato in Timæo, οὐ τοῖς ἀλύτοις, οἷς αὐτοὶ συνείχοντο δεσμοῖς, ἀλλὰ διὰ σμικρότητα ἀοράτοις πυκνοῖς γόμφοις συντήκοντες, quod Cicero vertit, *crebris tanquam cuneolis illiquefactus.* Et in Phædone, ὅτι ἑκάστη ἡδονὴ καὶ λύπη, ὥσπερ ἧλον ἔχουσα προσπερονᾷ καὶ προσηλοῖ αὐτὴν πρὸς τὸ σῶμα. At verò, vncus ſeuerus, hamus eſt & anſa ferrea coagmenta rerum tenaciter & aſperè retinens liquido plumbo addito. *[Vitru. lib. 2. cap. 8.]* Vitruuius, *anſis ferreis & plumbo frontes vinctæ ſint.* nam ad nexus firmitatem ſæpenumero ferreos vncos plumbo illiquefacto ad perpetuitatem hæſuros tenaciter operibus & fabricis adijciunt. De illo plumbo ſcripſit Euripides,

[Euripid.]

Κάθησ' ἑδραία. καὶ γὰρ εἰ πέριξ σ' ἔχει
Τηκτὸς μόλιβδος, ἐξαναστήσω σ' ἐγώ.

Inquit Horatius,

[Horat. lib. 1. od. 35.]

Te ſpes, & albo rara fides colit
Velata panno,

Quod ita accipio, fortunam antecedit neceſſitas, ſequitur & comitatur ſpes & fides, nec eam vnquam deſerunt, quocunque ſe conferat, quamuis veſte mutata ſeſe diſſimulet: non tamen vt fides & ſpes aſſectatrices tuæ perpetuò ſunt, item vulgus amicos perpetuò ſequitur, quos mutata ſem-

per

per fortuna deſerit. Cæterùm quidam putant conſtruendum quod ſequi-
tur hunc in modum, amici pariter doloſi diffugiunt iugum ferre, vel pari-
ter iugum ferre, id eſt nolunt eſſe conſortes aduerſæ fortunæ, vt ſecundæ:
ego putem dici doloſos pariter iugum ferre, qui non ſincerè ſe conſortes
præbent, neq; bona fide, ideoque in rebus aduerſis deſerunt: eſtque tranſ-
latio à iumentis. Porrò in carminis clauſula quod accinitur, *—diffingas re-* Horat. ibid.
tuſum, valet aliter fingas. at in proximo carmine, *Actæ non alio rege puer-* Horat. lib. 1.
tiæ, Mutatæque ſimul togæ, cùm ſcribit, eos æquales eſſe dicit: qui in pue- od. 36.
ritia eundem habuerint magiſtrum, ad eundemque ludum iuerint, ſimul-
1 que togam virilem ſumpſerint. Magiſtrum autem regem appellat trala-
titio nomine. recedebant autem ab imperio magiſtrorum & pædagogo-
rum, ſumpta virili toga. At illud, *Contaminato cum grege turpium Morbo vi-* Horat. lib. 1.
rorum, cùm dicit, morbum, impudicitiam intelligit, vt & Catullus: *morboſi* od. 37. Catul. epig. 53.
pariter gemelli vtrique. Spadones autem hoc genere morbi erant infames,
1 quos habebat plurimos Cleopatra: vnde in Epodis ſcribitur, *Romanus,* Horat. Epod. 9.
eheu poſteri negabitis Emancipatus fœminæ Fert vallum & arma miles, & ſpa-
donibus Seruire rugoſis poteſt. *Claſſe,* autem, *cita reparauit oras,* eſt repetiuit, Horat. lib. 1.
requiſiuit, recuperauit: vt enim parare eſt quęrere: ſic reparare, require- od. 37.
re, recuperare.

2

Ius Italicum, Oea, Zama. CAPVT XV.

POSTEAQVAM Italię ſolum immune factum eſt, prouinciale autem
tributarium, multę ciuitates ius Italicum in prouincijs impetrauêre, vt co-
loniæ, quæ iuris erant Italici, quas plurimas Iuriſconſulti commemorant
2 in titulo de Cenſibus. Itaque ius Italicum, nihil aliud eſt, quàm immunitas
à tributis: tributorum autem duo genera erant, vnum agris impoſitum,
alterum capitibus: ſed quibus eſſet ab Imperatore remiſſum tributũ ca-
pitis, eorum etiam immune ſolum eſſe factum Imperator Titus interpre-
tatus eſt. Eo in tit. Naponenſis colonia legitur, de qua nihil vnquam alij L. 1. ff. de cenſ.
3 ſcriptores fando audiere. Ego legendum putem Neapolis & Oeenſis co-
loniæ, ad quam emendationem quàm proximè veteres libri accedunt, ſi
quis eorum ſcripturam inſpiciat & ſcienter compendium interpretetur.
Sed & mox libenter legerim, *Zamenſis quoque eiuſdem iuris eſt,* vel, vt re- L. ead. &
peri, Zama Getula. Nam vel vrbs eſt Getuliæ, vel Getuliæ proxima, & ei eod. tit.
3 fortaſſe aliquando contributa. Equidem ſcio aliam obtinuiſſe ſcripturam:
Sed vbi locorum vnquam eius quæ recepta eſt appellationis ciuitas con-
dita fuerit, nemo facilè dixerit: ac procliuius ſit Ariſtophanis nephelo- Ariſtoph. Auib.
coccygias, qua inclinatione mundi conditæ fuerint dicere. In eodem au- L. 1. eod. tit.
tem tit. Phœnicia pro phœnice, cõtra vtriuſque linguæ auctoritatem im-
probè

probè receptum eſt: ſed & quod in libro peruetuſto ſcriptum extat diſerté, *à duodecimo fœminæ vſque ad ſexageſimum annum tributo capitis obligātur* diſſimulandum non putaui. nam etſi dubium non eſt quin de capitatione Vlpianus loquatur, tamen non puto inanem eſſe vocem capitis, quam in alijs ſuppreſſam codicibus videre licet. Nam iſta ſupplementa, quę lectoris animum ad ſententiam dirigunt, auctores plerunque liberaliter de ſuo adſcribunt, ne qui legunt, ambiguitate captioſa fortè fallātur. In huius tit. calce lego, *In Africa Carthago, Vtica, Leptis magna, à diuo Seuero & Antonino iuris Italici factæ ſunt*. eſt enim probabile à Seuero iure Italico illas Africæ ciuitates donatas eſſe, cùm præſertim ipſe Afer eſſet.

L. ætatem ff. de cenſib.

L. vlt. ff. eod.

Buccularij, politores, Tribularij.

CAPVT XVI.

BVCCVLARIOS in iure ciuili quos tādem accipimus? meritò enim bacularios, vt vocem nihili, quamque hac in re non agnoſceret Iuriſconſultus, exploſam reor. Ego eos eſſe interpretor qui galeas faciūt, ex ea galearum parte, quæ buccula dicitur, impoſito nomine: buccula autem à bucca per diminutionem nomen ſortita eſt. eodem illo in loco politores pro polionibus, & lego & defendo, eoque nomine intelligo eos, qui arma, gladios, galeas poliunt. Qui autem ſunt nicoſtrategi in titulo de Muneribus? ſubeſt mendi ſuſpicio, quòd nullum tale apud Græcos verbum eſt, quùm tamen Græcam mentiatur originem: ego putem viarum ſtratarum & piſtrinorum curatores legendum & agnoſcendum crediderim. Non tamen quæ ſum hic commentus ita recipi volo, vt contradici recuſem. in iure vario & controuerſo hoc ſi numeretur, pręclarè mecū actum putabo. nam niſi boni conſulam meam ſentētiam numerari nec explodi à Iuriſconſultis, iure hominum non riſum ſed iracūdiam à me non deprecabor. legēdum putaui tribularij, vbi tubarij excuditur in titulo de Iure immunitatis, quo nomine venirent qui tribulos & murices faciunt, quibus equorum configantur pedes, ſed melius tubarij legitur.

L. vlt ff. de Iur. immunit.

L. vlt. de Iur. immunitat. ff.

L. Munerum 2. §. legati quoque ff. de muneribus.

L. vlt. ff. de Iur. immunit.

Saccularij, Dardanarij, directarij. CAPVT XVII.

AMBIGVNT viri huius memoriæ facilè doctiſſimi, qui ſint ſaccularij in titulo de Extraordinarijs criminibus, cùm ſcribitur, *ſaccularij, qui vetitas in ſacculos artes exercentes partem ſubducunt, partem ſubtrahunt*. Scribit Aſconius equeſtrem ordinem pro Cinnanis partibus contra Syllam ſtetiſſe, multasq; pecunias abſtuliſſe, ex quo equites ſaccularios appellatos fuiſſe. Saccularij igitur pecuniæ ſunt fures Aſconio, ſed Iuriſconſulto fures ſunt, qui

L. ſaccularij ff. de extraord. criminib.

In comment. orat contra C. Ant. & L. Catil.

qui malefica & magica arte credebantur ſacculos,in quibus homines pecuniam gerunt,incantare,& nummos ſubducere. nam ſacculus crumena eſt. Catullus, *—nam tui Catulli* Catul. epig. 13.

Plenus ſacculus eſt aranearum. Martialis,

—neſcit ſacculus iſta meus. Mart. lib. 11 epig 4.

Veteres autem magnā vim eſſe magiæ putabant, vt & eius vi meſſes aliò traduci poſſe cēſerent excantatis ſegetibus, quo nomine & legibus iudicia conſtituebantur: ab ea opinione crediderim eos, qui annonā onerant & premunt, Dardanarios fuiſſe vocatos,quòd eorum tanquam maleficijs
1 & venenis magicis crederent annonam auerti in ipſorū horrea,& in metiendo menſuram imminui, eiuſque modo ſubſtrahi: aut quòd ad contumeliam & probrum magos eos increparent,Dardanarios vocantes, cùm eſſet odioſiſſimum magiæ & infame vocabulū. Certè Dardanarij à Dardano habere nomen videntur,quem magum fuiſſe conſtat.Tertullianus,
1 *vt ipſis iam vocabulis vtar, quibus auctrix opinionum iſtarum magica ſonat: oſtentantes, & Typhon & Dardanus & Damigeron & Nectabis & Berenice.* Tertullian. Sed & Dardaniæ artes Columellæ magicæ ſunt.

At ſi nulla valet medicina repellere peſtem,
Dardaniæ veniant artes. Colum. de hort. cult. lib. 10.

2 Dardanus etiam ab Apuleio inter inſignes magos nominatur. Vt autem Apuleius. arcarius,buccularius,tignarius dicitur, quæ formatio in multis artificum vocabulis obſeruatur, ita, vt in opificio & artificio aliquo, Dardanarius eadē proportione dicitur.Nec verò in annona tantùm,ſed & in alijs mercibus Dardanarij eodem Iuriſcōſulto auctore dicebantur. Qui ſe in alie- L. Annon. ff. de extraord. criminib.
4 na cœnacula dirigunt furandi animo diætarij vocantur,quòd cœnaculum diæta etiam non malè vocari poſſit cùm in diæta ſit. Eſt enim eorū diæta, L. Saccul. ff. eod. qui in cœnaculis habitant: euariant tamen libri,& in quibuſdam directarios legimus,quę lectio manaſſe è Iuriſcōſulti oratione videtur,quòd eos ſe ad aliena dicat cœnacula dirigere,in quam etiam lectionem propēſior
3 ſum,vt quēadmodum tranſuerſaria tigna & arrectaria dicūtur, tranſuerſarijque & arrectarij aſſeres,item directarij dicātur qui directè in cœnacula eūt arte malefica: illud tamen alterū obelo cōfodere nullo modo auſim.

Cicero prima Tuſculana explicatus, ope barbarica, potitur fatorum, exequi, nequicquam, Atticus ibi loquitur.

CAPVT XVIII.

NON ſatis mihi perſpexiſſe videntur viri non ſolùm doctiſſimi, verùm etiam ingenioſiſſimi ſententiam alterni cuiuſdam ſermonis in pri-

Cic.1.Tusc. ma Tuscul. Itaque quod assolet, personas mutarunt, vt ad ipsorum sensum dictio quadraret. ego si omnia propius inspiciantur, vices sermonis probam sententiam habere comperio. Sed satius sit locum perscribere, mox sensum explicare. *Hæc fortasse metuis, & idcirco mortem esse censes sem-* Cic.ibid. *piternum malum.* A. *Adeóne me delirare censes, vt ista credam?* M. *An tu hæc non credis?* A. *Minimè verò.* M. *Malè hercule narras.* A. *Cur quæso?* M. *Quia disertus esse possem, si contra ista dicerem.* A. *Quis enim non in eiusmodi causa, aut quid negotij est, hæc poëtarum & pictorum portenta conuincere?* dolet hic Marco, quòd auditor, quæ de inferis narrantur esse neget. Nā velut contra ista poëtarum figmenta, & pictorum, paratus ad dicendum venisset, ægrè se ferre simulat, locum sibi ademptum, in quo eloquentiam ostendisset suam, & sibi cāpum esse clusum, in quo splendidè spatiari & inequitare magnificè potuisset. Subsequitur alter, & ait, non esse magni ingenij in eo eloquentem videri, quòd poëtarum portentis, & pictorum nugis confictum esse videatur: vt nulla sit in eo refellendo opera magnopere ponenda. Sed vt huic tanquam obsonio sua, vt prisci loquebantur, man-Cic.ibid. tissa addatur: aliquid ex eodem libro primo adijciam, in quo cùm ex antiquo poëta affertur, *astante ope barbarica*, barbaricum interpretor Phrygium, vt sit stante Phrygum imperio. Sic apud Horatium,

Horat.lib.1. epist.2. *Græcia barbariæ lento collisa duello*, id est Phrygiæ: & apud eundē,

Sonante mixtum tibijs carmen lyra,

Horat.Epod. od.9. *Hac Lydium, illis barbarum.* id est Phrygiū: & apud Maronem,

Virg.2.æneid. *Barbarico postes auro spolijsque superbi,* id est Phrygio. Phryges enim opibus & auro abundabant, opinioque Græcorum erat eos opulentos fuisse, vt & Persas. Itaque vt barbarus ætate Demosthenis dicebatur, Persarum rex: sic barbaros qui de bello Troiano scripsêre, aut tragœdias illius argumenti attigêre, Phryges intellexerunt: quanquam latius barbari nomen patet. Quòd autem hæc duo regna opulētissima fuerunt, Cic.2.Tuscul. inde barbaricum aurum dixit Maro. & vetus poëta apud Cic. 2. Tuscul. *quibus magis palæstra, Eurotas, sol, puluis, labor, militia in studio est, quàm fertilitas barbara*, id est quàm barbarorum delitiæ & copiæ. in eadem prima Cic.1.Tuscul. Tuscul. scribitur, *Euthynous potitur fatorum numine læto*, quod sic interpretandum censeo, Euthynous fatorum potitur mortuusque est, quę quidem mors propitio & lęto numine & Deo ei accidit. scribitur & munere lęto, vt munere læto fatorum eum potitum audiamus. est qui & per adpositio-Cic.ibid. nem accipiat, & legat *fatorum munere, letho*. in eodem libro, exequi pro funerare vsurpatur: vnde exequiarum nomen, quod inde natum est, quòd Cic.ibid. multi cadauer eius, qui efferebatur, sequebantur. *At qui labores morte finisset graues, eum omnes amicos laude & lætitia exequi.* nequicquam pro non quicquam

quicquam ibidem etiam ponitur, vt veteres ne vis, pro non vis dicebant. *ſecernere autem à corpore animum nequicquam aliud eſt quàm emori diſcere.* Cic.ibid. Sæpe autem quæri animaduerti, quis in ea diſputatione cum Cicerone loqueretur: ac omnes propè in hanc ſententiam vadunt, vt auditor ſit: refragante tamen Lactantio, qui Atticum putat. ſic enim libro primo Inſtitutionum ſcribit, verba Ciceronis adhibens. *Quære quorum demonſtrantur ſepulchra in Græcia: reminiſcere, quando es initiatus, quæ traduntur myſterijs: tum denique quàm hoc latè pateat, intelliges. Teſtatus eſt videlicet Attici conſcientiam, ex ipſis myſterijs intelligi poſſe, quòd omnes illi homines fuerunt, qui coluntur.* Lactant.lib.1. inſtit.cap.15.

Catinus porri & lagani, pocula duo cum cyatho, echinus.

CAPVT XIX.

QVOD Flaccus ait, *Ad porri & ciceris refero laganíque catinum*, de parabili cibo intelligendum frugíque menſa arbitror: nam porrum pro oleribus poſuit, quæ viliſſima ſunt cibaria, & cicer legumen eſt, quo pauperiores veſcebantur. Itaque viles homines & abiectos, fricti ciceris emptores alio loco vocat. laganum etiam, quod fictum erat farinaceum, quod in ſartagine ex oleo frigebatur, in parabilibus eſcis numeratũ existimo. Id autem Galenus duorum generum ſcribit, vnum ῥύημα appellat, alterum λάγανον. *—& lapis albus*, inquit, Horat.lib.1. ſat.6. Horat. de art. poëtic. Galenus.

Pocula cum cyatho duo ſuſtinet. Horat.lib.1. ſat.6.

veteres ſolebant delphicam mẽſam multis onerare poculis, numeroque ſemper pari: duobus contentus eſt Horatius, & cyatho, quo modum potionis metiebantur, & certis cyathis vini certos aquę cyathos miſcebant, quod qui faciebat, ad cyathum ſtare dicebatur. Nam cyatho hauriebant vinum & aquam è vaſis, & in pocula fundebant. quod κυαθίζειν Græci appellant, noto Marcelli ioco, cuius naues machinis Archimedis leuatæ in puppim aut proram, deinde illiſæ mari, aquam cùm plurimam haurirent, aut grauibus libramentis depreſſæ acciperent aquam, ludens dixit Archimedem ſuis nauibus pro cyathis vti. ſolitos autem eſſe veteres paria pocula in delphica ponere, declarat Agretius ſic ſcribens: *Cicero, iubeo promi vtroſque binos vt habeam: quia in delphica comparia vaſa ſemper ſunt, vnde ipſe Cicero dicebat, ſcyphorum paria complura. —aſtat*, inquit, *echinus Vilis.* echinus Heſychio vas coquinarium eſt, ſed & patella. Interpretibus eſt vas æneum, in quo calices lauantur, quod etiam triſilla vocatur. trichilam puto ſcribi debere, vt eo in epigrammate, quod Maroni adſcribitur: *& trichila vmbroſis frigida arundinibus*: Et apud Columellam, *—ſub trichila manantem ſerpit ad vndam.* alij vitream ampullam, alij ſcorteam explicant: Plutarchus in Marcello. Agretius. Horat.lib.1. ſat.6. Heſychius. Virg.Copa. Colum.lib.10. de cult.hort.

ego hic vas aquarium rotundum lagenæ ſimile, aut ampullæ crediderim, vt guttum vinarium, vt Varro de lingua Latina docet. patera autem ad libandum vtebantur, & interdum poſt libationem ad bibendum. hoc mihi in mentem veniebat, quod de hoc loco dicerem, quem echino ſpinoſiorem & aculeatum magis eſſe & ipſe ſentio, & intelligo multis videri: ſed nec illud omittam, Porphyrionem perſpicuè legere echino, cùm explicet propter echinum aſtat vilis guttus, qui & echinum vult hic vitream eſſe ampullam, vt aquarium vas exiſtimaſſe videatur: aquam enim lympidam nitido vitro perlibenter infundimus. nomen habere videtur à rotunditate echini ſe in pilam colligentis.

Varr. lib. 4. de ling. Lat.

Porphyr. in ſat. 6. lib. 1. Horatij.

Scanſoria machina, aniſocycla, nitor olei, tela.
CAPVT XX.

SCANSORIÆ apud Vitruuium lib. decimo machinæ, etſi ſatis apertè definiuntur, non tamen à quibuſuis intelliguntur. Hæ ſunt quæ à Græcis aërobaticæ appellantur, vt multi cenſent, quod in altum homines tollant, & in aërem ſublimes leuent, ego acrobaticas appellari exiſtimo, quòd in earum ſummum ſpeculãdi cauſa aſcendatur: de ijs autem ſic ſcribit, *Scanſorium autem eſt, cùm machinæ ita fuerint collocatæ, vt ad altitudinem tignis ſtatutis, & tranſuerſarijs colligatis ſine periculo ſcandatur ad apparatus ſpectationem*: his ego verbis exiſtimo genus quoddam bellicarum machinarum deſcribi, quæ altiſſimis tignis in terra ſtatutis, & ad eam altitudinem, quæ vrbis muros ſuperet, erectis, ſpeculatorem aut exploratorem ita attollunt in faſtigium ſcandentem, vt velut in ſpecula collocatus, ex edito ſpectet, in obſidione quid oppidani aduerſus obſeſſores parent: quod quidem fit tranſuerſarijs & plexis colligationibus & tignis ad tigna in longum adiectis ad altitudinem augendam. Hoc enim genus audaciæ mox dicit eſſe, non artis. Recordor in membranis Græcis auctorum, qui de re militari ſcripſerunt, exemplaria me earum machinarum vidiſſe. Cùm autem diſtinguit organa à machinis, in exemplo numerat Aniſocycla, quæ organa ſuſpicor fuiſſe multos orbes habentia, quoſdam maiores, quoſdam minores, vt facili niſu maiorum impulſione, reliqui orbes mouerentur, & molitio rei alicuius fieret, aut expulſio. quo enim maior eſt apſis & rotunditas circuli, eò minore conatu & opera mouetur. Sed ſuſpicionem tantùm meam perſcribo. Budæus ſingulare huius vrbis ornamentũ, cuius ſi quando manum in aliquo libro cognoſcimus, ita veneramur & admiramur, vt quod ludens ſcripſerit, aliorum ſerijs ſcriptis anteponere non erubeſcamus, in quodam Vitruuio, quem mihi Memmius vir & humaniſſimus & doctiſſi-

Vitru. lib. 10. cap. 1.

Vitru. ibid.

Vitru. ibid.

doctiſſimus commodauit, ſcripſerat, aniſocycla vocat Vitruuius organa inæqualium circulorum,quę maximi ſunt momenti.tanti auctoris ſententiam ſi prætermiſiſſem, nónne ei ſimilis fuiſſem, qui ſe comitijs Catonis rationem habiturum eſſe pernegaret? nec verò omittam eleganter quidem à Vitruuio, ſed tamen animaduertentibus paucis, nitorem olei, pro olei pinguedine,id eſt pro oleo ipſo per circuitionem dici: verba ſubijciam, *Neque olei nitorem,neque vitium fructum habere potuiſſemus.* nitent Latinis quæ bene habita & obeſa ſunt: nitoremque in oleo dixit Vitruuius [Vitru.lib.10. cap.1.] propter eius pinguitudinem. Admonebo, & telorum in eo, pro telarum, [Vitru.ibid.] eodem capite legendum eſſe. Nam & quodam loco apud Tibullum doceo inſtrumenta,quibus tela texitur,tela appellari: & ita apud Lucretium [Tibull.lib.1. eleg.6.] legendũ eſſe Lambinus eruditiſſimus vir mihi aſſenſus eſt. Igitur ſine cunctatione,ſic Vitruuium emendandum eſſe reor, [Lucret.lib. 5.] *vt veſtitus quemadmodum telorum organicis adminiſtrationibus connexu ſtaminis ad ſubtemen non modò corpora tegendo tueantur, ſed etiam ornatus adijciant honeſtatem.* [Vitru.ibid.] Hæc ego malui qualiacunque iuuentutem docere,quàm Pythagoricorum ritu alto preſſa ſilentio tenere.

Potio vincea,inter cuneos ferreos,graphicus mortalis,domeſticum augurium,& quædam alia ex Plauto declarata.

CAPVT XXI.

LVDIMAGISTRI hic officio fungar, & quædam è Plauto gloſſemata, quæ feſtinantem lectorem iniecta manu retardarent,immorarique cogerent, explicabo. *Proſtibili,*inquit, *eſt ſtantem ſtanti ſuauium dare.* hic [Plaut.Sticho. Sc.Tene tu hoc,educe.] proſtibili,eſt proſtibuli, id eſt meretriculæ viliſſimæ & proſtantis. quanquam proſtibuli fortaſſe legendum. quorſus aſinus calcitrat regredimur. *Obe,iam ſatis,nolo obcædes,Catuli vt ludum nunc volo.* Nolo hic quicquam, [Plaut.Sticho Sc.Agite,ite foras.] inquit,tragicum & cruentum quodque cędes imitetur. malo ludum catellorum,qui inter ſe laſciuè luſitant.ſed membranæ morticinę,*Catali vt ludum* habent: ac ita laſciuus quidam & delectabilis ludus Catalorum populorum ſignificabitur. Nam tales quoſdam habuêre populi ſuos ludos, & in inſcriptione Tergeſtina hoc erat inciſum, VTI CARNI CATALI'-QVE ATTRIBVTI A DIVO AVGVSTO PIO REIPVB. NOSTRÆ. obcædes autem iuncto verbo, vt concædes dicuntur. *Nolo ego,* inquit, *nos bibere pro ſummo,nulli relerimus poſtea.* nolo immani nos poculo & [Plaut.ibid.] oppleto quantumque quis ducere poteſt, bibere, vt facere ſolent interdum,qui ita prouocant & poſcunt,quaſi vltimum ſint poturi, neque poſtea cadum aperturi,vinumque hauſturi, ſed poſtrema inuitatione vſuri: ſic

enim plerunque fit, vt ſubitò exhauriatur totus vini cadus. Id quidem & antè nos etiam explicare conati ſumus. Retrorſum vt cancri cedimus,
Plaut. ibid. *noſmet*, inquit, *inter nos miniſtremus monotrophe*. Stichus Sagarinum appellat monotrophum, quòd ſolus ſit, nec cõtubernalem habeat ancillam nec vicarium: qui enim talis eſt ipſe ſibi miniſter eſſe cogitur, ſolusque veſcitur.
Plaut. Sticho Sc. Sed ita quod occepi. *Nam mihi iam intus potione vincea onerabo gulam*: lepidè, ita me Deus amet, laqueum potionẽ vocat vinceam, ac potionem quidem, quòd cùm potum guttur ſoleat tranſmittere ipſi inditum, inditur & induitur ei laqueus; quaſi tranſmiſſuro: vinceam autem à vinciendo venuſtè deflexit, & ad potionem vineam vel vinaceam interim eleganter alluſit, quòd laqueo collum vinciatur: eſt & vincea continens Feſto Pompeio.
Feſt. Põp. li. 19. Plaut. ibid. *vel inter cuneos ferreos*, id eſt vel in arctiſſimo potero accumbere loco, qualis eſt inter cuneos, quibus aliquid duobus ſimul inditis & adactis, magis adſtringitur, vel duriſſimum lignum finditur & diſcluditur. tum enim inter duos ſic adactos patet tantùm tenuiſsima rima.
Plaut. Sticho Sc. Ita me dij bene ament. Suet. in Domit. cap. 1. *Poſtea ibo lauatum in pilum*, hîc quid pilum ſit equidem comminiſci non poſſum, niſi ſit inſigne balnearum, vt malum punicum apud Suetonium, inſigne domus eſt: vidi qui intelligeret coactilia, quaſi intelligeret coactilibus ſe muniturum & foturum, eaque ſibi pro balneo fore: ſenſum vtrunque propoſui, arbitrio intelligentium relinquens vtrum ſequi malint. neutri enim interpretationi hîc præiudicare certum eſt.
Plaut. ibid. *Graphicum*, inquit, *mortalem Antiphonem*: ſic bellum & elegantem hominem vocat, quales ſcilicet pingi ſolent. Nam in tabulis pictis hominum ſunt inſignes ſpecies. id ita eſſe vt explicaui apparet, quod in eadem fabula ſcribit,
Plaut. Sticho Sc. Famem fuiſſe ſuſpicor. *At ſatin' vt facetè atque ex pictura aſtitit? Certum*, inquit, *eſt muſtellæ poſthac nunquam credere*. hoc genus augurij domeſticum erat, cùm vel ſerpens, vel muſtella viſa erat, vel gallina
Plaut. Sticho Sc. Libro inſpexi. cecinerat, aut canis ater ędes ingreſſus erat. hoc auſpicium inuentum fuerat à Telegono.
Suidas. Suidas, Τηλέγονος πρῶτος ἐφεῦρε τὴν οἰωνιστικὴν, οἷον εἰ ἐν τῇ στέγῃ ἐφάνη γαλῆ, ἢ ὄφις, τόδε τὶ σημαίνει. Terentius,
Terent. Phor. act. 4. sc. 4.

Introijt in ædes ater alienus canis,
Anguis per impluuium decidit de tegulis, Gallina cecinit.
Ite hac ſecundum vos me, ego hanc lacero diem.

Plaut. Sticho Sc. Quom bene re geſta ſaluos. Vos, inquit, ſecundũ me hac ite. traiectione enim quadam verborum perturbata eſt oratio, quę ſic in ordinem reſtituitur, vt dixi. nimiũ diu loquor, diei ſum moleſtus in veſperum feſtinanti & præcipitanti, quem excrucio & lacero, ſic remorans & retardans garriendo. vel nimium diu loquor, & verboſus diei moleſtiam creo, atque ita ſtultè garriendo, eum excrucio & lacero.

Reſpondere, eclogarij, eclogæ, & quædam alia ex epiſtolis ad Atticum.

CAPVT XXII.

In epiſtolis ad Atticum, quòd præcisè ſcribuntur quædam & nimium breuiter, ideo nos celant quid ſenſus occulrent: vt, *ſed ſtomachari totum diem licet*, quod eſt, nolo hic in epiſtola iraſci; potero enim ſolus totum diem ſtomachari. mox verò, *nihil vidi*, vt opinor, hanc continet ſententiam, imprudens fui, qui mutauerim conſilium, nec abire decreuerim. fortaſſe autem pro ἔλθωμεν, ſcribendum eſt θέωμεν; vt ſe dicat fugere ex Italia velle quamprimum. ductus ſanè literarum veterum, malè à librarijs Latinis expreſsi, adumbrant talem quãdam ſcripturam. *Quod ſi*, inquit, *verum eſt, video ſine bello ciuili ſeruiendum.* Illud ſine bello ciuili, hoc declarat, præterquam quod bellum ciuile habebimus: quod è Græco videtur expreſſum, nam Græci χωρὶς τούτου dicunt interdũ, pro præter hæc. *Quod perſcribi*, inquit, *oportet*, id eſt non repræſentari, ſed per ſcripturam mẽſæ ad ſoluendum certo die cõſtitui, obligareq́; ſe, & creditori cauere. Nã apud argentarios ferè præſcriptiones iſtas conficiebant. vt autem appellari dicitur debitor, cùm flagitatur vt ſoluat, ita cùm ſoluere ſe dicit, reſpondere dicitur. Cicero in eadem epiſtola, *fit ſæpe, vt ij qui debent, non reſpondeant ad tempus*. Heraclidium autem quodj dicit, obſcurè & ænigmaticè librum ſignificat Heraclidis Pontici æmulatione ſcribendum, cuius hodie quædam eclogæ de Rebuſp. reperiuntur, & in Homerum allegoriæ: & eclogarios homines eruditos appellat, qui olim quicquid ferè legebãt librorum, ex ijs excerpebant breuiarium quoddam. ſic eclogæ reperiuntur è Diodoro, è Polybio, è Cteſia, è Theophraſto, è Strabone. vnde & poëmatia imitata, eclogæ vocantur: vt Bucolica Maronis è Theocrito: ac proinde etiam ſine imitatione poëmatia, quòd imitatorum breuitatem & ſimilitudinem habeant: ſed & loci inſignes ἐκλογαὶ vocantur, quòd excerpi notariq́ue potiſſimũ ſoleant, vt in vita Æſchyli, διὸ ἐκλογαὶ μὲν παρ᾽ αὐτῷ τῇ κατασκευῇ διαφέρουσαι πάμπολλαι ἂν εὑρεθεῖεν. Græcos porrò ludos vocat, quibus dantur docenturq́ue Græcæ fabulæ. *ſcis enim*, inquit, *quid ego de Græcis ludis exiſtimem.* ſcribit eodem libro Tullius, *&* *ais* μετ᾽ ἀμύμονα, *tu verò* ἀμύμων: *ille quidem* ἄμβροτος: vbi mihi videtur ad Homeri verſum reſpexiſſe,

Τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ᾽ ἀμύμονα Πηλείωνα.

Innuebat autem Atticus Nepotem epiſtolam ita eleganter ſcribere, vt ſecundum Ciceronem facilè omnes vinceret. nam μετ᾽ ἀμύμονα, quod de Achille dixit Homerus, de Cicerone Atticus intellexit. Eum autem honorem Cicero agnoſcere noluit, potiusq́ue Attico detulit optimè epiſtolam ſcribenti, ſimulq́ue laudem non inuidit Nepoti, quem diuinum quendam & immortalem ſcriptorem pronuntiauit, prolixè liberaliterq́ue eius indulgens commendationi. vt qui vmbilicos & calculos in littore ludentes colligunt, otium ſuum fallunt, ego quoque velut ludens &

Cic. ad Attic. lib. 16. epiſt. 1.

Cic. ad Attic. lib. 16. epiſt. 2.

Aeſchyli vita.

Cic. ad Attic. lib. 16. epiſt. 3.

Homerus.

aberrans à ſerijs rebus & ſtudijs,hæc colligebam calculis & vmbilicis ſimilia. Vereor etiam ne quis algis & vluis dicat,& ijs eiectamentis ac purgamētis,quę mare foras in littus expuit,quod ſi quis his delectetur,abundè mihi pretium operę perſoluerit: ſi offendatur,tum verò vel ea de cauſa excuſabor,quòd imprudens noxam commiſero:nunquam enim offendere mihi deliberatum fuit.

Apophoreta apud Martialem,& quædam explicata.

CAPVT XXIII.

QVÆRI interdum animaduerto, quæ ſint apud Martialem apophoreta: ego eo nomine exiſtimo ſignificari munera, quæ conuiuis dantur, vt ea domum referant,vnde & nomen adepta ſunt. ſed quis huic ſententiæ eſt auctor & fundus,vt veteres loquebantur? Nam ſat ſcio nobis non crederetur:nec iniuria,cùm plurimi noſtri errores,meritò ſuſpectam reddant noſtram fidem: ſed de nobis alij viderint, certè Martialis ipſe ſic apophoreta intelligere & accipere videtur,cùm dicat:

Mart lib.14. epig.1. *Præmia conuiuæ det ſua quiſque ſuo.*

hic enim verſus apophoreta explicat. Sed luculētiſſimè omnium D. Ambroſius in exhortatione ad virgines ita ſcribens, *Qui ad conuiuium magnum inuitantur, apophoreta ſecum reportare conſueuerunt. Ego ad Bononienſe inuitatus conuiuium,vbi ſancti martyris celebrata tranſlatio eſt, apophoreta vobis plena ſanctitatis & gratiæ reſeruaui.* & in epiſtolam ad Romanos, *ad quod omnes inuitati,apophoreta duplicia conſequuntur.* (D. Ambroſ. in exhortat. ad virg. — D. Ambroſ. in epiſt. ad Rom.)

Mart. lib. 14. epig. 3. *Diuitis,autem,alternas & pauperis accipe ſortes,*

ſic intelligo, quòd alternis plerunque ſcribat in lemmatis Martialis diuitis dona & pauperis: vt pugillares citreos, diuitis: quincuplices pauperis: pugillares eburneos diuitis, triplices pauperis: pugillares membraneos diuitis, vitellianos pauperis: chartas maiores diuitis, chartas epiſtolares pauperis: loculos eburneos diuitis,ligneos pauperis: atque ita deinceps in plæriſque omnibus: quod ſi interdum plura lemmata vnius ſortis continuentur, ſubijciuntur tamen diuerſa, alternanturque diuitum & pauperum ſortes. Etſi autem quincuplices,quæ πεντάπτυχα Græci vocant, vt duplices δίπτυχα, triplices τρίπτυχα, cerati honorem ſummum interdum nunciabant,vt triumphum: tamen in pretioſis non numerabantur,cùm tabellæ eſſent ligneæ ceratæ,non eburneæ aut citreæ.

Mart lib. 14. epig. 15. *Non ſum talorum numero par teſſera,*

dicit Martialis,quia tribus talis & ſæpius quatuor, duabus teſſeris ludebatur. vnde mox ſcribit Martialis,

Hi

Hic mihi bisseno numeratur tessera puncto. Mart.ibid.

Nam in tabula lusoria ludebatur tesseris, ludebatur & calculis, id est latrunculis, & quod malè ceciderat casu tesseræ, arte corrigendum erat. epig.17.

Tænia, autem, *ne madidos violet bombicina crines* Mart.ibid.

legendum est. non vt euulgatum est perperam improboque sensu. epig.24.

Caustica Teutonicos accendit spuma capillos: Mart.ibid.

id est rutilat & ruffat. sapone enim ad ruffandos crines vtebantur: rutilus autem color igneus & ardens videtur esse. Mattiacas autem pilas interpretor saponis etiam quoddam vile genus. sapo Gallorum erat inuẽtum, & Gallicus probabatur, idcirco Trallianus scribit, καὶ γαλλικοῦ σάπωνος ἀναλύσας ἐν τῷ χύλῳ. apud Germanos maximo in vsu erat, vt Plinius scribit, cùm eo etiam viri crines rutilarent. Venabulum diuitis est, culter venatorius, pauperis. parazonium itidem diuitis, cùm dignum sit cingere tribunitium latus: pauperis pugio. quis non videt etiam diuitis esse lucernam, candelam pauperis, & lucernam polymyxam itidem diuitis, cereum pauperis? sic pauperis est candelabrum ligneum, Corinthium diuitis. epig.26. Mart.ibid. epig.27. Trallianus. Plin.lib.28 cap.12. Mart.lib.14. epig.30. Mart.ibid. epig.32.

Hæc rapit Antæi velox in puluere draucus: Mart.ibid.
Grandia qui vano colla labore facit. epig.48.

De Phæninda, id est de harpasto hoc scribitur. quidam credunt non tam draucum Antæi dici debere, quàm posita distinctiuncula ad Antæi, id ad colla referendum esse, quale illud Iuuenalis est, *—ceruicibus æquat*
Herculis Antæum procul à tellure tenentis. Iuuen. sat.3.

Sed hic videtur epigrammatum obscœna licentia dici draucus Antęi, velut eius subactor hominis, qui cùm mollis sit, fortis videri velit, & vano labore frustraque collum procerum facere conetur in eo lusu, vt Hercules, cùm Antæum lucta deuicit. Draucus igitur est fortis & validus vir, quem prætextata inuerecundaque & canina oratione draucum Antæi appellat, id est subactorem.

Quædam in Martiale declarata, Thais amica fuit, pusula, tormentum circense, non alienus eques.

CAPVT XXIIII.

In lemmate Martialis, quod ientacula inscriptum est, reperio in veteribus libris, adipata, quibus fortasse, vt vnctis & ganeatis cibis vtebantur olim in ientaculo. nescio quid huius generis etiam legisse Domitius videtur. sed & in alio, craticula, absque veru, quod tamen excusum passim est. reperio & cor bubulũ, non corculum, vt in Aldino. Cùm autẽ scribit, Mart. lib.15. epig.vlt. Mart.ibid. epig.221. Mart.ibid. epig.29.

Non erit in turba quisquam μισούμενος ista: Mart ibid. epig.214

Sed

Sed poterit quiuis esse δισεξάπατος.

sententiam esse suspicor, tam formosi & amabiles sunt pueri isti comœdi, tamque vix ex animo eorum desiderium deponi potest, quòd vehementer penitusque medullis inhæreat, vt si μισούμενος, id est persona eius qui inuisus sit, agẽda sit, vt vsuuenire solet in comœdijs, non sit in turba quisquam, qui eam agere possit: sed qui personã δισεξαπάτου possit: hocque eo venustius & facetius est, quòd his nominibus erant Menandri comœdiæ.

Fulgent. lib. 3. Mytholog. disexapothi quidem Fulgentius libro tertio his verbis meminit: *Nam & Menander similiter in disexapotho comœdia ita ait:* μισουμένου Alciphron, εἴτε θαΐδας, εἴτε μισούμενον, εἴτε θρασυλέοντα, εἴτε ἐπιτρέποντας. non tantùm, inquit, est ars coqui seruire palato & gustui, verùm etiam scire quæ quis libenter voret, & quibus gulam vel profundam libenter expleat: quædam enim gustu suauia, tamen vltra vnam & alteram bucceam non attingimus, & dulces mattyas degustamus potius, quàm auidè ligurimus. non igitur tantùm quæ iuuant palatum, sed quibus se libenter obsaturant domini, coquus scire debet. id enim est quod Martialis scribit,

Mart. lib. 14. epig. 220.

Non satis est ars sola coquo seruire palato:
Nam coquus domini debet habere gulam.

Legi tamen in veteri libro,

Non satis est ars sola coquo: seruire palato,
Atque coquus domini debet habere gulam:

vt culinariam artem non satis esse coquo dicat, nisi accedat eo vt palatum domini & gulam teneat, sciatque quibus delectetur.

Mart. eod. lib. epig. 213.

Hæc quæ sæpe solet vinci, quæ vincere raro:

Parmularij quòd breue scutum haberent, nec satis tecti essent, in amphitheatri commissionibus persæpe vincebantur, raro vincebant.

Mart. eod. lib. epig. 187.

Nec Glycere, verè Thais amica fuit,

sic interpretor. Glycere erat Menandri poëtæ amica, quòd ex Glyceræ Græcis ad eum epistolis, quæ hodieque extant, cognoscimus. Thais tamen ab eo sic in comœdijs introducta frequenter & celebris reddita est, vt ipsa videatur non Glycere Menandri amica fuisse.

Mart. eod. lib. epig. 167.

Feruida ne trito tibi pollice pulsula surgat,

Cùm in editionibus publicatur, næuo deformatur elegans poëta. pusula enim legi debet. qui enim nudis digitis, & absque plectro citharam pulsat, sæpenumero digitum oblædit, qui & pustula surgente, quæ & pusula dicitur, intumescit & dolet.

Mart. eod. lib. epig. 160.

Tomentum concisa palus circense vocatur:

Intelligit arundinis panniculas, quas pauperes pro tomento culcitrarum emebant. circense autem tomentum hoc vocabatur, quòd fortasse initio

circensibu

circenſibus ſpectaculis ſibi ſubſternere ſolerent. Strabo de hoc tomento ſic ſcribit, Τύφη τὲ καὶ πάπυρος ἀνθήλη τε πολλὴ κατακομίζεται ποταμοῖς εἰς τὴν ῥώμην. *Strabo.lib.5. Geogr.*

Nobilius villoſa tegant tibi lintea citrum: *Mart.lib. 14. epig.238.*
Orbibus in noſtris circulus eſſe poteſt.

Mantilibus, inquit, tibi villoſis & gauſapa opus eſt, vt nobilis tua citrea menſa vindicetur ab inquinamento maculæ:mea vilis menſa,quæ maculam non reformidat, & in qua poteſt eſſe circulus rotũdaque labes,quam repoſitoria & paropſides ſæpe faciunt,nihil indiget vindice mantili.

Antè frequens,ſed nunc rarus nos donat amicus: *Mart.eod. lib. epig.122.*
Fœlix cui comes eſt non alienus eques.

Antè dicit ſolitos eſſe diuites multis cenſum equeſtrem ſupplere, annulosque aureos dare, qui equitum erant geſtamina, quod ætate ſua rarum queritur: veruntamen fœlicem dicit, qui comitem habet equitem, non alienum ſed ſuum, id eſt quem ipſe ſua liberalitate equeſtri cenſu donato equitem fecerit. *—ſed naſus longior ille fuit.* *Mart.eod.lib. epig.96.* Puto dictum,in hunc ſenſum,cùm haberet naſos aliquot calix, vnum aliquem ex his curtatum imminutumque fuiſſe: Iuuenalis,

Tu Beneuentani ſutoris nomen habentem, *Iuuen.ſat.5.*
Siccabis,calicem naſorum quattuor.

Atarnites,parum ſtabile carmen apud Ouidium,Lycorides.

CAPVT XXV.

CARMEN in Ibin, vt vltro Ouidius ipſe fatetur, plurimum habet noctis,inuolutumque eſt hiſtorijs cæcis: in his hanc numerauerim,

Aut vt Acharnides inſutus pelle iuuenci *Ouid. in Ibin.*
Turpiter ad dominum præda ferare tuum.

Sed prior mihi verſus næuoſus videtur,legendumque crediderim, *Aut vt Atarnites.* nam de Hermia Atarnæ tyranno intelligitur Ariſtotelis neceſſario & percharo, quod & annotatũ à vetere interprete fuerat, cuius ſcrinia alij interpretes compilarunt,& ſcripta,etſi mẽdoſa, vnde tamen multa odorari poteramus, ſuppreſſerunt. Hermiam, qui à rege Perſarum, id eſt domino defecerat, Mentor dux regis Perſarum circumuenit, vt Diodorus lib. 16. ſcribit, in poteſtatemque redegit. Epigramma Ariſtotelis à rege Perſarum interfectum cõqueritur perfidia deceptum. quòd ſi quis Acharnides defendat, is fuerit Hermias Acharni filius: ſed illud alterum prętulerim. verùm nos cęcas hiſtorias alijs relinquimus. vt in velitatione, minore contentione nos vtimur,& alia quædam minora quærimus: vt, *Diod.lib.16. Diogen. Laër. lib. 5. in Ariſtot.*

Quique

Ouid. in Ibin. *Quíque tenet pontem, qui tibi maior erit,*

videbatur enim dicendum, qui te maior erit, sed significat, qui in tuis maioribus numerabitur, vt tu in eius minoribus: vel potius, qui iudicio tuo in maioribus numerabitur, & quem præ te magnum dices, quamuis alijs si infimus & abiectissimus. His ego nunc contentus sum, quæ minus obscuritatis habent. nam multis nondum satis intellectis opus esset maiore labore, vel potius ærumna: nos autem licet laboriosos & ærumnosos aliquis non putet.

Ouid. ibid. *Comicus vt liquidis perijt, dum nabat in vndis.*

Hunc versum de Menandro intelligit vetus interpres, vt aliorum relatione cognoscimus. Nam illum interpretem desideramus: qui comicum Atheniensem dum in Piræi portu nataret submersum fuisse dicit, de quo & à Callimacho epigramma scriptum fuisse: sed quid vetat de Eupolide intelligere, quem constat bello Peloponnesiaco in Hellesponto naufragio perijsse ex Suidæ collectaneis. Ita posteaquam in vndas cecidit depressa vel fracta naui, natando interijt. (Suidas.)

Ouid. ibid. *Vtque parum stabili qui carmine læsit Athenas.*

videtur de Hipponacte hoc intelligi, qui claudicãte & parum stabili versu, id est scazonte, in Bupalum & Athenin inuectus est Athenienses: quod in carmine ne Athenis quidem pepercerat, quid tamen si pro *Athenas*, *Athenin* scribamus? quem ab eo probris oneratum accepimus. ne hanc quidem lectionem improbarem: etsi alteram delere non ausim.

Ouid. ibid. *Stella Lycoridæ cùm fuit æqua viro.*

proculdubio de Simonide locus est explicãdus, quem Lycoridem virum, vt opinor, vocat, vt & melicum poëtam, & Apollineum nam vt Amphrysia vates Sibylla dicitur, quia ad Amphrysum pauerat pecus Apollo: quidni & ab Apolline, qui λυκωρεὺς vocatur, vt apud Callimachum, λυκωρέος ἔντεα φόιβȣ. Lycorides dicatur? fortasse etiam à Lycoreo, qui Delphis vicum condidit, genus ducebat, quod & verius puto. (Callimach. in Apoll. hymno.)

Spumare in herbas, lauatio matris deûm, dij genitales, somni cornu & virga. CAPVT XXVI.

Lucan. lib. 6. DONEC *Thessalicas despumet succus in herbas,*

Apuleius. in veneficio & incantatione versus Lucani est: Sed & Apuleius Lunam despumari dixit. opinor stultas quasdam veterum animis incessisse de veneficijs opiniones: credebant enim à veneficis herbas legentibus lunam deripi de cœlo, cogique eam in herbas spumare & saliuam quãdam suam spargere, vt eius saliuæ spuma venenatius earum esset virus & efficacius: tale

tale quiddam suspicari necesse est, vt ex illis conijcere locis licet. Ex qua opinione dixisse Valerium Flaccum censeo, quod & antè attigimus,

Contra Tartareis Colchis spumare venenis, Valer. Flac. li. 8. Argon.
Cunctaque Lethæi quassare silentia rami. Iterum,
Quamuis Athracio lunam spumare veneno Sciret. Valer. Flac. li. 6.

Galli sacerdotes matris Idææ sese cruentabant ad Phrygios modos, vt Ouidius scribit:

Attonitúsque seces, vt quos Cybeleïa mater Ouid. in Ibin.
Incitat, ad Phrygios vilia membra modos. Iterum,
Cedunt iactatis vilia membra comis.

Id Aprili mense Megalensibus faciebant vsque dum in Almone matrem Idæam lauissent: tum enim dea deposito squalore & sordibus hilaris videbatur, & ipsi eandem concipiebant lætitiam. Valerius Flaccus,

Sic vbi Mygdonios planctus sacer abluit Almo, Val. Flac. lib. 8. Argon.
Lætaque iam Cybele, festæque per oppida thedæ:
Quis modo iam sæuos adytis fluxisse cruores
Cogitet? aut ipsi qui iam meminere ministri?

Id autem cùm fiebat, lauatio deûm matris dicebatur: Arnobius, *Lauatio, inquit, deûm matris est hodie*. Sed nos hoc toto capite vagamur & erramus, vt soliuagæ feræ. Quod igitur est apud Ciceronem prima Tuscul. ex Ennio, *ex hac opinione famæ assentiens scripsit Ennius,* (Arnob. lib. 7. aduers. Gent. — Cic. 1. Tuscul.)

Romulus in cælo cum dijs agit æuum:

quod apud eum curtum mutilumque est carmen, integrum profertur à Seruio libro sexto Æneidos,

Romulus in cælo cùm dijs genitalibus æuum Degit. Seruius in 6. Virgil.

Dij autē genitales, in eo Ennij versu vidétur esse quibusdam dij geniti, id est indigetes, qui homines fuerũt. Nam genitale, quod & genitabile dicitur, non tantùm actionis est, vt genitales causæ, sed & perpessionis interdum, vt *Ætheris & terræ genitabile quærere tempus.* id est quo genitus est æther, quo genita terra, atque hoc videtur verbum ab Ennio quodammodo nouatum. Cicero libro tertio de Orat. *sed sæpe vel sine coniunctione verba nouantur, vt, ille Ennius dij genitales,* pro quo, *indigenitalis*, exprimitur ab omnibus editionibus: deos tamen genitales esse puto æternos omnium rerum parentes & auctores, vt alio loco ostendo. (Apud. Var. 4. de ling. Lat. versus hic citatur ex 21. Lucret. lib. — Cic. 3. de Orat.)

scribit libro sexto Æneidos Seruius, somnum solitum esse pingi cum cornu, ex qua consuetudine Valerius Flaccus scripsit, (Seruius in 6. Virgil.)

—somne omnipotens, te Colchis ab omni Valer. Flac. li. 8. Argon.
Orbe voco, ínque vnum iubeo nunc ire draconem,
Quæ freta sæpe tuo domui, quæ nubila cornu.

Senec. de morte Claud. & Seneca in apocolocynthosi, *—& obscuri crescebant cornua somni.* quòd tum cresceret nox. Tribuitur etiam ei virga, vt à Papinio,

Stat. lib. 5. silu. 4. *—extremo me tange cacumine virgæ.*

Virg. 5. æneid. Maro ei tribuit ramum Lethæa madidum aqua,

Ecce deus ramum Lethæo rore madentem,
Vique soporatum Stygia super vtraque quassat Tempora.

Virg. 1. Georg. Apud Maronem, *—& cereale papauer Tempus humo tegere* cùm scribitur, papauer ea attributione exornatur; quòd simulachra Cereris manu papauer gestare solebāt: sed & eius antistitę, cùm Cereri sacrum Callim. in Cereris hymno. esset. Callimachus γέντο δὲ χειρὶ Στέμματα καὶ μάκωνα. alias afferunt interpretes causas, quas comminiscuntur. ego sacrum Cereri libenti animo interpreter.

Venus marina, arbiter Adriæ, corripere gradum, Venus choros ducit imminente luna, Fauno immolare, Plutonis domus exilis.

CAPVT XXVII.

QVISPIAM locum non putabit fuisse inuocandæ Veneri fortasse in nauigatione, cùm tamen Horatius ita scribat,

Horat. lib. 1. od. 3. *Sic te diua potens Cypri:*

cùm ea potius amorum fœdera, quàm nauigationum pericula curet, sed Ouid. epist. Sapp. Phaoni. vt in versu est, *—Venus orta mari mare præstat eunti:* & Venus cognomento marina colebatur: Horatius,

Horat. lib. 3. od. 26. *Læuum marinæ qui Veneris latus:*

Pausan. lib. 2. & Venus Pōtia cognominata apud Pausaniam legitur. Quod autem Notum arbitrum Adriæ dicit, id ex eo facit, vt reor, quòd Austro flāte, vt Ari- Horat. lib. 1. od. 3. stoteles scribit in naturalibus quæstionibus, maiores concitantur in mari Aristot. in natur. quæst. fluctus. Nam velut ex imo oriatur attollit vndas, quas ex alto ingruēs premit Aquilo. At verò mortis gradus, eius est ingressio accessus & aduen- Horat. lib. 1. od. 3. tus, qui interdum formidabilior est & truculentior, interdum clemētior: sed qui nauigationi se commisit, & mare turgidum tentauit, nullum mortis quantumuis immanem impetum videtur reformidare. At verò corri- Virg. 1. æneid. pere gradum, est gradū raptim facere & carpere: vt, *corripuére viam inter-* Virg. 6. æneid. *ea*: & *corripiunt spatia*. *Iam Cytheræa choros ducit Venus imminēte luna*, cùm Horat. lib. 1. od. 4. dicit, ad id respexit, quòd Venerem vere reuerti censebant: Lucretius,

Lucret. lib. 5. *—it Venus, & Veneris prænuntius ante*
Pennatus zephyrus.

Imminente autem luna, quod est ex cœlo illucescente, præsultrix Venus Stat. lib. 1. silu. 1. choros ducit: quia noctu remotis arbitris terra grata numinibus est, cùm cerni nolint: *cùm superis terrena placent*, inquit Papinius.

Nunc

Nunc & in vmbrosis Fauno decet immolare lucis Horat.lib.1.
ait ex consuetudine antiquorum, qui Fauno rem diuinam faciebant, & od.4.
ouilia lustrabant veris initio, antequam pecus, quod hiberno tempore in
septis villæ stabulatum erat, in agros pabulatum educerent. Calphurnius,

—tu cespite viuo Calphur.eclo.
Pone focum, geniumque loci Faunúmque larémque 5.
Salso farre voca: tepidos tunc hostia cultros
Imbuat, atque etiam dum viuit ouilia lustra.

Iam illud, æquo pulsat pede, est æquè ingreditur: nam fores pulsare sole- Horat.lib.1.
mus, vt aperiantur, & domos ingrediamur: vnde translatio sumpta. Cur od.4.
dicitur domus exilis Plutonia? nempe quòd inanis & vacua sit, vt apud Horat.ibid.
Maronem, *Pérque domos Ditis vacuas & inania regna,* Virg.6.æneid.
Sic & Flaccus alio loco,

Exilis domus est, cui non & multa supersunt. Illud autem, Horat.lib.1.
Qui te nunc fruitur credulus aurea, epist.6.

Horat.lib.1.
valet, qui te fruitur charissima sibi, multumque amabili & optata, & sibi od.5.
instar auri cupita, vt longè charissimum hominibus aurum est, nullumque
pluris est metallum. Sic auream mediocritatem dixit, quòd ea hominibus Horat.lib.2.
charissima optatissima & pretiosissima esse debeat, & tanti æstimanda, od.10.
quanti est aurum, vt & reuera nonnullis est expetenda maximè. Liquidos Horat.lib.1.
autem odores vnguenta vocat, ad diapasmatum discrimen, quæ odorata od.5.
quidem, non tamen liquida, sed sicca sunt. Sed quis vnum assem istis inter-
pretatiunculis ponere velit? has tamen minutias exemplo Grammatico-
rum cõsector, & aduersus vituperatores satis eorum exemplo tutus esse
possum: nec fumos venditare possum videri, qui mercem meam æquo
ferè pretio æstimo, neque pluris quàm est facio.

Inuidia, Fascinus deus, depellentia fascinum, oculus inuidus, Cunina.

CAPVT XXVIII.

INVIDIÆ magnam vim ad nocendum antiqui putabant, cùm eam
sola voluntate, & ipso afflatu & contagione maleficã & venenatam esse,
& hominibus quibus malè vellet, obesse grauiter censerent: hinc illa Ho-
ratij, *Inuidiam placare paras virtute relicta?* Horat.lib.2.
Leniendum enim & demulcendum hoc vitium quòd crederent, ita lo- sat.3.
quutus est. Rursum,

Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam Horat.lib.1.
Limat, non odio obscuro morsuque venenat. epist.14.

Catullus basia conturbat, ne quis malus inuidere possit, & ne mala fasci- Catull.epig.7.

 nare

nare lingua. diſcidium ſibi eueniſſe quadã ſuſpicatur inuidia Propertius,

Propert. lib. 1. eleg. 11.

Inuidiæ fuimus, an me deus obruit, an quæ
Lecta Prometheis diuidit herba iugis?

Commemorat rerum geſtarum Auguſti magnitudinem Maro tantam eſſe, vt inuidia ſuum liuorem in eas non ſit auſura expromere.

Virg. 3. Georg.

Inuidia infelix furias amnémque ſeuerum
Cocyti metuet.

Varr. 6. de ling. Lat. — Sed & ad eam repellendam de collo puerorum ſuſpendebant amuleta. Varro, *Pueris turpicula res in collo quædam ſuſpenditur, ne quid obſit, bonæ ſcæuæ cauſa.* hinc faſcinum vocatur pudendum virile, quòd faſcinum depelleret: eſt enim ea turpicula res, quæ de collo puerorũ ſuſpendebatur. Sed & Faſcinus erat deus eius depulſor: & *Faſcinus*, inquit Plinius, *Imperatorũ* (Plin. lib. 24. cap. 4.) *quoque non ſolum infantium cuſtos, qui deus inter ſacra Romana à Veſtalibus colitur, & currus triumphantium ſub his pendens defendit medicus inuidiæ, iubétque eoſdem recipere.* hortos & fores contra inuidentium effaſcinationes dicare, vt Plinius refert, ſolebant, & in remedio erant ſatyrica ſigna: etiam (Plin. lib. 19. cap. 4.) ſatyrion inuidiam depellebat. Nam quæ turpia erant & ridicula, ad auertendam illam peſtem accommodata credebantur, obtutu & aſpectu inuidentium ex obſcœnitate & miraculo turpitudinis auocatis, vt refert Plutarchus: nocebat autẽ teneris faſcinus magis quàm puberibus: hinc Maro, (Plutarchus.)

Virg. eclog. 3.

Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.

facilius enim mali ſenſus & noxa oculo tranſmittebatur, quem ὀφθαλμὸν βάσκανον Plutarchus appellat, cauſamq́; & ipſe & Alexander Aphrodiſeus quærũnt, ſcriptumque eſt ab Alciphrone, δυσμενὴς καὶ βάσκανος ὁ τῶν γειτόνων ὀφθαλμὸς, φησὶν ἡ παροιμία. In Africa teſte Plinio familiæ erant effaſcinantium, quarum laudatione interibant probata, areſcebant arbores, emoriebantur infantes: vnde illud Maronianum, (Plutarchus. Alex. Aphrod. Alciphron. Plin. li. 7. c. 2.)

Virg eclog. 7.

Aut ſi vltra placitum laudarit, baccare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

Plin. ibid. — Erant in Triballis & Illyrijs qui viſu effaſcinabant, & interimebant, quos diutius intuebãtur iratis præcipuè oculis: eoſque binas pupillas in ſingulis oculis habuiſſe dicunt. In Ponto quoque erant Thebij eiuſdem naturæ: ſic enim in Plinio legendum & Plutarcho auctore & Stephano, qui de his ita ſcribit, θήβιος ὡς ἀπὸ τῆς θήβης εὐθείας. ἔστι δὲ ἔθνος βασκαντικὸν καὶ φθοροποιόν. θανατοῖ δὲ τὸ πνεῦμα αὐτῶν οἷς ἂν πλησιάζῃ, καὶ τὰ σώματα αὐτῶν ῥιφέντα εἰς θάλασσαν οὐ καταδύεται. Cunina etiam dea faſcinum depellebat: Lactantius, *Et Cunina, quæ infantes in cunis tuetur, ac faſcinum ſubmouet*: etiam monilia cõſerta ſacris conchis, & lucifugę meles, & viui lapides cum coralijs iuncti, & herbæ magico cantu adiutæ, vt inquit Gratius, ad depellendum faſcinum proſunt. (Plin. ibid. Plutarchus. Stephan. de vrbib. Lactant. lib. 1. Inſtit. cap. 20. Grat. de ven. in canum remediis.)

Nam

Nam sic offectus, oculíque venena maligni
Vicit tutela pax impetrata deorum.

Cantor apud Horatium, omen parræ canentis.
CAPVT XXIX.

QVIS ille obsecro apud Flaccum cantor est, qui dicit, plaudite: sic enim scribitur, *—donec cantor vos plaudite dicat.* quid? erat illud cantico aliquo dicendum? & non videtur sanè debuisse dimitti populus vnius vocis modulatione. Denique *dicat* dicit non cantet, cui æquè liber erat in versum aditus: sed nugamur & stulti sumus, qui sic argutamur & ratiocinamur. quin vno expedimus verbo potius cantorem hic histrionem esse, vel actorem fabulæ: neque nostra interpretatio ista erit, vt nobis præstandum sit eius vitium, sed antiqui poëtæ Prudentij, qui in eam sententiam accepisse videtur, cùm scribit: Horat. de art. poëtic.

Vt tragicus cantor ligno tegit ora cauato, Prudent. li. 2. contra Symmach.
Grande aliquod cuius per hiatum crimen anhelet.

Quærẽdum etiam esse visum est, cur Flaccus inauspicatum cantum parræ dicat, cùm canit: *Impios parræ recinentis omen Ducat.* Horat. lib. 3. od. 27.
Quod & Prudentius æquè scribit,

Cur Cremeræ in campis cornice vel oscine parra Prudent. ibid.
Nemo deûm monuit perituros Marte sinistro
Tercentum Fabios?

Ego eam fuisse superstitiosam veterũ opinionem crediderim, quòd eius auis sit iniucũdissimus cantus, vt in oscinibus augurij sit ideo infausti: cantus autem insuauitatem & propè diritatem eius auis satis indicarit versus iste Ausonij, *Si confers fulicas cygnis, & aëdona parræ.* Auson. epist. 14.
Cantus quoque cornicis iniucundè crocitantis malum auspicium erat aliquid incipienti, malumque portendebat,

Sæpe, inquit Maro, *sinistra caua prædixit ab ilice cornix.* Virg. eclog. 1.

erat etiam cantus eius faustus & auspicatus: vt,

Tarpeio quondam quæ sedit culmine cornix, Suet. in Domit. cap. 23.
Est bene non potuit dicere, dixit erit.

Cornix quoque & parra apud Plautum secunda sunt auspicia, non tamen cantu, sed loco: *Picus*, inquit, *cornix est ab læua, coruus parra ab dextera: consuadent.* Plaut. Asin. Sc. Hercle vero Litane.

Soccus, pigri, Venus, noster Mars, sui dij.
CAPVT XXX.

VT cothurnus, sic & soccus Romanũ non videtur fuisse calceamentum, sed Grecum: vtroque autem Romani vtebantur in palliatis comoe-

dijs & tragœdijs. Itaque homini dabatur vitio ſoccum geſtaſſe: atque vna etiam hæc nota Caïo principi inuritur, vt in exoticum alienumque cultum,& hominibus Romanis inſolitum demigrāti: vnde à Seneca ſcribitur, *Qui excuſant eum,negant id inſolentiæ cauſa factum: aiunt ſocculum auratum, imò aureum margaritis diſtinctum oſtendere eum voluiſſe*. & apertius, *parum enim fœdè furioſéque inſolens fuerat, qui de capite conſularis viri ſoccatus audiebat, niſi in os Senatoris ingeßiſſet Imperator pigros ſuos*. Indignum facinus videri vult Seneca ſediſſe in iudicio calceatum ſoccis Imperatorē,vt non vſitatis publicè, nec forenſibus, ſed alienigenis, & domi, vt & ſyntheſis ſolebat,ſumendis: ſed nec fortaſſe tam exterum calceamentum intellexit & reprehendit Seneca,quàm parum virile muliebreque.Socci enim Romæ mulierum videntur fuiſſe. Suetonius in Vitellio, *à Meſſalina petijt vt ſibi pedes præberet excalceandos,detractúmq;ſocculum dextrum inter togam tunicáſq; geſtauit aßiduè.* Illud animaduertendū, quos appellet pigros Seneca:& mihi videtur ioculari vocabulo pedes appellare.Cùm enim illi quocunque nos ferant, in deſidibus & pigris officio videntur deeſſe ſuo quadam ignauia, & pigri pigros & ſegnes reddere, vt in ſtrenuis & gnauis contra vidētur gnaui & ſtrenui eſſe & prompti ac parati ad viam. Eodem è libro didicimus, Venerem non tantùm amoribus præeſſe exiſtimatam fuiſſe, ſed etiam hominum cōmendationi & conciliationi, vt facilius aliquid impetrarent ab aliquo, & in amicitiam influerent, & gratiam emererentur. *Ille*, inquit, *non eſt mihi par virtutibus nec officijs, ſed habuit ſuam Venerem*, hoc valet, ſed ei fauit Venus, quæ gratiam quādam ei commodauit qua placuit,& facilè beneficium impetrauit: vt & apud Flaccum,

> *Et bene nummatum decorat Suadela Venúſque.*

Sunt enim hæc duarum dearum nomina, quæ facilè homines, quibus fauent,ſuis muneribus beneuolētiæ & amicitiæ aliorum tradunt. quiſpiam explicabit fortaſſe, ſuam venerem, ſuam venuſtatem & gratiam, neque præterea quicquam eſſe quærendum putabit: quam interpretationem,vt non condemno,ita alteram meliorem puto.dij enim noſtri dicuntur eſſe, qui nobis fauent: vt apud Maronem,

> *Sin noſtrum annuerit nobis victoria Martem.* Et,
>
> *—nec dij texēre Cupentum Ænea veniente ſui.*

qui ſcilicet ei propitij erant fauebantque.

Suet. in Calig. cap. 52. Senec. 2. de benefic. ca. 12. Senec. ibid. Suet. in Vitel. cap. 2. Senec. lib. 2. de benefic. ca. 28. Horat. lib. 1. epiſt. 6. Virg. 12. æneï.

Cupreſſum ſimulare,ponere,cinctutus,iambus, Horatius explicatus.

CAPVT XXXI.

FORTASSE *cupreſſum ſcis ſimulare*, in aliam ſentētiam ab Horatio dictum interpretor, & fortaſſe fallor, quàm interpretes: cùm putem ab eo

Horat. de art. poëtic.

ſignificari

ſignificari malum & rudem pictorem, qui tabulam depingere non poſſit, ſed tantum parerga, quæ rudimenta erant artem pingendi diſcentibus & ornaméta tabularum, delineare. eis perſimiles ſunt, qui magnum carmen condere inſtituunt, cùm tamen deſcriptiones tantùm amœnas fluuiorum & nemorum, poëtices initia & progymnaſmata explicare poſſint, quas idcirco non ſuo loco adhibent, & poëma fucant & adulterant intempeſtiuis ornamentis. Tale illud eſt Perſianum, Perſ.ſat.1.

Ecce modo heroas ſenſus afferre videmus
Nugari ſolitos Græcè, nec ponere lucum
Artifices, nec rus ſaturum laudare.

Quia ponere totum neſciet, more Græco dixit, pro facere. Nam in eo ſenſu ſæpenumero τιθέναι ab Homero vſurpatur. Sic alio loco Flaccus,

Solers nunc hominem ponere nunc deum: Homerus.

id eſt, facere. Cinctutos autem Cethegos, veteres intelligo. Nam veteres Horat.lib.4. od.8. cinctu vti loco tunicæ ſolebãt, qui ætate Horatij exoleuerat, eratque veſtis infra pectus corpus comprehendens ſimilis ſubligaculo: Gręcè Ζῶμα & Ζῶσμα dicitur, quo nomine Græcè etiam tunica intelligitur. vt autem cinctus erat virorum, ſic cincticulus puerorum. Plautus Bacchid.

Cincticulo præcinctus in ſella apud magiſtrum aſſideres. Plaut.Bacch. Sc.Nunc experiar.

Cethegos autem ait, propter Cethegum oratorem antiquũ, quem Ennius ſuadæ medullam eximia laudis abundantia appellauit. At verò, *Signatum præſente nota producere nomen*, vocabulum eſt innouare, ea tanquam forma Horat.de arte poëtic. monetæ percuſſum, quæ in vſu eſt: vt cùm armatura diceretur ab armo, vectura à veho, Terentius curaturam eadem forma dixit à curo: Plautus Terent. Eunu act.2.sc.3. curſuram à curro: atque hoc eſt ſignare & cudere velut nummum vſitata & recepta forma. *Auctor*, autem, *promiſſi carminis*, poëta eſt, qui initio ſui Plaut. Bacch. Sc. Quid ſi hoc potius eſt. carminis profitetur, promittitque ſe poëma ſcripturum, vt Maro,

Arma virûmque cano: Et infra apud Flaccum, Horat.ibid. Virg.1 æneid.

Fortunam Priami cantabo, & nobile bellum. ſequitur enim continuò, Horat.ibid.

Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu?

Archilochum, autem, *proprio rabies armauit iambo*,

hunc ſenſum cõplectitur, Archilochum, ad maledicta & cõuitia vſum eſſe ſuo iambo, id eſt verſu Iambico Archilochio. Nã ſunt Iambici Hipponactei & Alcaici. Iambum itaq; pro verſu poſuit, vt mox, *hunc ſocci cepêre pedem*, id eſt verſum. eſt & Iambus ecloga aut idyllium aut carmẽ aut poëmatiũ ex iambis: Cicero, *mihi, vt Ariſtophani Archilochi Iambus, ſic epiſtola* Cic.16.ad Att. *longiſsima quæque optima videtur* Iambicum autem Archilochium adſciuit epiſt.Nonis accepi à te. comœdia & tragœdia, quòd aptus ſit diuerbijs & colloquijs perſonarũ.

LIBRI NONI FINIS.

ADRIANI TVRNEBI ADVERSARIORVM LIBER DECIMVS.

Inanes, ne mihi Polydamas, iecur, fibra, in vdo est manas.

CAPVT I.

INANES à Latinis plerunque intelliguntur homines ieiuni animi & laudis ambitiosi & honoris cupidi: quòd enim ijs carere videantur & vacui esse, auidè quo carent consectari putantur. Nam si laude & gloria satiati pleniq́ue essent, non tanto ad eam animi sitim explendam studio raperētur. Tacitus, *Dein postquam inanem animum spe & cupidine impleuerat*. hîc inanis est, qui auidus & cupidus est. Et Horatius de his qui poëmatum recitatione gloriam quęrunt, *inanes hoc iuuat*. Et Persius de ijs qui scribenda oratione soluta, aut condendo carmine famam ingenij stultè ambiunt, aut ineptè eloquentiæ & eruditionis nomen captant, & à vera laudis via aberrant.

Corn. Tacit. — Horat. lib. 1. sat. 4.

—ô quantum est in rebus inane. (Pers. sat. 1.)

ac mediusfidius vt vtrumque poëtam declararem, id de inani subijt perstringere. Cæterùm apud posteriorē, *Ne mihi Pulydamus & Troiades Labeonem Prætulerint*. (Pers. ibid.) sumptum est ex Homero, apud quem Hector Troianarum mulierum & Polydamantis reprehensionen sese vereri dicit.

Homer. Iliad. 22.

Αἰδέομαι τρῶας καὶ τρῳάδας ἑλκεσιπέπλους,
Πουλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην ἀναθήσει.

quod elegāter per parodiam vsurpauit Persius, quæ tamen intercidit gratia, quo allusum sit ignoranti. idem *—rupto iecore exerit caprificus*, (Pers. ibid.) eleganter & perfacetè dixit: vt erumpere solent è parietinarum & monumentorum veterum commissuris steriles ficus. Iecur porrò dixit, quòd in eo etiam, non tantùm in corde, sensa animi collocata & affectus crederent; eamq́ue animi sedem domiciliumq́ue existimarent. Ideo dixit alio loco, *—neque enim mihi cornea fibra est*: (Pers. ibid.) &, *Quod latet arcana non enarrabile fibra*: (Pers. sat. 5.) & in epigrāmate lepido scribitur, *En cor Zenodoti, en iecur Cratetis*. Iratū, autem, *Eupolidem prægrandi cum sene palles*, (Pers. sat. 1.) audacter dictum est pallere Eupolidem:

polidem,vt ſi diceres pallere pallorem,quod eſt qui palles,quòd tam impensè illis poëtis operam impenderis, vt decolorem contraxeris inſano labore vultum: eodem modo,ſed alio ſenſu dixit Horatius, *—& ſcatentem Belluis pontum mediáſq; fraudes Palluit audax*,pro timuit: *—ſumma* porrò *delumbe ſaliua Hoc natat in labris,& in vdo eſt Mænas &* Atys,cùm ait, mollem & teneram cum affectatione pronuntiationem, & liquatam delicatamque reprehendit.ſi enim viriliter pronuntiarent,non primore lingua & labris verba effœminarent molliter expreſſa,& in ſumma natantia ſaliua quæ in primam vſq; linguã exuberat illuc permanãs,ſed medio ore firmam conciperẽt & robuſtam vocem, non fractam & eneruem delumbarent.In vdo eſt igitur Mænas,id eſt humida & tenera lingua,quæ ſaliua & humore ſcatet,pronuntiatur molliter & teneriter,nec impreſſione ſicci plectri valida ſignatur & feritur.Mænas quoque & Atys ad argumenta pertinent & materiam carminis mollioris. Horat.lib. 3. od.27. Perſ.ſat. 1.

Maſculum thus,maſcula Sappho,temperat Archilochi muſam,apud Horatium. CAPVT II.

MASCVLVM thus, quod rotundum eſt, vt Plinius & Dioſcorides ſcribunt, ab his qui rebus ſacris operari ad eblandiendum deorum fauorem omni cura & induſtria cupiebant, focis ſacris adolebatur: ſed & ab his qui magico ſacro & amatorijs carminibus februationibus & luſtrationibus alicuius mẽtem mutare, aut deos placare propenſioresque reddere conabantur,vt apud Maronem pharmaceutria facit, Dioſcorid.lib. 1 cap.70.

Verbenáſque,inquit,*adole pingues & maſcula thura.* Virg.eclog. 8.

Et apud Alciphronem ſic ſcribitur,καὶ κάθαρσίν τινα δεῖ περιτελέσαι τὴν γυναῖκα,καὶ παρασκευάσαι τινα ζῶα ἱερεῦσαι,καὶ λιβανωτὸν ἄῤῥενα.καὶ στύρακα μακρὸν,καὶ πέμματα σελήνης,καὶ ἄγρια φύλλα τῶν ἀνθρώπων. Plinius autem ſic de thure maſculo ſcribit,*Quod ex eo rotunditate guttæ pependit, maſculum vocamus, cùm aliâs non ferè mas vocetur vbi non ſit fœmina, religioni tributum, ne ſexus alter vſurparetur.* Maſculum aliqui putant à ſpecie teſtium dictum. Sappho autem maſculam cur Horatius vocet,pauci animaduertũt. non deſunt etiam,qui obſcœnius interpretẽtur,quod mihi faciendũ non videtur eſſe.Nã cũ ait, Alciphron. Plin lib.14. cap.12.

Temperat Archilochi muſam pede maſcula Sappho. Horat.lib. 1. epiſt.19.

maſculam intelligit, quæ tam audaci & virili animo fuerit, vt de Leucade petra præcipitem dare ſe auſa ſit,quod à Papinio in ſiluis ita canitur:

—ſaltúſque ingreſſa viriles Stat.lib.5.ſilu.
Non formidata temeraria Leucade Sappho.

Atque vt Horatium eo in loco ſatis obſcurum illuſtremus: vt mihi videtur, ait in Carminum libris ſe Alcæum & Sappho imitatum eſſe, in libris

Epodon

Epodon Archilochum, cùm præſertim à Grammaticis liber Epodon Archilochi citetur, & in libro eiuſdem nominis Flaccus plurimum Iambicis Archilochijs, & eo genere verſuum vtatur, quos frequentaſſe Archilochum nouimus, & in Epodis vſurpaſſe Grammatici declarant.

Vehemens, de lapide emptus, lapis, ager prouincialis, fermentum.

CAPVT III.

Colum. lib. 3. cap. 1.

LIBRO Columellæ tertio non ſolita frequentiq́ue ſignificatione vehemens in luxuriante exuberanteq́ue ponitur, vt cùm ab eo ſcribitur, *Terræ denſæ vehementem multáque materia frondentem*. Nam ei opponit vitem

Columel. lib. 3. cap. 10.

rari ſarmenti. Iterum, *Vnde etiam materiæ vehementiſsimæ reperiuntur, aut in capite vitis, aut in crure vicino radicibus.* hîc vehementiſſimas materias dicit luxuriãtes, & maximas, in quibus & prolixiſſima dixit eſſe flagella & productiſſima ſarmenta. fortaſſe etiam non diſſimili notione & ſignificatu Horatius dixit de nitido elegantiq́ue vſu.

Horat. lib. 2. epiſt. 2.

Vehemens & liquidus puróque ſimillimus amni,

quòd ferax ſit & fœcundus in producendis rerum vocabulis, ſemperq́ue aliquid aduehat, & vt amnis vehemens exundet. nam quod vehementem & liquidum dicit & purum, à fluuio tranſtulit magnum aquarum limpidarum agmen vehente: quod nonnulli ad poëtam commodius quàm ad vſum referri poſſe cenſent, quibus non aſſentior. Eodem libro, de lapide noxium appellat, ſeruum de lapide emptum, non frugi bonæ, ſed qui no-

Columel. lib. 3. cap. 3.

xæ deditus ſit, ideoq́ue venditus: verba eius ſunt, *vel de lapide noxium poſſe comparari putat*. Lapis autem locus eminens erat, & tanquam ſuggeſtus,

Iul. Pollux lib. 3. cap. 25.

vnde præco prædicabat atque vendebat. Pollux, ὁ δὲ τόπος, πρατὴρ λίθος καὶ πωλητήριον. Inde emptos de lapide tribunos vt ſeruos vænales dixit contu-

Cic. in Piſon.

meliosè Cicero: & Plautus,

Plaut. Bacch. Sc. Conſtringe.

In eo ipſo aſtas lapide, vbi præco prædicat.

Ariſtophan.

ſic & Athenienſes interdum ſuggeſtum vocabant, vt apud Ariſtopha-

Colum. lib. 3. cap. 3.

nem, τῷ λίθῳ προσεστάμεν. Illud ex eodem libro eſt obſcuræ intelligentiæ, *cùm ſola ea res omnem impenſam terreni pretio ſuo liberet, ſi modò non prouincialis ſed Italicus ager*: id autem eò exiſtimo ipſum dicere, quòd Italicus ager nec vectigalis nec tributarius erat: ita fructus ſolidos & integros ſine diminutione & impendio tributi domino reddebat: cùm contra vectigalis eſſet prouincialis ager, ſolumq́ue tributarium haberet. vnde decedebat fructui, nec prouentus dominum tantùm ditabat, ſed etiam publicanum,

Colum. lib. 3. cap. 11.

& fiſcum. Etiam tacitum indictumq́ue præteriri non debet, quid in fermentum cõgerere ſibi eodem in libro velit, cùm ſcribitur, vt, *parum quod*

ſupereſt

superest inferioris soli rastris licet effodere, & in fermentum congerere atque componere. hîc fermentum intelligit, compositum solum laxum solutumque, Colum. lib. 4. cap. 1. & , vt in libro quarto ait, quodam velut fermento intumescens. At verò Varro de re rust. lib. 1. c. 9. Varro solum pedis fermentatum dicit, quod nec durum nec corneum est, sed tumidum & molle. Plinio tellus niue fermẽtescit, quę niue tabescente Plin. li 17. c. 2. diluitur & remollescit, putrisque redditur & soluta, quod antè à Theophrasto Theophrast. fuerat dictum: vt à Galeno atra bile terram fermentari, quæ aco- Galenus. re suo eam soluit: neque aliud est inquit Columella colere, quàm resol- Colum. lib. 2. cap. 2. uere & fermentare terram.

Multigenera, picantium modo apud Plinium quid, & quædam emendata. CAPVT IIII.

CHIROGRAPHA interdum non consentiunt excusis, cùm tamen vtraque probabilia sint, nec falsi insimulari meritò possint: tamen hæc conficta quodammodo emẽdatorum iudicio, illa auctoritate scriptorum niti videntur, vt lib. 11. Naturalis hist. Plinij editiones ita promulgãt, *multa* Plin. lib. 11. cap. 1. *hæc & multigena.* Ita bonis verbis & bono sensu, vt culpare nemo possit. at in ipsis, vt ita dicam, antiquitatis sanctuarijs legimus, *multa hæc & multigenera*, quod qui non probat, illud etiam Plautinum è Captiuis improbet,

Multis & multigeneribus est opus tibi. Plaut. Captiu. Sc. Aduerte animum.

in his quæ paulò post sequuntur, licet vtraque exemplaria accusare perfidiæ: neque enim placet, *aliquibus verò non tota incisura eas ambiente rugas:* Plin. lib. 11. cap. 1. nec, *aliquis verò non tota incisura eam ambiente rugas.* Quid igitur sequimur? nempe vt legamus *aliquis*, vel, quod idem est, *aliquibus verò non tota incisura eam ambiente ruga.* Et mox, *imbricatis flexili vertebris*, quod eo auda- Plin. ibid. cius facimus, quia reconditi libri, & *eam* & *flexili* constãter & fideliter exhibent: & qui tractant monumenta vetera, non ignorant sæpe in eis literas primores verborum sequentium, etiam adhærescere vltimis syllabis antegressorum: vt hic, *rugas sed in aluo.* ille enim sibilus in fine strepit vo- Plin. ibid. cabuli ruga arcessitus è coniunctione. Sed ne illud quidem dissimulabitur, in eo quod publicatum est, *in reliquis partibus siccius verius quàm du-* Plin. lib. 11. cap. 4. *rius*, discrepare stirpem à propagine. Nam stirps hæc est, *in reliquis partibus siccius ferè quàm durius.* hac lectione ab omnibus reiecta lectorem tamen frudare noluimus, si quid ex ea fortè elicere posset: *istius* tamen in libris scriptis est: & animaduerti r cum t coniunctum in eis ita effingi non rarò vt st, si quis *hirtius* putet. Multa autem supplementa inculcauêre in duas comprehensiones, vt id quod sentiebant potius exprimerẽt, quàm quod Plinius voluerat: sic enim ediderunt, *Adeò non ad veris initium, vt dixêre,* Plin. lib. 11. cap. 6.

nec,

nec,vt quiſquam in Italia de alueis exiſtimat. ante fabas florentes non exeunt ad opera & labores. Hæc ſic reperio in ſanctiore inſtrumento, *adeò non ad veris initium, vt dixêre, nec quiſquam in Italia de aluis exiſtimat. ante fabas florentes, exeunt ad opera & labores.* ſine controuerſia autem legendum eſſe arbitror, *piſſoceros ſuper eam venit picantium modo ceu dilutior cera è vitium populorúmque mitiore gummi*:ac picãtium modo interpretor, proinde quaſi apes ipſæ fauos picare eo velint: qui autem picãt vaſa, picem diluere ſolent, vt liquidior inhæreſcat lateribus vaſorum, quod non faceret, dura ſi eſſet. Liquatam autem picem igneque ſolutam ad picandum imitatur piſſoceros, nec tam pix videtur tamen, quàm dilutior cera.

Plin.eod.lib.c. 7.

Acetum mel, Plinius emendatur.

CAPVT V.

NON abs re nobis eſt plerũque ſuſpecta fides publicorum librorum, qui eam conſarcinant ſcripturam, quam captus caſtigatorum excogitare potuit, non auctor prodidit: & cùm eſt copia librorum conditiuorum, vt ita dicam, eos ſæpe conſulimus libenter, vt & fecimus, cùm in Plinio ita editum reperiſſemus: *in omni melle quod per ſe fluit, vt muſtum oleumq́ue, appellaturq́ue acetum, maximè laudabile eſt.* è quibus hanc retulimus ſcripturam, *in omni melle quod per ſe fluit, muſtum oleumq́ue appellatur, acetum maximè laudabile eſt.* acetum autem eſſe ſuſpicor quod Græci ἀκοίτον dicunt, & optimum Græci grammatici interpretãtur: quo in verbo latet notio medicaméti, vt mel illud eſſe credam, quod exortu nobilis ſideris, aut incumbente cœleſti arcu, non ſequutis imbribus gignitur dono quodam cœleſti, medicatum & ad plurima mala ſalutare, vt malis hominum ſanandis vim quandam diuini nectaris prȩſtet: vt tamen ipſe adſcribam, quid de eo loco aliquando ſenſerim, non acetum legendum, ſed Atticum perdiu exiſtimaui, nec piget ſententiæ. ſequitur mox in editionibus, *æſtiuum omne rutilum, vt diebus confectum ſicciotibus. aptiſſimum exiſtimatur è thymo,* quis non crederet ſincerè & bona fide editiones voce Plinij loqui? at alius ſermo in illis libris, quos amanuẽſes ſcripſêre, inuenitur. *Eſt etiam omne rutilum vt ſiccioribus aptiſſimum in æſtimatus betuno.* in alijs, *eſt iam.* equidem miror tam diſcrepare ab origine ſua exemplaria popularia, & qua ratione impulſi ſint caſtigatores, vt ſomnia ſua ſequi mallent quàm ſcripta vetera: quæ etſi falſa ſunt, in eis tamen veritas apparet. legendum igitur puto, *etiam omne rutilum: vt vlceribus aptiſſimum in æſtimatu eſt è thymo.* hoc & ab Ariſtotele ſcribitur in animal. hiſtoria, & infra à Plinio his verbis, quæ tamen in veteribus libris non reperio. *album mel non fit, quod è thymo eſt, ſed oculis*

Plin.li.11.c.15.

Plin.ibid.

Ariſtot.lib. 9. de hiſt.anim, cap.40. Plin.lib.11. cap.16.

oculis & vlceribus aptißimum existimatur. etiam eiusdem capitis illud aduertit me, vt oracula, vt sic dixerim, vetustarum bibliothecarum adirem: *huic vindemiæ Attici signum dedêre initiũ caprificialem diem Vulcano sacrum.* (Plin.li.11.c.15.) Parum mihi videtur emendata oratio, nedum elegantia Plinij digna. Reperi autem in bibliothecis antiquis, *dedêre initium caprificiali diem*, vt non dubitanter legendum sit *dedêre initium Africi, alij diem Vulcano sacrum*: significat enim eo tẽpore vindemiam illam mellis esse faciẽdam, castrandasque aluos, cùm incipit Africus ventus flare.

Inscripti maleficij actio, inscriptæ merces, inscriptum pecus.

CAPVT VI.

APVD declamatores actio quædam proponitur, è qua eorum quædam oriuntur causæ, inscripti maleficij: vt apud Senecam libro 5. Declamationum: *Inscripti maleficij sit actio.* ea vt opinor maleficij erat legibus (Senec. lib. 5. declamat. 1.) nominatim diserteque non comprehensi, neque cauti; cuius tamen actio dabatur. Quæ quidem moribus Græcorum videtur cõparata fuisse, non Romanorum: apud quos scholasticum hoc & declamatorium erat, non in Repub. vsitatum: huius rei mentio est apud Hesychium & Suidam. sic (Hesychius. Suidas.) enim scribunt, ἄγραφα ἀδικήματα, περὶ ὧν νόμος οὐ γέγραπται. ex his intelligitur nullo negotio iocus & frustratio Senecæ, Cestium declamatorem irridentis, qui se eloquentiorem tamen & disertiorem Cicerone putabat. eum enim ludens Seneca repertum in foro postulauit inscripti maleficij, quæ iure Romano actio prodita nõ est. Ille, qui in declamationibus semper versatus esset, in quibus ea actio iactabatur, æstuare & timere cœpit, & foro non assuetus aduocationem postulauit. Ita qui se Cicerone facundiorem putabat, patrono egere visus est, sed verba Senecæ subscribam: *Deinde libuit Ciceroni de Cestio in foro satisfacere: subinde nactus eum in ius* (Senec. lib. 3. declamat. 1.) *ad prætorem voco, & cùm quantum volebam iocorum conuitiorumque effudissem, postulaui vt prætor nomen eius reciperet lege inscripti maleficij. Tanta illi perturbatio fuit, vt aduocationem peteret. Deinde adultum prætori dixi, & ingrati postulaui.* Ecce iterum peruenustè illudit Seneca, qui ingrati postulet ingenuum, cùm ea tamen prodita sit Romano more in libertos ingratos actio: sed fretus inscitia Cestij hominis scholastici, sic impunè iocabatur, cùm ille stuperet, nec quicquam hiscere posset, qui sibi tamen Ciceronem parem esse negare solebat. vt autem inscripta dicebantur quædam maleficia: sic & scripta, quæ nominatim legibus appellata cautaq; erant. Quintil. 1. declam. *Igitur & scriptum maleficium: & aduersus eum cum quo* (Quint. 1. decla.) *agitur.* Certum significat esse crimen & legum sanctionibus & animad-

uerſionibus vindicari ſolitum. Inſcriptæ autem merces ſunt, quas in portu apud publicanum mercator aut inſtitor non eſt profeſſus, ideoque in ſcriptura publicani non ſunt perſcriptæ, in commiſſumque incidunt. Lucillius, *facit idem quod illi, qui inſcriptum ex portu exportant clanculum, ne portorium dent.* ſic & inſcriptum pecus dicebatur, quod paſcebatur in ſaltibus publicis, nec in ratione publicani ſcriptum erat, & lege cenſoria committebat. Varro, *ne ſi inſcriptum pecus pauerint, lege cenſoria cõmittant.* Poſſet aliquis multò plura ex auctoribus exẽpla cõquirere & ijs iſta magis illuſtrare, ſed operę peperci meę, ſatisq; habui, quę occurrebãt vltro, adſcribere, & modicè genus loquendi declarare: ſic & aliorũ induſtriæ aliquid relinquetur, & iuuentutis ſtudijs pro mea parte non videbor planè defuiſſe.

Apud Non. in Portorium.

Varr. de re Ruſt. lib. 2. c. 1.

Murranus, Ilus, rumpuntur pectora, pro aris & focis, cedet Iulus agris, apud Maronem. CAPVT VII.

LATET apud Maronem in proprijs nominibus interdum multum ingenij, vt libro 12. interfici dicitur Murranus antiqua Regum nobilitate generoſus. Nam Murrani reges Latinorum dicebantur, vel quòd murra vnguentiſque oblinerentur, vt apud Maronem ſcribitur,

Vibratos calido ferro murraque madentes:

Nam à murra murranus, vt à minio minianus dicetur: legimus enim Iouem minianum apud Ciceronem minio oblitum, & à phecaſijs phecaſianum apud ſatyrographum, pro phecaſiato, id eſt phecaſijs calciato: vel quòd oppidis muro clauſis & cinctis præeſſent, vt murrani, quaſi murani dicantur, vel potius de nomine Regis alicuius nobiliſſimi & fortiſſimi. illi alter mox ex aduerſa parte reponitur quadam compenſatione, qui velut pari ſtemmate regioque nomine celebris occiditur, Ilusque ab Ilo Troianorum rege appellatur. Itaque aſpirari non debet, ſed exiliter tenuiterque proferri. *Ille ruenti Ilo*, non vt editur, *Hilo*. Quod autem ibi ſcribitur,

—rumpuntur neſcia vinci Pectora, ex conſequenti anteceſſio accipienda eſt, vt magna incendi & intumeſcere ira audiamus, vt inflata pectora, & diſtenſa penè in periculum rumpendi veniant. videtur autem,

—& vanis ſeſe occulat vmbris, quadam reciprocationis abuſione dictum eſſe, cùm de Ænea dici videatur, & ipſum latinitas poſtulet: ſed aliquantò hac in re liberiores fuerunt Latini veteres, etiam Cicero. quod autem legimus plerunque pugnãdum eſſe pro aris & focis, etſi de aris templorum & priuatis tectis accipiendum plerunque videtur, tamen auctoritatem Maronis ſequutus interdum de fanis & delubris exponendum iudico. Nam pars quædam aræ in qua accenditur ignis, focus dicebatur, ceu

Virg. 12. æneid.

Cic. 9. famil. epiſt. 16.

Iuuen. ſat. 3.

Virg. 12. æneid.

Virg. ibid.

ignitabulum,& aræ focus imponebatur. vt eodē libro, *Crateráſque focóſque ferunt.* Itaque ijdem propè interdum eſſe videntur foci & aræ: Maro, Virg. ibid.

In medióque focos & dijs communibus aras. Virg. ibid.

ſæpe tamen foci pro tectis priuatis intelliguntur: Cicero, *Eijcere aliquem nudum domo atque focis patrijs dijsque penatibus præcipitem exturbare.* Iterum, *focos, deos penates eſſe ſubiectos libidini tribunitiæ.* Etiam videtur illud ſingulari artificio & propè adulatorio excogitatū, quòd non tam Æneæ quàm Iulo quæri Italia ſignificatur, vt Iuliæ familiæ, quæ rerum potiebatur Virgilij ætate, gratia quæratur, ad quam deorum fatis imperium delatum ſit. ſic enim ſcribit, *cedet Iulus agris*: & alio loco, Cic. pro Sext. Roſc. Amerin. Cic. pro domo ſua. Virg. 12. æneid.

Aſcanióne pater Romanas inuidet arces? Virg. 4. æneid.

Apud Lucanum quoque, penates patrij, quos Æneas in Italiam claſſe vexerat, & è Lauinio Albam tranſtulit Iulus, à Cæſare gentis Iulææ dicuntur eſſe: verba ſubſcribam, —*Phrygijq́ue penates Gentis Iulææ.* proinde quaſi Iulij hæredes familiæ & ſucceſſores ſacrorum Iuli eſſent. Nam & Halicarnaſſeus Dionyſius Iulo tradita dicit ſacra fuiſſe, quæ deinceps familiæ Iuliæ prodita ſint, & ab ea poſſeſſa. eius verba ſunt, Ἰούλῳ δὲ ἀντὶ τῆς βασιλείας ἱερά τις ἐξουσία προσετέθη, καὶ τιμὴ, ἣ ἔτι καὶ εἰς ἐμὲ τὸ ἐξ αὐτοῦ γένος ἐκαρποῦτο, Ἰούλιοι κληθέντες ἀπ' ἐκείνου. Multa eiuſdem generis apud Maronem latent ingenij & eruditionis magnæ pignora atque monumenta, quibus explanatis multò magis poëmatis dignitas & elegantia apparet, non explicatis, de admiratione eius & gratia multum decedit. Lucan. lib. 1. Dionyſ. Halic. lib. 1. Antiq. Rom.

Obbruteſco apud Lucretium, brutum, liquidus ignis.

CAPVT VIII.

LIBARE ſemper hinc inde aliquid ex auctoribus ſolemus, & leuiter deguſtare, & eadem tamen libamenta eundemq́ue guſtum lectori communicare, vt eius potius cupiditatem excitemus, quàm famem ſatiemus: quod & nunc faciemus. Cùm à Lucretio ſcribitur,

An contracta ſuis è partibus obbruteſcat. Lucret. lib. 3.

quid obbruteſcat ſit lippis non eſt notum, ne multis quidem qui ſibi oculei toti, vt Argus, videntur. Ego obbruteſcere eſſe puto, ſenſum amittere & vitam, & interire. Nam brutum eſt non ſentiens, Lactantius, *Corpus enim, quia è terra eſt, comprehenſibile eſt, temporale, brutum atque tenebroſum eſt. Anima verò, quia de cœlo eſt, tenuis, æterna, ſenſibilis, illuſtris eſt:* hic apertè brutum, id eſt, non ſentiens, ſenſibili id eſt ſentienti oppoſuit. Idem Lucretius de Tytio loquens, cuius immortale fecundúque iecur adunco roſtro rimatur epulis & tundit vultur, ſic ait, Lactant. lib. 7. cap. 12. Lucret. lib. 3.

Aut alia quauis ſcindunt torpedine curæ:

quo in verſu illud torpedine,ne quid diſſimulem, non exprimit ſentẽtiam quam deſidero,& quam velle videbatur poëta eloqui. ſcio equidem dici poſſe anxiam eius animo perpetuò inhærere curam, quæ vulture eius fibris aſſiduè immorante ſignificetur, & torpedo curæ vocetur, ſed Lucretius curam amoris,quæ cupiditatis eſt, videtur explicare voluiſſe. Itaque legendum puto, *Aut alia quauis ſcindunt cuppedine curæ.*

In quam emendationem eo ſum propenſior, quòd maxima harum vocum affinitas eſt in literatura,& quòd alio in loco vbi cuppedo perſpicuè ſcribendum eſt,in libris quibuſdam torpedo reperitur,

Lucret.lib.6. *Et finem ſtatuit cuppedinis atque timoris.*

torpedinis enim atque timoris in exemplaribus quibuſdam editur. Mirum autem videtur non ſolùm nobis quòd liquidum ignem dixerit, ſed Macr.lib.6. Satur.cap. 5. etiam doctiſſimo viro Macrobio,quæ tamen adiectio ita Maroni adriſit, vt ſuum bucolicum carmen hac tanquam gemma ornandum ſibi putarit: ſic autem ſcribit Lucretius,

Lucret.ibid. *Hac etiam fit vti de cauſa nobilis ille*
Deuolet in terram liquidi calor aureus ignis. Maro autem,

Virg.eclog.6. *—& liquidi ſimul ignis.*

Liquor enim, qui aquæ & humoris proprius videtur, quo tandem pacto ardori tanto ſiccitatique conuenire poteſt? ſed liquidum etiam appellatur quod defecatũ,quod purum,quod non turbidum,quod clarum, quod ſincerum,à vino colis defecato ducta tranſlatione: qua notione liquidum ignem dici reor,purum,non admixtum,neque inquinatum à fumo.Sic liquidum lumen à Lactantio dicitur, Lactant.lib. 6.cap.11. *aliud verò,* inquit, *ille à nobis exigit lumen, & quidem non fumidum, ſed, vt ait poëta, liquidum atque clarum mentis ſcilicet.* In eodem nomen eſt iunctum putricauum,quod & poëtæ nitorem lædit,& modulo ſyllabæ verſum claudicantem reddit,

Lucret. lib. 2. *Mollia,lenta,fragoſa,putricaua,corpore raro.*

Sed dirimendum eſt quod malè coit, ſcribendumque *fragoſa putri, caua corpore raro.* Quinetiam, videte quò progrediatur temeritas mea, ferè labor,vt putem legendum,

Molli lenta,fragoſa putri,caua corpore raro.

Vt mollitudini lentorem,fragori putredinem, raritati caua corpora accepta ferat: vt hoc tamen, etſi probabile eſt, affirmare non auſim, ita alterum paratus ſim tueri duobus vocabulis legendum eſſe.

Quædam emendationes viri docti in Plinium expenſæ.

CAPVT IX.

NON eſſe temerè cuiuſquam auctoritati credendum auctores emendanti ſuo arbitrio, è quibuſdam locis Plinij oſtẽdam, in quibus corrigendis, niſi fortè fallor, vir pręſtãtiſſimæ doctrinæ, non tamen hîc vbi reprehenditur nominandus labitur: ſed falſum induci veritate oppreſſa, non eſt ferendum, nec diſſimulandum. Quod ergo in Plinijs publicis eleganter ſcribitur,

Plin. lib. 9. cap. 35.

non illos curru detractos quàm in hoc viciſſe malit? ita mutat, *non illos currus detractos, quàm huius cccc* HS *malit:* non tam cõmoda ſententia, nec tam cenſoria nec acri caſtigatione, cùm dicat, ſatius fuiſſe Curium & Fabricium non triũphaſſe, quàm locupletatam eorum victorijs poſteritatem ad tam immanem luxum peruenire. pręſtitiſſet igitur, inquit, eos bellorum victores nõ eſſe, quàm eorũ bellica gloria & imperatoria laude & amplificatione imperij, ſic gliſcere & adoleſcere luxuriã. paulò antè quoque *perditi nepotatus* legit, cùm *perdito nepotatu* in chirographis pateat antiquiſſimis emẽdatiſſimè ſcriptum: nec ſatis *id fecêre*, in illiſêre mutat ſuo cõceſſu nullius ſuffragio, cùm perbellè legatur,

Plin. ibid.

ſubeunt luxuriæ eius nomina & tædia exquiſita perdito nepotatu: ſiquidẽ cùm id fecêre, crotalia appellãt. Illud enim, *cùm id fecêre*, eſt cùm binos aut ternos vniones ex auribus ſuſpendêre proceriores & faſtigata figura in pleniorem deſinentes orbẽ. eidem non placet candorem conſpici, & candore conſpici ſcribit, quod etſi elegans eſt, tamẽ non videtur ſummutationi iſti locus eſſe, cùm optimè conſiſtere recepta ſcriptura videatur. Improbat & iſtud, *non rectè recipit hæc nos rerum natura niſi nudos:* probat, *num ritè recipit nos hæc rerum natura niſi nudos?* Sed quid in hoc argutię & ingenij latet, ſi alter ſenſus torporis & tarditatis plenus eſt? Nam pronuntiatio tantùm in interrogationem mutata eſt. Dicit enim non eſſe fucandas noſtras veſtes conchyliorum marinorum ſanguine, nec inde veſtiendo corpori tingenda eſſe vellera, cùm hoc elementum nudare potius quàm veſtire debeat, quod nos niſi nudos recipere non ſolet. qui enim in mari natare vult, veſtes exuit. hic ſenſus, cui non placet, mirum profectò ſit, ſi alter, quem ille cõſtituit, nihiloque plus ſignificat, aliquid ei ſapere poſſit. Idem emendat, *eſto, ſit tanti ventri cum eo ſocietas:* at ego, *eſto, ſit tanta ventri cum eo ſocietas,* congruere magis ſententiæ affirmo. Rurſum ille legit, *parum ſit, niſi quis veſcimur periculis veſtiamur:* ego verò, quod in cellularijs & arcanis libris reperi, *parum eſt, niſi qui veſcimur periculis, etiam veſtiamur,* rectiſſimum & amuſſitatum eſſe exiſtimo. Eidẽ non placet *L. Plancus*, probatur Munacius Plancus: iſta ratione M. Cicero dici non debebit, ſed Tullius Cicero. Lucius autẽ Munatius Plãcus ille vocabatur. ita ex vno Plinij capite ſatis oſtẽſum arbitror ſuſtinendam & cohibendã ſententiam eſſe in his, quæ emẽdatores nouant & interpolãt: nec leui credulitate ſequaciq; eis fidẽ ſtatim adiungendã eſſe.

Copta, coryceum, lora, Adoneus. CAPVT X.

Mart. lib. 14. epig. 68. IN Martialis apophoretis lemma est, copta Rhodia cum his versibus,

Peccantis famuli pugno ne percute dentes.
Clara Rhodos coptam, quam tibi misit, edat.

hoc genus panificij fuisse videtur, cui quędam quæ tunderentur, vt ipsum vocabulum confitetur, miscerentur, vt nuclei pinei, amygdalæ: sed omnino durissima adferebatur Rhodo, vt è Martialis ioco intelleximus. Coptæ meminerunt medici, vt Trallianus Alexander his verbis: *Trallian. lib. 11. cap. 14.* τῶν δὲ τραγημάτων συμφέρει μάλιστα τὰ κάστανα λαμβάνειν, μήτε καρύων, ἢ στροβίλων, ἢ ἀμυγδάλων ἐσθίειν, ἀλλὰ μηδὲ πλακούντων, ἢ κοπτῶν. Iterum, *Trall. lib. 7. cap. 14.* κοπτὸν πρὸς σκληρίαν στομάχου. deinde eius confectionem subijcit. Rursus, *Trall. lib. 7. cap. 2.* ἀμυγδάλων οὖν λαμβανέτωσαν ἢ πιστακίων ἢ σταφίδων, ἢ στροβίλων, καὶ τὰς ἐκ τούτων συγκειμένας κοπτάς. Et Oribasius *Orib. lib. Medicaminum.* κοπτάριον purgans facit è simila, nucleis pineis, dacrydio, pipere, melle despumato; & alterum è simila, scammonia, nucleis pineis, pipere, melle. sed quoniam non historiam contexímus, sed varia consarcinamus, quidnam est, quod Vitruuius corticeum appellat de palæstris his verbis loquens? *Vitru. lib. 5. cap. 11.* *sub dextro corticeum, deinde proximè conisterium.* hic partim coriceum emendari video, vt locus sit vbi puellæ sese exercere solitæ essent: sed coreum potius dici deberet: partim coureum, vt sit tonstrina. Ego coryceum, vel quod idem est, coruceum lego, vt locus sit in quo coryco ludere solerent: de qua exercitatione scribitur ille apud Aristotelem iocus libro secundo Rhetoricôn, *Aristot. 2. Rhetoricôn.* ὥσπερ φιλάμμων ζυγομαχῶν τῷ κωρύκῳ inde & κωρυκομαχία apud Cælium Aurelianum, *Cælius Aurel. li. 5. Chronion cap. 12.* *tum volutatio*, inquit, *in palæstra varia, quam Græci celadiam atque corycomachiam vocauerunt.* exercitationem Coryci & pilæ memorat secundo libro sanitatis tuendę Gal. *Galen. 2. de Sanit. tuend.* κώρυκον autem sacculum significat, vt pugillatorij follis ludus ferè videatur. his ex locis satis arbitror liquere quid coryceum apud Vitruuium sit. sed, vt testari non cesso, per libros & literas erro, & quocunque vel tempestas vel æstus rapit, inde istis commentarijs, aliquid venor. scribit in periocha lib. 10. Odyss. Ausonius, *Ausón. in Periocha lib. 10. Odyss. Homer.* *sociíque eius opes aliquas in lora inesse existimantes*, quo verbo quidam offensi, in scorto subijciunt: sed non oportet indicta causa exturbari domicilio veram dictionem. ego enim loram vel luram legendum contendo. Nam cùm lorum sit funis è corio, lora vel lura vtris est. Festus, *Fest. Pomp. lib. 10.* *lura os culei, vel etiam vtris*: hinc vt opinor, dicuntur luridi, ab vtris & corij colore: Eodem autem in Ausonio, cùm in epigrãmate scribitur, *Auson. epig. 122.*

Dum cisthon costúmque putat communis odoris,

latere obscœnitatem puto, ex ambiguitatis ioco. Nam & cisthus in materia medica frutex est adstringentis naturæ, cuius in radicibus nascitur

hypocisthis

hypocisthis: & cysthos etiam mulieris naturam significat, vt Grammatici Græci annotant, idque quodam me loco iam scripsisse recordor. Apud eundem poëtam, vbi varia Bacchi, quem in Lucaniaco fundo dicarat, nomina dimetris intexuntur, *Arabica gens Adoneum*, von vt semper edi animaduerto, *ædoneum*, scribendum est. Constat enim ex Macrobio Liberum patrem esse solem, eundemque Adonin esse. Adonin porrò veteres Latini Adoneum appellare soliti sunt, quorum sermonis æmulus est plerunque Ausonius. Plautus, *Vbi aquila catamitum raperet, aut Venus Adoneum*. nemo autem ignorat Adonin ab Assyrijs & Phœnicibus pro numine adoratum sanctissimè esse, & vt existimo à vicinis Arabibus.

Auson. epig. 30.
Macrob. lib. 1. Satur. ca. 18. & 21.
Plaut. Menæch. sc. Ni mala ni stulta

It mare proruptum apud Maronem, primis ominibus, componet vesper, media testudine.

CAPVT XI.

MVLTI mirantur fluuium à Marone mare appellatum fuisse hoc versu,

Vnde per ora nouem vasto cum murmure montis
It mare proruptum.

Virg. 1. æneid.

hi mirari desinent cùm idem à Nicandro factum intellexerint, qui in theriacis scribit,

Τὴν ἀπὸ θρηΐκιυ νομέες ποταμοῖο φέρυσιν,
Ο῏ν πόντον καλέυσιν.

Nicand. in Theriac.

Eodem autem in Maronis libro quod scribitur,

—veniet lustris labentibus ætas,
Cùm domus Assaraci Phthian, clarásque Mycenas,
Seruitio premet, ac victis dominabitur Argis.

Virg. 1 æneid.

de Mummio Victore Achaiæ Seruius interpretatur, prærogatiuamque Grammaticorum primæ classis meruit: ego tamen potius de Paulo Æmilio intellexerim, à quo victa Macedonia, Thessalia patria Achillis, quæ Macedonum regno parebat, venit in ditionem Romanorum, & Græcia subactis Macedonibus sub imperium Romanum ferè videtur concessisse, etsi antè à Flaminio libertate donata: atque hac quidem in sententia videtur esse Propertius, quod ad patriam Achillis attinet, cùm ita scribat,

Seru. ibid.

Et Persen proaui simulantem pectus Achillis,
Quique tuas proauus fregit Achille domos.

Propert. lib. 4. eleg. 12.

quo etiam loco confirmatur nostra de illo Horatij loco sententia,

—cui super Carthaginem
Virtus sepulchrum condidit.

Horat. od. 9. Epod.

Ibi canente Propertio,

Propert lib. 4. eleg. 12. *Sub quorum titulis Africa tonsa iaces.* sed & in Marone,

Virg. 1. æneid. *Iulius à magno deductum nomen Iulo,*

de Augusto, quàm de Iulio Cæsare dictatore accipere malim, præsertim cùm sequatur,

Hunc tu olim cœlo spolijs orientis onustum *Accipies:*

Quod, si historiæ fidem habemus, Iulio non potest conuenire, Augusto potest. *Claudentur*, inquit, *belli portæ, furor impius intus*

Sæua sedens super arma, & centum vinctus ahenis

Post tergum nodis fremet horridus ore cruento.

his versibus Maro videtur adumbrasse bellum ab Apelle pictum, restrictis post tergum manibus, quam tabulam Augustus in suo foro dicauit: Plin. lib. 35. cap. 10. Plinius, *item belli imaginem restrictis à tergo manibus, Alexādro in curru triumphante, quas vtrasque tabulas diuus Augustus in fori sui partibus celeberrimis dicauerat.* *—vel qualis equos Threissa fatigat Harpalice*, Harpalyce puto scribendum, eam celeriter manu coacta patrem à Getis captum recepisse scribunt: fuit & Harpalyce, an hæc nescio, virgo, quæ Iphiclum ardentissimo amore cùm deperiret, spreta dolore animi confecta interijt, à qua & Virg. 1. æneid. canticum quoddam harpalyce dicebatur. *—primísque locarat* *Ominibus:* olim solebant in nuptijs omina captare, itaque prima omina, primas nuptias intelligit. Cic. 1. de diuinat. Cicero libro priore de diuinatione. *cùm vellet sororis suæ filiam in matrimonium collocare, exisse in quoddam sacellum ominis captandi* Virg. 1. æneid. *causa, quod fieri more veterum solebat.* *—sed summa sequar fastigia*, id est, summa sequar capita.

Virg. ibid. *Ante diem clauso componet vesper olympo,*

vt de die mortuo dicitur. Nam componi mortui dicuntur. Horatius,

Horat. lib. 1. sat. 9. *Omnes composui. felices: nunc ego resto.*

Virg. 1. æneid. *Aspice bis senos lætantes agmine cygnos.*

Odium inter aquilas & cygnos est intestinum: ita tamen vt cygni tantùm aquilas inuadentes repellant, non aggrediantur. Ælianus, καὶ μάχεσθαι τοὺς κύκνους τοῖς ἀετοῖς, ἀμύνασθαί γε μὴν αὐτούς, ἀλλ᾽ οὐκ ἄρχειν χειρῶν ἀδίκων. Aelian. lib. 1. var. hist. Est & alioqui cygnus felicissimum nautis augurium.

Virg. 1. æneid. *Crinibus Iliades passis, peplúmque ferebant,*

ex Homeri sumptum est libro ζ.

Virg. ibid. *Tum foribus diuæ media testudine templi:*

puto in medio templo fores fuisse, non tantùm in primo, & quodam septo disclusum diuæ sacrarium fuisse interioremque cellam, & iuxta eam in medio templo reginæ tribunal: in medio autem templo numinis erat simulachrum, cui templum erat dicatum,

Virg. 3. Georg. *In medio*, inquit Maro, *mihi Cæsar erit, templúmque tenebit.*

Apuleius,

Apuleius, *nanque in ipso ædis sacræ meditullio, ante deæ simulachrum constitu-* Apul. lib. 11.
tum tribunal ligneum iussus superstiti. eodem modo dixit Sedulius, de As. aureo. Sedul. lib. 3.

Dúmque sui residens media testúdine templi. cap. 44.

Non metus, officio ne te certare priorem Pœniteat, Virg. 1. æneid.

libentius legerim, quàm, *nec te certare*, vt dicat, haud equidem vereor, ne te pigeat, pœniteatque in nos officia aliqua contulisse.

Numeri, innumeri, Opicus magister, aretalogus, apalaria, sociorum garum. CAPVT XII.

In epitaphio comici Plauti, quod scribitur, Apud Gell. li. 1. cap. 24.

Et numeri innumeri simul omnes collachrymarunt,

si quis acrius attendat, vocem innumeri, aliud valere, quàm in consuetudine solet, reperiet: mihi quidem significare videtur orationem, quam prosam dicimus, Apuleius prorsam appellat. sententiam enim esse puto, Apuleius. illius poëtæ occasu & interitu, non tantùm numeros, id est versus, sed etiam innumeros, id est solutam orationem lachrymas profudisse. Id vt censeam facit Ausonius, in quo innumeros ita accipi reperisse videor in protreptico ad nepotem,

—tu flexu & acumine vocis

Innumeros, numeros doctis accentibus effer. Auson. Edyll. 5.

Dicit apud Plinium Cato, *nos quoque dictitant barbaros, & spurcius nos quàm alios Opicos appellatione fœdant*: quæ tandem in Opici verbo spurcities latet, quod dedignatur Cato? fuêre populi Italiæ Opici inhonesti & obscœni, vt in vitium nomen abierit. Itaque Eunum liguritorem Ausonius Opicum magistrum vocat. Aretalogus, non tam videtur à virtute dici, quæ ἀρετὴ vocatur, quàm ab ἀρετὸς, id est gratus & placens, qui narrationes & fabellas, acroamataque auribus auditorum grata loquitur. proinde & nugatores eo etiam nomine & garruli censentur, cùm vsuueniat persæpe vt scurræ illi nugentur & garriant. ἀρεταλόγον etiam legisse me ita recordor in Ausonio, vt hoc verbum ab Arete vxore Alcinoi deduci videatur, quæ explicationem illam longissimam errorum Vlyssis, quem Iuuenalis etiam aretalogum vocat, *Mouerat vt mendax aretalogus*, audierat, nisi de mendo suspectus sit Ausonij locus.

Plin. lib. 29. cap. 1.
Auson. epig. 126.
Iuuen. sat. 15.

Ῥωμαίων ὕπατος ἀρηταλόγων δὲ ποιητής, Auson. epist.

Sed fortasse emendandum, ῥωμαίων ὑπατός τ᾽ ἀρεταλόγος ἠδὲ ποιητής. Sed 19. quoniam in mentionem Ausonij incidimus, quænam sunt apud eum apalaria hoc versu,

Maiorum mensis, apalaria succus inundet.

Ego epularia lubentissimè legerim, & vasa escaria intellexerim, quæ solebat Auson. epist. 7.

lebat inundare garum: de garo enim loquitur quem & liquorem sociorum ait appellari eo in loco, vt & Plinius lib. 31. *nunc è scombro pisce laudatissimum in Carthaginis spartariæ cetarijs: sociorum id appellatur*. Hermolaus apuarum emendat, quòd ex eo pisciculo garum fieret: sed cùm è garo oua parari condiriq́ue soleant: & oua hapala in Apicio legamus, quid si hapalaria, vasa intelligamus, in quibus liquamine oua cōdiuntur? sic enim scribit, *In ouis hapalis piper, ligusticum, nucleos infundes: suffundes mel, ac acetum: liquamine temperabis*. Igitur hapalaria in sua sede securum manere iubeo. *Vitium huic est*, inquit Plinius, *alex imperfecta nec colata fex*. Id clarius explicat auctor quicunque tandem ille est γεωπονικῶν his verbis: cùm enim intestina piscium, & omne genus pisciculorū saliri dixisset, diutiusq́ue ad tabem insolari, scribit, κόφινος μακρὸς καὶ πυκνὸς ἐντίθεται εἰς τὸ μεστὸν ἀγγεῖον τῶν προειρημένων ὀψαρίων, καὶ εἰσρεῖ τὸ γάρος εἰς τὸν κόφινον, καὶ οὕτως διὰ τοῦ κοφίνου διηθηθὲν, ἀναιροῦνται τὸ καλούμενον λικουμέν· τὸ δὲ λοιπὸν πάτημα γίνεται ἅλιξ.

Ita ex his verbis garum & liquamen idem esse intelligimus, reliquam fecem alex. Quod autem Cicero 2. Antoniana scribit, *Quid erat in terris, vbi in tuo pedem poneres, præter vnum Misenum, quod cum socijs, tanquam Sisaponem tenebas?* ad garum minimè referendum est, sed ad miniaria metalla Sisaponensium, quæ societates publicanorum exercebant: dicit enim Antonium non vnum possessorem Miseni fuisse, sed possesionis socios habuisse multos. Quod dixi de Sisaponensibus miniarijs Plinij est, qui ita scribit, *celeberrimum in Sisaponēsi regione in Bætica*, deinde subijcit, *sed adulteratur multis modis, vnde præda societati*.

Plin. lib. 31. cap. 8. Hermol. ibid. Apicius lib. 7. cap. 17. Plin. lib. 31. cap. 8. Auctor γεωπονικῶν lib. 20. Cic. 2. Philip. Plin. li. 33. c. 7. Plin. ibid.

Explicatur, Nec fonte labra prolui caballino.

CAPVT XIII.

Pers. in Procemio.

VERSVS illi, quos suis satyris procemij loco Persius prætexuit, verbosissimis & diffusissimis explicati commentarijs, non satis tamen mihi enucleati videntur. plerique enim putant Persium obscurè innuere sese paupertate ad poëma condendum adactum esse: ego contra non putem eum in tam tenui re natum fuisse, vt ad emendicandam annonam placandamq́ue ventris famem, ei carmen scribere fuerit necesse. Excusare igitur mihi potius videtur, cur non poëma aliquod heroïcum & graue de rebus heroum gestis pangat, sed satyram ludat, quæ in poëmatis huiusmodi, ac ne poëmatis quidem propemodū numeranda esse videatur. Nam se poëtam esse negat, sed semipaganum dicit: non enim se bibisse aquam Aganippes, nec in Parnasso dormijsse, vt repentino afflatu correptus vates subitò prodiret, quo se pacto extitisse poëtas, quidam mentiti sunt: seque prędicat musas relinquere & cedere illis poëtis, qui digni imaginibus habiti

biti ſunt hedera coronatis, quiq́ue ſuorum principio operum earum ſimulant inſtinctum & furorem, vt qui ſic exorditur,

Fraternas acies, alternáque regna profanis Stat.lib.1. Thebaid.
Decertata odijs, ſontéſque euoluere Thebas
Pierius menti calor incidit: vnde iubetis
Ire deæ?

Satyram ſe ſcribere profitetur, quæ nihil eget aduocatione Muſarum, nec Apollinem è Parnaſſo ſollicitat: & tamen ait idem Perſius quodam ſatyrico morſu poëtas perſtringens, ipſi illi poëtę, qui Apollinis furorem tam bellè ſimulant, non tam eo correpti ſunt, quàm rerum neceſſariarum inopia ad carmen condendum coacti. Atque eis carmen expediuit famelicus venter, vt pſittaco ſermonem humanum extudit: ac mediusfidius venter eis non Apollo magiſter artis fuit, eosq́ue numeros funditare docuit. Itaque ſi vſu veniret, vt poëtis, inquit, non modica annona tantùm ad victum daretur, ſed liberale aliquod pecuniæ honorarium proponeretur, poëtas coruos & poëtrias picas videremus cantus Pierios fundere. Sanè quod Politianus ſcribit pro melos ſe reperiſſe nectar, ego quoque ſupra Politian.li.12. epiſt. vellem Ludouice. ſcriptum reperi, ſed ita tamen vt qui ſupra ſcripſerat, de ſuo id feciſſe videretur offenſus titubante verſu: & vt verum fateamur titubat, quantumuis proferamus illud Homericum,

—αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσι. Homer.Iliad. 1.

ſed & illud Maronis, *Limináque laurúſque dei*, quantumuis immutabiles apud Homerum vim producendæ ſyllabæ habeant. hæc enim non Virg.3.æneid. faciunt, vt putem apud ſolum Perſium melos produci: ſed nec illud nectar mihi ſatis probatur. nam ἄχυρον videtur, cantare nectar æquè, ac cantare ambroſiam. quod ſi immutare ordinem verborum liceret (quod profectò ſine poëtæ incommodo ſaluiſque omnibus verbis facile eſt) legerem *Cantare Pegaſëium melos credas.* Sed de ſyllaba, id eſt penè de nihilo rixari Perſ.in Proœmio. minimè velim, & malim laboret verſus quàm ſenſus.

In rate vehi, multa aduerſa reuertens, natura vitis ſuſtinetur, apud Ciceronem. CAPVT XIIII.

CORRIGVNTVR antiquæ editiones ab eruditis hominibus, quæ tamen interdum nihil emendationis indigent, velut in 1. Tuſcul. cùm olim legeretur, *itaque dubitans, circunſpectans, hæſitans, multa aduerſa reuertens,* Cic.1.Tuſc. *tanquam in rate in mari immēſo noſtra vehitur oratio*, de qua oratione, vt exiſtimo, nemo conqueri poteſt, quin perbellè quod vult eloquatur & exprimat, corrigunt tamen contra auctoritatem veterum librorum publi-

corum

corum & capſariorum, *tanquam ratis*: ſed cùm in rate nauigare in vaſto mari ſit periculoſum nec tutum, quid habent, quod in antiqua ſcriptura Plat. in Phæd. culpare poſſint? quid quòd hoc è Platone ſumptum eſt? in quo ἐπὶ σχεδίας, quod eſt in rate ſcribitur: ita ad exemplar, vnde tranſcripta eſt, iſta oratio exacta, aſſeritur & vindicatur à cenſorum nota. Platonis verba ſunt in Phædone, ἐπὶ τούτου ὥσπερ ἐπὶ σχεδίας κινδυνεύοντα διαπλεῦσαι τὸν βίον. *multa autem aduerſa reuertens*, rationem quandam loquēdi priſcam & poëticam olet. demonſtratur autem æſtus hac loquutione eorum, qui eo ſæpius vnde degreſſi ſunt, redeunt ſua per veſtigia, quòd eos cœpti itineris aut viæ pœniteat. Itaque retro aduerſique reuertuntur. Multa igitur intelligo, vt & in Enniano apud Ciceronem verſu,

Cic. 1. de Diuinat. *Quanquam multa manus ad cœli cærula templa*
Tendebam lachrymans.

Loquitur enim Veſtalis, quæ ſæpe ſe dicit tetendiſſe manus ad cœlum. Quare multa aduerſa reuertitur oratio, quæ retro redit ſæpe, & aduerſum ſe fertur, pedemque in contrarium refert, contraque id quod affirmauit, ſequutaque eſt, pronuntiat atque aduerſum tendit, & mutat ſententiam in Cic. 1. Tuſc. diuerſum. Eadem quæſtione, *per ipſum animum*, inquit, *ſi nihil eſſet in eo niſi vt per eum viueremus, tam natura putarem hominis vitam ſuſtentari, quàm vitis & arboris*: vbi per animum ipſum iurantis & ſanctè affirmantis eſſe credo, vt ſi diceret, Iuro eum ipſum animum, de quo nunc diſſerimus. Stoicorum autem doctrinam ſequutus natura ſuſtineri arbores dixit. Nam eis animam non tribuebant Stoici, & medici eorum verba ſequuti, partem eam animalium, qua nutriuntur in iecore collocata, ſed & toto animante Cic. ibid. diffuſa, naturalem appellare ſolent. Scribitur eadem diſputatione, *Is autem animus, qui ſi eſt horum quatuor generum, ex inflammata anima conſtat*: cuius orationis hanc eſſe explanationem exiſtimo, ſi animus eſt ex elementis compoſitus, non è terra humoreque conſtat. Hæc enim elementa nimium craſſa, nimiumque concreta ſunt & ponderoſa, cùm animi mirifica ſit ſubtilitas atque leuitas: quo fit, vt ſi ex elementis coagmentatus eſt, ex ardore & anima conſtitutus ſit, id eſt ex igne & aëre, quæ & leuia ſunt & tenuiſſima. Infra quoque Cicero iſta de cauſa animum dicit iunctum ex anima tenui & ardore ſolis temperato ignibus inſiſtere, neque ſe altius efferre, compoſitum illum intelligens ex aëre & igne.

Arcere, columbar, eſcit, adorat, perorat, permanare.

CAPVT. XV.

In Feſto (nam ex eo hæc fiſcella texetur) nouam quandam verbi arcere notionem inueni. Nam ſignificat repetere & arceſſere, quaſi arciere

id est adciere: *sagmina*, inquit, *vocantur verbenæ id est herbæ puræ, quia ex loco sancto arcebantur*, id est vt interpretor, petebantur. & alio loco, *nouercà dicitur, quam quis sublatis liberis nouam vxorem ducit, arcendæ familiæ gratia*: vbi tamen videtur interpretari coërcere Festus: ab illo autem arceo arcesso deduci existimo. Festus inquit, *columbaria in naue appellantur ea, quibus remigent*: ego, *quibus remi eminent*: sic enim foramina, per quæ traijciuntur remi, nominantur: vetus est scriptura, *rem geminent*: vnde natus error, i, litera diuulsa, & cum vocali e, coniuncta, g, sonum reddente.

Non ego, inquit Plautus, *te noui naualis scriba in columbari impudens?* de vinculo colli accipi posset: sed & naualis scriba dici amare posset is, qui aliquando socius naualis & nauta fuisset, & insolesceret postea, quòd scriba esset factus: interpretatur tamen Festus de columbari nauis, id est foramine, quia traijcitur remus in triremi: foramen autem illud ascoma operiebatur muniebaturque. Suidas, ἀσκώματα τὰ ἐν ταῖς κώπαις σκεπαστήρια ἐκ δέρματος, οἷς χρῶνται ἐν ταῖς τριήρεσι, καθ' ὃ τρῆμα ἡ κώπη ἐμβάλλεται. Melius ergo sit vt socij nauales, qui in classe militabant, infimi erant ordinis: sic nauales scribas infimos & contemptissimos sui ordinis intelligere. legendum autem ferè censuerim *Columbar impudens*. Legis autem 12. tabularum particulam è vestigijs antiquis, sic legendam puto, *ast ei custos nec escit*, escit enim pro erit veteres dicebant, & superescit pro superesit in Ennio obseruat Festus hoc versu,

Dum quidem & vnus homo Romæ totæ superescit.

& in Lucretio escit etiam repetitur, vt *Ergo inter rerum summam minimamque quid escit?* Antonius autem Augustinus rectissimè & ingeniosissimè vidit in ea lege 12. tabul. *si adorat furto quod nec manifestum erit*, adorare esse agere: sed & perorare pro agere etiam videntur vsurpasse decemuirales tabulæ, *cùm perorant ambo præsentes*, id est cùm ambo præsentes agunt, petunt, postulant. Nam & oro tecum precibus, ea de causa dicere solebant pro ago tecum precibus: Ennius,

Tu face verò quod tecum precibus pater orat.

sic & oro tecum, non infrequenter Plautus dicit. duonum in verbis Marcij vatis apud Festum in negumate, est bonum, vt duellũ bellum. Ita duonum negumate, est bonum negate: versus autem Ennianos de venatico cane perquam elegantes sic legendos arbitror, *Veluti quando vinclis venatica velox Apta silet canis, fortè feram si ex nare sagaci Sensit, voce sua nictit vlulatque ibi acutè*. nundinalem coquum videtur Festus apud Plautum, quantum è ruderibus, & tanquam parietinis eius conijci potest, velut nouendialem interpretari, qui nono demum die coqueret, vt & à Plauto iocante dicitur seque explicante. Permanare apud Lucretium peruenire significat

Fest. Pōp. li. 17.
Fest. lib. 12.
Fest. ibid.
Plaut. apud Fest. ibid.
Suidas.
Apud Fest. lib. 12.
Apud Fest. li. 17.
Lucret. lib. 1.
Apud Fest. li. 12.
Apud Gel. lib. 17. cap. 2.
Apud Fest. li. 13.
Fest. lib. 12.
Apud Fest. ibid.
Apud Fest. ibid.
Plaut. Aulul. Sc. Postquam obsonauit.

gnificat eodem interprete,

Lucret. lib. 1. *Quo neque permanent animæ,neque corpora nostra.*

Fest.lib.11. Nam antiquis,manare venire interdum erat: id è Festo apparet scribente *manalem lapidem ostium orci esse putatum, per quod animæ inferorum ad superos manarent*, id est vt opinor, venirent: sed & manare eis erat adducere, Fest.ibid. allicere,attrahere, vt cùm Festus manalem lapidem ait ex eo vocatum, quod propter nimiam siccitatem in vrbem protractus aquas manaret. In Fest.ibid. voce marspedis quod legitur, *Imprecaticie solita vallium*,emendandum puto,*in precatione solitaurilium*, & Saturnalium vidi qui putaret: sed alterum illud approbo,istud non perinde amplector.

Carmadas,maior vis, Hectorem secunda longa,apud Ciceronem.

CAPVT XVI.

Cic.1.Tusc. PRIMA Tuscul. in commemoranda memoriæ præstantia nominatur Carneades publicè in omnibus libris, sed antiquæ tabulæ Carmadas ha- Plin.lib.7. ca. 24. bent, qui & à Plinio traditur tam felici memoria fuisse, vt libros bibliothecarum propè legentis modo,quos quis requireret, repræsentaret: nimirum philosophi Carneadis nomen clarissimum offecit Carmadæ luminibus,& eius famam obscurauit, & laudem in se transmouit. Igitur in Cicerone sic legendum censeo, vt Carmadam rursus, vt poëtæ loquun- Cic.1. Tuscul. tur,in dias luminis oras rediuiuum excitemus,*quanta nuper Carmadas*.Malè etiam in Plinio Carmidas scribitur. maior vis in eadem quæstione, est impulsus & instinctus Dei,& maior quædam quàm hominum vis & po- Cic.ibid. testas, *aut*, inquit, *eloquentiam sine maiore quadam vi fluere abundantem sonantibus verbis vberibúsque sententijs*. Est & vis maior,horridior quędam & vehementior interdum tẽpestas. paruum quidem dictu, sed admonẽdum tamen ibi legẽdum, *sed reminiscendo recognoscere*, non vt excuditur cognoscere: *& caliginem depulit*,non vt hodie, dispulit. illud autem obscurum, *cumque nihil esset, vt omnibus locis à Platone disseritur*: circunductio autem longa est, sed non tam ambage sua difficilis, quàm tribus primis statim verbis implicata: cuius hunc esse sensum aliquando suspicatus sum: animus si mortalis esset,si nasceretur & moreretur,si mutationi & vicissitudini obnoxius esset; profectò nihil esset: nam ea non putat esse Plato, quæ mutantur,sed quæ semper eodẽ statu,& vniusmodi sunt: ipse autem cùm eodem statu non esset, tam multa cognoscere non posset. Sed Ciceronẽ puto dicere,scientiam esse eorũ, quæ sunt: ea autẽ demum Platoni sunt, quæ sempiterna sunt: animus autẽ in rerum scientia & cognitione viget: sed hic nihil est: omnia enim hic mutabilia,fluxa,& caduca labuntur. hîc igitur non potuit rerum scientiam notiõnesque comprehendere & per-

cipere,ſed comprehenſas & cognitas huc attulit.hoc autem,quod neſcio quibus inſitiuis impeditum eſt particulis,*ſi & id*: ita legendum puto, *nos* Cic.1.Tuſc. *qui ſumus,num aut cornibus caremus,aut pennis,ſit qui dixerit?* Hoc etiam ſic Cic.ibid. ſcriptum reperi, *niſi cùm ſic tanquam in febri, qua carere iucundum eſt, dicitur,alia quadam notione verbi*:editiones hîc minus copioſæ ſunt,cùm ab eis abſint hæc verba,*qua carere iucundum eſt. Hectorem*, autem, *curru quadrijugo raptarier*, antiquorum more dictum eſt,qui media longa, vt in vocibus Latinis,Hectorem & Neſtorem pronunciabāt:Fabius, *inde Caſtorem media ſyllaba producta pronuntiarunt.* hoc eo moneo, quia video hoc mutari à Quint.lib.1. cap.5 quibuſdam,ſcribique *curru Hectorem*,vitij metu.At cùm ait,*nos verò ſi quid* Cic.1.Tuſc. *tale acciderit,vt à Deo denuntiatum videatur,vt exeamus vita*, interpretatur & ſentit illis à Deo denuntiari,quibus neceſſitas moriendi affertur,vt qui ſine dedecore, aut turpitudine, aut ſalua libertate & exiſtimatione vitam conſeruare nequeunt,quos vim ſibi putat afferre debere.

Cauum ædium,impluuium,compluuium,deliciæ.

CAPVT XVII.

Sic in cauis ædium à Vitruuio ſcribitur, *Tuſcanica ſunt,in quibus trabes* Vitru.lib.6. *in atrij latitudine traiectæ habent interpenſiua & collicias ab angulis parietum* cap.3. *ad angulos tignorum intercurrentes.*ferè quæ de architectura ſcribūtur, quòd oculos aduocatos deſiderent,nec auditione ſatis intelligantur,verborum habent obſcurum explicatum, & exemplaria deſiderant, quæ traduntur oculis ſubijcientia: ſed hoc maximè loco. verùm exiſtimo hoc cauum ædium tectum habere vnam tantum in partem faſtigatum & deuexum,vt à diſpluuiato differat: eius autem ita trabes à pariete ad parietem traijciuntur, vt vltra excurrant, & interpenſiuis excurrentes extra parietem earum partes onerentur tectum ſuſtinentibus deuexum & incumbens, quod & extra interpenſiua euehitur: nec ſatis, aſſeres etiam extremo tecto adijciūtur,vt longius pluuia in medium cōpluuium deijciatur. cauum porrò illud ædium impluuium habet intus quadratum.ex quo efficitur ipſum angulos habere.In angulis igitur tecti cauædij colliquiæ collocantur aquam pluuiam etiam deijcientes, pergūtque ab angulis parietum ad angulos vſque tignorum interpenſiuorum,quæ extra parietem, tanquam quædam ſuggrundia efficiunt: interpenſiuaque appellantur, quòd inter trabes,vt exiſtimo,& inter tectum iacentia pendent, cùm pariete non ſuſtineantur,nec ei inuehātur,ſed capitibus trabium.Extra parietem autem efferri trabes apparet è Corinthio cauędio,in quo capita earum ſuſtinentur columnis,trabibus tamen, & compluuijs eodem modo collocatis, vt in Tuſcanico, quemadmodum Vitruuius ſcribit. At verò diſpluuiatum

cauum ædium, tectum habet vtranque in partem deuexum, vnde & nomen est adeptum, quòd tanquam diuortio quodam diuersè pluuiam huc & illuc diuidat. Cæterùm quamuis à Varrone scribatur, quod & verissimum est, *si relictum erat in medio vt lucem caperet, deorsum quò impluebat, impluuium dictum: sursum qua compluebat, compluuium*, quibus è verbis superiorem partem compluuium esse discimus, inferiorem impluuium: tamen in Vitruuio etiam compluuium est ea pars tecti in cauædio, quæ pluuiam deijcit, vt, *cum ijsdem rationibus trabes & compluuia collocantur*. Id enim dicit de excurrente parte tecti, & asseribus longius proiectis. Iterum, *quòd compluuia eorum recta non obstant luminibus tricliniorum*: compluuia vocat hîc extra parietem non exeuntia, ideoque luminibus non officientia: vt Varro loquutus est Vitruuius cùm scripsit, *Item asseribus in medium compluuium deiectus*. At verò cùm ait, delicias arcam sustinere, intelligit tectum vtranque in partem decliue & deuexum, cuius tigna delicias appellat, à deliquanda aqua, vel deorsum elicienda propter deuexitatem, vt & colliciæ vocantur tegulæ cauæ aquam (vt earum origo intelligatur) collicientes more canalium & colligentes demittentesque. Non me fallit ab eruditissimis viris interpensiua aliter, quàm interpretatus sum explicari: sed mihi (opinor) fraudi non erit, somnium meum (ita enim appello) retulisse. Itaque si cui non probabitur quod narro, non dormitasse, sed planè dormijsse me putet.

Var. de ling. Lat. lib. 4.

Vitru. lib. 6. cap. 3.

Vitru. ibid.

Stringere oleam, strictores, leguli, oleam facere, vasarium, præconium, vinacei illuti, vinum fæcatum, oleum viride & vulgare.

CAPVT XVIII.

NON est ludicræ operæ pleraque in libro Catonis de re rustica interpretari. ego igitur pro mea virili in eo libro aliqua explanare conabor. O*leam*, inquit, *ne stringito*. stringitur olea quæ manu legitur, vt cùm digitabulis pressa decerpitur, itaque læditur, aut ex arbore nuda manu detrahitur. Varro de re rustica, *Quæ manu stricta, melior ea quæ digitis nudis legitur, quàm illa quæ cum digitabulis*: leguli autem manu legunt caducam & verberando decussam: strictores digitabulis & manu decerpunt ex arbore, vnde Cato legulos à strictoribus distinguit. *Legulos*, inquit, *quot opus erunt præbeto, & strictores*. quod autem nimio orationis compendio dicit, *si non erunt*, subaudi in eo, redditæ scalæ. vnde sequitur, *reddet æquas*. Iam pro resoluito, est multis illic in locis legendum rem soluito, vt è Plauto apparet, Plautus Curculione,

Cat. de re rust. cap. 144.

Var. de re rust. li. 1. c. 55.

Cat. cap. 144.

Plaut. Curcul. Sc. Non ego.

Tibi res soluta est rectè, bellator vale. Iterum,

Plaut. Curcul. Sc. Beatus videor.

Pugnis rem soluant, si quis poscat durius.

Itaque

Itaque in Afinaria legendum puto, Plaut. Asin. Sc. Quid hoc fit.

Ecquis pro vectura oliui rem foluit? Li. foluit.

cùm pręberi vult legulos quot opus erunt & ftrictores, id de redemptore intelligit, qui redemit oleam colligendam. *oleam puram metietur modio* Cat.cap.144. *oleario.* puram, non fordidam, non inquinatam, fine termite & fronde. ita autem locum arbitror diftinguendum, fecus quàm in editionibus. quas autem dicit acceffiones, nequicquam aliud funt, quàm quæ legulis præ- Cat.ibid. ter precium accedunt, vt quinque modij oleæ falfæ, ad vefcendum, pondo nouem olei puri, fine vlla amurca: pręterea feftertij quinque. Itaque fi falfam non acceperint oleam, in modios fingulos dabuntur feftertij fupra fcripti, id eft quinq;. fic enim explicandę funt illæ in Catone notę. Oleam Cat.cap.145. porrò facere, eft ex ea oleum facere: fic lanam facere, eft lanam operi impendere, & ex ea aliquid facere: fic aurifex dicitur qui aurum facit, id eft qui ex auro opus facit. fex iuga vafa, vafa funt torcula, in quibus olea premitur. nam in torculari vno plura erant fora, vbi torquebatur vel oleitas vel vindemia, vt in trapetis frangitur. quia autem plus erat laboris in faciendo oleo viridi, quàm vulgari & maturo, cùm ex acerba premeretur olea, accedit vafarium, quod eft quoddam factorum pręmium & merces, nomine ducto à vafis torculis, quibus premitur oleum. Victoriatos autem vafarij nomine eis tribuit duos: fic præconium fequēti capite merces eft præconis, *præconium*, inquit, *præfens feftertij quinquaginta* At verò vinaceos Cat.cap.146. illutos vocat, è quibus nō eft facta lora. lora enim fit vinaceis aqua perfu- Cat.cap.147. fis, quod eft lotis. Fæcem porrò relinqui imperat, vt ex ea vinū fiat fæcatum. Nam cùm è dolijs non multò poft vindemiam in alia vafa transferebatur vinum, refidebat in doliorum fundo fex, qua in fifcinas fæcarias coniecta torquendo vinum fæcatum exprimebatur, aut fine prelo fponte fluebat. Oleum Romanicū Cato vocat oleum vulgare, quod è caduca fit Cat.cap.146. olea & matura: viride quod è ftrictiua & immatura. In pabulo hiberno Cat.cap.149. vendendo, id eft in vendenda hiberna prati herba, ait Cato, *qua fini ven-* Cat.ibid. *das dicito*, quod eft, quoufque, ad quod vfque tēpus, ad Februariúmne vfque an Martium. Mox inquit, *pabulum frui occipito ex Calendis Septembribus*, fcilicet qui emit hibernum pabulum, collecto iam fœno poft calend. Septembres, frui incipiat. *prato ficco decedat vbi prius florere cœperit*, id eft vbi arbores incipient florere vere primo, quia tum arboribus vernantibus conatus naturæ herbam parturiunt. non defunt qui *vbi pirus* legant, neque id inuita Minerua. *fuper*, autem, *inferque vicinus*, eft fuperior & inferior. in emptionis autem lege recipitur, vt liceat domino binos domitos boues & vnum canterium pafcere ibi cum pecore emptoris pabuli hiberni: adijcitur in lege, vt fi quid controuerfiæ fit, iudicium fiat Ro- Cat.ibid.

mæ,non in municipio,nec in præfectura. Nam ciuis Romanus mauult in ſuo litigare foro,quàm in alieno & municipali.

Aluus ſuperior,in ſereno,arteriæ,lienes,pulmones,vncta braßica, ſal Romanenſis. CAPVT XIX.

EST vt longa iam maturitate vietorum fructuum, ac conditaneorum ipſa temporis diuturnitate rugoſorum iucundiſſimus ſuccus: ita vetuſtiſſimorum ſcriptorum ſuauiſſimus guſtus, habetq́;, vt vinum vetus gratam palato ſaliuam,ſic antiquitas ſaporem quendam intelligentibus ſuauem. Itaque inter legendum Catonem, libuit quædam annotare, quæ non arbitror inſuauia fore his, quorum non eſt Abderitanum pectus, aut auris Bataua,aut fatuum palatum.In eo igitur obſeruaui ſuperiorem aluum eſſe ventriculum,cùm ita ſcribit: *Aluum ſi voles deijcere ſuperiorem.*Idem exugere pro ſuccum exprimere vſurpat, quod verbum alijs ſcriptoribus hac in re non perinde vſitatum tritumq́ue eſt, quo tamen in loco non deſunt, qui exurgeto ſcribāt Quid quod apud eum in ſereno valet ſub dio? quod genus dicendi lingua frequentat gallica: ſed teſtato agendum,verbisq́ue non,vt Iuriſconſulti loquuntur,præſcriptis,ſed ſubſcriptis. *Poſtea*, inquit, *ponito pocillum in ſereno noctu*,id eſt, niſi me fallit augurium animi, ſub dio. Idem laborantes dyſuria dicit,quibus ægrè lotium it: & ſtranguriam pereleganter ſubſtillum appellat,quod ſtillatim cadat vrina in eo genere valetudinis. *nunc de illis*, inquit, *quibus ægrè lotium it, quibúſque ſubſtillum eſt.* ſolent & Latini quædam efferre interdum non inſcito ruſticoq́ue ſermone numero multitudinis, quæ frequentius ſingularia ſunt, vt arterias pro arteria aſpera dicunt,lienes pro liene,pulmones pro pulmone. Cato, *& ſi lienes turgent, & ſi cor dolet, & ſi iecur,aut pulmones.* Tranquillus in Nerone, *niſi aſtante Phonaſco, qui moneret, parceret arterijs.* Cornificius ad Herennium, *ictus enim fit, & vulnerantur arteriæ acuta atque attenuata nimis acclamatione.* vncta braſſica ab eo dicitur oleo cōdita,cùm ſcribit, *verùm aſſam braßicam & vnctam caldam,ſalis paulum,dato homini ieiuno*: & Perſius, *vnge puer caules*,ſed & vnctum obſonium eſt conditū,vt, *cœnare ſine vncto*, id eſt obſonio condimentis perfuſo, & , *Si verò eſt vnctum rectè qui ponere poſſit*: opinor,quòd pinguia ferè condimenta ſunt. Iam idem articulos experiri,pro articulos mouere,& his vti,eleganter poſuit: *ſi vteris,omnes articulos poteris experiri*: dicit enim morbum articularium, vſu braſſicæ purgari & perſanari, quod tum denique fit,cùm membris noſtris vti poſſumus. nec tantùm è re fuerit in eo quædam explicare, emendare etiam interfuerit ſententiæ. ergo in excantando luxu,vbi legitur, *incipe cantare in alio S.F.*ſcribo, *incipe cantare L.Manlio Sexti filio.* infra quoque, *cantato L. Manlio*

Cato de re ruſt. cap. 156.
Cato ibid.
Cato cap. 157.
Suet. in Nerone cap. 25.
Cornific ad Heren. lib. 3.
Cato cap. 157.
Perſ. ſat. 6.
Horat. de art. poëtic.
Cato cap. 157.
Cat. cap. 160.

Manlio Sexti filio.id enim ſignificant notæ illæ duæ. M.autem Cato ſæpe antè in exemplis poſuit nomen Manlij,quo adductus ſum, vt audacius ita corrigerem. ſed & pro, *diſſunapiter vſque dum coeant*, legendum, vel, *dic vna pariter*,vel potius,*dic vna partes vſque dum coeant*. [Cat.ibid.] Quod autem addit, *ferrum inſuper iactato*, ridiculum eſt: ſed minaciter tamen fit ad territandum calamum: quaſi verò minas ſentiat res ſurda. Sal autem Romanenſis,eſt in Catone,qui è ſalinis quas Romani,vt apud Liuium eſt, iuxta Hoſtiam habebant, Romam afferebatur, Romaque in alia loca exportabatur. [Cat.cap.162.] [Liuius lib. 1. ab vrb. cond.] *Salis*,inquit,*Romanenſis moliti in ſingulas ſemodius*.

Quædam emendata in Plinio,camillus,pneumatica organa,camela.

CAPVT XX.

VT inter nitentia culta ſæpenumero infelix l olium dominatur & ſteriles auenæ: ſic & in cultiſſimis ſcriptorum noualibus ſerpunt velut herbæ quædam nocentes, verba aliena, ſenſum corrumpentia. Plinius in lino enarrando ſcribit, *Similiter in Italia ratione alia inter Padum Ticinumque amnes*. [Plin.lib.19. cap.1.] ego illud *ratione alia* tollendum cenſeo, elidendumque eius omnes fibras: in eiusque locum pangendum *regione Aliana*. Nam Aliano lino tertiam palmam tribuit,ſecundā Retouino, quod in vicino Alianis linis naſcebatur.Ita quæ ſubſcribit Plinius,emendationem approbant meam,atteſtante & codice ſcripto,in quo *regione aliena* ſcribitur. Eodem in libro,vbi de ſparto diſſeritur,ſic ſcribitur, *vulſum faſcibus in aceruo adunatum biduo, triduo reſolutum ſpargitur in ſole*. [Plin.lib. 19. cap.4.] Ego illud *adunatum* Plinianū verbum haudquaquam crediderim eſſe, etſi eo Iuſtinus vtitur: in veteribus libris *vmmatum* ſcribitur: ſed ſi c præſcribatur, & è poſteriore m, v & l fiat, cumulatum prodibit: qui autem libros manu ſcriptos verſant, quàm ſæpe iſtæ commutationes à librarijs ſcribis committantur, intelligunt. Iam fungos quoſdam pezicas in eodem libro legimus adulterina voce: pezitas enim exiſtimo vocandos eſſe. [Plin.li.19.c.3.] Illud verò, *ſi minus è puteo pertica organiſue neumaticis, vel tollenonum hauſtu rigandos*, mendoſum ſonat: [Plin.lib.19. cap. 4.] ſcribo, *ſi minus è puteo rota organiſue pneumaticis*: pneumatica enim organa quadam machinatione & molitione conſtructa aquam ſurſum eructant, cuiuſmodi & apud Vitruuium & Heronem viſuntur. Quod autem in eo ſcribūt in cucumerum generibus ſcytalicum,equidē auctoritatem Theophraſti,ex quo exſcribit pleraq; Plinius,ſequutus,ſcytaliam malim. [Plin li 19.c. 5.] [Theoph.li. 7. hiſt.plant.c.4.] Inquit Plinius,*cùm priores eam minimè ob religionem commanducarent*: his diſcrepat quod in puluerulētis librorū conditorijs reperi,quę pro ſanctuarijs multi habent:*cùm priores cameli religionum die omni mādu carent*. [Plin lib.19. cap.8.] Camillos autem ſcimus equidem fuiſſe ſacerdotum miniſtros,quibus lactucę eſus fortaſſe

præſcribebatur: ſed & apud Ouidium in Faſtis, camela quoddam vas eſt, quo in quibuſdam ſacris ſolebant vti,

Ouid. 4. Faſt.

Dum licet appoſita, veluti cratere Camela,
Lac mundum potes purpureamq́ue ſapam.

Vnctus cruore non expiato, nullus argento color eſt, oculus irretortus, decipi, ceſpes fortuitus in Flacco.

CAPVT XXI.

Horat. lib. 2. od. 1. Horat. ibid. Suet. in Iulio cap. 30. Virg. eclog. 3. Horat. lib. 2. od. 1. Horat. lib. 1. ſat. 10.

ASINIVS Pollio hiſtorias de bello ciuili ſcripſit, vt & ex Horatio facile coniectu eſt ſcribente, *Motum ex Metello conſule ciuicum*: Et rurſum, *—mox vt publicas Res ordinaris*, id eſt vbi bellorũ ciuilium hiſtoriã pertexueris: & è Trãquillo, qui ita ſcribit, *Quod probabilius facit Aſinius Pollio, Pharſalica acie cæſos profligatóſque aduerſarios proſpicientem hæc eum ad verbum dixiſſe referens.* Idem Pollio poëta erat: Maro, *Pollio & ipſe facit noua carmina*: & tragœdias ſcribebat, Flaccus, *Paulum ſeueræ muſa tragœdiæ Deſit theatris.* vult enim aliquandiu ab eo tragœdiarum confectionem omitti, & bella fideliter referri ciuilia. Iterum Flaccus, *—Pollio regum Facta canit pede ter percuſſo*: quòd Iambicis ſenarijs tres habentibus menſiones, regum calamitates tragicè caneret. hæc eò ſcribo, quò totus ille locus libri 2. Horatij illuſtretur. Illud autem,

Horat. lib. 2. od. 1.

Nondum expiatis vncta cruoribus,

è priſca conſuetudine ductum, qua qui cędem perpetrarant, non antè eius cruorem eluebant, quàm ab aliquo expiati eſſent. Itaque & manibus non puris inde dicebantur: Herodotus, ἀπικνέεται εἰς τὰς σάρδις ἀνὴρ συμφορῇ ἐχόμενος, καὶ οὐ καθαρὸς χεῖρας ἐών. Et Oreſtes apud Æſchylum, manibus ſanguine manantibus Pythiam territat. Sed enim color in eo,

Herodot. li. 1. Aeſchylus Eumenid.

Horat. lib. 2. od. 2.

Nullus argento color eſt auaris
Abdito terris, inimice lamnæ
Criſpe Salluſti, niſi temperato
Splendeat vſu:

Horat. lib. 1. ſat. 1.

videtur eſſe quædam ſpecies & pulchritudo, vt, *—quid habet pulchri conſtructus aceruus?* vel potius ſpecioſa quædam cauſa & prętextus. quid enim cauſæ afferre, quid prętexere poſſunt qui ſuam pecuniam humi defodiũt? Inimicum autem Salluſtium dicit pecuniæ illi, quæ non temperato ſplendet vſu. Nam hoc extremum, ad ſenſum eſt accõmodatius ad Salluſtium referri, quàm ad argentum. Non enim erat inimicus ſimpliciter laminæ: ſed ei demum, quæ vſui non ſeruiret. ait Flaccus,

Horat. lib. 2. ſat. 2.

Redditum Cyri ſolio Phraatem.

Phraates

Phraates ſæuiſſimus & crudeliſſimus Parthorũ rex à ſuis in exiliũ pulſus, Scytharum tandem opibus regnum recuperauit, vt Iuſtinus eſt auctor. *Iuſtin.lib.42.*

Quiſquis ingentes oculo irretorto *Horat.lib.2. od.2.*
Spectat aceruos,

id eſt, quiſquis non eſt auarus, nec aſpectu pecuniæ magnopere mouetur: nam qui pecuniæ eſt auidus & ſtudioſus, ad eius aceruos ſubinde retorquet oculos ac penè ſtrabus efficitur, nec ſic ab ea auelli poteſt, quin oculos ſæpenumero reflectat, vt eam reſpiciat. eum igitur dicit, qui pecuniæ aſpectus oculos non deprauat, nec ſtrabos reddit, quod magnæ auiditatis eſt argumentum. Hinc & eos qui alicuius rei nimia cupiditate tenebantur, ſtrabones fieri dicebant. Varro, *multi enim, qui limina intrarunt integris oculis, ſtrabones facti ſunt: habet enim quiddam* ἑλκυστικὸν *prouincialis formoſula uxor.* Lucillius, *nulli me inuidere, non ſtrabonem fieri ſæpius delitijs me iſtorum.* At verò, D*ulci laborum decipitur ſono*, non credo accipiendum eſſe vt vulgò auditur. ſed decipitur dulci ſono laborum Alcęi: ac decipitur erit κλέπτεται, non ſentit ærumnas, non ſentit pœnas. legi in duobus optimis libris, *dulci laborem decipitur ſono*, vt ſit Græcanica loquutio, decipitur laborem τὸν πόνον κλέπτεται, atque ita Porphyrion videtur legiſſe. *Var.apud Non.in strab.* *Lucill.apud Non.ibid.* *Horat.lib.2. od.13.* *Porphyr.ibid.*

Nec fortuitum ſpernere ceſpitem *Leges ſinebant* *Horat.lib.2. od.15.*

cùm dicit, ſentit ex eius terræ ceſpite, quæ cuique fortè obtigerat, qui non ædificaſſet ductis lateribus, aut etiam crudo ipſo ceſpititio ſolo minimo ſumptu, legum pœnis obnoxium fuiſſe, cùm ſumptuoſam ædificationem publicorum in oppidis operum, & ſolidam è ſaxo quadrato ſtructuram templorum non priuatorum ædificiorum eſſe vellent.

Splendet in menſa ſalinum apud Flaccum, Parca non mendax dedit, trabes hymettiæ, cygnus Dircæus.

CAPVT XXII.

NECESSE eſt de gratia poëtarum multum pereat antiquitatis rudibus, cuius intelligentia & facem præfert eorum notitiæ, nec latere ſinit elegantiam: vt in illo Horatiano, *Splendet in menſa tenui ſalinum,* ſenſus inſulſus penè videatur, niſi quis intelligat ſalis fuiſſe quandam in menſa religionem, vnde ἱεροὺς ἅλας, Gręci dicunt, & appoſitus ſal menſam conſecrare videbatur: vnde & Arnobius ſcripſit, *ſacras facite menſas ſalinorum appoſitu, & ſimulachris deorum.* Sed tamen potiſſimum, tenuem & parcum pauperemque victum Horatius ſignificat hominum pro obſonio ſalem lingentium, quod pauperes olim faciebant, vt apud Perſium *Horat. lib. 2. od. 16.* *Arnob.lib.2.*

Varro reguſtatum digito terebrare ſalinum. *Perſ.ſat.5.*
Contentus perages.

Illud

Horat. lib. 2. od. 16. Illud eiusdem cantici, pendet etiam è vetere ritu, *Parca non mendax dedit.* Nam vltima hebdomadis die, qua quis in lucem editus erat, fata vocabãtur quæ scriberentur, quòd eo die viderentur Parcæ in totam statuere vitam, qua fortuna futurus quis esset. Tertullianus, *dum per totam hebdomadã Iunoni mensa proponitur, dum vltima die fata scribenda aduocantur.* hinc illud Maronianum, (Tertullian.)

Virg. 4. Eclog.

Talia fata suis dixerunt currite fusis.

Horat. lib. 2. od. 18.

Non trabes Hymettiæ Premunt columnas.

Trabes hîc non è materia, sed marmore sunt, imponebanturque columnis. Id eò dico, quòd mirum videri quibusdam intelligo è lapide trabes fieri: Plinij tamen id confirmabimus auctoritate, qui libro 36. ita scribit, Plin. lib. 36. ca. 8. *Circa Syenem verò Thebaidis Syenites, quem ante pyrrhopœcilon vocabãt. Trabes ex eo fecêre reges quodam certamine obeliscos vocantes.* Illud porrò,

Horat. lib. 2. od. 19.

Pacis eras mediúsque belli,

valet, in media versabaris pace medioque bello, atque eras ad vtrunque tempus accõmodatus. Dicitur autem medius belli, vt in sanctissimo Euãgelio μέσος τίς ὑμῶν ἐστί. Cæterùm cùm ῥοῖκος Græcè vocetur quidam è Gygantum numero, haud dubitanter affirmauerim esse in Horario Rœcum non Retum legẽdum. In alio autem cantico, cùm se in album alitem, (Horat. ibid.) id est in cygnum mutari dicit, id eo facit consilio, quòd olores in Apollinis tutela sint, & de illius canoræ auis modulis poëtæ olores vocari interdum soleant: vnde & de Pindaro cecinit, (Horat. lib. 2. od. 20.)

Horat. lib. 4. od. 2.

Multa Dircæum leuat aura cygnum.

Respexit tamen potissimum ad mutationes Pythagoricas à Platone celebratas. Nam eos censent, qui numeris delectati poëticis sunt alterius exordio vitæ in olores mutari. Plato libro decimo de Repub. ἰδεῖν μὲν γὰρ ψυχὴν ἔφη τὴν ποτὲ ὀρφέως γενομένην κύκνου βίον αἱρουμένην. Apud eũdem etiam Thamyræ animus lusciniæ vitam deligit. Denique persuasio erat Pythagoreorum aues canoras in cantores & poëtas renasci, & cantores & poëtas in aues musicas verti. (Plato lib. 10. de Repub.) 3

Quædam in oratione pro Rabirio obseruata, posthumus, dare partes, populus seruatus, cataplus. CAPVT XXIII.

Cic. pro Rabirio Posthum. C. RABIRIVS cognomento Posthumus natura C. Curtij (Curtius 3 enim in Cicerone non Curius legendum) filius, adoptione Rabirij, repetundarum accusatus est, aduentitio quodam iudicio & subsidiario, quod dicebatur, quò ea pecunia peruenisset: hoc genus iudicij proditum erat in alios, cùm de alicuius rei repetundarum bonis summa litium æstimatarum

tarum non poterat redigi, ad quos ea peruenisse videbatur, vt ex ea oratione & epistolis ad Atticum apparet: maiestatis tamen crimen obiectum Rabirio dicit Tranquillus, quòd Ptolemæum sequutus esset. *Referens*, inquit, *maiorum temporibus Rabirio Postumo Ptolemæum Alexandriam crediti seruandi causa sequuto, maiestatis crimen apud Iudices motum.* sed illud maiestatis crimen accessiuncula quædam & appendicula iudicij potius est, quàm summa quæstio causæque cardo. Postumus autem vocatus est, quod post mortem patris Curtij natus sit. Quare scribit Cicero, *quamuis patrem suum nunquam viderit.* Solebant enim sic omnes appellari, qui post mortem patris nascebantur. testes sunt Iurisconsulti, testis Plautus,

Suet. in Iul. Cæsar. cap. 16.
Cic. pro Rab. Post.
Tit. de Lib. & Post. ff.
Plaut. Aulul. sc. Velim te arbitrari.

Post mediam ætatem mediam qui duxit vxorem domum,
Si eam fortè senex anum grauidam fecit,
Quid dubitas quin puero sit nomen Postumus?

Porrò in ea oratione dare partes, est munus aliquod & administrationem rei cuiuspiam cõmittere: *dare partes, augere, fide sustentare.* sic eripere partes in Vatinium dixit, *eripuerísne partes illo tempore carissimas partim à Cæsare, partim à publicanis*: habere etiam partes dicit: *magnas partes habuit publicanorum.* Dedit autem se regibus, est impertijt, permisit, vt in Oratore, *vt se Crasso daret*: genusque loquendi est & elegans & forense, & è populi sumptum sermone. Legendum autem in ea oratione suspicor, *quò ille, qui accipiebat, tum sumeret quærere*: sed & in veteri exemplari, cui quantum tribuendum sit, lector viderit, pro, *nec ex bonis quanta summa litium fuisset, populus recepit*: legi, *nec ex bonis populi seruati*: quasi populi, quibus condemdatus fuit Gabinius, ante eius furtis & peculatu perditi, recuperata litium æstimatione seruati sint. At verò pro Flacco Iudæi seruati dicuntur, quorum elocata sunt publicanis vectigalia, & populo Romano seruata. Itaque non sunt liberi dimissi Iudæi, sed serui facti, vt sint in ditione populi Romani, & vectigalibus. *Quod in Gabinium iudex esses nihil Gabinio datum, cùm in eum lites æstimarentur*: sententia est, si modò ista incorrupta sunt, eo capite tenetur Postumus, quòd in Gabinium iudex fueris. Nam ijdem iudices in repetundarum erant quæstione, & iudicij appendice. Iudicabas autem an Gabinio nihil esset datum, pecuniasque non conciliasset, vt ipse dicebat. Nam ex æstimatione litium, redundat reus Postumus, ad quem pecunia peruenit, quæ de bonis Gabinij non potuit redigi. Demetrium autem cùm dicit ex Repub. id ad Platonis & Callistenis distinctionem facit, qui Rempub. non attigerant: non solum autem Rempub. Athenis gesserat Demetrius, sed etiam præclarè ordinauerat, & quosdam magistratus constituerat, vt Cicero de legibus scribit: idq; est quod hîc *optime digesserat* Cicero ait: eleganter tamen in antiquo libro *gesserat* scribitur

Cic. pro Rab. Post.
Cic. in Vatin.
Cic. pro Rab. Post.
Cic. in Orat.
Cic. pro Rab. Post.
Cic. ibid.
Cic. pro Flac.
Cic. pro Rab. Post.
Cic. pro Rab. Post.
Cic. 2. de Leg.

non

non *digesserat*. Decumæ porrò Imperatorum, sunt decumæ imperatæ pecuniæ. Lego, *qui laudauit, iisdem testibus, & quidem non productis, sed dictis testium recitatis, quasi præiudicata res ad has causas afferri solet.* Ista enim interpūctio turbidum sensum eliquabit. Lego etiam, *dicere audiebamus Alexandriam, nunc cognoscimus*: hoc sensu, audiebamus esse loquaces & dicaces Alexandrinos & leues, id nunc re cognoscimus: & pro, *nummorum argumenta*, mimorum è veteri libro lego. quam emendationem & vicinitas vocabuli, & significatio argumenti propè sine codice dictabat. Sed & pro, *vitro* libentius *nitro* quidam legunt: quòd hoc genus mercis, vt chartæ & lintea, afferri ex Ægypto solebat: sed *vitro* cur retineam facit Martialis, qui ex Ægypto in lemmate calicum vitreorum ostendit hanc mercem solitam afferri,

Cic. ibid.

Mart. lib. 14. epig. 115.

Aspicis ingenium Nili: quibus addere plura
Dum cupit, ah quoties perdidit auctor opus.

Cic. ibid.

ductæ, inquit, *naues Postumi, Puteolis sunt auditæ visæque merces, fallaces quidem & fucosæ chartis, linteis, & vitro delatæ*: dicit ductas in Ægyptū naues Postumi fuisse Puteolis, quod erat Emporium Romanorū, visas & auditas merces, sed fucosas merces vitro & linteis esse Puteolos delatas ad crimen pecuniæ dissimulandum: *quibus cùm multæ naues refertæ fuissent, vna non patuerit parua arctata*, id est referta & plena pecunia. verùm in scripto libro extat, *potuerit*: quasi non potuerit referciri charta & linteis, quòd onusta esset multa pecunia eam depriměte. sed in antiquitatis monumentis *dictæ naues Postumi Puteolis sunt*, reperio perbono sensu. audiui qui pro *arctata* legeret *acatus*, audacter nimis: etiam qui *ærata*, quod nec mihi probatur. sed aliquid fortasse non incommodè hîc comminiscar: legendum enim puto, *vna non patuerit parua, cataplus ille puteolanus*, vt apud Martialem,

Cic. ibid.

Mart. lib. 12. epig. 75.

Cùm tibi Niliacus portet crystalla cataplus,

id est nauigatio & appulsus.

Quædam in Pœnulo emendata, bilingues, migdilibs, merulea.

CAPVT XXIIII.

MANVM admouebo quibusdam Plauti vlceribus, salutarémne an cōtra, docti existimabunt. Is in Pœnulo scribit,

Plaut. Pœnulo Sc. Si ego minam.

Deglupta mæna, sarrapis sementium,
Mastruga, hals agoras hama, tum autem plenior
Alli vlpicique quam Romani remiges,

hos versus, qui in exemplaribus sic scribuntur, vt non intelligantur, excudendos sic curaui vt reperi. mænam appellat, vt & allecem, ex viroso & graui salsamentorum odore & gari vitio, ac liquaminis: Deglupta verbum

bum eſt turpiſſimum,vt ψωλὸς Grecè,cuius ſcilicet renudata eſt pudendorum glans. hîc Sarrapis eſt, qui Serapis dicitur Ægyptiorum deus, cuius imagini ſenis formam comparat: vt autem ſuſpicor, per ſementes Serapis à ſuis ſacerdotibus per pagos ad ſtipem colligẽdam circunferebatur, vt meſſis vberrima proueniret eius numine. Nam agriculturæ præerat: congeminata porrò eſt litera r, ad productionem primæ ſyllabæ: eſt & ſarapis Perſica tunica,inquit Heſychius. Sed profectò diſſocianda eſſe puto elementa,quæ malè adiuncta ſunt non ſuis verbis,legendumque, *Heſychius.*

Deglupta mænas,atra piſa ementium.

Mollem enim virum ſic contumelioſè appellabit bacchã, & obſcœnum intelliget, & qui pro arra dari poſſit vilis mercimonij. Maſtruga autem, quæ veſtis ſcortea eſt,peſſimè & grauiſſimè olet. maſtruga Sardi vtebantur, vt alio doceo loco: ſed & barbari Septentrionales qui pelliti erant: Prudentius,

Tentauit Geticus nuper delere tyrannus *Prudent. 2. li. contra Symm.*
Italiam,patrio veniens iuratus ab Iſtro,
Has arces æquare ſolo,tecta aurea flammis
Soluere,maſtrucis proceres veſtire togatos.

Cæterùm vt ſalſamenta odore offendunt, ſic & in foro ſtrues ſalis. in ſequenti ſcena pro,*aduerſum quidem*,lego,*haud verbum quidem. merulea* porrò in ea comœdia, ea eſt quæ, vt merula, tota nigra eſt: etſi *morula* alij legunt, quod eſt maurula, à Maurorum colore. Quid quod in antegreſſa ſcena pro,*ſperate ſalue*,legendũ eſt mutata perſona *ſperata ſalue*? Nam ſperata dicebatur quam procus ſpẽrabat ſponſam ſuam fore. ſed & vbi ſcribitur,*cocleæ ſunt è teſta, vt ſe ſuſtolli ſolent*, non dubitanter legerim, *Græcæ ſunt hæ columnæ, ſuſtolli ſolent*. erant enim Grææ columnæ Romanis in pretio & ſtudio: ſolent autem columnæ,vt operi accommodentur, erigi & ſuſtolli,ad quam ſimilitudinem reſpexit.Sed & Græcæ in alta baſi collocabantur,& in loco aperto patenteque hominum oculis,ne tale domus ornamentum lateret.illud verò obſcurum eſt & corruptum, *Plaut. Pœnul. Sc. Decipitur nemo. Plaut. Pœnul. Sc. Si ego minam. Plaut. pœnulo. Sc. Fuit hodie. Plaut. Pœnulo. Sc. Quis pultat.*

Qui huc adueniſti nos captatum magdalia. *Plaut. Pœnulo. Sc. Ain' tu tibi dixiße.*

Ego in peruetuſtis membranis reperi,quod quàm proximè ad verum accedit,*micdilix*:puto enim ſcribendũ *migdilibs* pro migdilibys,vt Libs ventus eſt Africus.erit autem migdilibs,mixtus Libys,vt illum mixti generis ſignificet,& bilinguem,id eſt δίγλωττον & μιγάδα, quales erant Carthaginenſes: Maro, *Quippe domum timet ambiguam Tyrióſque bilingues.* *Virg. 1. æneid.*

Nam Carthaginenſes & lingua Tyriorum & Afrorum vtebantur. dupliciautem lingua qui vtuntur,infideles & veteratores improbique habentur. Itaque Hanonem vt bilinguem dicit eſſe biſulca lingua quaſi proſerpentem beſtiam.

Plaut. ibid.

Facies quidem ædepol punica eſt, guggaſt homo:

in ijſdem membranis exaratum erat: ab omnibus tamen editionibus expunctum. Gigantes autem, Stephano, populi ſunt Libyæ, Herodoto Zigantes vocantur: quanquam in Herodoto Stephanus Gigantes potius legiſſe quàm Zigantes videtur. *gugga eſt homo*: Plautus videtur ſcripſiſſe. hanc veluti mendarum decumam illius fabulæ, neque enim omnes perſequi conſilium fuit, huc conijcere non inſcitum credidi.

Stephan. de vrb.
Herodot.

Summa ſummarum, neque cenſeat, iecit rete, poſtpartores, mutuamur, ar me, dum moliuntur apud Terentium.

CAPVT XXV.

Plaut. Trucul. in Prolog.

IN Truculento Plauti auferre cum puluiſculo, eſt nihil quicquam reliqui facere, ſed omnia conuertere, ac minimam etiam ſcobem ac ramentum, pulueremque rapere. Summa ſummarum in eodem eſt, cùm in rationibus multa nomina & capita in vnam ſummam rediguntur, ac ſic multis ſummis factis, omnia tandem in vnum conſummantur. Nam vt capita in ſummam, ſic ſummæ in ſummam ſummarum rediguntur: in Lucretio autem ſumma ſummarum immenſitatem ipſam vniuerſi ſignificat. *Sin iecit rete*, valet ſi piſces incluſit & cepit, quod eſt ἔβαλε: vnde & βόλος.

Plaut. Trucul. Sc. Non omnis ætas.
Lucret. lib. 5.
Plaut. ibid.
Plaut. ibid.

Vnde anteparta demus poſtpartoribus.

id eſt noſtris ſucceſſoribus & hæredibus, qui poſt nos noſtra adepti bona poſſident.

Plaut. ibid.

Accipiat illico expenſa neque cenſeat,

valet, ſi quid expenſi tulit, mox ferat, neque tandiu deſideat in argẽtarijs, quaſi cenſum agat, & accipiat, & cenſus tabulas cenſoris more cõficiendas curet. *Vt diu eſſem incolumis voijs.*

Plaut. Trucul. Sc. Ad fores auſculto.
Plaut. ibid.

Videor non temerè nec confidẽter affirmaturus *vobis* legi debere: &, *vt in æſtu mutuamur*, quod eſt, vt in ęſtu alternamur, reciprocamur, mutamur, quod eſt ἀλλαττόμεθα, τρεπόμεθα. mutuum enim à mutatione nomen habet. Nam quod aiunt ex eo dici, quia ex meo tuum fiat, bellè magis & ſcitè, quàm verè dictum arbitror. Cluſinum pecus pro clurino fortaſſe legendum: in quo iocus ab vrbe Cluſio, vbi non admodum egregia erant fortaſſe pecora, & ex ambiguitate à cludendo: clauduntur enim meretriculæ quæ clam habentur, & pecora morbida. non deſunt qui latinum legant: alij ælurinum, id eſt felinum pecus à felium turpitudine: etiam quidam lurinum id eſt coriaceum. Iam, *ar me aduenias*, antiquè dictum pro ad me aduenias videtur. legendum ſuſpicor,

Plaut. Truc. Sc. Quis illhic.

Plaut. ibid.

Mancupium qui accipias geſta tecum penos annuos,

quomodo

quomodo loquutum Plautum annotat Priſcianus. ſic quidem & modulo verſus,& ſententiæ lepori conſuli videtur. quid ſi tamen legamus, *Priſcianus.*

Mancipium qui accipias geſta tecum me,nos annulos.

vt illum ſeruum, & ſe ſeruam indicet: vel potius, *ahenos annulos*, vt fugitiuum perſtringat, qui retrahendus ſit catenis, cùm etiam ferrei annuli ſeruitiorum eſſent, & æris nomine veniat ferrum. ſanè cùm *Lauiniæ hic ſunt*, ſcribit, ad Lauiniam Latini filiam reſpexiſſe videtur. hamaxari eſt plauſtrum trahere: bos patulus, qui patentibus eſt in diuerſum ſupra modum cornibus. tales enim & plauſtris & aratris apti. *Plaut. ibid.*

Non enim ille meretriculis moliendis rem coëgit. *Plaut. ibid.*

valet mouendis, aut potius deliniendis: in Terentio,

Dum moliuntur, dum comuntur annus eſt, *Terent. Heautont. Act. 2. Sc. 2.*

valet dum ſurgunt, dum ſe mouent.

Vaſa, ſuperſtitio, oſcedo, lymphatici, telum, tolles, ſtrenæ.

CAPVT XXVI.

VASA etiam omne inſtrumentum ſignificant, vt venatorium quoque apud Gratium, *—nec ſibi turbam* *Grat. de Ven.*

Contraxit comitem, nec vaſa tenentia latè.

eo nomine ſupellex Liuio intelligitur cùm ſcribit, *vaſa comiteſque meos.* ſed nos hîc acu pingimus, & velut belluata conficimus Babylonica, varietatique ſtudemus. veteres ſignis interdum ſolebant imponere concham, eaque contegere. Ariſtophanes, *Liu. lib. 1. ab Vrb. cond.*

Καὶ τῇ κόγχῃ τῇ πάνυ σεμνῶς τοῖς σημείοισιν ἐπούσῃ. *Ariſtophan. Veſpis.*

Priſcianus, *Claxendix quod ſignificat concham, qua ſignum tegitur: Plautus in Vidularia. Appoſita eſt claxendix, at ego ſigni dicam quid ſit.* Cùm Lucretius ſcribit ex Epicureorum impiorum ſententia de religione, *Priſcian. lib. 5.*

Horribili ſuper aſpectu mortalibus inſtans, *Lucret. lib. 1.*

ſignificare videtur ſuperſtitionem eſſe appellatam, quòd ſuperſtet & ſupernè impendeat nobis: quæ quidem eſt ſententia non mea, ſed Iſidori ſic hunc locũ intelligentis. Oſcedo Gellio vitium eſt quo ſępe oſcitamus, osq́; diducimus: verùm Sereno ſignificat potius oris vlcuſcula, cùm ſcribit, *Hinc oſcedo fugit, linguæ quoque vulnera cedunt.* *Gell. lib. 4. ca. 20.* *Seren. ca. 14.*

Oſcedo, inquit Iſidorus, *eſt, qua infantium ora vlcerantur:* vt exiſtimo aphthas medici vocant. Lymphatici ſunt plerunque homines mente commoti & laruati: eo etiam nomine intelliguntur hydropici, Serenus de hydrope loquens, *Helleboro quoque purgatur lymphaticus error.* Sed & lymphatici etiam Iſidoro ſunt, qui à rabioſo cane morſi aquã metuunt: adſcribam *Iſid. lib. 4. Etym. cap. 8.* *Seren. ca. 27.*

Isid.li.4.c.6. eius verba, *vnde & Latini hunc morbum ob aquæ metum lymphaticum vocant*. *Telum lateris dolor*, inquit idem Isidorus: *dictum autem ita est à medicis, quòd dolore corpus transuerberet, quasi gladius*. hæc lucem afferent Sereno scribenti,

Isid.ibid.

Seren.cap.22.

> *Est ea vis morbi, quod telum commemoratur,*
> *Cùm subito dolor insanus furit incitus ictu.*

Isid lib.11. cap.1. Scribit idem Isidorus, *tolles Gallica lingua dici, quæ vulgò per diminutionem tonsillæ dicantur, quæ in faucibus turgescere solent*. hæc verba falsi conuincunt hanc Sereni scripturam,

Seren.cap.15.

> *Quos autem vocitant colles, attingere dextra*
> *Debebis, qua gryllus erat pressante peremptus.*

scribendum enim arbitror, *quos autem vocitant tolles*, vt hæc curatio tonsillarum sit. Strenarum origo, qua felicem ominamur annum ipsius auspicio & initio, à Tatio rege manasse dicitur, qui primum Romuli hostis, deinde collega in regno Romano fuit. hoc, quia & strenæ ne hoc quidem tempore exoleuerunt, literis mandare volui, vt & antiquitatem rei intelligamus, & quem auctorem eius moris habeamus, sciamus. Si quis autem quo auctore ista loquar quærit, laudare Symmachum possum, qui in quadam epistola sic scribit, *Ab exortu penè vrbis Martiæ strenarũ vsus adoleuit auctoritate Tatij regis, qui verbenas felicis arboris ex luco Streniæ anni noui auspices primus accepit*, DD. *Imperatores: nomen indicio viris strenuis hæc conuenire ob virtutem*. sed tapetum hoc Babylonicum satis distinctum variatumque est.

Symmach. lib. 1. epist. 4.

Si trulla inuerso apud Iuuenalem quid? municipalis arena, parapsi, in consilio esse, dij phecasiani, sportula, caligatus.

CAPVT XXVII.

Iuuen.sat.3. SVBSTITIT *ad veteres arcus*, quod apud satyricum legimus, de arcubus aquæductuum, qui illic erant, interpretandum putamus.

> *Hic vbi nocturnæ Numa constituebat amicæ*

valet, vbi ad constitutum illi denuntiabat, vnde & venire ad constitutum dicimus.

> *Et præbere caput domina venale sub hasta*

valet, qui se etiam vendi sub hasta in auctione pati possunt. Municipalem autem arenam dixit ad contemptum, quòd in muneribus gladiatorijs municipiorum non vrbis operam locarint.

> *Si trulla inuerso crepitum dedit aurea fundo:*

id est, si trullam vini ebibit ita, vt & fundum inuerterit, & epoto toto vino labris sugens crepuerit & strepitum dederit.

Iuuen.ibid.

> *—quàm multa magnáque paropside cenat.*

Ferè

Ferè in veteribus exẽplaribus parapſis legitur,& Heſychius non tantùm paropſidem appellari,ſed etiam parapſidem obſeruat:quod ideo noto,vt intermortuum vocabulum,in libris repullulet. *Quando in conſilio eſt ædilibus?* Magiſtratus de re aliqua cognituri aut conſultaturi ſibi aduocabant,quos in conſilio haberent. Cicero de Amicitia, *Cùm ad me qui aderam Lenati & Rutilio coſſ. in conſilio deprecatum veniſſet.* Heſychius. Iuuen. ſat. 3. Cic. de Amicitia.

—tandemque redit ad pulpita notum Exodium. Iuuen ſat. 3.

Exodia in Attellanis fabulis diuerbia vocabantur, quòd tragœdis ſcena egreſſis ad recreandum ſpectatorem è priſtina mœſtitia ſubijciebantur.

Ruſticus exodio riſum mouet Attellanæ, Iuuen. ſat. 6.

inquit alio loco:Et Cicero ad Pætum, *quando tu ſecundum Oenomaum Accij,non,vt olim ſolebat Attellanum,ſed,vt nunc fit, mimum introduxiſti.* hoc liquidò monſtrat ſecundũ tragœdias ioci,& riſus cauſa Attellanarum exodia induci ſolita fuiſſe:quod quidem exodij vim & notionem declarat,& iam antè attigimus:hinc & exodiarius, qui etiam quadã ſimilitudine dici quibuſdã videtur in alijs ſpectaculis apud Marcellinum, *vt in omni ſpectaculo,exodiario,venatori,aurigæ, hiſtrionum generi omni. Phecaſianorum vetera ornamenta deorum*: vt minianus Iupiter pro miniato à M. Tullio dicitur in epiſtolis:itẽ hîc phecaſianus pro phecaſiato,id eſt phecaſijs calciato. Phecaſium interpretatur calceamentum ruſticum Heſychius:apud Plutarchũ calceus eſt Grecanicus. Deorum igitur Græciæ & templorum ornamẽta Iuuenalis ſignificat. Nam in tẽplis erant tabulæ pictæ atq; ſigna. *Si vocat officium*,ſignificat ſi ad officium nuptiarum diues vocatus eſt,aut ad aliam celebritatem,pompam,deductionem:in his enim perſæpe nomen officij poni ſolet. Cic. 9 fam. epiſt. 16. Marcel. lib. 28. Iuuen. ſat. 3. Cic. 9. fam. epiſt. 16. Heſychius. Plutarchus. Iuuen. ſat. 3.

Nónne vides quanto celebretur ſportula fumo?
Centum conuiuæ: ſequitur ſua quenque culina.

Hîc ſportulam non intelligo centum quadrantes: ſed cœnam, quæ,quòd initio in ſportula dabatur, inde nomen meruit: vnde & à Græcis δεῖπνον ἐν σπυρίδι vocatur,id eſt cœna in calatho.

—& ſonat vnctis
Striglibus,& pleno componit lintea gutto:

In archetypis reperio libris: in quibuſdam, *ſtrigilibus & pleno*, vt proceleuſmaticus ſit. *Vt ſint contentæ patulas defundere pelues:* quod eſt deorſum fundere: in excuſis effundere eſt,ſed illud exẽplarium eſt antiquorum: vt &, *—flammarum & ahenea lampas,* in quibus per diſſimulationem conniuendum non fuit.

Adiutor gelidos veniam caligatus in agros:

id eſt velut audax miles adiutor ſatyrarũ veniã,niſi illas mei pudet auxilij.

LIBRI DECIMI FINIS.

ADRIANI TVRNEBI ADVERSARIORVM LIBER VNDECIMVS.

Ductus, succus orationis, aræ gramineæ, cespes, probatio hostiarum, Sila, Acca, salue & vale.

CAPVT I.

Quint.lib.9. cap.1. Suet.in Vesp. cap.13. Fortunatian. Seru.in 12. æneid. Donat.in Phorm.Terent.act.2.sc.3. cic.2.de Orat. Virg.12.ænei.

QVæ Græci Rhetores ἐσχηματισμένα, id est figurata vocant, de quibus apud Quintilianum reperire licet, sed & *causidicorum figuras* dicit Suetonius, in his etiam Latini posuisse videntur ductus, quod & è Fortunatiano patet, & è Seruio ita scribente, *ductus est, vt diximus supra. Pollicetur enim se singulari certamine dimicare velle, cùm nolit.* Nominant & Grammatici succum orationis, vt Donatus in Terentium, *bono*, inquit, *ornatu addidit in se, cùm & sine hoc plenum videri posit, & hic est quem Cicero succum orationis appellat.* Omnes, inquit Cicero, *retinebant illum Periclis succum.* Aras gramineas (nos enim hîc ludibria somniorum varia narramus) Maro intelligit libro 12. cespititias, quales in castris excitabantur, & vt tribunalia: quanquam & è cespite subitas etiam sibi alias aggerabant aras, & cespitem pro ara habebant. Horatius,

Horat. lib.1. od.19.

Positúsque carbo in cespite viuo. Iterum,
Hic viuum mihi cespitem, & Verbenas pueri ponite.

sed & cespitem interdum Romano ritu aræ imponebant, vt Seruius notat. Prudentius,

Pruden.hymno 5. περὶ στεφάνων.

Aut ara, thure & cespite
Precanda iam nunc est tibi,

Virg.12.ænei. Higen. de limitib.agror.

Velati limo, multi in Virgilio legunt. Nam limus vestis erat ab vmbilico ad pedes, ad pudenda poparum tegenda: Higenus limum cinctum ideo dicit vocatum, quòd purpurã transuersam habeat: habebat enim in extremo purpuram limam. Olim ante immolationem hostiæ probabantur farre & sale & cultri notatione ducti à capite ad caudam: Plutarchus, δεῖ γὰρ τὸ θύσιμον τῷ τε σώματι καὶ τῇ ψυχῇ καθαρὸν εἶναι, καὶ ἀσινὲς καὶ ἀδιάφθορον. μήνυτρα μὲν οὖν περὶ τὸ σῶμα κατιδεῖν, οὐ πάνυ χαλεπόν ἐστι· τὴν δὲ ψυχὴν δοκιμάζουσι τοῖς μὲν ταύροις ἄλφιτα, τοῖς δὲ κάπροις ἐρεβίνθους παρατιθέντες. τὸ γὰρ μὴ γευσάμενον, ὑγιαίνειν οὐκ οἴονται. τὴν δὲ αἶγα διελέγχει τὸ ψυχρὸν ὕδωρ· οὐ γὰρ εἶναι ψυχῆς κατὰ φύσιν ἐχούσης

Plutarchus.

ἐχούσης τὸ πρὸς τὴν κατάστασιν ἀπαθὲς καὶ ἀκίνητον. hæc de probatione corporis & animi hostiarũ Plutarchus: sed & Pollux ait oportuisse hostias esse mẽbris omnibus & artubus integras, non mutilas, non læsas, non distortas. hęc eo scripsimus, quòd multis in locis ad explicationem poëtarum vtilia fore speramus. Cùm in dialogo Bruto apud Cic. scribitur: *Nã cùm in silua sua, ita facta cædes esset, notíque homines interfecti*, quod proculdubio inquinatum est: fortasse scribendum est, *cùm in silua Sila facta cædes esset*. Non me latet alios emendare, cùm in silua Scantia. mons autem Sila erat: in quo silua. Maro,

Pollux lib. 1. Onomast. c. 1.
Cic. in Bruto.

Ac veluti ingenti Sila summóue Taburno:

Vbi Seruius, *Sila*, inquit, *mons est siluæ Lucaniæ: Sallustius de fugitiuis, in silua Sila fuerunt*. non temerarium est, quod Maro sodalem attribuit Camillæ Accam, cùm ait,

Virg. 11. æneid.
Seru. ibid.

Tum sic expirans Accam ex æqualibus vnam
Alloquitur.

Virg. 11. æneid.

Nam & Acca Larentia Romanorum superstitione consecrata erat: & Accæ nomen à poëtis alijs positum legimus, vt à Sueuio hoc versu,

Admisce tu Acca basiliscis, hæc nux partim, Partim persica.

Apud Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 18.

Apparet Amphitheatrum venationum causa ædificatũ fuisse, quod proinde Dio vocat venatorium theatrum: eius verba sunt,

ὥστε κυνηγετικῷ τινὶ θεάτρῳ τὸ ὄρος σύμπαν ὡς μικρὰ μεγάλοις εἰκάσαι, ἐοικέναι.

Dio.

—salue æternùm mihi maxime Palla,
Æternúmque vale.

Virg. 11. æneid.

Salue dicimus in salutatione matutina, & cùm aliquem adimus: vale, cùm discedimus: vtrunque Virgilius posuit. Suetonius in Galba, *vt liberti seruíque bis die frequentes adessent: ac mane saluere, vesperi valere sibi singuli dicerent*. hæc verè loquendi sartago est & scribendi è multis confusa, quæ nemini fortasse magis quàm auctori displicebit.

Suet. in Galb. cap. 4.

Hermodorus in Vitruuio legendum, Chersiphron, varicus, Capitolium, scamillum, scotia, in Vitruuio.

CAPVT II.

VENIT in mentem locos aliquot è tertio Vitruuij his annotationibus intexere. ita igitur scribit, *quemadmodum est in porticu Metelli Iouis Statoris Hermodi*: suspicor legendum esse *Hermodori*, qui non tantùm hanc porticum Romæ sit architectatus ad finem circi Flaminij, verùm etiam in circo Flaminio ædem Martis. Nepos apud Priscianum, *Ædes Martis est in circo Flaminio architectata ab Hermodoro Salaminio*. hunc crediderim Her-

Vitru. lib. 3. cap. 1.
Priscian. lib. 8. de signific. vel generib. verb.

modorum esse, qui cum Philone architecto Athenis contendit de armamentario faciendo, qua in contentione, vt minus eloquens, victus fuit. Ci-
Cic.l.de Orat. cero libro primo de Oratore, *Nec si huic M. Antonio pro Hermodoro fuisset de naualium opere dicendum, non cùm ab illo causam didicisset, ipse ornatè de alieno artificio copiosèque dixisset*. nisi si fortè de naualibus vrbis Romæ hic agitur, quæ fortasse ædificauit Hermodorus: idque verisimilius arbitror,
Vitru.lib.3. cap.1. fortasse autem eodem in libro pro *amnestæ*, scribendum est *à Mnesteo*, vt
Strab.lib.14. Geogr. nomen sit architecti, de quo amplius queręndum. iam qui nominatur *Ctesiphon* architectus templi Dianæ Ephesiæ, à Strabone *Chersiphron* appellatur, vt citra controuersiam mendum sit, vel in Vitruuio, vel in Strabone: & si verisimilius in Græco artifice minus vitiosos esse Græcos auctores. Itaque Chersiphron videtur appellari debere. In aræostylis dicit Vitru-
Vitruu.lib.3. cap.2. uius ipsam ædium speciem esse barycam, barycephalam, humilem, latam, hîc barycam vocem nullus Græcorum agnosceret, neque ea est assis vnius, vel verius nihili est. quid igitur si *varicæ* legamus? vt enim varicus dicitur, qui longè diuaricat crura, metiturque grandes passus. Ouidius,

Ouid.3.de art.amand. *Illa velut coniux Vmbri rubicunda mariti*
Ambulat, ingentes varica fertque gradus.

sic laxitas illa columnarum efficiet, vt ædes varica videatur, nec verò secus sentio de voce barycephalæ, legendumque suspicor *varicæ phalæ*. vt varicarum phalarum quædam species appareat. id eò verius puto, quòd nihil hic agitur de grauitate capituli columnarum. non desunt qui in Vi-
Vitruu.ibid. truuio alterum nomen deleant vt superuacaneum, scribantque, *species sunt barycephalæ* Pompeianum autem Capitolium quodnam esse suspicamur? opinor illud fuisse, quod erat Pompeijs in Campania. non enim tantùm Romę, sed etiam Capuę, Narbone, Pompeijs Capitolium erat & in multis municipijs & colonijs, imitatione Romanorum: de Narbonensi Si-
Sidon.Carm. 23. donius, *delubris, Capitolijs, monetis*: & in vita sancti Apollinaris, *statuit ante*
Sidon.li.9. epist.16 *pontifices Capitolij Rauennatis*. fuit & Tolosæ, Sidonius de sancto Saturnino, *gradu summo Capitoliorum præcipitatum*. vnde hodieq; quidam magi-
Vitru.lib. 3. cap.3. stratus illic Capitolini vocantur. *Adiectionem per scamillos impares* cùm Vitruuius scribit, significat per paruula scamna. vt enim à mamma mamilla
Prisc.lib.3. de diminut. diminuitur, sic à scamnum scamillum, auctor Priscianus, qui & illud affert, *verum infirma scamillorum obice fultæ fores*: alij scabillorum legere malunt.
Vitru lib.3. cap.3. Quod scotiam dicit à Græcis trochilon appellari, vide ne τράχηλον potius scribendum sit, vnde & nunc gula vocatur: quanquam trochilos dici à similitudine orbiculi trocleæ potest: nec proinde mutandum. est autem
Hesychius. scotia verbum Græcum, quod Hesychius triglyphum dicit significare: eius verba sunt, σκοτία μέρος τι παρὰ τοῖς ἀρχιτέκτοσι προσαγορευόμενον τρίγλυφον.

φον. *Tunc ab ſummo*, inquit Vitruuius, *ſub abaco inceptum in ſingulis tetrantum* Vitruu. lib 3. *actionibus*, è veteribus libris hîc ſcribendum reor *tetrantum anconibus*. cap. 3. *Cauus autem interſectionis* excuditur. in ſcripto libro *camus* exaratum eſt. *Simæ quas ἐπιτίθηδας dicunt*, legendum crediderim ἐπιλιτθίδας, veluti ſuper- Vitru. ibid mammillaria. hæc ego pauca perſtrinxi, cùm doctiſſimi interpretis opera in eo auctore enucleando, nihil propè alijs reliqui fecerit.

Vitruuius emendatus, parapegma, betaceus, maluaceus, Lyde.

CAPVT III.

LIBRO Vitruuij nono veterum aſtrologorum nomina commemo- Vitru lib. 9. rantur: ſed ita nõnulla, vt cùm eorum inuentis lucem cœlum illuſtratum cap. 7. acceperit, vetuſtas eorum nomina penè obliterarit. ſic igitur ſcribitur: *Eudoxus, Eudæmon, Calliſtus, Melo*. Æmarus Ranconetus, qui nuper magno literarum incommodo de crimine falsò ſuſpectus in carceris pędore è vita exceſſit, legendum credebat, *Euchemon, Callippus, Meto*: quæ illuſtrium aſtrologorum nomina à mortuo Ranconeto nunc vitam poſteritatiſque memoriam accipiunt, æternis propè tenebris damnata quorundam inſcitia omnia deprauantium. Callippi etiam & Metonis apud Ptolemæum Ptolemæus. mentio extat. hos autem aſtrologos ſcribit Vitruuius parapegmatorum Vitru. lib. 9. diſciplinas inueniſſe: ſed quæ ſint parapegmata quæſtionis eſt. ego eo cap. 7. nomine cenſeo ſignificari inſtrumenta aſtronomica, vt aſtrolabum, & quæ eiuſdem generis ſunt, quibus ratio cœli curſuſque ſiderum, & regiones ſedeſque eorum, cognoſcũtur. Suidas, παράπηγμα, inquit, κανὼν καὶ εἶδός Suydas. τι ὀργάνου ἀστρονομικοῦ. ſed & verbo παραπήξασθαι in Axiocho quicunque eius In Axiocho. auctor tandem eſt, etiam vſus eſt: καὶ τὰ τοῦ κόσμου παθήματα παραπήξασθαι εἰς τὸν αἰῶνα. Scribit in capite de diminutiuis Priſcianus (nos enim aliò excur- Priſcian. lib. 3. rimus) quædam eſſe diminutiua, quæ genere diſcrepant à ſua origine, *vt beta*, inquit, *malua. hic betaceus, maluaceus*. mirum mihi videbatur eſſe, hæc in ſubſtantiuis numerari diminutionis, cùm adiectionis nomina videantur: ſed betaceus abſolutè dicitur, cùm pes intelligatur: ita tacito ſubſtantiuo in ſubſtantiuum migrat, cumque paruulas betas ſignificet, in diminutionum nominibus cenſetur. pedum betaceorum mentio eſt apud Varronem de re ruſtica, & de lingua Latina: ſed & apud Apicium de betaceis Var. li. 1. de re ruſt. cap. 2. Varronis mentio eſt in cibis qui ex oleribus parantur. de maluaceis idem Var. de ling. cenſendum arbitror. Centones mihi vel farcire vel conſuere videor: ita Lat. panniculos omnium colorum aſſuo, & quandam Iri ſyntheſin texo. ſcri- Apic. lib. 3. cap 1. bit Ouidius, *Nec tantum Clario Lyde dilecta poëtæ*. Ouid. 1. Triſt. hic verſus illuſtratione indiget, quam à Plutarcho mutuabitur ita in con- eleg. 5. ſolatione ſcribente, ἐχρήσατο δὲ καὶ τοιαύτῃ ἀγωγῇ καὶ ἀντίμαχος ὁ ποιητής. ἀποθα- Plutarchus in orat. conſolat.

νούσης

νέσης γὰρ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ λύδης, πρὸς ἣν φιλοστόργως εἶχε, παραμύθιον τῆς λύπης αὐτῷ ἐποίησε τὴν ἐλέγειαν τὴν καλουμένην λύδην, ἐξαριθμησάμενος τὰς ἡρωϊκὰς συμφορὰς, τοῖς ἀλλοτρίοις κακοῖς ἐλάττω τὴν ἑαυτοῦ ποιῶν λύπην. id eſt eadẽ vſus ratione eſt Antimachus poëta. Nam cùm mortua eſſet eius vxor Lyde, quam egregiè animo charam habebat, elegiam, qua mœrorem ſolaretur, ſibi fecit nomine Lyden: ac enumeratis heroicis calamitatibus & infortunijs, malis alienis animi ægritudinem ſibi minuit. hæc verba niſi erro aliquãtum lucis Ouidio afferunt, vt adſcripſiſſe me non pigeat. Atque hæc huius capitis ſit coronis, quod vix emẽdicatis hinc & inde hoſtiatim particulis abſoluimus: ac quaſi auctor vnus ſuppeditare ei nec inſtruere ſatis poſſet, circum multos cucurrimus: ſed verecundi videlicet fuimus, qui maluimus è multis parcè ſumere, quàm ex vno largiter.

Encarpa, embater, replum, Vitruuius emendatus.

CAPVT IIII.

Vitru. lib. 4. QVÆNAM ſunt apud Vitruuium libro 4. Encarpa cùm ſcribit? *& cy-*
cap. 1. *matijs & encarpis pro crinibus diſpoſitis frontes ornauerunt*. ego exiſtimo eſſe
ornamenta capituli columnarum palmites aut ramos cùm ſuo fructu ha-
bentia: aut etiam arbuſculas fructuoſas, quæ vocãtur δένδρα ἔγκαρπα à Græ-
cis aut frondibus & ramis implexos innexosque fructus. ſunt & ἔγκαρπα
Heſychius. Heſychio ſegetes triticeæ ſectæ meſſæque. *ex his*, inquit, *pars vna erit mo-*
Vitru. lib. 4. *dulus qui Græcè ἐμβάτης dicitur*. legendum eſt, ἐμβατὴρ, vt libro primo *aut*
cap. 3.
Vitru. lib. 1. c. 2. *etiam embatere*. Heſychius, ἐμβατὴρ παρὰ τοῖς ἀρχιτέκτοσι τόπος. Pro *ſtrigium*
Heſychius. *cauis* in veteribus libris, *ſtriglium* reperio, quod eſt veluti ſtrigilum, quòd
Vitru. lib. 4. imitentur ſtrigilũ cauos tubos. *Item replum*, inquit, *de impage dimidia & ſex-*
cap. 4.
Vitru. lib. 4. *ta parte*: legendum ferè crediderim *peplum*, vt tanquam ornamentũ & ve-
cap. 6. ſtimentum eſſe videatur: alioqui replum quid ſignificet, critici conſulen-
di ſunt, quorum in tabularijs & monumentis nulla talis vox extat. Libro
decimo explicatur operimentum, quod & cõiecturam exauget: *Chelonij*,
Vitru. lib. 10. inquit, *replum quod eſt operimentum*. nos autem ab hac voce manus abſtine-
cap. 17. bimus. In Tuſcanicis ædium ſacrarum rationibus præcipit, vt ſtillicidium
Vitru. lib. 4. tecti abſoluti tertiario reſpondeat, quod ſic interpretãdum cenſeo, eò vſ-
cap. 7. que ſtillicidij proiecturam eſſe faciendam, vt in ea inſit tertia pars tecti:
vt ſi, verbi gratia, latus tecti totius duodecim pedum ſit, quatuor tribuan-
tur ſtillicidio, vt procul à ſtructura & parietibus imber cadat. tertiarium
enim tertiam partem ſignificat, vt & quartarium quartam partem. *Nemo-*
Vitru. ibid. *ri Dianæ* cùm ab eo ſcribitur, de Diana Aricina intelligo & Aricino ne-
Sueton. more: vnde & rex Nemorenſis apud Tranquillum. Ac Budæus hunc lo-
cum

um ſic legebat, *item Aricino nemori Dianæ*. Sed quid eſt? *vt vti reliqua* Vitru.ibid. *xiſona*. ego vocabulo hoc deformari puto ædificationem Vitruuij. Itaque demoliendum, aliudque ſubſtruendũ in eius vicem puto. Igitur emẽlatum fore credo: *ſed & vti reliqua ex his omnia, quæ ſolent eſſe in frontibus* Vitru.ibid. *ad latera ſint tranſlata*. nihil enim mihi nunc quidem venit in mẽtem, quod accommodatius ad hunc locum eſſe poſſit. quod autem à me nunc tanquam inædificatur in Vitruuio loco purgato ſuo rudere, ſic ſtare velim, vt e pari ruinæ obnoxium cenſeat, ſi quis quid commodius inuenerit: quod cùm contigerit, libenter locum cedat, & ſe dolabra deijci ne moleſtè feat. Nolim autem videri de cuiuſquam laude quicquam voluiſſe decerpere, ſi per Vitruuium errans & vagans, vnum & alterum locum, qui humanitus ſummos viros latere potuerunt, eruerim: nec id mihi magnæ lauli attribui velim, vt ouationem aut triumphum mereri velle videar: procul à me abeſt hæc ambitio: ſed in partem iuuare literas volui, & eodem animo, eademque voluntate, qua illi, etſi non pari conatu nec facultate, nec opera, ad benè merendum & de antiquis auctoribus & noſtra iuuentute ingreſſus ſum. faueant igitur illi ſtudio meo, qui ſuo labori æqua hominum iudicia optant: neu in me acerbi ſint, cùm in ſe acerbitatem nullius iudicis ſeuerioris ferre vellent: & patiãtur à me dici quę non arbitror eos ignoraſſe, ſed prætermiſiſſe, & velut è ſegete fertili viatori & pauperi vnam & alteram ſtipulam reliquiſſe.

Æquimanus, lunaticus, internecida, internecidium, prævarum, holophanta. CAPVT V.

QVIS *myrmilloni contenditur? æquimanus thrax*: verſus eſt Auſonij in Auſon. Edyll. 16. monoſyllabis: in quo ambigitur, qui ſit æquimanus. Atq; is videtur eſſe, qui ambidexter à nonnullis dicitur, qui ſcilicet vtraque manu æquè vtitur: nos enim ſiniſtram immunem & propè mancam inutilemque gerimus: quibuſdam vtraque eſt munifex & operoſa. Iſidorus, *æquimanus ap-* Iſid.lib.10. *pellatur, qui vtraque manu gladio incunctanter vtitur*. Eodem auctore lunati- Etym. cap. 1. ci in Euangelio ſunt, qui comitiali morbo laborãt. opinio enim veterum fuit, eam valetudinem ad lunæ curricula recrudeſcere & miteſcere, velut illius ſyderis contagione quadam alumnam: eius verba ſunt, *Caducus à* Iſid.lib.10. *cadendo dictus, id eſt lunaticus, eò quòd certo lunæ tempore patiatur*: Artemido- cap.3. rus quoque eum morbum lunæ acceptum ferri ait his verbis, προστίθησι δὲ Artemid. τῷ ἀποτελέσματι καὶ νόσον ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον τὴν ἱερὰν καλουμένην. ἀνάκειται γὰρ τῇ σελήνῃ. φασὶ δὲ καὶ τὴν νόσον ταύτην οἱ παλαιοὶ ἀνακεῖσθαι τῇ σελήνῃ. Fornix eſt appellatus, vbi proſtitutæ pudicitiæ mulieres erant, à locis arcuatis, inquit idem

idem Iſidorus: inde & fornicariæ mulieres in auctoribus Eccleſiaſticis. *Iſid. lib. 10. cap. 9.* *Internecida*, inquit Iſidorus, *eſt qui falſum teſtamentum fecit, & ob id hominem occidit*. Inde internecini actio in iure ciuili, quæ ab Iſidoro internecidij vocatur, ab internecida: *Iſid. lib. 5. cap. 26.* *Internecidij iudicium in eum* (inquit alio loco) *dabatur, qui falſum teſtamentum fecerat, & ob id hominem occiderat, accuſatorem eius bonorum poſſeſsio ſequebatur. Internecidij autem ſignificatio, eſt quaſi hominis quædam enecatio. Nam præpoſitionem inter, præponebant*. In decima quarta autem in Antonium, bellum internecinum dicitur non teſtamentum: *Cic. 14. Philip.* ſic enim ſcribitur, *quæ ſunt vrbanarum maledicta litium, non iuſtæ belli internecini notæ: teſtamenta credo ſubijciunt*. Hoſtia cùm libamentis perfundebatur & cumulabatur, macta eſſe dicebatur. *Iſid. lib. 10. cap. 12.* Iſidorus, *quoties enim thus aut vinum ſuper victimam fundebatur, dicebat mactus eſt taurus vino vel thure: hoc eſt cumulata eſt hoſtia & magis aucta*. etiam de Deo dicebatur, cum res diuina fiebat, vt apud Catonem, *Cat. de re ruſt. cap. 141.* *macte hiſce ſuouetaurilibus lactentibus eſto*. ſic & mactare vſurpatum inuenimus. hilum eſſe dicunt Grammatici atque etiam *Varro.* Varro nigrum illud puſillum, quod in ſumma faba adhæret. idem tamen *Var. apud Iſid. lib. 10. cap. 13.* Varro hilum, referẽte Iſidoro, ſignificare cenſuit medullam eius ferulæ, quæ aſphodelus vocatur, ac ſic apud Latinos nihilum dici putauit, quomodo Grǽcis familiare eſt dicere, οὐδὲ γρύ. Annotat idem in præuaricatoris *Iſid. lib. 10. cap. 15.* explicatione Ciceronem præuarum pro valdè varo poſuiſſe: cuius ſanè Ciceroniani loci nunc in mentem mihi non venit, neque dicere poſſum vbi locorum apud eum ſcriptorem extet: tãtum ſuſpicor ſi hodie extat vſpiam, non prǽuarum, ſed prauum ſcriptum eſſe. ex Iſidoro autem emendandum ſic legente, *quid enim tam præuarum?* multa ab antiquis ſcriptoribus aliter prolata reperimus, quàm hodie excuſa pateant. vt holographum *Iſid. li. 5. c. 24.* appellatur teſtamẽtum, quod totum manu teſtatoris ſcriptum & ſubſignatum eſt: ita quoque holophantam crediderim fuiſſe, non eum qui ob ficus duntaxat calumniam faceret, ſed ob omnia homines deferret: ſed cùm apud Latinos immutata ſit ſicophantæ ſignificatio: nam ſycophanta Græcis eſt calumniator, Latinis eſt impoſtor: ſic & holophanta *Feſt. Pomp. lib. 8.* omni in re impoſtor, vel (vt ait Feſtus) qui omnia mentitur. Suſpicor igitur codices Latinos falſarios eſſe, qui halophantam pro holophanta exhibent: nonnulli etiam halopantam. ego tamen crediderim verbum imitatione ſycophantæ factum & amplificatione, vt non vnius rei delatio in eo verbo notaretur, ſed omnium inſimulatio contineretur. qui autem halopanta ſcribunt, leui nituntur coniectura, quòd omnia mentientem Pompeius explicet: ego illud omnia ineſſe in holophanta dico, & cùm *Plaut. Curc. sc. Aedepol nugatorem.* Plautus ſcribit, *holophantan an ſycophantan hunc magis dicam neſcio*, vicinitas nominum, & ſoni alluſio, & ſenſus amplificatio ab ea quam ſcripſi litera-

tura

tura ſtant ſine controuerſia. ſi quis tamen pertinacius repugnet, equidem ei potius morem geram, quàm contra tendendo hominem ad inſaniam adigam. pleraque in hoc doctrinæ genere, quod tractamus, huiuſmodi ſunt, vt ſine Reipub. detrimento ſecus ſentire, & liberè diſſentire liceat.

Agger, albatæ mulieres, vertere pollicem, ducere ſacra in pilentis, ſentus, panis gradilis. CAPVT VI.

QVALIS *ſæpe viæ deprenſus in aggere ſerpens*, inquit Maro. viæ autem publicæ, vt quæ militari labore erant munitæ, exaggerabantur, vt imber deflueret, minuſque lutulentæ redderentur: proinde agger etiam pro via vſurpatur: Sidonius, Virg. 5. æneid.

Antiquus tibi nec teratur agger:
Cuius per ſpatium ſatis vetuſtum
Nomen Cæſareum viget columnis.

Sidon. Carm. 24.

Iterum, *Vel certè peruij pontes, quos antiquitas à fundamentis adúſque aggerem calcabili ſilice cruſtarum crypticis arcubus fornicauit.* id eſt aduſque viam: & ſæpe ſic in proſa etiam loquitur. Sidon lib. 1. epiſt. 5. verſus eſt Horatij ſatyricæ obſcœnitatis:

—mirator cunni Cuppennius albi, explicandus tamen: mihi videtur ex pudenda parte mulierem intelligere, ex albo ingenuam. Horat. lib. 1. ſat. 2. in ingenuis autem ſtupra legibus vindicabantur, non item in libertinis. Ingenuæ autem mulieres albatę erãt, libertinę atratę, nobiliores purpuratę. Artemidorus, ϰ̀ εἰ μὲν ἡ χλαμὺς εἴη λευκὴ, ἐλευθέραν ὁ ἰδὼν γαμήσει· εἰ δὲ μέλαινα, ἀπελευθέραν. εἰ δὲ πορφυρᾶ, εὐγενεστέραν ἑαυτοῦ. Artemid. ſic enim conijcit ſumnia iſta & viſa Artemidorus, quòd his eſſent ſolitæ veſtibus vti ingenuæ, libertinæ, & nobiles. cùm ſcribit Prudentius,

Spectant æratam faciem, quam crebra tridente
Impacto quatiant haſtilia, ſaucius & quam
Vulneribus patulis partem perfundat arenæ,
Cùm fugit, & quanto veſtigia ſanguine ſignet.

Pruden. lib. 2. contra Symm.

Intelligi arbitror pugnam retiarij, qui rete & fuſcinam gerebat, & ſecutoris qui retiarum inſequebatur. Vt premere polices eſt fauere, vt Plinius ait, Plin. lib. 28. cap. 2. & hoc verſu, *Fautor vtróque tuum laudabit pollice ludum,* Horat. lib. 1 epiſt. 18. ſcripſit poëta nobilis: quò etiam pertinere videtur illud Glycerę ad Menandrum, τοὺς δακτύλους ἐμαυτῆς πιέζουσα, ἢν ἂν κροταλίζῃ τὸ θέατρον. Glyceræ. ita pollicem vertere damnantis erat, quod & à Politiano præclarè explicatum fuiſſe recordor, Politian. Miſcellan. c. 42. & in muneribus gladiatorijs, qui eum, qui ſuccubuerat aduerſario, occidi iugularique volebat, pollicem vertebat, vt munerarius: Iuuenalis, *—& verſo pollice vulgi*
Quemlibet occidunt populariter.

Iuuen. ſat. 3.

& Prudentius de Veſtalibus quæ gladiatores Romæ in eminenti podio ſpectabant, quod decus & honos pro perpetua eis virginitate tribuebatur.

Prudent. li. 2. contra Symm.

—pectúſque iacentis
Virgo modeſta iubet conuerſo pollice rumpi:
Ne lateat pars vlla animæ vitalibus imis,
Altius impreſſò dum palpitat enſe ſecutor.

Virg. 8. æneid.

—caſtæ ducebant ſacra per vrbem
Pillentis matres in mollibus.

Matresfamilias intelligit, quæ ſacerdotijs præerant. Nam ſacerdotes & virgines etiam Veſtales pilentis ferebantur. Prudentius,

Prudent. ibid

Fertur per medias vt publica pompa plateas
Pilento reſidens molli.

Artemid. Artemidorus, περὶ ἅρματος τετρώρου ita ſcribit, φημὶ δὲ ἀγαθὸν ἐλευθέραις γυναιξὶν ἅμα καὶ παρθένοις πλουσίαις, τὸ διὰ πόλεως ἅρμα ἐλαύνειν. ἀγαθὰς γὰρ ἱερωσύνας αὐταῖς περιποιεῖται. Sentus apud Terẽtium dicitur horridus, à ſentium horrore & ſpinis. ſentus igitur eſt tanquam ſenticoſus & ſpinoſus & horrens. Prudentius, (Terent. Eunu. act. 2. sc. 2.)

Prudent. ibid.

Extirpamus enim ſentos de pectore vepres. ſequitur enim mox,

Prud. ibid.

Ne frugem ſegetémque animæ ſpinoſa malorum.
Impediat ſentis.

Eſtque ſuperioris quædam declaratio. Gradilis panis, vt & alio loco doceo, quibuſdam in gradibus plebi Romanæ diuidi viritim quotidie ſolebat: ad huius rei confirmationem duo Prudentij teſtimonia addam luculenta: vnum hoc,

Prud. lib. 1. contra Symm.

Et quem panis alit gradibus diſpenſus ab altis. Alterum,

Prudent. li. 2. contra Symm.

Quæ regio gradibus vacuis ieiunia dira
Suſtinet? aut quæ Ianiculo mola nota quieſcit?

de pane enim hic gradili loquitur, & molis piſtrinorum, vbi pinſebatur. hæc mea capita multi iocabuntur eſſe monſtra Horatiana, portentoſa varietate membris vndique collectis conflata: nec inficiabor me id de induſtria feciſſe. malui enim multa infercire & inculcare etſi male cohærentia, quàm ſtudioſorum ſpem vacuis eludere auenis. Nunc video pleroſque, qui idem genus ſcriptionis inſtituũt, magnifica ſingulis capitibus veſtibula excitare & præponere, quæ nullum ędificium ſequitur, ſed area nuda. Ego mihi potius copiæ inſeruiendum putaui, vt maiore beneficio demererer bonos iuuenes, quàm de ordine laborandũ, quẽ alioqui hoc genus librorum velit nolit, relinquere cogitur & negligere. aliorũ enim huius generis libros ſingulos, puta in vnum caput contractos & redactos: meis capitibus ſimiles reddes.

In

In Plauto quædam explicata, facere mutuum, nocturna ora, polluctus virgis, hira summano, vertere, Leucadia,

CAPVT VII.

FABVLAM Plauto docente spectator fui: inter spectandũ Curculionem hæc annotaui: ostium oculissimum, ab eo vocari charissimũ & gratissimum, quòd tanquam oculus, quo nihil iucundius nobis est, planè censeatur. Nam ex oculo finxit superlationem, vt ex ipso ipsissimum: non me tamen fallit in libris antiquis occlusissimum reperiri: sed auctorem alterius lectionis laudare possum Festum. Sunt qui oculeissimum legãt versu modulatiore, sequunturque Priscianum, cui etiam oculeus est ocellus per diminutionem. *Ego autem cum illa facere nolo mutuum.* PA. *Quid ita?* PH. *Quia proprium facio.* Parum illi videtur mutuum facere, quod in mutuo ius nostrum remanet: proprium facit, vt iam alieni iuris id sit, & totum ad alium transeat dominium. *Quid antepones Venerio ientaculo?* non iniuria crediderim esse legẽdum, vt infra, Venerius libellus dicitur. Nam *Veneri à ientaculo* inscitum est, & iniquè per vimque huc importatum.

Plaut. Curcul. Sc. Quo te hoc. — *Fest. lib. 13.* — *Priscian. lib. 3.* — *Plaut. ibid.* — *Plaut. ibid.*

Quasi tu lagenam dicas, vbi vinum solet
Chium esse.

Plaut. ibid.

Iocatur ex eo quòd cum vino Græco ferè aqua maris admixta esset, Chio tamen non addebatur, sed meracum erat: Horatius,

Alcon Chium maris expers.

De paulo paululum hoc tibi dabo haud lubenter.

Horat. lib. 2. sat. 8.

De poculo pleno quod erat potatura, paulum Veneri libat, id est in honorem Veneris effundit. sic enim libare solebant, quod vel in aram faciebant, vel in mensam quæ loco aræ erat, vel in focum qui sacer habebatur, vel in mare in honorem deorum marinorum: Ouidius,

Plaut. Curc. Sc. Flos veteris vini.

Isque deos pelagi vino super æquora fuso,
Et pecoris fibris & fumo thuris adorat. & apud Maronem,

Ouid. 11. Met.

—extáque salsos
Porriciam in fluctus & vina liquentia fundam.

Virg. 5. æneid.

vel alium etiam in locum. Nocturni oculi sunt deformes, noctuque non interdiu ostendendi. Nam deformitas minus apparet noctu: sic dixit nocturna ora Plautus in Pœnulo,

Plaut. Curcul. Sc. Placidè egredere.

Quæ habent nocturna ora noctu sacrificatum ire occupant.

Plaut. Pœnulo.

Mihi autem etiam deformes significare videtur velut mali ominis, similesq́ nocturnis auibus, quæ & ipsæ tantum noctu visuntur. *Persolæ nugæ* non sunt vt quidam primi in literis ordinis censent, persicæ, sed solæ & meræ, vt,

Sc. Negotij qui sibi. — *Plaut. Curc. Sc. Placidè egredere.*

—oculum effodito perſolum mihi.

alio loco Plautus idem ſcribit: erat enim qui loquitur luſcus. *Polluctus virgis*, eſt virgis expoſitus, vt in polluĉto Herculis omnia exponebantur obuijs. Ita in Plauti Rudente ſcribitur, *Non ego ſum pollucta pago*: id eſt communis & publica pago. *auro contra cedo modeſtum amatorem*, valet dato mihi pari & æquo auri pondere repenſum. ego enim tantundẽ auri dederim: vt in Epidico, *non carus eſt auro contra. Radices cordis pereũt, chiræ omnes dolent*: hiræ lego (vnde diminutio hilla) id eſt inteſtina: & ſi eo nomine ieiunum inteſtinum intelligit propriè Feſtus. *Namque incubare te ſatius fuerat Ioui*: hunc locum lib. 7. Æneid. ſic explanat Seruius, *Incubare propriè dicuntur, qui dormiunt ad accipienda reſponſa: vnde eſt, ille incubat Ioui, id eſt dormit in capitolio, vt reſponſa poſſit accipere*. Sic in Æſculapij templo dormire ad remedia per ſomnum accipienda ſolebant. *Quin cadat, quin capite ſiſtat in via de ſemita*. de via nobis iſti ſemitam faciunt: ita viam anguſtam nobis reddunt, ſed in caput cadent à me proſtrati: & via aperietur & laxabitur illis deiectis. Plautus Milite,

Huic illecebroſo capite ſiſtebas cadum.

legitur in quibuſdam veteribus exemplaribus, *de via in ſemita*. *Obſecro hercle facite ventũ, vt gaudeam*: ambiguè dictum eſt, vel facite vẽtum, vel facite vt gaudeam ventũ, id eſt me veniſſe. Plautus Ciſtellaria, *Ventum gaudeo ad te ecaſtor.* Itaque mox ſubijcit, vt ventum gaudeam. *iacit volturios quatuor*: & mox, *Herculem iacto baſilicum*. quædam erat talorum ſpecies in quibus effigies quædam ſculptæ vel pictæ erant, vt vulturis, Herculis, & aliarum rerum. Vulturis autem iactus infelix erat: Herculis baſilici, id eſt regij, fauſtus & felix. Ergo qui eum iecit, vicit. Herculem autem baſilicũ accipio, non qui vt in laboribus exantlandis leonis exuuijs eſſet veſtitus, ſed qui omnibus perfunctus ærumnis, cultu regio eſſet ornatus. *quia veſtimenta, vbi obdormiuit ebrius, Summano*: Summanus deus eſt manium ſummus, id eſt Pluto, qui omnes auariſſimè rapit in ſuum theſaurum: inde ſummanare, pro auidè rapere & furari Summani more, finxit lepidus poëta. *vel qui ipſi vertant, vel qui alijs ſubuerſandos præbeant*. id eſt qui fallant, vel fallendos prębeant: à piſcibus qui dum aſſantur vertuntur. Plautus Aſinaria.

Vorſes quo pacto lubet. Apud Leucadiam Oppiam.

ſuſpicatus ſum diu Leucadiam Oppiam mulierem fuiſſe libertinæ conditionis, eandemq́ue meretricem ad quam plerunque damnoſi & nequam mariti diuertebãt. eandem opinabar Oppiorum libertam. Sed in antiquis voluminibus *operiam* ſcribitur, vt non dubitem pronunciare Leucadiam Leucadiorum fuiſſe in foro Romano ſtationem. Verùm hęc nimis multa fortaſſe videri queant, & huic capiti iam finis ſit.

Plaut. Menæc. Sc. *Ni mala ni ſtulta.*
Plaut. Curcul. Sc. *Placidè egredere.*
Plaut. Rudẽt. Sc. *Quis eſt qui tam proteruè.*
Plaut. Curcul. Sc. *Placide egredere.*
Plaut. Epidico. Sc. *Honoris cauſa.*
Plaut. Curc. Sc. *Migrare certum.*
Feſt. lib. 8.
Plaut. Curcul. Sc. *Palinure quid.*
Seru. in 7. æneid. Pellib. *incubuit ſtratis.*
Plaut. Curcul. Sc. *Date viam mihi.*
Plaut. Milit. Sc. *Quantas res turbo.*
Plaut. Curcul. Sc. *Date viam mihi.*
Plaut. Ciſtel. Sc. *Tum antehac amaui.*
Plaut. Curcul. Sc. *Date viam mihi.*
Plaut. Curcul. Sc. *Beatus videor.*
Plaut. Curcul. Sc. *Aedepol nugatorem.*
Plaut. Aſinar. Sc. *Vnum iſtorum quodque.*
Plaut. Curcul. Sc. *Aedepol nugatorem.*

Fluuius proles Iouis apud Valerium Flaccum, pater, omnituens sol, Mars vigila, obuertunt pelago proras, Apollo interficit.

CAPVT VIII.

ATTRIBVTIONEM quãdam Homerus fluuijs & perennibus & torrentibus addit plerunque, διϊπετέας vocans: ac in iugibus quidem Grammatici & torrentibus, aquis cœlestibus increſcentes interpretantur, præterquam in Nilo, quà neque ningit neque pluit, vt cenſent. tum igitur valere putant lympidum & clarum. Valerius Flaccus libro quinto Argonauticôn in Phaſi prolem Iouis eleganter interpretatus eſt his verſibus:

Tunc tibi fœcundi proles Iouis, orte niuali Valer. Flac. li. 5. Argon.
Arcados axe deæ.

Magnos fluuios poëtæ patres, velut aliorum parentes honoriſque cauſa vocare ſolent, vt quidam cenſent: ego vt deos ſic vocari arbitror: Valerius Flaccus libro quinto,

Et pater aurato quantus iacet Inachus antro. Valer. ibid.

Euripides in Hecuba ἔνθα τὸν καλλίστων ὑδάτων πατέρα φασὶν ἀπίδανον πεδία λιπαίνειν: quanquam hîc potius patrem Euripides aquarum generatorem pulchrarum dicit. Eurip. Hecub. Cùm ab Homero ἠέλιος ὃς πάντ' ἐφορᾷς ſcribatur, eius veſtigijs inſiſtens Valerius de eo ſcripſit, Homerus.

Hæc tibi fatorum genitor tutela meorum Val. ibid.
Omnituens.

Cùm ſibi opem alicuius dei precabantur, interdum ſic loquebantur, vigila. itaque in bellum exituri duces dicebant Marti, Mars vigila: & apud Plautum ſeruus qui vapulat, fidem Veneris implorans dicit, *tuam fidem Venus: noctu vigila:* & Valerius Flaccus ſcribit, *Excubias Gradiue tene.* Plaut. Curcul. Sc. Placidè egredere. V aler. ibid. Nautæ ad littus appulſam nauim in proram conuertebant, non ſolùm vt ad reditum & aliam nauigationem parati eſſent, verumetiam id ſibi ominantes: Valerius Flaccus,

—atque illi dextra ſine verſa magiſtri Valer. ibid.
Protinus in proram redijt ratis omine certo. Maro, Virg. lib. 6. Aeneid.
Obuertunt pelago proras,

nam longius erant progreſſuri ad agrum Laurentem. Homerus, vt aliam linguam verbaque tribuit dijs quàm hominibus, vt Chalcidem à dijs, ab hominibus Cymindin vocari ſcribit, & Xanthum à dijs, ab hominibus Scamandrum. Homer. Iliad. ξ. Hom. Iliad. υ. Quod & imitatus eſt Ouidius in Metamorphoſi,

—& priſcum pariter cum corpore nomen Ouid. 14. Metam.
Mutat, Oramque vocat. Iterum,
Hunc Icelon ſuperi, mortale Phobetora vulgus *Nominat.* Ouid. II. Met.

Ita & alium inceſſum, vt in Neptuno,

ἴχνια γὰρ μετόπισθε ποδῶν ἠδὲ κνημάων
Ῥεῖ᾽ ἔγνων ἀπιόντος, ἀρίγνωτοι δὲ θεοί περ.

Virg.1.æneid. Et eius imitatione Maro, *Et vera inceſſu patuit dea.*

Homerus occidi facit ab Apolline & Diana qui morbo moriuntur, præ- Herac.Pontic. ſertim vehementi & acuto, vt ab Haraclide Pontico ſcriptum eſt: hinc Homer. illud eius,

Ἐλθὼν ἀργυρότοξος Ἀπόλλων Ἀρτέμιδι ξὺν
Οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐποιχόμενος κατέπεφνεν.

Idem æmulatus ſtudioſè Valerius Flaccus ſcripſit,

Val.Flac.lib. 3.Argonau.

—Triuiæque potentis
Occidit arcana genitrix abſumpta ſagitta.

à dijs enim illis immitti mortem exiſtimabant, præſertim velocem, & mortis eos auctores putabant.

Proximus lictor, primus lictor, libertus verna, Seuir, libertus primus, collegium magnum, allectus.

CAPVT IX.

IN officio magiſtratuum lictores quidã dicebantur proximi, qui quàm alij chariores magiſtratui erant, eique ſemper præſto erant, & apparebant ante alios ſui ordinis: vt in inſcriptione peruetuſta, L. VALERIVS ACHILLEVS LICTOR PROXIMVS LAVRENS: Cicero etiam li- Cic. ad Q.Fr. epiſt.1. ctorem primum ad Q. Fratrem ſcribẽs vocauit de Octauio loquens: *apud quem*, inquit, *primus lictor quieuit, tacuit accenſus.* niſi ſi quis proximum primo adiunctum putet & ſecundũ, quod verum non putem. Salluſtius quo- Salluſt. in bell. Iugurth. que eodem loquutus modo eſt in bello Iugurthino: *Sed Hiempſal in oppido Thumida fortè eius domo vtebatur, qui proximus lictor Iugurthæ, charus acceptusque ei ſemper fuerat.* Non ſolùm ſerui domi nati vernæ dicebantur: ſed & liberti, qui ſerui vernę fuerant, etiam vernæ liberti dicebãtur: quod vt nouum, etſi ab antiquitate repetitum, perſcribere volui. ſic enim in vetери inſcriptione reperi, FORTVNATVS AVGVSTI LIBERTVS VERNA: ille ſcilicet Fortunatus adſcripſit laudi ſuæ, quòd in ædibus Augusti natus eſſet. Sex erant Romanorum equitum decuriæ, Rhamnenſes, Tatienſes, Luceres, primi ſecundiq;: erant enim primi Luceres, & ſecũdi, ac ſic quoque Tatienſes & Rhamnenſes geminati erant. his qui præerant Seuiri vocabantur: ac in inſcriptionibus antiquis Seuirum equitum Romanorum reperimus: vt in hac, TRIB. MIL. LEG. VII. GEM. FELIC. VI. VIRO EQVIT. ROMAN. & in illa. X. VIRO STLITIB. IVDIC. VI. VIRO EQVIT. ROMAN. TVRM. Recordor annotare me nudis verbis ordinem quendam libertorum fuiſſe, vt quidam primi, quidam ſecundi & tertij dicerentur: nunc id cautionibus & teſtationibus confirmemus

mus veterum inſcriptionum, quarum in vna reperio, SOFRONIA CL. TERTIA SIBI ET P. SEXTILIO PRIMO ARVSPICI. & in illa, SE VIVO FECIT SIBI ET PETIÆ CL. PRIMÆ VXORI. Erat & ordo quidam & dignitas etiam collegiorum, ac quoddam magnum dicebatur, vt alijs dignius & amplius: vt in inſcriptione, VIATORI COLLEGII MAGNI. ſolebant Imperatores quibuſdam hoc deferre honoris, vt quamuis vel quæſturam vel tribunatum non geſſiſſent, tamen eos inter illos qui queſtores & tribuni eſſent adlegerent, eiusque ordinis eſſent, cuius qui honoribus illis erãt functi: id quoq; ex inſcriptionibus cognoſcimus, vt ex hac, ADLECT. INTER TRIBVN. AB IMPER. ADRIANO: & in illa, ADLECT. INTER QVÆSTOR. ADLECT. INTER PRÆTOR. Quaſdã cognitionis cauſas ex Suetonij Nerone intelligimus, quæ ad Cæſarem pertinerent: Cæſar autem plerunque vice ſua alios qui de his cauſis cognoſcerẽt eligebat, vt ex inſcriptionibus eſt notum, vt hac, ELECTVS AD COGNOSCENDAS VICE CÆSARIS COGNITIONES: & ex illa, ELECTVS AD COGNOSCENDAS VICE CÆSARIS COGNITIONES, PROCOS. PROVINCIAE AFRICAE. nos inter legendum iſta obiter ex inſcriptionibus antiquis notabamus, & in medium conferebamus.

Flamen diuorum omnium, II vir quinquennalis, ædilis quinquennalis, ſcriba quæſtorius. CAPVT X.

TRITVM & vulgatum eſt ſuos pleriſque dijs fuiſſe flamines, vt Ioui, Quirino, Marti: vnde flamen Dialis, Quirinalis, Martialis, ſed illud rarius, quoſdam omnium deorum fuiſſe: quod cùm in auctoribus non ferè legamus, tamen in antiquis inſcriptionibus municipiorum, quorum auctoritas calcanda non eſt, reperimus: vt in hac, PATRON. COL. FLAMINI DIVOR. OMNIVM: & in iſta, II VIR. QVINQ. FLAM. DIVOR. OMNIVM. & in illa, II VIRO. QVINQ. FLAMINI DIVOR. OMNIVM. illud quoque cognoſcere è re fuerit, duumviros fuiſſe municipales magiſtratus, qui ius dicebant. Itaque cùm duumviros dicebãt, illi intelligebantur. Interdum iuri dicundo addebatur: vt in tit. illo, II VIR. I. D. erant, & in municipijs alij duumviri quinquennales cognominati, in integrum creati quinquẽnium, cenſus tributique cauſa, vel potius quibus iuris dicendi cauſa in quinquennium ob ſpectatam virtutem is honos mandabatur, cùm alijs annuus eſſet, quod verius puto: aut in quinquennium continuabatur prorogabaturque: vt in hoc tit. II VIR. QVINQ. BIS OB MERITA, aut etiam legibus & inſtitutis in quinquennium is magiſtratus creari ſolebat. erant & quatuor viri in quibuſdam municipijs credo maioribus, qui & ius dicebant pręerantque decurionibus, vt duum-

uiri in alijs.proinde & quatuor viri erant etiam quinquẽnales, quibus ob virtutẽ & merita magiſtratus ille in quinquenniũ municipijs mãdabatur: vt in illo tit. IIII. VIR. I. D. QVINQ. Nam interdum tantùm quatuor viri iuri dicundo dicebantur: vt in illo tit. IIII. VIR. I. D. & in illo, IIII. VIR. I. D. IIII. VIR. QVINQ. Diuinaculi capillum promittebant, vnde & Plautus ſcripſit, *promittam capillum optimum eſt*: quod & religionis cauſa facere ſolebant.indicio eſt vetus titulus iſte: RELIGIOSO A MATRE MAGNA CAPILLATO.vt duumviri, ſic & ędiles fuiſſe videntur quinquennales quidam in municipijs interdum, quibus luſtralis honos is eſſet. Nam vt colonis agros ſuos in luſtrum locabant: ſic & interdum in luſtrum continuabant magiſtratũ. Id indicat inſcriptio, ÆDIL. Q. IIII. VIR. I. D. ſed & alimentarij fuiſſe videntur ædiles in municipijs, qui alimenta prouidebant, vt ſuſpicor, alimentarijs pueris: vt in hoc titulo, ÆDIL. Q. ALIM. decuriæ erant ſcribarum, ſed pro dignitate magiſtratuum, quibus ſcriptum faciebant, ipſis honos accreſcebat. quæſtorius enim ſcriba inferior ordine, quàm ædilitius aut prętorius cenſebatur: atque ea ſibi elogia adſcribere ſolebant, quibus magiſtratibus ſcribę fuiſſent. Indicio ſunt veteres tituli: vt hîc, SVLPICIANO SCRIBÆ QVÆSTORIO. & ille, CAPITONI SCRIBÆ ÆDILIC. reperimus & lictores quoſdam curiatos cognomento fuiſſe, qui, vt ſuſpicor, triginta erant, curiarum triginta illarum lictores, in quibus ſacra fiebant. Indicio eſt titulus iſte, LICTOR CVRIATVS QVI SACRIS PVBLICIS POP. ROM. QVIRITIVM, & ille, LICTOR CVRIAT. VIAT.

Plaut Rudent. Sc. Intelligo hanc.

Tentores, viatores, ſucconditor, procurator dromi, moratur, factionarius.

CAPVT XI.

IN priſcis titulis, quæ ad factiones circi & ludos circenſes nomina pertineant, multa reperimus, auctoribus tamen quod ſciam non frequentata. Nam cùm tanto ſumptu & ſtudio ludi illi committerentur, dubium non eſt quin in miniſterio & inſtrumento multæ fuerint nomenclaturæ, quæ ætatem ferre non potuerunt. quaſdam igitur ſemiſepultas reliquias effodiam, & in lucem apertumque proferam. illic ergo fuêre tentores, qui vt ſuſpicor, equos & currus tenebant, antequam vices ſorteſque eorum curſus veniſſent: & viatores, qui miniſtri curſitabant huc illuc vltro citro iuſſu agitatorum, ſi qua fortè re egerent, ac illis præſto ſemper erant: fuêre ſucconditores, illi, vt ſuſpicor, ſub currum & iugum ſeſe condebant, ſi fortè malè iuncti eſſent equi, aut loris ſe impedirent. horum mentio eſt in Epigrammate iſto, M. VISPANIO FVLLONI TENTORI. quid ſit tin-

ctori?

ctori? M. VISPANIO MIGNIONI VIATORI. M. VISPANIO QVARTINO SVCCONDITORI. M. VISPANIO EROTI AVRIGATORI. M. VISPANIVS RVFINVS MEDICVS FACT. VENETÆ OLL. IIII. DD. erat & procurator dromi, quem ego credo eius loci procurationem gessisse, vbi equos suos Veneti aut alia factio exercere solebant. dromus enim locum hîc significat, vt in hippodromo: estque planè hippodromus: vt in illa epigrapha, PROCVRATORI DROMI FACTIONIS VENETAE. est & dromus ambulatio frequẽter Græcis auctoribus. erant & moratores, qui, quantum coniectura con-
1 sequi possum, quadrigarios & bigarios morabantur, ne ante tempus, aut non suo ordine currerent: & vt inter missus interualla essent. eorum est mentio in illo titulo, Q. RAPIDIO Q. F. LEM. MVLIONI MORATORI LVDI CIRCENSIS. factionarij vocabantur qui ex factione erant, puta vel Veneta, vel Russata, vel Albata, vel Prasina: vt in illo epi-
1 grammate, PRIMO ET SOLO FACTIONARIO. erant & primi factionum agitatores, qui erant videlicet in illo panno præstantissimi: vt in hac epigrapha, DIOCLI AGITATORI PRIMO FACT. RVSS AT. erant & domini factionum & magistri: quod ex illa constat inscriptione, MAGISTRO ET SOCIO DOMINO ET AGITATORI FA-
2 CTIONIS PAASINÆ: & in illa, POLYPHEMO DOMINO ET AGITATORI FACTIONIS RVSSATÆ.

Cadauerosa facies, fodere latus, tecum oro, crepuerunt fores, capiti atque ætati illorum. CAPVT XII.

CADAVEROSA facies in Terentio declaratur variè, vt vndique solemus aliquam aucupari verisimilitudinis auram, cùm liquidò nobis non constat quid vel in re vel in verbo insit. Alijs igitur subliuida est, & perso- nata rubore & liuore: alijs pulposa & crassa, quasi carnosa, cùm caro pro-
3 priè sit quæ anima caret. his & tertia accedet nostra: ac meritò tertia. non enim eam illis pręponere ausim. Ego cadauerosam faciem, fœdam & turpem interpretor. dixerat enim hominem esse magnum, crispum, crassum, cæsium: cæsios autem oculos oderant, vt fœdos, quos in Catilina Sallust. notat. & rubicundus hîc vt cruentus odio est. Cadauer autem quòd pollueret & funestaret, etiam auersabantur. hinc cadauerosa facies fœda, inuisa, auersanda. nihilo secius & illud è communi sermone sumptum, in eodem non vulgò intelligitur. *dic iussisse te.* PH. *noli fodere: iussi.* quo in loco fodere est latus alicuius manu vel pungere, vel tundere, quod facimus monendi gratia & suggerendi & impellendi: vt apud Horatium,

Terent. Hecyra, act. 3. sc. 4.

Sallust. in Cat.

Terent. Hecyra, act. 3. sc. 5.

Mercemur

Horat.lib.1. epist.6. *Mercemur seruum,qui dictet nomina,læuum*

Qui fodiat latus. Quid quod leui interpunctiuncula orationis antiquitas in eo corrupta est in versu?

Terent Hecyra act.4.sc.4. *Egi atque oraui tecum,vxorem vt duceres.*

Archaismus enim est, tecum oraui, pro te oraui: in quo genere dicendi non infrequens est comicus Plautus. cùm quis exit foras, plerunque comici scribunt,crepuerunt fores,vt in Hecyra,*sed ostium concrepuit.* Id verò est quod Attici ψοφεῖν dicunt, quod Græci grammatici à κόπτειν differre tradunt: quòd illud exeuntium sit, hoc ingredientium. Posterius etiam istud Latini comici pulsare fores dicunt aut pultare. quòd autem Athenis fores aperirentur foras in viam, ideo eas aperire parantes, ne quem foris eis pellerent, crepitu digitorum se velle exire significabant. Æquè illud explicationem desiderat.

Terent.Hecyra act.4.sc.1.

Terent. Hecyra,act.3. sc.1. *Aliquid tulisse comminiscentur mali,*

Capiti atque ætati illorum,morbus qui auctus siet.

In quo illud,capiti atque ætati illorum, male precantis arbitror, & diras malasque preces interponétis,vt sit,quod illorum capiti eueniat, vt apud Aristophanem εἰς κεφαλὴν σοί, & apud Maronem,

Aristophan. Acharn. Virg.8.æneid. *—dij capiti illorum generique reseruent.*

Quibusdam etiam se implicant atque induunt tricis Grammatici optimi in illo fabulæ eiusdem loco, *Hanc Bacchidem amabat, vt cùm maximè tum Pamphilus:* sed in eo mihi vidétur dum nimiũ intelligunt,nihil intelligere. ego enim in oratione defectũ esse arbitror,cuius supplementũ sit,verbum amabat iteratum.Sẽsus enim est,hanc Bacchidem tum amabat Pãphilus, vt cùm maximè amabat.quod est,nunquam magis quàm tum amauerat.

Terent.Hecyr. act.2.sc.2.

Herba macta apud Catonem, fortax, luna silens, sitiens, artire, digiti primores & crassi, glutus, mateola.

CAPVT XIII.

Cat.cap.37. *Ex segete vellito ebulum,cicutam, & circum salicta herbã actam vluamque.* conuentus egêre Grammatici, vt quæ sit herba acta decernerent, & ad conuentum illorum vadimonium medici adfuêre. sed nondum constitui quid esset potuit: atque non in perẽdinium,sed in laxiorem diem id dilatum est.Ego herbam mactam legendũ crediderim,vt adulta grandisque herba,quæ inter salicta prouenit,nec fenisecem metuit,intelligatur. huic scripturæ adstipulantur vetera Plinij exemplaria. *facito*, inquit Cato, *fortax totam fornacem infimam complectatur.* vt à fornice fornax: ita à fortitudine fortax dici videtur: quo verbo censetur totus imus camini gyrus &

Cat.cap.38.

soli

soli tegumentum pauimentatum & saxeum. θαῤῥὸς à Græcis vocari vide-
tur: Hesychius, θαῤῥὸς λίθος ὁ κάτω τιθέμενος ἐν τῷ ἰπνῷ ἐν τοῖς μεταλλεῦσιν. Hesychius
Lego autem non multò post, *Latere summam statuito*, non, vt editum est, *la-* Cat. ibid.
teres. Vel materia quernea viri sicca alligato, scribit Cato, quę verba de mẽdo Cat. cap. 32.
suspecta mihi sunt: ac si diuinare licet (quod equidem iam pro meo iure
videor facere posse, præsertim qui iam toties diuinationem vsurparim, vt
vsu meam fecerim) legẽdum crediderim, *vere sicca alligato*, vel *viridi sicca*,
vt sicca dolia viridi materia alligentur: quidam sic legunt, *non sicca*, sed
omnino melius sit legere, *viridi calligato*, *vites inseri oportet luna silenti*: Lu- Cat. cap. 40.
na silet cùm in coitu est. Plinius, *Inter omnes verò conuenit vtilissimè in coitu* Plin. lib. 16. cap. 39.
eius sterni, quem diem alij interlunium, alij silentis lunæ appellant. Lunam etiam
sitientem dicit his verbis, *Fimum inijcere terræ plurimum refert fauonio flante* Plin. lib. 17. cap. 9.
ac luna sitiente. ait Cato, *surculum aridum præacutum inter librum & stirpem* Cat. cap. 40.
artito primores digitos duos. hîc primores digiti tenues intelliguntur, quòd
digiti primore sui parte minus crassi sint: vt quodam in loco etiam expo-
nere me memini. Itaque Cato his crassos opponit, ita scribens, *stirpem ob-* Cat. ibid.
linito digitos crassos tres. artire autem apud Catonem est demittere, adige-
re, inserere, immittere: vt, *surculum aridum quem artiueras eximito: eò artito* Cat. ibid.
surculum, quem inserere voles. Iterum, *eò surculos præacutos artito*. Vitis inter- Cato cap. 41.
dum Catoni est palmes vel flagellum vitis: vt cùm de insitione sic lo-
quitur, *Si vitis vitem continget, vtriusque vitem teneram præacuito, obliquo in-* Cat. ibid.
ter sese medullam cum medulla libro colligato. ait Cato, *Locus bipalio subactus* Cat. cap. 45.
sit, beneque terra tenera sit, beneque glutus fiet: Festo glitus locus dicitur tener Fest. lib. 7.
& subactus: vt vel ita in Catone legendum sit, vel vtroque modo dicatur,
vt maxumus & maximus. *maleolo*, inquit, *aut mateola adigito*: aut mateola Cat. cap. 45.
fustis est: aut legendum, vt ferè crediderim, materiola: id est ligneo fu-
ste. moueor tamen constantia exemplarium Plinij & Catonis, in quibus
mateola disertè planeque legitur, vt contra si sentiam, velut tabulis refel-
li facilè possim: tamen quasi materiola intelligatur.

Impilia, mison, ceraunium apud Plinium.

CAPVT XIIII.

PRVDENTIS esset nihil nisi firmum & perspectum, modisque omnibus exploratum in medium afferre potius, quàm leues coniecturas sectando magnam hominibus calumniæ cupidis occasionem reprehẽdendi præbere: sed me iuuat ex periculo coniecturas captare & scribere, potiusque periclitando aliorum sententiam elicere, quàm taciturnitatem silendo fouere: locus est in Plinio vlcerosus & mala non tangendus manu, sed quem vel sanabo vel irritabo. sic autem scribitur, *Theophrastus au-*

ctor

Plin.lib.19. cap.2. *ctor eſt eſſe bulbi genus circa ripas amnium naſcens, cuius inter ſummum corticem eamque partem qua veſcantur, eſſe laneam naturam, ex qua mapalia veſtéſque quædam conficiantur*. Quis vnquam obſecro audiuit ad mapalia opus eſſe lanea natura potius, quàm cementis aut materia? hoc autem cùm è Theophraſto ſumptum ſit, videamus ecquid mapalia eius ſentẽtiam attingant. Theophraſt. li.7.hiſt. plãt. cap.13. ſic ergo ſcribit, ὑφαίνεται δὲ ἐξ αὐτοῦ καὶ πόδια, καὶ ἄλλα ἱμάτια. Theodorus togas & veſtimenta ex ea texi vertit: ego in Theophraſto legendum credo Theod. Gazæ. ποδεῖα, eoque nomine pedum tegumenta intelligo, quę ex coacta lana fiebant. Pollux lib. 2. Onomaſt. Pollux, ποδεῖα τοὺς περὶ τοῖς ποσὶ πίλους. Cùm autem quod vnicum in rebus deſperatis remedium reliquum eſſe videbatur libros Plinij veteres conſuluiſſem, partim reperi mapilia, partim impilia: vndè conſarcinata mapalia. Igitur ſcribendum conijcio impilia: impilia autem ſignificabunt coactilia, qualia pedibus inuoluendis calceandiſque adhibebantur. Vlp. l. argum. ff. de aur. & arg. legat. Hæc vox apud Vlpianum extat, qui impilia veſtis loco eſſe dicit: & apud Heſychium Heſychius. qui νακτὰ eſſe refert. νακτὰ, inquit, τοὺς πίλους καὶ τὰ ἐμπίλια. Hęc ſic inuoluunt pedes, vt veſti cedant. Nam tegendis obuoluendiſque pedibusè coacta lana fiebant. Latius tamen patere videntur poſſe Heſychio auctore, quàm vt tantum pedum operimenta complectantur. Hæc cùm ſcripſiſſem, animaduerti in eadem ſententia eſſe Iuriſconſultorum facilè principem Iacobum Cuiacium, & vt verum fatear, amare me cœpi, quòd quæ tam acutus ingenioſuſque interpres viderat (quid enim ille in literis non videt?) ea me hominem tam ſtupidum & hebetem non fefelliſſent. Sed vt hoc caput non ſine corollario abeat, eodem in libro lego è bonæ fidei libris, Plin. li.19. c.5. *Inula ne minus quàm ternorum pedum*: non vt in exẽplaribus propagato errore celebratur *nulláne*, quod Plinij ſententiæ non videtur conuenire. Plin. cap. 3. eiuſd. lib. Eodem in libro, quod Plinius in Cyrenaica prouincia tradit vocari miſy, miſon appellari ſcribit Athenæus his verbis, Athen. li. 2. ἡ τῶν ἐγγειοτόκων τούτων γένησις ἅμα καὶ φύσις. οἷον τοῦτε ὕδνου καὶ τοῦ φυομένου περὶ Κυρήνην, ὃ καλοῦσι μῖσον. Plin. ibid. ſed & quod mox Plinius ceraunium in Thracia dicit vocari, iſton Athenæus appellat his verbis, Athen. lib. 2. δοκεῖ δὲ ἡδὺ σφόδρα τοῦτο εἶναι, καὶ τὴν ὀσμὴν ἔχειν κρεώδη, καὶ τὸ ἐν τῇ Θράκῃ γινόμενον ἴστον. Plin. ibid. Cùm autem Plinius miſy carnoſius eſſe dicat quàm tubera, Athenæus odorem carnium habere non tubere carnoſius eſſe ſcribit. Cæterùm vtra lectio melior ſit, eáne quæ publica eſt in Plinij exemplaribus, an quam Athenæi codices proferunt, illi ſtatuant quos in ampliſſimo gradu doctrinæ Minerua collocauit.

Quædam libro primo Propertij explicata & emendata, Aſcanius, Pege.

CAPVT XV.

TANTA verſuum Propertij iucũditas & amœnitas eſt, vt eos dictantibus

tibus Gratijs à poëta exceptos censeas: Tantùm optarem ad aliam potius quàm amatoriam materiam beatam illam & candidam ingenij venam contulisset, vt iuuentuti tutius legi posset. Locos paucos ex eius libro primo in numerum malè periturarum chartarum referre, & versus immortalitate dignos nostra ex parte mortalitate damnare decreui. *Pollucem*, inquit, *cultu non Elaira soror*: sic editiones plæræque habent: Ilaira tamen, vt à Beroaldo diligentissimo ad anxietatem Grammatico legi animaduerto, defendo, cùm ita ab interprete Lycophronis appelletur. *Propert. lib. 1. eleg. 2.*

Vt te felici vectam per cerula remo. *Propert. lib. 1. eleg. 8.*

Librum manu scriptum vidisse me recordor, in quo scriptum disertè planeque erat, *Vt te felici prauecta Ceraunia remo*: quam videtur Beroaldus scripturam sequutus esse, nec contemnenda est: nec tamen hoc à me in eam partem dicitur, quòd alteram summouendam putem.

Et modo Thesproti mirantem subdita regno *Propert. lib. 1. eleg. 11.*
Proxima Misenis æquora nobilibus.

Haud scio an vlli sint in Propertio versus qui lucem interpretationis magis quàm hi desiderent. eorum istam esse sententiam crediderim: nobiles quidam Romani magnificas habebant ad Misenum villas, molesque nonnulli in mare iecerant: æquor certè proximum villis suum fecerant: ijdem illi etiam Thesprotiam totam suis possessionibus occupabant & tenebant, Thesprotique regna sua fecerant: ita cùm ipsi Thesprotiæ reges essent, & mare ad Misenum occupassent, illud suo regno subiecerãt: vt si Gallus imperaret Insubriæ, eam Galli regno subditam diceremus. Thesprotiam autem totam in paucorum Romanorum ditione fuisse, atque adeo Epirum, cuius pars Thesprotia est, ex hoc Strabonis loco intelligimus, ἀλλ' ἐνστρατοπεδεύουσιν αὐτοῖς ῥωμαῖοι τοῖς οἴκοις κατασταθέντες ὑπ' αὐτῶν δυνάσται. quod & è libro secundo de re rustica Varronis etiam coniectu perfacile est. In Surrentina etiam plaga Papinius Ambraciæ, quæ Thesprotiæ attribuitur, mentionem facere quibusdam videtur his versibus, *Strabo. lib. 7. Geogr.* *Varr. lib. 2.*

—patrij lætum quinquennia lustri *Statius lib. 2. silua 2.*
Cum stadio iam pigra quies, canúsque sederet
Puluis, ad Ambracias conuersa Gymnade frondes,
Trans gentile fretum, placidi facundia Polli Detulit.

sed potius tamen videtur de ludis Ambraciæ & fortasse Actiacis dicere, qui trieterici erant: sed eo anno ita fortè accidit, vt sequerẽtur quinquennales ludos Neapolitanorum. fortasse etiam Propertius ait proximas numerari Thesprotiæ prædijs & æquori, & subijci tamen, maritimas ad Misenum possessiones, & proximi maris amœnitatem, Cinthia admirãte & vix putãte quicquam pulchrius & amœnius vsquam terrarum esse posse.

atque hanc in sententiam sum propensior. In Epiro autem ad Thyamin pulcherrimam & amœnissimam villam Atticus habebat: & Cicero de illorum locorum amœnitate ait, *hoc scito Antium Buthrotum esse Romæ.*

Cic. ad Attic. lib. 4. epist.

Propert. lib. 1. eleg. 18.

Crudelis Minyis dux erit Ascanius,

Strabo lib. 12.

pari obscuritate caliginosum est: sed è Strabone facem præferre lectori prælucereq; possumus, qui Ascanium lacum & regionem duplicem esse scribit, in Phrygia & in Mysia, quibus ab Ascanio duce nomen inditũ est. Ascanius igitur à quo & lacui in Mysia & regioni nomẽ est, talis calamitatis dux & auctor Minyis rapto Hyla & adẽpto Hercule erit, id est Ascania regio. *Hic erat Arganthi Phlegræ sub vertice montis.*

Propert. lib. 1. eleg. 19.

Strabo. lib. 12.

Orph. in Argonaut.

Ad Prusam mons erat Arganthonius, vt Strabo inquit, & Apollonius: eum Orpheus Argãthum nominat, vt & Propertius: in Phlegra, quæ nusquam illis in locis fando audita est, hæretur. ego Pege legendum censeo. hoc enim nomine fons erat in quem Hylas cecidit. Apollonius lib. 1.

Apollonius lib. 1. Argonaut.

Αἶψα δ' ὅγε κρήνην μετεκίαθεν, ἣν καλέουσι
Πηγὰς ἀγχίγυοι περιναιέται.

Thyamis, Brimo, Cicero & Propertius emendantur.

CAPVT XVI.

Cic. ad Attic. lib. 7. epist. Brundusium venimus.

Titvs Pomponius Atticus in agro Buthrotio prædia habuit, vt notum esse cõfido ex epistolis Ciceronis. Buthrotum autem coloniam amnis Thyamis alluebat, vt omnes vno ore geographi describunt. ne eorum testimonijs citandis tempus frustra teram. hę me rationes non leuiter permouent, vt cùm à Cicerone libro secundo de Legibus scribitur, *sed tamen huic amœnitati, quam ex Quinto sæpe audio, Thebanus Epirotes ille tuus nihil opinor concesserit:* labeculam inesse aliquam putem: cùm enim videatur de fluuio loqui, quem cum Fibreno comparet, nomenque Thebani, fundi potius quàm fluminis sit, nec illis in locis vllus fluuius Thebanus memoretur: luxatam fuisse scripturam crediderim, & in Thebanum pro Thyami degenerasse. legendum igitur crediderim Thyamis Epirotes ille tuus. Ita Amaltheum fundus erit Attici, quem alluebat fluuius Thyamis, vel vt alij libri habent Æmathium. Cicero libro septimo epistolarum ad Atticum, *Q. Ciceroni obsisti non potuit, quo minus Thyamin videret.* videtur & in Propertio (miscellam enim scribimus, & cinnum è diuersis tanquam liquoribus & aromatis miscemus & tẽperamus) vnius elementi mutatione conclamatus & propè desperatus esse,

Ci. 2. de Leg.

Cic. 7. ad Attic. epist. Brũdusium venimus.

Propert. lib. 2. eleg. 2.

Mercurióque Sais fertur Bœbeidos vndis
Virgineum primo composuisse latus.

Antonius

Antonius Muretus vir disertus & diligens mendum horum versuum primus animaduertit, hominesque ad emendandum excitauit, & impulit. Is monuit in veteribus libris non Sais, sed Sanctis legi: sed cùm in istis tenebris lucem nullam dispicerent interpretes, ex eo verbo Sais fecerant, quæ Minerua est, eamque & castissimam & innubam, Mercurio tamen prostituerant & substrauerant. sed istam interpretationem mores Mineruæ aspernantur, & priscorum religio damnat. Ego ex primo Brimo faciendum existimarim, legendumque,

Mercurio & sanctis fertur Bœbeidos vndis
Virgineum Brimo composuisse latus.

βριμώ, inquiunt grammatici Græci, ἡ περσεφόνη· φασὶ δὲ ἑρμῆν ἐρασθέντα, ἐπὶ κυνηγεσίαν ἐξιούσῃ θελῆσαι βιαίως μιχθῆναι· ἡ δὲ ἐνεβριμήσατο αὐτῷ. ὁ δὲ φοβηθεὶς ἀπετράπη. ista grammatici Gręci scribunt, qui & negant Mercurio cum ea stupri consuetudinem fuisse: quod nec planè dicit Propertius, etsi id fortasse significat. in quo vt puto alios auctores sequutus est. nam Grammatici Græci ab ea perterritum fuisse narrãt Mercurium, cùm vim ei inferre vellet. audiui qui diceret Propertij sentẽtiam quatuor versibus absoluendam esse, & Ischomachę suspicarentur, de qua Lapithis & Cẽtauris cruenta pugna fuit, primùm à Mercurio pudicitiam imminutam fuisse. Illi autem *Mercurio sanctis*, sine coniunctione legendum contendebant. quorum sentẽtiam magis adeo ne prætermitteremus, quam quòd magnopere probaremus, in medio proponendam esse censuimus: pro suo tamen quisque sensu alterutram velit sententiam vel approbet vel improbet.

Hasta sanguinea, soli fidei solenne, ille diespiter, & quædam alia in Liuio expensa. CAPVT XVII.

HASTÆ sanguineæ sunt quæ factæ sunt è sanguineo frutice vel è sanguinea arbore vt multi censent, quæ quòd coloris erant cruenti, ideo & ijs ad bellum inducendum fetiales vtebantur. nollem huc sagmineam homines mutandorum verborum magis cupidi quàm polypi colorum induxissent. Liuius, *vt fetialis hastam ferratam, aut sanguineam præustam ad fines eorum ferret*. Nam etsi pura & sine ferro ea hasta erat, tamen quòd sanguinei erat coloris etsi non ferro præpilata, belli cruenti significationem habebat. Sed crediderim eam hastam, cuiuscunque ligni hastile haberet, sanguine cruentatam fuisse, vt cruentum atroxque bellum minaretur. Id alio etiam loco me recordor iam attigisse. Sed quia Liuij facta mentio est, in eo *Numicum* & *Numicium* legi posse crediderim, cùm vtrunque dicatur: hoc Dionysio, Zonara, Ouidio auctoribus: illud Marone, Silio:

Liuius lib. 1. ab vrb. cond.

Lib. 8. aduers. cap. 23.

Liuius lib. 1.

Seruius in 7. AEneid. etsi in eis quodammodo ambiguum est,Seruio,& Vibio afferentibus.Ti-
Ouid. 14. Metamorph. berinum autem Ouidius,qui, *—regnum Tiberinus ab illis Cepit,*
scribit,sine controuersia defendit: & *Tiberinum* non *Tiberium* in Diony-
Zonaras sio legit Zonara.*dextra autem Hercules data* constanter defendendum est.
Liuius lib. 1. Nam dextra Euandro data Hercules se omen diuinitatis accipere dixit,
& se fata,id est ea quæ Nicostrata cecinerat,impleturum,aramque maxi-
mam conditurum,& dicaturum. Nam ei omen diuinitatis Euander fece-
Liuius lib. 1. rat,ea memorans quæ de matre Carmenta fatidica muliere audierat. *Qui*
creari patres possent etiam aduersus doctissimos criticos meritò defendi-
mus.etsi enim patricij erant,qui ciere patrem poterant: tamen non ex eo
efficitur vt ciere patrem hîc legamus,cùm patres à patricijs distinguat:&
patres ab honore dicat vocatos, patricios autem eorum progeniem. Sed
& *Talassius* melius gemino sigma scribitur, quam vnico, vt Talassionem
Liuius ibid. Mart. lib. epi. 92. geminato sibilo apud Martialem legimus : nec Græcorum hîc plus au-
ctoritati ad veriloquia linguæ suæ & originem ista referentibus defero:
Liuius lib. 1. quàm Latinis hominibus & versibus credo.nihilo secius & *in vado statuit*
Liuius ibid. retinẽdum censeo: sed & *locis circa densa obsita virgulta obscuris*.Nam den-
sa valet densè,vt apud Maronem, *densa fere*:qui autem ob sita duobus vo-
Virg. 2. Geo. cabulis legunt, & præposterè collocatam præpositionem putant, fidem
Liuius lib. 1. mihi nõdum faciunt,cur ita legẽdum censeam.Iam *soli fidei solemne*,quid-
ni probemus, vt ei non cum alio deo commune sacrum institutum fuisse
communemque rem diuinam, sed soli seorsum intelligamus? sed & cùm
Liuius ibid. in antiquis monumentis legatur, *Tum ille dies Iupiter*, crediderim legendũ
tum ille diespiter. Ille enim ad amplificationem dicebant, & simul ocu-
Plaut. Amphitrione sc. Qui me alter est audacior. los in cœlum attollebant, vt apud Plautum, *quod ille faciat Iupiter*. quod à
me alio etiam loco docetur. Quod scribit Liuius, *si patres auctores fierent:*
hodie quoque in legibus magistratibúsque rogandis vsurpatur idem ius vi adem-
Liuius lib. 1. *pta,priusquam populus suffragium ineat in incertum comitiorum euentum patres*
auctores fiunt:hanc habet,opinor,sententiam, olim solitũ fuisse patres au-
Cic. pro Plancio. ctores fieri post populi comitia,vt & Cicero scribit pro Plancio. tũ enim
magistratum non gerebat is,qui suffragio populi ceperat, si patres aucto-
res non erant facti: at verò postea vsurpatio quædam retenta est huius
rei, non vt comitijs factis patres probarent vel improbarent: sed vt ante
comitia in incertum tamen euentum auctores fierent. neque enim ple-
runque quod censuerant, populus decernebat: interdum etiam vi facta
ne auctores quidem fiebant.

Socij nauales,coniurati,Eleusis,Hercyna,& quædam in Liuio emendata.

CAPVT XVIII.

VENIANT

VENIANT in partes & quædam è 45. Liuij, quæ ſolita noſtra perſtringamus breuitate & excutiamus. (Liuius lib. 45.) Principio quòd ſummi Grammatici pugnant, *incertæ rei gaudium*, non vt perſcribitur in codicibus, *certæ rei*, equidem probare non poſſum: quia animo populus Romanus lætitiam conceperat velut è re certa & indubitata. res enim incerta gaudium non faceret, ſed ſpem quandam metu ſuſpenſam & anxiam. gaudium igitur tanquam certæ rei euanuit. Nam rem certam & exploratam populus crediderat, & magno gaudio inceſſerat: reſedit tamen omen, & augurium remanſit in animis victoriæ, è præcepta lætitia, quæ iam euanuerat. Vt coniurationem vocare ſolebant genus quoddam militiæ à ſacramento diuerſum: ita à militibus coniuratos ſeiunxit Liuius, vt milites ſint qui ſacramento dixerunt, cõiurati qui vnà iurarunt ſimul, non ſinguli ſacramento dixerunt. quibus quia iuſtum militię ſacramentum deerat, proinde nec iuſti milites cenſebãtur. ſic autẽ ſcribit, *vt cõſul quos præter milites ſociôſque* (Liuius lib. 45) *nauales coniuratos haberet, dimitteret.* ac ſocij nauales erãt, qui propter cenſus exiguitatem non ad terreſtria bella legioneſque centuriabantur, ſed in claſſe belloque nauali militabant. Polybius, πλὴν τῶν ὑπὸ τὰς τετρακοσίας δραχμὰς τετιμημένων. τούτους δὲ παρίασι πάντας εἰς τὴν ναυτικὴν χρείαν. (Polybius.) (Liuius lib. 45.) *conferta tota vrbe deorum immortalium templa*, ſine ſupplemento verbi *adierunt* ſententiam abſoluere animaduerto. pro, *pullo amictus illo Perſeus ingreſſus eſt caſtra*, (Liuius ibid.) legendum ſuſpicor, pullo amictus villo, vel pullo amictus filo Perſeus, id eſt pulla veſte amictus. & pro, *ad Leuſinem trangreſſo*, *ad Eleuſinem*: (Liuius ibid.) ſic enim vicus in Ægypto vocabatur, vbi Grãmaticam etiã docuit Callimachus. Suidas in eius vita, πρὶν δὲ συσταθῆναι τῷ βασιλεῖ, γράμματα ἐδίδασκεν ἐν Ἐλευσῖνι κωμυδρίῳ τῆς Ἀλεξανδρίας. (Suidas in Callimachi vita.) Eodem porrò libro crediderim legendum, *gratularique ſenatui iuberent, & indicare.* (Liuius lib. 45.) quid? an non pro, *aduertæque gladijs regnum in dubium adductum eſſe*, legendum eſt *apertè*? (Liuius ibid.) Nam non poſſum adduci vt aduertam proprium nomen eſſe credam. Quod autem Hercynæ meminit Liuius, ne quis inſolentia nominis hominibus Latinis vix fando vnquam auditi moueatur, ea virgo fuit Proſerpinę comes, à qua & fluuius Hercyna nomen conſecutus eſt. in templo conſecratum virginis illius ſimulachrum anſerem manibus gerebat. atque vt nonnulla prætermittam non enim omnia purgare decreui, & erroribus Liuij exhauriendis bonam fidelemque nauauit operam vir erudititiſſimus Carolus Sigonius, quem ego & antiquitatis peritiſſimum, & bonorum ſcriptorum intelligentiſſimum, & eruditiſſimum nominare meritiſſimò poſſum, vt ſi quid reliquum ſit in Liuio, perexiguum videri debeat, in quo leui paruaque opera alij defungantur: ego tamen magna, qui & ingenio & eruditione deſtitutus, in procliui laboro & facili: ſed tamen vt nonnulla

Liuius lib. 45. prætermittam, pro, *victimas quas traducendas in triumpho vindicauit*, libenter legerim, & prope ambitiosè, *in triumphum dicauit*: & pro, *igitur* Liuius ibid. *vium*, *Iguuium*. Sed quid plura commemoro, ac non ea potius relinquo alijs, quæ restant? strictim enim & per transennam omnia aspicimus: & innatantia eminentiaque & de industria ab alijs omissa, quod neminem fallere possent, nobis minorũ tãquam gẽtium interpretibus relicta sunt.

Tibi nomina mille apud Maronem, inanitas, aëris campi, quædam alia in Marone explicata. CAPVT XIX.

Virg. 7. AEneid. TIBI *nomina mille*, *Mille nocendi artes*, non sine causa & ratione à Marone dictum est. nam in precationibus cuius numinis potentia magna erat, eius vires commemorabãt, & pro officijs nomina attribuebant, quorum enumeratione dignitas Dei crescere videbatur: sed & in quadam inscriptione legimus, ISIDI MYRIONYMÆ SACRVM: & in Timæo: Inscriptio vetus. Cic. in Timæo. *mundus igitur & cœlum, siue quo alio nomine gaudet, hoc vocatus esto*. & in euocatione deorum apud Macrobium, *Dis pater, siue Iouis manes, siue quo alio nomine fas est vocare*. Nos verò & alia in Marone explicare conabimur. Macrob. lib. 3. Satur. cap. 9.

—sic tota passim regione vagantur Aëris in campis,

Virg. 6. AEneid. sic Maro scribit libro sexto, an quòd inanis tota illa plaga sit corporibus carens, animasque & vmbras aërias eorum vice habeat, & aëre vacuo diffusa sit & obsessa? aërem enim inane appellari non est inusitatum. Quin Plinius lib. 6. cap. 1. inanitas de mari etiam dicitur: Plinius, *Non fuerat satis Oceano ambisse terras, & partem earum aucta inanitate abstulisse*. Nam malè *immanitate* scribitur. an verò quòd in ditione sunt ditis regiones atrę & caliginosæ, id est aëriæ? poëtæ autẽ Græci ἠερόεντα quoque κέλευθα, id est vias aërias appellant, quæ ad Orcum ferunt.

Virg. 3. AEneid.

Terra procul vastis colitur Mauortia campis,
Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo,
Hospitium antiquum Troiæ.

Maro hic imitatus est Euripidem, qui in Hecuba scribit de Polymestore,

Euripides Hecuba.

Ὃς τὴν ἀρίστην χερρονησίαν πλάκα
Σπείρει, φίλιππον λαὸν εὐθύνων δορί.

Maro enim, vt & Euripides, gentem Martiam dicit, & campos frumentarios. vasti enim campi, sunt magni campi, qui quòd arabantur & ferebantur, frugiferi intelligi debent. eo autem in libro Maro ab Euripide dissentit. scribit enim Polydorum iaculis confossum multis fuisse, quæ & in sepulchri aggere viridanti silua fruticata sint: contrà Euripides eum ab hospite & educatore Polymestore cæsum clàm, & in mare proiectum fuisse,

fuiſſe. nihilo ſecius & ab eo diſcrepat in Polixenæ cæde. nam Maroni cæſa ad buſtum Achillis fuit, & in Troade. ſcribit enim,

O felix vna ante alias Priameia virgo, Virg. 3. Aeneid.
Hoſtilem ad tumulum Troiæ ſub mœnibus altis
Iuſſa mori.

Euripides eam in Cherroneſo ſcribit ad inanem & honorarium Achillis tumulum immolatam fuiſſe. Philoſtratus in Heroicis eam dicit vltro ad ſepulchrum Achillis ſponſi ſui gladio incubuiſſe.

Euripides Hecuba. Philoſtratus in Heroicis.

Nam quia nec fato, merita nec morte peribat,

quod dicit Maro, ſic declarandum arbitror. mors eſt quædam naturalis, cùm fatalem annorum ſummam confecimus, vt cùm morimur in ſenectute profunda: mors eſt etiam merita, vt quam bellorum caſus, & morbi intemperantia & cruditate quæſiti, aut ſcelera & crimina afferunt. meruit enim mori, qui in aciem prodijt: hinc illud Æneæ, Virg. 4. Aen.

—& ſi fata fuiſſent
Vt caderem, meruiſſe manu. Virg. 2. Aen.

Is quoque mortem laceſſit, qui luxurioſè intemperanterque viuendo valetudinem labefactat. at nec fato nec merita morte Dido occidebat, ſed morte immerita, vt ſubito furore correpta. Itaque fatali morti & naturali, quæ contingit cùm quis non moritur ante diem:

Sed miſera ante diem ſubitóque accenſa furore, Virg. 4. Aen.

Virgilius opponit, idque nos alio loco etiam declaramus.

Dicis cauſa, Perſica, Pecunia dea, maletractatio, poſtulationes, Sermones & epiſtolæ Horatij. CAPVT XX.

DICIS cauſa quod vſurpatur, eſt ὅσον ἀφοσιώσασθαι, id eſt leuiter & defunctoriè & vtcunque agere: tractum ab his, quæ vt religione defungamur, vtcunque facimus, cùm ſimulata olim in ea pro veris haberentur, & qualiacunque ferè pro optimis dicarentur. Deducitur autem nomen iſtud non à verbo dico dicis, ſed à verbo dico dicas: eſtque tanquam dicationis cauſa. Perſica dea erat à perficiendo appellata, quæ obſcœnæ libidini patrandæ præerat. Perſica etiam natura à Lucretio libro ſecundo vocatur, quæ procreationi & perfectioni rerum præeſt, Lucret. 2.

—ad extremum creſcendi Perſica finem.

Etſi aliter ſcio hunc locum antea excuſum fuiſſe in exemplaribus: quod tamen in exemplari perueteri & propè carioſo reperi, ex quo quę deſcripſeram eruditiſſimo viro Dionyſio Lambino impertiueram, teſtatum relinquo, & verum ſincerumque puto. Sed & hîc vt antè ferè ſemper, varietati ſtudemus, & quicquid in buccam venit, garrimus.

—etsi funesta pecunia templo
Nondum habitas, nullas nummorum ereximus aras,

scribit Iuuenalis: constat tamen pecuniam in deorum numero repositam fuisse, vel Arnobio auctore: scribit enim, *quis ad extremum deam Pecuniam esse credat, quam, velut maximum numen vestræ indicant literæ donare aureos annulos, loca in ludis, atque in spectaculis priora, honorum suggestus summos?* Quæ mala tractatio à multis dicitur: ea maletractatio vno vocabulo ab Arnobio dicitur, vt cùm apud Rhetores actionem malæ tractationis legimus, vno verbo intellexisse videatur: locos proferam, *Et tolerari forsitam hæc maletractatio posset.* Iterum,

Arnob. lib. 4. aduersus Gẽtes.

Arnob. ibid.
Arnob. ibid.

Immunes tamen à deorum maletractatione nec sic estis.

Status capitis est apud eundem libertas. nam soli liberi caput habere, serui sine capite esse in ciuitate cẽsentur: eius verba sunt, *Vbi status capitis, & conditio seruitutis, vbi vulnera, cædes, cruor?* Postulationes vocantur cùm ob monstrum, ostentum, prodigium, errorem in ceremonia, sacrificium vel expiationem postulare dij videntur: hoc verbo vtitur M. Tullius: sed & Arnobius ita scribens, *in ceremonijs vestris rebúsque diuinis postulationibus locus est, & piaculi dicitur esse contracta commißio.* Epistolas Horatij in satyris numerat Sidonius cùm canit,

Arnob. ibid.
Cic. de Aru-spic responsis.
Arnob. lib. 4.
Sidonius car. 9.

Non quod per satyras epistolarum
Sermonúmque sales.

Quod annotare visum est: quia etsi licenter, vt à poëta nouitatis aucupe, dictum videri potest: tamen etiam est in eis satyricum quiddam, vt satyræ Horatij in epistolas & sermones non incommodè diuidi queant. Scribit idem Ciceronis verbum esse essentiam, & indoloriam: essentiam tamen alijs Grãmatici & Rhetores attribuunt, & in Ciceronis libris indolentiam non indoloriam reperimus. Sed verba Sidonij subsignemus, *Lecturus es hic nouum verbum, id est essentiam: necnon indoloriam nominauit, addens: licet enim nouis rebus noua nomina imponere: & rectè dixit. Nam sicut ab eo quod est, verbi gratia, sapere & intelligere, sapientiam & intelligentiam nominamus, & ab eo quod est esse, essentiam non taceamus.*

Sidonius in epist. ante car. 14.
Cic. 3. Tusc. 2. de offic. & 2. de finib.

Spice in Plauto, & à via educier, manstutor, manubiarius amicus, tintinaculi, quædam in Plauto emendata.

CAPVT XXI.

PLAVTI Truculentus, vt Virbius, Æsculapij medicina & manu, vt saluti restituatur postliminio & vitæ, indiget. perijsse enim puto, in quo ferè nihil integrum & sanum restat. Ego manes illius comœdiæ quibusdam velut inferijs lenire & placare enitar: in eaque aliquid è cineribus, &

& reliquijs velut in vrna componam. in ea igitur ſcribitur, *Plaut. Truculento Sc. Eo mihi amare.*

Supplicium ad te hanc minam fero auri, ſi mihi ride ſpice.

vbi legendum ſuſpicor, *ſi mihi rides, ſpice*, id eſt cerne. id enim erat antiquis ſpicere, eoque verbo alibi Plautus vtitur, ne quis hic inſolens putet: non longe abieris, ſequitur *Plaut. Milite Sc. Cohibete intra limen.*

Non enim poſſunt militares pueri & à vio educier: *Plaut. Truc. Sc. Eo mihi amare.*

vbi ſcribendum conijcio, *& à via*. Canes enim, verbi gratia, non tantùm de domini culina, ſed & à via paſcuntur: errantes enim quicquid reperiũt vorant per vias, non item, inquit, pueri militares. Perſcribendum quoque ſuſpicor, *niſi tuo ego aliqui gaudeo*. nam *tu* quod per exemplaria peruaſit, ſententiam non explanat, ſed perturbat. Eſt autem non immodeſtum, vt reor, nec audax, vnius elementi adſcriptione ſupplementum orationi & ſententiæ idoneum comparare. *eſſe* mox è verſu quodam abeſt, cuius adminiculo, & integritati verſus, & ſententiæ bonitati cõſulitur, ſi legas, *mortuum hercle me eſſe ſatius*, vt & mox, *niſi ſi te mea manu vis in machæra & hunc mori*. quid quòd pro *fiat vt rem gratam intelligo*, reſtituendum videtur, *vt rem gnatam*, id eſt natam? quod genus loquendi tam frequens eſt, vt teſtimonio confirmandum minimè ſit. ſcribit Plautus, *Plaut. ibid. Plaut Tru. ib. Plaut. ibid.*

Video eccum qui manſtutorem med adoptauit bonis. *Plaut. Truc. Sc. Blittea & lutea.*

Med enim ibi pro me ſcribẽdum eſt, vt hiatus obſtruatur, qui verſum violaret. Ibi, vt manceps eſt qui manu capit: ita manſtutor, qui manu tuetur & tenet, quique poſſidet. amicus autem ibi eſt manubiarius, qui manubias & exuuias affert & ſpolia. Sed qui tintinaculi ſunt viri? nempe carnifices, qui tintinabula habent, ad ſumendum de aliquo ſupplicium. Nam qui ad ſupplicium ducebantur tintinabula gerebant: Zonaras, τοὺς γὰρ ἐπί τινι ἀποτήματι καταδικασθέντας θανεῖν νενόμιστο κωδωνοφορεῖν, ἵνα μηδεὶς βαδίζουσιν αὐτοῖς ἐγχριπτόμενος μιάσματος ἀναπίμπληται. poſſet & nõ ineptè ſic eos quiſpiam appellatos exiſtimare, propter crepitum plagarum ſonitumq; verberum. *Per tua obſecro genua* ſcribit, quòd in genibus ſit miſericordiæ ſedes, atque ea qui ſuppliciter precabantur, amplecti ſolebant: exempla apud Homerum multa ſunt. An non etiam, *Plaut. Truc. Sc. Egon' tibi maledicam. Zonaras. Plaut. Truc. Sc. Egon' tibi maledicam.*

—reſtitrix his præſidebo, *Plau. Tru. Sc. Lepidè efficiã.*

excudendum videtur? vt ſit, hic reſiſtam & manebo cuſtos. Nam illud quidem *reſtitricis* lectu eſt facilius, quàm intellellectu procliuius. quid? non illud, *Nam ea refert non muſſet intus bolos quos dat*: qui ſagaci nare eſt odoratur, ſic eſſe redintegrandum? *Plaut. ibid.*

Nam ea refert nummos, & intus bolos quos dat.

Ita ſenſus exiſtet non illepidus, qui nunc nullus eſt. ſed interpoſitis perſonis illud lucem accipiet,

Volt

Plaut. Truc. ead. sc. *Volt interim illa itidem commentari.* D. *Quid?*

AST. *Rem accipere identidem.*

sed ista tam parua, quid iuuare possunt depositam & perditam & propè demortuam & cõclamatam comœdiam? rediuiuam certè vitæ non red-dent, cuius rei vel in codicibus antiquis, quos desidero, spes aliqua est, vel nulla reliqua.

Minerua apud Maronem quid? pugna Cannensis, Tarentinus versus, Sybaritana præda, vis Lucillij, pinus matris deûm.

CAPVT XXII.

Virg. 8. Æn. CVI *tolerare colo vitam tenuíque Minerua,* Maro scribit libro octauo Æneidos Homeri imitatione: vbi Mineruam pretium Seruius explicat, quod à Varrone minerual appellatur: ego pu-Varr. lib. 3 de re rust. cap. 2. tem potius lanificium significari, quod tenue est, nec valdè quęstuosum: vt & alio apud Maronem loco de lanificio intelligitur,

Virg. 7. Æn. *—non illa colo calathisque Mineruæ*
Fœmineas assueta manus.

Arnob. 5. lib. aduers. Gentes. Interdum tamen etiam filum est. Arnobius, *pro aquis Neptunum, Liberum patrẽ pro vino, Cererem pro pane, Mineruam pro stamine.* nos, vt soliti sumus euagamur, & huc & illuc rapimur. *Te pugna Cannensis sat bonum accusato-*Cic. pro Rosc. *rem fecit*, inquit pro Roscio M. Tullius: in quo vel eodem Arnobio in-terprete significatur figuratè Syllana proscriptio: ita enim scribit ad hũc Arnob. lib. 5. locum respiciens, *potest quidem proscriptio (quẽadmodum Tullius ludit) pugna dici appellariq́; Cannensis*: quod equidem Arnobio credo & assentior, itaq́ locum explicandũ arbitror: qui aliud sentit suum complectatur cõmentũ; Nos & nescio quid eiusdẽ generis antè explicauimus. Sed aliò ferimur.

Virg. 2. Æn. *Tum pater ipse deûm fœcundis imbribus æther*
Coniugis in gremium lætæ descendit, & omnes
Magnus alit magno commixtus corpore fœtus.

quod ait Maro, & idem à Lucretio luculentis versibus scriptum est, ex Euripide sumptum est sic scribente,

Euripides. Ερᾷ δ' ὁ σεμνὸς οὐρανὸς πληρούμενος
Ομβρου, πεσεῖν εἰς γαῖαν Αφροδίτης ὕπο·
Οταν δὲ συμμιχθῆτον εἰς ταυτὸν δύο,
Φύουσιν ἡμῖν πάντα καὶ τρέφουσ' ἅμα.

Arnob. lib. 5. Arnobius, *Itaque qui dicit, cum sua concubuit Iupiter matre, non incẽstas signi-ficat aut propudiosas Veneris complexiones, sed Iouem pro pluuia, pro tellure Ce-rerem nominat.* Striculus ab Arnobio vsurpari videtur pro duriusculo, & tanquam strigoso: vt cùm scribit, *facit sumere habitum puriorem & in spe-*

ciem leuigari nondum duri & ftriculi puſionis. quod, vt coniicio, vocabulum etiam vſurparat Tertullianus in libro de pallio, ſed in vſtriculũ vel vſtriculam eſt immutatum: ſic enim eum ſcripſiſſe ariolor, *Patiens certè iam ſtriculus, certè iam virum alicuius clanculum functus, adhuc ſuſtinet ſtolam fundere.* ídque nos quoque ſic antè legendum eſſe monuimus. Tarentinum verſum pro molli & laſciuo poſuiſſe Arnobius videtur, vbi de ſabaziis agit, cùm ſcribit: *tum illum citabimus Tarentinum notúmque ſenarium, quem antiquitas canit dicens,* Arnob. lib. 5. Tertull. lib. de pallio. Arnob. lib. 5.

Taurus draconem genuit, & taurum draco.

Sic & Sybaritana præda Varroni apud Nonium eſt lauta & elegans, quã conuenire Tarentinis dicit. ſic enim ſcribit, *Ad Sybaritanam prædam, in qua ſunt tripodes, crateræ, anancea, populo nobilium Tarentinarum. Tunc ſancta & feruentia numina vim vomuiſſe Lucillij*, cùm Arnobius ſcribit, fœdum humorem, qui libidine profunditur intelligit, quem in ſatyris ita Lucillius appellarat. Sed & extat apud Varronem hoc Lucillij carmen, Apud Non. Arnob. lib. 5. Varr. lib. 4. de ling. Lat.

Vis eſt vita, vides, vis nos facere omnia cogit.

etſi in aliam hoc ſententiam, quàm Arnobianum illud dictum eſt.

Pinea ſilua mihi multos dilecta per annos. Virg. 9. Æn.

Apud Maronem dicit mater deûm. in Ida autem monte, vbi ſanctiſſimè colebatur, pinus abundabat, & ei pineus ibi lucus ſacer erat: Claudianus, Claudianus li. 1. de rapt. Proſerp.

—denſis quam pinus obumbrat

Frondibus, & nulla lucos agitante procella.

ac pinus erat Cybelæ ſacra, quòd, vt ait Ouidius, Ouid. lib. 10. Metamorph.

—Cybeleïus Attis

Exiit hac hominem, truncóque indurnit illo.

ſed & Arnobius ſcribit, *pinus illa ſolenniter, quæ in matris infertur ſanctum deæ, nónne illius imago eſt arboris, ſub qua ſibi Attis virum demeſſis genitalibus abſtulit?* Iterum, *Quid enim ſibi vult illa pinus, quam ſemper ſtatis diebus in deûm matris intermittitis ſanctuario?* Arnob. lib. 5. Arnob. ibid.

Ambubaiæ, balathro, tirones, veſtis demiſſa, diſcinctus, cauda ſalax, cantat & apponit, apud Horatium, & quædam in eo emendata.

CAPVT XXIII.

QVAS Horatius Ambubaias appellat, eas equidẽ eſſe nomen adeptas exiſtimo, quòd circum Baias, quarum lauacra calida delicatis hominibus ſtudio & voluptati erant, verſarentur, fuiſſéque mulieres laſciuas & impudicas arbitror, quæ Romam vſque tandem permanarint, ibíque cœtus habuerint. *Inter ſcortorũ vrbis ambubaiatúmque miniſteria* in Nerone Tranquillus Horat. lib. 1. Saty. 2. Sueton. in Nerone cap. 27.

quillus dixit. Ambu autem pro an,quod eſt circum, dixiſſe veteres,vt indu, pro in, exiſtimo. Inde fortaſſe ambarualis & ambedo. Videtur etiam, vt ab ἄμφω ambo, ſic ab ἀμφὶ ambu deduci poſſe. non aſſentior iis qui è Syria vſque hanc vocem repetunt. At balathrones, vel à barathro nomẽ habent:nam r illud virile & ſtreperum in lambda balbum ſæpe effœminatur & emolleſcit: vel à blatheis,vt Verrio videtur. Nam ſunt balathrones & blatheæ bullæ luti ex itineribus, aut quod de calciamentorum ſoleis deraditur. Nos integrum propè hoc vocabulum noſtra retinemus vernacula lingua. belithrones enim appellamus homines non bonæ frugi, & nihili nequámque. Varro de re ruſtica, *Videbo vos iam,* inquit, *balathrones:& huc afferam meum corium & flagella.* Cùm autem ait Horatius,

Varr. de re Ruſt. lib. 2. cap. 5.

Sub patribus duris tironum, eum ſignificat fœnus exercere contra leges, quæ vetabant filiisfamilias, & minoribus xxv. annis fœnerare: Plautus,

Horat. lib. 1. ſaty. 2.

Tum me perdit lex vicena quinaria. & alio loco,

Plaut. Pſeudolo. Sc. Pſeudole non audis.

Omnes tenerent mutuitanti credere.

Tirones autem appellabantur, qui ſumpſerant togam virilem, ídque tirocinium vocabatur: Tranquillus in Gaio, *vno atque eodem die togam ſumpſit barbámque poſuit, ſine vllo honore, qualis contigerat tirocinio fratrum eius.* Meliuſculè autem ex antiquis codicibus,

Plaut. Mercatore Sc. Duas res.

Sueton. in Caligula cap. 10.

— maxime quis non Iupiter exclamat, legitur: cum *exclamet* hodie excudi ſemper ſoleat. In primo quoque ſermone, quod animi eſſet nimium diſſoluti & negligentis prætermittere, hanc in antiquo libro ſcripturam reperi: *Plenior vt ſi quos delectat copia cornu.*

Horat. lib. 1. ſaty. 2.

cùm hodie *iuſto*, & quidem perbellè edatur: ſed illud alterum extra numerum iacere, aut pro reiiculo eſſe, fortaſſe non debuit, cùm ſententiæ non malè conueniat. Nam copia cornu plenior, erit copia quæ cornu abundatiore & bonis opulentiore refertioréque eſt. Quin quod in prima ſcribitur, *—neque ſe maiori pauperiorum Turbæ comparet,*

Horat. lib. 1. ſaty. 1.

in eo, *meliori pauperiorum*, ſcriptum comperi, quomodo meliorem partẽ pro maiore dicere vſus obtinuit. Sed ad ſecundam reuertor: Malthini nomẽ pro molli finxit Horatius à maltha, vnde & μάλθων grecè dicitur mollis & effœminatus. demiſſæ autem tunicæ, ſunt tunicæ talares, quæ non viriles, ſed ceu fœmineæ cenſebantur: vt infra,

Horat. lib. 1. ſaty. 1.

Horat. lib. 1. ſaty. 2.

Horat. lib. 1. ſaty. 2.

Ad talos ſtola demiſſa & circundata palla. Iterum,

Horat. ibid.

Cætera ni Catia eſt demiſſa veſte tegentis.

Attamen elegantiæ cultúſque ſtudioſi tales gerebant: Propertius,

Propertius lib. 4. eleg. 2.

Mundus demiſſis inſtitor in tunicis.

Cúmque tunicam cinctura colligeret & ſuſpenderet, diſcinctũ fuiſſe probro dabatur, vt Mecenati. Itaque in eius epicedio id excuſatur his verbis

Quòd

Quòd discinctus eras animo quoque, carpitur vnum: Virgil. opusc. In obitum Mæcenatis.
Diluitur nimia simplicitate tua.
Sic illi vixêre, quibus fuit aurea virgo:
Quæ bene præcinctos postmodo pulsa fugit.
Inuide quid tandem tunicæ nocuêre solutæ?
Aut tibi ventosi quid nocuêre sinus? Iterum, Ibid.
Et tibi securo tunicæ fluxêre solutæ. Rursum. Ibid.
Lydia te tunicas iussit lasciua fluentes
Inter lanificas ducere sæpe suas.

Laxius quoque cingi, neque satis sinum tunicæ adstringi, vitio dabatur, vt Iulio Cæsari. Caudam autem salacem venustè dixit, & expressius quàm Græci, quos imitatus est. Nam illi virile pudendum *κέρκον*, id est caudam interdum vocat, & οὐρὰν. *Hunc*, autem, *perminxerunt calones*, valet huic pudicitiam eripuerunt: vt & in eclogæ clausula, *Ne nummi pereant, aut pyga*, id est, ne stupretur. Sed & quod in quodam reperi perbono exemplari contemnendum non duxi, cùm aliquantò sit apertius & clarius quàm edititia scriptura, Horat. lib. 1. saty. 2. Horat. ibid. Horat. ibid. Horat. ibid.

Nec magis huic inter niueos viridésque lapillos
Sit licet, hoc Cherinthe tuo tenerum est femur aut crus
Rectius.

vt dicat, gemmato quàm inornato non esse delicatius femur. puto tamen non adulteratum esse & verum, *nec magis hinc*: &, *hoc Cherinthe tuum*, vt dicat, non hinc femur hoc tuum est tenerius, quòd sit gemmatum & vnionibus distinctum. Reperi etiam, —*Chlorin tibi penè videre est* Horat. ibid.
Vt nudam: sed nescio quomodo velut centuriatis magnísque comitiis omnium ordinum suffragia *Cois* meretur: in his etiam meum, si fortè hac accessiuncula lætetur. Chlorin tamen si quis tueatur, nomen erit meretriculæ. Sic & ista distinguo —*leporem venator vt alta* Horat. ibid.
In niue sectetur, positumsic tangere nolit,
Cantat: & apponit, meus est amor huic similis.

Amator, inquit, cantat vt venator sectetur in niue libenter leporem, sic appositum in ferculo nolit tangere: & mox addit (hoc enim est, apponit) suum amorem esse similem. sectetur autem non sectatur legendum est, quod & veteribus credimus libris, & grammaticorum rationi ita flagitanti assentimur. Mox reperio, *hiscine versiculis*: & cum versiculos dicat, satis indicat versus superiores pro cantico accipi debere, vt explicaui. Lego etiam ex antiquis libris, Horat. lib. 1. saty. 2.

Si interdicta petes, vallo circundata: nam te Horat. ibid.
Hoc facit insanum, multæ tibi dum officiunt res.

Id eſt, ſi interdictam & vetitam petas matronarum venerem, ea veluti caſtra quædam, vallo circundata eſt, & magna difficultate expugnanda: quę res tamen ad inſaniam te adigit & furorem. placet etiam vt editur,

Horat. ibid.

—vallo circundata (nam te
Hoc facit inſanum) multæ tibi tum officient res.

ſi venerem matronarum appetas, ita vndique obuallatam atque munitam, quæ tamen res te ad amorem vehementer impellit & incendit, multa tibi obiicientur incommoda & impedimenta.

Plutei, vineæ, tigna, trabes, teſtudines, muſculi, quædam in Cæſare explicata. CAPVT XXIIII.

Si operam ſumpſero in explicanda quadam apud Cæſarem fabrica in obſidione Maſſiliæ, vt opinor de iuuentute non malè merebor, quæ in legendis auctoribus nihil moleſtius reperire ſolet, quàm architecturæ deſcriptiones. Nos igitur turrim lateritiam, quæ ſecundo belli ciuilis commentario extruitur, explicemus. Milites Romani in obſidionibus opera facere ſolebant tecti pluteis aut vineis: inter quos intererat, quòd plutei, vt quidam volunt, erant ſimiles illis appendicibus quas ædificiis applicamus, & tectum in vnam partem deuexum habebant, vt & plutei, in quibus ſcribimus: vineæ in vtranque partem deuexitatem tecti habebant. Appollodorus in Poliorceticis vineas, minores & leues appellat teſtudines. ſic enim ſcribit, σκέπεσθαι δὲ αὐτοὺς δεῖ χελώναις ἐλαφραῖς, αἳ καλοῦνται ἄμπελοι διά τε τὰς τοξείας καὶ τὰς σφενδονήσεις. εἰσὶ δὲ τοιαῦται· χάμακας ἔχουσιν ὀπλῖται ὀρθοὺς περὶ τοὺς πέντε, δι' ἀλλήλων καλαδέτη ἐξευγμένους, ἵνα τηρῶσι τὸ τῶν πέντε διάστημα, τὸ ἐσχάρας ἔχοντας, ἵνα ἐμπήσσεσθαι δύνωνται, καὶ ἀναπαύειν τοὺς φέροντας. τούτοις δέῤῥεις περικρεμνῶνται κατὰ τὰ μέτωπα καὶ τὰ ἔξωθεν μέρη. ἐκ δὲ τῶν ἄνω περὶ τοῖς ὀρθοῖς κάμαξιν ἐπίκεινται ῥερυασωμέναι, μὴ περιλειπόμεναι διπλαῖ, καὶ χαλάσματα ἔχουσαι ἵνα ἐκλύηται τὰ πεμπόμενα. γίνονται δὲ ἀνισοϋψεῖς οἱ χάμακες παρ' ἕνα, ἵνα τὸ ὑπ' αὐτῶν σχῆμα ᾖ χελώνη. Vegetio plutei è vimine cõtexũtur, cratibuſq; & ciliciis proteguntur, formámq; apſidis habent: vineæ machinæ ſunt è lignis leuioribus longæ magis quàm altæ, quarũ tectum munitione duplici tabulatis cratibuſque contexebatur. His igitur pluteis & vineis tecti milites aduerſus miſſilia & tormenta oppidanorum, parietem ducebant lateritium, quem vbi ad contabulationem perduxerunt, tranſuerſa tabulationem ſuſtinentia ſic impoſuerunt tigna, vt eorum capita foris non apparerent: ſuper hanc contignationem & cõtabulationem parietem laterculis porrò adſtruxerunt, eouſque dum pluteis & vineis per tectum, quod non erat admodum altum, ad ſtruendum vti poterant. vbi iam altior aſſurgebat

Appollodorus in Poliorceticis.

bat ſtructura, quàm vt è vineis attingere eam poſſent, pluteos & vineas remouerunt: ſed ſupra parietem, quem vltra primam contignationem erexerant, tigna tranſuerſa iniecerunt, quibus ſuſpenderent & ſuſtinerent eam contignationem, quæ turri integumento futura eſſet: tignis trabes tranſuerſas iniecerunt vltra parietem procurrentes (tigna pullitras noſtra lingua vocamus, trabes ſoleas) vnde præpenderent demiſſæ ſtoriæ & tegumenta, quæ milites à telis defenderent, parietem ſub contignatione ſecunda erigentes. vbi autem vſque ad tegumentum turris opus perduxerant, tegumenti contabulationem ſubleuabãt altiuſque tollebant: quod Cæſar ſic ſcribit, *turris tectum per ſe ipſum prehenſionibus ex* Cæſar comment. li. 2. bell. ciuil. *prima contignatione ſuſpendere ac tollere cœperunt: tantum autẽ eleuabant, quantum ſtoriarum patiebatur demiſſio.* quæ verba hanc ſententiam continent: milites ipſum per ſe tectum ſine vineis & pluteis prehendiſſe, & leuaſſe quanta prolixitas erat pendentium ſtoriarum, ne ſi altius erigerent, interlucente ſpatio ſtoriis non operto, nudi paterent telis oppidanorum. ſic deinceps facta contignatione eleuato tecto ſtoriiſque præpendentibus muniti tectique opus expediebant. ei adiunxerunt muſculum, qui à teſtudine differt paruitate. Hæ enim machinæ ab animalibus per ſimilitudinẽ nomen traxerunt, minoréſque muſculi, maiores teſtudines vocatæ ſunt. collocat in muſculo duo longa tigna in ſolo craſſitudinis bipedalis, in eis columellas defigit vtrinque, quas capreolis faſtigatis coniungit, noſtra lingua nomen capreoli retinet: capreolis imponuntur tigna perpetua tecti longitudine, quibus inuehuntur trabes tranſuerſæ à faſtigio ad extremum muſculi tectum. his inſiguntur regulæ, quas lingua noſtra latas appellare conſueuimus. Ita firmiſſimum ad omnem iniuriam & pondus tectum comparabatur.

Aſcaulæ, pythaulæ, neurobatæ, cancellarij, cellæ ſuppoſitoriæ, plumarij, in plumam. CAPVT XXV.

QVÆRVNT, nec profectò iniuria, grammaticorum tribus, qui ſint apud Vopiſcum in Carino camptaulæ. vox enim ipſa minus vſitata, & à Vopiſcus in Carino. Græcis oriunda, imo verò planè Græca, ne à Græcis quidem ipſis agnoſcitur. mihi quidem falſa videtur eſſe, & irreptitia, legendumque aſcaulæ, vt ſint vtricularij: ſed & mox in eadem vita pythaulas legimus, quorum armamentum muſicum imitatur, vt quidam cenſent, dolium, vt illorum vtriculum. Ita aliorum erat rotundius & tumidius, minus tamen: aliorum oblongius & teretius, maiuſque inſtrumentum. ego verò pythaulas Vopiſc. in Carino. eſſe legendum contenderim, vt ſint tibicines, qui Pythia canebant: Hi-

Higinus lib. fabularum capite 273. ginus, *his quoque ludis pythaulæ, qui Pythia cantauerunt.* Horatius, *—qui Pythia cantat*

Tibicen, didicit prius, extimuitque magistrum.

Horat. de art. poëtic. quid quòd non minus grammaticorum decurias angit, quod ab eodem

Vopisc. in Carino. scribitur? *Nam & neurobaten, qui velut in ventis cothurnatus ferretur, exhibuit.* hic quoniam ventorum mentio est, sæpenumero existimaui anemobaten legendum: nunc in alia omnia discedo, ac legendum suspicor, sed tamen suspicor tantùm, *qui velut in neruis.* Nam magni miraculi est, velut neruis, non iustis funibus cothurnatum ferri. Cùm enim velut neruis dixit, minutos intellexit funiculos. Quòd si quis est qui ventorum vocabulum retinendum putet, atque immutandum neget, is fateatur necesse est anemobaten scribendum, qui velut ventos scandat. Illic etiam cancella-

Vopisc. ibid. rij sunt, qui preces supplicesque libellos, omniáque scripta, quibus princeps subscribere nolebat, cancellabant, id est ductis cancellatim lineis vitiabant & inducebant, fortasse è notariorum numero: tandem tamen in maximum togatorum fastigium euecti cancellarij sunt, & apud reges hodie secundas ferè tenent: cancellarij autem non erant Carino imperante eius ordinis & dignitatis, vt ad præfecturam vrbis vocari solerent: quam tamen vni mandauit frementibus omnibus ob indignitatem rei. Nam senatori alicui aut illustri suo comiti tantum mandare honorem de-

Vopiscus ibid. buerat. *Balneis*, inquit, *ita frigidis vsus est, vt solent esse cellæ suppositoriæ, frigidariis semper niualibus.* hìc, nisi me fallit animi coniectura, cellæ suppositoriæ vocatæ sunt, quæ suppositæ sunt, id est subiectæ: sunt enim fridissimæ, quæ subiectæ sunt niuali frigidario: id ita loquitur, non tamen eleganter eloquitur, vt diceret studiosus quispiam stomachi Ciceroniani.

Vopisc. ibid. Latina tamen ista credo, & non dedignanda. Lego autem in eadem vita, *vt reti flauo & pallio aurato*, non vt euulgatum est, *rete flauiæ pallio*, nullo

Vopisc. ibid. quem quidem ipse elicere possim, sensu. Quòd autem scribit *plumandi difficultate pernobiles*, exponitur texendi à quibusdam, ab aliis acu pingendi exponitur: & sanè videri potest pro acu pingere interdum accipi, vt à Diuo Hieronymo: species tamen quædam propriè est acu pingendi, cùm claui, aut patagia, aut segmenta, aut scutulæ, aut tessellæ sic aliæ aliis in veste superassuuntur, vt plumam auium referant: vnde & plumariorum & plumandi nomen ortum est per similitudinem traductum: aut cùm sine assumento acu pingendo, plumæ auium referuntur: id indicat Pruden-

Prudentius Hamartigenia. tius his versibus, *—hunc videas lasciuas præpete cursu*

Venantem tunicas, auium quoque versicolorum

Indumenta nouis texentem plumea telis.

& Maro lib. 11. per similitudinem, etsi de arte plumariorum non scri-

bens

bens ait, *—quem pellis ahenis* Virg. lib. 11. Aen.

In plumam ſquammis auro conſerta tegebat.

Et Salluſtius, *equis paria operimenta erant, quæ lintea ferreis laminis in modum plumæ adnexuerant*: Et Papinius Theba. 11. Salluſt. apud Seruiū in 11. Aen.

Quà malè iam plumis imus tegit inguina thorax. Statius lib. 11. Thebaid.

in eadem vita conciliator turpe verbum eſt, qui conditiones ſcilicet alteri conciliat, quique interpres amorum & internuntius eſt & conciliator: & amoris fœdera ſancit & percutit. Hoc caput prodigij ſimile eſt, cùm è tantilla vita mihi integrum prodierit, qui interdum vix vndique hoſtiatim mendicatis fruſtillis capita expediam. Vopiſc. in Carino.

Medi, fronti præponere oliuam, Albunea, populea corona, acutum gelu, Tibullus explicatur. CAPVT XXVI.

SOLENT Græci, præſertim Attici, Perſas appellare Medos, quòd à Medis ad Perſas imperium tranſlatum ſit: ſed cùm Orientis & Perſarum opes in Parthorum tandem conceſſerint ditionem, Atticorum imitatione Flaccus, vt equidem exiſtimo, Parthos appellauit Medos, cùm ait, Horat. lib. 1. od. 2.

Neu ſinas Medos equitare inultos Te duce Cæſar.

Et alio loco, *Roma ferox dare iura Medis.* Horat. lib. 3. od. 3.

Atque id etiā antè, vt recordamur, perſtrinximus. Nos & ex eodem poëta hāc coronā nectemus, nec ex alterius horto flores libabimus: ait ergo.

Vndique decerptam fronti præponere oliuam: Horat. lib. 1. od. 7.

qui verſus multos ſollicitos habuit, vſque adeo vt bono deſperato ſenſu creditum ſit eſſe, *decerptæ frondi* legendum. Itaque hæc iam ſcriptura obtinet, & velut à prætore contra tabulas in poſſeſsionem miſſa eſt. vetus tamen ex edicto reſtituetur, ſi bono ſenſu ius ſuum approbarit. Puto igitur dici aliquos eſſe, qui in quocunque argumento & materia aliquid loquuntur in laudem Athenarum, eáſque ſemper in ore habent, & commemorant editionem oliuæ à Minerua productæ, vt vrbi nomen imponeret: & in poëmate ita canunt, vt eblandiente loco excurrentes victores Panathenæorum dicant è pacali, vt ita dicam, Mineruæ oliua, aut ex eis quæ ab illa propagatæ ſunt, & moriæ appellatæ, publicè coronari: vel denique ipſi ſe dicant in cantico libenter oliua redimitum caput habere. eſt igitur, *vndique decerptam fronti præponere oliuam*, ex omni loco & materia & argumento veluti colligere oleagineum termitem, & ex eo coronam nectere: quod eſt, vbique & in omni argumento de Athenis & olea Mineruæ narrare, cuius felici feſtaque fronde coronantur homines. Similis eſt ferè ratio & figura in illo primæ Odæ loco: Horat. lib. 1. od. 1.

—me gelidum nemus, Nympharúmque leues cum satyris chori
Secernunt populo.

significat enim è locis nemorosis & solis, quibus delectantur poëtæ, se Horat. lib. 2. Epist. 2. delectari poëtices studio. Nam vt ad Florum scribit,

Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit vrbes
Rite cliens Bacchi somno gaudentis & vmbra.
Horat. lib. 1. od. 7. *Quàm domus Albuneæ resonantis.*

Albunea Nympha fuit, cui sacer erat fons altissimus, & nemus pulcherrimum iuxta Tibur: ea Nympha fuit Sibylla Italica. Lactantius de Sibyl- Lactant. lib. 1. cap. 6. lis, *Decimam*, inquit, *Tiburtem dicunt, nomine Albuneam, quæ Tiburi colitur vt dea, iuxta ripas Anienis, in cuius gurgite simulachum eius inuentum esse dicitur, tenens in manu librum, cuius sacra senatus in Capitolium transtulerit.* Eam videtur Albanam appellare Tibullus,

Tibull. lib. 2. eleg. 6. *Quásque Albana sacras Tiberis per flumina sortes*
Portarit, sicco perluerítque sinu.

Librum autem quem portauit puto sortes fuisse, quas etsi aqua perluebat, siccas & sicco pectore gesserat. Tiburti autem lucus non minus emendatè quàm Tiburni legi posse suspicor, quòd vrbis illius Tiburtinæ conditor Tiburtus & Tiburnus diceretur. Solinus, Solinus cap. 8. *à nomine Tiburti fratris natu maximi vrbem vocarũt.* Virg. 7. AEn. vnde verò quæso Tiburtinus nisi à Tiburto? Maro

Tum gemini fratres Tiburtia mœnia linquunt,
Fratris Tiburti dictam cognomine gentem.

Seruius in 7. AEn. Seruius, *de Græcia tres fratres venerunt in Italiam, Catillus, Coras, Tiburtus vel Tiburnus.* Horat. lib. 1. od. 7. *Tempora populea fertur vinxisse corona,* cùm Horat. canit, quæritur, cur populo Teucer se potius coronarit, quàm alia fronde: an quòd ea arbor sit Herculi sacra, magnis ærumnis laboribusque perfuncto? nec id sanè est improbandum: an potius quòd ad bacchantium coronas & genio indulgentium respexit? & probabilius est, vt lætitiam præ se ferret, & ostenderet, alióśque bene sperare iuberet. Demosth. pro Ctesiphonte. Demosthenes pro Ctesiphonte, τοὺς ἐστεφανωμένους τῷ μαράθρῳ καὶ τῇ λεύκῃ. vbi grammatici anotant, ἐστέφοντο οἱ τὰ βακχικὰ τελούμενοι τῇ λεύκῃ, διὰ τὸ χθόνιον μὲν εἶναι τὸ φυτὸν, χθόνιον δὲ καὶ τὸν τῆς Περσεφόνης Διόνυσον· τὴν δὲ λεύκην πεφυκέναι φασὶ περὶ τῷ ἀχέροντι, ὅθεν καὶ ἀχερωΐδα καλεῖσθαι αὐτὴν παρ' ὁμήρῳ. Horat. lib. 1. od. 9. Cur autem obsecro Horatius gelu acutum vocauit in nono carmine?

—gelúque Flumina constiterint acuto.

equidem acutum dici reor Græco more pro acri & vehementi. grammatici enim Græci obseruant ὀξὺ significare plerunque magnum & vehemens: eodem modo dixit Horatius,

Horat. lib. 4. od. 4. *Expediunt peracuta belli:*

vt Græci

vt Græci ὀξὺν ἄρνα dicũt. Dionyſius autem Lambinus vir omnibus literis egregiè doctus, & Græcè & Latinè imprimis eruditus, & nunc linguæ Græcæ profeſsione Pariſienſe gymnaſium ornans, elegãter & ſagaciter obſeruauit gelu acutum eſſe ab Horatio dictum, vt à Pindaro χιὼν ὀξεῖα Pindarus. dicitur.

Clypeus, ſcutum, antepilani, pilani, pars familiaris, pars hoſtilis, ordo, vexillum, Liuius explicatur.

CAPVT XXVII.

In Liuio ſunt animaduertenda hæc verba quæ ſcripta ſunt lib. 8. *Clypeis antea Romani vſi ſunt, deinde poſtquam facti ſunt ſtipendiarij, ſcuta pro clypeis fecere*: hîc niſi clypeum à ſcuto diſtinguamus, neceſſe eſt à ſenſu aberremus: ſed & Liuius lib. 1. primæ claſſi imperatum dicit eſſe clypeum cum galea, ocreis, lorica: ſecundæ pro clypeo ſcutum, & præter loricam eadem omnia. vbi Dionyſius Halicarnaſſeus pro clypeo ἀσπίδα græcè ſcribit, pro ſcuto θυρεόν. Igitur clypeus rotundus erat, vt Virgilio auctore intelligi poteſt, qui prægrandem Cyclopis oculum comparat clypeo Argolico: oculi autem figura rotunda eſt, Liuius lib. 8. Liuius lib. 1. Dionyſius Halicarnaſſ. lib. 4. ant. Rom.

Argolici, inquit, *clypei, aut Phœbææ lampadis inſtar.* Virg. 3. AEn.

ſcutum formæ oblongæ maiuſque clypeo. Itaque pro clypeo ſecundæ claſſi datum ſcutum eſt, quòd ſine lorica eſſent, vt ſcutum & clypei & loricæ loco eſſet, & totum corpus protegeret. Maro,

—ſcutis protecti corpora longis. Virg. 8. AEn.

hinc & θυρεὸν Græci vocant, quòd referat ſimilitudinem forium, quæ longiores quàm latiores ſolent eſſe. Stipendiarij hic in Liuio ſunt, qui ſtipendia merent. dicit enim Romanos ſcutis vſos eſſe, ex quo ſtipendium militibus conſtitutum fuit. antea enim ſine ſtipendio militabant. Mox idem appellat quoſdam milites antepilanos: *hoc*, inquit, *30. manipulorum agmen antepilanos appellabant.* ſic autem vocabant haſtatos & principes in legione, quòd eſſent ante triarios, qui pilani vocabantur, vt & M. Varro de lingua Latina docet: Sic enim ſcribit, *haſtati dicti qui primi haſtis pugnabant: pilani, qui pilis: principes, qui à principio gladiis, & poſt commutata re militari, minus illuſtres ſumuntur. pilani triarij quoque dicti, quòd in acie tertio ordine extremis ſubſidio deponebantur.* & Ouid. 3. Faſtorum, Liuius lib. 8. Liuius ibid. Varr. 4. de ling. Latina. Ouid. 3. Faſtorum.

—haſtatos inſtituitque decem:
Et totidem princeps, totidem pilanus habebat
Corpora, legitimo quique merebat equo.

Non multò poſt eſt in Liuio, *Decio caput iecinoris à familiari parte cæſum aruſpex dicitur oſtendiſſe.* hîc & caput & pars familiaris verba ſunt aruſpi- Liuius lib. 8.

cinæ: quæ quidem ars cùm ob vanitatē & ſuperſtitionem meritò deſueta ſit & improbata, nobis obſcura ſunt & ignota. Sed coniicere licet caput, fibrarum in iecore initium fuiſſe: cumq́ue iecur in duas partes diuiderent familiarem & hoſtilem, & è familiari ſua euenta augurarentur, ex hoſtili hoſtium fata, duo capita erant, vnum hoſtile, alterum familiare: *Lucanus lib. 1.* de familiari hîc Liuius loquitur, de hoſtis parte Lucanus,

Cernit tabe iecur madidum, venáſque minaces
Hoſtili de parte videt.

Cic. 2 de diuinat. Cicero, *fiſſum familiare tractant.* de vtroque capite familiari & hoſtili idem Lucanus, *Luc. 1.*

Ecce videt capiti fibrarum increſcere molem,
Alterius capitis pars ægra & marcida pendet.

Liuius 8. Cùm autem ſcribit Liuius, *quia ſub ſignis iam alij quindecim ordines locabantur, ex quibus ordo vnuſquiſque tres partes habebat, earum vnamquanque primum pilum vocabant. tribus ex vexillis conſtabat. vexillum 186 homines erant.* aut pro quindecim ſcribendum nouem aut in vexilli numero error ſit neceſſe eſt. Nam cùm in vexillo dicat eſſe centum octoginta ſex homines, hi tres efficiunt ordines ſexagenûm hominum cum ſuis centurionibus. Nam in ordine duo erant. ſic tria vexilla efficient nouem ordines, non quindecim, ex quibus acies poſtrema conſtabit, qua ordinem vnum ex illis effici dicit, cuius pars vna primum pilum dicebatur, id eſt vexillum triariorum: vt proinde legendum eſſe ſuſpicer, *nouem ordines locabantur: ex quibus ordo vnus, qui tres partes habebat, earum vnam, quam primum pilum vocabant, tribus ex vexillis conſtabat.* Nam niſi ita legatur, vix eſt vt ordinum numerus cum vexillis conuenire poſſe videatur. hæc tamen admonitioni ita ſunt, vt non ſine cautione lector amplectatur.

Lupata, lupi, Thaliarchus, vt melius pati, vina liques.
CAPVT XXVIII.

Horat. lib. 1. od. 8. ET iuuat & melli eſt Horatij quoſdam locos excutere: quod iam ſæpe fecimus, & ſæpe etiam poſthac libris ſequentibus fortaſſe faciemus. In libro 1 carminum ſcribit,

—Gallica nec lupatis Temperet ora frænis.

Hic Gallica ora pro equis dicit gallicis, vt nominat Plautus Gallicos canterios.

Plaut. Aulul. Sc. Narraui amicis multis. *Faxim*, inquit, *muli precio qui ſuperant equos,*
Sient viliores Gallicis canteriis.

Fræna autem lupata, quæ & lupata etiam ſine additamento dicuntur, fræ-

na ſunt lupos habentia, & duriora aſperioraque: vt currus falcati dicuntur, qui falces habent, ſecures dolabratæ, quæ habent dolabram, falces vericulatæ, quę vericulum. eſt autem lupus ferreum inſtrumẽtum vncum, ſimile dentium lupinorum: Liuius, *in alios lupi ſupernè ferrei iniecti, vt in periculo eſſent ne ſuſpenſi in murum extraherentur.* Liuius lib. 28. λύκος eodem modo Græcè dicitur ferrum quoddam fræni, vnde lupatum: atque hinc λυκοσπάδες equi à nonnullis explicantur. Ouidius ex parte totum frænum ſignificauit cùm dixit, Ouid. 4. Triſtium eleg. 6.

—duros accipit ore lupos.

Palladius. Eſt & lupus, ferrula manubriata apud Palladium: fræni autem lupati ad os equi quantumuis ferocis temperandum domandumque aptiſſimi ſunt. Thaliarchum in Horatio aſpiratè & anhelatè prima ſyllaba ſcribendum Horat. lib. 1. od. 9. cenſeo, vt nomen proprium ſit, in quo inſit ſignificatio magiſtri & domini conuiuij, qui & ſympoſiarchus vocabatur. Nam thalia conuiuium etiam Græcis ſignificat. At verò diota (ſcribi enim iota debet non ypſilo) eſt amphora, ex eo nominata, quòd vtrinque ferri poſſet, cùm vtrinque ſit anſata: vnde ἀμφορεὺς & ἀμφιφορεὺς à Græcis appellatur, & explicatur ἀγγεῖον κεραμεοῦν ἀμφοτέρωθεν φερόμενον, ὅ ἐπιδίωτον. ait Horatius, Horat. ibid. Horat. lib. 1. od. 10.

Voce formaſti catus, & decoræ More palæſtræ,

De Mercurio, ad eius officia id referens: vnde & cognomina apud Græcos inuenit, vnum vt λόγιος ab eloquentia dicatur, quia orationi præeſt: alterum ἀγώνιος à certaminibus, quòd palæſtræ præſit & gymnaſiis. Idem erat & nuntius deorum, vnde κήρυξ & διάκτωρ vocatur: etiam ab aurea virga χρυσόρραπις: quæ quidem prætermittere nolui. Leuconoes nomen Gręcum eſt à mentis candore: quanquam candidam mentem Græci pro mala etiam interdum dicunt. Nam Heſychius λευκῶν πραπίδων explicat, κακῶν φρενῶν: niſi ſit potius χαλῶν φρενῶν legendum, vt reor. Illud autem Horat. lib. 1. od. 11. Heſychius.

—vt melius, quicquid erit, pati Horat. lib. 1. od. 11.

eſt, ὡς κρεῖττον ὂν πᾶν τὸ ἐσόμενον φέρειν. Illud enim participium ὂν nequeunt exprimere Latini, & plerunque in eorum oratione deſideratur: vt,

—& ſpatio breui Spem longam reſeces, Horat. ibid.

id eſt, cùm vitæ ſpatium ſit breue, βραχέως ὄντος τοῦ δρόμου καὶ τοῦ διαστήματος, id eſt cùm breue ſit curriculum vitæ. Eſt igitur, *vt melius* abſolutè dictum, pro vt meliore, vt ita dicam, exiſtente. *Vina*, inquit, *liques*, id ex antecedente conſequens ſignificat, id eſt vinum bibas, & tibi indulgeas: ex Horat. ibid. antiquorum cõſuetudine, qui vinum vt defecarent, & liquidius redderent, minuſque nocens fractis velut viribus, antequam biberent, colo tranſmittebant: Tertullianus, *conquirito altilium enormem ſaginam, defecato ſenectutem vini.* Tertullianus. Erant & niuaria cola, quibus & niues attenuabantur, vt Martialis ſcribit. Martialis lib. 14. epig. 103. Verùm cur acrem tibiam dixit Horatius? nempe

quòd

Horat. lib. 1. od. 12. quòd cùm lyræ ſonus dulciſſimus ſit, tibiæ vehementior eſt & acutior & vlulantior, magíſque tinnulus. Idcirco acris tibia dicta eſt, cuius epitheti Quintil. lib. 8. cap. 2. proprietatem & Fabius in Flacco obſeruauit.

Vnde vocalem temere inſecutæ Orphea ſiluæ.

Horat. lib. 1. od. 12. temerè, valet vulgò, paſſim: alio loco, fortuitò, negligenter,

Horat. lib. 2. od. 11. *Cur non ſub alta vel platano, vel hac Pinu iacentes ſic temerè.*

temerè eſt ſine arte, Liuius, Liuius lib. 21. *itaque ingens vis coacta nauium eſt lintriúmque temerè ad vicinalem vſum paratarum.* è montibus autem illis ſiluoſis arbores Zonen vſque Orpheum erant ſecutæ: illic autem in amphitheatri orbem Orpheum canentem audientes cinxerant. vnde & loco nomen.

ADRIANI TVRNEBI ADVERSARIORVM LIBER DVODECIMVS.

In Catullo quædam animaduerſa, laneum latus, anſeris medulla, Aquinius. CAPVT I.

DVLCISSIMVS omnium poëtarum & politiſſimus ait Catull. epigr. 30. Catullus, *Amabo mea dulcis Ipſithilla,* in quo quidem verſiculorum ſuauiſſimo, nomen Ipſithillæ iucundum illud quidem ſonat, ſed tamen neque merè Romanum, neque verè Græcum ingenua ſua ſibi indole videtur. ego ſi quis ignoſcere in animum inducat audaciæ meæ, quæ facinoroſo graſſatur per auctores impetu, hoſpitilla lubentiſſimè legerim: & cur, afferre poſſim. primùm ferè Romanis vtitur nominibus propriis, quæ ad blandimentum lepidè ſcitéque Catull. epigr. 42. diminuere interdum ſolet, vt *Septimillum* alio vocat loco, qui Septimius eſt. ſic hîc hoſpitillam: quæ eſt hoſpita. Deinde facilis & lubrica fuit literarum traductio & elementi vnius immutatio. Poſtremò hoſpitam Romæ habuiſſe veriſimile eſt Veronenſem poëtã vrbis incolam. In eodem epigrammate vereor vt illud ſatis emendatum ſit,

Quod ſi iuſſeris, illud adiuuato.

Catull. epigr. 30. quodam enim animi ſtudio efferor ad legendum, *illud & iubeto*: aut, ſi quis

quis fortè tale verbum patientibus feret auribus, *illud adiubeto*, quod erit Illud præterea iubeto. nam adiuuato, quod erit in illo adiuuato, etſi Latinè eleganterq́ue dicitur, non tamen ita procliui natiuoq́ue verſiculorum & elocutionis curſu incitatur. Legendum in eo etiam poëta puto, *Paterna prima lancinata ſunt bona*, non *primùm*: tum quòd ex iambis ſolis contexitur verſus, tum quòd ſubiicitur. Catull. epigr. 30. Catull. epigr. 27.

Secunda præda Pontica, inde tertia Ibera. Catull. ibid.

Nulla vt cauſa ſit, cur non eodem tenore & habitu tota oratio pergere & formari fingiq́ue debeat. ſed & cùm Britannia ab antiquiſſimis ſcriptoribus niſi ſingulari numero efferri non ſoleret, niſi in certo quodam loquendi genere, vt,

Mauult quàm Syrias Britanniáſque. Catull. epigr. 42.

Nam ne Syriam quidem multitudinis numero ſolemus eloqui. Britãnias enim dici poſteriorum imperatorum ætate ſolitum eſt. ſcribendum arbitror, *timet Britannia* non *timent Britanniæ*. & vt iambos cœptos epigrammati reddamus perpetuos, libenter *timéntque galliæ hunc*, pro *hunc galliæ timent*, legerim. Nam in hoc toto epigrammate hunc vnicum ſpondæum reperias pedem. Non eſt autem veriſimile Catullum perpetuare iambos ſtuduiſſe, & ſui tamen oblitum tandem in fine epigrammatis gradibus pernicibus & leuibus pedem tardum inſeruiſſe grauemq́ue menſionem. Nam quòd tribrachyn vnum intexuit, id etiam incitat velocitatem verſus & procliuitatem: quanquam ſi *oplentiſſimæ*, quo modo fortaſſe ſcripſit, legas, conſeruabitur perpetua iamborum connexio & ſeries. Illud autem elegãs, quod latuſculum laneum appellat, quod eſt molle. ſic apud Macrobium dij dicuntur habere laneos pedes, quòd fœtus qui vtero continetur, decimoq́ue menſe foras erumpit, mollibus naturæ vinculis colligatus tenetur. *Ne*, inquit Catullus, *laneum latuſculum manúſque mollicellas*. adiectio ſumpta eſt à mollicie lanæ. Quod autem ait, *vel anſeris medullula*, & in obſcæno quoque eſt carmine poſitum, *quidam mollior anſeris medulla*; id aliquando ſum ſuſpicatus de molliſſima anſerum pluma accipiendum, quæ interior eſt, & corpori proxima: ſed cùm intelligam anſeres in deliciis Romanis olim fuiſſe, quos altiles ſaginatoſq́ue tenerioris ætatis apponere ſolebant, quorum tenerrimis pulpis etiam tenerior multis partibus eſſet medulla: inducor vt credam anſeris medullam, pro molliſſima & tenerrima re vſurpari ſolitam eſſe, cùm Romanorum iudicio teneritatem carnis longè ſuperaret mollitudo medullæ. Iam *Cæſios, Aquinos*, malè ſcriptum arbitror, pro *Cæſios, Aquinios*: etſi in modulando verſu vocales coniungendæ ſunt, vt earum cœtu vna comprehẽdatur ſyllaba. Aquinium enim malum poëtam fuiſſe è Cicerone conſtat. Nam quinta tuſcu-

Catull. epigr. 27. Catull. eod. epigram. Catull. ibid. Macrob. ſaturn. cap. 8. Catull. epigr. 22. Catull. ibid. Catull. epigr. 14. Cic. 5. Tuſcul.

lana

lana sic scribit, *adhuc neminem cognoui poëtam, & mihi fuit cum Aquinio amicitia, qui sibi non optimus videretur.*

Fœnicularius campus, ego fructum puto, Cicero emendatus.
CAPVT II.

Cic. ad Attic. li. 12. epist. 9.

Lib. Epistolarum ad Atticum 12 obscuritatem quandam & nubem ænigmatis continet quod ita scribitur, *Scribe quæso quid referat Celer egisse Cæsarem de candidatis: vtrum ipse in fœniculariũ, an in campum Martium cogitet.* puto autem venustè & ilocaliter significari, vtrum ipse à Cæsare impetrauerit cum candidatis vt comitia fiant, vt in Campum Martium candidatus ad petendum veniat, & magistratum petat: an verò hoc ab eo non obtinuerit, nec comitia futura sint, vt ad fœnicularium se recipere cogatur, quod est ad fœnus exercendum desperato magistratu. Nam fœnicularij eadem quæ fœnoris origo, iidem natales: résque tota eo venustior est & iucũdior, quòd & campus erat fortasse aliquis nomine Fœnicularius, & vt non fuerit, tamen prata eo nomine vocari possunt, eoque vocem illam retulit: est & breuitate nimia illud non minus nodosum, *Verum si quæris, homini non recta sed voluptuaria quærenti nonne βεβίωται: tu interea dormis. Iam explicandum est πρόβλημα, si quid acturus es. Si quæris quid putem, ego fructum puto.* hîc quidem perbellè ludit, voluptuarios homines sibique indulgentes viuere dicens, quæ est Epicuri sententia, cuius cùm esset æmulus Atticus, tamen dum pecuniam congerit, & negotia gerit, séque studiis rei familiaris implicat, eum voluptates prætermittere nec viuere iocatur. tu, inquit, interim dum illi beatè viuunt, dormis & stertis, cessásque, nec iucunditatem vitæ sectaris vllam. Est autem iam tempestiuum, si hoc acturus es, incipere. Est enim tibi tandem aliquando statuendum quid de finibus bonorum sentias: virtutísne an lætitiæ causa omnia facienda sint? hoc problema explicandum tibi est. Iocatur autem perlepidè, cùm præsertim sciat, quid hac de re Atticus sentiat: qui tamen voluptatis sectam opinione magis, quàm vita & factis sequebatur. quòd si, inquit ludens, ego quid sentiam scire vis, ego fructum puto, & commodis vitæ fruendis beatitudinem metior. βεβίωται autem de iis qui genio indulgebant, dici solebat. Seneca in epistolis, *Pacuuius, qui Syriam vsu suam fecit, cùm vino & illis funebribus epulis sibi parentauerat, sic in cubiculum ferebatur à cœna, vt inter plausus exoletorum hoc ad symphoniam caneretur, βεβίωται.* est & quiddam intempesta nocte eodem libro atrius, sed meridiano sole splendidius & lucidius erit, si falsum scripti corrigatur. sic autem editum est, *quod autem ofim hanc rem, ἔργον à te.* ego legendum puto,

Cic. ad Attic. lib. 12. epist. 2.

Seneca lib. 1. epist. 12.

Cic. ad Attic. 21, lib. epist. 5.

puto, *quod autem os in hanc rem?* hoc ſenſu, qua fronte & quo ore audebit à te petere pecuniam mutuam? huic emendationi eo magis confido, quòd Petrus Victorius nunquam ſine laude nominandus, in antiquis libris *oſin* extare affirmat, vt tantùm diſtrahenda fuerint, quæ temerè cohæſerant. Illud etiam clarum non eſt nec liquidum, *inſula Arpinas habere poteſt germanam* ἀποθέωσιν *: habere videatur :* ἐκγόνιμος *eſt.* loquitur de Tulliæ conſecratione, cui fortaſſe accommodatam putaſſet Atticus inſulam Arpinatem in Fibreno ſitam, ſibi tamen eam placere negat Cicero, loci ſolitudinem cauſatus. ſeſe enim ait in celebri frequentique loco eam conſecrare velle, vt in ortis ſuburbanis. puto igitur Græcè ſcribendum αἰγόνομος eſt hoc ſenſu, locus eſt ſolus & deſertus, & caprarum paſtioni, quàm hominum celebritati aptior. regio autem illa tota erat aſperior & montoſa, cuiuſmodi capris in deliciis eſſe ſolet, & αἰγίβοτος vocatur. Cic. ad Attic. 12. lib. epiſt. 6.

Sed, veruntamen, copo, quatenus id facit, inuerſus annus.

CAPVT III.

ETSI qui iocantur plerunque mentiuntur, & mendacio gratiam quærunt, tamen iocantem Horatius nihil putat vetare verum proloqui, cùm lepos & venuſtas ioci pro inuitamento & illecebra plerunque ſit, & ſermonem verum condiat, & perfundat iucunditate ſui, vt dulciario opere pueri & cruſtulis ad literas diſcendas quodam blandimento inducuntur, idque eſt quod Horatius ſcribit,

—vt pueris olim dant cruſtula blandi Horat. lib. 1. ſaty. 1.
Doctores, elementa velint vt diſcere prima.

Eſt igitur plerunque iocus poëtis pro cruſtulo & bellario verique condimento. Cùm autem ibi ait Flaccus, Horat. ibid.

Sed tamen amoto quæramus ſeria ludo:

ſed tamen vacat: ſed eo ſolent interdum vti Latini, cùm inchoatum ſenſum & longo tractu productum, aut interpellatum interiectione & diſtractum reuocare & continuare volunt. Cic. 2. Tuſc. *Etenim ſi orationes quas nos multitudinis iudicio probari volebamus: popularis eſt enim illa facultas, & effectus eloquentiæ audientium approbatio. Sed ſi reperiebantur nonnulli, qui nihil laudarent, niſi quod ſe imitari poſſe confiderent, quémque ſperandi ſibi, eundem & bene dicendi finem proponerent, quid futurum putamus, cùm adiutore populo, quo vtebamur antea, nunc minimè nos vti poſſe videamus?* Sic & veruntamen ſolet ad reuocationem & continuationem ſententiæ, non aduerſantis iure vſurpari: Cicero in Verrem, *atque ego plus oneris habeo, quàm qui cæteros accuſarunt (ſi onus id eſt appellandum, quod cum lætitia feras & voluptate) ve-* Cic. 2. Tuſc. Cic. in Verr.

te) veruntamen hoc ego amplius ſuſcepi , quàm cæteri : Sic & igitur interdum eleganter ponitur, vt & apud Ariſtotelem ſæpenumero οἷον & δὴ in redditione. Quòd autem Flaccus ſcribit, *perfidus hic copo*, non de his tantùm quidam intelligunt, qui ſtatam habent in vrbibus cauponam, ſed de copiariis etiam, qui magiſtratibus præbenda & eorum familiæ præſtabant publicè conducta, qui peregrinantes principes & magiſtratus ſectabantur vinum cibariaque vendentes: in quinta vtique ſatyra apertiſſimum eſt de iis intelligi, qui certam ſtatámque vſpiam habent coponam,

Horat. lib. 1. ſaty. 1.

Horat. lib. 1. ſaty. 5.

Differtum nautis, cauponibus atque malignis,

malignitatem enim eorum accuſat, qui malignè, & illiberaliter victum ferè præbent: in Q. Cic. dubium magis videatur eſſe, & de copiariis intelligi etiam fortaſſe nomen coponis poſſit, niſi *omnes* vniuerſitatis particula efficeret, cùm ita ſcribit in commentario de petitione conſulatus, *in petitione autem conſulatus copones omnes compilare per turpiſsimam legationem maluit, quàm adeſſe, & pop. Romano ſupplicare.* Erant & in eis parochi, qui lignum etiam ſalemque præbebant. Iam illud,

Q. Cic. de petit. conſul.

Horat. lib. 1. ſaty. 1.

—iubeas miſerum eſſe libenter, Quatenus id facit,

ita accipiendum arbitror, qui inſanabilis eſt, nec deduci de auiditate ſtudioque nummorum accumulandorum poteſt, eum cùm videas in maxima verſari miſeria, iubeas eam, quantamcunque auaritia affert, libenter iucundeque ferre. eſſe enim puto *quatenus id facit*, ad quam vſque ſtudiũ lucri miſeriam perducere ſolet. miſeria autem magna eſt in quærẽda omni labore pecunia, & diligenter cuſtodienda, furibus cauendis, ſaccis indormiendo, nummis vt ſacris parcendo, & abſtinendo, fame ſe enecando. Annus verò inuerſus, annus eſt brumalis, vt ſi περιτροπέων diceretur Nam τροπαὶ à Græcis reuerſiones ſolis vocantur, à Latinis bruma & ſolſtitium.

Horat. lib. 1. ſaty. 1.

Quædam lib. 12. ad Atticum explicata, ſol aſſus, ſol nitidus, lætaſter, formaſter. CAPVT IIII.

Cic. ad Attic. 12. epiſt. 4.

LIBRO epiſt. ad Atticum 12. *Nicaſionum archetypa* per ſcirpum ſignificant fœneratorum calendarium, vel quòd Nicaſio fœnerator fuerit, vel quòd in Nicaſione fabula à Cæcilio neſcio quid tale ſcriberetur, vel certè quòd proprium nomen, quod Græcum eſt origine, quadam laſciuia, ad interpretationem Romanam, ad quam alludit, reuocaretur: quaſi Nicaſio à nicando, id eſt necando dicatur: vt eneco & enico dicitur: fœneratorum autem crudelitas homines trucidare enecareque videtur: vel quadam etiam alia ioci luxuria quaſi hominum ſint victores, ex etymo Græco. hic idem vſuuenit mihi, quod Epicuro in Meteorologicis philo-

ſophanti,

ſophanti, quorum non vnam cauſam, ſed omnes, quæ probabilitatem habeant aliquam, eſſe commemorandas putat. Aſſum autem ibidem ſolem intelligit aridum, torrentem, calidum, æſtuoſum, ſiccum, ſine vnctione, quam Græci ἡλιοκαΐαν appellant: *ſolem* verò *nitidum & vnctum*, cœnam opiparam & lautam poſt ambulationem in ſolario, aut ſub dio. ſolebant etiam vncti in ſole nudum corpus calefacere, & tanquam torrere, inquit Perſius,

Cic. ad Attic. 12. epiſt. 5.
Cic. ibid.
Perſ. ſaty. 4.

At ſi vnctus ceſſes & figas in cute ſolem.

Quod eodem libro ſcribitur, *Si quid habet collis* ἐπιδήμιον, intelligo, ſi collis Quirinalis, vbi tu habitas, inſalubrior eſt, & in eo ſolet hominum valetudo tentari. Ἐπιδήμιον enim è notione ἐπιδημίας, id eſt morborum popularium hoc loco cenſeo explanandum eſſe. ſcribit & hunc in modum eodem libro, *Tantùm rogat de S. C. vt corrigas. hoc quidem feciſſet etiam ſi Rauio admonitus eſſet.* ita hunc locum hodie excudunt: ſed Petrus Victorius in capſariis vetuſtarum bibliothecarum libris, ſe reperiſſe prædicat Rario: cui ſi ſyllabæ vnius ſupplementum addas, fiet ærario. Notum eſt autem morem fuiſſe ſenatuſconſulta ad ærarium deferendi. ſi, inquit, ærario admonitus fuiſſet, hoc etiam feciſſet, & eum, ærarium vt hoc faceret admonere potuit, quo deferendum erat ſenatuſconſultum & antè corrigendum. Illud mox, *Si verò à Faberio recedit*: de pecunia intelligo, ſi à Faberio pecunia recedit, nummuſque mouetur, & mihi ſoluit quod debet: & vt coniecturas noſtras alias indicemus, vbi ſcribitur, *ſi qua etiam iactura facienda ſit in repræſentando, quod poſſum adducito*: legendum arbitror, *quoad poſſunt, adducito*: vt de ſuis nominibus & debitoribus loquatur, vt eos Atticus adducat eò, quoad poſſunt repræſentare. legi etiam poſſet, *quoad poſſum*, hoc ſenſu, quoad poſſum iacturam facere. eſt & locus ab interpunctionibus ſenſus perditi, &, vt ita dicam, inſani, qui tamen, vt ſpero, ſic ſanitati reſtituetur: *Quæris à me quod ſummum pretium conſtituam, & quantum anteire iſtos hortos Druſi: acceſſi nunquam. Coponianam villam & veterem & non magnam noui.* cùm autem quantum anteire dicit, audiendum eſt conſtituam, quod anteceſſit. negat autem ſe poſſe id conſtituere, cùm eò nunquam acceſſerit. Lego etiam, *Philotimus negat Cn. Pompeium teneri.* quod ſequitur, *eſt fuluiaſter*: id verò eſt, imitatur Fuluium Pompeianorum ſtudioſum, rumoreſque falſos, qui de ſecundis Cæſaris rebus feruntur, eſſe prædicantem. ſic ille antiquus apud Feſtum verſiculus,

Cic. ad Attic. 12. epiſt. 6.
Cic. ad Attic. 12. epiſt. 9.
Cic. ad Attic. 12. epiſt. 9.
Cic. eod. lib. epiſt. 14.
Cic. eod. lib. epiſt. 15.
Cic. ibid. epiſt. 24.

Aut hic formaſter aut lætaſter paruulus,

explicari videtur debere, de eo qui formoſum aut calentem hominem (nam formus eſt calidus lingua antiqua, vnde & formoſus) & lætum imitaretur, talemque oſtendere ſe vellet & fingeret.

Costa, desuper venire, antiqua patria, silentia lunæ, cauus, amplecti postes, salutare limen. CAPVT V.

COSTÆ Latinis interdum sunt ea statumina & firmamenta, quibus tabularum compages connectitur: vt in equo Troiano canit Maro,

Virg. 2. AEn. —*sectáque intexunt abiete costas*:

id est statumina tabulas connexura intus intexunt ei operi. sic *costa ratis laceræ*, à Persio appellatur. Quod autem de machina illa Troiani equi dicit Maro, —*venturáque desuper vrbi*,

Pers. saty. 6. Virg. 2. AEn.

id est vrbi superuentura, & eam oppressura: vt quæ ex alto ingruunt, & suo casu grauitateque subiecta premunt & onerant, & ruina sua inuoluunt & obruunt: ea quoque tempestas impotentior & atrocior infertur, quæ tanquam à vertice deiecta incumbit:

Vir. 2. Georg. *Præsertim*, inquit Maro, *si tempestas à vertice siluis*
Incubuit. At

Virg. 2. AEn. *Nec mihi iam patriam antiquam spes vlla videndi*,

non mihi videtur tãtum occultare mysteriorum, quantum nonnulli comminiscuntur. poëtam enim persuadere conantur id ob antiquitatẽ Argiuorum dixisse: ego verò existimo cùm transfugam simulet, qui iam solum mutarit, & patriam velut nouam nouásque sedes exilio quæsierit: eum appellare patriam antiquam, patriam pristinam, cuius solum verterit, & cuius amiserit ius, qui se in aliam velut dicarit priore deserta. Est enim antiqua patria à qua demigratum vel à colonis, vel exulibus, vel transfugis: sic Tyrum Didûs antiqua patria dicitur,

Virg. 4. AEn.

Nanque suam patria antiqua cinis ater habebat.

Virg. 4. AEn. Iterum, —*& Troia antiqua maneret*:

erat enim euersa, & alias quærebat sedes Æneas. Aras autem illas solennes, ad quas taurum Neptuno immolat Laocoon, in litore fuisse suspicor. Nam & Neptuno apud Homerum in litore sacra facit Nestor, & deo marino litoralia sacra videntur conuenire, & prodigiosæ anguium narrationi, hoc quoque consentaneum erit. Etsi autem Luna silere dicitur, cùm intermenstrua est, neque lucet: tamen *tacitæ amica silentia lunæ* Maro dixit, nocturnum eius lumen intelligens, quòd noctem silere dicerent, vt Catullus, *Aut quàm sidera multa cùm tacet nox.*

Hom.

Virg. 2. AEn. Catull. epig. 7.

Id est, cùm est nox. Dies enim inquietus, & clamosus est: nox tranquilla & tacita: & à Flacco eleganter scriptum est,

Horat. Epod. 5. od.

O rebus meis *Non infideles arbitræ*
Nox & Diana, quæ silentium regis *Nocturna cùm fiunt sacra.*

Nam & ad tacitæ lunæ silentium nocturnum respexit, & ad silentium sacrorum,

crorum, in quibus imperari solebat, vt linguis faueretur, ne quod ominosum verbum excideret, quod sacra vitiaret, atque id quod dixi de silentio lunæ apud Maronem eo verius puto, quòd sciam à Petronio Arbitro scribi captam Troiam fuisse plena luna, quæ pernox solet lucere: sic enim scribit,

Iam plena Phœbe candidum extulerat iubar, Petronius Arbiter.
Minora ducens astra radianti face:
Cùm inter sepultos Priamidas nocte & mero
Danai relaxant claustra, & effundunt viros.

Maro eodem libro, vt & aliis quoque locis, cauum appellat, quod solidum non est, sed inane:

—*nox*, inquit, *atra caua circumuolat vmbra.* Virg. 2. AEn.

Et libro sexto, *Ni doceat volitare caua sub imagine formæ.* Virg. 6. AEn.

Illud autem, —*postesque sub ipsos Nituntur gradibus*: Virg. 2. AEn.

argumentum habet, in edito ianuam fuisse, gradibusque ad eam aliquot ascendi solitum, quod hodieque fieri videmus in optimatum ædibus, regiisque principum. Sed & cùm ait,

—*penitúsque cauæ plangoribus ædes,* Virg. 2. AEn.

Cauædium intelligit, quod post atrium erat, explicaturque à Varrone & Vitruuio. inquit Maro, Varro 4. de Ling. Latina Vitruuius lib. 6. cap. 3.

Amplexæque tenent postes, atque oscula figunt.

Hoc vt opinor è Romanorum moribus dictum est, qui religionis aliquid liminibus & postibus tribuebant. Apud Plautum limen superum & inferum quadam religione salutatur: & apud Tibullum liminibus oscula dantur, vt hîc apud Maronem postibus: & qui ædem dedicabat postem tenebat, ad deorumque placandam iram poste caput tundebant. Virg. 2. AEn. Plaut. Mercatore Sc. Limen superum inferúque. Tibullus lib. 1. eleg. 2.

Non ego, inquit Tibullus, *si merui, dubitem procumbere templis:* Tibull. lib. 1. eleg. 2.
Et dare sacratis oscula liminibus.
Non ego Tellurem pedibus perrepere supplex,
Et miserum sancto tundere poste caput.

Et apud poëtas amatores dant postibus serta. Quod si non satis religionis opinonem confirmat: at certè verisimile eandem posti quam limini reuerentiam & cerimoniam tributam. igitur amplectuntur postes & osculantur, eorum religione se tutas fore, & immunes ab hostium iniuria existimantes.

Gladius, parazonium, trabea Remi, & quædam alia in Papinio explicata. CAPVT VI.

POTESTAS animaduertendi in facinorosos meri imperij est, vt iu-

riſconſulti ſcribunt, idque gladij ius eſt: quod quidem ex ea tractum eſt conſuetudine, quòd principes Romani præſidibus & præfectis prætorio, iiſque, quibus hoc imperium eſſe volebant, gladium dabant. Id facile eſt coniicere è verbis Papinij ſic ſcribentis,

Statius Papinius li. 5. ſil. 2.

Felix qui magno iam nunc ſub præſide iuras,
Cuíque ſacer primum tradit Germanicus enſem.

Sed & Imperatoris gladius vnius erat curæ commiſſus, præfecti ſcilicet prætorio, cùm Imperator etiam multò magis merum imperium haberet, quàm quibus eam poteſtatem in prouinciam euntibus mandabat. Philoſtratus, βάσσου δὲ τοῦ πεπιστευμένου τὸ ξίφος θάνατον αὐτῷ φήσαντος, ὁ ἡρώδης ὦ λῷστε ἔφη γέρων ὀλίγα φοβεῖται. vt autem maioribus illis poteſtatibus gladius, eiuſque poteſtas dabatur: ſic tribunis pugio, quod παραζώνιον dicitur. Martialis,

Philoſtratus.

Martial. lib. 14. epigr. 32.

Militiæ decus hoc & grati nomen honoris
Arma tribunitium cingere digna latus.

Dio. In Traiano.

Dio Traianum ſcribit dixiſſe, cùm parazonium Suræ cingeret, hoc pro me, ſi rectè imperaro vtaris: ſin ſecus in me. Ita in his meritum honorum diſtinguebat magnitudo ferri, ac gladio accingebantur imperatores, duces, præſides: pugione tribuni. vt autem in honoribus mandandis his armis accingebantur: ita cùm ignominioſè mittebantur, & honoribus priuabantur, diſcingebantur, cuius rei multa paſſim in iure aliiſque ſcriptoribus extant exempla. verùm quando è Papinio locum adduximus, in ea præterea ſilua vnde deprompſimus, aliquid explicemus.

Stat. li. 5. ſil. 2.

—non, inquit, *ſanguine cretus*
Turmali, trabeáque Remi, ſed paupere clauo
Auguſtam ſedem & Latij penetrale ſenatus
Aduena pulſaſti.

ea vetus lectio horum verſuum eſt, alij *trabéque & remis*, emendant: ſed ſi conſtare ſenſus poteſt literaturæ veteri, cur non afferatur? non tu, inquit, equeſtri natus es loco, & ſanguine turmali: trabeati autem erant equites Romani cùm tranſuehebantur, vt Valerius ſcribit. trabeam autem Remi dicit, quòd Remus & Romulus trabea vſi ſunt: vnde & trabeatum Quirinum vocat Ouidius. Equeſtris autem ordinis clauus erat anguſtus, vt latus clauus ſenatorij. non enim placet de clauis caligaribus id intelligi. Nam eum dicit nunquam anguſticlauium fuiſſe, ſed ſtatim tunicam lati claui induiſſe. ſequitur enim,

Valer. Max.

Ouid. 1. Faſtor.

Statius lib. 5. ſil. 2.

Primáque patritia clauſit veſtigia luna:
Mox Tyrios ex more ſinus tunicámque potentem
Agnouêre humeri.

Statius ibid.

In ea ſilua legendum crediderim *—quanquam veſtita viderent Arma.*

vetus

vetus enim eſt ſcriptura vectita, pro qua ſuppoſuêre *Nemeæa*: ego modeſta ferendaq́ue mutatione non incommodè *veſtita* inſeri poſſe video. vt puerorum prætexta purpura circundata erat: ſic tironum veſtis pura, candida, ſine vlla purpura: tirones autem eos dico qui togam virilem ſumebant, qui & eodem die in forum deducebantur, qui dies tirocinium dicebatur. de prætexta & veſte pura, hæc apud Papinium eadem ſilua legimus, quæ notanda eſſe putauimus, Statius ibid.

Nec ſaltem teneris oſtrum iuuenile lacertis
Exuit, albentiq́ue humeros induxit amictu.

Fiebant in caſtris tribunalia duci ceſpititia, vnde ius dicebat, & milites alloquebatur. hinc illud Papinij eadem ſilua,

—hoc ceſpite turmas Affari. Stat. li. 5. ſil. 2.

Sed & ex armamentario principis centurionibus, præfectis, tribunis, alarum præfectis, enſes diuidebantur: Papinius, Stat. li. 5. ſil. 1.

Præterea fidos dominus ſi diuidat enſes,
Pandere quis centum valeat frænare maniplos,
Intermiſſus eques, quis præcepiſſe cohorti:
Quem deceat clari præſtantior ordo tribuni:
Quiſnam frænigeræ ſignum dare dignior alæ.

In ſecunda ecloga quædam explicata, incondita, herbas contundit olentes, reſonant arbuſta cicadis, percurrere labro calamos, Pallas quas condidit arces, colat.

CAPVT VII.

In ſecunda Maronis ecloga —*ibi hæc incondita ſolus* Virg. 2. eclog.
Montibus & ſiluis ſtudio iactabat inani:

ſic declarandum exiſtimo, vt non condita verſu ea profudiſſe Corydonem dicat, quæ poſtea ipſe in verſum incluſerit. Etſi enim Corydon verſus iactat ſuos, tamen per illam amoris inſaniam & querelam ex tempore carmina non effundebat. Itaque Maro quæ ipſe condiderit verſibus poſtea, tum eum dicit ſine numero querentem declamaſſe.

Theſtylis & rapido feßis meſſoribus æſtu, Virg. ibid.
Allia ſerpillúmque herbas contundit olentes,

cùm dicit Maro: ſignificat meſſores genus hominum laborioſiſſimum tamen interquieſcere propter æſtum, prandereq́ue moretum, quo genere edulij allio & herbis olentibus non tam conditi, quàm infecti meſſores & ruſtici illa tempeſtate veſcebantur, vt è moreto Virgilij intelligimus.

Virg. ibid.

At mecum raucis, tua dum vestigia lustro,
Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.

hic Maro è cicadarum cantu maximum æstum significat, perinde ac si diceret, at nunc meridiano tempore solis vapore omnia torrentur, quòd arbusta cicadis resonantia ostendunt. per æstum enim cicadæ vehementius canunt, Virg. in Georg.

Virg. 3. Geor.

Inde vbi quarta sitim cœli collegerit hora,
Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ.

Iam non esse dubitandum nec quærendum puto, quid vaccinium sit, de quo tanta contentione inter doctos est disputatum: hanc enim totam litem Maro diremit, qui quod scripsit Theocritus ϗ τὸ ἴον μέλαν ἐστὶ, ϗ ἁ γραπτὰ ὑάκινθος, vertit

Theocritus. Virg. 10. Eclo.

Et violæ nigræ sunt & vaccinia nigra. proinde

Virg. 2. Eclo.

—vaccinia nigra leguntur,

de hyacintho intelligamus: expetebatur autem tingendo purpureo colori vaccinium. *Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ:* id imitatione Theocriti à Marone dictum est, cuius in bucolicis æmulus est. Theocritus autem Syracusanus scenas edylliorum suorum in Sicilia ferè fingit. *Pan primus calamos cera coniungere plures*

Virg. ibid. Virg. ibid.

Instituit, Pan curat oues, ouiúmque magistros:
Nec te pæniteat calamo triuisse labellum.

vetus fistula septem compacta cicutis, vel auenis cera iunctis erat: quarum series imitabatur organorum, vel hydraularum fistulas: habebat autem vnaquæque cicuta sonum suum ab aliis discrepantem, ita vt septem calami septem vocum discrimina redderent. eas, vt hodie castratores suũ sibilarium, labris percurrentes cantus dabant: vnde Lucret. scripsit,

Lucretius li. 5.

Et supra calamos vnco percurrere labro.

Lucret. lib. 4. Iterum Lucretius de Pane loquens,

Et genus agricolûm latè sentiscere, cùm Pan
Pinea semiferi capitis velamina quassans
Vnco sæpe labro calamos percurrit hiantes.

Virg. 2. Eclog. Ouid. 8. Metamorph.

Vnde & terere labellum dixit Maro. Ordo autem is erat cicutarum, vt deinceps, quod ab Ouidio scribitur, decresceret arundinis ordo. Nam cùm paris essent crassitudinis, vocum mutatio quærebatur lõgitudine & breuitate. *Eheu quid volui misero mihi? floribus Austrum*

Virg. 2. Eclo.

Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.

Austrum hîc aliquando non ventum intellexi, sed vas quo aqua hauritur: cùm etiam auster ab haurienda aqua à grammaticis dici scribatur. qui autem vas floribus immittit, vt imprudentes sæpe olitores, flores opprimit

&con-

& conculcat. Nunc credo illud ſubtilius quàm verius excogitatum eſſe: & de vento Auſtro interpretor, cuius aura calida & æſtuoſa ſtatim langueſcunt flores pulcherrimi. Papinius,

Pubentéſque roſæ primos moriuntur ad Auſtros. Statius lib. 3. ſil. 3.

Valerius Flaccus, Valer. Flacc. lib. 6. Arg.

Lilia per vernos lucent velut alba colores,
Præcipuè queis vita breuis, totúſque parumper
Floret honor: fuſcis etiam Notus imminet alis.
—Pallas quas condidit arces, Ipſa colat: Virg. Eclog. 2.

Minerua ædificiorum, vt Oppianus ſcribit, inuentrix fuit: & proinde ex ædificiis, vrbium. vrbes ergo quas condidit, ipſa incolat. ipſa etiam πολιοῦχος & πολιὰς & ἐρυσίπολις cognomento, vt vrbium tutela colebatur, quarum & præſes eſt: & in arce templum Athenis habebat: ſed Oppiani verba noſtram ſententiam cofirmantia proferamus.

Ἄστεα δὲ τεχνήσασθαι, ἀναστῆσαί τε μέλαθρα, Oppianus 2. lib. ἁλιευτικῶν.
Φάρεά τ' ἀσκῆσαι μήλων εὐανθέϊ καρπῷ,
Παλλὰς Ἐπιχθονίους ἐδιδάξατο.

Arcium tamen meminit Maro, quòd in ea vrbium parte ei ſolebant templa fieri. Furnutus de ea, ἵδρυνται δὲ ἐν ταῖς ἀκροπόλεσι μάλιστα. Declarat quoque ei templum in editiſſimis locis & arcibus ſolitum poni Vitruuius lib. 1. *Ædibus verò ſacris, quorum deorum maximè in tutela ciuitas videtur eſſe, & Ioui, & Iunoni, & Mineruæ in excelſiſſimo loco, vnde mœnium maxima pars conſpiciatur, areæ diſtribuuntur.* Hîc, vt & hoc interim moneam, trium illorum deorum mentionem fecit Vitruuius, qui vrbi Romæ cenſebantur præſidere. Hæc ego pauca huc congeſſi, quæ bonorum iuuenum ſtudioſorumque doctrinæ cauſa mihi non ſupprimenda exiſtimaui.

Furnutus de natura Deor. Vitruuius lib. 1. cap. 7.

Durum vinum, molle vinum, typi, Thyonianus apud Catullum, Dulce dedit apud Ouidium, caluus Nero.

CAPVT VIII.

VINVM durum eſt aſperum, & adhuc inſuaue, neque potui tempeſtiuum maturumque. ſic de vino, *hoc durum eſt pater*, à Terentio ſcribitur. ei opponitur vinum molle, quod maturum eſt potui, mitemque adeptum eſt ſaporem: Maro, *Tunc agni pingues, tunc ſunt molliſſima vina.* Sic Græci, vt Theophraſtus & Athenæus, σκληρὸν & μαλακὸν οἶνον dicunt. ſed emanſores ſumus, & licenter vagamur, ſimileſque Scytharum ſtatam ſedem non habemus: hucque & illuc ferimur, non corpore, ſed cogitatione, cuius celeritatem nihil æquauerit. *Typos tibi mando*, inquit Cicero ad

Terent. Heautontimor. act. 3. ſc. 1. Virg. 1. Geog. Theophr. Athenæus.

Cic ad Attic. lib. 1. epist. 8. ad Atticum. qui ſunt igitur iſti typi? non, vt puto, imagines ſolum & ſimulachra, nec ſigilla hominum: ſed inſculptæ etiam aliarum rerum variarum effigies & formæ, quarum diſtincta varietate in tectoriis delectabantur: ita vt variæ quadræ & cruſtæ variis celatæ ſpeciebus viderētur. Diuus Lucas, τοῖς τύποις, οὓς ἐποιήσατε προσκυνεῖν αὐτοῖς. & illud, ἑρμοῦ λογίου τύπον εἰς ἀνθρώπους ἔφην ἐληλυθέναι. Atque hæc mea iſta de re ſententia eſt, ſi nihil ſcriptura mentitur fallitque. nam Muretus vir ingenij ſingularis & iudicij tubos legendum affirmat: quod ſi ita eſt, intelligam imitationem aquæductus: vt & putealia ſigillata imitationem putei in tectorio oſtendent: aut immiſſa per illos tubos tectorio incluſos & labens aqua in putealia, puteum efficiet. ſed priorem ſenſum meliorem puto. Quæſitum eſt, qui ſint apud Germanicum antiſtoche & antiſcepte, ſæpiuſque ampliata cauſa nihil pronuntiatum. hîc conabimur non interloqui. exiſtimo legendum antœci & antiſcij, vt eos populos intelligamus, qui in diſtantiſſima orbis terrarum plaga contrarias nobis ſedes habent, & vmbram in diuerſum mittunt. Apud Catullum, vt enim quicque ſub acumen ſtili ſubit huc cōiicimus, numero magis quàm delectui conſulentes. apud Catullum igitur ſcribitur, *Hic merus eſt Thyonianus.* quo verſu ſignificat meraca Bacchi pocula per tranſnominationem: rediuiuus enim Bacchus matrique fulminatæ ſuperſtes, Thyonianus vocatus eſt: vel potius illum dilaceratum reducem ſoſpitemque vitę redditum hoc nomine ſacra canebant arcana. Auſonius, *Ne in ſacris & fabulis aut Thyonianum mireris aut Virbium, illum de Dionyſo, hunc de Hippolyto reformatum.*

Diuus Lucas.

Germanicus in Phænomenis.

Catull. epigr. 24.

Auſonius Edyllio 16.

Ouidius 5. Metamorph.

Dulce dedit, toſta quod coxerat ante polenta,

Cic. de Oratore. Hippocrates de diæta. Hom. Odyſſ. κ. Cùm ait Ouidius, ſignificatur κυκεὼν, quem Cicero vertit cinnum. ei potioni conficiendæ miſcebatur polenta, id eſt farina ordeacea, vt è libro Hippocratis de diæta conſtat & Homero, apud quem etiam cinno irraditur caſeus. ſed & vt Hippocrates refert, interdum mel ei admiſcebatur, quo factum eſt vt dulce vocarit Ouidius in neutro genere, quod ait coctū cum polenta fuiſſe. qui enim grammatici polentam hic neutrius generis faciunt, in pollinariis & piſtoribus potius quàm grammaticis numerandi videntur. Didymus cyceona dicit eſſe potionem ex vino, melle, polenta, aqua, caſeo temperatam, qualem etiam Circe miſcebat, veneficio tamen præterea medicatam.

Didymus in odyſſ. κ.

Iuuenalis ſaty. 4.

—& caluo ſeruiret Roma Neroni,

ſcripſit Iuuenalis ſatyrico felle, è populi tamen ſententia, & ſermone. Nā cùm Domitianus ſæuitia Neronem vel exæquaret, vel ſuperaret, ac Nero alter eſſet (iam enim nomen Neronis de Domitio ſucceſſore Claudij in crudelitatis famam & inuidiam conceſſerat) idemque caluus eſſet, vt à

ſuperiore

ſuperiore Nerone diſtingueretur, Nero caluus maledictis populi appellabatur. Auſonius, *Auſonius de 12. Caſarib.*

Et Titus Imperij felix breuitate, ſecutus
Frater, quem caluum dixit ſua Roma Neronem.

Vadimonium à vade ductum eſt, vt mercimonium a merce: & quanquam eo nomine propriè cenſetur obligatio ſiſtendi ſe iudicio, tamen omnis ſponſio & promiſſio eo interdum vocabulo continetur, vt è dicto Thaletis Mileſij cognoſci poteſt, ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα, quod Auſonius vertit, *Auſonius in 7. ſapientum ſententijs.*

Mileti fugiſſe Thales vadimonia alumnus.

alio loco conuertit, *—ſponde, noxa tibi præſto eſt.* *Auſonius in ludo.7.ſapientum.*

γηγενεῖς terrigenæ dicuntur à Latinis, vt gigantes: αὐτόχθονες eodem terrigenarum nomine etiam intelliguntur, vt Athenienſes: Auſonius, *Auſon. de claris vrbib.*

Nunc è terrigenis patribus memoremus Athenas.

Delegare deos, ſuſpenſa bona, libellos deiicere, Fabius Perſicus, dare in anteceſſum, linguarium. CAPVT IX.

Cvm peruolutandi mihi librum 4 Senecæ de beneficiis nata eſſet occaſio ex eo, quòd vltrotributorum in eo exemplum quærerem, de quibus ante diſſerui, quæ obiter attendi, his lectorem ingenuum non fraudabo: D*ebitores*, inquit, *nobis deos derogat, precatúrque, vt illi pro ſe gratiam referant*: ego haud dubitem quin Seneca ſcripſerit, D*ebitores nobis deos delegat*: delegat enim debitorem, qui alium pro ſe, qui ſoluat, ſubſtituit, quod verbum familiare iuriſconſultis cùm ſit, & eorum ſermone Seneca libros ſæpe ſuos ornet: denique hoc verbum ſententia non poſtulet tantùm, verumetiam flagitet, cur non audacter ſecundum ipſum decernimus & cauſam damus? Suſpenſa bona dixit Seneca, quæ venalia pendent in tabula proſcripta, vt Tranquillus, *lege prædiatoria in vacuum pependerit*: Senecæ verba ſunt, *& ſuſpēſis amici bonis libellum deiicio, creditoribus eius me obligaturus*. Deiicere autem libellos is ſolebat, qui creditoribus ſe obligare paratus erat, vel ſoluere parabat, vel denique eum, cuius bona proſcribebantur, defendere volebat. Cicero pro Quintio, *Libellos Sex. Alphenus procurator P. Quintij familiaris & propinquus Sex. Næuij deiicit. In numerum & diſcrimen dierum* equidem in Seneca legere malim, quàm quomodo placet viro ſanè doctiſſimo, hic tamen mihi non nominando, vbi reprehenditur. *Fabius Perſicus*, quem impuriſſimum & obſcœniſſimum omniũ mortalium deſcribit Seneca, & perpetuis inurit ſtigmatis, is planè eſt, quem Iuuenalis perſtrinxit cùm ſcripſit,

Senec. 4. de benef. cap. 11. *Senec. 4. de benef. cap. 12.* *Sueton. in Claud. cap. 9.* *Cic. pro Quintio.* *Senec. 4. de ben. cap. 23.* *Sen. de ben. 4. lib. cap. 30.* *Iuuenal. ſaty. 8.*

Cur Allobrogicis & magna gaudeat ara,

Natus

Natus in Herculeo Fabius lare.

Ac Seneca poëtæ facem præfert, & prælucet sententiæ. Vt aliquid in solutum dari dicimus, ita eleganter dicimus, dari in anteceſſum, quod quidem eſt dari & ſolui antequam deberi incipiat aut peti poſſit, quod nos ante manum dari dicere conſueuimus: eo genere dicendi aliquoties Seneca vtitur & iuriſconſulti, nos vno libri 4. loco contenti erimus. (*Senec. 4. de ben. cap. 32.*) *Ego,* inquit, *quid cui debeam ſcio: aliis poſt longam diem repono, aliis in anteceſſum, aut prout occaſio & rei facultas tulit*, id eſt aliis etiam antequam debeã ſoluo. (*Senec. 4. de ben. cap. 36.*) *Ecce,* inquit, *vt doleat tibi, vt poſtea conſideratius loquaris, quod dicere ſolemus, linguarium dabo.* Linguarium hic appellat Seneca tanquam linguarum thecam & repoſitorium, in quo ſe dicit linguam conditurum, ne temerè promittat. Natum eſt hoc verbum è ioculari vulgi ſermone, quo & nos plerunque iocantes vtimur. (*Senec. eod. li. cap. 39.*) *Et appellare,* inquit, *debitorem poſſum, & ſi foro ceſſerit, portionem feram*: hæc verba ad eam actionem pertinent, quã iuriſconſulti tributoriam vocant, qua creditores pro portione de peculio ſerui capiunt, & ad eã, quæ quaſi Seruiana vocatur. (*cap. 39. eod. ib.*) *Quingenti,* inquit, *denarij ſunt: illud, quod dici ſolet, in morbo conſumat*: verba ſunt hominum malè precantium illis, quibus de ſuo aliquid erogauêre ingratis, aut improbis ſoluere coacti ſunt: hac, inquiunt, pecunia non ſanus & valens fruatur, ſed valetudinarius in morbo vtatur.

Color muſtellinus, extrema linea, propinare, commendare ſe in clientelam, in oculis geſtare. CAPVT X.

(*Terent. Eunuch. act. 4. ſc. 4.* — *Menander apud Donatum in Eunuch. Terentij.*) REPREHENDI intelligo à Grammaticis Terentium, quòd eunuchũ colore dixerit muſtellino, quem γέροντα γαλεώτην Menander appellauerat, de lentiginoſo ſtellionis colore. Nam, vt inquiunt, γαλῆ, quæ muſtella eſt, à ſtellione plurimum diſtat. Sed non facilè patior doctos ſcriptores inſcitiæ inſimulari, & ſi potero Grammaticorum calumniæ pro Terentio reſpondebo. Equidem exiſtimo γαλεώτην non tantum ſtellionem ſignificare, ſed etiam muſtellam. conſtat enim piſces non rarò à ſimilitudine terreſtrium animantium nomẽ tuliſſe. Nunc qui muſtellini ſunt generis, γαλεοὶ & γαλεῶται vocantur: vt non dubitandum eſſe videatur, quin eo nomine muſtella cenſeatur. (*Heſychius.*) γαλεώτης, inquit Heſychius, ὁ ἀσκαλαβώτης, καὶ ἰχθὺς, καὶ ζῶον χερσαῖον. piſcis autem ille, vt opinor eſt muſtella, cuius pellis fœdi coloris eſt & inhoneſti: & apud Ariſtophanem in Nebulis, (*Ariſtoph. Nebulis.*)

ἥσθην γαλεώτῃ καταχέσαντι Σωκράτους,

(*Terent. Eunucho act. 4. ſc. 2.*) de muſtella vel fele, quàm de ſtellione, quicquid grammatici & Latini & Græci perſtrepant, intelligere malim. Sed hoc textum è Terentij velut

lut penſo confectum erit. Certè, inquit, *extrema linea amare haud nihil eſt*: amare extrema linea, eſt amare impenſiſſimè. ducta tranſlatione à curriculis, vel ſtadiis, in quibus prima linea curſus erat in carceribus, vltima in fine, quæ & calx dicebatur, quòd ſcilicet calce vel creta notaretur. Vltra autem calcem nihil ſupereſt, quò curſus tendatur, ſpatiaque palæſtrarum & curriculorum lineis erant incluſa. Tertullianus aduerſus Hermogenẽ, *Adiiciam & ego propter non intelligentes, quorum Hermogenes extrema linea eſt*. Tertullianus etiam in iiſdem lineis dimicare dicit, pro in eodem gradu: quia ſic interdum collato pede pugnabatur, vt lineæ ductæ pedem ſemper inſiſtere oporteret, nec inde referri, hocque genere exercitationis vtebantur. *Hunc*, autem, *vobis comedendum & deridendum propino*, valet, hunc vobis do, ab antiquorum conſuetudine Regum, qui phialas interdum compotoribus propinabant, quas illi auferebant. Suidas, προπεπωκότες, ἀντὶ τοῦ προδεδωκότες, ἐκ μεταφορᾶς δὲ λέγεται. προπεπωκέναι δὲ περὶ τὴν συνουσίαν πολλὰ μὲν ἀργυρώματα τὸν προειρημένον, πολλὰ δὲ χρυσώματα τῷ προουσίᾳ. quiddam etiam tale apud Demoſthenem & Athenęum reperire licet. *Bene*, autem, *libenter victitas*, deſiderandi ſignificatione quidam accipiunt: bene libenter hilarem in modum viuere & epulari cupis: ſed frequentationem epulandi non malè declarabit.

Tertull. aduerſus Hermogenem. — *Terent. Eunucho act. 5. ſc. 9.* — *Suidas.* — *Terent. Eunucho act. 5. ſc. 9.*

Thais, inquit, *patri ſe commendauit in clientelam & fidem.* *Terent. ibid.*

hoc more & inſtituto Athenienſium, apud quos, qui ciues non erant, ſed inquilini, patronum aliquem ſibi optabant, quod προστάτην νέμειν dicebant. qui autem patronum non habebat, in ius eo nomine vocabatur, appellabaturque illud iudicium, ἀπροστασίου δίκη. —*debeam*, inquit, *Ter. Eunuch. act. 5. ſc. 2.*

Credo iſti quicquam furcifero, ſi id fecerim:
Præſertim cùm ſe ſeruum fateatur tuum.

id dictum accipio è 12. tabularum ſanctionibus, & Athenienſiũ legibus, apud quos, qui liberum hominem pulſauerat, ære mulctabatur. ſeruo ſe igitur impunè facere poſſe dicit. Credo autem temerè in ea fabula geſtire conſediſſe, pro geſtare, in illo loco, *Ter. Eun. act. 3. ſc. 1.*

G. Rex te ergo in oculis. T. ſcilicet. G. geſtire.

Nam geſtare in oculis credo Latinè dici, vt ferre & gerere: geſtire autem minus hîc conuenit. At vincto pectore eſſe, eſt eſſe pectore gracili & caſtigato: vnde & Feſtus Pompeius ait, *Vinciæ dicebantur continentes*, credo quòd tales gracilioris & tenuioris ſunt abdominis, quàm incontinentes, quibus propendet aqualiculus. Non eſt autem dubium, quin Donatus legerit, *qui illum flocci fecerim*, non vt nunc peruulgatur, *non flocci*, quod etſi leue eſt, tamen non indignum admonitione credidi ſed extra lineas penè capitis excurrimus: verbum igitur nõ amplius addam, vt inquit ille.

Ter. Eunuch. act. 2. ſc. 3. — *Feſt. Pomp. li. 19.* — *Ter. Eunuch. act. 3. ſc. 1.*

Parenchireſis, encænia, emendatus Fabius.

CAPVT XI.

Quintil. lib. 7. cap. 1.

Est apud Quintilianum quædam capitis præſcriptio de diuiſione ſeu parenchireſi, quod verbum poſterius quia non ſtrepit vulgò in quadriuiis, vixque vnquam in ſcholis auditur, explicãdum eſſe videtur, ne ſi quis in ipſum fortè incidat, eius nouitate & inſolentia perturbetur & circum Grammaticos vagetur, quid ſignificet quæritans. Arbitror igitur eſſe parenchireſin, cùm vel præter orationem, vel declamationem, huius tamen vel illius cauſa, vel orator vel Rhetor de ordine capitum, diuiſione cauſæ, collocatione & diſpoſitione apud ſe exigit & perueſtigat, aut diſcipulos inſtituendo quæſtiones & capita docet, & vltra eos qui idem argumentum tractarunt, excogitare aliquid conatur. Quòd enim id præter vel orandi vel declamandi officium & munus ſit, & aliquid præter alios excogitandi labor ſuſcipiatur, parenchireſis vocatur, velvt conatus quidam & aggreſſio præter legitimum opus: atque in ea capitum & quæſtionum

Quintil. 7. lib. ca. 1. & lib. 2. cap. 6. Cic. ad Attic. 15. epiſt. 3.

perueſtigatione & ordinatione ſeptimus Quintil. lib. conſumitur. Eſt & parenchireſis, cùm argumentum & negotium ab alio tractatum alius ſibi ſcribendum ſumit, vt apud Ciceronem ad Atticum de oratione Bruti, *prorſus contendis committere, tam multis verbis agis. Egóne vt eam cauſam, quam is ſcripſit? Ego ſcribam non rogatus ab eo? nulla* παρεγχείρησις *fieri poteſt coutumelioſior*: hic parenchireſin vocat ſcriptam à Bruto cauſam ſcribere.

Themiſt. in præfat. in poſter. Analytic. Ariſt.

Timæus Locrus de natur.

Eodem modo & Themiſtius elegans & nitidus ſcriptor, non tantùm doctus philoſophus, parenchireſeis appellat, cùm quid ſecus, quàm alij dicimus, aut prætermiſſum ſcribimus, τό, τε σμικρῶν ἕνεκα παρεγχειρήσεων, ὁλοκλήρους καταβάλλεσθαι πραγματείας, ὅμοιον τῷ τὴν Ἀθηνᾶν βουλομένῳ μετακινεῖν τὴν Φειδίου, ὅτι τὰ δεσμὰ τῆς κρηπῖδος ᾤετο ἀμείνω ποιῆσαι, & ἀπαρεγχείρητον Timæo, eſt perfectum.

Quint. lib. 9. cap. 4. Senec. lib. 11. epiſt. 81.

Occurrit & in Quintiliano verbũ hyperoargus: ſic enim in eo ſcribitur, *hyperoargus ſceptra mi liquit Pelops*: Sed è Senecæ epiſtolis, *En impero Argis, regna mi liquit Pelops*, legendum eſt, ne in vocabulo inaudito & monſtroſo homines poſtea obſtupeſcant. At aliud eſt truculentum multò magis, & pro terriculamento homines mente propemodum alienans: cenſeas è magico eſſe ſuſurro ad euocandos manes, *in Græcis obeliſco coludumo*: ego, etſi iſtas laruas & lemures vix abigere poſſim è bono ſcriptore, tamen pro iſta velut empuſa territante Grammaticorum cohortem, ſuſpicer non incommodè legi *obeliſcolychnio*, quod verbum apud Ariſtotelem extat. videtur tamen Fabius vnius vocis exemplo contentus non fuiſſe, vt fortaſſe vox aliqua etiam deſideretur. Illud verò eiuſdem ſcitum & venuſtum *neminem non aliquando cœpiſſe peccare, nec per encænia ducen-*

Quintil. lib. 8. cap. 6.

Ariſtot. de partib. animal. li. 4. c. 6.

Quint. lib. 7. cap. 2.

ducẽdum ſcelus primum: hic autem latet neſcio quid argutum & eruditum, quod è verbi proprietate puto eruendum: encænia enim ferias ſignificant, quæ nouo operi facto dicandoque conſecratæ ſunt: ſic publicè bibliothecæ dedicabantur, ædes ſacræ, opera publica, etiam ſtatuæ: Papinius de equo Domitiani, *Cæterum hos verſus indulgentiſsimo imperatori, poſtero die quàm dedicarat opus, tradere iuſſus ſum.* Statius in epiſtola lib. 1. ſil. Encænia autem illa publicè palamque magno hominum conuentu agitabantur celebrabanturque: at verò maleficia, & ſcelera clam perpetrantur, nihilque in his æquè ac conſcios & teſtes oculos homines reformidant: ea certè per encænia non ducunt nec publicant.

Latè rex, connubium ſtabile, maturare fugam, currus ſecundus, premere habenas & dare, feſsi rerum, premere ceruum.

CAPVT XII.

PARVA quidem ſunt, nec nego, quæ dicam, ſed cùm non omnino rudem poſſent fallere, quid ea breuiter monentis potius, quàm docentis modo prohibet attingere? apud Maronem,

—et ſpumas ſalis ære ruebant, Virg. 1. AEn.

ſine controuerſia de nauibus roſtratis eſt intelligendum, quæ æreo roſtro in prora armatæ erant: vnde & æratæ dicuntur lib. 10.

Quot prius æratæ ſteterant ad littora puppes. Virg. 10. AEn.

& libro 5. *Conuulſum remis roſtriſque tridentibus æquor*: Virg. 5. AEn.

eadem de cauſa dicitur. Eodem libro populus latè rex dicitur Homerico Virg. 1. AEn. exemplo tanquã εὐρυκρείων, qua attributione ſæpenumero exornatur Agamemnon. C*onnubio iungam ſtabili*, de firmo certoque coniugio, nec diuortio fortaſſe vllo vnquam dirimendo dicitur. Virg. 1. AEn. Cicero in Antonium, *Curio te in matrimonio ſtabili ac certo locauit*: Cic. 2. Philippic. ſed, vt opinor, ita appellabant, velut quodam omine ſtabilitatem & firmitatem matrimonio augurantes, cùm pręſertim nemo nuptias contrahat, niſi ſpe permanſionis & diuturnitatis.

—imis Stagna refuſa vadis. Virg. 1. AEn.

hinc intelligimus domicilium deorum marinorum eſſe in imis gurgitibus & vadis, vt & lib. 4. Georgic. oſtẽditur: Neptunus enim ſenſit, com- Virg. 4. Geor. motam eſſe tempeſtatem, mari ab imis vadis agitato & euerſo. Virg. 1. AEn. in eo autem quod ait, *Maturate fugam*, non agnoſco illam ſubtilitatem, quam afferunt veteres Grammatici, Gell. lib. 10. cap. 11. Macrob. lib. 6. cap. 8. eſſeque feſtinatè diſcedere atque properatè exiſtimo, vt dicere ſolebant maturat ab vrbe proficiſci: & Cicero dixit, maturare mortem eodem modo. Cic. pro Cluẽtio.

—curruque volans dat lora ſecundo, Virg. 1. AEn.

ſignificat, dat lora & laxat equis ſuis Neptunus habenas celeriter currentibus eos ſequente curru. Premere habenas, & adducere, eſt equos à liberiore retinere coercereq́ue impetu & curſu: dare habenas & immittere, eſt equis liberum campum curſumq́ue permittere.

Virg. ibid. *—geminíque minantur In cœlum ſcopuli,*

id eſt in cœlum vſque minaces illi ſcopuli videntur attolli & eminere.
Virg. ibid. Nympharum autem domus, eſt locus ſacer nymphis, quem & incolere credebantur, vt numina ſua templa. Antra autem nymphis ſacrari ſolent.

Virg. ibid. *Ac primum ſilici ſcintillam excudit:*

Id eſt è ſilice excutit. Nam ſilicis gignendi caſu probare non poſſum.
Virg. ibid. *Feßi rerum*, ſunt fatigati naufragij calamitate & tempeſtatis iactatione: ſic
Virg. ibid. dixit, *ſunt lachrymæ rerum*, id eſt calamitatum, & rerum aduerſarum. Ita-
Virg. ibid. que paulò poſt ſcribet, *Tum victu reuocant vires. Rapuítque in fomite flam-*
Virg. 1. Æn. *mam*: hîc attribuitur Achatæ, quod fomiti nutrimentoq́ue ignis tribuendum fuit. Fomes enim flammam corripuit, ſed cùm eam in fomite excitaſſet Achates, meritò in eo dictus eſt ipſam rapuiſſe, quam in eo quærebat eleganti figura orationis. *Tergora*, porro, *deripiunt*, non *diripiunt*, lego, vt ſit corium detrahunt. *Implentur veteris Bacchi*, Græcanicum eſt:
Virg. ibid. apud enim Græcos gignendi caſum πληροῦν exigit.

Aut ſpumantis apri curſum clamore prementem,

Virg. 3. Georgic. premere verbũ eſt venatorium, vt & agitare & excitare. Maro alio loco,

Ingentem clamore premes ad retia ceruum.

Hæc properata lectione feſtinantes interim obſeruabamus, & aliis communicanda cenſuimus, quibus maiorem tamen eruditionem optamus, quàm vt huius opellæ ſtudio & ſubſidio ad intelligendum indigeant.

Flexus, eſſloreſcere, dies curiæ, apud Ciceronem.

CAPVT XIII.

Cic. 1. de Orat. EGREGIA eſt & inſignis tranſlatio lib. 1. de Oratore à curriculo circ͂oue ducta, *decurſu honorum & ætatis flexu conſtitiſſet.* Nam circi & ſtadij ſpatium decurritur, cùm ad metã ventum eſt, pars ea flexus dicitur, Græ-
Ariſtot. 3. Rhetoric. cè καμπτήρ. Ariſtoteles lib. 3. Rhetoricorum, διόπερ ἐπὶ τοῖς καμπτῆρσιν ἐκπνέουσι καὶ ἐκλύονται. Eadẽ tranſlatione dixit pro Cælio, *in hoc flexu quaſi æta-*
Cic. pro Cælio. *tis fama adoleſcentis paulùm hæſit ad metas.* non minus diſtinguit & exornat orationem nobilis illa tranſlatio eiuſdem libri. *Etenim ex rerum cognitione eſſloreſcat & redundet oportet oratio.* à floribus autem foras erumpenti-
Cic. 1. de Orat. bus eſt ſumpta: ſed aliud tamen valet, quàm vulgò creditur. Nam oratio ex rerum cognitione eſſloreſcit, quæ è rerum cognitione & copia ema-

nat

nat & exiſtit, & tanquam flos exoritur & enaſcitur: vt & in Partitionum peroratione. *Expoſitæ ſunt tibi omnes oratoriæ partitiones, quæ quidem è media illa noſtra Academia effloruerunt*, id eſt exierunt & emanarunt. Nihilo ſecius & quod ait, redundet, tranſlatè dictum eſt, quòd ex illa rerum cognitione & ſcientia effundi oratio debeat. Nam quæ redundant, ſuperfluunt & effunduntur. Verùm enimuero cùm dicitur eo libro, *tantáque eſſet in homine iucunditas, & tantus in iocando lepos, vt dies inter eos curiæ fuiſſe videretur conuiuium Tuſculani*. etſi ſcio à doctiſſimis hominibus, diem curiæ, diem ſenatus exponi propter grauitatem ſuperioris orationis, quo profectò ſermone non perinde vſi videntur eſſe homines illius ſeculi: tamen quodam animi impetu eo vehor, vt diem curiæ, diem quo curiales rem diuinam in curia ſua faciebant, hilariterque epulabantur, accipiam: mœſtus enim & triſtis ſermo inde exulabat, & inauſpicatus infauſtuſque habebatur, & à re diuina alienus. Quod eo magis mihi probatur, quòd in ea ſententia ſciam eſſe elegantiſſimum & grauiſſimum poëtam Georgiũ Bucchananum. nec commodè dies ſenatus ſignificari videtur poſſe, cùm proximè antecedat lepos, & quæ ſequuntur ad eum non ad triſtitiam ſuperioris ſermonis referenda ſint: de ſacris curialium & epulis ſic ſcribit Dionyſius lib. 2. συνέθυόν τε τοῖς ἱερεῦσιν αἱ φρᾶτραι εἰς τὰς ἀπομερισθείσας αὐτοῖς θυσίας, καὶ συνειστιῶντο κατὰ τὰς ἑορτὰς ἐπὶ τῆς φρατριακῆς ἑστίας. ἑστιατόριον γὰρ ἦν κατεσκευασμένον ἑκάστῃ φράτρᾳ &c. Tertullianus in apologetico, *tot tribubus & curijs, & decurijs ructantibus aceſcit aër*. Erat quoque apud Græcos epulandi in curijs conſuetudo, vt ex Athenæo conſtat, qui θιάσους & δεῖπνα φρατρικὰ lib. 5. nominat, atque cùm eis nomen thiaſi tribuat, quanta in eis hilaritas & iucunditas ineſſet intelligi vel ſolo eo nomine poteſt: ſi quis tamen pertinaciter contendit diem curiæ diem ſenatus eſſe, me potius habebit approbatorem quàm altercatorem. At in eo libro contra auctoritatem editionum obtinendum eſt modis omnibus legendum eſſe, *quem tu adoleſcentulus perculiſti*, euerſum enim à Craſſo adoleſcẽtulo Carbonem fuiſſe dicit. hæc ego quæ facilia ſunt, tamen multis fortaſſe minus eruditis obſcura videri & difficilia poſſunt, malui attingere & annotare, quàm prætermittere & negligere, ne ſi eruditorum, qui noſtro auxilio non egent, rationem mihi habendam eſſe tantùm putarem, alijs quibus opitulandum potius eſt penitus deeſſem.

Cic. in Partitionib. — *Cic. 1. de orat.* — *Dionyſ. Hal. lib. 2. antiq. Rom.* — *Tertull. in Apologet.* — *Athenæus lib. 5.* — *Cic. 1. de Orator.*

Inter alta propugnacula apud Horatium, æſtiua & hiberna pecoris, & quædam alia explicata. CAPVT XIIII.

IPSVM ſtatim Epodon, vt ita dicam, veſtibulum negotium exhibet

Horat. Epod. od. 1.

literatis, *Ibis Liburnis inter alta nauium*
Amice propugnacula.

Horat. lib. 1. saty. 6.

amicum autem sine controuersia Mæcenatem vocat, vt in sermonibus,
—iubésque Esse in amicorum numero.

Et principes primorésque Romani ab inferioribus clientibusque suis & familiaribus amici magni vocabātur, vt alio loco iam diximus. Cùm igitur Mæcenas classi Liburnarum præesset, vtrúmne inter aliarum nauium, vt triremium & quadriremium propugnacula & turres ibat in bellum: an inter alta suæ classis propugnacula & turritas moles. Priorem sensum, vt verum fateamur, verba recipiunt: posteriorem Prudentius agnoscere videtur, qui eadem de re ita scribit,

Prudentius 2. contr. Symmach.

Fluctibus Actiacis signum symphonia belli
AEgypto dederat, clangebat buccina contra:
Institerant tenues cymbæ, fragiléque faselli:
Inter turritas Memphitica rostra Liburnas. Et Propertius,

Propert. lib. 3. eleg. 11.

Baridos & contis rostra Liburna sequi. At cùm ait,

Horat. Epod. od. 1.

Non vt iuuencis illigata pluribus
Aratra nitantur meis.
Pecúsue Calabris ante sidus feruidum
Lucana mutet pascua,

se militaturum libenter nullius latifundij, nullorumque saltuum mercede nec opum spe, in Mæcenatis solius gratiam, prædicat: sic alio loco dixit,

Horat. od. 15. Epod.

Sis pecore & multa diues tellure licebit.

qui autem ditissimi erant, suo pecori saltus hibernos & æstiuos habebant: pecuarij quoque qui non possidebant saltus, tamen pecus profitentes, alioqui lege Censoria commissurum, & scripturam soluentes publicano, in alijs æstiuis & hibernis pecus pascebant. Varro, *Itaque greges ouium longè abiguntur ex Apulia in Samnium æstiuatum, atque ad publicanum profitentur, ne si inscriptum pecus pauerint, lege censoria committant.* Iterum, *quod accidit ijs, qui per calles siluestres longinquos solent comitari in æstiua & hiberna.* hinc *æstiua Lycei*, in Marone lego, pro pascuis, in quibus pecus æstiuat. Cùm autem suburbanæ villæ in maximo pretio essent, magísque quæ præclarè magnificeque ædificatæ erant, & amplitudine plurimum loci spatijque occupabant, scripsit per hyperbolen,

Varr. 2. de re Rust. cap. 1.

Virg. 3. Geor.

Horat. od. 1. Epod.

Nec vt superni villa candens Tusculi, Circæa tangat mœnia.

Illud verò, *—haud parauero*

Horat. ibid.

Quod aut auarus, vt Chremes, terra premam,
Discinctus aut perdam vt nepos:

Hanc continere sententiam videtur: modicæ diuitiæ, quæ benignitate

tua

tua iam mihi ſuppetunt, quæque ſatis ſunt vſui, me delectant, vltra nihil deſidero: diuitias naturæ finibus & vſu termino, quicquid diuitiarum extra naturalem vſum quæritur, vel auaritiæ, vel luxuriæ eſt inſtrumentum, cùm hæc nequiter profundat, at illa terræ infodiat.

Horatius in Epodis emendatus & explicatus.
CAPVT XV.

LICET homines dicant me perfricuiſſe frontem, & gnauiter impudentem eſſe, qui nulla tot editionum verecundia, nulla tot pluteorum, audeam in Horatio legere, *Horat. 2. od. Epod.*

Quod ſi pudica mulier in partem iuuans
Domum atque dulces liberos:
Sabina qualis, aut peruſta ſolibus
Pernicis vxor Appuli:
Sacrum vetuſtis extruat lignis focum.

Scio ego *iuuet* vbique extare, ſed cùm participium deſideretur, & ſubiungat mox participia Horatius, parem orationis tenorem perſequens, denique participium ſenſus, qui nobis vim affert fauceſque premit, flagitet, *iuuans* legere non cunctabor, atque in hoc periculum me conijciam.

Si quos, inquit Horatius, *eois intonata fluctibus* *Horat. ibid.*
Hyems ad hoc vertat mare.

Quod eſt, ſi tempeſtate fluctus ab ortu excitatus & coortus, & in occaſum prouolutus & impulſus, in Italicum mare raros illos & peregrinos piſces aduehat.

Vel agna, inquit, *feſtis cæſa Terminalibus*, *Horat. ibid.*

vt Siculus Flaccus ait, termini in terra collocabantur conſecrabanturque, cæſa immaculata hoſtia à dominis, qui confines agros poſſidebant, & vt opinor, quotannis Terminalibus agnas cædebant, iucundeque epulabantur. Proxima autem ode cùm ait, *Siculus Flacc. de cõditionib. agrorum.*

Vt Argonautas præter omnes candidum *Horat. 3. od. Epod.*
Medea mirata eſt ducem:
Ignota tauris illigaturum iuga,
Perunxit hoc Iaſonem.

Significat allium eſſe veneficium omnium certiſſimum & præſentiſſimum non cibum, Medeamque veneficam nullas potiores herbas ad veneficium habuiſſe, cùm vel charos ſeruare & liberare periculis vellet, vel inimicos vlciſci & perdere. Ita venuſtè & lepidè fingens iocatur poëta: quod etſi abſque ope mea omnes intelligere potuerunt, tamen mihi di-

cendum esse credidi, vt si alijs, quod dici solet, non canerem mihimet-ipsi certè cecinisse viderer.

Oleum decumanum, modus scenatilis, vocis suscitabulum, quadrinæ molæ, angina, sagestre, ab orbita, Hercules Socraticus.

CAPVT XVI.

QVÆDAM ex auctoribus, quos desideramus, afferre Grammatici antiqui solent, quæ nobis quodam sui tanquam gustu amissorum desiderium augent scriptorum: ex his nonnulla collecta adscribam. Vt triticum hodie decumanum, quia miscellum est, vinum etiam decumis collectum, deterius est: sic Lucillius oleum decumanum, pro deteriori dixit his versibus,

Lucil. apud Non. in Acerosum.

Quæ gallam bibere ac rugas conducere ventri
Farre aceroso, oleo decumano penè coëgit.

Modum scenatilem pro versu scenico, vt Iambico, quo in comœdijs & scena poëtæ solent vti, etiam positum, vt nequaquam vulgariter, sic & eleganter poëticeque legimus à Varrone in Modio:

Varro apud Non. in Scenatilis.

Sed ô Petrulle ne meum taxis librum,
Si te pigebit hic modi scenatilis.

Nam versus iambicos, quibus hoc composuit, innuit iucundo circuitu orationis. Sunt & perbelli Varronis senarij, quibus argutus quidam & canorus, se alios ad cantum suscitare iactat, ac cantantium se gallum gallinaceum dicit, quod galli suo cantu totum diem lacessunt: se quoque idẽ ait esse phœnicis vocis suscitabulum. Est enim, vt è Plinio & Lactantio constat, phœnicis modulatissimus cantus: etsi pro phœnice, lego etiam fornicis, vt meretricularum blandæ & melleæ voces intelligantur versu tamen claudicante.

Plin. lib. 10. cap. 2. Lactant. in Phœnice. Varr. apud Non. in Suscitabulum.

Phœnicis, inquit, *adsum vocis suscitabulum,*
Cantantiúmque gallus gallinaceus.

Trapeta quædam & torcularia fuerunt, quadrinis vasis, vt apud Catonem legimus, quæ plus olei viníque premebant: sic quadrinæ molæ plurimum farinæ in pistrinis faciebant: hinc illud Pomponij in pistore: *Nam plus quæsti facerem, quàm quadrinas si haberem molas.* Anchoras in Nonio legimus vincula esse, quibus antennæ tenentur, vt apud Lucillium,

Cato. cap. 18. Pompon. apud Non. in Quæsti. apud Non. in Ancoræ vincula.

Funis enim præcisus citò atque anchora soluta,

sed vel, vt apud Isidorum est, anquina scribi debet, vt in Cinnæ versu,

Isidor. lib. 19. Etym. cap. 2.

Atque anquina regit stabilem fortissima cursum:

vel, vt suspicor, vtrobique angina: quia enim ille funis angit & adstringit, ideo, vt conijcio, angina dicebatur, quod innuere videtur Isidorus, qui

qui funem interpretatur quo antenna conſtringitur. Sageſtre videtur eſſe operimentum craſſum, vt ſagorũ erat craſſior pannus: Lucillius, *Penula, ſi quæris, cãterius, ſeruus, ſageſtre.* etſi ſegeſtre hîc qui legant non deſunt. Ab orbita Varro dixit, quod non alienũ eſt à via & inſtituto: ſed ex conſuetudine & via: eius verba ſunt de vita populi Rom. *neque id ab orbita matrum familias inſtituti, quòd eæ pectore ac lacertis erant apertis, nec capitia habebant.* Erat Varronis ſatyra nomine Hercules Socraticus, titulo peringenioſo, vt omnium ferè illius ſcriptoris ſatyrarum. Cùm enim Socrates patientiam tolerantiamque præcipuè coluiſſet, Cynicique ab eo oriundi eam cum æquanimitate æmularentur, & ſe domitores vitiorum Herculiſque imitatores ferrent, inde, vt exiſtimo, ſcitè Socratici Herculis titulum excogitauit. Lucianus de Diogene, ἀγ. ζηλοῖς δὲ τίνα; Διο. τὸν Ηρακλέα· & mox ſequitur, στρατεύομαι δὲ ὥσπερ ἐκεῖνος, ἐπὶ τὰς ἡδονὰς, οὐ κελευστὸς, ἀλλ᾽ ἑκούσιος, ἐκκαθᾶραι τὸν βίον προαιρούμενος· Citatur hæc Varronis ſatyra à Nonio.

Apud Non. in Penula.
Apud Non. in Capitia.
Lucianus in vitarum auctione.
Apud Non. in Sutrinas.

Columnarij, ademptus eſt bonum, exactus es hanc rem, mala orbiculata, quò ea pecunia peruenerit.

CAPVT XVII.

Locvs eſt in epiſtolis Cælij, in quo vt in luti voragine omnes hæſerunt: *Sanè tanquam in quodam ſilice omnia adhæſerunt.* hic & ipſe hæreo: ſed vt hîc ſatagunt omnes, ſic impeditus & implicatus ipſe annitar potius me expedire, quàm exoluam. Legendum ergo puto *in quodam cilicio.* Nã per cilicium & coactilia aliquando liquorem aliquem tranſmittimus, vt in ijs ramenta auri adhæreſcant aqua transfuſa. cõiecturam adiuuat, quòd in vetuſtis libris cilicia legitur, vt Victorio credimus. in eiuſdẽ Cælij epiſtolis columnarij ſunt homines viliſſimi obærati & decoctores, qui ſæpe ad columnam Meniam in ius vocabantur; quam intelligit pro Seſtio Cicero ſcribens, *æris alieni in freto ad columnam adhæreſceret:* Cælij verba ſunt, *nolo,* inquit, *te putare Fauonium à columnarijs prætentum eſſe, optimus quiſque eum non fecit.* Illud verò inſolens eſt Cælij, *ne quod furore Pauli ademptus eſſet boni:* ſic enim conſtituendam ſcripturam arbitror non adeptus. eſt enim Græcè locutus εἴ τι ἀγαθόν τι ἀφῃρημένος εἴη, vt in Trinummo Plauti,

Quas ſponſione pronuper tu exactus es.

Et apud Gellium in Metelli oratione, *ſeſe maximas pecunias exactos eſſe:* & apud Cæcilium, *Ego illud nihilominus exigor portorium. nunquam tibi,* inquit Cælius, *oculi doluiſſent, ſi in repulſa Domitij vultum vidiſſes.* veteres ei dicebant oculos dolere, qui, quod nollet, videret: Terentius in Phormione, *Vin' primùm hodie facere quod ego gaudeam Nauſiſtrata, & quod tuo viro ocu-*

Cælius lib. 8. famil. epiſt. 5.
Cælius lib. 8. famil. epiſt. 10.
Cic. pro Seſtio.
Plaut. Trinũmo ſc. Minus quindecim dies.
Gell. lib. 15. cap. 14.
Gell. ibid.
Cæl. lib. 8. famil. epiſt. 15.

Terent. Phormione act. 5, sc. 9. *li doleant?* Scribit Cælius, *nunc tibi noſtri milites, qui duriſsimis & frigidiſsimis locis teterrima hyeme bellum ambulando confecerunt, malis orbiculatis eſſe* Cælius lib. 8. famil. epiſt. 16. *paſti videntur?* hîc mala orbiculata pro delicatis cibis poni intelligo, quæ in delicijs erant lautiſſimis hominibus vrbanis. mala enim deteriora edebant milites: Iuuenalis, Iuuenalis ſaty. 5.

> *Virro ſibi, & reliquis virronibus, illa iubebit*
> *Poma dari, quorum ſolo paſcaris odore:*
> *Qualia perpetuus Phæacum autumnus habebat,*
> *Credere quæ poſsis ſurrepta ſororibus Afris:*
> *Tu ſcabie frueris mali, quod in aggere rodit,*
> *Qui tegitur parma & galea.*

Cæl. 8. lib. famil. epiſt. 8. Ait Cælius, *neque Laterenſis prætor, poſtulante Pauſania, nobis patronis, quò ea pecunia perueniſſet recipere voluit.* Dicit cùm poſtularet Pauſanias per me patronum, vt iudicium in eos daret prætor, ad quos pecunia perueniſſet, recipere noluit prætor poſtulationem. Lege tamen Iulia omnes ad quos pecunia perueniſſet, tenebantur: Cicero pro Rabirio, Cic. pro Rabirio Poſth. *Eſt enim hæc cauſa, quò ea pecunia peruenerit, quaſi quædam appendicula cauſæ iudicatæ atque condemnatæ. ſunt lites æſtimatæ A. Gabinio, nec prædes dati, nec ex bonis eius, quanta ſumma litium eſſet populus recepit. Lex æqua eſt. Iubet lex Iulia perſequi ab ijs ad quos ea pecunia, quam is ceperit, qui damnatus ſit, peruenerit.*

Cicero emendatur, ludi Oſci, via Græca, manus gypſatæ, græcula cautio, more Romano. CAPVT XVIII.

Ego more chirurgorum vulnera quærere mihi videor: ea tamen multò ſæpius, quàm velim, inuenio in auctoribus, tantùm vereor ne ab alijs perſanata & cicatrice obducta à me exulcerentur. Sed vt ad rem veniam, in epiſtola ad Marium quiddam vlceroſum eſt, cùm ſcribitur, Cic. 7. familiarum epiſt. 1. *Stabianum perforaſti & patefeciſti Seianum.* Victorius hic è veteribus libris nobis repræſentat, *patefeciſti ſenum*: ſcribamus igitur *ſinum*, vt factis feneſtris in ſinum maris Campani, vt Puteolanum, apertum fuiſſe amœnum proſpectum ſcribat. Cic. ibid. Sed qui tandem in eadem epiſtola ſunt ludi Oſci? quidam putant, quibus Atellanæ dabantur: Atella enim oppidum Campaniæ fuit: vnde earum nomen. Oſci enim populi Campaniæ fuerunt. Sed Oſci ludi vt exiſtimo, & fabulæ Oſcæ & mimi lingua Romana non fiebant, Romanis tamen intellecta. Etſi enim ea gens deleta erat, tamen etiamnum vigebat ſermo, & comœdiæ agebantur Romæ Oſca lingua. Strabo. lib. 5. Geogr. Strabo, τῶν μὲν γὰρ Ὄσκων ἐκλελοιπότων, ἡ διάλεκτος μένει παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις, ὥστε καὶ ποιήματα σκηνοβατεῖσθαι, κατά τινα ἀγῶνα πάτριον, καὶ μιμολογεῖσθαι. Aliū quoque

que Romanorũ quã Oſcorum ſermonẽ fuiſſe ex illo verſu Titinij patet, Apud Feſtum lib. 13.

Qui Oſcè & Volſcè fabulantur: Nam Latinè neſciunt.

Sed in eadem epiſtola eſt obſcurius, quæ ſit via Græca: ac eam equidem eſſe credo, quam Hercules octo ſtadiorum aggere in Lucrino munijt, cùm enim Hercules Græcus fuerit, Græcæ viæ meritò nomen dediſſe videri poteſt. In epiſtola porrò ad Trebatium, quæ ſunt gypſatæ manus? ego, vt commentum ipſe quoque proferam meum, & ſententiarum numerus creſcat, per gypſatas manus barbaram mulierem ſignificari puto: nam barbaræ mulieres manus ſibi pingere ſolebant, vt Valerius Flaccus ſcribit: &, vt opinor, etiam ad candorem gypſare, Flacci verſus eſt,

Cic. epiſt. 1. lib. 7. famil.

Cic. lib. 7. epiſt. 6.

Valer. Flacc. lib. 2. Argon.

Picta manus, vſtóque placet ſed barbara mento.

gypſo enim ad ſe candefaciendas vſas mulieres eſſe ex epigrammate Rufini conſtat, vbi ſcribitur, Rufinus.

Ἀντὶ δέ μοι παίδων ἀδόλου χροὸς, ἤρεσε γύψου
Χρίσματα, καὶ φύκους ἄνθος ἐπεισόδιον.

In epiſtola ad Cæſarem, *vel Leptæ delega*, ſic obſcurum eſt viſum, vt cùm in hac caligine nullam diſpicerent lucem, fecerint *Leptæ legatum*: ſed *Leptæ delega*, bono mihi ſenſu ſcriptum videtur, vt dicat iocans tam diuitem fore propediem eum hominem ipſum, vt creditori ſuo Leptæ Cicero, qui ſoluat, delegare poſſit: id enim eſt delegatione ſoluere. Nam is, qui tua cauſa à me ditatus fuerit, tibi debebit, vt tuum æs alienum ſoluere debeat. aut dicit, niſi hoc faciam, eum delega & commenda non mihi imperatori, ſed Leptæ. Græcula autem cautio chirographi, exiſtimatur epiſtola eſſe Græca ad Cæſarem, ſed potius crediderim epiſtolam eſſe eam ipſam Latinam quam ad Trebatium mittit ſuo chirographo ſcriptã, quam Græculam cautionem vocat propter Græcam fidem, de qua apud Plautum, *Græca mercamur fide*, & apud Auſonium, *mutuatur ad Græcam fidem*. Iterum, *non Pœna, ſed Græca fide*. vt enim Græca fides certa eſt, ſic Græca cautio certa firmáque intelligenda eſt. Nam in cautionibus noſtram obligamus fidem, vt & Cicero ſuam ea epiſtola obſtringit, cùm promittat Trebatium multa aſſecuturum. More Romano, pro verè, & ex animo à Cicerone in illo epiſtolarum libro vſurpatur: *Ego te*, inquit, *Balbo, cùm ad vos proficiſcetur, more Romano commendabo*. Iterum, *ſed more Romano, quomodo homines non inepti loquuntur, probiorẽ hominem, meliorẽ virum, pudẽtiorem eſſe neminem*. Eſt & more Romano, vt homines Romani ſentiunt, *Id vtrum Romano more locutus ſit, bene nummatum te futurũ: an quomodo Stoici dicũt, omnes eſſe diuites, qui cælo & terra frui poſſunt, poſtea videro.*

Cic. eod. 7. li. epiſt. 5.

Cic. lib. 7. famil. epiſt. 18.

Plaut. Aſinaria ſc. Vnum iſtorum.

Auſonius epiſt. 8.

Auſo. epiſt. 2.

Cic. 7. lib. famil. epiſt. 18.

Cic. 7. lib. famil. epiſt. 5.

Cic. lib. 7. epiſt. 16.

DVODECIMI LIBRI
FINIS.

ADRIANI TVRNEBI PHILOSOPHIAE, ET GRÆCARVM LITERARVM REGII PROFESSORIS, ADVERSARIORVM.

TOMVS SECVNDVS.

AD C.V. ERRICVM MEMMIVM SVPLICVM LIBELLORVM IN REGIA MAGISTRVM.



PARISIIS,

Apud Martinum Iuuenem, via S. Ioannis Lateranensis, ad insigne Serpentis.

M. D. LXXX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

EXTRAIT DV PRIVILEGE

IL est permis à Martin le Ieune, libraire & imprimeur en l'vniuersité de Paris, d'imprimer ou faire imprimer vn liure intitulé, *Adriani Turnebi Philosophiæ, & Græcarum literarum Regij professoris, Aduersariorum Tomus secundus.* Defendant à toutes personnes, de quelque estat qualité ou condition qu'il soit, de n'imprimer ou faire imprimer, vendre ne distribuer, autres que ceux que ledict le Ieune aura imprimé ou faict imprimer, pendant le temps & terme de six ans finis & accomplis, à conter du iour & date que ledit liure sera paracheué d'imprimer sur les peines arbitraires contenues aux lettres de priuilege. Donné à Bloys le 15. iour de Feburier 1571.

PAR LE ROY

Maistre Iean du Bourg maistre des requestes ordinaire de son hostel present,

Signé Langlois.

C. V. Errico Memmio supplicum libellorum in regia magistro Adr. Turneb. S. P. D.

DVODECIM *Aduersariorum libros subita & repentina opera confectos, & penè, immaturo abortu, antè in lucem editos, quàm satos atque conceptos, ausi sumus consecrare ampliss. & doctiss. non tantùm huius ætatis viro, sed omnibus superioris memoriæ, & consequentis æui, qui honoribus & literis excelluerunt, aut excellent, comparando, quos ille tanto fauore prosecutus est, tantáque beneuolentia complexus, vt nisi iam antè animo quanti essent percepissem, iudicium corrumpere meum potuerit, efficeréque, vt alicuius æstimationis esse censerem: sed cum & in ijs scribendis inornato genere dicendi mihi vtendum esse putassem, neque stilo indulgendum censuissem, ne viles tanquam personas purpura coccóque vestirem, & intelligerem obseruatiunculas leues, tritas, vsitatas, de medio sumptas, in eos commentarios à me relatas esse, tanti viri auctoritate nihil deprauatus, non pluris istam (vt ita dicam) mercem quàm quanti est feci, quam & à me inornatam & vilem esse profectam sciebam, & nonnihil aliorum etiam culpa inquinatam atque vitiatam. Nam præterquam quòd non satis liberata mendis & purgata in apertum prodierunt Aduersaria, tum cum imprudente me, ignaro, inscio eis præscripserunt titulum, qui arrogantia sui & stultitia, me perpetua traduceret apud omnes ordines infamia: vt non tantum meorum peccatorum, quæ illis in libris nimis multa scimus esse, culpa præstanda esset, sed etiam alienæ stultitiæ & temeritatis luenda pœna. Eum ego titulum vt legi, deum immortalem, quàm acerbè grauitérque tuli? vt propè animum despondi, vitæque renuntiaui? & tamen cùm eo nomine apud tanti mali auctores quererer, vltrò iniuriam expostulabant, quòd ingratus essem in eos, à quibus laudatus & ornatus essem. Vos, inquam, istam laudem ducitis, qua qui afficitur, turpius fœdiúsque se contaminari putat, quàm vlla censoria nota? ne multa, ita sibi in ea inscriptione belli videbantur, vt vix tandem summis precibus & obsecrationibus impetrare potuerim, vt de libri principio tam fœda macula labésque tolleretur. Sed tamen, si in his offensionibus & incommodis liber ille nihilominus summi viri suffragio & fauore dignus est existimatus, qui nomen suum epistolæ appellatione conqueri debuit contaminatum, au-*

debo profectò te hac quoque epistola Memmi affari, quem æquè sciam literarum qualiacunque monumenta gratè libentérque accipere solere: nec postulabo vt huic abiectissimo & vilissimo scripto locum in nobili illa tua bibliotheca vllum assignes. hunc certè librum non tanto honore dignamur, vt in tanto lumine & splendore inter omnia omnis æui ornamenta & decora ponatur, cùm tenebras & caliginem tinearum & blattarum potius incolere debeat, aut ad salsamentarios amandari, & vt inquit Flaccus,

> Deferri in vicum vendentem thus & odores,
> Et piper, & quicquid chartis amicitur ineptis.

Sed vt eum rus ableges, vt habeas, cùm rusticaberis, quod rideas, & intelligas mihi potius ornandi tui facultatem deesse quàm volũtatem. Nam cùm tu mihi pro tua singulari liberalitate quibuscunque rationibus potes, commodare soleas, ingrati animi notam effugere non possem, nisi gratæ saltem voluntatis significatione & testificatione beneficia tua & promerita agnoscere viderer. Huius autem scriptionis instituendæ hæc ferè causa mihi fuit: vt verni sunt quidam, quidam æstiui, aut autumnales fructus, sic sæcula quæque proprios literarum & doctrinæ peculiares fœtus & fructus parere solent. Nostra autem ætate nemo paulò diutius in humanitatis studijs versatus non sibi hac ratione scribendi ludendũ esse existimauit, nemo sibi non ex hoc tanquam mustaceo laureolam esse petendam putauit. Cuius me consuetudinis quidam tanquam æstus rapuit & absorbuit, diutiúsque ferè quàm quenquam alium nugari deliraréque coëgit. Explicari autẽ verbis non potest, quàm qui has obseruationes in auctoribus animaduertunt, & literis mandant, sibi præ alijs sapere videantur, quàm præ se alios omnes soleant contemnere & despicari, quàm sibi beati & fortunati videri, & alter alterum oppugnatum libenter ire. Itaque in re lubrica, & diuersos plerunque sensus & explicatus notationésque recipiente, si quid alicui titubasse videaris aut vacillasse, præsto continuò est, qui labantem impellat, & iacentem calcet, nec tibi parcat, aut peccatum dissimulet, sed errorem tuum vituperet, & incessat, & de te, vt de iusto hoste, triumphet: qui & ipse mox se alij aut tibi triumphandum præbet. Nam quod de poëtis dixit Flaccus, quanto verius de scriptoribus obseruationum vsurpari potest?

> Cædimur, & totidem plagis consumimus hostem,
> Lento Samnites ad lumina prima duello.

Sic alijs alios oppugnantibus, & in hoc genere superare contendentibus, innumerabiles libri proseminati sunt: morbíque contagio ad iurisconsultos quoque peruasit, qui relicto pene iure & vadimonijs, se totos in hac ludicra palæstra consumunt & conterunt: quanquam hic eos plus diligo, quàm in litibus: mallémque de vocabulis inter Grammaticorum cathedras disputarent, quàm in subsellijs tribunalium ius venditarent, Romanorum præsertim, quod non solum plebem, sed & nobili-

nobilitatem contra æquum & bonum multis hominibus vectigalem reddit & obnoxiam, atque his legibus obstrictam tenet, quarum scientiam discere nunquam possit, ab alio semper emere cogatur. Ego autem reprehensionibus adeo non indulsi, & nomini aliorum ita semper peperci, nemo vt meritò conqueri possit, se tecta aut aperta insimulatione à me lacessitum esse: sed similis viatoribus, qui quò profecti sunt, quàm citissimè peruenire student, nec ad diuerticula deflectũt rectum semper quantum potui iter tenui, nec vnquam de via declinaui, vt in alicuius nomen famámque grassarer, improbum ratus ex aliena infamia & ignominia iniquè gloriam laudémque captare: quanquam quæ gloria comparari potest ex emẽdatiunculis & nuda verborum enodatione, quæ mihi videtur infima literarum esse prouincia: qua tamen in re ita nonnulli sibi placent, seque circunspiciunt, vt si vnum forte aut alterum in auctoribus locum cicatrice obduxerint, decem vlcerarint, se dignos arbitrentur vel ouatione vel triumpho. atque huius laudis aliqui non satis illi quidem eruditi, non tamen omnino indocti, ita studiosi cupidíque sunt, vt non suas sed furtiuas obseruatiunculas, quas clam malis artibus sublegerunt, aut ex alijs didicerunt, suo nomine publicent, per scelus famam ingenij quærentes, laudem animi ingenui amittentes. Non deest, qui cùm ipse scribere non possit, steriliórque sit quàm platanus, instruat aliquot locorum explicatione alios, & subornet, à quibus canatur, alij vituperentur. Quod ad me attinet, neque mea magnopere venditaui, neque aliena mihi adscripsi, sed suis auctoribus, ne furtum facerem, reddidi. Huic tamen libro magna interuenit calamitas. Nam cùm exemplar eius subitum & tumultuarium multis esset locis deletum, inculcatum, transpositum, malè scriptum, operæ librarij in transcribendo sæpenumero manum meam adsequi non potuerunt, & ferè toto eo tempore, quo excusus est liber aut exscriptus, lenta quadam morbi tabe me miserum in modum excruciantis, ac ne nunc quidem dimittentis laboraui: quo factum est, vt qui aliquas mendas aliorum auctorum delere voluerim, vltro segetem errorum in scriptis meis obseuerim. Quo æquius est lectorem in plerisque ignoscere mihi, veniámque dare, & culpam in operas morbúmque cõferre, qui emẽdationem impedierit. Quod si quis tam iniquus est & iniustus, vt seueritatem in nos censoriã distringat, nec excusandos putet, rubiginosum eius dentem, æruginosúmque liuorem non tanti faciemus, vt propterea, vt inquit ille, sine vncto cœnandum nobis putemus: & animi tui candore, Memmi, freti succum nigræ lolliginis facilè eluemus, quem patronum nobis non defuturum existimamus, libríque huius, qualiscunque est, defensorem fore speramus clientis tui. In clientelam enim & fidem tuam se confert multis iustísque de causis. Nam & cùm tu de literis ita bene meritus sis, vt nemo ferè huius ætatis melius, mihíque & collegis meis re tam sæpe profueris, & imposterum prodesse velis, bibliothecámque omni librorum egregiorum copia refertissimam instruxeris, & tanquam Musarum & Apollinis ædem

con-

construxeris, idem etiam in omni disciplinarum liberalium & honestarum genere excellas, cuinam potius quàm tibi se in clientelam commendaret auctoris sui & literarum patrono & benemerito? Hunc igitur librum ne iam meum, sed tuum putes esse, & ab obtrectatorum, quos multo plures quàm laudatores nostrum seculum tulit, malignitate defendere velis & vindicare. Vale,

Lutet. Parisiorum 5. Kalend. Maias,

Anno Domini 1565.

ADRIANI TVRNEBI ADVERSARIORVM LIBER DECIMVSTERTIVS.

Ficus duplex, ager metatus, Iunonis ſacra ferre, Io bacchæ.

CAPVT I.

AMBIGITVR quæ ſit apud Horatium duplex ficus in hoc verſu, *Et nux ornabat menſas cum duplice ficu.* Satyra 2.li.2. & plerique ſunt in hac ſententia vt cenſeant duo genera ficus ſignificari: ego verò ficum puto ſignificari maiorẽ, vt quæ mariſca vocabatur. Vt enim Maro ſcripſit, 1. Georg.

—duplici dentalia dorſo, &,

Duplex agitur per lumbos ſpina: 3. Georg.

cum & craſſum dorſum dentalis, & latam ſpinam equi demonſtrare vellet: ſic duplicem ficum ab Horatio appellari ſuſpicor, quæ maior eſt & vberior, quæque formæ amplioris eſt. Sed ad teſtimonium veniendum, &, vt ita dicam, tabellare ſcriptorum ſuffragium. Vegetius lib. artis veterinariæ primo, *Addiſque nouem duplices ficus.* Iterum, *ficus duplices viginti, rutæ faſciculum.* Plinius naturalis hiſtoriæ lib. xx. *Diocles hydropicis cũ centaurea, aut in duplici fico.* Mariſca autẽ ficus vilior erat ſaporiſq; fatui. Martialis, *Infanti melimela dato fatuaſque mariſcas.* Sic vilioribus bellarijs explicatam fuiſſe menſam ſecundam Horatius demonſtrat. Eſt nihilo ſecius & in eadem ecloga intellectu difficile quod ita ſcribitur: *Quam nunc accisis videas, metato in agello*
Cum pecore & natis fortem mercede colonum.

Vegetius artis veter. lib. 1. — Cap. 6. lib. 20. — Lib. 7. epigr. 24. — Saty. 2. lib. 2.

hic intelligo Ofelli agrum diuiſum & aſſignatũ fuiſſe Vmbreno, ipſumque eius agri, cuius antè dominus fuerat, factum eſſe mercenarium colonum. Nam in agrorum diuiſione & aſſignatione, modum metiebantur, quod eſt metari: ſed & metis & limitibus ſolebant centurias & agrorum formas includere. vnde & metationem hac in re his verbis nominat Siculus Flaccus, *Et quanuis vna res ſit forma, alij dicunt perticam, alij centuriationem, alij metationem, alij limitationem, alij cancellationem, alij typon, quod,* Siculus Flacc

Virg. Diris. *vt supra diximus, vna res forma.* Et Maro in Diris,

Pertica quæ nostros metata est impia agellos.

Huic capiti agglutinabo & illud eiusdem poëtæ,

Saty. 3. lib. 1. *—persæpe velut qui Iunonis sacra ferret:*

vbi quibusdam *quæ* legendum videtur. Nam & Athenis virgines sacra canistris in capitibus reposita ferebant, & à virginibus id fieri in Iunonis sacris religionis ritus postulabat non à maribus, vel Ouidio teste libro tertio Amorum ita scribente,

3. Amorũ eleg. 12.

More patrum sanctæ velatæ vestibus albis
Tradita supposito vertice sacra ferunt.

Sed animaduerto *qui* retineri commodissimè posse, vt ad Tigellium suauissima vrbanitate & similitudine referatur, qui tam lento passu tardoque incedebat interdum, vt Iunonis sacra ferre videretur. Consociabo & illud ex eodem sermone,

Saty. 3. lib. 1. *Vsque ad mala citaret io bacche.*

In quo io bacchæ per diphthongum legi debere non iniuria nec ineptè suspicor, cùm & mensio syllabæ id flagitet, & imitatio videatur fanaticæ exclamationis Liberalium ad bacchas, aut etiam ipsarum inter sese bacchantium furore correptarum vociferatio. Plautus Casina. *St. Bacchæ ergo hercle vxor. Cl. Bacchæ? St. hercle vxor. Cl. quid est? Au. Nugatur sciens. Nam eccastor nunc Bacchæ nullæ ludunt. St. Oblitus fui, sed tamen bacchæ.* (Scena, vbi tu es.)

Explicatur Cicero lib. 6. de Rep. veterum opinio de lacteo circulo.

CAPVT II.

In somnio Scipionis. VERBA sunt Ciceronis lib. 6. de Repub. *ostendebat autem Carthaginem de excelso & pleno stellarum & illustri loco*: quibus adumbrare mihi videtur circulum lacteum, qui eximio candore multarum stellarum collucet, vbi visus sibi est Scipio Æmilianus cum Africano maiore colloqui, & vnde sibi putauit ostendi Carthaginem. Id ego hac de causa à Cicerone fictum & excogitatum arbitror, quòd antiquitas crederet animos fortium, sapientum, iustorum & piorum emeritis vitæ stipendijs in eum locum recipi solere: cuius opinionis cognitionem ad Ciceronem intelligendum cùm maximi esse momenti intelligerem, auctoritate confirmandam constabiliendamque credidi. Sic igitur scribit Manilius lib. primo de lacteo circulo loquens,

Marc. Manilius li. 1. astronomicon.

An fortes animæ dignataque numina cælo,
Corporibus resoluta suis terráque remissa,
Huc migrant ex orbe? suumque habitantia cælum

Æthereo

Æthereos viuunt annos cœlóque fruuntur?
Atque hic Æacidas, hic & veneramur Atridas:
Tydidémque ferum, terræque maríſque triumphis
Naturæ victorem Ithacum, Pyliúmque ſenecta
Inſignem triplici. nec multò poſt,
Quique animi vires, & ſtrictas pondere mentes
Prudentes habuere viri, quibus omnis in ipſis
Cenſus erat, iuſtúſque Solon fortiſque Lycurgus,
Æthereúſque Platon, & qui fabricauerat illum:
Damnatúſque ſuas melius damnauit Athenas.

Damaſcius credidit lacteum baltheum viam eſſe animorum Orcum cæleſtem peragrantium. Orcus autem ille cæleſtis quis tandem eſt, niſi fœlicium animorum regio ſedes, & domicilium? nam Ioannes Grammaticus eius referens ſententiam ita ſcribit Φησὶ γὰρ ἐκεῖνος ὁδὸν εἶναι ψυχῶν τὸ γάλα τὸν ᾅδην τὸν ἐν οὐρανῷ διαπορευομένων. Iterum ὁδὸν φησὶν, ὁδὸς τὸ γάλα τῶν διαπορευομένων τὸν ἐν οὐρανῷ ᾅδην. Illic etiam animos purgari cenſuit: ſed & eo aſcendere & inde deſcendere: Vnde & Grammaticus ſcribit eius ſententiam refellens, οὔτε ὁ αὐτὸς ἀεὶ τῶν ψυχῶν ἀριθμὸς ἄνεισί τε καὶ κάτεισι. Figmentum autem Ouidij vel pueris notum eſt, hanc eſſe viam qua ad Iouis ædes eatur. ſic enim, inquit, — *Ioan. Grammaticus.* — *I. Metamorph.*

Eſt via ſublimis cælo manifeſta ſereno,
Lactea nomen habet candore notabilis ipſo:
Hac iter eſt Superis ad magni tecta tonantis.

non eſt hoc commentum abſimile Ariſtophanis ioco bellè & lepidè cauillantis traiectiones ſtellarum, quas interdum cælo ſereno videmus, eſſe laternas ſtellarum à cœna redeuntium.

Furca expellere, extrudere furcilla, pellis, laſanum portantes & œnophorum. CAPVT III.

QVIS non habet in ore verſum illum Horatianum? *Epiſt.10.lib.1.*

Naturam expellas furca, tamen ipſa recurret.

Non tamen vt notus omnibus verſus eſt, ita & vis eius perinde intelligitur, nec perinde eius gratia ſentitur. Id eo fit quia non animaduertunt furca expellere, eſſe vi maxima eijcere & exturbare, vt & in epigrammate bello Catulli, *In mentulam.*

Mentula conatur pimpleum aſcendere collem:
Muſæ furcillis præcipitem eijciunt.

Sed & Dionyſius Lambinus vir eruditiſſimus, qui propediem emendata à

Epist. 2. ſe opera Ciceronis emittet lib.16. Epiſt. ad Atticum planè aperteque ſcribi in antiquo libro mihi oſtendit, *Sed quoniam furcilla extrudimur, Brundunſium cogito.* Id vt alia multa Græcis acceptum ferendum eſt. Nam Ariſtophanes in Pace, furcis quoque eiectam ab Athenienſibus pacem queritur. eius verba ſubſcribam. τὴν δὲ μὲν δικροῖς ἐώθουν τὴν θεὸν κεκράγμασι· & eruditus interpres ita explicat, δικροῖς, δικράνοις. ἔδει δὲ εἰπεῖν ξύλοις δικράνοις. τουτέστι διφυέσιν: & alia interpretatio, ξύλοις ἀπώθουν τὴν εἰρήνην καὶ ἐξέβαλον. & apud Suidam ex hiſtorico quodam affertur, παρεσκεύαστο δὲ καὶ δίκρανα ὥστε ἀπωθεῖσθαι τὴν τῶν λεγομένων σκαλῶν προσαγωγήν. Eſt igitur expellere furca, non manu ſola eijcere, ſed magno conatu ſumpta furca extrudere. hic & alius à me locus explanabitur aliquando fortaſſe leuiter tactus,

Ariſtoph. Pace.

Suidas.

Horat. ſaty. 6. lib. 1.

Cum Tiburte via prætorem quinque ſequuntur
Te Pueri, laſanum portantes œnophorúmque.

Hic ſordibus & nimis parua comitatus & inelegante immundaque familia, & indignus præturæ honore ſignificatur, qui vel vt mercator, quo minorē ſumptum faceret, domeſticum vinum ſecum portabat, vaſa quoque coquinaria, ne pro his quicquam ſolueret, aut à coponibus quicquam ſumeret. mercatores autem, qui ad quæſtum ſunt attentiſſimi, peregrè proficiſcentes ſuis pueris imponebant œnophorum. Perſius, *Iam pueris pellem ſuccinctus & œnophorum aptas.* Atque, vt interea hoc dicam, pellem dicit Perſius pro mantica & inuolucro veſtis ſupellectilis aliorumque vtenſilium & ſarcinarum. Id intelligi poteſt è Petronio viri clariſſimi Memmij in quo ita ſcribitur, *Ego vos in duas iam pelles conijciam, vinctoſque loris inter veſtimenta pro ſarcinis habebo.* vel potius qui nullos lautiores in comitatu haberet, quàm vilia ſeruitia & ſordidiſſima mancipia. neque enim honeſtis & lautis ſeruis œnophorum imponebatur, minus etiam laſanū quo venter exoneratur, quē qui ferebat, λασανοφόρος à Græcis vocabatur: etſi interdum etiā laſanum podium ollæ ſignificat, quē chytropoda etiā dicebant vt ait Ariſtophanis enarrator, quo ſenſu ſi quis accipiat, etiam ſordes hominis agnoſcat: & primo ita acceperā, deinde diſceſſionem in alteram & receptiorem ſignificationem feci, vt aluo ſubſeruiat.

Saty. 5.

Petronius.

Spadices equi & glauci apud Maronem, & ſerta procul apud eundem, & quis caneret Nymphas. CAPVT IIII.

3. Georg. ILLVD à Vergilio eſt multo breuius quam facilius dictum,

—honeſti Spadices glaucique,

cum generoſorum equorum notas & colores demonſtrat. neque enim ſi quis eius coloris ſit, protinus ſit probandus: Sed mihi videtur hoc Maro dixiſſe ex illorum locorum ſeminio, in quibus illius coloris præſtantiſſimi

mi equi naſcebantur, vt Mycenis & Pellæ. Vt enim ad Clitumnum boues eximiæ formæ hique candidi naſcebantur: ita Mycenis equi glauci naſcebantur egregiæ dignitatis, & Pellæ ſpadices inſignis formæ. atque illorum equorum ſpecies iactantior & formoſior, &, vt Maro dicit, honeſtior quàm fortior & animoſior laborumque tolerantior erat. Vt ita Maronis verba accipi debere putem, mihi Gratius, qui Maronis ferè æqualis fuit perſuaſit. Nam & de equis ita ſcribit,

Conſule Penei qualis perfunditur amne
Theſſalus, aut patriæ quem conſpexêre Mycenæ
Glaucum, nempe ingens, nempe ardua tollet in auras
Crura: quis eleas potior luſtrabit arenas?
Ne tamen hoc attingat opus, iactantior illi
Virtus, quàm ſiluas durúmque laceſſere Martem. Iterum,
Spadices vix Pellei potuêre Ceraunį,
Et tibi deuotæ magnum pecuaria Cirrhæ
Phœbe decus noſtras agere in ſacraria thenſas.

His è Gratij locis equos ad ſpeciem & pompam potius ſacraque curricula, quàm ad bellicum opus aut venatorium munus à Marone deſcriptos intelligimus, vel potius ſignatos. Etiam illud Maronianum,

Serta procul, tantum capiti delapſa iacebant, 6. Eclog.

aliter quàm ab interpretibus explicandum nobis eſt. Puto enim eũ dicere procul à capite ebrij & ſomno obruti iacuiſſe ſerta, quibus in compotationibus ſe redimire olim ſolebant: tantum tamen capiti fuiſſe delapſa, alioqui illæſa & integra, non rupta non fracta non preſſa, etiamſi procul iacebant. Illud autem, —*& cum ſolemnia vota* *Reddemus Nymphis,* 5. Eclog. propriè & è ritu dictũ eſt, cũ & Nymphæ ruſticorũ deæ ſint, & ruſticæ, & illis in agro res diuina à ruſticis fiat. Itaq; apud Euripidem Ægiſtus rus exit vt in agro eis rem diuinã faciat, quòd in vrbe earũ dearum religioni opera dari nõ ſoleret. Cæterum apud Maronem, *Quis caneret Nymphas?* Eclog. 9. *quis humum florentibus herbis* *Spargeret? aut viridi fontes induceret vmbra?* de carmine ruſtico in honorẽ Nympharũ cõpoſito, quibus res diuina excitatis ad fontiũ capita vmbraculis fiebat à ruſticis & paſtorib⁹, atq; adeo de Bucol. cãtu dicitur: & alio loco, *Et quo, ſed faciles Nymphę riſère, ſacello,* Maro cũ ait, rure ſacella Nympharũ fuiſſe oſtẽdit, quib⁹ & antra ſacrãtur. Eclog. 3.

Tument negotia, apud Ciceronem, hæreſis Veſtoriana, delector tumulis proſpectúque, impenſum pretium, impenſo, & quædam emendata.

CAPVT V.

Lib. 14. ad Atticum, vt aliquid in eum librum elucubrem, leui tamen Epiſt. 4. vt ſoleo opella, Cicero negotia tumere dixit, quæ in eo ſunt, vt in tumul-

tum aut bellum erumpant: vt tumeſcunt arborum gemmæ cũ parturiunt frondes: tument animalia cùm in libidinem turgent: tument terræ cùm parere aut gignere cupiunt, vt vere, quod dicitur ὀργᾶν Græcè. *Tument*, inquit, *negotia.* Iterum, *ne deſerere viderer hunc tumorem rerum.* Tumorem rerum dicit eum rerum ſtatum eamque conditionem, quæ aliquid perturbationis & belli paritura ſit. Sine controuerſia autem ſcribendum eſt, *quoniam quidem* ἀσιτήσας, *cùm leuiter commotus eſſes*, adhibuerat enim Atticus inediam ad ſanandam commotiunculã febriculæ: hodie ἐσίγησας ſcribunt genere curationis inaudito: quin & illud quod protulimus antiquo in lib. ſcriptum eſt. Eodem libro εὐρίπιστα eſſe exiſtimo quæ velut flabello quodam ventilata facilè mouentur, & ad tumultuandum impellũtur. Neque enim vocabularijs ab Euripo eius originem deducentibus aſſentior, quæ à ῥιπίζω repetenda eſt. cùm autem dicit, *Itaque* γῆν πρὸ γῆς *cogito*, ſe lõgiſſimè à diſcordijs ciuilibus, quas gliſcere & ſerpere ſentiebat, profugere velle dicit, id enim verbũ illud Græcum ſignificat vſurpatũ AEſchylo, γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνομαι. quo fit vt illas editiones probare non poſſim quæ *pro* Latinè ſcribunt: nec veriſimile eſt vnã ob ſyllabam Ciceronẽ voluiſſe bilinguem eſſe. lego porrò è vetere libro, *ſed nõ ſine inuidia, ne ſine periculo quidem.* Obſcuritatem penè hoc tempore ænigmatis habet illud, *Vtrum magis tumulis proſpectúque, an ambulatione* ἀλιτενεῖ *delecter?* quod Attico & omnibus illis Romanis proceribus Ciceronis familiaribus eiuſque villas cognoſcentibus expeditũ erat & planum. exiſtimo autẽ hanc ſententiam eorum verborũ eſſe, delectérne magis Arpinate villa, quæ tumulos habet & colles, & ex eis vt ſpeculis proſpectum: an villa maritima quæ ſecundũ mare ambulationes explicatas habet? Illud etiam ſic explicandũ arbitror, *minuſculam verò villã vtique Quinto traditurum, vel impẽſo pretio.* rumorem eſſe, inquit, ſcribis me ad lacũ quod habeo venditurum: ſin minus, omnino tamẽ me minuſculã villam venditurũ, quòd eam ſibi vt vendã mihi ſit Quintus vel immaniſſimo pretio perſuaſurus. Immane enim pretiũ impenſum pretiũ dicitur. Sed & impenſo emere tacita pretij voce vſurpauit Horatius cùm dixit, *Luſcinias ſoliti impenſo prandere coëmptas.* Lego etiam, *ſin autem manſero fore me quidem video in diſcrimine.* Illud verò perquam feſtiuum & perfacetum, *de hæreſi Veſtoriana & de Pherionum more Puteolano riſiſſe me ſatis nihil eſt neceſſe reſcribere.* vbi vel Veſtorium iocosè ſectam quandam fœnoris aliam quàm fœneratores Romanos Puteolis ſequi ſignificat, vt tanquam philoſophorum, ſic etiam fœneratorum plures ſint diſciplinæ: vel potius eius hæreſin & ſectam dicit eſſe fœnus exercere ad ſectas philoſophorum alludens. Nam & alio loco Veſtorium dicit iocans remotũ à Dialecticis, ſed in Arithmeticis eſſe ſatis exercitatum.

Epiſt. 5. — Epiſt. 5. — 8. Epiſt. — AEchyl. Prometheo. — Epiſt. Nudiuſtertius. — Epiſt. O mi Attice. — Saty. 3. lib. 2. — Epiſt. Proficiſcor. — Epiſt. iterandum.

citatum. Feriones autem vocātur hic ioculari voce fœneratores à ferien-
do. Feriunt enim eos vſuris, quos obæratos habent. Ex quo & Perſius
ſcripſit, *Si puteal multa cautus vibice flagellas,* Saty. 4.
Aut pheriones potius nomē proprium fœneratorum aliquorū intellige-
mus. perlibenter autē aliquando legiſſem, & de fœnoris more Puteola-
no: ſi quis etiam multitudinem audet, de fœnorum. nā quin bellè ad ſen-
ſum quadret, vix quēquam tam cerebroſum fore puto, quin in re tā clara
malit aſſentiri, quàm pertinaciter rixari. Illud etiam non ſatis apertum
eſt, *poſtridie apud Hirtium, & quidem* πεντὲ λοιπον. Sed cùm hæc 5. idus ſcri- Epiſt. Cū paulò ante.
pta ſit epiſtola, puto eum dicere iduum reliquū triduum cum Hirtio actu-
rum eſſe. id enim eſt quod quinque diebus iduum, qui effluxerant iam, re-
ſtat, vt octo dies expleantur: vel potius quinque reliquos cæſarianos in-
telligit, vel è quinque reliquos.

Sermo ab ſummo, bibere ab ſummo, acinus vinaceus, claua, clauator.

CAPVT VI.

VERSVS Enniani qui à Cicerone proferūtur in Catone maiore quid- Cic. Catone maiore.
dam habent, quod, vt in vino, nobis ipſa vetuſtate iucundum eſt & gratū:
eorum tamen poſterior vna curtior ſyllaba videtur, quæ excidit librario
antiquitatis ignaro. Nam cùm viaï pro viæ dici ſolitum olim eſſe neſci-
ret, nec videret quo referri hæc vox niſi ad verbum flexēre poſſet, maluit
verſum mutilare, quàm in exquirenda ſtructura orationis laborare. ego
autem cùm ſciam quo viaï rectè & antiquo ritu dici, ſcribēdum exiſtimo,

Quo vobis mentes, rectæ quæ ſtare ſolebant
Antehac, dementes ſeſe flexēre viaï?

Id eſt, in quam viam ſe flexēre atque conuertēre? Illud autem in eo libro
mendoſum arbitror. *Is ſermo qui more maiorum à ſummo magiſtro adhibetur in* Cat. maiore.
poculo. Nam magiſtro, quod in edititijs omnibus patet libris, in nullis qui
ſub ſera & clauſtris pro theſauro aſſeruantur reperi. Cumque veteres bi-
bere quadam conuiuali lege ſolerent à ſummo ad imum vſque decur-
rente inuitatione, quendam etiam in illa compotatione inter pocula ſer-
monem adhibebant. Summus enim aliquis erat conuiua, Horatius,

Summus ego, & prope me Viſcus Thurinus: Satyra 8. li. 2.

& aliqui imi, Horatius, *Secutis omnibus imis.* Ibidem.
Et à ſummo, magiſterio quodam conuiuali bibebatur. Plautus, Aſinaria. Sc.

Da puere ab ſummo age tu interibi ab infimo da ſuauium. Aintu meum virum.

Ad eandem conſuetudinem & illud Plautinum pertinere cenſuerim in Menæchmis
menæchmis, *S tandum eſt in lecto, ſi quid de ſummo petas.* sc. Iuuentus
Non prætermit tam hic monere vbi legitur hodie in excuſis libris, *Et con-* nomen fecit.
tra auium minorū morſus munitur vallo ariſtarū, reperiſſe me in latebroſis bi-

 bliothecis,

bliothecis, *contra inimicarum auium morſus*, quod ſi non eſt comparandum receptæ formulæ, non tamen fortaſſe dedignandum: ac mediusfidius, dignum habui quod in apertum proferrem, & à ſitu & puluere vindicarẽ. Acinum autem vinaceum ea dici forma cenſeo, qua gallum gallinaceum & cunilam gallinaceam dicebant. Nã diſtinctionis gratia vinaceus ei velut appenditur, ne ambiguitate verbi fallamur, & acinum ebuli aut ſambuci aut mali punici intelligamus. *Sibi*, inquit, *habeant igitur arma, ſibi equos, ſibi haſtas, ſibi clauam, ſibi pilam, ſibi venationes.* Hæc exercitationum genera omnibus intellectu facilia ſunt, præter quàm quòd claua iſta nobis caput obtũdit & cerebrum excutit. Sed militaris genus exercitationis commemorari exiſtimo, quo ſe ad palum graui claua numeros omnes armaturæ implentes exercebant. itaque milites Romani ſeruos clauigeros habebant, qui apud Comicum Plautũ clauatores appellantur. Illius exercitationis ita meminit Vegetius, *Itemque clauas ligneas duplicis æquè ponderis pro gladijs tironibus dabant: eóque modo non tantum mane, ſed etiam poſt meridiem exercebantur ad palos.* Iterum, *contra illum palum tanquã contra aduerſarium tiro cum crate illa aut claua velut cum gladio ſe exercebat & ſcuto.* Apud Feſtum quoque ita ſcribitur, *Calones militum ſerui dicti, quòd ligneas clauas gerebant. Nam Græci ligna κᾶλα vocant. Is quoque qui eiuſmodi telo vtitur clauator appellatur.* Eã porrò ad palos exercitationem palaria dicebant: Chariſius, *hæc palaria cùm milites ad palos exercentur.* Verum enimuero in illo elogio Calatini, duo ſunt Iãbici catalectici, qui quinis pedibus & ſyllaba cõſtant. quo fit vt cõſentiunt per ſynecphoneſin pro tribus ſyllabis numeretur: & virum fuiſſe legendũ ſit, hunc in modũ, *Vno ore plurimæ conſentiunt gentes Populi primariũ virũ fuiſſe*: aut vt in veteribus legitur, *vni cui plurimæ.*

Cic. in Catone maiore. — *Rudente Sc. Vtrum tu leno* — *Mercatore Sc. Diuũm atque hominum.* — *Lib. I. c. II.* — *Ibidem.* — *Lib. 3.* — *Lib. I. Grãm. inſt.* — *Catone maiore.*

Bonam ſpem prælucere, vxoria conditio, fata impendent, apud Ciceronem.

CAPVT VII.

IN libro de Amicitia editum eſt, *quod bona ſpe prælucet in poſterum*, vbi eruditi ſe in libris vetuſtis dicunt inueniſſe bonã ſpem: quod ea forma dictum erit qua apud Plautum in Curgulione, *Tute tibi luces cereum*, id eſt præfers tibi lucentem cereum: vt ſi lucẽ lucere diceremus. Sic prælucere bonã ſpem erit, velut bonã ſpem prælucentẽ & præfulgentem gerere & oſtẽdere. non eſt igitur illa antiquitatis formula aſpernãda, quæ & librorum teſtimonio & comici exẽplo defenditur. Tamen quod receptum eſt etiam damnandum non eſt, vt locus iſte accuſandi & auferendi caſui pro controuerſo & litigioſo relinquatur. Quod autem eo in libro ſcribitur, *dirimi tamen interdum contentione luxuriæ, conditionis, vel commodi alicuius*, candorem non refert nec nitorem eruditi illius ſeculi. Nam hîc luxuriæ nomen

Cic. de amicitia. — *Sc. I,* — *Cic. de amicitia.*

nomen significationem quandam oftendere videtur, illi ætati ignotam. memini aliquando me in exemplari vel luxuriæ legiffe, vt putem, in quo vitio frequentiffimi funt libri antiqui, literam difiunctionis vltimam repetitam adhæfiffe initio vocis fequentis, qua detracta commodiffimè & elegantiffimè legetur, *contentione vel vxoriæ conditionis, vel commodi alicuius*. Diftrahuntur enim amicitiæ adolefcentium interdum cum eandem vel virginem vel mulierem vxorem proci petunt. conditionem autem in nuptialibus & meretricijs amorum fœderibus poni, tam eft omnibus notum quam folem lucere. *Hæc ita multa quafi fata impendere amicitijs*, etiam lego: vt amicitiarum calamitates & incommoda exprimat. nam fato nefcio quid languidius & lentius minúfque fignificans habet. neque verò hoc comminifcor neque fingo: fed in cellularijs repertum libris, in apertum refero: in quibus etiam C. Blafius fcribitur planè & dilucidè, vt & apud Plutarchum fcribendum, nō βλάσος: in Gracchorum tamen vita fcribitur apud eundem βλόσσιος, vt & in Ciceronis editionibus. Iam cum fcribit non effe virtutem immunem, fignificat eam non fibi tantum confulere, nec fui tantum rationem habere, fed in reliquos homines aliquid munificè folere cōferre, & eam fua velut munia facere, benéque de alijs mereri. Vbi porrò fcribitur, *quod fi in fcena, in qua rebus fictis & adumbratis loci plurimum eft*, fi emendata fcriptura eft, non eft dubiū quin non de theatralibus fpectaculis, fed concionalibus confeffibus dictum fit. Sed docti narrant fine vlla varietate legi in obfoletis libris & fugientibus *in fcamna*: nec ineptè profectò fic legeretur, *quod fi in fcamna, in quæ rebus fictis*. Scamna autem fignificarent cōfeffum concionis. illic enim multas fedes, multa fubfellia fuiffe verifimile eft: & Tib. Gracchus concionans fragmentis fubfelliorum occifus fuit, quòd alia, vt puto, locus ille tela non fuppeditaret.

Cic. de amicitia. Plutarch. in vita Gracchor.

Cic. de amicitia.

Pater, mater, falij Herculis, gens truncis nata, Fauni, fatuarij, æternus, honor exors. CAPVT VIII.

PATER nomen diuinitatis plerumque eft, vt apud Maronem,

Huc pater ô Lenæe veni, &, 2. Georg.

Túque ô Tybri, tuo genitor cum flumine fancto. 8. AEneid.

nam de deo Tyberino hoc dicit. &, *Da pater augurium,* 3. AEneid.
eodem fenfu accipio: tametfi Macrobius exquifitius quiddam reconditumque magis affert. rurfum,

Et fortia corpora volues Tybri pater? 8. AEneid.

eft & dignitatis, vt apud eundem,

Cum pater in ripa gelidíque fub ætheris axe 8. AEned.

AEneas

Æneas tristi turbatus pectora bello. &,

8. Æned. *Tum pater Æneas puppi sic fatur ab alta.*

Sic & mater diuinitatis est, vt Lua mater, mater Matuta: & dignitatis,

Ibid. *—castæ ducebāt sacra per vrbē Pilentis matres in mollibus.* Significari enim puto senatorias, nobiles, patricias mulieres quæ sacerdotes erāt. & apud

Lib. 4. Lucretium, *Nanque ibi concessum caueai subter & omnem*

Scenai speciem patrum matrúmque deorúmque Inficiunt.

hic patres & matres coniunxit, & à cauea cuneísque populi separauit, orchestram significans, vnde spectabant senatores & senatorum vxores. & quia ex 8. Æneidos pleraque huius capitis decerpta sunt, ne aliūde partes mutuemur, quibus hoc perficiamus, age, quæramus cur eodem libro Herculi salios tribuat, qui tamen erant Martis gradiui. Sic enim scribit,

8. Æneid. *Tum Salij ad cantus incensa altaria circum Populeis adsunt euincti tempora ramis.* Constat profecto è veteribus monumentis Saliorum auctorem fuisse Salium Arcadem, qui in Italiam cum Euandro venerat. Igitur cum ante Romam conditam ad aram maximam instituta fuissent ab Euandro Herculi sacra, verisimile est Salium tum ei choros instituisse. vrbe autem condita ad gradiuum Martem eos postea choros Numa, vt opinor, transtulit

Cap. 12. lib. 1. Saturn. Romanæ gentis auctorem. aliam affert etiam causam Macrobius longè repetitam, quam qui volet sequatur. fuere porro saliorum duo chori, vnus senum alter iuuenum. Maro,

8. Æneid. *Hic iuuenum chorus, ille senum,*

At Lacedæmone tres chori erant puerorum, iuuenum, senum. Cum au-

8. Æneid. tem Maro scribit,

Hæc nemora indigenæ Fauni Nymphæque tenebant:

Gensq; virum truncis & duro robore nata.

Ad Homericum respicit versum:

Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐσσι παλαιφάτου οὐδ᾽ ἀπὸ πέτρης.

4. Academ. Vt & Cicero cum scripsit, *è saxo sculptus aut robore dolatus.* primos quoque Italiæ cultores & habitatores Maro intellexit terrigenas fuisse: sed & aborigines ex eo vocatos aliqui narrant, quòd nō aliunde orti sint, deósque putant eorum locorum & Nymphas ibi natas, & homines quoque non aduentitia stirpe ea loca tenuisse, sed ibi editos esse. certe in antiquo lexico aborigines exponuntur αὐτόχθονες. In nemoribus autem Fauni ora-

Lib. 6. de ling. Latina. cula canebant. Varro, *Fauni dij Latinorum: hos versibus, quos vocant Saturnios, in siluestribus locis traditum est solitos fari.* Faunus tamen à Græco deo qui πὰν nominatur nomē duxit, & pro eo sæpenumero ponitur, vt in poë-

Vir. Priapeis. tis obseruare licet, vt in Priapeis,

Fronte & comantes Arcadas vides Faunos.

Fauni

Fauni autem vxor Fatua fuit, quæ furore correpta futura præcinebat, vnde & fatuarij appellantur qui inſpirati futura ariolãtur, vt Iuſtinus ſcribit. Lib. 43.
Iam æternum eo libro pro magno atque adeo immenſo poſuit Maro. 8. AEneid.

Tum pater æterno fatur deuinctus amore.

Et Curtius libro quarto ferè eodẽ modo ſcripſit, *Ablue corpus illuuie æterniſque ſordibus ſqualidum*, quod fortaſſe non ita videbitur reconditum, vt notari debuerit. Extra ſortem donari honorificentiſſimum & ampliſſimum erat: proinde ita libro octauo ſcripſit, *Ducunt exortem Æneæ, quem fulua leonis Pellis obit totum*: & lib. 5. *Nam te voluit rex magnus olympi Talibus auſpiciis exortem ducere honorem*: & lib. 9. Curt. lib. 4. 8. AEned. AEneid. 5.

—ipſum illum clypeum criſtáſque rubentes Exciperem ſorti. 9. AEneid.

Nam in vulgo videtur numerari, qui pari cum alijs ſorte æquatur, & in caſum coniicitur: ſed cui non fortuna aut ſorte, ſed iudicio & decreto egregium munus tribuitur, ei demum eximius honos defertur.

Vncus impactus, fatum, mors fatalis.
CAPVT IX.

In prima in Antonium oratione ſcriptum eſt, impactum fuiſſe fugitiuo vncum: quo genere pœnæ afficiebantur, qui ignominioſiſſimo ſupplicio interficiebantur, & vel in ignẽ, vel ad Gemonias ſcalas aut in Tyberim trahebãtur. Infigebatur autem gutturi, vnde à Iuuenale ſcriptũ eſt, Philipp. 1. Saty. 1.

—qui fixo gutture fumant: & à Propertio, Lib. 4. eleg. 1.

Et bene cùm fixum mento diſcuſſeris vncum,
Nil erit hoc, roſtro te premet anſa ſuo.

Vnco autem ad Gemonias trahebantur aut in Tyberim, vt honore ſepulturæ priuarentur, quo carere acerbiſſimum antiquis erat. Etiam in Barathro vnci erant, & abiecta in id cadauera his adfixa hærebant in Barathro pendentia. Sic enim in Suida ſcribitur, Βάραθρον χάσμα τι φρεατῶδες καὶ σκοτεινὸν ἐν τῇ ἀττικῇ, εἰς ὃ τοὺς κακούργους ἔβαλλον. ἐν δὲ τῷ χάσματι τούτῳ ὑπῆρχον ὄγκινοι, οἱ μὲν ἄνω, οἱ δὲ κάτω. Scribitur in eadem oratione & illud, quod multis negotium exhibet, & à Gellio verboſè tractatum eſt: à nobis facilè aperteque vno verbo prope expedietur. Nam cùm ita ſcribit, *Multa autem impendere videntur præter naturam prætérque fatum*: nihil diuerſum naturæ & fati nomine ſignificari puto, ſed vnum idemque declarari. Itaque mors naturalis, mors eſt fatalis, cùm ætate quis confecta extrema ſenectute moritur. Quæ enim mors immatura gladio infertur, nec fatalis eſt, nec naturalis. Id ex oratione pro Cælio intelligi poteſt, cuius in peroratione ſic ſcribitur. *Nolite Iudices aut hunc iam natura ipſa occidentem, velle maturius extingui* Suidas. 1. Philipp. Cic. pro Cælio.

tingui vulnere veſtro, quàm ſuo fato. En diſertè morti naturali & fatali, opponit mortem vulnere illatam vel pœna irrogatam. Alexander quoque Aphrodiſienſis palam non tam fatetur, quàm profitetur & clamat, fatum & naturam idem eſſe. Sic enim loquitur: λείπεται ἄρα τὴν εἱμαρμένην μηδὲν ἄλλο, ἢ τὴν οἰκείαν εἶναι φύσιν ἑκάστου. Iterum, Αὕτη γὰρ εἱμαρμένη τε καὶ φύσις ἡ αὐτή. Rurſus, ταὐτὸν ἂν εἴη τῷ κατὰ φύσιν τὸ καθ᾽ εἱμαρμένην. Rurſum, φανερώτατα δὲ Θεόφραστος δείκνυσι ταὐτὸν ὂν τὸ καθ᾽ εἱμαρμένην, τῷ κατὰ φύσιν, ἐν τῷ Καλλισθένει. Dion quoque fatum luculenta ſcriptura, minimeque ambigui ſenſus pro naturali morte vſurpat ita ſcribens, ἀλλὰ κἂν ἀποθανεῖν ἀνάγκη σοι γένηται, μὴ τὴν εἱμαρμένην ἀναμεῖναι, ἀλλὰ τῷ προστυχόντι θανάτῳ χρῆσθαι.

Alexand. Aphrod. de fato.

De fato.

Dion.

Agentes in rebus. CAPVT X.

AGENTES in rebus à iuriſconſultis memorati & ab hiſtoricis, ſatagere cogunt decurias Iuriſconſultorum & literaturæ prudentum: & tamen cùm ſe cruciarunt multum diuque quærendo, adhuc quærunt, nec ad verum coniectura euadere poſſunt. Vnum excipio Cuiacium, qui vt eximius, extra numerum eſt. Ego non is ſum, qui putem alijs caligantibus me Lynceum eſſe: ſed qui libenter in partem pro mea virili literas iuuare ſtudeam: an autem ſit irritum ſtudium, malo alios exiſtimare, quàm me meo ſuffragio prædamnare: quamquam ita de me ſentio, vt conatum meum meliorem quàm operam putem, cùm voluntas libenter nitatur ad præclara, quæ præſtare non poteſt induſtria. Sed vt vnde profectus ſum redeam: Agentes in rebus arbitror fuiſſe in militia palatina, & velut armata, qui per prouincias ſpeciebus annonarijs, quæ fiſco aut vrbibus præſtabatur ex canone aut indictione, conuehendis importãdiſque præerant, vt canoni Romano, canoni Alexandrino, frumento militari, atque eorum etiam officiorum annonis, quæ in palatino erant comitatu præſidebant. itaque diuus Hieronymus eos interpretatur πυροφόρους frumentarios & veredarios: & quia locus inſignis eſt, eum ſubſcribam, vt tanti auctoris certa fide potius res ſtabilita confirmataque teneatur, quàm noſtra interpretatione dubia nutet & vacillet. *Hoc enim*, inquit, *quod LXX tranſtulerunt* πυροφόρον, *nos frumentarium vertimus, iuxta antiqui ſermonis eloquium. eos enim quos nunc agentes in rebus, vel veredarios appellant, veteres frumentarios nominabant.* Etſi autem erãt in Palatinis officijs, vt indicat diuus Ambroſius in epiſtola ad Marcellum his verbis, *Palatina omnia officia, hoc eſt memoriales, agentes in rebus, apparitores diuerſorum comitum*: tamen munus eorum etiam in prouincijs erat, cùm & in Imperatoris aula frumentationibus & annonis præeſſent, & in prouincia eandem rem curarent: quin & à Palatinis in Theodoſiano codice diſtinguntur his verbis, *Qui-*

Hieronymus.

cunque

cunque igitur inter agentes in rebus, vel inter Palatinos militiæ ſacramenta ſortiti ſunt. Iterum, *Sublimitatem tuam inueſtigare præcipimus, an aliqui hæreticorum vel in ſcrinijs vel inter agẽtes in rebus vel inter Palatinos cum legum noſtrarum iniuria audeant militare.* latius tamen eorum fortaſſe officium munuſque patebat: ac ſi quis de ijs plura cognoſcere cupit, is Cuiacij iuriſconſultorum principis nobilem commentarium in codicem legat. In perueteri lexico legi agentes in rebus exponi μαγιστριανούς· μαγιστριανοὺς autem Suidas explicat καστρισίους id eſt vt opinor caſtrenſes. atque, vt hoc alienum additamentum adijciam, in eodem lexico cancellarium inueni ἀντιγραφέα exponi, quem contrarotulatorem noſtri homines ſolent appellare. Hæc ego ſcripſi non vt me ſummis Iuriſconſultis opponerem, aliud iſta de re ſentientibus, ſed vt tantum ſententiam meam interponerem, ſi quem fortè inuenire poſſet, cui ſi non vera, ſaltem veriſimilis videretur.

Cod. Theod. lib. 16. l. 29. tit. 5. *Suidas.*

Cænacula, habitare ſub tegulis, tribus ſcalis habitare, cor, iecur, os pugilis, paraſtichis. CAPVT XI.

HOMINES Romæ mediocris fortunæ ſuarum ædium partem ſuperiorem inquilinis locare ſolebant, imam ſibi retinebant: ſed & erant qui cænaculariam faciebant. Itaque pauperes cænacula conducebant, cùm in ſuo non habitarent. Iuuenalis, *—rarus venit in cænacula miles.* *Saty. 10.*
Horatius, *—quid pauper? ride, cænacula mutat.* *Epiſt. 1. lib. 1.*
Prudentius, *Omnis qui celſa ſcandit cænacula vulgus.* *Lib. 1. contra Symmach.*
Qui autem omniũ tenuiſſimi erãt, cęnacula tegulis proxima conducebãt.
Iuuenalis, *Vltimus ardebit, quem tegula ſola tuetur* *3. Saty.*
A pluuia, molles vbi ponunt oua columbæ.

Suetonius de Orbilio, *Námque iam perſenex pauperem ſe, & habitare ſub tegulis quodam ſcripto fatetur.* Et in epigrammate de Valerio Catone grammatico, *De illuſtribus Grammaticis.* *Suetonius de illuſtribus Gramm.*

Quem tres coliculi & ſelibra farris
Racemi duo, tegula ſub vna
Ad ſummam propè nutriant ſenectam.

& Martialis, *Lib. 1. epigr. 152. ad Lupercum.*

Et ſcalis habito tribus, ſed altis.

Significat enim ſe vltimo cænaculo habitare ſub tegulis. Cor eſſe Latinis prudentiam & ſapientiam cognomen Corculi ſatis oſtendit: &,

Egregiè cordatus homo catus Ælius Sextus. *Cic. 1. Tuſc. & 1. de Orat.*

Iecur etiam in eadem ſignificatione poni animaduerti in epigrammatis de eodem illo Catone grammatico clauſula iſta, *En cor Zenodoti, en iecur Cratetis.* ſed nec, *Neque enim mihi cornea fibra eſt*, in Perſio ab alia origine & mente eſt, cùm in iecore fibræ ſint. Ita alterum ab altero illuſtratur *Sueton. de illuſtribus grammat.* *Saty. 1.*

De illuſtr. grā-mat. mutua quadam claritate. In eodem Suetonij libello extat in M. Pomponium Marcellum epigramma,

Qui caput ad læuam didicit, gloſſemata nobis
Præcipit, os nullum, vel potius pugilis:

In quo pugillatus ei obijcitur. Solent autem pugiles cùm dextra aduerſarium petere ſoleant, caput ab ictu in læuam longius deflectere ne feriantur. Maro, *Abduxêre retro longè capita ardua ab ictu.* & quia tuber plagis & deformatum tumidumque redditur eorum caput,

Artemidorus lib. 1. vt Artemidorus ſcribit libro primo: interdum etiam ſic malè mulctantur, vt exoſſetur eius aliqua pars, effodiaturque oculus, vt ſcribit Galenus in

Galenus in exhortatione ad bonas artes. exhortatione ad bonas artes, & libro ſecundo epigrammatum Græcorum lepidè exponitur: idcirco addidit, *os nullum, vel potius pugilis.* In quo etiam ei obijcitur impudentia & inſcitia literarum. Non dubitem autem

Suetonius de illuſt. grāmat. quin in eo Suetonij aliquoties hoc capite à me appellato libello, vbi diſſerit cognomen Aurelij Opilij, ab ipſo Opilio per duplex p ſcriptū fuiſſe, cùm alij per vnam literam p ſcriberent, Paraſtichidem libelli legere oporteat. Nam Paraſſichis, quæ inoleuit in libris, quid ſit, conſulendus

Suetonius ibid. eſt Apollo, aut ſi quis eſt Apolline vates doctior: mihi quidem in eo aqua hæret, vt & in eo quod in eodem libello lego, *Librum etiam cui titulus eſt Perialogos, edidit continentem querelas de iniurijs, quas profeſſores negligenter ab ambitione parentū acciperent.* ne tamen inconſultos à me rurſus ad Apollinem dimittam, audebo περὶ ἀλόγου ſcribere magno nominis periculo: vt & pro Sigida Ticida. Ioanni tamen Aurato literarum Latinarum & Græcarum peritiſſimo videbatur παιδαγωγὸς ſcribi debere. hoc tanti viri iudicium prætermittere aut ſupprimere non debui, quòd non ſolum ſententiæ meæ, ſed aliorum multo literatiorum opinioni etiam anteponerem. Succurrebat & non inconcinnè περὶ ἀλογίας legi poſſe, cùm eo libro conquereretur Orbilius de profeſſorum ſtultitia, qui negligerent iniurias quas à parentibus acciperent: quem ſenſum & περὶ ἀλόγων facit.

Genius, Victoria pennata, dracones quibus ſacri, hora lucina.

CAPVT XII.

GENII non ſolum erant hominum, ſed etiam vrbium, coloniarum

5. Æneid. locorum: Maro, *Incerti Genium ne loci famulúmne parentis Eſſe putent.* Heroibus autem ſacer erat draco, vnde ſerpentem famulum parentis vocat Æneas eo in Æneidos loco, & locorum genij, vt ſerpentes pingebantur, ſicut ex eo Maronis loco coniectura eſt, & Perſio,

Saty. 1. *Pinge duos angues, pueri ſacer eſt locus, extra Meiÿte.*

Quan-

Quanquam vt Artemidorus ait, ſacer erat draco Ioui venerando, Soli, Cereri, Proſerpinæ, Triuiæ, AEſculapio, heroibus, vt ex eo picto ſacrum eſſe locum augurari poſſimus, qui tot numinibus ſit conſecratus. *Artemidorus.*

—ſerpentes atque videres Infernas errare canes, *Saty. 8. lib. 1.*

dixit Horatius veluti ſignificans comitatum Triuiæ, vt & apud Maroné,

—viſæque canes vlulare per vmbram, *6. AEneid.*
Aduentante dea:

Nam & Dianæ quæ eſt eadem Triuia canes tribuuntur, & noctiuagæ Triuiæ etiam nocturnæ canes, quas furias quidam interpretantur non inſcitè. Apollonius quoque eius canes χθονίους κύνας vocat. Hecatæ canum mentio quoque eſt apud Orpheum, σκῖνον δὲ σκύλακες περίπολοι, & apud Tibullum, *Sola feros Hecates perdomuiſſe canes.* *Apollonius.* *Orpheus.* *Lib. 1. eleg. 2.*

Sed ad Genium redeo: vrbium erant Genij, vnde Symmachus ſcribit, *Varios cuſtodes vrbibus mens diuina diſtribuit.* In quo à Prudentio deliræ religionis propugnator meritò his verſibus obiurgatur, *Lib. 2. contra Symmach.*

Iam primum quid ſit Genius, vel qui ſtatus illi
Competat, ignoro: & quid poßit & vnde oriatur.

Iterum, *At tuus hic vrbis Genius dicas volo, quando Cœpit adhuc paruæ primum ſe infundere Romæ?* De genijs multorum etiam locorum ſic idem ſcribit, *Quanquã cur genium Romæ mihi fingitis vnum? Cũ portis, domibus, Thermis, ſtabulis ſoleatis Aßignare ſuos genios? pérque omnia mẽbra Vrbis pérq; locos geniorum millia multa Fingere?* Rurſus de genio vrbium & populorum idem ita tradit, *Fataliter vrbem Sortitam quonam genio proprium exigat æuũ. Cunctis nam populis, ſeu mœnibus inditur, inquit, Aut fatum aut genius noſtrarum more animarum, Quæ ſub diſparili ſubeunt noua corpora ſorte.* Victoriam deam vetuſtas pinnatam & aligeram pinxit, vt è cœlo deuolantem ad eos, quos ſuis ornare ſucceſſibus vellet, hinc Anſonius, *Prud. ibid.* *Prud. ibid.* *De Auguſto. epig. 1.*

Tu quoque ab æthereo præpes Victoria lapſu: & Prudentius, *Lib. 2. contra Symmach.*
Marmoreo in templo rutilas Victoria pennas
Explicet, & multis ſurgat formata talentis.

Id eo ſcribit, quòd aureæ aut auratæ victoriæ plerumque ponerẽtur, quas & quædam etiã ſimulachra interdum ſuis manibus ſuſtinebant, Cicero li. 3. de natura Deorũ, *Idem victoriolas aureas & pateras coronáſque, quæ ſimulachrorum porrectis manibus ſuſtinebantur, ſine dubitatione tollebat.* Puella autem formabatur, vt Prudentius ait, pennigera, pexo crine, nudo pede ſuſpẽſa, ſtrophio reuincta, ſinu veſtis fluitante. Vt Lucina dea eſt Diana, quæ pariẽtium nixus iuuare credebatur, & partus vitales in lucem producere: ita & per adiectionem Lucina hora à Prudentio hora lucis & vitæ dicitur, *Lib. 2. contra Symmach.*

Et qui Lucinas tribuo naſcentibus horas.

Quod annotare placuit ipſa nouitate admirandum & inſigne. Certum eſſe ſenatorum numerum oportebat cõſentientium vt legitimum Senatuſconſultum fieret. Cùm enim ordo infrequens erat, nec numerum legitimum implebat, per infrequentiam Senatuſconſultum fieri nõ poterat, aut cùm frequens, niſi ad certum numerum conſentirent in vnam ſententiam. ea de re ita ſcribit Prudentius, qui & trecentorum numerum definit.

Lib. 1. contra Symmach.

Hic conſulta patrum ſubſiſtere conſcriptorum
Non aliter licitum priſco ſub tempore, quàm ſi
Tercentum ſenſiſſe ſenes legerentur in vnum.

Conſilium, frumentum ſemiſsibus & trientibus, ſitellam deferre, ciſtas diſijcere, pœna parricidarum. CAPVT XIII.

Cornificius li. 1. ad Herennium.

In libris Cornificij ad Herennium de Tranſlatione, legimus eam in iudicium non venire, ſed in ſenatum, aut ante Imperatorem & in conſilium: proinde ſolet quæri quod illud conſilium ſit. ego conſilium illud intelligo, quod more maiorum Imperatori rem militarem adminiſtranti ſolebat adeſſe.

Salluſt. in bello Iugurt.

Saluſtius in bello Iugurthino de Metello Imperatore, *Ita more maiorum ex conſilij decreto per legatos Iugurthæ imperat argenti põdo ducenta millia.* Iterum, *Igitur Rex vti conſtituerat, in caſtra venit, ac pauca præſenti conſilio locutus.*

Lib. 1. ad Herenn.

Eodem in libro lex de ſemiſſibus & trientibus erat, qua po. in magna vilitate annonę ex horreis publicis frumenti modius triente dabatur: in arctiore & grauiore annona, ſemiſſe: vel potius ex lege Gracchi populo modius ſemper ſemiſſe & triente dabatur, id eſt, non toto aſſe.

Aſconius pro Cornelio.

Aſconius, *vt frumentum populo, quod ante ſemiſsibus & trientibus in ſingulos modios dabatur, gratis daretur.* Quod autem additur, *Saturninus ferre cœpit: Collegæ intercedere: Ille nihilominus ciſtellam deferre:*

Cornific. lib. 1. de confirmatione.

vereor ne legendum ſit ſitellam deferre, vt lib. primo de natura Deorum, *vt igitur T. Gracchum cùm videor concionantem in Capitolio videre de M. Octauio deferentem ſitellam:*

Aſconius pro Cornelio.

& apud Aſconium in oratione pro Cornelio, *dum ſitella defertur.* Sitella enim ſignificatur, qua qui legem ferebat, ſortiebatur tribus, vt eas in ſuffragium mitteret. In ciſtas autem populus tabellas ſui ſuffragij mittebat per pontes tranſiens.

Cornific. lib. 1.

mox ergo ſcribitur, *Pontes diſturbat, ciſtas diſijcit.* Multi autem pontes erant multæque ciſtæ, cùm multæ eſſent tribus.

Sc. Tace Chaline.

Sitellæ in ſortiendo mentio eſt in Caſina Plauti, & in vetuſtæ legis fragmẽto, cuius mihi fecit copiam Petrus Daniel, *Ad ſitellam ſorti veniet, is in eã ſitellam manum demittito.* Iterum, *Sortem ex hacce lege apertam brachióque aperto literam digitis opertam.* Multis etiam minacibus Senatuſconſultis ſolebat addi ad extremum clauſula aduerſus eos, qui quid contra decretum ſum-

ſummi ordinis tentarent, vt & munitiora eius conſulta eſſent, & deterrerentur audaces, & improbi, quæ in eo etiam loco poſita eſt, *Senatus decreuit, ſi eam legem ad populum ferat, aduerſus Rempub. videri eum facere.* Salluſtius in oratione Cæſaris, *Qui aliter fecerit, Senatum exiſtimare eum contra Rempub. & ſalutem omnium facturum.* In lege duodecim Tabularum quæ ibi refertur, *Si furioſus exiſtet, agnatorum gentiliumque in eo pecuniáque eius poteſtas eſto.* Exiſtet nimis ingenioſè & ſubtiliter nonnulli putant valere quod ἐξίστασθαι Græci dicunt, quod eſt mente motum eſſe & de poteſtate exiſſe, cùm ſit, apparet, incipit eſſe, quod tertia Tuſculana ſic explicatur. *Itaque non eſt ſcriptum ſi inſanus, ſed ſi furioſus eſſe incipit.* Agnati autem ſunt, qui ſunt eiuſdem ſtirpis, familiæ & cognationis: qui ſi deſint, tum denique gẽtilium & aliorum propinquorum poteſtas eſt in eo. gentilitas enim agnationem cõtinet latiuſque patet, & ad alias familias eiuſdem tamen ſanguinis & nominis porrigitur. Sic patrisfamilias inteſtato mortui familia pecuniaque agnatorum & gentilium eſt. Vt illis qui perduellionis damnati à duumviris fuerant caput obnubebatur, ita parricidæ os lupino folliculo obuoluebatur, vt eo in Cornificij libro ſcribitur, credo quod indignos cenſerent, qui communi ſpiritu luceque fruerentur: lupinum eſſe folliculum voluerunt, feritatem ſignificantes eius, qui necem atrocem & acerbam ſua manu parenti obtuliſſet. Sed & ſoleæ ligneæ inducebantur parricidarum pedibus, ne communi hominum reliquorum è corio calceatu vterentur, neu calceamenta, quibus homines vti ſolerent polluerent, ſi ea pedibus ſuis calcarent: neu terram tangerent pedibus nudis, omnium parentem communem. Sed & ſenſus expers & omnis humanitatis & durus ac aſper vereque ligneus eo ipſo ſignificabatur parricida. licet & adſignificationem quoque aliquam habere ſimiam, ſerpentem & gallum gallinaceum. Neque enim ſine cauſa cum parricida culeo inſuebantur: & Cicero pro Roſcio pœnam parricidarum interpretatur: locum petat qui cognoſcere cupit: quanquam vix quiſquã eſt cui non ſit notus. C. Pompilius à Gallis obſeſſus, qui eodem ſcribitur Cornificij libro, videtur eſſe C. Popilius cognomento Lænas. Itaque Popilius libentius legerim. Pauca iſta velut prætereuntes ex eo libro annotabamus, quæ bonis iuuenibus vtilia eſſe optamus magis, quàm fore confidimus.

Cornific. lib. 1. de confirmatione.
Salluſtius in orat. Cæſaris.
Cornific. lib. 1.
3. Tuſcul.
Lib. 1.
Ibid.
Cic. pro Roſc.
Lib. 1.

Catullus in Epithalamio Pelei explicatus, comitia vrbana militaria, communia, decuriata, bolones, bolonæ, arulatores, cociones.

CAPVT XIIII.

CATVLLVS Nepoti Cornelio ſuum nuncupans libellum, eum dicit

Epig. 1. tribus laboriosis chartis omne æuum explicasse, quod interpretor de Chronicicis Nepotis, quorum Ausonius meminit. In chronicis autẽ suis etiam Catulli, vt optimi seculo suo poëtæ meminerat. Is mentione sui honorifica delectatus libelli nuncupatione officiosè gratiam retulit bene merito. Sed quoniam Catulli mentio incidit, venit in mentem mihi sæpenumero quærere, cur tam operosis & tam numerosis versibus in epithalamio Pelei vestem & eius argumentum descripsisset. Mihi enim ridiculum videbatur plus ab eo operæ consumi in accessione operis, quàm in opere ipso: cùm nec vestem quidem magnopere ad nuptias pertinere putarem. Sed & mea calumnia Catullum, & me dubitatione omni liberauit Arnobius, apud quem animaduerti solenne fuisse morísque antiqui, vt nuptijs lectus genialis toga sterneretur, quæ tamen consuetudo eius *Arnobius lib 2. aduers. gentes.* ætate iampridem exoleuerat. Eius verba sunt, *Cùm in matrimonia conuenientis toga sternitis lectulos, & maritorum genios aduocatis?* Quanquã vestis stragula picta apud Catullum potius describitur. Placet ex arena funem nectere, & supplementum huic capiti ex eo Arnobij libro petere. appellat comitia centuriata, militaria: quòd populus more militari centuriatus fit: vrbana, curiata: Curiæ enim erant vrbani populi. communia, tributa: quòd ex totius populi tribubus fiebant, erantque non propria tantum *Arnob. eod. li. 2.* vrbani populi, sed etiam rustici & suburbani. Eius verba subiungã, *Nunquid magistratus per populum creatis? militaria, vrbana, communia quæ sunt* *Priscianus de pond. & mẽsur.* *comitia scitis?* Apud Priscianum quoque in libro de ponderibus & mensuris decuriata comitia nominantur: sed ea esse existimo, quæ largitione & *Arnobius eod. lib. 2.* corruptela deprauata sunt partibus quibusdam populi decuriatis. Iuppiter supremus cùm dicitur, summus ille deorum imperator, qui in arce cæli *4. Æned.* regnat significatur, ad discrimen Plutonis, qui Iuppiter Stygius vocatur. *Lib. 2.* Maro, *Sacra Ioui Stygio quæ rite incepta paraui.* Arnobius, *Iuppiter tam supremus quàm Stygius.* Christum quem Seruatorem no- *Li. 2. aduers. gentes.* strum & Saluatorem verbo ecclesiastico cognominamus, Arnobius sospitatorem appellat: *vt,* inquit, *ante horas quemadmodum dicitis paucula sospitator ad vos Christus cæli ex arcibus mitteretur?* Corpusculum hoc, quo tanquam loculo animus inclusus tenetur, non ineleganter *Eodem lib. 2.* ab Arnobio folliculus vocatur his verbis: *Nec in carunculæ huius folliculo constitutis opis aliquid sponsum est:* id est in hoc corpore vt interpretor. Muccinium videtur apud eum esse linteum quo exceptatur nasi muccus. Vt enim à vacca vaccinium, sic à mucco muccinium deduci videtur. *Lib. 2. aduers. gentes.* *Mithra, inquit, strophium, fascia, puluinus, muccinium.* quanquam scio non deesse qui succinum, & qui saccinium me refragante vehementer emendent. Quod sacco vinum veteres eliquabant: quod & saccare di-

cebant,

cebant, hinc per ſimilitudinem non inamœnam, in re tamen parum honeſta, factum eſt, vt cum veſica coli vinarij vel ſacci ſpeciem habeat, vrina liquoris tranſmiſſi, lotium ſaccatum diceretur: quod & è Lucretio alias annotamus, & nunc Arnobij auctoritate magis illuſtramus, ſi quis Lucretij emendationem fortè in dubium reuocet: eius verba ſunt, *Inter ſtercoris hos vtres, & ſaccati obſcœniſsimas ferias.* Sed qui in eo ſint volones cùm ſcribit, *Quid bigarios, ſalinatores, volones?* Scio volones vocatos bello punico volũtarios milites è ſeruis, quod exemplum poſtea retulit Antoninus philoſophus. Sed ad hunc locum nihil iſta notio pertinet. an potius ſunt qui vltro ad gladium ferrumque ſe locabant? putarem niſi ſalinatores antecederent. quid ſi bolones legamus à bolis piſcium? nam ſic tabernæ cetariorum dicebantur. Donatus in Terentium, *Cetarij*, inquit, *ſunt qui cete id eſt magnos piſces venditant, & bolonas exercent.* Reperi & in antiquo Lexico, cuius iuuenis ſtudioſiſſimus Petrus Daniel mihi fecerat copiam, bolonas diſertè explicari μεταπράτας & παλιγκαπήλους id eſt propalas. Nõ admodum diſſimilis eſt arulator vel arilator, qui μεταβολεὺς explicatur, nomenque habet ab arula, id eſt foculo, quo cibos coquit, ἑψητὴς que & πραγματευτὴς explicatur in Lexico Latino Græco. Dicitur & coctio à coquendo: nam in antiquo quoque vocabulario cocionem arilatorem exponi reperi. Feſto coctio dicitur quaſi cunctio à cunctando, qui cunctanter emit, quod poſtea vendat, vt ſit πραγματευτὴς & μετάβολος. Igitur ſic & cetarij vocabantur, qui bolos faciebant & vẽditabant. Sunt & boleones Græcis ſterquilinia. Subnectit Arnobius, *Coquos, panchryſtarios.* In quo panchreſtarios legendum ſuſpicarer, ab vnguento panchreſto, niſi iam antè vnguentariorum mentionem feciſſet: ego igitur libentius coquos, panifices, cruſtarios legerim. Nam à cruſto & cruſtulo cruſtarius & cruſtularius artifex eius panificij vocatur. vel panchreſtarios medicamentarios & pigmentarios acceperim, qui medicamenta & remedia omnibus valetudinũ generibus accommodata conficiunt, ſplendido & magnifico promiſſo, ſi effectus reſponderet: tales ſunt antidoti apud Nicolaũ & Galenum. putem tamẽ potius per ſimilitudinẽ intelligi artifices operis dulciarij, vt ad omnia vtilis & cõmodi. Saluianus lib. 6. infantes quoque & omnes ferè paruulos, contumaces, quos morigeros minæ & ferulæ non efficiunt, interdum panchreſta atque blanditiæ ad obedientiam trahunt.

Lib. 4.
Arnob. lib. 2. aduerſ. gẽtes.
In Eunch. Terentij.
Lib. 3.
Lib. 2. aduerſ. gentes.

Vocatur in diſquiſitionem locus Curtij de Lyrneſſo, vmbone propellere.

CAPVT XV.

In nos acerbos plerumque cenſores experimur, ſi quid in antiquitatis literis à nobis humanitus ignoretur. nec nobis venia dari ſolet, quæ

tamen præſto eſt antiquis auctoribus, ſi quādo quid tale eis obrepat quin & cùm in manifeſto errore à nobis deprehenduntur, nihilominus omnibus modis excuſantur. Nec verò me iſta falſo criminari quis putet. oſtendam enim, vt ſpero, elegantiſſimum & nitidiſſimum ſcriptorem Curtium grauiter deliquiſſe nominis communione & ſocietate deceptum. Cùm enim Cilicia regio ſit finitima Syriæ, & altera heroicis temporibus eſſet propinqua Cariæ ad Caicum vſque, quam poſtea tenuerunt Adramitteni Atarnitæ & Pithanei, in qua Homerus Lyrneſſum vrbem & Thebas fuiſſe ſcribit ab Achille euerſas, Curtius eas vrbes in illa altera Cilicia collocat quæ prope Amanum eſt, ita ſcribens: *Monſtrabantur vrbium ſedes Lyrneſſi & Thebes*, Sic enim ſcribendum puto non cebeſti, *Specus quoque & corycium nemus*. Homerus autem ſcribit, Λυρνησσὸν διαπορθήσας καὶ τείχεα Θήβης. quod ſi quis Curtium ab errato vindicare velit, neceſſe eſt culpam conferat in diligentiſſimum Geographum Strabonem. Stephanus Lyrneſſum in Troade collocat, Plinius vbi & Strabo ad Euenum flumē: *Flumen* inquit, *Euenum, cuius in ripis intercidere Lyrneſſus & Miletus*. quanquā idem ad Cataractem in Pamphylia Lyrneſſum etiam vrbem metatur: quā vereor ne ipſe condiderit. Certè non eſt ea quam ſcribit Homerus ſignificatque Curtius: cùm præſertim eam cum Thebis coniungat, quæ ſitæ erāt in Cilicia hypoplacia prope Troiam, vt Stephanus & Strabo auctores ſunt: & earum vrbium veſtigia ſedeſque oſtentatas fuiſſe Curtius dicat, vt deletarum, & à Plinio vrbem conſtet vt ſuperſtitem tradi. Fabio ſentētia vitioſa videtur quæ nimia eſt, vt de viro forti, bella vmbone propellit: parum tamen abeſt quin eodem genere ſit vſus Curtius: ſed hoc intereſt, quòd nec de vno dicit, nec bella propelli ſcribit, ſed aciem. Bellum enim propelli vmbone affectatè dictum eſt & ſuperlatè, præſertim ab vno. Proinde quod in Fabiano exemplo vituperationem meretur, laudem meretur in Curtio ita ſcribente, *Totam aciem ſuo pauore fluctuantem vmbonibus poſſe propelli*: & in Valerio de quodam Cæſaris milite quod ſcribitur, *Ad vltimum deſtricto gladio audaciſsimum quenque modo vmbonis impulſu, modo mucronis ictu depellens*: & in Martiale, *Cunctos vmbone repellet*: meritò laudi ducēdum eſt. Id eo dico, ne quis temerè & ambitioſè, quod mirandum ſit, ingenio indulgens ſuo & oſtentationi reprehendat, & vt intelligant homines me non libentius reprehendere quàm defendere, cùm vnum accuſarim eodem capite, & tres defenderim.

Lib. 3.

Lib. 5, c. 30.

Lib. 8, c. 5.

Lib. 3.

Valer. Maxi. lib. 3. c. 2.

Lib. 5. epig. 93.

Aſt ego quæ diuûm incedo, firmare omen & augurium, Stant terræ defixæ haſtæ. CAPVT XVI.

AST *ego, quæ diuûm incedo regina, Iouiſque, Et ſoror & coniunx* à Marone

ne cùm cantatur, ſemper arbitratus ſum plus aliquanto latere, quàm ſta- 1. Æned. tim à nobis animaduerteretur: tandem autem ex Athenæo cognoui inſigni quadam maieſtate inceſſus veteres exiſtimaſſe Iunonem procedere, quo reſpexiſſe poëtam iudicaui. Nam Athenæus ἡραῖον βαδίζει id eſt Iunonio Athenæus. inceſſu ambulat, pro grauitate quadam & magnificentia inceſſus dixit: vt & Propertius, *& incedit vel Ioue digna ſoror.* eum fortaſſe inceſſum etiam Lib. 2. eleg. 2. imitabantur qui eius ſacra ferebant: vnde & Flaccus ſcripſit, *Sæpe velut* Saty. 3. lib. 1. *qui Iunonis ſacra ferret*: quod tamen propter dignitatem ſacrorum tantæ deæ, & propter pompam potius fiebat. ea porro ſacra ferebant puellæ vt ait Ouidius, *More patrum ſanctæ velatæ veſtibus albis, Tradita ſuppoſito ver-* 3. Amorum eleg. 12. *tice ſacra ferunt.* Quanquam & aliâs ſacra etiam omnia tardo greſſu ferebantur, & vt ait Cicero fercula pomparum. ſubijciemus & alium Maro- Lib. 1. de offic. nis locum, quem à Grammaticis excuſſum, quid vetat etiam à nobis explicari, præſertim cùm exemplis idoneorũ ſcriptorum id confirmaturi ſimus, quod Grãmatici nobiles pro ſuo velut iure ſumunt? Omen vnũ & auguriũ non videbatur Romanis hominibus ſatis habere ad perſuadendũ fidei. proinde ad confirmationẽ prioris augurij, ſecundũ poſcere ſolebant: hinc à Marone ſcriptum eſt lib. 2. *Et ſi pietate meremur, Da deinde auxilium* 2. Æneid. *pater, atque hæc omina firma.* Cicero in Mario, *Sic aquilæ clarũ firmauit Iuppi-* Cic. in Mario. 1. de diuin. *ter omen.* Silius, *Adſis ô firméſque tuæ pater alitis omẽ.* Nam in Cicerone an- Silius Italic. lib. 4. tecedit, *Partibus intonuit cæli pater ipſe ſiniſtris.* in Marone mox ſequitur,

Vix ea fatus erat ſenior, ſubitóque fragore Intonuit læuum. 2. Æneid.

Hinc igitur ſatis intelligi arbitror quid ſit firmare omen, quod tamen in Silio videtur eſſe non alio omine confirmare. nullum enim præterea ſuccedit: ſed euentu factiſque id quod augurium portendit promiſitque, præſtare. Ne illud quidem tacitum prætermittendum, *Stant terræ defixæ* 6. Æneid. *haſtæ*, lib. 6. Æneidos ſcriptum, quod ex antiquorum conſuetudine intelligendum eſt, qui poſteriorem partem haſtæ etiam præpilabant ad defigendum humi, quam οὐρίαχον Græci, & στύρακα & σαυρωτῆρα appellabant. Homerus ἔγχεα δέ σφιν ὄρθ' ἐπὶ σαυρωτῆρος, quod Ariſtoteles ſic explicat, οὕτω γὰρ τότε ἐνόμιζον ὥσπερ καὶ νῦν Ἰλλυριοί. Ita Ariſtotelis ætate iam ille mos exoleuerat: ſed poëtæ ſtudioſi vetuſtatis & rerum non perinde vſitatarum, ad admirationem talia captant & in vſum reuocant. Quo fit vt iſta diligenter plerunque conquiſita à Grammaticis & callidè obſeruata magno labore homines liberent.

Ficus pingues, ſiccæ, luto plantam euellere, cænæ deũm, & quædam in Horatio emendata. CAPVT XVII.

MERVS oſtentator erat & mendax inſolenſque iactator Horatianus ille

ille Nafidienus, qui cùm peſſimas ad poneret epulas, eas tamen immodicè impenſeque laudibus efferebat. Is cùm iecur anſeris ficis paſti, quod συκωτὸν à Græcis, ficatum à Latinis vocatur, ſciret in delitijs haberi, quod appoſuerat, vt aliorum delitias & lautitiem ſuperare videretur, mentiri eſt auſus non quibuſcunque vulgaribus ficis, ſed pinguibus ſaginatum fuiſſe. Sic enim Flaccus ſcribit, (Saty. 8. lib. 2.)

Pinguibus & ficis paſtum iecur anſeris albi.

Fici enim pingues & pluris ſunt, & ſucci melioris & abundantioris, de quibus apud Plinium eſt mentio libro xxiij. his verbis, *Carcinomati, ſi ſine vlcere eſt, quam pinguiſsimam ficum imponi penè ſingulare remedium eſt.* (Lib. 23. c. 7.) Vulgares autem fici & caricæ, ſiccæ ſunt minoriſque pretij. Siccarum meminit Plinius his verbis, *Siccæ fici ſtomachum lædunt.* (Cap. 7. lib. 23.) Et vt ex Horatio ſuum hoc caput velut ſyrma ſpatioſum trahat, cùm ſcribit, *Iam mœchus Romæ: iam mallet doctus Athenis Viuere*, (Saty. 7. lib. 2.) ſi ſileam quod in araneoſo ſituque pleno legi libro piaculare videatur, *Iam mallet doctor Athenis*: vt eum dicat tam inconſtantem incertumque ſententiæ fuiſſe, vt modo mœchari, modo docere vellet. Equidem *doctus* illud non moueo loco, puto tamen mihi fraudi non futurum, quod aliud quiddam me reperiſſe dixerim. (Ead. Saty. 7.) Vertunnis autem legendum arbitror, non Vertumnis, vt Portunnus, Saturnus, Neptunus dicitur. (Saty. 7. lib. 2.) In eodem libro ſcriptum eſt diſertè, *ac prior illo*: non vt publicatum eſt, ille: nec mehercule inepto ſenſu, quòd dicetur illi anteponendus. hoc etiam monentis tantum non ſtatuentis more dico. hoc autem elegantius & verius fuerit, *Romæ ſponſorem me rapis*: non Roma. (Saty. 6. lib. 2.) etenim quibus Romæ negotijs implicatus & impeditus ſoleat eſſe ſcribit: quibus ruri quòd careat, ſe fœlicem & beatum putat. etiam pari conſtantia & adſeueratione illud affirmandum,

(Ibid.) *Ne prior officio quiſquam reſpondeat vrges.*

Quis enim hoc non malit, quàm vrge: neque tamen hoc excogitatum proferimus, ſed ex antiquis libris prolatum edimus. Cæterum cùm ait,

(Saty. 7. lib. 2.) *Ne quicquam cœno cupiens euellere plantam,*

ad prouerbium Græcũ alluſit, ἐκτὸς πηλοῦ πόδας ἔχεις: quod eſt, extra lutum pedes habes, de his qui alicunde ſe expedierunt, & è moleſtia euaſerunt. (Saty. 6. lib. 2.) Exclamat Horatius, *O noctes, cœnæque Deûm.* ſuas frugi modicaſque ſed iucundas & ſuaues cœnas comparans epulis, quæ in honorem Deûm in templis Romæ apponebantur tenues & parabiles, non ſumptuoſæ neque ſplendidæ. Dionyſius Halicarnaſſeus. (Dionyſ. Halicar. lib. 2.) Ἐγὼ γοῦν ἐθεασάμην ἐν ἱεραῖς οἰκίαις δεῖπνα προκείμενα θεοῖς, ἐν τραπέζαις ξυλίνοις ἀρχαϊκαῖς, ἐν κανοῖς καὶ πινακίσκοις κεραμέοις ἀλφίτων μάζας καὶ πόπανα καὶ ζέας καὶ καρπῶν τινῶν ἀπαρχὰς, καὶ ἄλλα τοιαῦτα λιτὰ καὶ εὐδάπανα, καὶ πάσης ἀπειροκαλίας ἀπηλλαγμένα.

Fi cogni-

Fi cognitor ipſe, è chirographis exemplis repetitum aliquanto concinnius erit, quàm vt peruulgatum *ſis cognitor*: nec verò ſi inuſitatum eſt in imperandi modo, eoq́ue comicus Plautus vtitur. Horat. Saty. 5. lib. 2.

In Liuio quædam emendata, munire rupem, ſaxa putrefacere, promuntorium. CAPVT XVIII.

EQVIDEM illud nullo modo concoquere poſſum, quod à Liuio de Aſdrubale ſcribitur, eum rem Carthaginienſem auxiſſe, plura conſilio quàm vi gerentem, auſpicijs regulorum magis conciliandiſq́ue per amicitiam principum nouis gentibus, quàm bello aut armis. quid enim veriſimile eſt vel auſpicio vel ductu regulorum eum vnquam geſſiſſe? quid quod conciliationis & amicitiæ, non armorum neque belli hic ſignificatio poſtulatur? Itaque cùm hoſpitium apud antiquos arctiſſima neceſſitudinis lege homines deuinciret, & pro ſanctiſſimo fœdere inuiolatoq́ue cenſeretur, ſine ampliatione primo cœtu primaq́ue actione non verebor pronuntiare legendum hoſpitijs eſſe: & profectò perfacile fuit in tam vicinam vocem deerrare, vna tantum eaq́ue eiuſdem ſoni ſyllaba differentem. Vrbs autem Helmandica, ea videtur eſſe quæ hodie Salmantica vocatur, quæ gymnaſio celeberrima in Hiſpania floret. Etiam vbi *diruptæ vtrinque anguſtiæ* ſcribitur, deruptæ, verum ſincerũque puto: atque multis locis penitus inoleuit error iſte, vt di pro de vicaria quadam opera ſubierit per obreptionem. Deruptæ autem ſunt deorſum ruptæ. ſic *degreſſos multis* non digreſſos integrum incontaminatumq́ue credo, id eſt de tumulis greſſos. promuntoria cùm prominentes ſint in mare rupes, vnde per v ſcribi hęc vox debet, vt veriloquium demonſtrat. non enim à monte, ſed à prominendo deducitur: idq́ue & libri præferunt antiqui, & me docuit Gulielmus Peliſſerius Montis peſſuli epiſcopus: in Liuio tamen eminens & editiſſimum in Alpibus iugum promuntorium appellatur. *Prægreſſus*, inquit, *ſigna Annibal in promuntorio quodam, vnde longè ac latè proſpectus erat, conſiſtere iuſsis militibus Italiam oſtentat.* Illa quoque ſic libētius legerem, *Iumentorúmque inceſſu dilapſa, per nudam infra glaciem fluentémque labem liqueſcentis niuis ingrediebantur: tetra ibi luctatio erat*: vt nondum abſoluat *Ingrediebantur* ſenſum, ſed porro tranſmittat pendentem. lego item, *Secabant interdum etiam, dum in firmam ingrediētia niuem, & prolapſa, iactandis grauius in continendo vngulis penitus perfringebant.* Nam & firmam illam niuem dicit Polybius: ſed & infimam. Itaque vtrunque legi poteſt. Auguror autem continere, eſſe ſe à prolapſione in lubrico retinere & cohibere conari. Secabant autem eſt, quod διέκοπτον Polybius dicit. Lego mox, *Inde ad rupem muniendam*, non vt ſolitum eſt, minuendam.

Marginal notes: Lib. 21. (at "Liuio de"); Lib. 21. (at "Salmantica vocatur"); Lib. 21. (at "promuntorio quodam"); Ibid. (at "Illa quoque"); Ibid. (at "Secabant interdum"); Ibid. (at "Inde ad rupem")

dam. Polybius enim ſcribit τὸν κρημνὸν ἐξῳκοδόμει: & mox οἰκοδομίαν appellat. Interpretor autem munire, per rupem viam aperire, viamq́ue in ea munire, & tanquam ſtruere: eam cædere & in ea opere laboreq́ue militari complanare & æquare iter, aut deorſum deprimere & decliue reddere quodam anfractu molli. Itaque qui aggerem iaciunt, foſſas aperiunt, vias muniunt militiæ, munitores vocantur. eſſe autem ita legendum ex eo etiam apparet, quòd non longè hinc ſcribitur, *Et quies muniendo feßis* [Ibid.] *hominibus triduo data*. Saxa autem putrefacere aceto, eſt aceto ſaxa ſoluere & frangere. Saxorum enim torridorum & candentium infuſum acetum compages & nexus reſoluit & laxat, quod putrefacere appellat.

Buſtuariæ mœchæ, ſemitarij mœchi, deuium ſcortum, Phædrus, aſino pigrior. CAPVT XIX.

CVM à Martiale lepidiſſimo poëta (nec enim illis aſſentior, qui ſcur- [Li.3.epig. 51.] ram ineptum eum appellant, neque ſatis elegante muſa libros Epigrammatum ſcripſiſſe autumant) canitur, *Admittat inter buſtuarias mœchas*: animaduerto id explicari de mulieribus ad funus deplorandum conductis quod nequaquam verum eſſe arbitror: cùm potius ſignificari vulgaria & diobolaria ſcortilla exiſtimem, inter buſta atque monuméta penè in pro- [Lib.1.epig.91.] patulo proſtantia: de quibus & alio loco ſic ſcribit, *Abſcondunt ſpurcas & monumenta lupas*. [Ad contubernales epigr. 35.] Sic à Catullo ſemitarij mœchi pro ſcortatoribus viliſſimis in agrorum ſemitis ſub dio ſcortilla ſubigentibus dicuntur. contra deuium ſcortum, non proſtitutum in propatulo omnium libidini, ſed ho- [Od.11.lib.2.] neſtius minuſq́ue vulgare ab Horatio dicitur. At verò in illo eiuſdẽ epigrammate, *Meiere vis iterum, iam Palinurus eris*.

[Lib. 3. epigr. 36.] Non tam ad nomen Palinuri alluſum eſſe arbitror, vt doctiſſimorum ſenatus decernit, quàm ad eius caſum. cùm enim Paulinus minxerit ſemel currente carina, auguratur futurum vt ſubmergatur, ſi iterum meiat. Apud [AEneid. 5.] Maronem autem lib. AEneid. quinto Palinurus ſomno correptus vndis mergitur. Scribit idem Martialis,

[Lib. 5. epigr. 95.] *In turbam incideris, cunctos vmbone repellet.*

Id de his dici ſolet, qui velut vmbone clypei, obſtantes reijciunt niſu cor- [In Iul. Cæſ. cap. 68.] poris aut laterum firmitate: Suetonius de Acilio Cæſaris milite, *Tranſiluit in nauem, vmbone obuios agens*. quo ſanè in loco de clypei orbe ſimpli- [Lib. 3. epigr. 20.] citer accipiendum eſt. atque hoc genus dicendi paulò antè attigimus. *An*, inquit idem, *æmulatur improbi iocos Phædri?* Hoc ego de Epicureo Phædro, cuius apud Ciceronem mentio non infrequens eſt, audiendum arbitror, non de eo Philoſopho de cuius nomine nobiliſſimum ſermonem inſcripſit

inſcripſit Plato. Illud autem *Veterno reſináque pigriores*, de mendacio doloque compertum quidni eradatur? [Lib. 3. epigr. 25.] Nam & veterni nomen primam corripit, cùm hac religione phalecum ſcribat Martialis, vt à procera ſemper ſyllaba incipiat: duæ autem in reſina literarum compræhenſiones quæ antecedunt,tendi etiam non corripi ſolent.Itaque quidam non inſcitè remoram ſubijciunt. ego propius ad ſcripturam antiquam, Veientone aſinoque vel aſináque pigriores, ſcribendum arbitror. Tarditas autem aſinarum nota eſt: & de Veientone ſcribit Iuuenalis,

—hic Sergius idem Accepta rude cœpiſſet Veiento videri. [Saty. 6.]

Iterum. *Vt te reſpiciat clauſo Veiento labello.* [Saty. 3.]

erat iſte obeſior fortaſſis, aut certè natura pigrior & deformior. in Iuuenale [Saty. 8.] eodem modo ſcribendum eſt.

—quid reſinata inuentus,

Non *quid enim*, ne duæ ſyllabæ natura lõgæ inuitis omnibus corripiãtur.

Circuncæſura, arte madere, in Lucretio, empeneticam facere in Cicerone.

CAPVT XX.

In Lucretio, vbi amatorum increpatur ſtultitia in amicarum vitijs cæcutientium, vel ea ipſa extenuantium, aut etiam amplectentium, ſcribitur in editionibus, [Lib. 4.] *ἰσχνὸν ἐρωμάνιον tum ſit, cùm viuere non quit.* ſed ſcriptorum librorum antiqua literatura vtique placet, ἰσχνὸν ἐρωμένιον, vt ſit amicula tenuis & gracilis: vt enim à Glycera fit per diminutionem Glycerium, ſic ab ἐρωμένη quæ eſt amica, eromenion blandimento diminutione accerſito: quod & Lambino viro imprimis erudito placet. eodem autem in loco iampridem emendatum à me fuerat χαρίτων μία: & eodem libro iampridem obſeruaram circumcæſuram eſſe quam græci περικοπὴν [Lib. 4.] vocant, id eſt formam, figuram, circunſcriptionem. vt & apud Arnobium [Arnobius li. 3.] lib. 3. *Et quod indignius multo eſt, terrenorum corporum circuncæſura finitis.* emendandum quoque reor, *quocunque obuertimus æris.* [Lucretius. lib. 4.] nam è Plinio & Ariſtotele ſcimus antiquorum ſpecula ærea fuiſſe. Illud etiam ſic lego, *fit* [Lib. 4.] *quaſi vt ad tornum ſaxorum ſtructa tuantur*: quod antiquis libris acceptum [Lib. 4.] ferimus. *Scilicet arte madent ſimalachra & docta vagantur:*

In integris librorum monumentis conſeruatum reperimus, non vt in degeneribus editionibus, *arte valent*: vt enim arte imbui dicimus, ſic & arte madere honeſta eademque tranſlatione Romanos veteres dixiſſe defendimus. Sed vt illud græcum in Lucretio verbum ſubſidio librorum vetuſtorum emendamus: ita in græco quodam apud Cælium reponendo coniecturæ noſtræ liberius indulgebimus: tantum precamur, vt venia tribuatur audaciæ. [Lib. 8. epiſt. fam. 1. epiſt.] Id eò dicimus, quia vt coniecturam noſtram nobis ve-

lut inuitis foras erumpentem retinere non poſſumus: ita ei non perinde confidimus. ſcribit igitur Cælius, *Ego, qui ſcirem Q. Pompeium Baulis embeneticam facere, & vſque eo, vt ego miſereret eius eſuriei, non ſum commotus.* huic vocabulo *embenetica*, nullus eſt nec in latina nec in græca lingua locus: etſi græcam refert originem, ſed deriuatione falſa. non enim huiuſmodi nomina à verbis orta formantur à præſenti: & alioqui hoc ſententiæ parum conuenit. Ego igitur vna litera commutata empeneticam lego: vt eum dicat eſurientem eſuritionis artem Baulis facere, & vſque eo, vt eſuriei eius miſereatur: vt enim græcè dicitur ἐντραγεῖν, pro τραγεῖν attico more, & ἐμπιεῖν pro πιεῖν, & ἐμφαγεῖν pro φαγεῖν: quidni dicatur etiam ἐμπεινῆν pro πεινῆν? præſertim cùm etiam in verbo quæſita ſit arriſio fortaſſe è vicinitate vocis, quòd non faciat embaticam, ſed empeneticam. nos tamen iſta foras exire geſtientia quodam pruritu titillati potius perſcripſimus, quàm vt magnopere probata nobis, alijs commendata eſſe vellemus. nos enim cùm videremus Protei ferè modo in varia miracula hunc locum conuerti, multiplices etiam quàm prius ſpecies noſtro commento reddidimus, ne de alijs queri ipſi poſſemus, qui plus nobis iuris ſumpſiſſemus, quàm alios vſurpaſſe inſimulare poſſemus. legi etiam poſſet detracta prima ſyllaba peneticam. Addam & quiddam, quod perpuſillum eſt, è Cælij epiſtola, ſed quia non obſeruatum fortaſſe rudibus ſenſus iacturam afferret, leuiter tamen attingendum: ſcribit igitur, *Bonos & Senatum mallet, totus vt nunc eſt hic ſcaturit*: hoc verbi ſcaturit deſiderandi ſignificatione, vt eſurit, intelligendum arbitror, vt ſit, hic ſcatere cupit, & cupit in huius ordinis velut campo fluere. Dionyſius tamen Lambinus, cuius ego & eruditioni & iudicio plurimum meritiſſimo tribuo, *ſenaturit* legendum eſſe putat. dolo non dixi, nec expectationem hominum feſelli: hoc etiam quàm dixeram, minus eſſe declaratum eſt.

Epiſt. 4. lib. 8. famil. epiſt.

Fundat naues, ſemina flammæ, circunferre aqua, felix oliua, carpere ſetas.

CAPVT XXI.

6. Æneid.

QVOD apud Maronem anchora fundare naues dicitur, id ita ſentiendum eſt dici, quòd ſtabiliat nauigia, eiſque pro quodam firmamento ſubiecta ſit, vt fundamenta eſſe ſolent, deorſum iacta. hoc dicendi genus in epiſtola poſuit Paulinus, *Huius nauem in quodam inſulæ loco, quem ad puluinos vocant, ne ſimiliter illideretur, anchoris fundare conati ſunt.* atque multa eiuſdem generis minuta & friuola perſequar. ſemina enim flammæ vocat Maro, ſcintillas, quæ excutiuntur, quæ fomentis exceptæ & cremijs flammam excitant, vt meritò eius ſemina dici debeant. Gregem etiam in-

Paulinus in epiſt.

Ibid.

tactum appellat, quod opus non fecit, neque iugo ſubiectum fuit. Nam tale pecus ad rem diuinam purum eſſe putabatur: aliter non putabatur. Procumbunt piceæ, quòd arbor illa pingui abundans reſina & pice flammam facilè concipit, & reliquam pyræ materiam facilè ſuccenſura ſit. aduoluunt ornos montibus, quòd propter ingentium illarum arborum magnitudinem & pondus ad pyram voluentes trahere cogerentur, cùm ferre non poſſent. & alio loco, *aduoluêre focis vlmos, ignîque dedêre.* Circuntulit autem vnda, eſt aqua purgauit, vt περιαγνίζειν & περικαθαίρειν græcè dicitur, & περιμάττειν, quia circunferebantur luſtramina ei qui expiabatur. Sed & περιςίαρχος dicebatur, qui domum aut concionem vrbemq́ue luſtrabat, in quo nomine ineſt & circuitus quædam & ambitus ſignificatio.

Ibid. Ibid. Ibid. 3. Georg. 6. AEneid.

Spargens rore leui & ramo felicis oliuæ, Ibid.

cùm ſcribitur, à quibuſdam explicatur aſpergo, ac tum legendum videtur quibuſdam, *è ramo felicis oliuæ*: ſed ſine immutatione ſparſionem aquæ ramo factam intelligemus, quo ramo aſpergebantur. à quibuſdam roſmarinus, vt in Georgicis, 2. Georg.

Vix humiles apibus caſias roremq́ue miniſtrat.

& quanquam ad ſenſum accommodatius eſt aquæ aſperginem & rorem intelligere: tamen aſpergillum partim è rore marino, partim ex oliua felici fuiſſe factum non inſcitum omnino ſit exiſtimare. aſpergillum tamen potius è lauro fieri ſolebat, vt apud Iuuenalem,

—luſtrari, ſi qua darentur Saty. 2.
Sulphura cum thedis, & ſi foret humida laurus:

id eſt aqua perfuſa & madens ad aſpergendum & purgandum. felicem porro oliuam ad oleaſtri diſcrimen, qui infelix eſt dicit, vt,

Infelix ſuperat folijs oleaſter amaris. 2. Georg.

ea enim infelix oliua eſt. aſperſione autem aquæ fieri ſolitam illam purgationem ſic docet Pollux, καὶ οἱ ἐπὶ τὴν οἰκίαν τοῦ πενθοῦντος ἀφικνούμενοι Pollux, li. 8. c. 8. ἐξιόντες ἐκαθαίροντο, ὕδατι περιῤῥαινόμενοι. τὸ δὲ προὔκειτο ἐν ἀγγείῳ κεραμεῷ ἐξ ἄλλης οἰκίας κεκομισμένον. τὸ δὲ ὄστρακον ἐκαλεῖτο ἀρδάνιον. Apud Maronem tamen non tantum aqua mundantur eluunturq́ue, vt quidam cenſent, ſed etiam luſtramine februantur expurganturq́ue, vt theda, ouis, ſulphure, aut exuerris: cũ addit, *luſtrauítque viros.* ſed Donatus *luſtrauítque domos,* legit, & aquæ purificationem hominum & domorum fuiſſe dicit. Nam ante Maro de hominibus, *Idem ter ſocios*, ſcripſerat: & vt, *luſtrauítque viros*, retineas, nihil eſt neceſſe nouam purgationem excogitare. Cùm autem ait, 6. AEn. 6. AEneid.

—frontíque inuergit vina ſacerdos, Ibid.

id ad probationem hoſtiæ ritu antiquæ religionis retulit, quæ auctore Plutarcho ita fiebat. οὐδὲ γε προθυόμενοι καὶ καταςέφοντες ἱερεῖα καὶ καταςπένδοντες Plutarch.

ἐναντία τῷ λόγῳ τούτῳ πράττομεν. οἱ γὰρ ἱερεῖς καὶ ὅσοι θύειν φασὶ τὸ ἱερεῖον καὶ κατασπένδειν, & reliqua. Rurſus, τὴν δὲ ψυχὴν δοκιμάζουσι, τοῖς μὲν ταύροις ἄλφιτα, τοῖς δὲ κάπροις ἐρεβίνθους παρατιθέντες. τὴν δὲ αἶγα διελέγχει τὸ ψυχρὸν ὕδωρ. atque hunc locum antea nos adſcripſſe recordamur. Quod autem mox ſequitur,

6. AEneid. *Et ſummas carpens media inter cornua ſetas:*

id eſt quod Græci κατάρχεσθαι dicunt, quod eſt poſt immolationem & mactationem, quæ κατάσπεισις dicitur, ſacrificium incipere. mox, hoc à ſacerdote facto, iugulabatur hoſtia à victimarijs vel popis. ſequitur ergo, *ſupponunt alij cultros*, id eſt iugulant. (6. AEneid.) hæc leuia annotaui, quæ dupondio non conſtabunt: aliquos tamen, qui etiam parabilia amant fortaſſe delectabunt, quibus hæc opera impenditur.

Porro Quirites, laruialis, de Sileno quiddam.

CAPVT XXII.

Cvm Iacobus Cuiacius Iuriſconſultorum nobiliſſimus mihi indicaſſet apud Turtullianum porro quirites, vocem fuiſſe quiritantium & auxilium populi implorantium, nouitate dictionis perculſus vereri cœpi, ne degener aliqua vox eſſet ibi, *porro*, quæ in vicem interiectionis proh mendaci larua eluderet: ſed cùm in obſcœnis verſibus genus idem ſermonis repererim, atque in verſibus non poſſit eſſe ſuſpicio falſi, obſoletum & noſtris temporibus ignotum ſermonem reuocare volui. ſic autem ſcribit (Tertull. in Valentinian.) Tertullianus, in Valentinianos, *vt etiam inclamauerit in eam ἰοῦ ἰώ, quaſi porro quirites, aut fidem Cæſaris.* auctor obſcœnorum verſuum,

In Priapeijs. *Porro (nam quis erit modus?) quirites!*

Sic ab obliuione temporis vindicatur locutio, quæ in eccleſiaſtico ſcriptore ſuſpecta eſt, in obſcœno certa: in quo contra conſuetudinem aliorum auctorum, qui larualem dicere ſolent, non dubitabo laruialem ſcribere, non tantùm flagitante, ſed etiam cogente verſu. non enim probare poſſum, quod alij remedium afferunt, qui in eo vocabulo v, vocalem reddunt, atque ita multiplicant ſyllabarum numerum ad explendum verſum. ſcribo igitur, quod & facilè me puto eruditis probaturum, (Ibid.)

Lib. 2. & li. 5. *Pallorem maciemque laruialem.*

Sic principale à Lucretio principiale effertur, & cõiugale ab Ouidio coniugiale. in illis autem opuſculis extat vox, quæ nihilo plus hominibus noſtris ſignificat, quàm verba, quibus apud Catonem luxus excantatur: ſic (Virg. Copa.) autem ſcribitur, *Huc alibida veni:* & vidi, qui, *Huc ad liba veni*, emendaret: ſed cùm ſubſequatur,

—feſſus iam ſudat aſellus:

& aſello vehi pando, vt poëticè loquar, ſoleret Silenus, eo nomine appellari

pellari

pellari videtur: exauget ſuſpicionem prologus, qui Plauti Bacchidibus prætexitur, non ille quidem à Plauto ſcriptus, apageſis illum à tam elegante latinoq́ue comico: veruntamen à veteri aliquo ſcriptore profectus, non recenti memoria natus, in quo Silenus ita de ſe loquitur:

Aſibidam Ionij me vocitant greges, Prolog. Bacchid.
Quòd vecturio ſenex vehat aſinario.

Vt ferè vtrobique corruptum vocabulum eſſe videatur, legendumq́ue ſit vel aſinida, vel multò potius aſiniga ab aſino agendo. Sed nec aſiuecta legenti deerit ſuffragator: quod tamen non ita vltima comperendinatione decernimus, vt à nobis prouocare non liceat. Nos enim, tãtùm abeſt, vt nobis hoc arrogemus, vt vel legem Valeriam de prouocatione ad populum contra nos valere velimus. omnes igitur iſta de re pro ſuo arbitrio & ſenſu & captu ſtatuant ſciſcantq́ue.

Carœnum, carœnariæ, parabolani.

CAPVT XXIII.

NVMERATVR in generibus vini dulcis carenum, atque ita vocatur cùm muſti vna parte decocta deperditaq́ue relinquuntur duæ: ſed vocabuli origo ita obſcura eſt, vt à grammaticis nullis ſit perſcripta, cùm tamen auctores multi huius vocis meminerint, vt Palladius, & Græci rerum *Lib. 11. tit. 18.* ruſticarnm ſcriptores, etiam in medicina Nicolaus Myrepſus, & Apitius coquus. ego autem vinum velut caricum eſſe ferè crediderim: etſi nihil præter coniecturam afferre poſſum. Nam ſiue carœnum per œ ſcribatur, ſuſpicioni noſtræ ſuffragabitur etymologia, ſiue per e ſingulare carenum reperitur, quo recentiores ſcriptores, quorum proximis ſeculis nomen vini careni natum erat, vtuntur, & melius ſcribi quidam cenſent. Caſſiodorus in tripartita hiſtoria, *Iſauriæ quoque latrones maxima multitudine congregata vſque ad Carenos & Phœniciam venientes, vrbes & vicos in medio poſitos populati ſunt.* *Caſsiodorus in hiſtor. tripart.* Græcè autem ſcribitur μέχρι καρῶν καὶ φοινίκων γῆς ἐν μέσῳ πόλεις καὶ κώμας ἐκακούργησαν. genus ergo tale vini, vt credibile eſt, primi Cares decoxêre, & nomine de ſe affecêre. Carenariæ inde videntur apud Palladium appellatæ cortinæ & vaſa, in quibus coquitur carenum. ſic autem ſcribit, *& diligenter per carenarias diuiſum quinque horarum ſpatio continuo per inueſtes pueros curabis agitare vaſa ipſa concutiens.* *Lib. 8. c. 7.* Iſidorus carenum à carendo deducit. *Iſid. lib. 20. cap. 3.* Quæritur etiam lib. 1. Codicis qui ſint parabolani: & ſunt qui à βῶλος quæ gleba eſt deducant, vt tanquam quidam aſcriptitij glebæ ſint: quam ego interpretationem magis adeo ne prætermitterem, quàm quòd eius vllam rationem habendam eſſe putarem commemoraui. *L. placet noſtræ & l. parabolani C. de epiſc. & cler.* aliquando exiſtimaui à parabola euangelica nomen habere, in qua qui-

dam à latronibus vulneratus à leuita neglectus, à viatore Samaritano fouetur & curatur, præsertim cùm Honorij & Theodosij cõstitutione sexcenti parabolani curandis debilium corporibus deputentur, quasi æmuli illius Samaritani: neque dum me istius coniecturæ & opinionis pœnitet. possint tamen dici parabolani inclinatione Latina vocabuli Græci, homines qui se in periculum maximum conijciunt, vt qui ægrotos publicè in Alexandrina ciuitate curabant in nosocomijs. grassante enim, vt non rarò assolet, peste & ipsi rapiebantur, & id muneris contempta vita susceperant. Itaque à Cassiodoro scribitur historiæ tripartitæ libro XI. *Dum aliquo tempore in amphitheatro Constantinopoleos spectaret, cœpit clamare populus crudeli bestiæ artifex parabolus pugnet*: quod Græcè scribitur à Socrate κυνήγια δὲ ποτὲ ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ τῆς κωνσταντινουπόλεως ἐπιτελοῦντος αὐτοῦ, ὁ δῆμος κατεβόα δεῖν ἕνα τῶν εὐφυῶν παραβόλων μάχεσθαι. Nam παράβολος homo est audaciæ proiectæ, & ad pericula adeunda præceps & temerarius.

L. parabolani C. de episc. & cler.

Cassiodor. lib. XI. histor. tripart.

Cestrota, corybantia apud Plinium.

CAPVT XXIIII.

De cornibus Plinius scribit, *nunc tincta, nunc sublita, nunc quæ cerostrota picturæ genere dicuntur.* Hic ego existimo non magis cerostrota à picturæ genere dici posse, quàm lithostrota: nec tamen Plinium culpæ, sed libros falsi insimulare debemus: vel potius primam editionem, quæ ab emendatore corrupta, reliquum gregem emendatorum, velut ostensus termes oliuæ aut vitis palmes capras, ad se traxit. Nam in libris vmbraticis nec in solem prodeuntibus reperio, cestrota: quæ vox vnius syllabæ additamento insincerum reddidit sensum. Quod si illi librorum mali genij, quid cestrotum esset intellexissent, manus suas à contaminando optimo auctore continuissent. Sunt autem cestrota, quæ cestro, id est, vericulo per inustionem picta sunt. Plinius, *Encausto pingendi duo fuisse antiquitus genera constat, cera, & in ebore cestro, id est, vericulo.* Ebur autem, vt opinor, non ineptè nec inscitè in cornuum genere reponemus. Est & aliter non dissimulandus error eodem libro, vel Plinio vel editionibus adscribendus, cùm ita de oculis scribitur. *Quin & patentibus dormiunt lepores, multíque hominum, quod corybantian Græci dicunt.* Nunquam, quod sciam, id valere corybantian apud Græcos, quod Plinius dicit, legi, apud quos hoc verbum insanire & corybantas desiderare significat, quod est furere, vt apud Aristophanem,

Lib. 11. c. 37.

Lib. 35. c. 11.

Lib. 11. c. 37.

Aristoph. Vespis.

Ἀλλ᾽ ἢ παραφρονεῖς ἐτεὸν ἢ κορυβαντιᾷς.

An igitur Plinium inscitiæ accusabimus? minime gentium: sed emendatorum perfidiam aliud quàm repererunt edentium, cùm in autographis scriba-

ſcribatur, *quos corybantia regrediunt*, id eſt quos corybantia in priſtinum habitum reuocant,& reſtituunt priſtinæ ſanitati, cùm eſſe ſani nõ videantur, qui apertis dormiunt nec conniuentibus oculis. nec verò quiſquam debet offendi hac voce regredio. Nam & vſurpata fuerat ab Ennio, & Plinius antiquarum interdum auceps eſt vocum. Nonius Marcellus, *Regredere, reuocare: Ennius Achille, Quo nunc incerta re, atque inorata gradum regredere conare.* Sunt autem corybantia loca ſacris & initiationibus corybantum dicata, quæ ea forma dicuntur, qua pſychomantia & necromantia. Strabo, Τό, τε κορυβάντιον τὸ ἐν τῇ ἀμαξιτίᾳ τῆς νῦν ἀλεξανδρέων χώρας ἐγγὺς σμινθίου. Corybãtum porrò ſacris multos morbis liberari diuinitus immiſſis opinio erat. Itaque apud Ariſtoph. ſenex iudiciali morbo inſanum in modum laborans, à filio corybantum initiatur ſacris. ſic enim ſcribitur in Veſpis, μετὰ ταῦτ' ἐκορυβάντιζε. Hæc cùm ita ſint, in Plinio potius corybantia, quàm corybantian, legerim. Nec me mouet editionum conſenſus: nam ab vno erroris capite deriuati ſunt omnes riui, vt multarum editionum teſtificatio, vnius tantùm teſtimonij auctoritas ſit. Nos tamen hæc ita affirmamus, vt doctorum iudicio & cenſuræ libenter ſummittamus, quibus plus deferimus multò, quàm nobis arrogare auſimus. quod ſi inſolentia vocis regredio homines offendit, quid ſi *quos corybantian Græci dicunt*, legamus, & corybantas deſiderare intelligamus, à quibus ea valetudine ſanentur?

Non. in verbo regredere.

Strabo lib. 10. Geogr.

Ariſtoph. Veſpis.

Raua frumenta, in Feſto, excodicare, Icadius, rodus, catapirateria, regliſcit. CAPVT XXV.

QVIDAM hac tempeſtate ita ſtudioſi ſunt vetuſtatis, vt ſuæ memoriæ ſuique propè obliuiſcantur: & antiquarij illi tam perditè ruinas literarum antiquarum ſcrutantur, vt ſi quid ex illis eruere poſſint, ſibi videantur triumphatores & auguſti eſſe. Itaque rudera rimãtur auctorum eroſorum & vetuſtate fugientium, & putria ſaxa & marmora exeſa perueſtigant, & ſi quid inueniunt, vrbem aliquam ſeſe bello cepiſſe ſubegiſſeque exiſtimant. eodem ferè & morbo ipſe laboro, vt vineta egomet cædam mea. Itaque cùm in manus ſumpſiſſem Feſtum Pompeium in litera R, ſic latebras eius tineoſas, & lacunas inanes perueſtigaui, vt penè cerebrum perdiderim, vixque tandem quicquam repererim: ſed quod reperi ſine inuidia communicare alijs malo, quàm ſinere vt ſe in eo, in quo à me fortaſſe leuari poterunt, miſerè conficiant. Vt igitur exclamare ſolent pueri ſe in faba midam reperiſſe: ſic in eo inueni raua frumenta eſſe frumenta, arida & ſicca. Nam cùm, vt è fragmento ſuſpicamur, declaret raucos ab ariditate vocis & gutturis appellatos, ab eadem ariditate nominatas ſubiunxerat

Sext. Pomp. li. 16.

rat ſpicarum ariſtas, & frumenta raua, nimium ſicca, torrida, & arida: niſi quis ſtramenta legat, eodem ſenſu: quanquam alterum magis mihi pro-

Lib. 18. c. 12. batur. In faba refriua, quam referiuam Plinius integro verbo vocat, ſic

Sext. Pomp. li. 16. ſcribitur: *quæ ad ſacrificium referri ſolet domum ex ſegete auſpicij cauſa, quaſi reuocent fruges, vt domum datantes te virtico ad rem diuinam faciendam.* illud te virtico homini Latino nihilo plus ſignificat, quàm Æthiopum ſtridor, aut ſtrepitus aquæ, aut murmur apum: ſed putem ſcribendum è tritico, hoc ſenſu: cùm obſeuerant ſegetem, quia in agrum fruges tulerant, quod inauſpicatum videbatur domo eas exportaſſe, vt non redituras, ſolebant è ſegete aut ſtatim ſementi facta, aut poſtea referre auſpicij cauſa domum pro tritico & frugibus. retuliſſeque fabam perinde erat ac retuliſſe fruges, & auſpicari earum reditum, ominarique eas domum reuerſuras, non in agro ſemper remanſuras. in verbo autem remeare videtur ex Afranio

Sext. Pomp. li. 16. ſenarius afferri cum hemiſtichio hunc in modum,

Vetuit me ſine mercede prorſum Paucius
Remeare in ludum,

Id eo moneo quia quibus vnus eſſe videtur perpetuus verſus, ludum elu-

Sext. Pomp. lib. 16. dunt, aliudque ſubrogant. In repaſtinare ſic integrabitur Afranij verſus,

Repaſtinare ſero tu ſenex fugis.

Obſeruandum autem in Feſto excodicari eſſe arbores & virgulta effodere, cùm in auctoribus rei ruſticæ ſit circum codices & ſtipites arborum

Sext. Pomp. li. 16. ablaqueare: *Aut ſilueſter*, inquit, *excodicatur.* at vbi ſcribitur, *Réque apſe bene meritis rem*, haud equidem dubitem emendare, *bene meritus ſiem*, ac vt opinor candidum emerebitur calculum iſta correctio. Cùm repotia explicat, locum Pacuuij affert, haud ſanè repotijs & conuiuio tempeſtiuo dignum: ſed quo pro pedica ferarum, venatores: aut laqueo auium, aucupes: aut compede Grammaticorum, auctores vti poſſint: ſic autem emendandum reor, *Ab hoc Depulſum mamma pædagogandum accipit Repotialis liber:* Ac repotialem credo vocat qui ad repotia ventitare ſoleret, aut in repotijs liber factus eſſet. At in reſtat,

Sext. Pomp. li. 16. *Impetus haud longè medijs regionibus reſtat,*

credo non malè lectum iri. ſic autem etiam ſcribitur ex Lucillio nænia

Lib. 16. penè magica, *Rhonde ſicadionque cùm dixit Lucillius, quo nomina riparum poſuit, tam infeſtum ſibi corpus & valetudinem referens, quàm leuis ſed ſaluti nauigantium.* Ego cùm Icadij latronis mentionem apud Ciceronem eſſe ſciam, & in horum verborum latebra deliteſcere videam, non dubitabo legere: *Rhondon Icadionque cùm dixit Lucillius, nomina piratarum poſuit, tam infeſtum ſibi corpus & valetudinem referens, quàm illi eſſent ſaluti nauigantium.*

Lib. 15. Rodus autem modo vt adiectio eſt, vt, *alius ſaxum rodum*: modo ſubſtan-

tiuum,

tiuum, vt & rudus in architectura: & cùm molem, glebam, massam significat: vt, *hinc rapere manibus rodus saxeum grande & graue*: & apud Lucillium in bolidis descriptione, qua vadum maris tentatur. Fest. Pomp. lib. 16.

Hunc catapiraten puer eodem deferet vnctum,
Plumbi pauxillum rodus linique mataxam.

hic rodus est pondus, & catapirates est, quæ à Græcis καταπειρατηρία vocatur, à pertentandis vadis. regiescit à Festo exponitur crescit: sed cum glires indidem nomen habere in fragmento significare videatur, reglescit esse scribendum affirmo, pro regliscit, à glisco. Fest. lib. 16.

Rustariæ falces, tertijs diebus, ob vagulationem, aurem capere antestati, antestatus. CAPVT XXVI.

DIV multumque quæsiui quæ sint apud Varronem falces rustariæ: & dici non potest quàm mihi molesta vox ista fuerit: modò ruscarias somniabam à rusco, modò rustarias, quasi rusticarias dici fingebam, & vanus ineptusque semper ariolus eram. Nunc ad veram tandem euasisse coniecturam videor. Cùm enim apud Festum reperiam, *rustum ex rubus*, neque amplius præterea quicquam: edax enim illa temporis vetustas reliqua eo in loco consumpsit, haud dubiè rustarias falces interpretabor, quibus ruri secantur rubi, qui per agros serpunt. Cùm autem à Festo explicatur *res comperendinata iudicium in tertium diem constitutum*, magno id adiumento est ad intelligendam & illustrandam duodecim tabul. legem, quæ his verbis est concepta, C*ui testimonium defuerit, is tertijs diebus ob portum ob vagulationem ito*. scio equidem hæc à Iurisconsultis doctissimis huius memoriæ variè exponi, & magno studio ab illis semisepultas legum earum reliquias effodi: quosdam etiam quadam decemuirali potestate leges scribere & rogare: tentabo tamen hac in lege sensum, qui mihi probabilis videatur, explanare: neque verò debeo excludi ab hac interpretatione, quæ velint nolint tota coniecturæ est, vt sagacis sit hominis & mediocriter eruditi eam captare, non solius Iurisconsulti. Puto igitur significari si testis ei defuerit, qui litem habuit, ei licere comperendinationis die, id est die tertio, ante eius ædes liberè conqueri & implorare eius testimonium, conuitiumque recusanti facere. Nam à vagio vagilo & vagulo deducitur, vnde vagulatio, quod conquerentis & plorantis est: nec assentior ijs, qui à vagor deducunt, nec qui obuagulatum legunt, cum vagulationem Festus planè aperteque legat, & interpretetur, sitque ob vagulationem dictum antiquo more pro ad vagulationem. Et quoniam verba 12. tab. modis omnibus video interpolari atque mutari, nec per nostram licere eorum sepultis manibus inscitiam quiescere (nam quæ non intelligimus,

Lib. 1. c. 22. Lib. 16. Fest. Pomp. li. 19.

gimus, protinus ad noſtrum captum ſcribimus atque formamus) ipſe quoque pari ac reliqui in eas temeritate ac veſania graſſabor: lex eſt apud Porphyrionem interpretem Horatij, ſed ita balbutiens, vt à nemine intelligatur, & tamen loquatur quicquid cuiuis collibuit: *Si vis vocationi teſtamini igitur rem capito anteſtari.* Ego eius verba ſic concipienda puto. *Si in ius vocat, ni it, anteſtatus manum inijcito, aurem anteſtati capito.* &, vt opinor, non longè recedunt iſta à veſtigijs deprauationum vetuſtarum. Nam in illo, *mini igitur*, mihi latitare videtur manum inijcito cum priore auris ſyllaba: & nominatim diſerteque monent interpretes proditā lege actionem iniuriarum in eum fuiſſe, qui ſine anteſtatione manum inieciſſet. Etiā alia in lege, *Si pater filium ter venundabit, filius à patre liber eſto*: non vt editur *venundauit*, legendum credo. non enim poſſum credere, decemuiros *dauit* ſcripſiſſe: & animaduerti non infrequenter in futuro leges loqui ſolere. Aliam etiam legem aduerſus nos vindicem aſſertoremque poſtulare cogamus: ea eſt apud Gellium, ſed valdè corrupta: quam ſic lego, *Qui ſi erit teſtatos libripénſve fuerit, ni teſtimonium fateatur, improbus inteſtabiliſque eſto*, alij pro fateatur, fariatur edunt, alij feriatur, non malè etiam ferat legeretur: teſtatus autem eſt anteſtatus, quo pacto & ſcribenti non repugnabo: in Gellio, teſtatior peruerſiſſimè ſcribitur.

Porphyr. in Saty. 9. lib. 1.

Gell. lib. 15. ca. 13.

Vindiciæ, iunctum tignum. CAPVT XXVII.

CVI *non dictus Hylas puer, & Latonia Delos?* quis non ſibi de vindicijs eſſe dicendum aliquid putat, & ex hoc tanquam muſtaceo lauream petit? nos quidem ſemper auditores non erimus tantum, aliquando etiam reponemus, & iſta de re loquemur. neque tamen ab alijs dicta repetemus omnia, hucque conijciemus: ſed quod in Pompeio animaduertimus ſcribemus. *Vindiciæ*, inquit, *appellantur res eæ de quibus controuerſia eſt: aut potius dicuntur vindiciæ inter eos, qui contendunt*: ſic ferè ſenſum in eo conſtituendum crediderim; cùm mihi neſcio quid tale proloqui voluiſſe videatur: & ſentētiæ noſtræ exemplum Catonis conuenit, quod ipſe profert, *Prætores ſecundum populum vindicias dicunt.* ſed & vindiciæ dicebantur, quæ ex agro afferebantur in ius vindicandi cauſa: etiam vindiciam in ſingulari dicebat rem Seruius, de qua controuerſia erat, ab eo quod vindicabatur. Vindiciam ferre eſt ſententia decretoque obtinere rem: dicebat enim vindicias iudex, ferebat vindicias, qui rem obtinebat: ſed ſi vindiciam ille tulerat, qui non debuerat, tribus arbitris datis, duplione damnum luebat. lex enim erat, *Si vindiciam falſam tulit, rei ſiue litis arbitros tres dato, eorum arbitrijs fructus duplione damnum decidito.* Significant & vindiciæ manus correptionem, χαρπισμὸς à Clemente vocatur, à Chariſio χαρπιςεία, quòd manus

3. Georg.

Feſt. Pomp. lib. 19.

Feſtus ibid.

Lib. 1. inſtit. gramm.

nus brachiale caperetur, qui carpus dicitur. Id & Gellius indicat ſcribens, *Vindiciæ correptione manus in re atque loco præſenti apud prætorem fiebant.* Ex eo etiam adſertor καρπιστὴς, & ad ſertio καρπιστεία vocatur, vt in lexico Latino Græco reperi. Sunt & vindiciæ libertas Chariſio auctore, qui ἐλευθερίαν explicat. Eſt & in Gellio lex, ante meridiem cauſam conſcito, cùm perorant ambo præſentes: hîc ego eis facilè aſſentior, qui *cauſam conijcito*, legunt: nam hoc fieri lex non vult, niſi vtraque parte præſente. neque tantùm rei cauſam conijciunt: ſed eam quoque iudex conijcere dicitur, cùm audit. conſcire autem cauſam pro cognoſcere latinè dici non poſſe reor, vitioſoſque Gellij codices arbitror. Nam in Cornificij antiquis libris conijcito indubitanter ſine vlla vitij aut lituræ ſuſpitione ſcribitur. *Poſt meridiem*, inquit, *præſenti litem addicito, ſi ambo præſentes*: hic lis, res eſt de qua controuerſia eſt, quæ addicitur alteri, præſente tamen aduerſario. Nam eo abſente non temerè ſtatim adiudicare præſenti rem ſolebāt, ſed comperendinabant. Itaque de Claudio vt nouum ſcribitur, *abſentibus ſecundum præſentes facilè dabat.* legere tamen quidam malunt, *Litem adijcito*, vt eodem die coniectioni lis adijciatur. Quod autem additur, *Sol occaſus ſuprema tempeſtas eſto*, ſignificat poſt occaſum ſolis cognoſcendas cauſas non eſſe nec iudicandum: ſed tum iudicium eſſe dimittendum. Igitur occaſus ſolis eſt ſupremum tempus diei vltimumq́ue iudicantibus. Alia eſt lex de iuncto tigno xij. tab. verbo neſcio quo còncapu contaminata, aut, vt alij emendant, capulo capularis facta: quam ego ſic ſcribendam puto, & fortaſſe turpius inquinabo fœdaboq́ue *Tignum iunctum ædibus vineæq́ue, copula ne ſoluito*, vt lex vetet tignum vindicari & extrahi ex ædibus, & vinearum maceria, aut aliquo earum compluuio aut iugo. nunquā putaui capulos egere tignis: fauet emendationi, quod iuriſconſulti tantum de tigno in vinea & ædibus legem xij.tab. loquutam ſcribunt, nec capuli meminerunt, ſed nec Feſtus ipſe: verum quia in antiquis libris partim concapet, partim concapu reperitur, neque eorum negligenda eſt auctoritas, fortaſſe hac formula lex ſit edenda, *Tignum iunctum ædibus vineæq́ue cum capite, ne ſoluito*: nam capite iunguntur tigna, & vineis cùm alligantur innectunturq́ue vitibus, & ædificiorum parietibus cùm inſeruntur indunturq́ue: vel potius in vinea iunguntur cum aliquo vitis capite: nam capita vitium ſtirpes dici non ignorat, qui ſcriptores rei ruſticæ legit. ſed & Maro ita vſurpat,

—ſupereſt deducere terram, Sæpius ad capita:

atque hanc interpretationem veriorem puto, poſterioremq́ue ſcripturam legis certiorem exiſtimo: ſed omnium ſinceriſſimam, *Tignum iunctum ædibus vineæve ne vindicato, ne ſoluito.* huic quidem fauet Vlpiani interpretatio,

Marginal notes: *Gell. lib. 20. c. 9.* — *Lib. 1. inſtit. gramm. c. 2.* — *lib. 17.* — *Cornificius li. 2. ad Her.* — *Gellius lib. 17. c. 2.* — *Sueton. in Claud. c. 15.* — *Ibid. Gell.* — *Feſt. Pōp. li. 18.* — *2. Georg.* — *L. 1. ff. de tigno iuncto.*

tio, qua dicit legem duodecim tabul. neque ſoluere permittere furtiuum tignum iunctum ædibus vinéæve, neque vindicare. Non deerit fortaſſe qui, *Néue capito, néue ſoluito*, ſcribat.

ADRIANI TVRNEBI ADVERSARIORVM LIBER DECIMVSQVARTVS.

Subulo, ſubuerbuſtus, ſubſcudes, ſtrigones, ſueris, offa ſueta.

CAPVT I.

OBLIVIA, vt Varronis vtar voce, linguæ Romanæ mihi videor tractare, cùm Feſti epitomen lego: quia tamen magno adiumento eſt latinè cupientibus ſcire: & quo quicque antiquius eſt fumoſumque magis, vt in imaginibus nobilitatis, vehementius admiramur: operæ non parcam meæ quædam interpretari. Sucrotillam
Sext. Pomp. li. 17. vocem tenuem & altam dicit eſſe: ſed origo vocis ignorata enodationi notionis explanationique officit: eam ſepultam conabor tanquam effodere: equidem à crotalo, aut voce Græca κρότος deductam puto, cum diminutionis formatione, vel certè vt Græca vox eſt fictitia, ſic de ſono Latina fuerit efficta. Subulo eſt Feſto tibicen Etruſca lingua: hoc etiam vocabulum ſoni imitatione eſſe puto factum, vt ſit ſubulo, tanquam ſibilo. Subuerbuſta eſt ſub verberibus vſta, licentia & petulantia comica voca-
Saty. 7. lib. 2. bulo è multis coagmentato: ſic, *vri virgis ferróque necari*, dixit Flaccus, quanquam in eo vri per ſe etiam commodè intelligi, vt antè dixiſſe me recordor, poteſt: alio loco, *Ibericis peruſte funibus latus*. ſed & ſubuerbuſtum
Od. 4. Epod. Tertull. in lib. de Pallio. apud Septimium Florentem in libro de Pallio reperimus. ſic enim ſcribit *Enimuero iamdudum cenſoriæ intentionis epiſcynio diſperſo, quantum denotatui paßiuitas offert, libertinos in equeſtribus, ſubuerbuſtos in liberalibus, dedititios in*
Feſt. Pōp. li. 17. *ingenuis, rupices in vrbanis, ſcurras in forenſibus, paganos in militaribus.* In explicandis ſubſcudibus, quæ ſunt cuneatæ quædam tabellæ quibus immiſſis tabulæ inter ſe coniunguntur, puto legendum, *quia quo immittuntur ſuccuditur*

cuditur. Nam à ſuccudendo, mihi nomen videntur potius habere, quàm à ſuccidendo. Etſi enim locus cui inſeruntur, excauatur, ſucciditurque inde aliquid vt immittantur, cùm tamen id fiat cudendo ſcalpris malleo percuſſis, & immittantur ictu mallei, non video cur non debeant potius à ſuccudendo quàm ſuccidendo deduci. Quod ſi Feſtus à ſuccidendo ſcripſit, vt & fortaſſe fecit, næ ab eo libentiſſimè diſſentio. ſed & qui *ſtrigores* dicuntur ab eo, explicanturque *denſarum virium homines*, vereor ne ſtrigones potius nominandi ſint: quanquam hoc in medio relinquo nec affirmo. In ſtrige explicanda verſus adhibentur Græci valdè deprauati, quibus reconcinnandis prodeſſet fortaſſe Heſychius, niſi & ipſe pari calamitate læſus eſſet: ſed quid vetat eius audire balba verba? στέιγλος τὰ εἰτὸς τοῦ κέρατος, νυκτίφοιτον. καλεῖται δὲ καὶ νυκτοβόα: οἱ δὲ καὶ νυκτικόρακα. Hîc profectò nemo dubitabit quin de nocturnis ſtrigibus loquatur, quas & à quibuſdam dicit exiſtimari nycticoracas, id eſt, nocturnos coruos. Fortaſſe autem vt aliquid conemur, etſi non adſpirabit ſtudio forſitan fauens deus, ſic verſus non abſurdè reſtituentur, *Heſychius.*

στέιγγ' ἀποπέμπειν νυκτιβόαν, στέιγγ' αὐτίκα λαὸν,
Ὄρνιν ἀνώνυμον ἔνθεν δ' ὠκυπόρους ἐπὶ νῆας.
vel στείγγα φθορόλαον.

In eas aues credebant mulieres ſagas magica cantione mutari, Ouidius, *Ouid. li. 6. faſt.*

Næniáque in volucres marſa figurat anus.

In ſpectili, ſiue etiam ſpetile eſt, ſumen ſueris legendum arbitror, vt apud Varronem in obſoletis ſcribitur exemplaribus, *perna, à pede*: *ſueris, à nomine eius.* ſed & ſuera pro ſuilla dicebatur. Varro in reconditis libris: non enim in popularibus eodem modo ſcribitur: *Offula, ab offa minimæ ſueræ.* *Feſt. Pomp. li. 17.* *Varr. li. 4. de ling. Lat.* Equidem ſcio iſta viſum iri multis inepta & falſa: ſed ſi veritas antiquæ linguæ aſſerenda eſt, eam exiſtimo integrius ſinceriuſque ſeruatam in libris ſcriptis quàm publicatis: quia qui editionibus præfuerunt, quæ vera iudicabant, aut percipiebant, euulgare maluerunt, quàm quæ vel non intelligebant, vel aſpernabantur, edere.

Præſepes, faliſcæ, frons occipitio prior, bona ſalute, cædere frondem, cædere ſaginam, defrudare ſegetem. CAPVT II.

MVLTA ſunt in Catone verba, quæ perdiligentem grammatici operam & curam deſiderant: neque is ludat operam, qui in eis explicandis ſtudium ponat. ne longè abeas, quænam ſunt apud eum ſcriptorē faliſcæ cùm ſcribit? *bonas præſepeis, faliſcas clatratas.* Ego præſepeis apud eum interpretor, vbi pabulum bobus ponitur quod minutum eſt, vt hordeum, lupinum, eruum, vitia, frons: quæ in canali obijcere ſolemus iumentis: fa- *Cap. 4.*

liſcas interpretor, in quibus ponitur pabulum gramineum & herbaceum, vt fœnum, farrago, reliqua. quod quidẽ præſepis genus raſtellatum vulgò vocamus. Itaque apud Catonem præſepes hibernæ ſunt, faliſcæ æſtiuæ, quia legumine & fronde, quæ in canali ponẽda ſunt, non enim faliſcis cõtinerẽtur clatratris, iumẽta aluntur hyeme: fœno & reliquo pabulo, quod in clatris ponitur, æſtate: non me fallit tamen vtrunque genus præſepiorum nomine comprehẽdi poſſe, cùm apud alios ſcriptores præſepeis tantùm & præſepias reperiamus, faliſcas nõ reperiamus: ſed & præſepes ſtabula ſignificant. Faliſcæ autem nomẽne habeant per diminutionẽ à falis, an quod potius reor à Faliſcis populis? nondum mihi ſatis liquet. Sẽtentia Catonis eſt inſtar oraculi frontem occipitio priorem eſſe: cuius ſenſus eſt præſentiam eſſe potiorem abſentia. Nam præſentiæ reſpondet frons, abſentiæ occipitium. *Si quid*, inquit, *bona ſalute vſus venerit, benignè defendẽt*: hîc bona ſalute quomodo tandẽ accipimus? & putẽ verbum eſſe quo bonam valetudinem & ſalutem ominabantur, contrariaque deprecebantur: argumento eſt quod comicus Plautus in Mercatore ſcribit his verbis,

Plaut. Mercat. Sc. *Hera quo me miſit.*

Sua quidem ſalute ac familiæ maxima.

Cato c. 5.

Eſt enim bona ſalute, tanquam ſalute propitia. *Frondem*, inquit, *populneam, vlmeam, querneam cædito*, ego cædere frondem exiſtimo eſſe eam colligere, quod cùm faciebant, eam ſtringebant, & ferramento plerunque velut deradebant ex arbore: & quia fronde ſaginabatur pecus, exiſtimo comicum Plautum per tranſlationem dixiſſe in Moſtellaria,

Sc. Exi è culina.

Eſte, effercite vos, ſaginam cædite.

C. 5.

Cæterum in eo Catonis capite, quid eſt *ſegetem ne defrudet*? defrudare veteres pro defraudare dixerunt: defrudat autem genium ſuum homo, & ſe, qui ſibi non indulget, & miſerè viuit, & tanquam demenſo ſuo detrahit: quod idem facit, qui ſegeti & agro culturam & opera iuſta nõ tribuit, ſed

C. 24. lib. 18.

vel de aratione, vel lætamine vel ſemente deducit: tamen in Plinij codicibus, ne quid diſſimulem, ſegetem defrugare non defrudare legitur: quod Budæus de frugibus terram extenuantibus accipit.

Chryſendeta, veſpertilio, viriolæ, viriæ, admiſſionum liberti.

CAPVT III.

Li. 2. epig. 43.

CHRYSENDETA vaſa doctiſſimi viri explicant cruſtis aureis illigata & exornata vt in Martiale,

Immodici tibi flaua tegunt chryſendeta mulli,

Plutarch. in Lucul.

ego vaſa gemmata eſſe puto, quorum gemmæ auro conſertæ & contextæ tenerentur: Plutarchus in Lucullo id ſatis indicat, ἐδωρεῖτο χρυσένδετον σμά-

cùm

ἐκγδον τῶν πολυτελῶν. Plinius hoc genus vaſorum mihi innuenere videtur cùm initio libri 33. ſic ſcribit, *Turba gemmarum potamus & ſemaragdis teximus calices, ac temulentiæ cauſa tenere Indiam iuuat, & aurum iam acceſsio eſt:* ſed & illud Maronis, In præfatione. 2. Georg.

Vt gemma bibat & ſarrano dormiat oſtro.

ad chryſendeta referri poſſet, niſi veteres vaſa potoria è gemmis abſque auro etiam habuiſſent. Veſpertilionem viri eruditiſſimi explicăt apud iuriſconſultos qui interdiu exiliter videt, noctu acri ſit acie: ego potius putem eum eſſe, qui interdiu more veſpertilionis latitet, noctu prodeat: quod fugitiuos quoſdam feciſſe olim non dubium eſt. ne enim in dominum, vel in notos inciderent, interdiu ſeſe abdebant, cùm foras exirent noctu, vt veſpertiliones. alijs tamen in libris veſpillo legitur. reperi in antiquo lexico veſpillonem eſſe ſepulchrorum violatorem, quem Græci τυμβωρύχον vocăt, quod intelligetur per antiphraſin, quaſi non ſepeliat ſed nudet, cùm veſpillo funerare ſoleat. in Latino Græco lexico reperi viſpellio & veſpillo: vbi etiam exponitur ille νεκροθάπτης hic νεκροφόρος. ita ille funerator eſt, hic cadauera portat. legunt in Plinio liberaliſſimis doctrinis ornatiſſimi viri, *Vxoriæ celticæ, viriles celtibericæ*: ego viriolæ celticæ: viriæ celtibericæ, codicibus Plinianis vindico aſſeroque: ſunt autem viriæ armillæ virorum inquit Iſidorus, quanquă muliebres etiam armillæ viriæ appellari cœperunt. Septimius Florens, *vtique ſicut veſtigia ceſtuum viria occupauit: ita & endromidis ſolocē aliqua multitia ſyntheſi extruſit.* Planè in antiquo lexico viriæ, viriolæ exponũtur brachiales. Sententiam probare nullo modo meam poſſum, qui leui adductus coniectura libro tertio de natura deorum pro victoriolis aliquando viriolas legendum credidi. Nam victoriæ à ſimulacris manibus eorum inſiſtentes geſtari olim ſolebant. Cicero in Verrem, *Inſiſtebat in manu Cereris dextra ſimulachrum pulcherrimè factum victoriæ:* Eum autem Plinij locum non leuiter læſum exiſtimo, quantum quidem è libris ſcriptis conijcere poſſum. obiurgat enim triſtis cenſor mores. Itaque per conceſſionem dixerat, *Habeant in lacertis iam quidem & viri:* deinde paulò poſt, *habeant fœminæ in armillis:* nec multò poſt, *& in ſecreto margaritarum ſacculi è collo dominarum auro pendeant:* ſequitur mox acerba increpatio, quæ grauiter mores ſauciat, *etiámne pedibus induitur?* Quod non longo ſubijcit interuallo Plinius, vereor vt ſatis emendatum ſit, *fuit*, inquit, *& alia Claudij principatu differentia inſolens his quibus admiſsionem liberti eius dediſſent imaginem principis in annulo ex auro gerendi.* nec euariant tamen ſcripti libri. hîc, niſi vanum augurium meum eſt, putem Plinium ſcripſiſſe, *quibus admiſſionum liberti ius dediſſent.* libertos enim gratioſos principis intelligit, qui

L. Qui decem ff. de ſolut. & liber.

C. 3. lib. 33.

Iſidorus li. 19. cap. 30.

Cic. lib. 3. de nat. deor.

Cic. in Verr. 6.

C. 3, lib. 33.

C. 3. lib.

homines ad eum admittebant, admiſſionibuſque præerant. Huius me certè coniecturæ nondum nec pœnitet, nec piget: quanquam ſenſum aliquem è ſuperiore lectione elici poſſe non eo inficias, qui ſi cui probatur, aduerſarium me pertinacem non habebit.

Pelagus, obliquare ſinus, ſolitaurilia, triremis, interior, ambiguum relinquat, ceſtus, melior victima, flaua oliua, tardus fumus.

CAPVT IIII.

Virg. 5. AEn. VT *pelagus tenuêre rates*, inquit Maro lib. 5. Æneid. quod explico, vbi altum tenuêre procul à littore prouectæ: id enim pelagus eſt: argumento ſunt piſces pelagij, qui opponuntur littoralibus.

Virg. ibid. *Olli*, inquit, *cæruleus ſupra caput adſtitit imber:*

hîc crediderim cæruleum Græcorum more pro atro poni.

Homerus 1. iliad. Ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ’ ὀφρύσι νεῦσε κρονίων.

id eſt cæruleis ſupercilijs, quod valet nigris, conſenſu Græcorum Grammaticorum: ſic, *—cærulea ſubuectat corpora cymba,*

6 AEneid. 5. AEneid. interpretor, atra & nigra. Obliquare ſinus eſt, velum obliquum tendere, quod fecit neceſſariò Palinurus, cùm tranſuerſi venti flarent: ſequitur

5. AEneid. enim, *Mutati tranſuerſa fremunt.*

5. AEneid. *Hic duo rite mero libans carcheſia Baccho,*

cùm ſcribit Maro, inferias fundi & mitti ſignificat, quas Græci χοὰς appellant: fundere autem dijs manibus placamina ſolebant vinum meracũ, mel, lac, aquam, ſanguinem, aliaque eiuſdem generis, vt è Perſis Æſchyli

5. AEneid. cognoſci poteſt. Anguẽ dicit Maro exijſſe è ſepulchro Anchiſæ, non ſine antiquitatis ſignificatione. Veteres vt ſcribit Plutarchus in Cleomene, attribuerunt & dicarunt heroïbus ſerpentes: cuius rei etiam cauſam afferre conatur. Sacra quædam ſolitaurilia veteres appellabant ab immolatione ſuum, ouium, boum. hoc genus ſacrificij Maronem putem ſignificaſſe,

Ibid. cùm ſcripſit, *—cædit quinas de more bidentes,*

Tótque ſues, totidem nigrantes terga iuuencos.

Acherontem autem latinis eſſe non tantùm inferorum flumen, ſed interdum inferos etiam ipſos, quæ etiam Acherontia templa vocat Lucretius,

Ibid. & iam antè dixiſſe me cõmemini, & hîc non abs re repeto. *Manes*, enim, *Acheronte remiſſos*, animam Anchiſæ ab inferis reuerſam intelligo.

—triplici pubes quam Dardana verſu

Impellunt, terno conſurgunt ordine remi,

Cùm Maro dicit, triremem deſcribit, quam tamen nullam belli Troiani tempore fuiſſe ex hiſtoria notũ eſt, cùm triremes primus ædificauerit au-

Lib. 1. ctore Thucydide Amynocles Corinthius multis poſtea ſeculis: ſed poë-

tæ

tæ non perinde historiæ fidem exequi solent: & apud eos crebri sunt ἀναχρονισμοί. Cùm exponeret Seruius illud Maronis, 5. AEneid.

—dum proram ad saxa suburget interior,

Id est sinisterior, locum Ciceronis in Verrem affert, *quem omnia intus canere dicebant*, 3. In Verr. quod est sinistra carmen peragere: sed interiorem illic crediderim, qui cursu breuiore ad metam tendebat, vt apud Ciceronem, *Nam cursu interiore breui conuertitur orbe*, In Phænom. Arati. cui tamen vt sinister esset eueniebat: etsi non ex eo interior dicitur, sed quia propinquiore spatio & breuiore ad scopulum, qui pro meta constitutus erat, pergebat. intus autem canit, qui sinistra carpit chordas tacita quadam musica nec foris audita, sed artifici tamen intellecta. Dextra enim, quæ modos facit, foris auditur, carménque non tantùm artifici, sed etiam auditori canit, cùm sinistra auditori carmen suffuretur. ita cùm sinistra intus canerent, & ad furtum vterentur, vt ex illo Catulli patet loco, Epig. 12.

—manu sinistra Non bellè vteris in ioco,

Cicero citharœdum illum à Verre superatum artificio dicit, quòd Verres 3. In Verr. melius intus caneret, id est furaretur. Cùm scribit Maro, 5. AEneid.

Victori chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura Mæandro duplici melibœa cucurrit,

vestem prætextam significat, eandemque Phrygiam. Nam acu pingere Phryges inuenêre, vt Plinius refert. Lib. 8. c. 48.

Transeat, inquit Maro, *elapsus prior, ambiguúmque relinquat*,

hîc ego ambiguum interpretor parem & ambigentem de cursus palma cum eo & victoria: & relinquere existimo esse præterire: qui enim quem præterit, eum post se relinquit. plus, inquit, si spatij superesset, eum præteriret, qui cum eo iuris in cursu ambigui fuit, cùm simul ad metam peruenerint. Cestus lora erant, quibus pugilum brachia & manus innectebantur, 5. AEneid. vt si qui hoc tempore pugillatu decertare vellent, chirothecis manus munirent, quo & firmiorem ictum inferrent, neque manum læderent, & sine noxa sustinerent aduersarij petitionem. Cestus ex eo vocatus, quod, vt opinor, lora illa suta essent, quasi sit κεστὸς ἱμὰς, id est sutile lorum, vt Græci loquuntur, vnde & nomen etiam cingulo Veneris quod sutile sit. cestus significat Maro cùm dicit,

Et paribus palmas amborum innexuit armis. 5. AEneid.

Rursus, *—& euinctis attollat brachia palmis.*
Iterum, *—duróque intendere brachia tergo.*
Rursus, *—tantorum ingentia septem*
Terga boum plumbo insuto ferróque rigebant.
Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit,

 Id est,

Cic. in Catil. Id est, quod Cicero in Catilinam dicit, *& vt dicitur corpore effugi*, estque verbum gladiatorium. Cùm prima hostia non litabatur, aut effugerat, & succidaneæ hostiæ immolabantur, ad deos placandos, meliores, vt opinor, dari dicebantur, ad quem ritum Maro respexit, cùm scripsit,

5. AEneid. *Hanc tibi Erix meliorem animam pro morte Daretis*
Persoluo.

12. AEneid. sic & lib. 12. *Hoc habet, hæc melior magnis data victima diuis.*

quo & prouerbium Græcum pertinet δευτέρων ἀμεινόνων. respexit & Maro ad hostias eas quæ animales dicebantur, ad consultatoriarum discrimen, vt critici dicunt.

5. AEneid. *Custodem ad sese comitemque impubis Iuli*
Epitiden vocat,

Epytiden lege, vt supra Cysseus non Cisseus: huius rei Homerum aucto-Homer. Iliad. ρ. rem laudo, qui Iliad. ρ. scripsit,

Κήρυκ' Ἠπυτίδῃ, ὅς οἱ παρὰ πατρὶ γέροντι.

5. AEneid. *—flauáque caput nectentur oliua,*

AEschyl. Persis. dixit, Æschyli epitheton secutus: nam in Persis ait,

Ξανθῆς ἐλαίας καρπὸς εὐώδης πάρα.

vbi interpres Græcus flauam dicit oliuam vocari, quòd posterior pars folij videatur porracei esse coloris.

5. AEneid. *Nulláne iam Troiæ dicentur mœnia? nusquam*
Nectoreos amnes Xanthum & Simoënta videbo?

Coloni & profugi solebant effingere simulachra patriæ maioris, eiusque nomine, vrbem quam condere & incolere parabant, afficere: sed & amnes eius repræsentare ijsdem nominibus: vt in 3. Æneidos, 3. AEneid.

Procedo, & paruam Troiam, simulatáque magnis
Pergama, & arentem Xanthi cognomine riuum
Agnosco, Scææque amplector limina portæ.

5. AEneid. *—vdo sub robore viuit*
Stupa vomens tardum fumum, lentusque carinas
Est vapor.

Quis est hîc obsecro tardus fumus? An amarus & acerbus? vt,

2. Georg. *—tardúmque saporem Fœlicis mali.*

Et non putem: an potius qui non celeriter emicat præsertim densior, & ex materia vda, quique diutius durat cũctaturque & diuturnior est? & verius putem. sed & vapor, id est ignis lentus erat. Nam etsi naues erant vnctæ, tamen vda materia nõnihil officiebat igni. *Iámque vale, torquet medios,* aduentante die discedit ab AEnea Anchises. noctu enim solent dij, in quorũ numero manes ponuntur, inuisere terras, interdiu relinquere: Papinius, Papinius lib. 1. silua 1.

-huc

—huc & sub nocte silenti,
Dum superis terrena placent, tua turba relicto
Labetur cœlo.
Deponunt animos nil magnæ laudis egentes. 5. AEneid.

Sic loquitur Maro, quasi onera de nauibus deponantur, & quasi ijs naues exonerentur. *—& tempestatibus agnam,* hoc scribit, quòd, vt ait Cic. li. 5. AEneid. 3. de natura Deorũ, tempestates pop. Rom. ritibus consecratæ erant, tempestatiq;, vt deæ minori, minor hostia immolabatur, vt fœminæ fœmina: Horatius, *Libidinosus immolabitur caper,* Od. 10. Epod.
Atque agna tempestatibus.

Artopta, artopticius panis, carinarij, onagos, zamia, semizonarij, artem facere ludicram. CAPVT V.

VERSVS est in Aulularia Plauti, de quo inter eruditos magna concertatione pugnatum fuisse scribit Plinius, an illius esset poëtæ, Lib. 18. c. 11.
Ego hinc artoptam ex proximo vtendam peto: Aulularia Sc. Dromo desquama.
Artopta autem vas quoddam fuisse videtur, quo panis torrebatur. tria enim panis erant genera, ex coquendi ratione, furnaceus, qui in furno coquebatur: clibanites vel testuaceus, qui in testu aut clibano: artoptitius, qui in artopta assabatur. Pollux, οὐδὲν κωλύει καὶ τὸ σκεῦος, ἐν ᾧ τοὺς ἄρτους ὀπτῶσιν, οὕτω καλεῖν, ὃ νῦν ἀρτόπτην καλοῦσι. Pollux lib. 10. cap. 25. Itaque artopta à clibano vel testu alia erat, vt in qua tostus panis fieret. Plinius artoptam mulierem intellexisse videtur panificam, vt quidam censent, in Plauto, cùm vas significet, quod cùm in Quiritium ædibus esset, argumentum est ipsos sibi panem coxisse: sic enim scribit, *Ipsi panem faciebant Quirites, mulierumque id opus erat,* Lib. 18. c. 11. *sicut etiam nunc in plurimis gentium: artoptas Plautus appellat in fabula quã Aululariam scripsit, magna ob id concertatione eruditorum, an is versus poëtæ sit illius: certúmque sit Atei Capitonis sentẽtia, tostum panem lautioribus coquere solitos, pistoresque tantùm eos, qui far pinsebant nominatos.* Tostus autem panis vt auguror in Plinio est artoptitius, qui lautioribus & delicatis coquebatur in artopta. Artoptitium quoque panem à testuaceo & furnaceo differre auctor est Athenæus his verbis, ὁ ἀρτοπτίκιος ἄρτος καλούμενος κλιβανικίου, καὶ φουρνακίου διαφέρει. Athenæus li. 3. Cæterum in eadem fabula qui sint carinarij non desinunt Sc. Narraui amicis. grammatici vestigare, nec tamen feram istam in suo cubili reperire possunt: ego eos esse credo, qui cerino colore pannum inficiunt. Nam cera doricè καρὸς dicitur, quæ alijs Græcorum linguis κηρὸς vocatur: libentius autem à Doribus & AEolibus latini mutuum sumunt, quàm ab alijs Græcis, ad quos in mercatum non proficiscuntur Dictionarium: sic in Asinaria ὀνηγὸς, ὀναγὸς à Plauto vocatur, *Huic nomen Græcè est onagos fabulæ.* In Prologo.

Aulular. Sc. præsagibat. Epidico S. Adstat tacete. Ouid. lib. 3. de arte amandi.

onagros enim maculatissimè & inquinatissimè edunt: & in hac, ζημία ζαμία: *ibi onerat aliquam zamiam*. Plautus tamen in Epidico cerinum dicit, vt siue carinarios, siue cerinarios dicas, tantundem eloquaris, sine vllo vocabuli dispendio. cerinus color significatur apud Ouidium hoc versu,

Et sua velleribus nomina cera dedit.

Sc. Narraui. Ibi autem caupones non sunt qui vinum vendunt, sed nomen habent generale à copijs, vt sint mercatores & institores patagiorum, indusiorum, flammeorum, violacei panni & cerini. Itaque ista sic interpretor, vt dicantur caupones petagiarij, caupones indusiarij. Lego autem propalæ *Sce. Narraui.* non propolæ. At verò semizonarij sunt qui zonulas minus dimidio latas, 1 quàm iusta zona est, faciunt: vt semicinctia dicuntur. Quos autem dicit phylacistas adstare in atrijs, artifices intelligit in atrijs expectantes, vel manupretium, vel mercis mercedem flagitantes, qui quòd in atrijs diutius expectant & morantur, custodes & phylacistæ adpositi videntur. Le- *Sc. Nimirum libenter.* go autem, *Si vino scatit Corinthiensem fontem Pirenem potest.* Nam vulgò le- 1 *Sc. præsagibat mihi.* gitur scatet: scatit pro scateat dictum accipio. Quinetiam, *asini me mordicus scindant, boues incursent cornibus*, lego, non mordicibus: neque sanè moror criticorum auctoritatem, cùm modulus versuum à me sit, si alia destituar aduocatione. *Sc. Redi. quo fugis nunc.* sed &, *qui angulos hic omnes mearum ædium & conclauium mihi peruiam facitis*: è reconditis pluteorum libris lego potius, quàm peruios, quod concelebrant omnes editiones. vt enim obuiam aduerbium *Sc. Nõ temere.* est: sic & peruiam. *Continuò meum cor cœpit artem facere ludicram*: id est, protinus cœpit palpitare & micare. nam histriones gestum in scena agũt, *Sc. Quis hic loquitur. Cic. in Topic.* & mouentur. *Is me*, inquit, *nunc renuntiare repudium iussit tibi*, hoc ex loco intelligimus cur nuntium remittere, pro repudiare Cicero in Topicis di- 2 xerit. Nam per nuntium sæpe renuntiabant repudium: vbi, vt id quoque *Nonius in Remissum.* in transitu scribam, remittere est auctore Nonio mittere: sed quo huic capiti tandem vt fabulæ plaudatur, hic finem faciat.

Innocentes poëtæ comici, locus, & quædam in Cicerone emendata.

CAPVT VI.

Cic. 2. de legib. AMBIGITVR cur M. Tullius poëtas comicos innocentes appellarit lib. 2. de leg. cùm de sacris nocturnis & peruigilationibus differit. Ac mediusfidius hoc verbum vt ingratum, tribu motum est à nonnullis, nocturnis succenturiantibus: ego verò putem, cùm poëtæ epici plerunque nar- 3 rent fœdas libidines, quibus magnos deos irretitos fingunt, etiam ipsum deorum imperatorem Iouem, multaque impiè de dijs immortalibus cõminiscantur, existimatos esse moribus nocere, eoque nomine à Platone è sua Repub. Homerum exterminatum, quòd moribus noceret. At verò poëtæ

poëtæ comici, qui argumenta explicant è media hominum vita ſumpta, præſertimque qui veterem comœdiam ſatyræ ſimilem exercuerunt, cùm ita flagitia, dedecora, probra inſectentur, vt hodie concionatores de ſuperiore loco, aut poëtæ ſatyrici latini, hoc ipſo plurimum prodeſſe moribus, & ad frugem homines officiumque reuocare exiſtimantur. hanc ego cauſam exiſtimo imprimis grauem, cur eos innocentes vocauerit. poſſunt tamen & è comicis, alij nocentes, alij innocentes eſſe. Cùm autem eodem libro ſcripſit, *Et quoniam & locus & ſermo familiaris eſt legum, legis vocem proponam*, [2. de leg.] intelligit & rem & ſententiam, in qua verſatur, eſſe propriam legum, & eas familiarem quendam ſuumque ſermonem habere ac proinde legem de religione ſe editurum ſermone legum, qui paulò antiquior eſt: ſic autem plerunque locus vſurpatur, vt in Verrem, *Noui locum:* [Cic. in Verr. 3.] & hoc libro, *Ita locus vt ipſe notus ſit, ex quo ducatur quæque pars iuris.* [2. de legib.] At verò in illo loco, *Deteſtátque omnia eiuſmodi repudianda ſunt*, [2. de leg.] ſcitè & eleganter vir cùm omni liberali eruditus doctrina, tum etiam ſingulari eloquentia præditus M. Antonius Muretus, *deteſtatáque omnia*, legendum cenſuit, quem & in commentario ſecutus meo ſum: poſſet tamen fortaſſe etiam non inconcinnè legi, verbis paulùm loco mutatis, *omnia eiuſmodi deteſtanda atque repudianda ſunt.* Quid quod pro, *diuiniſſima autem dona*, [2. de legib.] ex antiquo libro, *numinibus digniſſima, vel diuis digniſſima*, legendum videtur? in quo perperam ſcribitur diuinibus diuiniſſima. ſic enim vitia ſcripturæ plerunque in propinquum deflexa & corrupta, facilè corriguntur in diuerſum reflexa, ſonoque vicinum verbum. fauet emendationi Plato, in quo ſcribitur θειότατα δὲ δῶρα. Ego verò etiam pro, *quam iuſta facta & corpus cæſus eſt*, [2. de legib.] legerim cupidè & perlibenter & *corpus eius eſt*, id eſt corpus ſepulchri factum eſt: ex eo *cæſus*, factum eſt incenſum inuita Minerua. [2. de legib.] etiam pro, *credo vel propter ignis periculum*, lego *credo videlicet propter ignis periculum* in videlicet enim particulæ non rarò iura *vel* ſuccedit, eiuſque perſonam induit, & locum iuuadit.

Suum ſibi, ego faciam, profundum, iris, ſtrictim tondere & per pectinem, inijcere inuolucrum, vlmorum acheruns, eruncinatus, latomiæ lapidariæ. CAPVT VII.

PLAVTVS in hoc velut proſcenium iterum prodit, ac nunc quidem tanquam ſpectator fabulæ captiuorum excepi quædam, quæ in hoc caput regeſſi. igitur ſuum ſibi valet ſuum proprium, vt, [Captiueis in prologo.]

Sed is quo pacto ſeruiat ſuo ſibi patri. Iterum,
Sed inſcientes ſua ſibi fallacia. Rurſum,
Ita nunc ignorans ſuo ſibi ſeruit patri.

Igitur

Terent. Adelphis act. 5. Sc. 8.

Igitur hunc suo sibi gladio iugulo, est suo proprio gladio iugulo. Est & ratio loquendi seculi prisci, ego faxim, & ego faciam, pro fiet, eueniet: vt,

Captiu. prologo.

Si erit, ego faciam, vt pugnam inspectet non bonam:

Aulularia Sc. Narraui amicis.

& in Aulularia,

Ego faxim muli pretio qui superant equos
Sient viliores gallicis canterijs.

Persa Sc. Veterem.

& in Persa,

Si id fiat, næ isti faxim nusquam appateant.

quod genus dicendi iam ante etiam attigimus. Versus autem illos, qui legem venditionum, quæ addictione in diem fiunt, eleganter æmulantur, sic distinguendos collocatis personis arbitror.

Captiuis Sc. aduorte animum.

Æg. Age sis roga. E. Emptum nisi qui meliorem afferet,
Quæ mihi atque amicis placeat conditio magis:
Quasi fundum vendens meis me addicam legibus.
Æg. Profundum vendis tu quidem, haud fundum mihi.

Parasitum autem gurgitem & voraginem, profundum eleganter ad fundum alludens vocat, quasi mare quoddam sit, quo omnia sorbeantur & hauriantur. Adijcit idem Ægio, *sed si venturus, tempori*: si, inquit, venturus cœnatum es ad me, veni tempestiuè & maturè. Respondet parasitus, *æmulis iam ocium est*, sic antiqui libri literati sunt. Iam nunc, inquit, mihi otium quidni sit, cùm intelligam æmulos meos huic conuiuali operæ libenter vacaturos? nisi si quis ita fortè accipiat, æmulis quidem & cupidis epulandi, vt mihi otium est. Vidi qui, *hem mulis*, legeret, hoc sensu, meis iam iumentis otium est, nec vllo occupatus sum opere: qui mediusfidius sensus non indignus est Plautino sale, vt parasitus de se quasi mulione loquatur. Itaque ne discedebat quidem, ac eum propè vt discedat cogit senex dicens,

Sc. aduorte animum.

I modo, venare leporem, nunc irim tenes:

quære, inquit, & venare tibi lautiorem cœnam, nunc tenes cirin auiculam, quæ galerita dicitur: cui similis est cœna mea pulpamentis leporum comparata: alij, *nunc i, rem tenes*, ex *Irim tenes*, faciunt, non improbo sensu: sed placet vt irim retineamus, vt aromaticam & condimentariam Catoni radicem intelligamus ad commendandam cibi gratiam. Nam condimentaria mea cœna est, cùm sit hortensis tota ex olusculis & heluellis: vnde addit,

Sc. aduorte animum.

Non meus scrupo sam victus commetat viam.

parabilis, inquit, & facilis est mea cœna, nec scrupea & aspera captatur via, vt cœna in qua venatio est. Plautus scribit,

Sc. Iam ego re uertar.

Sed vtrum strictímne attonsurum dicam esse, an per pectinem?

strictim tondere, est tondere ad cutem, quod ἐν χρῷ κείρειν Græci dicunt: per pectinem, est paulò longius à cute interposito pectine tondere: sic

Græcis

Græcis duo tondendi genera ſunt σκάφιον & κῆπος, illud ſtrictim, hoc ſecus. Inijcere inuolucrum eſt, linteo inuoluere, ne inquinetur veſtis capillorum ſegmentis. Viri autem imi ſubſelli viri ſunt, qui non ſedent in primis locis, ſed in ima parte ſubſellij non prima: ſic apud Ciceronem res longi ſubſellij dicitur, quæ multis indiget qui deliberent. poſſunt enim in longo ſubſellio multi ſedere. cùm autem ait, *Sc. Iã ego reuortar. Capti. Sc. Miſer homo. Cic. li. 3. epiſt. fami. epiſt. Vix tandem legi. Capt. Sc. Quo illum nunc hominem.*

Væ illis virgis miſeris, quæ hodie in tergo morientur meo,

ſatis explicat, cur vlmorum Acheruntem alio in loco dixerit, quaſi virgarum orcum & necem. Non eſt autem diſſimulandum:

Tum igitur ego ærumnatus deartuatus ſum miſer, *Ibid.*

legi in autographis libris,

Tum igitur ego deruncinatus

à runcina quæ ſerræ genus eſt, vt cenſent critici, & ῥυγχάνη græcè dicitur, verbo non inſcita tranſlatione, ſed verè comica vſurpato. At verò illud, *Inde porro ibis in latomias lapidarias*, ſic accipito, vt nomen latomiarum ambiguum ſit, cùm & eo nomine carcer intelligatur, & locus vnde lapides exciduntur, quem ſignificauit lapidarias addendo diſtinctionis gratia. Veteres cùm vehementius & violentius vel arctius tenebantur pellebantur trudebantur exclamare ſolebant, hæc vis eſt: Plautus, *Capt. Sc. Inijcite hanc.*

Vis hæc quidem hercle eſt, & trahi & trudi ſimul. *Ibid.*

Suetonius in Iulio, *deinde clamantem, iſta quidem vis eſt.* *Cap. 28.*

Catullus emendatus, tabulæ lucelli & dati, Mamurra, liminis tabella, pinguis Vmber, æquinoctialis furor. CAPVT VIII.

POTESTNE cuiquam eſſe probabile à Catullo lepidiſſimo & politiſſimo poëta ſpeculum eſſe appellatione imaginoſi vocatum, & terſiſſimum ſcriptorem huiuſmodi nominatione vocabuli contra conſuetudinem ſuam vſum eſſe? Nam ſi ſpeculo eam attributionem adiungeret, certè probari poſſet: verum pro rei vocabulo adiectionem poſitam vſurpatamque eſſe ab eo, credibile non eſt. quid igitur reliquum eſt? nempe, quod frequentiſſimum in antiquis libris vt locum intactum integrumque non eſſe ſuſpicemur, cùm ita ſcribitur,

—nec rogare Qualis ſit ſolet hæc imaginoſum. *De Acme epig. 39.*

ſed in vocabuli huius vicem quam vocem ſubſtituemus? non vnam ſed duas, *imago naſum.* irridet enim eo epigrammate decoctoris Mamurræ amicam, quam turpiculo dicit eſſe naſo. ſi igitur, inquit, hæc imago rogaret & conſuleret naſum qualis eſſet; ſibi formoſa non videretur, nec milia decem poſceret. ſed ex eodem poëta quædam addemus ad caput pertexendum, *Vos qui milia multa baſiorum*

Ad Aurelium epig. 16. *Legiſtis, malè me marem putaſtis.*

ſuſpicabantur malè virum eſſe Catullum qui tantùm baſiaret, nec virili libidine vteretur: quaſi ſpado aut eunuchus eſſet, aut obſcœniore libidine molliorique captus,quam nefas nominare.

Ad Veramium & Fabullum epig. 25.

Ecquidnam, cùm inquit, in tabulis patet lucelli
Expenſum? vt mihi, qui meum ſecutus
Prætorem refero datum lucello:

hanc vt opinor efficit ſententiam: an non in illis tabulis & paginis,in quibus lucrum perſcribitur, pro lucro patet expenſum? vt & mihi accidit, qui lucello, id eſt paginis in quas lucellum refertur, ſcribo datum & expenſum. exiſtimo enim antiquis tabulas quaſdam accepti fuiſſe vel lucri, & quaſdam expenſi vel dati, ad quas reſpexit. præfandum hoc quod ſequitur, *Vt iſta veſtra diffututa mentula:* (In Iulium Cæſarem epi. 27.) honos igitur: ſed nomine illius partis, quæ non poteſt honeſtè appellari, libidinoſiſſimum & nequiſſimum Mamurram intellexit: de quo etiã crediderim illud accipiendum, *mentula mœchatur*: *Et*, *mentula habet inſtar*,dubium enim non eſt quin figurato nomine quempiam perſtringat. is autem qui ſit in hoc in Cæſarem epigrammate declarat, cùm per probrum eodem nomine deſignet. (Epig. 29.) Lydiæ autem lacus vndæ in epigrammate in Sirmionem idcirco dicuntur, quòd aliquando ea loca Etruſci ditione tenuerint, qui latiſſimè imperarunt in Italia ante Romanorum imperium & occupatam à Gallis Galliam ciſalpinam, vt è Liuio notum eſt. (Lib. 21.) At verò liminis tabella fores ſignificat,quæ tabulis & aſſeribus factæ erant: ſic (In Ipſithillam epig. 30.) σανίδας πυκινῶς ἀραρυίας non rarò dicit Homerus. (In Egnatium epig. 37.) *Aut parcus Vmber* malè ſcribi videretur. Petrus quidem Daniel iuuenis literarum amantiſſimus ſeſe in antiquiſſimo reperiſſe lexico ait, locum ita prolatum, *aut pinguis Vmber*. Perſius quoque *defenſis pinguibus Vmbris* dixit. (Saty. 3.) eòdem modo obeſus Etruſcus dicitur, vt & à Marone, (2. Georg.)

Inflauit cùm pinguis ebur Tyrrhenus ad aras.

(Seculari carm. epig. 32.) *Dianæ ſumus in fide Puellæ & pueri integri*: Seculare carmen alternis canebatur à pueris, puellis patrimis & matrimis. In Dianæ ſe fide dicunt & tutela, quòd ope eius quæ Lucina vocatur, vitam hauſerint: & Artemis dicitur quòd ſanos reddat: puellæ etiam ritu Athenienſium initiabantur Dianæ & ἀρκτεύειν dicebantur.

In annales Volu$\!$ſij epig. 34. *Infœlicibus vſtulanda lignis,*

Non abs re dictum eſt. Nam prodigia & portenta, quæque aduerſabantur, lignis infœlicibus cremare ſolebant,vt à Macrobio relatum eſt. (Ad ſeipſum de aduentu Veris epig. 43.) Cæli autem furor æquinoctialis ex eo dicitur, quòd æquinoctij ſydere, vt à Theophraſto & Ariſtotele ſcriptum eſt, maximæ & fœdiſſimæ plerunque

que tempeſtates concitantur. non enim putem æquinoctialem Zephyrum dici, quod tamen nonnulli mutata diſtinctione coacto ſenſu peruincere conantur. Ego verò in Catullo etiam *plumipedes volatiléſque*, quàm plumipedas legerim libentius. In Camerium epig. 51.

Iberici funes, prima ſedilia, ſilentium regere, ſuburranæ canes, marſæ voces.

CAPVT IX.

LVPIS, inquit Flaccus, *& agnis quanta ſortitò obtigit,*

Tecum mihi diſcordia eſt:

Illud ſortitò ex eo dictum eſt, quòd res maximas ſolebant veteres ſorti permittere, vt ſortiri ſolebant tribus, ſortiri prouincias. velut igitur naturæ ſorte, & vt melius quod volo intelligatur, ſortitione quadam mutuas gerant inimicitias lupi & agni, quaſique eas ſortiti ſint, *ſortitò*, Horatius dixit. Ibericos autem funes pro ſparteis in eo admiramur, cùm ait, Od.4.epod. Od. 4. epod.

Ibericis peruſte funibus latus:

at, vt Fabius ait, ineptus & ridiculus ille orator fuit, qui pro ſparto herbas Ibericas dixit, quod tamen Horatij imitatione fortaſſe dicebat. adeo aliud orationi, aliud poëmati decorum eſt.

Sedilibúſque magnus in primis eques. Od. 4. epod.

Equites maioris dignitatis, vt qui tribuni militum erant, aut tribunitij, aut maioris cenſus, ſedebant in primis ſubſellijs quatuordecim ordinum, ſed & ditiores propius ſpectabant, quàm pauperes è plebis cuneis: hinc illud ab Horatio ſcriptum eſſe puto,

Vt propius ſpectes lachrymoſa poëmata Puppi. Epiſt. 1. lib. 1.

Propius enim ſpectat qui in ſedilibus primis ſedet: etſi de equeſtri cenſu accipi poteſt, quem adepti, cùm in quatuordecim ſederent, propius quàm reliqua plebs, ſpectabant. At in proxima oda,

Canidia breuibus implicata viperis Crines, Od. 5. epod.

Non tam mulier eſſe dicitur & fingitur, quàm Acherontis furia.

—ſpargens Auernales aquas, Ibid.

dixit, quòd in veneficijs & magicis ſacris ſimulatos latices Auerni ſpargere ſolerent, vt apud Maronem, 4. Æneid.

Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni.

Spargitur igitur aqua, vt in ſacris, & ſpecies magicis accommodatæ veneficijs, & infœlices arbores inferiſque dicatæ, vt cupreſſi, caprifici ſepulchrales, oua rubetarum ſanguine imbuta, plumæ ſtrigis, herbæ venenatæ Theſſaliæ & Iberiæ, oſſa erepta ieiuno cani adolentur quodam ſacro. At verò, *Inemori ſpectaculo, cùm promineret ore*, eſt mori in ſpectaculo ore prominente. Iam *Interminato cùm ſemel fixæ cibo,* Od. 5. epod. Ibid.

Intabuissent populæ:

valet, cùm desiderio cibi immortuus esset, & contabuisset, eius oculis in cibo ante negato, coram tamen posito semper defixis, fame appetitum prouocante & cibo excitante. sic autem cibi desiderio immoriens enecatur puer, vt in eius iecore & medulla maior sit vis amatorij & philtri ex desiderio cibi. Cæterùm, *Diana quæ silentium regis*, ex ritu sacrorum dictum, in quibus imperabatur à præcone, vt qui aderant linguam pascerent, id est tacerent & linguis fauerent, spectatricem igitur & arbitram magici sacri lunam, cui & silentium tribuitur, vt à Marone,

Ibid.

2. AEneid.

—per amica silentia lunæ,

regere dicit in nocturnis & magicis sacris silentium.

Od. 5. epod.

Latrent, inquit, *suburranæ canes,*

Hîc significat Varum circum cellas meretricum & fornices scortari. Nam in Suburra meretrices erant. Persius,

Saty. 5.

—totáque impune Suburra,
Permisit sparsisse oculos iam candidus vmbo,

Od. 5. epod.

—nec vocata mens tua Marsis redibit vocibus:

Hanc meo iudicio continet sententiam: non te Marsa nænia nec cantione ad me reuocabo, nec mens tua mihi restituetur magico carmine: sed maius quiddam parabo, & ex humanis extis amatorio temperato non vsitata potione te insanum amore mei reddam.

Stoici libelli iacent inter sericos puluillos, humanam vicem apud Flaccum, exquilinæ alites, & quædam alia. CAPVT X.

QVÆDAM sunt, quæ quamuis obscœna flagitiosáque sint, tamen vt intelligantur sunt declaranda, in his præsertim auctoribus quos sæpe tractamus: vt apud Flaccum,

Od. 8. epod.

Quid quod libelli Stoici inter sericos
Iacere puluillos amant?
Illiterati num minus nerui rigent?

Interpretum sententia in medio est, & multo melior illa quidē quàm nostra attamen quia nescio quid aliud hîc mihi placet, me deridendum propinare non verebor. Puto igitur sententiam esse, alium tibi quære amatorem, alium subactorem & admissariū, me tam docto & erudito potiri non potes, Epicureo præsertim & delicato. Nam & Stoicorum libri, quorum philosophorū sentētia seuerissima & durissima est, tamē inter delicias seri corū puluinorū collocari desiderant: vt inde cōiecturā de voluptuarijs epicureis facias, & alijs doctis hominib⁹, quā fastidiosi sint amatores. Quare alium

alium tibi amatorem vide, cumque illiteratum: nisi forte existimas non satis valentes ad res venereas esse indoctos homines. At superiore quadam Oda, *Venena magnum fas nefásque non valent* Od. 5. epod.
Conuertere humanam vicem:

sic interpretor: In veneficijs est quidem magna vis, sed tantum profectò non possunt illa pro hominibus efficere, vt natura æqui & iniqui, vt fas & nefas, vt ius & iniuria mutentur. hoc hominum causa non possunt præstare. Atque id est humanam vicem: vt in epistolis Ciceronis, *Nostram vicem vltus est ipse sese.* Lib. 1. epist. fam. epist. 9. id est, quod facere debuimus, id pro nobis nostraque vice fecit. nam debuimus eum vlcisci, qui sese vltus vltro est. At, *& exquilinæ alites*, Od. 5. epod. cùm ait, eas dicit insepultas proiectum iri extra aggerem in exquilinis puticulis, feris & alitibus laniandas. erat autem antiquis acerbissimum & ignominiosissimum honore sepulturæ carere obijcique feris & alitibus, aut in Tiberim trahi, aut in gemonias scalas. Od. 9. epod.

Ad hunc frementes verterunt bis mille equos,
Galli canentes Cæsarem,

cùm ait, aut *verterunt*, media breui pronuntiandum, vt versus non claudicet, aut *verterint* legendum: Seruius autem lib. 6. Æneid. scribit duo millia Seruius in 6. AEneid. equitum ab Antonio trāsijsse ad Augustum, per quos victoriā adeptus sit. Od. 9. epod.

—cui super Carthaginem
Virtus sepulchrum condidit

Est, cuius sepulchro euersæ Carthaginis titulus subscriptus est. Nam rerum gestarum memoria sepulchrorum elogijs inscribebatur. Silius, Lib. 15. belli Punici.

Hæc Decios stygias Erebi detrusit ad vndas,
Dum cineri titulum, memorandáque nomina bustis
Prætendit.

Et Iuuenalis, *—titulo res digna sepulchri.* Saty. 6.

Hasta velitaris, destinare, damiurgi, scutale, bendidia, diuortia aquarum, mulsum in triumpho. CAPVT XI.

QVÆ inter legendum 38. Liuij librum strictim attigeram & enotaueram, Liuius lib. 38. ea huic etiam schedæ appingam: *Vrbem*, inquit, *ne quam formulæ sui iuris facerent*: vt formula in iure prætorio & ciuili dicitur, cùm certa quadam actione & forma, & verborum certa conceptione aliquid cōprehenditur: ita in ciuitatum imperio & fœderibus iurisdictioneque & ditione formulam inde traductā posuit sanè quàm eleganter, cùm etiam ista certa cautione & lege certoque iure non minus quàm priuata constent. *Ad Argos*, inquit Liuius, *amphilochum*: putem *ad Argos amphilochium* aucto- Ibid.

Ibid. rem ſcripſiſſe, ſed huc mendum inuaſiſſe: vt & *frangi Gallorum opus*, non multò poſt adulteratum crediderim pro opes. *Ingentem vim pilorum, velitarium haſtarum*. Quæ ſunt velitares haſtæ? erant iaculatoriæ, id eſt quibus Ouid. in Ibin. eminus iaculabantur: proinde alijs leuiores: de his Ouidius ita ſcribit,

Vtque petit primo plenum flauentis arenæ
Nondum calfacti velitis haſta ſolum:
Sic ego te nondum ferro iaculabor acuto.

Polybius. Lib. 38. Haſtam velitarem Polybius videtur γρόσφον appellare: quod enim de velitibus huncin modum ſcribit Liuius, *gladijs à velitibus trucidabantur. hic miles tripedalem parmam habet, & in dextra haſtas quibus eminus vtitur, gladio hiſpanienſi eſt cinctus*. Polybius ita Græcè ſcribit, καὶ τοῖς μὲν νεωτάτοις παρήγγειλαν μάχαιραν φορεῖν καὶ γρόσφους καὶ πάρμην. ἡ δὲ πάρμη καὶ δύναμιν ἔχει τῇ κατασκευῇ, καὶ μέγεθος ἀρκοῦν πρὸς ἀσφάλειαν· περιφερὴς γὰρ οὖσα τῷ σχήματι, τρίπεδον ἔχει τὴν διάμετρον. mox ſubijcit, τὸ δὲ τῶν γρόσφων βέλος ἔχει τῷ μὲν μήκει τὸ ξύλον ὡς ἐπίπαν δίπηχυ, τῷ δὲ πάχει δακτυλιαῖον· τὸ δὲ κέντρον σπιθαμιαῖον, κατὰ τοσοῦτον ἐπὶ λεπτὸν ἐξεληλαμένον καὶ συνωξυσμένον, ὥστε κατ᾽ ἀνάγκην εὐθέως ἀπὸ τῆς πρώτης ἐμβολῆς κάμπτεσθαι καὶ μὴ δύνασθαι τοὺς πολεμίους ἀντιβάλλειν. Ita Polybio haſta velitaris haſtili eſt longitudine duûm cubitorū, craſſitudine digitali, ferro dodrātali, ita in tenuitatē & gracilitatē ducto & ſpiculato, vt primo ſtatim iactu neceſſariò inflectatur. à velitari autem & manipulari haſta differebat amētata, quæ grauior erat & maior, & vt maiore impetu torqueretur, habena vel amento media vinciebatur, cui dignitus inſerebatur ad conatum iactus adiuuandū. D. Ambroſius, *Intorquenda eſt amētata illa, non manipularis ſentē-* Liuius lib. 38. *tia. Hoc plura*, inquit, *velut deſtinatū petentibus, vulnera accipiebāt*: deſtinatū hîc videtur eſſe ſcopus, & deſtinare ſcopū deſignare eſt, quē petas: Liuius, Ibid. *Non capita ſolùm hoſtiū vulnerabant, ſed quem locū deſtinaſſent oris*. Eſt & de- Cæſ. lib. 7. bell. Gall. ſtinare quod petis attingere & prendere: Cæſar, *Nam laqueis falces auertebant, quas cùm deſtinauerant, tormenta retrorſus reducebant*. Eſt & mittere, vt Veget. lib. 4. c. 18. tormēto aliquo aut arcu: Vegetius, *Ad maiores balliſtas, malleolos vel falaricas cum incendio deſtinant*. *Et ſub aduentū*, inquit, *conſulis Damiurgis ciuitatū*, Liuius lib. 38. *qui ſummus eſt magiſtratus*. apud Doriēſes, inquit Heſychius, qui publica negotia reſque ciuitatis adminiſtrāt, Demiurgi vocātur, qui ſimiles ſunt ijs, qui ab Atheniēſibus Demarchi vocantur, id eſt tribuni. Peloponneſij autem dorici ſunt generis, quo factum eſt vt Damiurgi doricè Liuius dice- Thucydides lib. 1. ret. Ἐπιδημιούργους appellat Thucydides li. 1. τοὺς τε Ἐπιδημιούργους ἐκπέμπειν. Vbi annotant Ἐπὶ redundare, & demiurgos eſſe phylarchos. ſed verius puto, quod & Liuius & Heſychius ſcripſēre. Opifices autē ab interprete expli- Lib. 38. cari equidem plerunque miratus ſum. Ait Liuius, *ſed triplex ſcutale crebris ſuturis duratum*: ſcutale hîc exiſtimo corium eſſe, cuius loris habena con-

ſutis

ſutis facta erat, ſic appellatum, quòd ex eo genere corij ſcuta conficerentur. Nam, vt apud Polybium eſt, exterior ſcuti facies corio vitulino obducta erat. inquit Liuius, *Conſulatum Idibus Martijs cùm iniſſent, de Rep.* Ibid. *déque prouincijs & exercitibus ſenatum conſuluerunt.* Arbitror de Repub. referre, eſſe ſenatum conſulere quemadmodum Reſpub. in annum adminiſtranda ſit, qui in prouincias mittendi, qui reuocandi, qui exercitus conſcribendi, qui dimittendi, quid domi militiæque agendum, quæ videtur relatio frequens fuiſſe anni principio cõſulibus magiſtratum ineuntibus: Cæſar, *referunt conſules de Rep.* Liuius, *itaque conſulibus nouis, quo die de pro-* Liuius lib. 38. *uincijs & de Repub. retulerunt, ſenatus vtique prouinciam Ligures decreuit. Romanorum*, inquit, *primum agmen extra ſaltum circa templum Bendidium.* Bendis, vt ſcrbit Heſychius, lingua Thracum Diana appellatur, vnde & ben- Heſychius. didia eius feriæ Athenis vocabantur: nam eius ſacra è Thracia adſcita Athenienſes receperant, illiſque ferijs diſſeruit in Pireæo de optimo Reip. ſtatu Socrates, vt à Platone refertur. *Et cætera*, inquit Liuius, *ſpolia eius vrbis ante currum laturus? & fixurus in poſtibus ſuis?* ſolebant enim poſtes Romani ſpolijs hoſtium ornare: Polybius, ἔνιε ταῖς οἰκίαις κατὰ τοὺς ἐπιφανεστάτους Polybius. τόπους πηξάσι τὰ σκῦλα. Maro, 2. AEneid.

Barbarico poſtes auro ſpoliiſque ſuperbi. Iterum, 7. AEneid.
Multáque præterea ſacris in poſtibus arma,
Captiui pendent currus, curuæque ſecures,
Et criſtæ capitum, & portarum ingentia clauſtra,
Spiculáque, clypeíque, ereptáque roſtra carinis.

Sed ne ea quidem ædibus abalienatis licebat emptoribus refigere aut tollere, vt Plinius literis mandat. *Et prope ipſis*, inquit, *iugis ad diuortia* Liuius lib. 38. *aquarum caſtra poſuiſſe*: diuortia aquarum iuga ſunt, vnde in diuerſa aquæ & cœleſtes & perennes diuertunt: Lucanus, Lucanus lib. 2.

Fontibus hic vaſtis immenſos concipit amnes,
Fluminàque in gemini ſpargit diuortia Ponti.

inquit Liuius, *& ad portam Capenam mulſum proſecutis funus dediſſe.* veteres Liuius lib. 38. Romani mulſum in delicijs habebant, & in triumpho milites ab imperatore eo donabantur. Plautus, Bacchidib. Sc. Atridæ duo fratres.

Sed ſpectatores vos nunc ne miremini
Quod non triumpho, peruolgatum eſt, nihil moror:
Veruntamen accipientur mulſo milites.

Ita eo exemplo & more tum Liuius ſignificat Culleonem in Africani funere renouata memoria triumphi eius pileatũ dediſſe mulſum, aut trium- Eodem lib. 38. phi imitatum liberalitatem & imaginem hoc feciſſe.

Aues paſcunt, andruare, acus, aurum vnde, arbitrium, arbitrarium, aquarij, atta, ambrices, & quædam alia in Feſto.

CAPVT XII.

Mihi librum primum Feſti percurrenti quædam in mentem venêre, ex alijs auctoribus & è Feſto occurrêre, quæ commentationi huic inſererem. ſtatim initio ſcribit, auguſtum locum ab auium guſtatu eſſe dictum quibuſdam videri, quia aues paſtæ id ratum fecerint. id arbitror de tripudio ſoliſtimo intelligi, cùm pullarius auibus offam dabat. Nam ſi paſcerentur, bonum augurium erat, ſi non paſcerētur, malum. *Claudius pulcher,* inquit Suetonius, *apud Siciliam non paſcentibus in auſpicando pullis, ac per contemptum religionis mari demerſis, vt biberent quando eſſe nollent, prælium naualе inijt ſuperatúſque eſt.* & Aſconius ſcribit dici ſolitum magiſtratum ineuntibus, aues paſcunt. Cicero de diuinatione, *dicito ſi paſcuntur. Affecta,* inquit, *fœmina vel in bonam partem dicitur, velut honorata: vel in malam, quaſi ad extremum periculum adducta:* hæc mihi ſcribere videtur ad illum Plauti reſpiciens locum, qui in Rudente extat,

In Tib. Cæſ. c. 2. — *In 3. contra Verr.* — *Lib. 1. de diuinat.* — *Feſt. lib. 1.* — *Sc. Quis eſt qui tam proteruè.*

Accipiam hoſpitio ſi mox venies veſpere

Item vt affectam. Ambactus, vt ait, lingua gallica dicitur actus: & ambactus ſeruus mercenarius, vt circumactus dicitur. Hanc vocem vſurpauit Cæſar commentario ſexto, *ita plurimos circum ſe ambactos clientéſque habet.* Ambacti autem erant apud Gallos qui ſe nobilibus in ſeruitutem dicarāt, quòd circum illos acti eſſent. In lexico Latino Græco, cuius mihi copiam optimus & eruditiſſ. iuuenis Petrus Daniel fecit, ambactus ſic explicatur, ambactus δοῦλος μισθωτὸς, ὡς ἔννιος. ita ab Ennio hoc vocabulum Cæſar mutuò ſumpſit. *Annus,* inquit, *ex græco venit quem illi ἔννον dicunt, & quod nos triennium, illi dicunt τρίεννον.* Hæc ſic in Feſti codice reſtituenda cenſeo, vt & *ægrum ex græco ἀνιγρὸν appellatur. Aurum* inquit, *dictum eſt quia præcipuè cuſtoditur. græcè enim ὠρεῖν cuſtodire dicitur.* Hanc lectionem videor iure affirmare poſſe, cùm accommodatiſſima ſit, non quæ obtinuit. Iterum *andruare eſt recurrere: à verbo græco ἀνδραμεῖν venit.* id autem erit ἀναδραμεῖν. cùm acus originem perueſtigat, & è Græco ducit, lego, *totum autem ex Græco ſermone trahitur, quod ſarcire apud illos ἀκέσασθαι dicitur.* ſic apud eum lego, *angulus à Græco ἀγκύλον venit, ſiue ab eo quod eſt ἐγγύς.* non aſſentitur Feſtus Tullio, nec Varroni, qui inter æditimum & æditimum nihil intereſſe cenſent: ſed & M. Tullius in æditimo timum productionem vocabuli cenſet: pro intimo Feſtus accipit, cuius hæc ſunt verba. *Æditus ſacræ ædis tutor, id eſt curam agens: æditumus ædis intimus:* quanquam non ſatis apparet an ſignificatione diſtinguat, quæ notatione diuidit. lego etiam hunc in

Feſtus lib. 1. — *Cæſ. lib. 6. belli Gall.* — *Feſtus lib. 1.* — *Ibid.* — *Cic. in Topic.* — *Varro lib. 6. de ling. Lat.* — *Feſt. lib. 1.*

in modum illud, *attauus quia atta eſt aui, id eſt pater, vt pueri vſurpare ſolent* Nam quod tata ſcribunt, id verò tale eſt, vt ex eo tatauus non atauus formari debeat. cùm autem atta auum ſignificet, vt Feſtus in verbo attin explicat hãc enim vocem eſſe iunioris ad ſeniorem honoris cauſa tanquam ad auum refert, tamen pueri attam pro patre dicere ſolebant. Putant iuriſconſulti nullum eſſe verbum latinum quo ſententia arbitri vocetur. Itaque ipſi verbum cuderunt laudum, vt verè dicam illaudatum. Ego arbitrium poſſe dici arbitror: quo auctore? nempe Feſto, cuius hæc verba ſunt, *Arbitrium dicitur ſententia, quæ ab arbitro ſtatuitur: Arbitrarium autẽ cùm adhuc res apud arbitrium geritur.* proinde incerta eſt & dubia controuerſiq́ue iuris, & in voluntate poteſtateq́ue & arbitrio alterius: quo factum eſt, vt Plautus certum arbitrario opponeret, quod inuito aliquo & ingratijs futurum eſſet. *Hoc quidem profectò certum eſt, non arbitrarium.*

Ibid. *Ibid.* *Amphitr. Sc. 1.*

Lego in Feſto, ambrices regulas eſſe non tegulas, id quod ſenſus ipſe declarat, ſed & Francorum lingua, quæ articulo addito tabellas quibus lacunaria texuntur, aut ædes obducuntur lambrices vocat, quod cùm ſit ædes lambricari pro ambricari dicit. *Aquarij ſunt*, inquit, *impudicarum mulierum ſordidi aſſeclæ.* Hinc puto hanc ſignificationem manaſſe, quòd aquarij dicebantur qui aquam in ædes portabant, qua plurima egent ad balneum ſeq́ue eluendas mulieres: apud Plautum meretricula dicit,

Feſtus lib. *Ibid.*

Aggerundáque aqua ſunt viri duo defeſſi.

Pœnulo Sc. Negotij ſibi qui volet.

hac occaſione amorum internuntijs ſolebant eis vti: hinc Iuuenalis,

—veniet conductus aquarius:

Saty. 6.

Septimius Florens, *primi erunt lenones, perductores, aquarioli, tum ſicarij, venenarij, magi.* Aquarioli autem per diminutionem ad contemptum vt in viliſſimis & omnium viliſſimi ipſi dicuntur. Lampridus in Commodo, *Aquam geſſit, vt lenonum miniſterijs probroſis natum magis, quàm ei loco crederes, ad quem fortuna peruexit.* Nos addito m, macarios appellamus: reperi & in lexico Latino Græco aquarium ὑδροφόρον eſſe, & aquariolum βαλανέα: ſed & baccarionem πορνοδιάκονον.

Tertull. *Lampridius in Commodo.*

Præfatus diuos apud Maronem, territare, alterna fortuna, Camilla, & quædam alia in Marone explicata. CAPVT XIII.

Maro libenter poëmati ſuo Romanos mores interſerit, & eis opus diſtinguit ſuum & ornat: ac, vt mihi videtur, decus opimorum ſpoliorum Æneæ tribuit 11. lib. cæſo Mezentio, quæ & Marti Gradiuo dicari facit in trophæo: ſic enim canit,

Æneid. 11.

Mezenti ducis exuuias, tibi magne trophæum
Bellipotens,

Harum rerum obſeruatio & ingenioſum oſtendit poëtam, & poëma eruditione commendat: ſic cùm ait,

Ibid. *Præfatus diuos, ſolio rex infit ab alto,*

Morem antiquorum expreſſit, qui ante quam verba in ſenatu vel concione facerent, deos precari ſolebant, vt & qui apud Chriſtianos religioſiſſimi ſunt, facere hodieque ſolent. Nec hoc de antiquis illis exordijs interpretandum cenſeo, quibus orationes auſpicari ſolebant veteres oratores: *Deos immortales iudices precor, deáſque omnes*, Sed de precatione, quam facere antequam concionarentur, aut in ſenatu loquerentur, ſolebant. Id ex ea concione intelligi poteſt, in qua Gracchus occiſus eſt, de qua ſic Cornificius ſcribit, *Cùm Gracchus deos inciperet precari: curſim iſti impetum faciunt*, id eſt, cùm antequam populum alloqueretur & concionaretur, deos precaretur. at eo lib. *—& cælum territat armis*,

Lib. 4. ad Herenn. c. vlt.

Lib. 11. Æn.

deſiderandi ſenſu & ſignificatione audio, vt ſit, cælum deoſque terrere velle videtur. Fortuna verò alterna eſt, quæ alternis his & illis fauet, quæ varia & incerta eſt, vt ἀλλοπρόσαλλος ab Homero Mars dicitur, quod vocabulum propè eſt, vt putetur exprimere Maro voluiſſe. inquit Maro,

Ibid. *—matríſque vocauit*

Nomine Caſmillæ mutata parte Camillam.

Lib. 3. Saturn. cap. 8. Scio quàm eruditè de Camillæ nomine argutetur Macrobius, & quàm è recondito originem eius repetat: ſed mihi verſum Maronis conſideranti longè alia ſententia animo ſurgit & inceſſit. mihi enim videtur Maro innuere Camillam à Caſmilla deduci detracta litera: quod cùm ita ſit, Camillam vt Camœnam eſſe exiſtimabo, vt Caſmillam Caſmenam. Nam quæ à Latinis poſtea Camœnæ vocatæ ſunt, ante à caſcis priſciſque Latinis Caſmenæ, vt Varro ſcribit, dicebantur. Muſarum autem & Camœnarum, virgini quamuis bellatrici non erat indecorum gerere nomen. Cùm autem ait, *—haſtáſque reductis*

Lib. 6. de ling. Latin.

Lib. 11. Æn.

Protendunt longè dextris

Habitum hominis in procinctu haſtam tenentis, & manu retrorſum ducta eam librantis parantiſque mittere ſub oculos ſubiecit: & cùm inquit,

Ibid. *—cælumque obtexitur vmbra,*

miſſis vndique telis & ſpiculis, æmulatus eſt Laconis dictum, qui cùm Perſes hoſtis in colloquio diceret, ſolem præ multitudine ſagittarum non videbitis: *In vmbra*, inquit, *igitur pugnabimus*. At verò Tyrrhenus & Aconteus aduerſis vulneribus ſe confodiunt & interimunt, vt Arruns & Brutus in hiſtoria Romana. Nam eoſdem gaudet operi ſuo caſus intexere. Herminius etiam apud eum nudus pugnat, vt Gallos olim ſolitos eſſe pugnare à Polybio ſcriptum recordor. ita velut pictura eſt eius poëſis. & fugiẽs

Cic. 1. Tuſc.

Lib. 11. Æn.

Camilla

Camilla Parthorum more in auerſum arcu conuerſo ſagittas mittit. Cæterum qui Eumenius in omnibus appellatur editionibus, eum Euneum Seruius & Donatus appellant. Hæc inter legendum nobis occurrerunt, quæ & huic paginæ pro depoſito commendauimus, quod nobis aliiſque ſeruaret. *Ibid.*

Animi agnitio, temeritate fortius, apud Ciceronem.

CAPVT XIIII.

QVÆTIONEM de natura Deorum Cicero pulcherrimam ad animi agnitionem eſſe ſtatim eius diſputationis initio prædicat: ſed cur id dicat parum attendere plerique videntur. & ſunt qui agnitionem, cognitionem accipiant. Quid enim eſt cognitu pulchius, quàm quid deus ſit tenere & noſſe. hoc alijs diſplicere animaduerto, vt M. Antonio Mureto, quem vt eius elegantia & doctrina meretur honoris hîc cauſa appello, atque is ſanè quàm eleganter agitationem animi legit. Ego ne, vt ita dicam, aſymbolus ſim, & ipſe aliquid comminiſcar, cui pro ſuo merito pretium erit. Quid enim ſi Cicero intelligit noſtros animos Deorum teneri cognatione, vt & Stoicis videbantur? vt, ſi eorum ſtirps & origo diuina ſit, diſputatio de natura Deorum præclara omnino ſit ad cognoſcendam animi naturam & præſtantiam. Nam & lib. 1. de legibus ita loquitur, *Ex quo illud efficitur, vt is agnoſcat deum, qui vnde ortus ſit quaſi recordetur & agnoſcat.* Legi tamen in veteri libro ad animi cognitionem, & vehementer probaui. Sed quid eſt quod ait *cauſam, id eſt principium philoſophiæ eſſe ſciẽtiam?* Conueni aliquando qui hinc abeſſe neſcio quid putaret, & aliquid ſuppleret, in contrariumque ſenſum conuerteret, & inſcientiam inſcientiſſimè legeret. Ego ſcientiam defendo, & exiſtimo ſignificari veram philoſophiam non in hominum philoſophorum diſcrepantibus opinionibus poſitam & conſtitutam eſſe, ſed in ſcientia certaque cognitione, & ſine ea eſſe nõ poſſe. Nam tanta inter eos varietas & diſſenſio eſt, vt appareat ſine certa quadam ſcientia philoſophiam extare non poſſe, nec philoſophos eam eſſe artem conſecutos, cuius nomine vocantur. Itaque cùm à ſcientia abſint, ad quam etiam perueniri Academici non poſſe dicunt, & cùm in tanta diſſenſione conſtituti ſint, vt quidam ineptiſſimas ſententias de Dijs immortalibus ferant, tanta varietas magnum argumentum habet ſine ſcientia verique cognitione & comprehenſione philoſophiam eſſe non poſſe, & eos à philoſophia, qui opinionibus nitantur, plurimum diſtare. Meritò igitur cùm eſſe ſine ſcientia philoſophia non poſſit, & ad ſcientiam non poſſit perueniri, Academici ab aſſenſione ſe ſuſtinent & cohibent: vel potius dicit omnes ad ſcientiam peruenire conari, & ad eam

Lib. 1. de nat. deor.

Cic. lib. 1. de legib.

Lib. 1. de nat. deor.

omni

omni ſtudio eniti, ſed cùm diuerſa ſentiant, meritò Academicos ſententiam ſuſtinere ſuam, ne temerè aſſentiantur. Nam temerarium eſſet incognito falſóve aſſentiri. Ait autem Cicero, *Quid enim eſt temeritate fortius?* Hic fortius puto eſſe inconſideratius & vehementius & impotentius, quodque magis impetu cæco fortuito turbidoque rapiatur, ſic fors fortuna dicitur, quæ magnam vim imperiumque habet, & temeraria eſt: & à Cicerone ſcribitur, *ſemper Aiax fortis, fortiſſimus tamen in furore*, quòd eſſet eius vehementiſſimus & acerrimus impetus.

Lib. 1. de nat. deor.

Tuſcul. 4.

Exceſſère omnes adytis, peplum ferebant, amplectit ſimulachra, Iupiter herceus. CAPVT XV.

OMNES ferè ſciunt quid ad illum Maronis locum,

2. AEneid.

Exceſſère omnes adytis, ariſque relictis,
Dij quibus imperium hoc ſteterat:

de deorum euocatione, quæ ſolemni carmine fiebat Romano more Macrobius ſcribat: ſed cùm ad eam fortaſſe non reſpexerit Maro, quis improbum cenſeat, ſi quis quid poſt veteres auctores conetur afferre, quod nihilo deterius poëtæ ſenſum explicet. Reperio in Græcorum commentarijs, proditum à poëtis antiquis eſſe cùm Troia excidio propinqua eſſet, viſos eſſe deos è ſuis templis ſua exportare ſimulachra. Æſchyli interpres, εἴρηται δὲ καὶ ἐν ξοανηφόροις σοφοκλέους, ὡς οἱ θεοὶ ἀπὸ τῆς ἰλίου φέρουσιν ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ἑαυτῶν ξόανα, εἰδότες ὅτι ἁλίσκεται. Auctorem igitur interpres ille eius rei laudat Sophoclem, qui in fabula ſimulachriferis, deos induxit ſuis humeris ſua gerentes ſimulachra. Sed & AEſchylus apertè planeque dicit vrbes, quæ capiuntur, à ſuis hominum opinione dijs deſeri: ἀλλ' οὖν θεοὺς τοὺς τῆς ἁλούσης πόλεως ἐκλείπειν λόγος. hæc cùm ſcripſiſſem, animaduerti Muretum eadem ſcribere in lectionibus varijs, & gauiſus ſum, in eadem ſententia illum eſſe. itaque quod iam ab eo dictum erat, ex hac pagina nolui delere, ratus non mihi fore indecorum, in his non eſſe me hallucinatum, quæ tam ingenioſus vir vidiſſet. Nam ſi quis me hæc furatum calumniabitur, conſcientia fretus, talem ſuſpicionem facilè contemnam. Ex eiuſdem poëtæ interprete & illud Maronis declarare nitemur, non ſatis ab explicatoribus Latinis enarratum,

Lib. 3. c. 9.

AEſchyli interpres.

Sophocl. ſimulacrif.

1. AEn.

Crinibus Iliades paſſis peplumque ferebant.

quod idem & ab Homero ſcribitur. magnis autem in periculis deos precantes & obſecrantes, eorumque fidem & opem implorantes, etiam veſtibus ornabant, illo cultu fauorem numinis emere ſe credentes: interpretis verba ſunt, παρετίθεσαν γὰρ καὶ πέπλους, καὶ ἐνέδυον καὶ πέπλους τὰ ἀγάλματα. AEſchylus, πέπλων καὶ στεφέων πότ', εἰ μὴ νῦν, ἀμφὶ λιτὰν ἕξομεν. Peplum igitur

AEſchyli interpres.

tur Troianæ mulieres ferunt, vt ea veste Mineruæ simulachrum induant, & deam propitiam habeant. Solebant & in magno discrimine & metu desperationeque salutis amplecti deorum simulachra, vt apud Maronem scriptum reperimus,

—diuûm implexæ simulachra tenebant. 2. AEn.

Idem ab AEschylo etiam esse scriptum recordor, πότερα δῆτ' ἐγὼ πολιπέσω AEschylus. βρέτη δαιμόνων. Iterum, ἀκμάζει βρετέων ἔχεσθαι.

ait Maro, *Ædibus in medijs, nudóque sub ætheris axe* 2. AEneid.

Ingens ara fuit, iuxtáque veterrima laurus.

hîc ab eo describitur Iouis Hercei ara, quæ in medijs ædibus in impluuio erat sub dio Græcorum more: Athenæus, ὅμηρος δὲ τὴν αὐλὴν ἀεὶ τάττει ἐπὶ Athenæus li. 5. τῶν ὑπαιθρείων τόπων, ἔνθα ἦν ὁ τοῦ ἑρκείου ζηνὸς βωμός. Existimo autem in illa ara Hercei Iouis, ad quam Priamus occisus fuit, sacratum fuisse ignem peruigilem & perpetuum, ideoque Maronem scripsisse,

Sanguine fœdantem quos ipse sacrauerat ignes. 2. AEneid.

Placet & addere Vegetij sententiam de quodam libri secundi loco à nobis tentati superiore commentario,

Inspectura domos venturáque desuper vrbi? Ibid.

sentit enim eleganter Maronem de equo Troiano, vt de machina oppugnatoria loqui, quæ muris vrbis editior sit, & altior, & veniens desuper sit oppidanos oppressura: verba sunt Vegetij, *Præterea partem muri ad quam* Lib. 4. c. 19. *conatur machina accedere, cemento atque lapidibus, postremò tabulatis extruendo faciunt altiorem, ne defensores mœnium desuper vrbi ventura posit opprimere.*

Vexillum tollere & proponere, detrahere naues, Berones.

CAPVT XVI.

VEXILLVM imperatores habebant penes se in tabernaculo: & qui delectum olim habebant, in arce ponebant: cùm prælium erat etiam committendum, proponebatur tollebaturque vexillum, vt in libro de bello Alexandrino, *Quod vbi conspexit, celeriter vela subduci, demitti antennas iu-* Lib. 4. de bel- *bet, & milites armari, & vexillo sublato, quo pugnandi dabat signum, quæ pri-* lo Alexãdrino. *mæ naues sequebantur, idem vt facerent significabat.* Cæsar lib. 2. de bello gallico, *Cæsari omnia vno tempore erant agenda, vexillum proponendum, quod* Cæs. lib. 2. de *erat insigne, cùm ad arma concurri oporteret, signum tuba dandum.* Vexillo igi- bell. Gall. tur pugnandi dabatur signum & in repentino tumultu prælij inopinati, ad arma concurrendi. Tollebat & signum, quod vexillum erat, qui rapidè celeriterque milites contrahebat. Maro,

Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce Extulit. 8. AEneid.

Tollitur signum ad præsidium comparandum & spem ostendẽdam confirman-

Cic. pro M. Marcel. firmandosque animos. Cicero pro Marcello, *& his omnibus ad bene de omni Rep. sperandum quasi signum aliquod sustulisti.* In illo autem commentario belli Alexādrini detrahere naues est è mari in littus eas trahere, quòd mare altius sit quàm breue littoris vadum, deorsumque ex alto & pelago in vadosa littora deduci videantur. καθέλκειν tamen Græcè, quod eandem notionem ostendit, est quod Latini deducere dicunt, è littore scilicet in mare nauim ad nauigandum detrahere, cui contrarium subducere, quod illi ἀνέλκειν dicunt. Verba autem commentarij sunt, *Quibus de causis naues, quas potuit, Cæsar ad terram detraxit, quem in locum illos succeßuros non existimabat.* est igitur in eo commentario detrahere non è littore in mare trahere, quod deducere dici solet, sed è mari in littus appellere & applicare, quod Græci κατάγειν dicunt. Berones eo in commentario qui sunt? & nomen esse populi Aquitaniæ ferè conuenit: sed eius populi nulla vsquā mentio est. quid igitur si Bigerones scribamus? Nam prætermissio vnius syllabæ quàm in facili sit & procliui norunt omnes. Sed vt hoc caput suo fine concludam, neque diutius leuibus eius obseruatiunculis lectorem morer, melius in serijs rebus horas collocaturū, cùm scribitur in eo commentario, *Capta est vna hostium triremis, depreßa altera, deinde omnibus epibatis nudatæ,* quod leue sanè erit, admonebo legendum videri, *duæ omnibus epibatis nudatæ.* Illud enim *deinde* & sententiam confundit & lectoris mentem conturbat.

(Margin notes: Lib. 4. de bello Alexandr. — Ibid. — Ibid.)

Sequius, nihilo deterius, funalis equus, astici ludi & attici, tumentes oculi, exerere principem, Thrascipolis, schema, pridie sortitionem, antlia.

CAPVT XVII.

In Tiberij vita quædā mihi animaduertisse videor, quæ etsi leuia sunt, tamen non indigna iudicaui, quæ hîc intexerem, vtcunque hominibus placitura sint, qui plerunqne libentius quod malignè carpant quærunt, quàm quòd beneuolè laudent. *Multa*, inquit Traquillus, *multorum Claudiorum egregia merita, multa etiam secus admißa in remp. extant.* etsi nihil hîc habeo quod hanc dictionem culpem, tamen sequius quod reperi, non possum dissimulare. Sic & Varro apud Nonium loquitur, *Non modo absens quicquā sequius de te cogitabit, sed etiam ruminabitur humanitatem.* Nam sequior pro deterior dici non est perinde infrequens, quod à sequendo reor deduci: deteriora enim sequi, meliora præcedere solent. proinde etiam posterior pro deteriore poni etiam alicubi annotamus. sed & nihilo deterius, quod insolentius videri possit, pro nihilo secius apud Asconium legi: *petebat*, inquit, *nihilo deterius consulatum.* sequitur, *Pannonico Brencos & Dalmatas subegit*, hanc lectionem potius, quàm veterum librorum auctoritatem sequor,

(Margin notes: Cap. 3. in Tiber. — Varro apud Non. in Ruminare. — Suetonius c. 9. in Tiber.)

quor, in quibus Brennos lego. Nam Breucos & Plinius asserit, & Dio *Lib. 3 c 25.* confirmat lib. 55. *Dio lib. 55.* Brencos reperio in Strabone. *Strabo lib. 7.* Horatius, Breunos nominat, sed fortasse alios: *Breunósque veloces & arces. Etiam*, inquit, *virgo vestalis fratrem iniussu populi triumphantem.* *Horat. lib. 4. od. 14.* Cicero pro Cælio non fratrem, sed patrem appellat. *Tranq. c. 2, in Tiber.* reperio etiam Lucio Numatio Planco in vetere libro: Munatiũ tamen appellat Dio, quod & verius videtur. *Cic. pro Cælio.* funalis equus dicitur qui extra iugum est, & iugali opponitur: is ζευραῖος & σειραφόρος à Græcis dicitur. *C. 5. in Tiber, cap. 6.* pro Actiacis ludis atticis reperio, sed & asticis. Actiaci ludi fiebant in memoriam Actiacæ victoriæ, de quibus Maro,

Actiáque Iliacis celebramus littora ludis. *3. AEneid.*

Attici tamen ludi essent, vt & astici (nam satis constat Athenas astu appellatas fuisse. hinc in Isocratis vita scribitur διδασκαλίας ἀστικὰς καθῆκεν ἐξ) *Plutarch. in vita Isocratis.* similes illis, qui olim panathenæis & liberalibus Athenis fiebant. in ludicro autem Troiæ, cuius hîc meminit, turmæ erant duplices, vna minorũ puerorum, altera maiorum. Sueton. *ductor turmæ puerorum maiorum. Et tumentibus*, *Cap. 6.* inquit, *oculis prosequutus est*, hæc lectio assertione indiget, propterea quòd in dubiũ vocatur à doctis. ego tumentes oculos accipio, velut erumpentes è capite & prominẽtes, quòd in ea penitus defixi essent, quomodo χωλοιδόοντες à Theocrito dicuntur. *Theocritus* lego supra, *Atta Claudio gentis principe.* *Tranquill. ca. 1. Tiber.* Attæ autem vocabãtur, qui propter vitium crurum vel pedum plantis insistebant & terram magis attingebant quàm ambulabant. lego autẽ, *quod inter Italiam regnúmque Noricum*, non intra: *Tranquill cap. 16.* sed & pro, *vehiculorum onera*, reperio *vehiculatorum onera.* *Ibid.* itaque quamuis illud non improbem, tamen quidni hoc etiam defendere posśim? pręsertim cùm vt nauiculator, sic etiã vehiculator dici probè posśit: pro *Batione pannonio*, Batonẽ restituo, *Cap. 20.* tum veterum librorum adstipulatione, tum Dionis approbatione adductus. *Dion lib. 55.* Græca sic reperio, ἐμοὶ καὶ ταῖς μούσαις καλὰ στρατηγῶν. *Tranq. ca. 21.* reperio etiam ἄριστε στρατηγῶν, vt sit optimè imperatorum. mox quoque pro ῥαθυμίαν inuenio non ineleganter ἀπροθυμίαν. *Ibid.* Illam autem meritò laudatam, & in omnium ore versari solitam Tiberij sententiam, *Cap. 32.* boni pastoris esse tondere pecus non deglubere, paulò aliter extulit Dion, κείρεσθαί μου τὰ πρόβατα, ἀλλ' οὐκ ἀποξύρεσθαι βούλομαι, *Dion. lib. 57.* quod est tonderi pecus meum volo non radi. *Paulatim*, inquit Tranquillus, *principem exercuit*, *Cap. 33.* aliquantò elegantius est principem exeruit, vt in bonis libris, quod est exeruit vim principatus, & se principem ostendit. non multò post, *vxorem pridie sortitione ductam*, *Cap. 35.* non satis intelligo, arbitrorque legendum pridie sortitionem, vt pridie Calendas dicimus: significat enim eum vxorem dimisisse postridie quàm sortitus est prouinciam, quam pridie duxerat. Nam è sortitione cùm amplisśimas speraret diuitias, vxoris vt pauperis contubernium despicere

F cœpit.

Cap. 37. Dion. lib. 55. Cæs. 2. de bello ciuili. Cap. 43.

cœpit. Trasypolis thrax, Rhescuporis à Tacito, Rhascuporis à Dione, quod & verius puto, vel Thrascuporis, Rhascipolis secundo Cæsaris de bello ciuili cõmentario vocatur. pro, *exemplar imperatæ scenæ*, lego imperatæ schemæ. Nã schema schemæ à Latinis dicitur. hîc forma concubitus significatur. Quin & impetratæ codices optimi habent, vt forma ea concubitus & complexus significetur, quam à portentosis illis & extremæ libidinis hominibus impetrarat imperator, qui hiantib⁹ & auidissimis oculis talem impuritatẽ spectabant. sed & *domum se abripuit*, malim quàm *corripuit. vnde nota in atellanico exodio*: in optimæ fidei libro reperi *mora in atellanico exodio*: atque vtrunque defendi videtur posse, illud quòd notatus infamiæ sit Tiberius obiecta oris obscœnitate: hoc quòd histriones id de Tiberio intelligentes & tractim pronuntiantes, aut etiam iterãtes, attulerunt moram exodio, quam etiam histrionũ moram secuta est mirifica populi affẽsio. Exodia autẽ quæ sint, explicat Aristoteles in arte poëtica: sunt enim ea quæ præter argumentum inseruntur fabulis. Ergo cùm histriones fabulas Romæ agebant, vt tragœdias, interponebantur scenæ quædã extra argumentũ, quæ à iuuentute agebãtur, exodiaque vocabantur, quemadmodum Satyra Græca actioni Grçcarũ fabularum olim interponi solebat, vt ex Horatio notum est: ea autem exodia postea conferta attellanas fabulas fecêre. *Quam non amicorum, sed Græcorum appellabat*: quanto melius *gratorum*, vt in veteribus exẽplaribus? Gratos enim ab amicis hîc distingui accipimus, eosque intelligimus, quos etsi non in amicis numerabat, iucũdè tamen & libenter videbat, cùm eorũ consuetudo ipsi grata esset. sed & *vna modò liberalitate ex indulgẽtia vitrici prosecutus*, cur non hominibus doctis probem? nec multò post, *Quibus tamẽ interdum & egere & vti solebat, regi videretur. Tulit & perindignè actum in senatu.* infra est *vno ex ijs equestris ordinis viro & in latomiam condemnato*. Plurimũ hinc deuortit vetus scriptura, *& in andiam condemnato*, quem repræsentare malui quàm prætermittere, vt hæc quæ huius loci incubatrix est, eijciatur possessione: quanquam de Andia nihil quicquam legi, sed occurret sagacioribus fortasse & doctioribus ex his tanquam vestigijs, quod commodè reponant. Nam Pandatariæ veniebat in mentem, & Ænariæ, sed & insulæ Diæ: sed his coniecturis errantibus & vagis parum confido. reperi tamen pro andia tandem in alio nobilissimo & vetustissimo libro antliam, quam germanam scripturam reor, vt eum in sentinam nauis damnatum vel haustum aquæ intelligamus, quæ antlia trahebatur. Infra, *relegauit Cinariam*: ea est quæ Cynara à Plinio vocatur Sporadum vna. Audiui qui Cinyriam vrbem Cypri emendandum vel Ænariam putarent, qui audiendi non sunt. reperio in bonis libris πηλὸν ἅιμαλι πεφυραμένον· quod haud paulò melius

Margin notes: Cap. 45. Ibid. — Aristot. in arte poëtica. — In arte poëtica. Cap. 46. — Ibid. — Cap. 50. — Cap. 51. — Cap. 56. Lib. 4. c. 12.

lò melius eſt, quàm quod receptum video. Illa etiam ſic lego, *Quid ſcribam vobis P. C. aut quomodo ſcribam, aut quid omnino non ſcribam hoc tempore, Dij me deæque peius perdant, quam quotidie perire ſentio, ſi ſcio.* lego infra, *conqueſtio de Lucij Cæſaris morte*, vt nepotis Auguſti Lucij Cæſaris deploratam ab eo mortem carmine putemus. Lego etiam *imitatus Euphorionem & Rhianum*, non vt vulgò Arrianum. Nam Rhianus poëta nominatur à Suida, eiuſque hodie multi extant verſus in Stobæo. Cap. 57. Cap. 67. Ibid.

Arietinum oraculum, mutitare, cephalæa, ſtrues, fertum, ſphærita, præter propter. CAPVT XVIII.

ARIETINVM oraculum refertur à Gellio vno verſu contextum, *Peribo ſi non fecero: ſi faxo vapulabo.* Id cur Arietinum dicatur, qui quæret, nodum in ſirpo non videbitur quærere. ego arietinum putem vocatum ob Iouem Ammonem, cuius oracula exploratæ indubitatæque fidei habebantur. Is autem ſpecie arietis, vt ſatis notum eſſe confido, colebatur. Cuidam autem oraculum Iuppiter Ammon, ita anceps ediderat, vt vtruncunque faceret malum haberet: peribis videlicet ſi non feceris, ſi feceris vapulabis. *Qui ludis Megalenſibus*, inquit Gellius, *mutitarent, id eſt, mutua inter ſeſe conuiuia agitarent.* cur illud mutitarent, quod & infrequens & inſolens verbum, & in nullorum ferè ſcriptorum decuria repertum, id ſignificet, non dubito quin quærant, qui Gellij libros peruolutant. Ego mutuitarent ſcribendum cenſeo, vt mutuitare ſit mutuo conuiuia agitare: minimè audacem & impudentem exiſtimo viſum iri, contraque verecundam & pudentem tam exiguam immutationem. ſic apud Marouem, Lib. 3. c. 3. Lib. 2. c. 24. 1. George

Mutuáque inter ſe læti conuiuia curant.

Mutitare tamen quidā retinent, quod epulas inter ſe mutarēt, & viciſſim conuiuia conuiuijs. Elegi apud Gellium extant antiquiſſimorū poëtarum ita dulces, vt mellis ſuauitatem, ita elegantes, vt delitias orationis Latinæ præ ſe ferant: ſed eò tamen minus hominibus amœni, quòd nonnihil eluxati ſunt. non enim ſatis intelligi commodè poſſe arbitror hunc verſum,

Iſtam non potis eſt vis ſæua extinguere venti, C. 9. lib. 19.

quod ſi legas, *Iſtam nam potis eſt vis ſæua extinguere venti,*

maculam qua nitidiſſimi verſus maculoſi & infuſcati ſunt ſuſtuleris. Non ſatis etiam elucet ſententia in hoc verſu,

Cuſtodes ouium videre propaginis agnum.

Qui, vt opinor, genuinæ reddetur ſententiæ & elegantiæ, ſi legas, Ibid.

Cuſtodes ouium, teneræque propaginis agnûm. Ibid.

lego etiam, *Quid ſi non interdixem ne illunc fugitiuum*
Mitteret ad ſe intro. In verſu

 Enniano,

[Cap. 10. lib. 19.] Enniano, *Incertè errat animus, præter propter vitam viuitur,* quid eſt præter propter vitam viuere?nimirum non ſoli inſeruire vitæ,ſed multa conquirere quæ non deſiderat vita, ſed ſuperuacanea ſunt, & voluptuaria, minimeque neceſſaria: quibus tamen occupati impeditique tenemur, cùm eis plus temporis & ſtudij, quàm rebus ſerijs & neceſſarijs [C. 20. lib. 10.] plerunque impendamus. Verſus quoque Lucillij cùm clauſula apud Gellium in ſuos artus ſic redibit, *Abdomina thynni Aduenientibus priua dabo, carmen & cephalæam.* [Captiuis Sc. Iupiter ſupreme.] vt autem cephalæam dixit Lucillius, ita & Plautus ophthalmiam: ille carnem capitis intelligit, hic oculis vicinam oculoſ[C. 17. lib. 10.]que. Conturbati ſunt etiam apud Gellium Laberiani verſus de Democrito, quos tamen facilè diſtinguet, qui modulum ſenariorum tenuerit: in quibus hos ſic lego,

Sic ego ſplendore fulgenti pecuniæ
Volo elucificare exitum ætatis meæ.

id eſt me ſenem luce priuare, me priuare oculis. Scribit Gellius, *& quod* [C. 15. lib. 10.] *vitrica ſurculum de arbore felici habet.*Idem arbitror hîc alijs vſuuenire quod mihi, vt in hoc vocabulo ſtupeant quod non intelligant: non multũ operæ ſumam in iſta voce enodanda, quam nullam in lingua Latina eſſe puto, potiuſque legam,*& quod in tica ſurculum de arbore felici habet:*vt & pan[Ibid.]lo antè, *dialis quotidie feriatus eſt*: non feſtatus eſt, vt inoleuiſſe video. Ibidem lego, *neque apud eius lecti fulcrum capſulam eſſe cum ſtrue & ferto*, non ferro,vt obtinuit.ſtrues autem genus eſt libi,cuius in ſolo tracta farinacea multa, velut toruli aut digiti, ordine ſtructa & ſerie coniuncta ponebantur: velut in ſphærita ſphæræ & globuli multi in ſolo placentæ ponebantur. fertum à ferendo interpretatur Verrius, quòd ad ſacrum ferretur:alij ferctum dicunt, vt libi genus ſit, quod intus aliqua re farciebatur, quod [Feſtus lib. 17.] genus etiam hodie faciunt, *Strues*,inquit Feſtus, *genera liborum ſunt,digitorum coniunctorum non diſsimilia, qui ſuperiecta pannicula continentur.*

Vitrea toga, impluuiata veſtis, luuit in præterito, laboſus, lanignus.

CAPVT XIX.

VESTIBVS tenuis textus & pellucidi olim vti cenſorium penè opus erat: certè probro & infamiæ id dabatur. Eas autem veſtes, quod ritu vi[Varro apud Non.]tri tranſlucerent, vitreas etiam appellatas fuiſſe legi. Varro modio, *iſtorum vitreæ togæ oſtentant tunicæ clauos.* antè vitreum in colore poni dicebamus ceruleo & glauco: hic pelluciditatis non coloris ſignificatio attenditur. Nonius impluuiatam veſtem apud Plautum interpretatur fumoſo ſtillicidio implutam, qui color mutinenſis dicitur, omneſque eruditi vno conſenſu in eam ſententiam vadunt. ſed mihi diligentius excutienti

& inſpi-

& inſpicienti Plauti locum, ea interpretatio in dubium venit. verba eius ſubſcribam, *impluuiatam vt iſthæc faciunt veſtimentis nomina Vt impluuium induta erat.* videtur enim ſignificare à ſimilitudine impluuij veſti nomen eſſe factũ. vt enim vites impluuiatæ, ſic & veſtis impluuiata de ſimilitudine impluuiorum dicetur, quæ ea figura eſt, vt quaternata id eſt quatuor quadrata lateribus vndique corpus ambiat, quæ forma eſt impluuiorum in cauædijs. luo in preterito non tantum lui, ſed etiam, vt apud Nonium reperimus, luui apud veteres faciebat: ſic pluui dixêre, & multa eiuſdem generis, vt fuuit, pro fuit, quod & apud Comicos reperitur: Lucillius, [Epidico sc. At at tacete.] [Non. Marcell. in Nefantia.]

Tantalus qui pœnas ob facta nefantia luuit.

veteres à labe laboſum dixerunt. Lucillius,

Præterea omne iter hoc eſt laboſum atque lutoſum.

Ijdem, vt ab abiete abiegnum, à larice larignum, ſic à lanio lanignum pro lanionio formarunt: Varro, *hoc interuallo primum forenſis dignitas creuit, atque ex tabernis lanignis argentariæ factæ.* hæc ex Nonio ſumpta ſunt. [Apud Nonium de mutata declinat.] [Varro de vita populi R. apud Marcell. lib. 2.]

Pares, impares, apud Horatium, naris obeſæ, naris acutæ.
CAPVT XX.

Cvm Horatius ſcribit, [Od. 11. epod.]

Ingrata ventis diuidat
Fomenta, vulnus nil malum leuantia:

puto eum intelligere amoris curas & ſolicitudines anxias, & ſuſpiria & lachrymas & querelas & obſequia erga amicam, & cogitationes & moleſtias, quas animo fouebat, quas ſi virili quadam ira in præcordijs æſtuãte dimiſerit, præſertim ingratas nec vulnus amoris ſedantes aut leuantes, cùm eis nihil proficiat nec amica potiatur,

Deſinet, inquit, *imparibus certare ſummotus pudor.* [Ibid.]

me, inquit, paulò inuerecundius geram, nec ita pudenter ſummittam amicæ, ſed eam aſpernabor deſinamque ſectari imparem neque redamantem. impares enim in amore appellantur, cùm mutuò non amatur, ſed alteri amanti alter vicem non reddit, neque animum mutuum: contra cùm mutuò inter ſe pariter amant, pares dicuntur. Horatius, [Od. 15. epod.]

Et quæret iratus parem. Iterum,

—cui placet impares
Formas atque animos ſub iuga ahenea
Sæuo mittere cum ioco. [Od. 33. lib. 1.]

Atque hic locus planè & apertè oſtendit vnde pares & impares dicãtur. Nam cùm ad aratrum iungi parium virium pariſque magnitudinis iumenta armentaque debeant ſolum vertenti, euenit vt cùm ſub iugum imparia

mittuntur animalia, ſulcus rectus non ducatur, & ab altero iumento alterum opprimatur, aratioq́ue inæqualis ſit. Non longè hinc,

Od. 12. epod. *Quid tibi vis mulier nigris digniſsima barris?*

de anu deformiſſima dicitur & turpiſſima, fœdiſſimiſq́ue & nigerrimis, digna amatoribus, quales erant Romæ Barri:

Saty. 7. lib. 1. *Si ſennas*, inquit Horat. *Barros vt equis præcurreret albis.*

& alio loco, *Barrus inops magnum documentum.*

Saty. 4. lib. 1. Nam non perinde placet de elephanto, qui & barrus Latinè dicitur, intelligi: quod ſi placet, tot enim interpretum conſenſum vereri decet, cùm elephas animal ſit inconditum, incompoſitum, informis molis, turpiſſimum & deformiſſimum ſpectaculum, dignam tali deformitate amatoris
Od. 12. epod. intelligemus ait Horatius, *nec naris obeſæ.* qui enim naſi ſunt acutioris, melius odorari & ſagaciores intelligentioreſq́ue cenſebantur: vt alio apud
Saty. 3. lib. 1. Flaccum loco, *—acutis naribus horum hominum rideri poſsit.*
Erat autem mulier fœtidiſſima & hircoſa. contra qui naris obeſæ, deterius olfacere, tardiores minuſq́ue intelligentes eſſe putabantur. tradunt enim iſta mutuas operas, & inuicem lucem alterum alteri fœnerat. Non fuit magni negotij iſta ſic explicare: ſed tamen minus ingenioſis moleſtiam fortaſſis exhiberent. eorum autem potiſſimum rationem noſtris, vt ita dicam, comitijs habemus.

Horatius in Epodis explicatus, iuſiurandum iacto in profundum ſaxo.

CAPVT XXI.

PERTÆSVS bella ciuilia Horatius idem Romanis faciendum eſſe
Lib. 1. putat, quod à Phocæis factum Herodotus retulit, vt ſolum patrium infelix & nefactum perpetuo mutét exilio, omni ſpe reuerſionis impoſterum ſublata, & execratione dira penitus adempta. Deligi autem exilio cenſet oportere inſulas fortunatas, quas in Oceano eſſe commemorauit antiquitas, & aperuit ætas noſtra, ſuo tamen nomini non reſpondere reperit. ſed remotiſſima & diſtantiſſima ſupra fidem efferre ſemper ſolemus, dum vel nobis noſtra non ſatis placent, vel operæpretium feciſſe volumus videri, qui longam profectionem ſuſceperimus, ne ſi conſueta loquamur, de nihilo fruſtraq́ue peruagati & peregrinati fuiſſe videamur. Cōſilium autem migrandi in eas inſulas cepit Horatius, ni fallor, è Sertorij conſultatione. Nam cùm Sertorius de mercatoribus, qui in Oceano nuper nauigarant, de illis audijſſet inſulis, pacem quietemq́ue deſiderans conſilium cepit in eas migrandi, ſecedendiq́ue procul ab omni tumultu & bello & domi-
Plutarch. in Sertor. natione tyrannidis. Plutarchus, ταῦτ' ὁ Σερτώριος ἀκούσας ἔρωτα θαυμαστὸν ἔσχεν οἰκῆσαι τὰς νήσους, καὶ ζῆν ἐν ἡσυχίᾳ τυραννίδος ἀπαλλαγεὶς καὶ πολέμων ἁπάντων.

Flaccus,

Flaccus, *Petamus arua diuites & insulas.* Od.16.epod

addit Flaccus eadem Oda,

Quæque carent ventis & solibus ossa Quirini, Od. 16. epod.
Nefas videre, dißipabit insolens.

etsi opinio erat Romulum in cælum fuisse raptum: tamen illis assentitur qui sepultum Romæ post rostra dicebant, aut in suo templo: sepulchra autem violari cineresque eorum dissipari sceleratissimum omnium putabant. Maro, *Nec patris Anchisæ cineres manésque reuelli.* 4. Aeneid. Subijcit,

Sed iuremus in hæc: simul imis saxa renarint Horat. Od.16.
Vadis leuata, ne redire sit nefas. epod.

Sanctissimum olim in græcia iusiurandum erat, & execratione grauissima deuotioneque confirmatum, cùm se deuouebant suaque capita execrabantur, si sacramentum, quod conciperent, violarent, contraque facerēt, priusquam saxa, quæ in aquam iaciebant, sponte leuata supernatarent. Herodotus libro primo, ἐποιήσαντο ἰσχυρὰς κατάρας τῷ ὑπολειπομένῳ ἑωυτῶν τοῦ στόλου· πρὸς δὲ ταύτῃσι καὶ μύδρον σιδήρεον κατεπόντωσαν, καὶ ὤμοσαν μὴ πρὶν ἐς Φωκαίην ἥξειν, πρὶν ἢ τὸν μύδρον τοῦτον ἀναφανῆναι. Herodotus lib 1. Idem & apud Sophoclem fit in Antigone, Sophocl. Antigone.

ἦμεν δ' ἕτοιμοι καὶ μύδρους αἴρειν χεροῖν.

Eiusque interpres ait, massam ferri sumebant iurabantque firma fore pacta conuenta, dum ea massa appareret, quam in profundum abijciebant, vt æterna religione iurisiurandi pacta deuincta essent. Callimachus, Callimachus.

Φωκείων μέχρισκε μένῃ μέγας εἰν ἁλὶ μύδρος.

Sed cùm μύδρον massam ferri interpretentur, Horatius vel saxum intellexit, vel pro ferro saxum summutauit.

Repentini homines, genus dicendi oppidanum, obrussa, citò.

CAPVT XXII.

DICTVM Antimachi refertur in Bruto, sed cuius è deprauatione obsolescit gratia, vt epularum quæ malo quodam conditæ sunt sapore, aut fœtent. sic ergo scribitur, *Plato enim mihi vnus instar est omnium me illum*: ego non diu suspensum tenebo lectorem, nec meæ sententiæ quicquam præfabor. Lib. de claris orator. tantum dicam, suspicari me legendum, *instar est omnium illorum.* Nam nec sine argutia dictum erit, neque frigebit. non longè hinc scribitur, *aut si auditor omnino tanquam equus non facit*: quod sine omni Ibid. gratia leporeque dictum videtur, sed & variè explicatur: ego ne quem reprehendam, qui satis ipse pecco, vt censores potius fatigare debeam, quàm in alijs censendis me occupare: puto facere verbum esse circense, quod ex eo apparet, quia factiones, quæ à faciendo nomen adeptæ sunt,

in circo quatuor erant:& in lusu pilę factores etiam Plautus dicit. Equum igitur puto non facere, qui aurigæ non paret, nec in curriculo corripit spatium, nec adiuuat in partem ad victoriam, sed segnis & ignauus est, nec sentit stimulos, nec aurigam audit. Eo in libro oppidanum genus dicendi, oratio est non vrbana nec elegans nec nitida, sed velut vicana & municipalis aut castellana, quòd in oppidis, vicis, castellis, municipijs non tã integrè incorrupteque, quàm in vrbe loqui solerent. Sed & homo repentinus ibidem dicitur, homo nouus, qui subitò repenteque in hominum cognitionem, famã, commendationemque peruenit: sic autem scribit, *Ignoti homines & repentini, quæstores celeriter facti sunt, oppidano quodam & inconditio genere dicendi.* Iam obrussa cùm sit exploratio & probatio perfectionis, & nota auri atque argenti, eleganter à Cicerone scriptum eodem libro est, *& adhibenda tanquam obrussa, ratio*: hodie quam obtrusa edunt inemendatè: placet etiam cum obrussa. Nam *cum* in *quam* facilè potuit degenerare breui discrimine: atque hoc verius puto. Sputatilica quod ibidem legimus, etsi corruptam & affectatam vocem deprauatam esse non magni refert, tamen in lib. veteri inueni Sputatilitica equidem nec multò post reperio, *omni ornatu orationis tanquam veste detracto*: hodie *detracta* excudunt, sed illud alterum à me positum orationis emendatio desiderat. Vt τάχα, quod citò est Græcis, plerunque fortasse valet: ita Ciceronem citò vsurpasse video in eodem Bruto: *sed neque verbis aptiorem citò alium dixerim.* Iterum, *quem tu non tam citò Rhetorem dixisses quàm, vt Græci dicunt, politicon.* Hæc cursitantes per Cic. disertissimum librum annotauimus, & alijs, etsi exilia & exigua, voluimus tamen esse nota.

Quædam in Lucretio emendata, tandem, impetus, corruere, filum, species.

CAPVT XXIII.

Lucretius li. 5. IN Quinto Lucretij quædam excutere lubet. proxima via est prima & propinqua: *via*, inquit, *qua munita fidei*

Proxima fert humanum in pectus templáque mentis.

Tandem, est perpetuò: *Tandem in eodem homine atque in eodẽ vase maneret*

Cùm autem legatur, *Nanque ita multa modis multis primordia rerum,*

Ex infinito iam tempore percita plagis:

Scribendum puto, multimodis, quod aduerbium antiquum est. Nam multis, quod mox subsequitur, plagis adiungitur: ac si quid refert, ita vt posui, in vetustis libris reperitur. Impetus est magnitudo:

—quantum cæli tegit impetus ingens.

& eodem libro, *Aut hominem tanto membrorum esse impete natum:*

Id est, tanta magnitudine & mole & vastitate membrorum. At verò,

Corruere

Corruere hanc rerum violento turbine summam,

Eſt ſimul illam totam penituſque proruere & diſijcere, collabefactare, & collabi facere. Iam ſcribo,

Quod procul à vera nimis eſt ratione repulſum,

editur, *—à vera eſt animi ratione:*

non tam commodè vt exiſtimo. lego etiam,

Propterea quòd erant grauia & perplexa coibant
In medio, atque imas capiebant omnia ſedes.

Hodie edunt, *in medióque imas*: quod, ſi quis ſenſum conſulat, non ita facilè interpretatur eam, quam poëta animo complectitur, ſententiam.

Forma quoque hinc ſolis debet luménque videri,

Edititium eſt & peruulgatum, ſed pro lumenque libri habent reconditi *illúmque*. igitur adiuncto vno elemento, quod longa ætate exoleuit, lego *filúmque*, vt lineamentum ſpecieſque intelligatur. ſic minimum filum mox appellat minimam ſpeciem: *ſpecie confuſa videntur, Quam minimum filum:* & perparuum filum exiguam exilemque ſpeciem & lineamentum,

Perparuum quoddam interdum mutare videntur,
Alterutram in partem filum.

Iam ſuperiore carmine, *loca fulgent*, ſignificat loca illuminantur. Verſum autem illum,

Aut vbi de longo curſu ſol extima cæli Impulit,

non intelligo, vt mea inſcitia ingenua ſit in confitendo: ſed cùm afferre videatur velle hanc cauſam tenebrarum nocturnarum, quòd ſol vbi ad occidentis metam peruenit, exhauſto lumine & efflato igni reſtinguitur: pro *extima cæli*, *vltima cæli* libentiſſimè legerim. Atque ita ſcripſiſſe Lucretium ſuſpicor: certè veſtigia ſcripturæ veteris licet fugientis & conturbatæ quiddam tale referre & oſtendere videntur. Species etiam eſt Lucretio cernendi actio ipſa, quæ Græcè ὅρασις dicitur, vel potius cernendi ſenſus, vt cùm ſcribit,

Denique eam partem, quæcunque eſt ignibus aucta,
Ad ſpeciem nobis vertit.

Id eſt, oculos noſtros verſus, πρὸς τὴν ἡμετέραν ὄψιν. legendum etiam puto,

Hinc illinc vt non ſic par vis eſſe potis ſit,

cui emendationi ſuffragantur vetera volumina. Lego etiam,

—nec robora ſumunt
Corporibus, neque proijciunt ætate ſenecta.

Nam proficiunt, quod excuditur, diuerſum explanat ſenſum, non quem effari poëta ſtudet.

Tegere

Tegere latus, comes exterior, interior, auis alba, auis nigra, scribere notis, scribere sermonibus, stilum vertere. CAPVT XXIIII.

Saty. 5. lib. 2. VISNE *tegam spurco Damæ latus*, sermonum secundo scribit Horatius, quod quidem illic ab Horatio fingitur ab Vlysse, vt Heroë indignum, recusari: & Oppius ait, *deinde post Racilium: nam is latus Cassij tegebat, quasi responsum ab eo peteret celeriter dato loco, cùm se insinuasset, sinistra corripit eum, dextráque bis ferit pugione.* his locis velut chirographis aut testationibus, tegere latus intelligimus esse latus sinistrum alterius, qui vel ætate vel honore superior est, claudere: quod qui facit, tanquam pro scuto sit, quo latus præsertimque sinistrum tegitur, latus tegere dicitur: aut vt qui in acie nobis ad læuam adstat, dum scutum ad dextram vertimus, nudum latus sinistrum protegit. Addit & Flaccus,

Oppius lib. 4. de bello Alexand.

Saty. 5. lib. 2.

Ne comes exterior si postulet ire recuses.

Quis hic est exterior comes? nempe qui ad læuam, est? qui locus inferioris est. Nam cùm quicquid agimus ad dextram ferè nos conuertamus, cuius maior est habilitas & agilitas quàm læuæ, fit proinde vt flexus & gyrus sit eius minor & interior, à circi consuetudine, vbi ad metam flectebant in dextram cursum, vnde & dextratio appellata est. Ita dexter qui erat, interiore flectebat gyro, vt læuus exteriore: sed & equus sinisterior ampliorem lustrabat orbem quàm dexterior, itidem & rota: Ouidius ait,

Ouidius 3. Amor. eleg. 2.

Nunc stringam metas interiore rota.

Id est breuiore cursu. nisi si quis dicat interiorem cuique & proximiorem esse dextram partem, exteriorem læuam: indeque exteriorem comitem dici, quod & verius puto. Ouidius dextrum hominem, qui in honestiore loco est, interiorem putauit, cùm qui ad læuam esset, exteriorem vocauit,

Ouidius 5. Fastor.

Et medius iuuenum non indignantibus ipsis
Ibat, & exterior, si comes vnus erat.

Veteres pro fœlicissimo auspicio & omine aues albas ducebant, ac pro miraculo faustissimo habebant. Inde illud Ciceronis in epist. *Quod quasi auem albam videntur bene sentientem ciuem videre.* contra Ouidius,

Lib. 7. epist. familiar. epist. Meinini quod.

Omina non albæ concinuistis aues.

Ouidius 3. Amor. eleg. 11.

sic Æthiopem inauspicatum arbitrabantur, & ex eo dixit Iuuenalis,

Saty. 5.

Et cui per mediam nolis occurrere noctem.

Prodigus, qui sua dilapidat & profundit, ex eo appellatus est, quòd sua foras agat, propellat, & protrudat. nam prodigere est id propriè: atque in hac significatione vsurpatum reperimus, quæ eius vis primigenia est: inde enim factum vt prodigere sit consumere. scribere notis non est compendio quodam literarum verba complecti ad celeritatem, sed quibusdam

dam fictis ſignis comprehendere: idque docebantur pueri, non tantùm ſcribere. Caſsianus enim martyr, qui puerorum ſtilis confoſſus Chriſto animam reddidit, notis ſcribere docuit. Prudentius, περὶ στεφάνων hymno 9.

—magiſter litterarum ſederat,
Verba notis breuibus comprendere cuncta peritus,
Raptímque punctis dicta præpetibus ſequi. Iterum,
Fictis notare verba ſignis imbuens.

aliud enim eſſe notis, aliud literis ſcribere oſtendit Manilius his verbis. Lib. 4. c. 1.

Hic & ſcriptor erit felix, cui littera verbum eſt:
Quíque notis linguam ſuperet curſúmque loquentis.

notis tamen ſcribere opponitur quod dicebant ſcribere ſermonibus: Varro apud Seruium, *in folijs palmæ interdum notis, interdum ſermonibus ſcribebat.* In 6. Aen. Stilo autem ſcribebant in cerata tabella, cuius ſtili pars, qua ſcribebatur, acumen dicebatur. Cicero, *Omnia ſub acumen ſtili ſubeant neceſſe eſt*: altera Lib. 1. de Orat. pars erat obtuſa, qua in cera delebant verba, quæ non placebant, ac ceram rurſum complanabant atque æquabant ad ſcripturam nouam veteri deleta. Prudentius, περὶ στεφάνων hymno 9.

Inde alij ſtimulos & acumina ferrea vibrant,
Qua partè aratis cera ſulcis ſcribitur,
Et qua ſecti apices abolentur, & æquoris hirti
Rurſus niteſcens innouatur area.

atque inde Horatius ſcripſit, *Sæpe ſtilum vertas, iterum quæ digna legi ſint* Saty. 10. lib. 1. *ſcripturus.* Vertit enim ſtilum, qui cùm antè eius acumine ſcriberet, vertit, & alteram ad delendum partem adhibet. Præcipit ergo Horatius inter ſcribendum eſſe ſæpenumero delendum, ſi quis hominum lectione digna ſcribere velit.

ADRIANI

ADRIANI TVRNEBI ADVERSARIORVM LIBER DECIMVSQVINTVS.

Catapulta, ſcorpio, videlicet, pranſum paratum, lacunam facere, elixum calceum facere, menſtrua, ſoluere, infans facinus & nefans.

CAPVT I.

MEDICORVM compoſitiones hoc imitabitur caput, qui ſpecies diuerſiſſimas in vnum miſcēt medicamentum, vt morbum profligent, & cum eo iuſta acie pugnent collatis ſignis, qui non vna manu vinceretur. Nos quoque hîc varia miſcebimus. Videntur tormentorum militarium nomina quorundam, etiam eorum miſsilibus & ſagittis tributa fuiſſe. animaduerti enim catapultam non tantum eſſe tormentum. Plautus Curgul.

Nam illæ ad me catapultæ crebræ commeant.

Sc. Beatus videor. id eſt tela. Eadem in fabula pilum catapultarium vocat.

Quia ego ex te hodie faciam pilum catapultarium,

Atque ita te neruo torquebo itidem, vt catapultæ ſolent.

Sc. Argentarijs male.

Scorpio tormentum eſt bellicum, ſed telum etiam illius tormenti, id eſt quod eo tormento mittitur. Oppius lib. 5. belli ciuilis, *ſcorpione accuratius miſſo, atque eorum decurione percuſſo & ad terram defixo.* videtur enim potius telum quàm tormentum ſignificari: quanquam ſi quis tormentum velit, non repugnabo. videlicet, quod eſt videre licet, vel videas licet, ſuæ originis caſum interdum retinet. Plautus Sticho,

Oppius lib. 5. belli ciuilis.

Videlicet parcum illum fuiſſe ſenem, qui dixerit. Iterum,

Videlicet illum fuiſſe nequam adoleſcentem.

Sc. ita me dij bene ament.

idque eſt tanquam videre licet. Pranſum paratum ſatyræ erat Varronis titulus velut de epulis paratis, atque ſpeciem prouerbij præ ſe fert: ex ea affertur,

Contra coactus ceruus latratu canum

Fertur biſulcis vngulis necem videns.

Apud Non. in n ti & in Hum.

Facere lacunam, eſt humi aquam fundere. Elixos facere calceos, eſt calceos

ceos madefacere, vt in terra vliginosa & lutosa: interdum etiam in aqua calida, vt & balneator Elixus à Martiale dicitur. Varro, *in pauimento au-* [Lib. 3. epig. 7.] *des facere lacunam, & in humo calceos facis elixos.* id quidam putant de huma [Apud Non. in Elixum.] tione dici, cùm satyræ titulus sit ταφὴ μενίππου, & calciati mortui lauarentur. Itaque in Asconio in Milonianam quidam legunt, *vulgus imperitum corpus nudum calciatum:* melius tamen est caldatum, id est calda lotum scribere. & Varronem existimo tantum de calceis aqua madidis id dixisse. Labosus locus dicitur à labe & lapsu lubrico: Lucilius, [Apud. Non. de mutata declinat.]

Præterea omne iter hoc est labosum atque lutosum.

Menstrua soluere, est sacra soluere, quæ mense quoque debentur. Salustius, *Conuentum vitantes ad menstrua soluenda montem ascendunt.* Obstrigilator est reprehensor, [Apud Non. in Galliæ.] ductum à strigilibus, quibus cùm vehementius stringimur, etiam plerunque lædimur. Varro, *æmulum illius artis atque obstrigilatorem.* [Apud. Non. in Quæsti.] mœchocinædum verbo composito finxit Lucilius, contumelioso & infando nomine eos appellans, qui & adulteri sunt & ijdem molles: *Imberbi*, inquit, *androgyni, barbati mœchocinædi.* [Apud Non. in Imberbi.] Puellitari verbum, vt multa alia, Laberius finxit, de ijs agens qui cum vetulis rem habent, quarum naturam eugium canum vocauit. *Quænam mens quæ deliritas vos suppolitores facit cum cano eugio puellitari?* [Apud Non. in deliritas.] Etsi à doctis viris, quæ sint felices arbores quæ infelices scribitur, tamẽ præter ea quæ traduntur, infelicem arborem pro furca & cruce veteres posuerunt, vt, *Infelici arbori suspendito*, apud Liuium & Ciceronem. [Liuius lib. 5. Cic. pro Rabirio.] Vt à pluo pluui reperitur, non tantum plui: sic à luo luui: Lucilius, *Tantalus qui pœnas ob facta nefantia luuit,* [Ad Non. in Nefantia.] quod etsi friuolum est, tamen licet me friuolarium putent, qui fastidiosè omnia contemnere solent. Infans interdum infandus est. Accius, *priusquam infans facinus oculi vescuntur mei*, sic & modo nefantia pro nefandis Lucilius posuit. [Apud Non. in vesci & in infamis.] veniunt suppetias & proficiscuntur suppetias locutiones elegantioris sunt seculi & oris: Oppius, *Oppidísque suppetias profectus est.* [Lib. 5. de bello Afric.] iterum, *nuntiabantur auxilia magna equitatúsque oppidanis suppetias venire.* Sic ex varijs velut licijs & discoloribus hæc mihi tela texta est: sed hæc scribimus ludentes, nec pro serijs legi volumus. Remisso mihi animo opus est, & hilari & à studijs grauioribus libero, quæ animi contentionem desiderant: velutíque ludibundum lectorem istis opto, non supercilij censorij nec patruum sapientis.

Quædam in Cicerone emendata. CVPVT II.

QVOD in alijs editionibus prætermissum membrum fuerat in 1. Philippica, [Philippica 1.] à Mureto doctissimo & politissimo viro reprehensum & repositum est: sic enim alij peruulgarant, *sine quo nec beatus nec clarus esse quisquam*

quam poteſt: ipſe, *nec beatus nec clarus nec tutus eſſe quiſquam omnino poteſt* fatetur tamen in optimis libris ſcriptum extare, *nec vnctus eſſe quiſquam omni poteſtate.* hæc me verba velut properantem gradum ſiſtere coegerunt, cogitationemque in ipſis defigere, ſi fortè quicquam eruere poſſem. Puto igitur Ciceronem ſcripſiſſe, *nec actus eſſe quiſquam omni poteſt poteſtate.* Nam librarius ſcriba, *poteſt* alterum prætérijt geminatione offenſus, quæ tamen neceſſaria eſt: & veteribus ſcriptoribus non inſolita eſt idem ſonantium ſyllabarum duplicatio, quam ſequentium auctorum delitiæ vt inamœnam refugerunt, cùm & voluptati eam antiquos habuiſſe intelligentibus doctiſque compertum ſit. Sic *moles moleſtiarum*, ſtatim initio de
Cic. lib. 1. de Oratore. Oratore ſcripſerat, ſi fides antiquis libris habenda eſt, exoleuit tamen *moles* ſubductum ab audacibus hominibus, & eiuſdem ſoni ſtrepitum horrentibus. In 2. quoque in Antonium, ſi non fallit coniectorem ſomnium
Philipp. 2. ſuum, eo in loco, *qui cùm hoc ipſo tempore ſtent cum gladijs*, ſuſpicor me non malè diuinaſſe quid Tullius ſcripſerit. Nam cùm in veteri libro Muretus repererit, *qui cum hoc ipſumo*: tranſpoſitis elementis leuiterque mutatis, *qui cum hoc peßimo*, legendum arbitror, quod mediusfidius mirificè ſententiæ cõuenit, niſi me ludit animabilis illa inſania, qua noſtra plus æquo nobis probantur & placent, vt & ſimijs ſui catuli. & quoniam hoc capite operam impendimus non tam illuſtrandæ obſcuritati, quàm emendandis vitijs: quanquam & hoc ipſum vel maximè illuſtrat, ſententiæ bonitate pereunte incommoditate verborum & inconcinnitate: in prima quo-
Philip. 1. que Antoniana locum interductu rectè collocato elegantiæ ſuæ reſtituamus multis moleſtum, & non ſatis apertum. Nam à quibuſdam ſic editur, *an ſi cui quod ille promiſit, id erit fixum? quod idem facere non potuit: vt multis multa promiſſa non fecit.* ab alijs, *an ſi cui quid ille promiſit, id erit fixum: quod idem facere non potuit, vt multis multa promiſſa non fecit.* hæc Muretus edidit, qui & ſe negationem traieciſſe non diſſimulat. ego planiorem fore ſententiam, & minus ſalebroſam exiſtimo, ſi hunc in modum legatur, *An ſi cui quid ille promiſit, id erit fixum, quod idem facere non potuit? vt multis multa promiſſa non fecit.* Negat enim ea Cæſaris promiſſa eſſe debere fixa, quæ ille facere non potuit nec perſoluere. facere enim promiſſum, eſt quod promiſeris facere & perſoluere, fidemque tuam liberare.

Vendere ocyma vernæ apud Perſium, & quædam alia.

CAPVT III.

In eo ferè profundo puteo, in quo demerſam Democritus latere ve-
Saty. 4. ritatem putauit, horum Perſij verſuum ſententia occultata videtur celari,

Dum ne deterius ſapiat pannucea Baucis,

Cùm

Cùm bene diſcinčto cantauerit ocyma vernæ.

neque eam, vt poëtæ loquuntur, in dias luminis auras è tam obſcuris latebris proferre poſſe me venditauerim, ſed conatum ſtudioſum & operam gnauam promiſerim, quæ ſi verum attingat, fortunæ potius quàm eruditioni attribuatur, vt ſi aleator venerem iaceret. Ego autem, vt ad rem accedam, magno ambitu verborum pauca elocutum Perſium exiſtimo, vt poëtæ munifici interdum ſunt, & verborum largi & propè profuſi: ſententiam enim puto, eum nõ plus quàm olerariam mulierculam ſapere. olitores enim in abiectiſſimis & contemptiſſimis habebantur, vt prouerbium indicat, *Sæpe etiam eſt olitor valde opportuna loquutus:* Aul. Gell. lib. 2. c. 6.

Mulieresſque viliſſimæ olera vendebant, & per vrbem promercalia clamitabant. ſic Petronius mulierem agreſte olus vendentẽ dixit, & ab Ariſtophane Euripidi mater exprobratur oleraria, id eſt λαχανοπωλήτρια: quin & ipſum σκανδικοπώλην ea de cauſa appellat, quòd ne hortenſe quidẽ olus eius mater, ſed agreſte venderet. Lepos autem quæſitus eſt ex dicacitate muliercularum earum clamantium ſe olera venditare diſſolutis & nequã ſeruis, peculiumque intemperanter diſſipantibus, quaſi eos ſint ad frugem & parſimoniam reuocaturæ. Speciem enim oleris pro genere poſuit: nec tamen ab re fortaſſis ocymum nominauit, quod μισόδουλον Græci ab odio ſeruorum appellare ſolent. Sotion, τὸ ὤκιμον τουτέστι τὸ λεγόμενον μισόδουλον, εἰς οὐδὲν ἔργων χρήσιμον. Sotion. Vt autem, quemadmodum loquitur comicus Plautus, huius capitis inanimento ſupplementum comparem, illud explicabo:

—quantum non miluus oberret, Perſ. Saty. 4.

quod è natura illius alitis dictum crediderim, vago volatu & ingentes gyros in cœlo ſecante oberrantis. Illud item obſcœnum quidem, ſed tamen nubilo quodam obductum, aperiendum:

Si facis in penem quicquid tibi venit amarum. Saty. 4.

Cuius eſt ſententia, ſi quicquid tibi libido ſuadet ſuſcipis, neque ab vlla obſcœnitate abſtines. eſt itaque poſt *facis* interducẽdum, vt dicatur, quicquid tibi venit amarum in penem, ſi id facis: quod eſt, ſi cuiuſcunque tibi libidinis pruritus moleſtus eſt, moleſtaque velut vrtica, morem geris, vt moleſtiam nefanda voluptate depellas. ſic facilior expeditiorque ſententia fuerit, vt docui, interpuncto collocato.

Præmia, præmiatores, gliſces, caue canem, de paxillo ſuſpendere, Pellionis ſupellex, ſculponeatus, bigæ cornutæ, ſimare, ſæptuoſe.

CAPVT IIII.

PRÆMIA dici apud Tibullum legimus, quæ nocturni fures & graſſatores capiunt, *aut rapta*, inquit, *præmia veſte petat*: inde eos præmiatores Eleg. 2. lib. 1.

Apud. Non. in præmiatores. vocatos crediderim à Næuio.

Nam in ſcena vos nocturnos cœpit præmiatores tollere.

Gliſceras menſas, opimas, opiparas, copioſas, & creſcentibus epularum ferculis refertas, à gliſcendo dici de Grammaticis didicimus. Inde etiam gliſceis partem quandam ſuis vocatam crediderim, quæ in edulijs non

Apud Non. in præciſum. contemnendis erat: *Præciſum*, inquit Næuius, *omaſum, pernã, callum, gliſceis, glandia.* Caue canem prouerbij more vſurpabatur à veteribus, cùm quempiam terrere vel arcere volebant: ac ſatyra quædam Varronis hæc inſcriptione erat. Crediderim eſſe natum hoc prouerbium ex metu canum rabioſorum, vel acrium & mordacium. Verba Varronis ſunt apud Nonium,

In Præbitio. *Quòd ea die mea erat præbitio, in ianuam, caue canem inſcribi iubeo.* Cùm, inquit, eo die conuiuium præbere deberem, vt ab aditu mearum ædium deterrerem, qui ad condictum venturi erant, inſcribi iuſſi ianuæ, caue ca-

Ariſtoph. Lyſiſtrata. nem, ne quis ingrederetur. ſumptum eſt à Græcis. Nam apud Ariſtophanem in Lyſiſtrata, ſic ſcribitur, πρός γε μέντοι τὴν θύραν προσαγορεύω μὴ βαδίζειν τὴν ἐμὴν, ἀλλ' εὐλαβεῖσθαι τὴν κύνα. De paxillo ſuſpendere, à ſupellectile tranſlatione notionis ducta, quam ſuſpendere vbi emimus domi ſolemus, ſignificat apud Varronem parare: vt cum Zenonem dicit nouam inſtituiſſe ſectam: proinde quaſi eius ſecta ſit philoſophiæ ſupellex quædã:

Apud Non. in Paxillus. eius verba ſunt, *Vbi dicatur primus Zeno nouam hæreſin nouo paxillo ſuſpendiſſe.* ſic apud Plautum ſupellex Pellionis dicitur palus palo proximus, quòd

Apud Non. ibi. Pellio pauper eſſet, & palos nudos ſine ſupellectile haberet. Et apud Varronem, *Vt nouum cribrum nouo paxillo pendeat.*

Nam ſi quid nouæ ſupellectilis emimus, & nouum paxillum adfigimus

Pindarus od. 1. Olymp. vnde pendeat. Sic apud Pindarũ ἀλλὰ δωρίαν ἀπὸ φόρμιγγα πασσάλου λάμβανε: ſed & apud Homerum in odyſſea. *Simum pecus Nerei*, pro piſcibus, qui quòd naſo carent ea apellatione afficiuntur, dixit Liuius: etſi doctos vidi, qui delphinos intelligerent, quos Plinio auctore ſcimus ſimones fuiſſe

Apud Non. in pecus. vocatos. verba ſunt Liuij, *Tum autem laſciuum Nerei ſimum pecus.* Sculpo-

Apud. Non. in Rurant. neatus, ſculponeis calceatus dicitur à Varrone in Serano, *dum in agro ſtudioſius ruror, aſpicio Triptolemum ſculponeatum bigas ſequi cornutas.* Bigas autem cornutas hîc intelligo iocularitér dici boues duos oratores, quos ad aratrum iunxerat Triptolemus, qui frumenti ſemẽtem mortales edocuit.

Apud Non. in Rumam. Cunina & Rumina deæ duæ obſoletæ illius antiquorum ſuperſtitionis fuerunt, quarum altera puerorum lectulis & cunis, altera mammis quas ſugebant præerat, à Varrone in Catone, vel de liberis educandis memorabantur, quibus lacte non vino fiebat, vt inquit. Sunat, quod in Nonio le-

Apud Non. in Simat. gitur pro deprimit, falſi inſimulo, & ſimat lego, *Simauit taxim ad nares delphinus vt olim.* Mouet eam coniecturã & ſententia, & quòd delphini ſimi

ſunt:

ſunt: vnde & ſimonis nomine eos gaudere Plinius refert. Sepire veteres ambage quadam verborum rem obſcurare, & quadam ſæpe obducere, dixerunt, vt & circunueſtire. Vetus poëta apud Ciceronem, *quandoquidem iſte circumueſtit dictis, ſepit ſedulo.* Vnde & ſeptuoſè pro obſcurè: *Ita,* inquit Liuius, *ſeptuoſè dictio abs te datur.* Sed ſatis inſigniter variatum diſtinctumque hoc caput eſt vocabulis hinc inde corrogatis: verum æquè ſibi ignoſci poſtulat, ac ſuperiora pleraque, quæ in eodem vitio ſunt, ſi vitium eſt, quod ex profeſſo facis, vt alijs plus proſis.

Lib. 9. c. 8.
Li. 3. de Orat.
Apud. Non. in ſeptuſoè.

Fulmenta lectum ſcandunt, longè fugit, qui ſuos fugit, rumpitur anguis, forum diadematicum, internundinum, duellus. CAPVT V.

FVLMENTA lectum ſcandunt prouerbium celebre & vetus fuiſſe è Varrone Nonius tradit, nec explicat tamen. Ego ea adagione exiſtimo ſignificari, quod ſubeſſe debet, præeſſe velle: quod ſubijci, imperare conari. Nam quod lectum ſuſtinet ac fulcit, ſubijci lecto non imponi debet. ſunt enim fulmenta, fulcimēta & fulcra: ſed Nonij verba ſubijciamus. *Fulmentum neutro, vt eſt in prouerbio veteri, quo Varro vtitur ſæpius, fulmenta lectum ſcandunt.* Refertur & à Nonio titulus prouerbialis ſatyræ Varronis, *longè fugit, qui ſuos fugit*: quæ adagio non videtur abludere à Terentiana, *Ita fugias, ne præter caſam*: quod eſt, ita fugias, vt ne nimium longè. nam ad caſam id eſt domum, vbi tutiſſimum cuique perfugium eſt, cùm perueniſti, fugiendi finē facere debes. Opinio fuit apud veteres carmine ſic inflari & diſtendi colubrum, vt diſrumperetur: qua ex opinione dixit Maro,

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. & Lucilius,

Iam diſrumpetur medius, iam vt Marſus colubras
Diſrumpit cantu, venas cùm extenderit omnes.

Forum diadematicum à Varrone appellatum eſt forum illud piſæum, & iudicium, quo victoribus diademata & coronæ tribuebantur: *Piſis,* inquit, *diadematico foro præſtatur virtuti laus: gelu ſed multo ocyus ſenio tabeſcit.* Fuit & opinio olim lupum armis validum, tergo infirmum eſſe: Plautus apud Nonium, *Quaſi lupus ab armis valeo, clunes infractos gero.* ita vt in prouerbialem propè ſententiam, vt ex hoc Plauti loco apparet, abijſſe videatur. vt ex duello bellū factum eſt, è duellijs bellij: ita quoque bellus duellus ab antiquis dicebatur: Titinius apud Nonium, *Lenti calido, duella rapula, rumice.* Nam duella rapula quid aliud eſt quàm rapula bella? internundinum ſpatium quod inter nundinas eſt veteres Latini vocauerunt: vt intermenſtruum quod inter menſes: Varro, *quoties priſcus homo ac ruſticus Romanus internundinum barbam radebat.* Lucilius, *paucorū atque hoc pacto ſi nihil guſtat internundinum.* quod Nonius duobus verbis diui-

Apud Non. in Fulmentum.
Apud. Non. in Eruum & in conuenire.
Terentius in Phormione actus. sc. 2.
Virgil. Eclog. 8.
Apud Non. in Coluber.
Apud Non. in Gelu.
Apud. Non. in Clunes.
Non. in lentē.
Apud Non. in Nundinæ.

ſum internundinum legit. Inorum quod ore caret poëtica dictum eſt licentia à Turpilio de oſtreis. nam ea pars in oſtreis nulla cernitur. *In acta*, inquit, *cooperta age inoras oſtreas*. In multatione antiqua, qua vel ouis vel bouis impendium pœnaque irrogabatur, dicit Plinius non omittendam eſſe legum priſcarum beneuolentiam. Cautum quippe fuiſſe, ne bouem priuſquam ouem nominaret, qui indiceret mulctam. vbi ea beneuolentia legum ſit, multi requirunt. ego in eo quòd antè ouis quam bos nominabatur. Quis enim neſcit leuius fuiſſe ouibus quàm bobus mulctari, qui & maioris æſtimationis ſunt, & aratores in agriculturæ inſtrumento numerantur. ita parcebatur colonis & patribusfamilias, cùm potius oues quam boues impendere cogebantur, & leuiore pœna defungebantur, armentis & iugis non ablatis aut diſiunctis: & vt ouibus & bobus mulctarentur, tamen irrogatio pœnæ à leuiore incipiebat, minorique terrori erat, priore minoris pecoris nominatione.

Apud Non. in oſtrea

Lib. 8. c. 3.

Apud Non. in Oues.

Lyræ lyræ, per tempus obuiam eſt, dare nequam, balliſta, muriatica, penſilis vua, prima cum, victitare ſorbilo. CAPVT VI.

VT in alijs linguis, ſic & in Latina verba quædam ſunt ficticia, vel effutitia potius, quæ nugatorium quiddam ſignificant, tale eſt buttubata: ſed & apud Plautum in Pœnulo lyræ lyræ, hoc in verſu Pœnuli,

Feſt. Pōp. lib. 2. Plaut. Pœnulo Sc. Sæpe ego res multas.

Gerræ germanæ atque ædepol lyræ lyræ.

ſcio quid eruditi horum verborum loco ſubijciant: hæc etiam verba exdecuriari ab alijs intelligo, & in albo lacunam patere: ſed mihi membranarum quarundã perueterum auctoritas fidem facit, lyræ lyræ germanum eſſe, & effutitium vt dixi, quod & antè monui. *Scitum eſt per tempus, ſi obuiam eſt verbum vetus*: vel vt alij legunt, *ſi obuiam it*, quo ſenſu dictum eſt? opinor ſignificari verba vetera, id eſt prouerbia, & ſententias, ſcita eſſe, cùm tempeſtiuè vſurpantur. verbum autem vetus eſt, quod antè Agoraſtocles dixerat, deberi ei libertatem & grates gratias. Nequam veteres vſurpabant pro nequitia & malo, cùm etiam in homine malo & improbo poneretur: vnde iocus Plautinus,

Ibid.

Vin' tu illi dare nequam nunc? Ag. cupio. Mi. en me dato.

Ibid.

Ludit enim hîc ex ambiguo: cum dixiſſet, vin' illi dare malum & incommodare, vt qui reſpondet intellexit: quaſi tamen de ſe improbo ſeruo loquutus, præter expectationem ſubiecit, en me dato, qui nequam ſum. Vt catapulta quæ in tormentis bellicis numerabatur, etiam interdum tragulam vel ſagittam ſignificat, quæ catapulta mittebatur, ſic apud Plautum balliſta tormentum videri non poſſit, vt ſæpe, ſed tormenti telum in Pœnulo, *Cui iam infortunij intenta balliſta eſt probè,*

Ibid.

Quam

Quam ego haud multo poſt mittam è balliſtario.

Quanquam fortaſſe pro tormento non malè accipietur, qnod mitti etiam dicitur, cùm mittuntur ab eo tela. Balliſtarium autem locus eſt, vnde balliſtæ mittebantur. Quæ ſalſamenta ab alijs vocantur, ea & muriatica appellat. *Quaſi*, inquit, *ſalſa muriatica eſſe autumantur.* Iterum, *Sc. Negotij qui volet.*

Scit muriatica vt macerent.

Limare caput in Plauto coniungere Nonius interpretatur: ſed coniungere ex eo ſignificat, quòd qui amatores cum amica caput iungunt, tanquam terunt & limant, ſeſe mutuò fricando dum oſculantur in venere: vetus lexicon ſociare explicat.

Ac vide ſis, inquit, *nunquam cum illa limaui caput.*

Siquidem, inquit, *tu es mecum futurus pro vua paſſa penſilis*: vuæ ſæpenumero ſuſpenduntur, vt paſſæ fiant: etſi alia ratio earum faciendarum eſt. vnde illud Varronis, *penſilia, vt vuæ, ſorba, ipſa oſtendunt quando ad vſum oporteat promi.* Horatius, *Li. 1. de re Rustica c. 68.*

Tum penſilis vua ſecundas, Et nux ornabat menſas: *Saty. 2. lib. 2.*

Quia non iandudum antè lucem ad ædem Veneris venimus, Primæ vt inferremus ignem in aram. In membranis peruetuſtis reperi *Prima cum vt inferremus*, vt ſit prima cum, pro cum prima luce, quod genus loquendi apud Nonium in quodam auctore me legiſſe recordor. In ijſdem membranis erat, *Ego faxo, Si non irata es ninnium pro te dabit.* ſat ſcio ninnium equuleum interdum Græcis ſignificare: ſed puto tamen ſcribendum eſſe, *numulum pro te dabit*, id eſt te pecunia ſua liberabit. ſed & illud ſic lego, *Impias here te, oratorem verberas.* *Plaut. Pœnulo Sc. Negotij.* *Ibid.*

Impias autem valet, impiè facis, & ſcelere te contaminas.

Hem mihi iam videò propter te victitandum ſorbilo,

valet, video mihi propter te vapulandum & gemendum: ſuſpiria enim & gemitus vapulantium imitantur ſpiritum ſorbentium. lego etiam,

Qui bene volunt, bene vis item,

non vt vulgo, bene viſitent.

Atque hic me ne verberet, illum faciat, niſi
Te propitio malè formido,

hanc ſcripturam aſſerimus, quæ adiuuanda eſt geſtu fuſtuario aut virgis vapulantium. illum enim, vapulantem intelligit vel herum plagas in ferentem & infligentem.

Proſecare exta, funditare, lenullus, clauator, condoctus, nec rectè dicere, tecum oro. CAPVT VII.

QVANDOQVIDEM in manus Plauti Pœnulum ſumpſi, ex ea etiam-

Pœnulo sc. Quid nunc mihi es.

num fabella huic libro aliquid aſpergamus.

Maiorem, inquit, *partem minore habitas mea*:

ſic è veteri membrana lego hac ſententia: tibi licet impunè haſce ædes vendere in auctione. maior enim pars tua eſt, minor mea, vt acceſſiuncula mea impedire venditionem legemque mancipij non poſſit.

Sc. Dij illum infœlicitent.

Iratus vetui exta proſicarier.

exta cocta ſolebant proſecare, vnde & proſecta dicebantur: ac partem adolebant, partem conſecrabant, ſacerdotibuſque dabant: partem ſibi apponebant: ſic luſtralibus extis veſcuntur apud Maronem. Tranquillus in Auguſto, *ſemicruda exta rapta foco proſecuit*: Ouidius,

8. Æn. c. 1. Ouid. Faſt. 6.

Inde vbi libauit, proſecta ſub æthera ponit,

Arnobius lib. 2. adu. gen.

Arnobius libro ſecundo, *cùm Romulo Pompilióque regnantibus percocta planè & madida concremarentur dijs exta, nonne ſub rege Tullo ſemicruda cepiſtis, & leuiter animata porricere priſca obſeruatione contempta?*

Ibid.

Lenulle de illac pugna pentethronnica,

Lib. 3.

Offirmato animo aſſero ex illa vetuſta membrana, aliquantum tamen ſcriptura conturbata. Lenullus autem Priſciano teſte diminutiuum eſt lenonis: nunc quidem lenullæ, quod excuſum extat in quibuſdam libris, quis explicat? At ille alter ſenſus diſertus eſt, & Plautina venuſtate tinctus.

Sc. Dij illum in fœlicitent. In 7. Æn.

Eo præſternebam folia farfari, lego, non *proſternebant*, id eſt, ante ſternebam, ne viſcus adhæreſceret. Hîc mihi non placet Seruij interpretatio, qui Farfarum fluuium Italiæ interpretatur: quaſi verò de fluuio ac non de folijs arboris vel herbæ agatur? Eſt enim farferium herba nympheæ non diſſimilis, populi folio, ſed ampliore, quæ ferranum etiam & farfugium vocatur: Apuleio farfaria eſt bettonica. in membranis illis farferi legebatur. *Eos volantes iuſſi funditarier*. Funditarier valet, fundis peti: inde etiam illud, *tantula tanta verba funditat*, id eſt, iactat velut funda. mox etiam lego, *eum necabam ilico*. ſe enim id non alios feciſſe, id eſt ſe volaticos homines interfeciſſe dicit. *Nequicquam hos procos mihi elegi*: procos pro proceribus, vt alio loco annoto, veteres dixêre: ſed hîc irriſionem ſubeſſe puto, quòd ſenes ſint, nec ea ætate qua procos quis ſuis filiabus deligere debeat. *ſi nec rectè dicis nobis*: nec rectè, pro non rectè veteres dixerunt, quod eſt malè: exempla paſſim & apud Plautum & Noniũ extant. *Vinceretis ceruum curſu, vel grallatorem gradu.*

Sc. Dij illum. Sc. Negotij qui volet. Sc. Dij illum in fœlic. Sc. Ita me dij ament. Ibid. Ibid.

Hæc ſcriptura patrocinio & aſſertione Feſti & Nonij nititur: tantum tamen tribuo illis aliquot membranis, quas aliquando habui, vt earum lectionem teſtari & interpretari debeam, *vel clauatorem gradu*: ſunt autem clauatores, qui claua vtuntur, vt qui corynetes eſt vocatus: ſed & calones militum, ligneas clauas ferentes, quod genus hominum & laborioſum &

velox eſt, curſorumque interdum officio fungitur. Is obſecro vos ſenſus idoneus eſt, qui cum irriſu explodatur, an potius qui hilariter excipiatur, cum lepore comico nihil indignum præ ſe ferat?

Fac modo vt condocta tibi ſint dicta ad hanc fallaciam. Sc. Iam tenes præcepta.

M. Quin ædepol condoctior ſum quam tragœdi aut comici:

ſic in vtroque verſu condoctum lego, non conductum, & membranis adſtipulantibus, & fauente ſenſu. Condocti autem comici ſunt, qui fabulam quam acturi ſunt, vna fideliter edidicerunt geſtumque agere ſciunt. oportet enim hiſtriones peritos eſſe, & fabulam quam acturi ſunt ſimul edidiciſſe, antè quàm in proſcenium prodeant, quo niſi fallor reſpexit.

Hodie iuris coctiores non ſunt qui lites creant. Ib d.

Ridiculum dictu iuris coctiorem pro iuris doctiorem dicere, quod vrbanitate comica conditum protulit, ambigui occaſione vſus. nam & ius culinariũ coquitur, & coctus ac recoctus dicitur, qui in re aliqua tyro non eſt.

Qui ſi nihil eſt litium, lites ſerunt,

Ego lites emunt in ſua iura repono. Nam quid conttouerſius & litigioſius eſſe poteſt, quàm lites emere? *Vos quidem hercle cum eo, cum quiqui, tamen & bene & benignè facitis:* alij pro, *cum eo*, magna animi libidine ſcribunt commendo, dum malunt ſua ſomnia quàm poëtæ ſenſa proferre: cùm inquit, qualeſcunque ſitis, tamen benignè facitis.

Et quidem quaſi tu nobiſcum adueniens hodie oraueris.

Nobiſcum orare, pro, nos orare archaiſmus eſt in Plauto non infrequens, ſed ideo notandus ne eius inſolens lector mendi ſuſpicione adductus aliquid moueat loco & deprauet. *Capiti veſtro id quidem*, lego, non capite: Sc. Iã iſtuc ego reuortar. ac optantis eſt, cùm vt aliquid mali in alterius caput expetat deſideramus: ſimile eſt illud Ariſtophanis, εἰς κεφαλὴν σοι.

Hecate vlulata, amor, frons funerea, apud Maronem.
CAPVT VIII.

A NOBILISSIMO poëtarum & facilè principe ſcribitur,

Nocturniſque Hecate triuijs vlulata per vrbes. 4. AEn.

quòd ea dea nocturnis ſacris coli ſoleret, cùm in dijs inferis numeretur, quibus noctu ſacra facere religio antiquorum præcipiebat. veneficæ itaque ei tum operari ſolebant in triuijs, cùm ea τριοδῖτις à Græcis iſta de cauſa vocetur, à Latinis triuia: cum vlulatu autem ei veneficæ ſacra faciebant. Horatius, *Cum Sagana maiore vlulantem.* Apuleius, *ſeu nocturnis vlulatibus horrenda Proſerpina.* Nam Hecate Proſerpina cenſetur. fiebant & ei ſacra in locis ſolis procul ab hominum celebritate, vt ab Apollonio ſcribitur. cùm autem ad ſua ſacra dea aduẽtabat, aut precibus euocata erat, Saty. 8. lib. 1. Apul. lib. 11. de aſino aur.

terra

terra tremere videbatur, audiebantur canes latrantes, thedarum fulgor
Apoll. lib. 3. cernebatur. Apollonius πέριξ δέ μιν ἐστεφάνωντο Σμερδαλέοι δρυΐνοισι μετὰ πτόρθοισι δράκοντες, Στράπτε δ' ἀπειρέσιον δαΐδων σέλας, ἀμφὶ δὲ τήν γε Ὀξείῃ ὑλακῇ
6. AEn. χθόνιοι κύνες ἐφθέγγοντο· Πείσεα δ' ἔτρεμε πάντα κατὰ στίβον. Maro,

Sub pedibus mugire solum, & iuga cœpta moueri
Siluarum, visæque canes vlulare per vmbram.

4. AEn. Amorem eodem libro appellauit Maro philtron, id est medicamentum amorem concilians,

Quæritur, inquit, *& nascentis equi de fronte reuulsus,*
Et matri præceptus amor.

Amor enim de fronte reuulsus est philtron, quod hippomanes vocatur: quod tamen, vt multa alia stulta hominum & credula opinione recepta, vanitatis plurimum habet, nihil veritatis. sed poëtæ erroris propagatores stultas inhærere vulgo opiniones malunt, quàm eripi. Sed enim hippomanes non tam ad restinguendum amorem, quod se facere velle Dido simulabat, quàm excitandum inflammandumque valebat: hîc igitur fortasse reprehendi iure poëta posset. verum huic insimulationi facillimum est respondere. Nam hippomanes medicamẽto adhibitum eam vim habuisset: sed igni mandatum exustumque amorem penitus aboleuisset: quod quidem erat Dido factura. Cùm autem ait,

4. AEneid. *Intenditque locum sertis, & fronde coronat*
Funerea:

de verbenis intelligit, quas sacris adhibebant: sed verbenæ in sacro nocturno erant funereæ, vt è cupressu, non è læta fronde. Hæc ego, quæ indoctioribus fortasse non venissent in mentem, malui perscribere, vt ad intelligentiam poëtæ perueniant, quàm sinere eos in nocturno sacro nocte quadam inscitiæ & tenebris obductos errare.

Horatius explicatur. CAPVT IX.

HIC tanquam in statera nobis appendendi sunt Grammatici & Rhetorum præstantissimus Fabius. Illi, Acro, Porphyrio in Horatiano versu,

Saty. 4. lib. 1. *Cùm flueret lutulentus erat quod tollere velles:*

Quintil. li. 10. c. 1. tollere explicant vno ore, sumere: at Fabius ita scribens, *Ego quantum ab illis, tantum ab Horatio dissentio, qui Lucilium fluere lutulentum, & esse aliquid quod tollere possis putat*: ibi tollere perspicuè sentit esse rescindere de scripto, auferre, remouere vt superuacaneum: vt & alio Horatius loco ait,
Saty. 10. lib. 1. *Plura quidem tollenda relinquendis*: quod est, plura remouenda vt redundantia, quàm in poëmate relinquenda. sed tantum Fabij pondus est, vt terram & maria deprimat, tantum abest vt illa Grammaticorum leuitate

tantum

tantum pondus æquo examine poſſit perlibrari. Venuſtè autem in medium tanquam producit Criſpinum eodem multa ſcribendi verboſè & loquaciter, quo Lucilius, morbo laborantem, & fundentem extemporalem & ſubitam verſuum tumidorum & garrulorum copiam, & omnia in celeritate ſcribendi ponentem. *Criſpinus minimo me prouocat: accipe ſi vis,* Saty. 4. lib. 1. *accipiam tabulas.* Hanc ſcripturam, vt magis dramaticam & comicã, quàm quæ editur, è lucifugis exemplaribus repetitam, in apertum referimus, vt melius prouocatoris exprimatur arrogantia. edititia eſt, *accipe ſi vis, accipe iam tabulas.* Figuratè autem reſpondet Horatius, præclarè ſecum à dijs actum, quòd eorum munere pauca loquatur. Nam quæ breuitas non optatior eſt, quàm tam importuna Criſpini in poëmate ocioſæ orationis profluentia? Quin tanquam poëtices nomine inuidioſus ſit, extenuandi gratia & de inuidia deonerandi ait, ſua ſcripta à nemine legi: & Fannium neſcio quẽ poëtam, cuius libros Romani & armario & capſa, ipſum ima- Saty. 4. lib. 1. gine donarant, præ ſe felicem prædicat: *beatus*, inquit, *Fannius vltro Delatis capſis & imagine.* Vt verum fortaſſe ſit, quod ab interpretibus ſcriptum eſt, hunc orbum diuitemq́ue fuiſſe, & à captatoribus cum imagine eius carmina dicata fuiſſe in bibliothecis.

Lictor ſummouet, lictor fœminæ, omine rato.

CAPVT X.

LICTORES olim ante magiſtratus incedebant non tantum honoris gratia, ſed ad turbam etiam plebis ſummouendam: nec tamen vt multitudinem ſummouere poterant, ita & arcere ac depellere poterant animi curas & moleſtias. Igitur ad illud lictoris officium credo Horatium eleganter reſpexiſſe cùm ſcripſit,

—neque conſularis Od. 16. lib. 2.
Summouet lictor miſeros tumultus
Mentis.

Quo ſignificat honoribus homines non eſſe beatiores, cùm felicitas animi tranquillitate cenſeatur, quam præſtare non poteſt lictor. nam vt ſummouere poſſit hominum turbam, non tamen poterit vitiorum & perturbationum tumultum arcere. Huc pertinent illa Senecæ verba, *maieſtatem* Lib. 5. contro- *læſam dixiſſem, ſi exeunti tibi lictor à conſpectu meretricem non ſummouiſſet.* Ite- uerſ. rum *ſummoue, audis lictor, ſummoue à prætore meretricem.* ſed Horatianum illud minus eſt reconditum: ſenſus ille Plinij magis latet, cùm ſcribit lib. 9. *Cupiuntq́ue iam & pauperes, lictorẽ fœminæ in publico vnionem eſſe dictantes.* Plin. lib. 9. c. eodem tamen modo exponendum arbitror, pauperes fœminas vnioni- 35. bus gaudere, quòd in publico cùm ſunt, ipſis de via decedatur, videanturque

que diuites: vt margarita sit pro lictore fœminis, turbamque summoueat. audio doctissimos viros in alia sententia esse, emptoremque & licitatorem exponere. sed & verbis vim afferunt, & pro arguta elegantique sententia turpem & inelegantem comminiscuntur. Legendum autem illic

Lib. 9. c. 35. puto, *victúmque Antonium pronunciauit omine rato.* cùm autem homine irato reperissem in quodam vetusto exemplari, legendum aliquando credidi *omine nato*: sed in peruetustis membranis, quæ in bibliotheca diligentius asseruandæ sunt, quàm gemmæ in dactyliotheca, disertè planeque scriptum reperi, *omine rato.* nam firmum certumque omen ei factum fuit, ipsum bello Actiaco superatum iri.

Ibid. In ijsdem membranis illud sic lego, *ne triumuiratu suo nimis superbiat Antonius, penè histrioni comparatus, & quidem nulla sponsione ad hoc producto, quo magis refugium fiat.* quo id magis regium erat, est publicatum: & quidem vix est quisquam qui non putet perbellam esse sententiam: mihi planè talis videtur. Itaque tantum abest, vt eam improbem, vt mirificè laudare soleam: sed alteram è ruderibus antiquorum librorum erutam proijcere iniqui iudicaui esse: & ex ea licet elicere sensum idoneum, sponte non aliquo coactu Clodium vniones obsorbuisse. sponsione enim interposita libertas animi videtur tolli, neque vtrumuis licere videtur: & qui sponsione vrgendus cogendusque fuit, refugit, nec libera animi susceptione fecit. refugisse igitur erit, id quod dixit, refugium factum esse.

Dialectici, in ætate, temeritas, existimare, consequi.

CAPVT XI.

CORNIFICIO libro 2. ad Herennium in amphibologia Dialectici non alij sunt quàm Stoici, vt & aliâs sæpe apud Ciceronem: nam quòd diligentissimè rationem disputandi callebant, nomen vniuersum propriũ

Li 2. ad Heren. suumque effecerant. Cornificius, *vehementer,* inquit, *pertinere cognitionem amphibologiarum eam quæ à dialecticis profertur.* Argentario autem tuleris expensum, superuacaneum erat monere legi debere, nisi ita libros omnes *obtuleris* occupasset, vt alterum illud tuleris velut iniqua quadam rogatione expulsum exularet: quod nunc ope nostra beneficioque ab exilio reuocatur. In ætate apud eum in versibus M. Actij, est interdum, genere antiquo loquendi. *Immune est facinus, verum in ætate vtile*: id est interdum tamen vtile est, & conducit: proinde, quia hoc conducibile aliquando est, se amicum castigaturum profitetur. *Nam,* inquit, *amicum hodie meum Concastigabo pro commerita noxia.* Sunt, vt è Pacuuio scribit, philosophi qui fortuna negant miseriam esse vllam, sed temeritate omnia regi: qui in hac fuêre sententia, temeritatem casum esse censuêre, quod Græci τὸ αὐτόματον vocant,

vocant, quæ Epicureorum ſententia fuit. Fortunam autem deam quandam cæcam antè ille, qui apud Pacuuium loquebatur, poſuerat, quæ tametſi inconſideratè omnia permiſceret & turbaret, tamen ſenſu prædita eſſet: at verò caſus incertas quaſdam temerariaſque rerum viciſſitudines nullo rectore gubernatarum, ſed vtcunque res tulit fluitantium cadentiumque ſignificat. Ita altera ſententia nullum imponit mundo rectorem præſidemque quæ fortunam tuetur, adminiſtrationem numini mandat imprudenti cæcoque, ſed tamen ſenſum aliquem habenti. Cæterum cùm eodem lib. ſcribitur, *quæ hoc modo concludentur, aut ex contrario conuertentur:* hoc genus refutandi imprimis firmum intelligit, quod Græci ἀντιστρέφον appellant: de quo, ne longior ſumatur oratio, à Gellio lib. 5. Lib. 5. c. 10. & 11. & lib. 9 c. 16.
diſſeritur. Illud autem paruum dictu quidem, verùm obſeruandum tamen, quia ab aliud agentibus fortaſſe præteriretur, exiſtimari pro æſtimari à vetere poëta in illo verſu vſurpari,

Quid eum accuſem, qui id parui auditu exiſtimet? Lib. 2. ad Her.

hic enim liquidò *exiſtimet*, eſt æſtimet: vt & apud Saluſtium ſcriptorem antiquarium. *Si quirites parum exiſtimaretis, quid inter ius à maioribus relictum vobis, & hoc à Sylla paratum ſeruitium intereſſet.* In Oratione Macri Trib. pl.
Illud autem notandum, *hæc ſi, vt conquiſitè conſcripſimus, ita tu diligenter fueris conſecutus.* Nam Lib. 2. ad Her.
conſecutus, eſt perdidiceris, perceperis, quod Græcè παρακολουθεῖν dici ſolet. ad perceptionem enim referri ex eo patet, quia mox ſubijcit, *tuáque perceptione lætaberis, tu ſcientior eris præceptorum artificio.*

Supponere cultros, quomodo cædebantur hoſtiæ, Maro & Iuuenalis explicantur. CAPVT XII.

HOSTIAS ſolebãt veteres primum ſecuribus cædere aut clauis, deinde proſtratas ſuppoſitis cultris iugulare, idque à miniſtris popis aut victimarijs fiebat, quod ex Halicarnaſſeo intelligimus ita ſcribente, θύειν τότε Dionyſ. Hali-
τοῖς ὑπηρέταις αὐτὰ ἐκέλευον. τῶν δὲ οἱ μὲν ἑστῶτος ἔτι τοῦ θύματος σκυτάλῃ τοὺς κροτάφους ἔπαιον, οἱ δὲ πίπτοντος ὑπετίθεσαν τὰς σφαγίδας. car.
His Dionyſij verbis, vt inſertis in feneſtras ſolis radijs totum conclaue illuſtratur, ſic eluceſcit quod à Marone ſcriptum eſt libro ſecundo Æneidos,

Qualis mugitus fugit cùm ſaucius aram 2. Æn.
Taurus, & incertam excuſſit ceruice ſecurim.

malè enim impactam ſecurim à miniſtro deijcere hoſtiam parante intelligit. alio loco,

Supponunt alij cultros, tepidúmque cruorem 6. Æn.
Excipiunt pateris.

antè enim ſecuri aut claua proſtratam victimam fuiſſe, poſtea iugulatam ſuppoſitis cultris accipimus. eſt enim cultros ſupponere, quod ὑποτιθέ-

ναὶ σφαγίδας dixit Dionyſius, ſub collo & iugulo ponere, quod eſt iugulare: ſed iugulare in ſacris ne dicerent cauebant, cùm ominis mali verbum ſit, & ſacra eſſet vitiaturum inauſpicata voce. ſed & quod diximus, hoſtias antè ſolitas feriri clauis aut ſecuribus à miniſtris, indicat Iuuenalis, qui tamen & ipſe interim lucem accipit,

Saty. 12.

Sed læta oſtendens Clitumni paſcua ſanguis
Iret, & à grandi ceruix ferienda miniſtro.

tamen heroico ritu ipſi, qui ſacrificabant, etiam hoſtias cædebant: quod & apud Homerum facit in fœdere percutiendo Agamemnon, ſic enim ſcribitur,

Hom. 3. Iliad.

ἦ, καὶ ἀπὸ στομάχους ἀρνῶν τάμε νηλέϊ χαλκῷ.

12. Æneid. 6. Æneid.

quod & in fœdere fortaſſe etiam ab Ænea factum eſt & Latino lib. 12. Æneidos, etſi obſcurius id ſcribitur, nec ſatis exprimitur. lib. autem 6. apertè dilucideque ſcribitur,

—atri velleris agnam
Æneas matri Eumenidum magnæque ſorori
Enſe ferit, ſterilémque tibi Proſerpina vaccam.

hoc ego notandum breuiter eſſe putaui, vt ritus veteris notitia ſenſum poëtarum magis hominibus aperiret.

Diſciplinabile, & quædam in Cicerone explicata.

CAPVT XIII.

VERSVS eſt Pacuuianus ex ea fabula in qua reuerſionem Græcorum ab Ilio ſcribebat,

Iam domitionem reges Atridæ parant.

Cornificius lib. 3. ad Heren.

de memoria Cornificius diſputans, quo pacto huius ſenarij quis meminiſſe poſſit, hac imagine depingit: *in loco*, inquit *conſtituere oportet manus ad cœlum tollentem Domitium, cum à regibus Martijs loris cædatur. Hoc erit, iam domitionẽ reges:* ſed in hac imagine non ſatis perſpicio quid lora, & illa manuum in cœlum ſublatio adminiculi afferat. Martij omnino reges regum imaginem exprimunt, Domitius domitionem repræſentat: lora autem & flagra quid hîc adiuuent memoriam, non intelligo. ſed puto hoc ipſo iuuare, quòd imago ita ſit acrior & actuoſior, magiſque ſenſum laceſſat & commoueat, & memoriam ex eo efficacius exuſcitet. ſequitur mox in altero loco, *Æſopum & Cimbrum ſubornare Iphigeniam, Agamemnonem, & Menelaum.* hîc tragœdos interpretor Æſopũ & Cimbrum, qui Agamemnonis & Menelai perſonas ſuſtineant, atque agant: & de illo quidẽ loco hactenus. Quæ autem eſt eodem libro diſciplinabilis ſciẽtia? Nam quod diſciplinabile vſurpat, vocem eo tempore natam, quo non homines ſed

Muſæ Latinè loqui videbantur: & tamen, quæ eſt malacia noſtra grauidarum faſtidio delicatior, quàm noſtra putaremus inſertam ſcripta eſſe contaminaturam, vt à peregrino penè vocabulo non Latino offendimur, peneq́ue vt à barbaro abalienamur & refugimus: vt in loquendo religioſiores eſſe videamur illis, quos linguæ auctores & conditores ſequi & imitari ſtudemus. Hic ego diſciplinabile eſſe arbitror, vt ſi Græcè diceres μαθητὸν, διδακτὸν, aut μαθηματικόν: non vt hoc poſterius ad quatuor illas nobiles diſciplinas pertinet, ſed ad ea omnia dilatatur, quæ diſci comprehendiq́ue pręceptione poſſunt. Eſt igitur diſciplinabile, quod præceptionibus & inſtitutionibus arteq́ue & ratione aliqua doctrinaq́ue cõtinetur. Id autem quia in alium ſenſum accipi fortaſſe ab adoleſcẽtibus poſſet, ne à voluntate ſcriptoris aberrent, quod non raro accidit, ſcribendum eſſe duxi.

Nonæ, idus, calendæ, Mars ſiluanus, præfamino, piaculo, ſi deus, ſi dea es, politiones. CAPVT XIIII.

CVM in enumeratione menſtruorum dierum Nonæ & Idus antecedant Calendas, eaq́ue Calendarum conditio ſit, vt præter vnum diem, reliquæ alterius menſis ſint: etſi primus cuiuſque menſis dies vocatur Calendæ, tamen in enumeratione trium illarum menſis partium cauebant diligenter Romani, ne ante Nonas & idus Calendas nominarent. Itaque Nonas Idus Cal. dicebant, ne ſi ſecus nominarent, malè ominoſum eſſet. Cicero tamen in Verrem Calendis, Nonis, Idibus dixit: in quo annotat Aſconius, ſi modo intelligi quod annotat poteſt, ita vetuſtas eum locum delere conata eſt, *religioſo omine nominat multitudo Nonas, Idus, Cal. Cicero Calendis & Idibus Nonas addit, quamuis hoc pronuntiatione ſoluatur, ac tẽporum diuiſione hoc dici videre poſſimus.* Apud M. Catonẽ eodẽ modo in agri luſtratione cùm ſolitaurilia lactentia fiunt, in immolatione porci porcus nominatur. Ineſt enim in eo vis porrigẽdi, & alioqui porci in delicijs erãt Romanis: contra in mactatione vituli & agni, nominibus eorũ abſtinetur. Nam in vitulo vis ineſt, in agno omen non naſcendi. Mars quoque, etſi Marti Siluano res diuina tum fit, non appellatur, quòd belli & vaſtitatis ſit auctor: proinde ita ſcribit. *Nominare veta Martem, neque agnũ vitulúmque.* Quod autem illic ſcribitur, *Ianũ, Iouémque vino præfamino,* id valet præfator. ergo quod ſequitur, *ſic dicito*, delendum eſt. Huc enim ab illis ſummiſſum eſt, qui præfaminum vinum adiectionis more dici cenſuêre, aut interpretationẽ adſcripſêre. Mars autem pater illic Siluanus eſt, vt & cap. 83. *Marti ſiluano in ſilua interdius.* Viduitas eſt calamitas, inquit Feſtus, propterea quod viduare & ſpoliare ſolet bonis: quanquam cùm Cato paulò poſt calamitatẽ nominet, potius eſſe videtur ſterilitas. Piaculo apud Cato-

Aſconius in 3. contra Verr.

c. 141.

c. 83.

Feſtus lib. 19.

c. 141.

nem eo cap. verbum eſt, quod expio ſignificat, cùm dicit, *te hiſce ſolitau-* C.139. *rilibus piaculo.* antecedenti adiectiuum: *porco* inquit, *piaculo facito*, id eſt piaculari. ſubijcit mox, *ſic verba concipito: Si deus, ſi dea es.* Hæc verba erãt in precibus Romanorum ſolemnia, cùm deos ſexu diſtinctos, vt & homi- Arnob. adu. nes, exiſtimarent: in quo ab Arnobio illuduntur meritò & reprehendun- Gent. lib. 3. tur, cuius hæc ſunt verba: *Nam conſueſtis in precibus, ſiue tu deus es, ſiue tu dea* C. 139. *dicere.* Bonas autem preces precor dixit ibi Cato, quòd & malæ preces C. 141. ſunt, vt diræ & deſtationes & imprecationes: etiam duis bonam ſalutem idem dixit, quaſi etiam ſit quædam mala ſalus, cùm minus cõmoda eſt va- C. 137. letudo & ſanitas. Partiario idem Cato fenum & pabulum dicit eſſe opor-tere quod bubus ſatis ſit: cætera omnia pro indiuiſo eſſe debere: id opi-nor, valet cætera ipſi eſſe cum domino communia. proinde ab eo non eſſe vt pabulum & fenum ſumenda. Politor eſſe videtur, qui agros polit & co-lit, certam pro mercede frugis partem capiens, vt nonam aut quintam aut octauam, pro conditione agri atque bonitate ſoli: atque inde politio dici-tur illa cultura, quæ pactione talis mercedis fit, atque adeo ipſa merces: C. 135. Cato, *politionem quo pacto dari oporteat? in agro caſinate & venafro in loco bo-no parte octaua corbi diuidat: ſatis bono, ſeptima, tertio loco ſexta: ſi granum mo-dio diuidet, parti quinta, in venafro ager optimus ix. parti corbi diuidat.* Hic au-tem intereſt, cum corbi diuiditur aut cum modio: quòd in corbi meſſoria ſunt ſpicę nondum tritæ, in modio granum ſine ſpica purgatum. Quod ſe-quitur, *eam partem in priſtinum politor*, ſic accipiendum reor, vt abſoluta ſit ſententia, verbo tamen vno deſtituta, vt mox quod de tritico antè præce-pit vel farre, idẽ in hordeo declarari intelligamus. Hæc ſi quis leuia putat, à me non diſſentit, nec nunc ea mãdamus literis, quæ ſubductum aut con-tractum hominis poſtulent ſuperciliũ, ſed quæ grauioribus ſtudijs pro re-miſſionibus & tanquam laboris condimento ſint.

Rupſit, noxit, inguen, ſirit, occiſit, duona, ob vagulationem, vapula Papi-ria, vindiciæ, vinulus. CAPVT XV.

VIDENTVR veteres Latini in imminutione præteritorum tenues in Lib. 18. duplices mutare ſoliti eſſe plerunque, vt ceperis capſis, præceperis præ- Apud Feſtum cepſis, ruperis rupſis: vt in duodecim tab. apud Feſtum, *ſi membrum rupſit,* lib. 18. pro ruperit: noxis pro nocueris apud Lucilium,

Inguen ne exiſtat, papulæ, tama, ne boa noxit.

Eo autem in verſu, quod oſcitanter non fuit prætereundum, videtur Lu-cilius inguen pro inguinis tumore poſuiſſe, qui βουβὼν & à Græcis dicitur. Cic. lib. 2. de Rapſis pro rapueris, *ſacrum ſacróue commendatum qui rapſit clepſit ve, parri-* legib. *cida eſto.* Non tamen id perpetuum. Siris enim apud Comicum & Cato-

nem,

nem, pro ſiueris poſitum eſt. Adiuro pro adiuuero initio libri de Senectute: Cic. lib. de Senect. in duodecim tab. occiſit pro occiderit. ſed & in conſonantes duas plerunque mutabant, vt amaſſo pro amauero, leuaſſo pro leuauero: idque in coniugatione prima creberrimum: etiam iuſſo pro iuſſero apud Virg. 11. AEn. At dixis eſt dixeris, faxis feceris duplici litera vt ſuperiora: & infinita alia, quæ facilius auctores peruolutanti occurrent, quàm mihi cogitanti ſuccurrent. Vt, *plenus ſacculus eſt aranearum.* dixit poëta Catullus feſtiuè & venuſtè: Catull. epigr. 13. ad Fabull. ita pari lepore Afranius quem videtur imitatus ſcripſit, *támne arcula tua plena eſt aranearum.* Apud Feſtum lib. 18. vt duis pro bis, ita duona pro bona dixerunt veteres, vt & duellum pro bellum, Duellius pro Bellius. Affertur enim à Feſto illud, *ſimul duona eorum portat ad naues.* ſunt iſta quidem pleraque magis abolita & exoleta, quàm priſci nummi: quia tamen occurrunt interdum auctores rimantibus, vt protinus ſine mora & moleſtia intelligantur, operæ non peperci meæ, dum alienæ conſulo. Legem 12. tab. de vagulatione, id eſt vagitu, clamore & conuitio, ſic legendam arbitror: non enim eam proponam vt perſcripta extat, ſed vt ſcribi debere mihi videtur. *Cui teſtimonium defuerit, is tertijs diebus ob portum ob vagulationem ito.* Apud Feſtum lib. 19. tertijs diebus valet, diebus perendinis, vt dicitur tertijs nundinis. ob portum ad ædes: ob vagulationem, ad quiritandum & conuitium homini faciendum, qui ad teſtimonium dicendum non venerit. Vapula Papiria Apud Feſtum lib. 19. prouerbium eſt ortum à quadam ancilla, quæ libertate donata à Papiria hera ſua, patronam mox contempſit ac manumiſſa & libertate freta, mox benemeritam ingratè aſpernata eſt. Ancilla enim illa continuò ſe libertam ſalutauit: cùm patronam ſalutare deberet (qui enim manumiſſi erant, mox manumiſſori, ſalue patrone dicere ſolebant) & patronæ dixit per contemptum vapula Papiria. Plauti verba ſunt, Apud Feſtum ibid.

Ideo dico, liberta ſalue, vapula Papiria.

Squales & ſcabres, pro ſqualidus es & ſcaber dictum eſt à priſcis: Pacuuius apud Feſtum, Lib. 19.

Squales ſcabréſque inculta vaſtitudine.

Apparet veteres hominum, quos execrabantur, caput velare ſolitos in pœna ſumenda: vnde illud, *Caput obnubito, infelici arbori ſuſpendito.* Sic & Cic pro Rabir. perduell. reo. voto vere ſacro, qui nati fuerant & ad adultam ætatem peruenerant, velati extra fines exigebantur. Etiam in re diuina caput velabant, præterquam Saturno, cui non operiebant ſed aperiebant caput, cùm ſacrificabant. In vindicijs apud Feſtum extat elegans Lucilij, ſed corruptum tamen carmen, quod ita legendum ſuſpicor, Lib. 19.

Nemo hîc vindicias, neque ſacra aut numina retur.

Cuius ſententia eſt, nemo hîc ius vllum eſſe putat, aut vlla ſacra aut numi-

Asinaria Sc. vtrum istorum. na. Nam vindicias partem quandam iuris, pro iure posuit. Vinulus in Plauto mollis est, ex vini diminutione: cùm enim vinum quod generosum non esset significare volebant, vinulum & villum appellabant: vnde adiectiuum vinulus est factum: neque enim aliud quicquam comminisci possum. meas autem coniecturas quamuis leues nec sagaces eo libentius adscribo, vt doctiorum certiores atque veraciores eliciam. Etsi enim non est magnum damnum in huius vocabuli ignorata origine positum, tamen quia commodius est eam scire quàm ignorare, eam persequi & peruestigare industriæ potius diligentis fuerit, quàm operæ curiosæ.

Labarum, patricius, adscriptus glebæ, domestici, comes sacrarum largitionum, comes rerum priuatarum, parochus.

CAPVT XVI.

LABARVM genus esse vexilli nemini paulò humaniori ignotum est: *Lib. I. contra Symmach.* eius est mentio apud Prudentium hoc versu,

Christus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat labarum.

Reperi in vetusto lexico etiam laborum dici: ac me hercule sic scribi vi- *Sozom. lib. 9. cap. 4.* deo apud Hermiam, θάτερον δὲ τῶν σκήπτρων ὃ ῥωμαῖοι λάβωρον καλοῦσιν. Vtitur *Tertull. in Apologetico c. 16.* hoc verbo labari, & Ambrosius: sed & Septimius Florens in apologetico scribit, *Sipara illa vexillorum & labarorum stolæ crucium sunt.* Ea- *Lib. 8. aduers. gent.* dem sententia apud Arnobium extat his verbis, *Nam & signa ipsa & cantabra & vexilla castrorum quid aliud quàm inauratæ cruces sunt & ornatæ?* Sed quæ cantabra sint, non ita dictu promptum est: videntur esse cantabra quæ Tertullianus labara vocauit. ego, si capitalis ista fortè audacia nemini esse videatur, vnius literulæ immutatione lubenter contabra legerim. Nam vt à candela candelabrum: sic à conto contabrum diceretur non ineptè: amplius tamen pronuntiabimus, & non liquere nobis dicemus: vocabula ita rara difficiles habent explicatus. Immo verò calumniã emendationis illam damnabimus, ac legendum affirmabimus, *signa ipsa atque labara*: cantabrum autem est Apicio & Cælio furfur. Alius erat ætate sequentium imperatorum patricius, quàm superiorum & consulum. Honos enim erat qui à principe deferebatur, eoque titulo & merito ho- *Tit. Quib. mod. ius patr. potest. solu.* noratus pater Imperatoris vocabatur, vt in institutis, de patriciatu loquens Imperator ait, *Imperatoriam autem celsitudinem non valere eum, quem* *Sozomenus lib. 8. cap. 7.* *sibi patrem elegit, ab aliena eximere potestate?* & apud Sozomenum, οὗτος γὰρ *Claudian. lib. 2. in Eutrop.* μείζων ὢν τῶν βασιλέως εὐνούχων μόνος καὶ πρῶτος, ὧν ἴσμεν ἢ ἀκηκόαμεν, ὑπάτου καὶ πατρὸς βασιλέως ἀξίᾳ ἐτιμήθη. Claudianus in Eutropium,

geni-

—genitórque vocatur
Principis, & famulum dignatur regia patrem.

Et quarto libro Epigrammaton, Li. 4. epigrā. εἰς φάρον ἀλεξανδρ.

στῆσεν ἑοῖς χαμάτοις ἀμμώνιος ὃς βασιλῆος ἐστὶ πατήρ.

olim igitur patricij ex eo appellabantur, quòd patrem cierent, postea quos imperator patres ciebat. quod quidem & reges Francię imitati sunt, quosdamque satrapas, patricios vocarunt, quos antiquitatis ignari pares appellant. Adscriptitij glebæ qui à iurisconsultis appellantur, cum agro vnà seruiebant domino, & cum fundis mancipabantur alienabanturque: eorum conditio facilè ex auctore Græco Sozomeno intelligi potest scribente, ἐπετρόπευε δὲ ταύτην καλήμερός τις ὁμόδουλος τῷ ἀγρῷ. In imperatoris comitatu erant milites & equites qui domestici vocabantur, quorum frequens est in Marcellino mentio: sed & apud Sozomenum ἀδάουλφος δὲ ὁ τῆς αὐτοῦ γαμετῆς ἀδελφὸς ἡγεμὼν τῶν ἱππέων δομεστικῶν καλουμένων. Equuleus tormenti genus est à similitudine nomen habens, quasi paruus equus sit. Erat autem machina lignea equo similis, cui imponebantur qui torquebātur: eius crebra est apud Marcellinum & Senecam mentio. Sed & ξύλον βασανιστήριον videtur appellare Sozomenus lib. 5. καὶ δημοσίᾳ προσαγαγὼν πρὸς τὸ βασανιστήριον ξύλον αἰωρεῖσθαι προσέταττεν. Comes sacrarum largitionum erat quæstor ille, qui thesauris sacris id est imperatorijs & augustalibus pecunijs præerat. Comes rei priuatæ qui patrimonium Cæsaris curabat & administrabat. hæc verba & sæpenumero in iure & in Marcellino leguntur. Eorum autem magistratuum ea quæ posui munera esse è Theodoreto colligi facilè potest sic scribente, φίλιξ μὲν ταμίας ὢν τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν, ἐλπίδιος δὲ τῶν ἰδίων τοῦ βασιλέως κτημάτων καὶ χρημάτων τὴν ἡγεμονίαν πεπιστευμένος. κόμητα δὲ πριβάτων τὸν τοιοῦτον προσαγορεύειν εἰώθασι ῥωμαῖοι. Non solum parochi sunt qui præbenda magistratibus redemerunt, verum etiam equi qui cursus publici causa præbentur, quæ tamen significatio à superiori deducta videtur. Ita fit vt in illa actionis, in hac perpessionis sensus insit: μικροῦ δὲ καὶ αὐτὸν διεχρήσατο, εἰ μή τινι τῶν παρόχων ἵππων ἐπιβὰς κατὰ τὴν ἔδεσαν διεσώθη.

Sozomenus lib. 9. cap. 16. — Lib. 9. cap. 7. — Sozomenus lib. 5. c. 11. — Theodoretus lib. 3. ecclesi. hist. cap. 12.

Cleanthas in accusatiuo, supercilio breuior coma, vexantur leges, porrigo, prurigo, vua liuorem ducit, contingere melle, condita pyxide lyde, apud Iuuenalem. CAPVT XVII.

SCRIBIT Iuuenalis,

Et iubet archetypos pluteum seruare Cleanthas, Saty. 2.

quo in versu qua ratione sit ille accusatiuus Cleanthas formatus ambigi potest. neque enim accusatiuus esse potest quintæ declinationis Græcorum propter rationem contractionum. Est igitur primæ attico more. di-

cunt enim Attici Socratas in plurali, & Diogenas: eodem dictum modo accipio Cleanthas.

Ibid. *Atque ſupercilio breuior coma:*

in Stoicos dicit, qui præ ſe ferebant magnam in vultu ſeueritatem; cùm tamen interea clam fœdis libidinibus dediti eſſent. hi, quòd alere comam delicatum putarent & parum virile, capillum raſerant, & ἐν χρῷ κουρίαι erant: quod hîc Iuuenalis dicit. Lucianus de Stoicis, ἄλλον κάλει, τὸν ἐν χρῷ κουρίαν ἐκεῖνον τὸν σκυθρωπὸν, τὸν ἀπὸ τῆς στοᾶς. Peribomius autem, non Peribonius & è veterum librorum auctoritate, & ſyllabæ modulo legendum eſt. Sed & *frontis nulla fides*, in priſcis codicibus legitur, etſi fronti vulgò aſſeritur. vtrumque de hac ſede litigare poteſt, idque iure. Laronia autem in ijſdem modò, modò Latronia reperitur: in Martiale Laronia, quod & verius puto: quanquam nec Lautonia eijcio: ſed hoc perleue eſt. *Quod ſi vexantur leges*, valet ſi negotium eſt legibus exhibendum, & ſi aduocandæ ſunt contra vitia. qui enim vocantur vt veniant, eis labor iniungitur, & vexari videntur: & ſic in Euangelio ſcribitur μὴ σκύλλου.

Lucianus in vitar. auctione. Saty. 2. Lib. 2. epig. 32. Saty. 2. Lucæ cap. 7.

Iuuenal. Saty. 2. *Vnius ſcabie cadit & porrigine porci.*

quibuſdam in libris melius prurigine legitur, vt & in Iuſtino de Iudæis: *cùm ſcabiem & pruriginem paterentur.* Iſidorus in cutis vitijs, *prurigo*, inquit, *vocata à perurendo & ardendo.* Sed porrigo capitis videtur morbus eſſe, furfuribus & farina quadam obſiti. Serenus,

Lib. 36. Iſidorus lib. 4. etymol. cap. 8. Serenus c. 3.

Cùm caput immenſa pexum porrigine ningit.

Prurigo corporis pruritus & aſperitas. Serenus pruriginem intelligit cùm ſcribit, *Pruritus autem falſos leuat humor aceti.*

Serenus c. 6.

Apud Non. in Porrigo. Porrigo quoque apud Lucilium perſpicuè capitis eſt, eius carmen eſt,

Triſte & corruptum ſcabie & porriginis plenum:

ſed & apud Celſum. habere autem potius à porro olere nomen quàm à porrigendo ſyllaba originem oſtendente videtur.

Iuuenal. Saty. 2. *Vuáque conſpecta liuorem ducit ab vua,*

hoc ego de liueſcentibus ſub vindemiam acinis vuarum accipio ex populi opinione dictum, cenſentis vbi liuere & nigreſcere cœperat vnus vuæ acinus, protinus propinquum eo conſpecto velut inuidia quadam ſimilem colorem ducere ſolitum eſſe: dum denique tota vua matureſceret & nigra eſſet. quod autem in acino dixi, idem in vuis fieri cenſebant. vbi enim vuã viderat vua matureſcentem & liuidam, eundem colorem ab ea trahi.

Iuuenal. Saty. 2. *—ſupercilium madida fuligine tinctum.*

hic archetypi & antiqui libri tactum habent. Tangere autem veteres pro tingere, imbuere, linere, aſpergere etiam dixerunt: Lucretius.

Lib. 1. *Contingunt mellis dulcis flauóque liquore.*

rurſus,

rurſus, *Croci contacta colore.* Iterum,

—muſæo contingens cuncta lepore,

id eſt imbuens, tingens: quomodo & tangere vſurpauit Cato. & Maro, *& parco ſale contingunt.* in Lucretio tamen contingere à tingere, non tangere multi interpretantnr, nec à me reprehenduntur. ſed & contincta colore non contacta legunt. [3. Georgi]

Nimitum ſummi ducis eſt occidere Galbam, [Iuuenal. Saty. 2.]
Et curare cutem ſummi conſtantia ciuis
Betriaci in campo ſpolium affectare palati,
Et preſſum in faciem digitis extendere panem.

hæc ego plura adſcripſi vt doceam quo diſtinguenda pacto ſint. nō enim recepta interpunctio tam conuenit ſententiæ, quàm quæ à me introducta eſt: ſenſus eſt, parum conſentaneum eſſe Galbam interficere & cutem curare. alterum enim viri fortis eſt, alterum mollis & fracti: nec conſtanter facit qui acie palatium & imperium affectat, & tueri atque retinere conatur, & de ſtatione ſua dimicat & capite: & qui faciem mangonio & lenocinio fucat & expolit.

—ſiue hic recto cantauerit ære, [Ibid.]

legendum eſt *cantauerat*: quod eſt, ſiue eſſet tibicen. *dictum feliciter.* id ex eo ſcriptum, quòd omina in nuptijs fauſtæque acclamationes adhibebantur: Papinius, [Lib. I. Syluar. in Epithal. Stellæ & Viol.]

Vix dum emiſſa dies, & iam ſocialia præſto
Omina, iam feſta feruet domus vtraque pompa.
Segmenta & longos habitus. [Saty. 2.]

Hîc Seruius ſegmenta, monilia interpretatur: ſunt & ſegmenta veſtes quæ velut zonis quibuſdam ornatæ & prætextæ ſunt, vt Iſidorus exponit. [In lib. 1. AEn. Iſid. lib. 19. etymol. cap. 22.]

Et ſegmentatis dormiſſet paruula cunis, [Iuuenal. Saty. 2.]

de veſte à Seruio explicatur, quòd ſegmentata veſte cunæ eius contectæ eſſent, quæ aureis velut circulis erat diſtincta, & gemmis in lineam currentibus variata. Segmenta aurea, Valerio Maximo vidẽtur eſſe aurea monilia. Indigniſſimum porrò cenſet eum nubere & in mulierem degenerare, qui & nobiliſſimus & ſalius Martis eſſet dei bellicoſi & virilis & generoſi. *—quod nil animis in corpora iuris,* [Iuuena. Saty. 2.]

ſic in veteribus libris & melius: quanquam Ouidius ſcribit, [Ouid. lib. 1. amorum eleg. 1.]

Quis tibi ſæue puer dedit hoc in carmine iuris?
Turgida non prodeſt condita pyxide lyde, [Saty. 2.]

quicquid digladientur Grammatici, legendum è iuratis libris exiſtimo: ac de vnguentaria intelligo, quæ medicamenta promittebat ſterilitatem curantia, qualia à medicis referuntur. Lydiæ autem mulieres turgidæ erãt, Papi-

Lib. 1. Syluarũ in Cal. decemb. Saturnal.

Papinius, *Hoc plaudunt grege lydiæ tumentes.*

Non putant, inquit Iuuenalis, eſſe vllos inferos hodie, niſi qui perpuſilli pueri ſunt, tu tamen inferos eſſe putato, & illic manes eſſe Curij & Fabricij iuuentutiſque Cannenſis. Cùm igitur ad eos tales deſcendunt, nonne cupiunt ſe luſtrari & expiari, vt contaminatos impudiciſſimorum aſpectu? legendum igitur hac interpunctione,

Saty. 2.

—animæ, quoties hinc talis ad illos
Vmbra venit?

Ibid.

Lego etiam, *—Arma quidem vltra Littora Iuuernæ promouimus*, è ſcriptis libris ſine interrogatione.

Nunquid vis, felix cerebri, eſt paucorum hominum, triceſima ſabbata apud Flaccum. CAPVT XVIII.

Saty. 9. lib. 1.

IN illo elegantiſſimo & ſuauiſſimo feſtiuiſſimoque ſermone Horatij, quo graphicè exprimitur importuni ſcurræ & hominis odioſiſſimi moleſtia, *nunquid vis occupo*, more Romano dictum eſt. ſic enim loqui ſolebat, qui vel diſcedere ab aliquo, vel aliquem à ſe dimittere volebat. Terẽtius,

Eunucho actu 2. sc. 3. Saty. 9.

Rogo nunquid velit: rectè, inquit, abeo. ait Horatius,
—ô te Bollane cerebri Felicem aiebam tacitus.

vbi Græcari videtur. nam illi μακαρίζω σε τοῦ φρονήματος dicunt, ſubaudiuntque ἕνεκα, vt & hîc ſubintelligitur cauſa. Cerebroſum autem fuiſſe Bollanum indicat, apertæque & ingenuæ libertatis & bilis hominem, qui moleſtos ferre nullo modo poſſet: ſed eos obiurgaret audacter, & à ſe contumelioſè dimitteret amandaretque. Sed nec illud omittam, quod leue dictu eſt, *& totus in illis*, legi in antiquis exemplaribus, cùm ab editionibus exulet coniunctio, qua quidem ſcio & ſententiam carere poſſe.

Trans, inquit, *Tiberim longè cubat is prope Cæſaris hortos.*

Iulij Cæſaris horti trans Tiberim erant prope portam Portuenſem: de induſtria autem locum longinquum in vltima vrbis regione ſitum mentitus eſt extra Ianiculum, vt affectatorem à ſe ablegaret atque remoueret. *Vnde venis & Quo tendis, rogat & reſpondet*: hoc ita interpretor, rogauit me vnde venirem & quo tenderem: & mihi quoque roganti vnde veniret & quo tenderet, reſpondit: vtrunque enim miro orationis compendio conſtrinxit. quod, inquit, ſolet rogari viciſſim & reſponderi, vnde venis & quo tendis, rogauit & reſpondit.

—eſt, inquit, *tibi mater?*
Cognati? quis te ſaluo eſt opus?

habéſne charos & propinquos qui tuo auxilio egeant, quos à te curari oporteat, quorum negotia à te geri, potius quàm me otioſè comitari, qui niſi

niſi te ſaluo & incolumi ſalui eſſe non poſſint, nec ſi te careant. Importunus ille & odioſus nebulo ſe omnes ſuos ſepeliſſe ait, neque quicquam ſe negotij habere. Illud porro *aut valeo ſtare*, eſt: cùm homines cogantur ſtare in iure ante prætoris tribunal, neque ibi ſedere liceat, aut honeſtum ſit, tandiu ego illic ſtare non poſſim, nec te iuuare queam, qui ius neſcio. Ait apud Flaccum ille ſcurra, *paucorum hominum & mentis bene ſanæ*, quod eſt, paucos in amicitiam recipit, neque vulgo ad eum familiariter aditus patet, neque ſe multis communicat, ſed paucis ijſque valde prudentibus ſaniſque. Apud Ciceronem de Fato, acipenſer paucorum hominum perfacetè dicitur, ad cuius dapes multi conuiuæ non ſunt adhibendi, quaſi acipenſer multis communicari nolit. Cicero, *nam cùm eſſet apud ſe ad lacum Auernum Scipio vnáque Pontius, allatus eſt fortè Scipioni acipenſer, qui admodum raro capitur: ſed eſt piſcis, vt ferunt, imprimis nobilis. Cùm autem Scipio vnum & alterum ex his qui eum ſalutatum venerant, inuitaſſet, pluréſque etiam inuitaturus videretur, in aurem Pontius, Scipio, inquit, vide quid agas: acipenſer iſte paucorum hominum eſt.* Cic. de fato apud Macrob. li. 3. Satur. c. 16.

—eóque Difficiles aditus primos habet: Saty. 9.

qui ſe facilè vinci expugnaríque ſentiunt, cùm quid ab ipſis petitur, ſe muniunt aduerſus fallacium & audacium hominum poſtulationes, aditum ad ſe intercludendo. At verò triceſima ſabbata ſignificare videntur neomeniam, vt quidam non ineleganter cenſent, quæ feriæ triceſimo quoque die, menſis initio repetunt. Nam Iudæorum menſes triginta dierum erãt, vt menſes Athenienſium: ac ſabbatum pro feſto die hic ponitur, ob ſabbati cultum: & neomeniæ triceſima ſabbata vocantur, ad diſcrimen ſabbati ſeptimi. Satyricum autem vocabulum eſt oppedere, honos auribus, ioci cauſa & riſus poſitum, in ſeria oratione, & honeſta & graui re non vſurpandum.

Argumentum vltimæ eclogæ lib. prioris ſermonum Horatij, ſale defricare, caput fluuiorum, ſeri ſtudiorum. CAPVT XIX.

SATYRA Horatij cuius principium eſt *Nempe incompoſito*, vt appendix quædam & acceſſio libro priori ſubſcribitur, vt Horatius fingit: hinc illud, *I puer, atque meo citus hæc ſubſcribe libello.* Nam cùm audiſſet aliquos iniquo animo ferre Lucilij reprehenſionem, pro apologia imperat amanuenſi ſuo, aut ſcribæ, vt hunc ſermonem, quem dictauit vel ſcripſit pro clauſula adiungat ſuperioribus ſatyris. Vrbem autem ſale defricare in eo venuſtè & ſalſè dictum eſt. Nam cùm ſal dicta ſignificet & faceta & ridicula mordaciaque, & ſoleamus interdum marino aut foſſitio ſale, quo in cibis & medicamentis vtimur, aliquid defricare vt palatum pecoris, qui Saty. 10. li. 1.

dictis

Columella li. 6. c. 11.

dictis facetis perstringitur, eum dixit sale defricari. Columella, *totúmque eorum palatum sale defricato*. Sic & apoplectici, sale defricari solent, vt dolore excitetur sensus, qui torpet.

Saty. 10. lib. 1.

—magnas, autem, *plerunque secat res*,

significat res magnas decidit, & transigit, melius quàm acris & seuera sententia: quasi διαιρεῖν, τέμνειν, διακρίνειν dicat. At verò,

Cùm versus facias teipsum percontor,

præcisè dictum est, sententiaque sic explenda est, cùm versus facis, an decorum putas & concinnum intermiscere Latinis Græca, quod Lucilius fecit, & ludens postea Ausonius, sed sine reprehensione, cùm de industria & opera dedita. *Intermiscere petita* igitur, ad duo pertinet per subiunctionem: vel potius quod in versu facis, interrogo te an faceres in causis agẽdis, si aduersarium haberes Messalam aut Pedium, essésque orator & patronus causæ durissimæ. Ergo *cùm versus facias*, est, tu qui poëta es, an in causis id faceres, vt verba foris petita verbis patrijs admisceres oblitus patriæ & patris Latini: Latinè tamen antiqui videntur interpretes legisse, & vir politissimæ orationis & doctrinæ Lambinus eleganter legit. *Seri*, autem, *studiorum*, sunt indocti, qui serò discunt, aut didicerunt scilicet, neque

Quintil. lib. 1. c. 12.

sunt παιδομαθεῖς, sed ὀψιμαθεῖς. Fabius, *quare qui in sua quidque arte optimè*

Saty. 10. lib. 1.

facit παιδομαθὴς dicitur. Defingit luteum caput venustè dixit. Nam & ca-

Cæsar lib. 4. de bello gall.

put de fluminibus dicitur, vt Cæsar Rhenum duobus capitibus in Oceanum dicit effundi, ostia significans: & capita fluuiorum etiam dicuntur eorum fontes: sed & fluuij humana forma aquam vrna effundentes pingebantur, fingebanturque: & fingi dicuntur quæ è materia molli in statuas formantur, vt è luto & cera. At iste malus poëta & inelegans, non tam fingebat quàm velut figmenta deformabat deturpabatque: nec tam è cera egregia faciebat opera, quàm è luto fingebat, nam & luteum negotium

Cic. in Verrem act. 6.

de vili toreumate dixit Cicero in Verrem. *Garrire libellos* dicitur, vt garrire

Saty. 10. lib. 1.

sermonem, garrire garritum, argutè & dicaciter effundere & eloqui: vt

Pindarus od. 1. Olymp.

γαρύειν ἄεθλα dixit Pindarus. vnde & garrire ortum videri potest. Denique

Saty. 10. lib. 1.

vt dicimus ludere poëma. Cimex autem Pantilius, & ad contemptum dixit Flaccus, ex insecti nomine fœtoreque omnibus inuisi, & quod ab eo roderetur morderetúrque.

Sandix, in cauo, notarius, notaria, disci corymbiati, lances pampinatæ, boletare, boletarium, chlamys boni luminis.

CAPVT XX.

Eclog. 4.

VERSVS est Maronis imprimis elegans, sed vna in voce tamen ambiguæ & incertæ inter doctos interpretationis.

Sponte sua sandix pascentes vestiet agnos.

Plinius

Plinius ſandicem herbam intelligit, & vt verum fateamur, eſt concinnior ſententia, agnos inter paſcendum eius herbæ, quam comedant, fuco colorari. Contra tendunt recentiores Grammatici nec cõtemnendi: cenſent enim ſandicem eſſe colorẽ è ſandaracha & rubrica temperatũ quod & Plinius retulit. Itaque nihil afferunt cur contemni Plinij auctoritas debeat, quæ etſi confirmanda non eſt vllo teſtimonio, indebitus tamen & non neceſſarius producetur teſtis, vt hoc Plinium non eſſe commentum intelligant: Heſychius enim ita ſcribit, Σάνδυξ δένδρον θαμνῶδες, οὗ τὸ ἄνθος κροκιδῶν· ἔχει κόκκῳ ἐμφερῆ, ὡς Σωσίβιος. Videtur & de herba loquutus potius quàm de pigmento Gratius cùm ſcripſit,

C. 6. lib. 35. *C. 6. lib. 35.* *Heſychius.* *Gratius de venat.*

Interdum Lybico fucantur ſandice pinnæ.

Quaſi ea ſtirps in Lybia proueniat: niſi ſi quis cẽſeat metallum illius pigmenti illic fuiſſe, aut officinam, quando in factitijs pigmentis erat: ſed illud alterum de planta verius crediderim in Gratio, vt & in Vopiſco, cuius hæc verba ſunt, *Dicitur enim ſandix Indica talem purpuram facere ſi curetur.* Sed vt à poëta ad hiſtoricum tranſeamus, qui noſtro more diuerſa nectimus, & ſertum varium pingimus: cauum in argento poni pro argento vaſculario animaduerti, vt apud Trebellium, *In cauo ſcyphos pondo duodecim.* Iterum, *Item in cauo ſcyphos & trullas pondo duodecim*: id Græcorum imitatione dictum, ſic κοῖλον vſurpantium. Eodem in ſcriptore notoria non eſſe videtur epiſtola notarij manu ſcripta literarum compendijs. Nam & Imperatores notarios habebant ſecretorum, vt in vita Aureliani ſcribitur: & alios præterea notarios, vt è Marcellino didicimus: ſed & tribunis ac ducibus notarij dabantur, vt in Claudij vita, *Notarium quem refundat vnum.* notarium autem deſcripſit Auſonius cùm dixit, *Puer notarum præpetum*, Et Martial. cùm ſcripſit,

Vopiſcus in Probo. *Trebellius in claudio.* *Trebell. in Claud.* *Epigram. 150. ad notarium.*

Nondum lingua ſuum dextra peregit opus.

Martial. li. 14. epigr. 208.

& Baſilius in epiſtola, οἱ λόγοι τὴν φύσιν ὑπόπτερον ἔχουσι· διὰ τοῦτο σημείων χρήζουσιν, ἵνα ἱπταμένων αὐτῶν λάβῃ τὸ τάχος ὁ γράφων. Sed eſſe videtur epiſtola quæ aliquid notum facit & indicat, aut ſcriptum aliquod. verba ſunt Trebellij, *Nihil mihi grauius accidit quã quod notoria tua intimaſti.* legi & in antiquo lexico, cuius mihi copiam Petrus Daniel fecit, elogium eſſe cõtextum malorum geſtorum, quod notoriam dicunt: atque ita in iure ciuili accipitur.

In claudio.

Lenta quibus torno facili ſuperaddita vitis
Diffuſos hedera veſtit pallente corymbos,

Eclog. 3.

Cùm ſcribit Virgilius, intelligo celatum fuiſſe poculum hederæ corymbis, & vitis pampinis inter ſe mutuo nexu implicatis: ſic apud Trebellium diſci ſunt corymbiati, & lances pampinatæ, & pateræ hederatæ. addit & Trebellius, *voletare halieuticum.* vbi quidam legunt bolitera, quibus non

In claudio.

aſſentior. legi aliquando pholeterium halieuticon, vt grandis diſcus eſſet, in quo velut ſtabularentur piſces: vel potius boletera, veluti piſcium iactu quodam percuſſorem & captorem. Sed in Martiale boletarium reperio vaſis nomen, quod & alijs obſonijs quàm boletis ſeruiebat,

Lib. 14. epigr. 101.

Cùm, inquit, *mihi boleti dederint tam nobile nomen,*
Prototomis pudet heu ſeruio colliculis.

Apicius lib. 2. Boletare etiam in Apicio legitur, vt lib. 2. *& exinanies in boletari.* Igitur receptam ſcripturã retineo, boletare halieuticum. *Chlamydes veri luminis*, cùm ait, luminoſi coloris & flagrantis, ardentiſque intelligit, qualis eſt puniceus color & coccinus, niſi quis pro vero colore & claro limpidoque ac puro intelligat. Tertullianus de Pallio, *& quidem in fama de ſubteminis ſtudio, & luminis conſilio, & menſuræ temperamento.* Zanchæ Parthicæ quæ illic ſcribuntur à Trebellio, ſunt veſtes Parthicæ, quas de veſtiario ſuo imperator ſumi iubet: eſtque vt reor zancha Parthicum vocabulũ. hîc laneas alij malunt, quod ſi auctoritate veterum facerent librorum, ego non refragarer: ſed cur ego coniecturam potius, quàm veram ſcripturam ſequar? Pro orarijs ſarabadenis, quando & meæ coniecturæ etiam mihi interdũ non diſplicent, vereor etiam ne plus æquo placeant: non inuitus legerem ſaraptena ab vrbe Phœnices. lego etiã cucumã cypriam non cumacum: & cucullia villoſa duo, non cucutia, vt diminutiuum ſit à cucullo.

Trebell. in Claud. — *Tertull. de pallio.* — *In Claudio.* — *Ibid.*

Inſolatio, lanitium, dij magni, Pauſus, Caſtores, lepra, inter falcarios.

CAPVT XXI.

Saty. 4.

At ſi vſquam ceſſes & figas in cute ſolem,

ſcribit Perſius. Zeno philoſophus ἡλιοκαΐαις gaudebat, & ſole cutem veteres curare ſolebant: hinc illud,

Ibid.

—& aßiduo curata cuticula ſole.

ἡλίωσιν id eſt inſolationem, cùm corpora ſole torrentur, in generibus remediorum numerant medici: & Arnobius lib. 1. ſcribit, *Nunquid ideo dicenda ſunt nubila inimica obductione pendere, quia libidini non permittitur otioſè rutilare ſe flammis?* heliocaminus id eſt tanquam fornax ſolaria huc pertinuiſſe videtur. *Si tibi lanitium curæ eſt,* cùm Maro ſcribit, non tam curam lanæ ſignificat, quàm lanati pecoris, vt ex Arnobio apparet ſic ſcribente, *Nunquid in culpa natura eſt, quod lanitijs extulit importuniſsimam belluam?* Iterum, *Lanitia curent veſtra numeroſis fœtibus multiplicari.* Vt duellum bellum eſt, ſic duellis apud Arnobium hoſtis, qui alijs perduellis eſt. *Cur duelles cùm pereunt læuum augurium non ſum.*

Arnob. lib. 1. — *Georg. 3.* — *Arnob. lib. 1.* — *Ibid.*

3. AEn.

—feror exul in altum Cum ſocijs natóque penatibus & magnis dijs.

magnos deos à penatibus diuerſos facit Maro: etſi multi eoſdem cenſent,

ſed penates dij penetrales videntur fuiſſe, diique familiæ: dij magni illi, qui maximum imperium & numen habent publiceque coluntur, vt Iupiter, Iuno. Arnobius, *non denique dij magni aut fingentes ſe deos genus omne* [Arnob. lib. 1.] *mortalium territant.* Iterum, *hoc ergo dij magni nouerunt, perpetiuntur, ſentiunt.* deos magnos lares vrbis Romæ cenſet eſſe Aſconius: ita enim ſcribit, *& dijs magnis id eſt laribus vrbis Romæ dati ſunt.* Pauſus deus videtur fuiſſe qui pauſam afferret & quietem, quem bellis aduerſarium, repugnantiſque Bellonæ poteſtatis fuiſſe ſuſpicamur ex Arnobio ſic ſcribente, *Qui Faunos, qui fatuas ciuitatúmque genios, qui Pauſos reuererentur, atque Bellonas.* [Arnob. lib. 1.] Caſtor & Pollux Caſtores vocati etiam ſunt ab antiquis: Trebellius Pollio [In Valeriano.], *cùm ob imperatorias literas in æde Caſtorum ſenatus haberetur.* Capitolinus in Maximinis [Capitolinus in Maximinis.], *cùm ventum eſſet in ædem Caſtorum.* Arnobius [Arnob. lib. 1.], *Tindaridæ Caſtores vnus equos domitare conſuetus, alter pugilator bonus.* Hydram, quã Latini ſcriptores excetram vocant, appellat idem Arnobius natricem, [Ibid.] quòd ſerpens eſſet aquatilis: *quod multiplicium*, inquit de Hercule loquens, *capitum ſuperauit compeſcuítque natrices.* Lapides quoſdam religioſiſſimè pagani colebant, & vt ad eorum cultum prætereuntes inuitarent, vngebãt: qui fortaſſe lapides diui à quodam Latino ſcriptore appellati ſunt. Tales erant & agrorũ termini Arnobius [Lib. 1.], *ſi quando conſpexeram, lubricatũ lapidem, & ex oliui vnguine ornatum, tanquam ineſſet vis præſens, adulabar, affabar.* Quæ à domino in Euãgelio curatur lepra, ea non eſt elephantiaſis, ſed vitiliginoſæ cutis deformitas: eã certè vitiliginem Arnobius vocat, de domini miraculis loquẽs his verbis, *vnus fuit è nobis, cuius fœdæ vitiligines iuſſioni obtemperabant.* Iterum, *vitiligines, querqueras atque intercutes morbos*, de domini etiã miraculis verba faciens. Rurſum, *ille notas albicantium vitiliginum manu admota deterſit.* Falcarij in Cicerone videntur eſſe qui falces [Inuect. 1. in Catil.] faciunt: ſignificare etiam hoc vocabulum poteſt eos, qui falces gerunt, vt contarij ſunt qui contos habent: Capitolinus, *Placuerat vt contarij cum* [In Maximinis.] *eo tranſirent.* quanquam non eo inficias quin & contarius in illa priore notione poni poſſit. Priſcianus quidem meæ ſubſcribit ſententiæ, & apud [Lib. 18.] Ciceronem [1. in Catilin.] venire inter falcarios interpretatur, venire in locum vbi erãt falcarij: quod & Attico more dictum putat, vt apud Iſocratem ἐν αὐλητρίσι, [In Areopagitico.] pro in loco vbi habitabant tibicinæ. Genus quoddam fabularum, Mileſiarũ fuit, in quo Aſinum ſuum numerare videtur Apuleius cùm ſcribit ſta- [Lib. 1. de Aſino aur.] tim initio, *At ego tibi ſermone iſto Mileſio.* & Capitolinus his verbis, *cùm il-* [In Claud. Albino.] *le nænijs quibuſdã anilibus occupatus inter Mileſias punicas Apuleij ſui & ludicra literaria conſeneſceret.* Hæc eſt ſatura lãx, velut variis obſoniorũ generibus condita, dum opiparo magis apparatu volumus, quàm frugi cœna lectorem accipere, qui ſi ad epulas aliquas nauſeabit, alijs faſtidium de-

tergeat: & quod ſuo reſpuet palato, relinquat alterius guſtui. Alij enim dulcibus, alij acidis delectãtur, neque ſolũ exquiſitis cibis, ſed etiã parabilibus & vulgaribus multi acquieſcunt: quales multos appono: ſed nõ poteſt ſemper à Phaſide auis peregrina peti, nec ex India condimenta quæri.

Paſſer Catulli, columba, vehitur paſſeribus Venus, myrtus aſia, Aurumculeia, & quædam alia declarata. CAPVT XXII.

ELEGANTER & delicatè politiſſimus & doctiſſimus Catullus ludit in paſſere amicæ. quod eo facit conſilio, vt cùm amicam Veneris cultricẽ atque veneratricem ſciat, auem eam ipſi tribuat, quam & veneream & ſalacem eſſe nouerat, quáque Venerem vectari nobiliſſima poëtria, & decima à Græcis muſa appellata Sappho finxerat, cuius verba ſubſcribã ad Venerem, ἄρμ' ὑποζεύξασα καλοὶ δέ σ' ἄγον ὠκέες στρουθοὶ πτέρυγας μελαίνας πυκνὰ δινέοντες. Cui etiam deæ gratas eſſe columbas cenſebant, & in eius tutela putabant: ea quoque de cauſa columbam Iantidis Stella laudarat. vehiculum quoque Veneris quadrigis olorum trahi poëtarum commentum eſt. Papinius de Venere,

Sappho.

Lib. I. Siluar. in epithalam. Stell.

—thalamíque egreſſa ſuperbum
Limen, Amycleos ad fræna citauit olores,

Od. I. lib. 4.

quos & amori tribuit Horatius, *—purpureis ales oloribus*
Comeſſabere Maximi,

vbi vel purpereos dixit olores pulchros de purpuræ miranda pulchritudine, vt & Maro, *—luménque iuuentæ Purpureum,*

I. AEneid.

ita Horatium interpretatur Seruius: vel poëtica ad miraculum audacia eſt vſus, vt quem rerum natura non procreat in eo auium genere colorem, eum fucaret. Quærit autem Catullus cui nouum ſuum libellum expolitũ noua pumice donet: moxque quaſi ei Cornelius Nepos ſtatim occurrerit, reſpondet, *Corneli tibi.* debet igitur in expolito interſiſti: quod ex Auſonio palam eſt ita ſcribente, *Dein cogitans mecum non illud Catullianum, Cui dono lepidum nouum libellum: ſed* ἀμουσότερον *non diu quæſiui. Tu enim occurriſti.* Sed cùm ait, *Nec prætoribus eſſe nec cohorti,*

I. epigram.

In præfat. 15. Edyll.

10. epigram.

illud *prætoribus*, cui non ſcrupulum mouet, præſertim cùm prætor vnus eſſet non multi, vt & paulò poſt in eodem dicitur epigrammate? Itaque non inſcitè, ſed bellè illi faciunt, qui quæſtoribus legunt: ſed cùm amicus ſit alter ipſe, putemus prætores hic appellari, qui videbantur apud prætorem multum gratia & amicitia valere, eiúſque amici habebantur vt præfecti, legati, tribuni, contubernales: qui alteri prætores videbantur: vel cenſeamus pluralem pro ſingulari poſitum. Quod autem in eo epigrammate legitur,

At certè

At certè tamen, inquiunt quod illic Natum dicitur, cùm ab vna puella dicatur, nõ ſatis perſpicio quo pacto illud *inquiunt* poſſit ſubſiſtere, niſi pro vt inquiunt intelligamus deſiderato ſupplemento, quod non eſt frequens: alioqui potius *inquit id* vehementer contenderim eſſe ſcribendum. *Hic autem merus eſt Thyonianus.* 14. epigram. Bacchus, inquit, iſte merus eſt, non dilutum aqua vinum: ſic vocatus eſt Liber pater poſteaquam rediuiuus è laniatione gigantum redintegratus eſt: Auſonius, *Ne in ſacris & fabulis, aut Thyonianum mireris, aut Virbium, illum de Dionyſo, hunc de* Hippolyto *reformatum.* In præfat. Edyll. 17. Quod autem de Voluſij annalibus ioculari dicebatur obſcœnitate, idem de annalibus Tanuſij celebratum fuiſſe in epiſtolis refert Seneca his verbis, *Annales Tanuſij ſcis quàm non decori ſint, & qui vocentur.* 34. epigram. Epiſt. 94. lib. 14. alij Tamuſium tamen ſcribũt non Tanuſium: ſed Tanuſium agnoſcunt codices Tranquilli in Iulio. Cæterùm, cap. 9. Catull. 39. epi.

Ridere catuli ore gallicani,

Eſt turpiter & latè inter ridendum os diducere, vt patulus erat oris rictus canibus gallicis venaticis. Epigr. 54. Iam verò,

Glubit magnanimos Remi nepotes,

genus obſcœniſſimæ Veneris ſignificat, vt & apud Auſonium. Auſonius epigr. 74.

Deglubit, fellat, molitur. Catull. in epithal. Iuliæ & Mallij.

Myrtus autem Aſia eſt Lydia, vel quod idem eſt, Mæonia. Sic autem regio ad Sardis Tmolum & Cayſtrum vocatnr vuida & vliginoſa & Myrtetis aptiſſima. Illic & Aſium pratum erat, & Aſia palus. Interpres quoque Apollonij ſcribit principio Lydiam vocatam fuiſſe Aſiam. Lib. 2. Argonaut. eius hæc verba ſunt, ἀσία γὰρ τὸ πρότερον ἐκαλεῖτο ἡ λυδία, καὶ ὅμηρος ἀσίῳ ἐν λειμῶνι, καὶ ἡ κιθάρα ἀσία λέγεται. *Non tibi Aurunculeia periculum eſt*, vir politiſſimus & in gremio Muſarum educatus Muretus in vetuſtis legi libris affirmat, ſic prima ſyllaba eius nominis à verſu antegreſſo haurietur. In epithal. Iul. & Mal. Cottæ autem Aurunculeij dicebantur, quorum Aurunculeia Iulia è familia vt ſuſpicor erat,

Altè cinctus, diſcinctus, mures, murinæ pelles.

CAPVT XXIII.

ALTE cinctum antiqui vocabant ſtrenuum, fortem, virilem, minimè mollem: credo quòd genus illud cincturę hominum non eſſet delicatorum. nam pręcinctura vt fluxior & laxior in Cęſare argumentum habuit mollitudinis: & diſcincti quoque effœminati habebantur: demiſſiſque eſſe veſtibus elegantię videbatur mollioris. ſed è tabularijs eruenda fides eſt, quando in eo genere ſcriptionis verſamur, quod ſignatis tabulis ferè confirmandum eſt. Seneca lib. epiſtol. 14. de Męcenate, *Altè cinctum putes dixiſſe. habuit enim ingenium & grande & virile, niſi illud ipſe* Seneca lib. 14. epiſt. 93.

Saty. 5. lib. 1. *discinxisset.* Hinc illustratur duobus locis Horatius,

Hoc iter ignaui diuisimus, altius ac nos,
Præcinctis vnum:

Saty. 8. lib. 2. id est quod vnum esse solet strenuioribus. Iterum,

His vbi sublatis puer altè cinctus acernam
Gausape purpureo mensam pertersit:

id est, fortis & strenuus seruus mensam tersit: βαθυζώνους tamen mulieres Homerus, id est altè cinctas alio sensu dixit. Mures etiam antiqui, quod ex eodem Seneca perspeximus, intellexerunt non tantum domesticas illas bestiolas penori infestas, omniáque rodentes: sed siluestres feráſque bestias minoris formæ, pelle commendabiles: quo in genere sunt martes & hermelini, quibus nobiles hiberno tempore pellitas gerunt penulas, eo quoque nomine censeri videntur mustellæ, quæ si veriloquium sequaris, sunt mures longi. Sed à præcone citandi testes sunt. Seneca lib. 14. epistolarum, *non hodiéque magna Scytharum pars tergis vulpium induitur ac murium, quæ tactu mollia & impenetrabilia ventis sunt?* Iustinus de Scythis, *Lanæque vsus ac vestium ignotus, & quanquam continuis frigoribus vrātur, pellibus tamen ferinis aut murinis vestiuntur.* Mastrucas quoque illis Septentrionalibus populis è pellibus tribuit Prudentius his versibus,

Seneca lib. 14. epist. 91. Lib. 2.

Lib. 2. contra Symmach.

Tentauit Geticus nuper delere tyrannus,
Italiam patrio veniens iuratus ab Istro,
Has arces æquare solo, tecta aurea flammis
Soluere, mastrucis proceres vestire togatos.

id est, vestibus scorteis: & à Claudiano iuuentus pellita eadem de causa dicitur: sic enim scribit,

Claudianus Panegyr. de quarto Honorij consulatu.

Castra cruore natant, moritur pellita iuuentus.

Hodie quoque è Scythia frigidissimíſque regionibus lautissimæ pelles murium afferuntur megistanum hiberno cultui. ad hanc classem referendi sunt mures etiam pontici, & mures alpini, de quibus à Plinio in historia naturali relatum est.

ADRIANI TVRNEBI ADVERSARIORVM LIBER DECIMVSSEXTVS.

Catullus explicatus, ſpecula, corruere, ſaltus.

CAPVT I.

VERSVS Catulli ſunt non perinde faciles ob ignorationem hiſtoriæ,

De coma Berenic.

Anne bonum oblita es facinus, quòd regium adepta es
Coniugium, quo non fortius auſit alis?

Sed quæ offuſa eſt caligo ſenſui, diſcuſſa eſt ab Hygino Augusti liberto his verbis, *alij*, inquit, *dicunt hoc amplius Ptolemæum Berenices patrem multitudine hoſtium perterritum fuga ſalutem petiiſſe: filiam autem ſæpe conſuetam in equum inſiliiſſe, & reliquam exercitus copiam conſtituiſſe, & complures hoſtium interfeciſſe, reliquos in fugam conieciſſe: pro quo etiam Callimachus eam magnanimam dixit.* Idem & Callimachi interpres Catullus canit,

Hyginus lib. 2. de Signor. cæleſt. hiſtoria.

Catull. de coma Berenic.

Cognoram à parua virgine magnanimam.

Sed & illud non ſine quadam nebula eſt,

Et Veneris caſto collocat in gremio.

Eodem Hygino auctore gremium ſignificatur Arſinoës Zephyritidis: ita enim indigitabatur, & Venus appellabatur. Quid? Illud an ſine nubilo eſt?

Lib. 2. de ſignor. cæleſt. hiſtor.

Ille quoque euerſus mons eſt, quem maximum in oris
Progenies Phthiæ clara ſuperuehitur.

Catull. de coma Berenic.

Montem autem Atho crediderim ſignificari, quẽ ducta foſſa, admiſſóque mari continenti abſcidit Xerxes: quamquam autem eſt maximus mons ille, tamẽ eum gloriæ ſuæ magnitudine & claritate ſuperuehitur & ſuperat Achilles Phthiæ clara progenies: niſi ſi dicat vltra eum montẽ Theſſaliã eſſe, eiúſque partem Phthiam in qua diuinis honoribus colatur Achilles. Sed vt porrò pergam, & ex eodem poëta quædam explicare coner, carmen illud ad Ianuam æquè ac folium Sibyllę obſcurum & tenebricoſum, mihi de Clodia intelligi videtur, quæ Cæcilio Metello nupſerat. nam

Lesbia Catulli sine controuersia Claudia est. Itaque & in epigrammate scribitur nominatim,

Ad Ianuam.

Non ita Cæcilio placeam cui tradita nunc sum.

Has igitur fores pulsaui & penè aperui, ac facilè ex his quæ hîc posui fuerit in sensum si non penetralem, aliquousque tamen ingredi. Cùm autem scribit:

Ibid.

Brixia Chineæ suppòsita speculæ,

Speculam montem Chinæum vocat. nam ex editis montium iugis prospectus peti potest, & lōgè lateque illinc licet speculari: sic apud Homerū,

—σκοπιὴν εἰς παιπαλόεσσαν ἀνελθὼν,

Ad Mallium.

Cæterùm illud. *—& in quo me corruerit genere,* submendosum quibusdam videtur: quod si est, non video quid accommodatius & appositius possit & propinquius populari scripturæ (quandoquidem sæpe euenire solet, vt in vicinum lapsus contingat) reponi quàm torruerit. Nec tamen corruere tantum concidere est, verum etiam deijcere, & pessundare, etiam conijcere vt apud Varronem, *spicæ corruuntur in corbem*, & congregare, vt Plauto in Rudente corruere diuitias: quæ quidem notiones verbi ex eo manarunt, quòd quæ in corbem deijciuntur, multa simul etiam coniecta sunt atque congregata: sed torruerit vtique mihi placet, quia mox adiungitur, *Cùm tantum arderem, quantum Trinacria rupes:* quod significationi torrēdi nō corruēdi cōuenit. & alio loco,

Lib. 4. de ling. Lat.

Plautus Rudente Sc. Qui homo.

De Cælio & Quintio.

Cùm vesana meas torreret flamma medullas.

Ad Mallium.

—quæ Themis, inquit, *olim*
Antiquis solita est munera ferre pijs.

hic Themis iustitia esse videtur, vel dea iustitiæ custos: quanquam Hesiodus iustitiam Iouis & Themidis filiam in originibus deorum ponit. iustitia autem antequam relictis terris hominum scelere pollutis in cælū subuolasset mortales omni bonorum fœlicitatisque genere cumulabat, vt seculo aureo & argenteo. Cùm porrò scribit,

De saltu firmano.

Firmano saltu non falsò mentula diues,

Lib. 4. de ling. Lat.

saltum pro magna possessione accipit, vt à Varrone memoratum est in libris de re rustica. E lepido igitur concinnoque poëta hæc quæ annotaremus selegimus, quæ si lectori ingrata futura non sunt, pretium operæ absoluerint: sin ingrata sint, æstimationem alijs scriptoribus, qui in hoc genere collectitij velut æris se occupant, quæsiuerint. nam horum comparatione meritò pluris erunt.

Habuuerit, fluuida, mulcat. CAPVT II.

ANIMADVERTI veteres solitos interdum productionis causa hiatus breuitatem literæ u alterius supplemento extendere: sic in præterito

pro

pro pluit, etiam pluuit in historicis reperimus, & è consuetudine producendi habuuerit pro habuerit apud Plautum in Asinaria, *Asinar. Sc. Agedum istum ostēde.*

Tot reddat spurcas, quot puras habuuerit.

Eadem planè formula pro fluido etiam fluuidum extulit Lucretius: *Lib. 2.*

Sed quod amara vides, eadem quæ fluuida constant.

Idem quoque cùm liquida tendit, liquuida duplicato u scribendum existimo, vel u pro consonante exaudiendum, vt in silua. idem poëta erit toti huic capiti vectigalis. obseruasse genus dicendi in eo ipsa raritate insolens mihi videor. Nam vt archaismus priscorum, *omnes homines qui sese student præstare*, efferebat, pro qui student præstare: & apud Plautum scriptum est, *Sallust. in bell. Catil.*

Atque ego me id facere studeo,

pro ego facere studeo. rursus in Casina, *Quid velis modo, id velim me scire*, pro velim scire. sic in simili ferè genere, sed adhuc inusitatiore eloquutus est hunc in modum Lucretius, *Casina sc. vt illum dij.* *Lib. 2.*

Sed nihil omnino recta regione viai
Declinare quis est qui poßit cernere sese?

pro quis est qui possit cernere. & lib. 1.

Quippe etenim quam multa tibi me fingere possum, *Lucret. lib. 1.*

pro fingere ego possum: sic enim in libris antiquis reperitur, qui si errant, ne in nos culpa conferatur. ex hoc poëta etiam intelligimus pleraque neutra, quę hodie in ar desinunt antiquo ritu desiisse in are: pugillar pugillare, exemplar exemplare.

Exemplare, inquit, *dare, & vestigia notitiai.* *Lucret. lib. 2.*

quæ in mentum etiam in men, vt fundamentum fundamem, momentum momen. *Tantum*, inquit, *quod momen mutatus dicere poßis:* *Ibid.*

id est momentum mutationis. In illo autem versu,

Prætereáque solere vias restringere nostris, *Ibid.*

pereleganter restringere est aperire, & quod constrictum erat laxare, vt & apud Plautum restringere dentes, quod irritati canes dum ringuntur faciunt. *Captiueis sc. Miser homo est.*

Lucret. lib. 2.

—quapropter vbi ipsam
Cernere iam nequeas, motus quoque surpere debet.

id est debet surripere & subtrahere motus. sic enim singulari non plurali numero legendum auguror. Sed amabo te, cur toties à Lucretio dicitur inane vacuum: an quòd inane aliquod sit plenum, à quo distinguat? Inscitum id quidem & delirum sit. an quòd poëtico iure adiunctionem addidit non necessariam? ne id quidem credo: sed quod aëris plagam solent etiam inane appellare latini, discernendi dirimendique causa inane vacuum appellauit: vt cùm scribit, *per inane meant vacuum*: &, *non per inane meat* *Lucret. lib. 2.*

meat vacuum, quòd ſcilicet per aëris regionem feratur, in qua etſi inanitas eſt, non tamen omnino vacua, nec ſine corpore: idque nos antè recordamur explicaſſe: lego autem,

Ibid. *Quapropter ſimul inter ſe tardantur, & extra*
Officiuntur.

illud quoque ſic in cartharum veteramentis reperio & amplector.

Ibid. *Illa quoque in ſolis quæ lumine cernere quimus,*
Ne quibus id faciant plagis apparet apertè.

Trinummo Sc. Neque fuit neque erit. *ne*, hic more priſco eſt non: vt apud Plautum, *niſi ne vis*, pro niſi non vis: ego verò libris araneoſo ſitu ſqualidis auctoribus verſus hos ſic lego,

Lucret. ibid. *Denique multa vides, quibus & color & ſapor vna,*
Relligione animum cùm turpi tangere parto,
Reddita ſunt, cum odore, imprimis pleraque dona,

tantum ne quid diſſimulem in vetuſtis libris, euariat quod contingere parato ſcribitur: ego *eum tangere parto*, emendo ſenſu poſcente (nos enim ſollicitos habet religio cùm contra aliquid quæſiuimus) vel *cùm tingere parto*, id eſt cùm ob turpe partum ſuperſtitione tingeris & imbueris, alterum tamen prætulerim. Vſurpat & mulctare pro mulcere, quando auctore Priſciano mulceo mulſum & mulctum facit in ſupino: ſic enim ſcribit, Ibid. *Omnis enim ſenſus quæ mulctat cauſa iuuátque Haud ſine principiali aliquo læuore creata eſt.* quidam etiam multat legunt, alij mulcat. verum mulcat apud Tacitum eſt lædit: & in antiquo lexico lego *mulcat, verberat, cruciat.* Veteribus tamen libris & Dionyſio Lambino aſſentimur mulcet in Lucretio legẽdum eſſe. Sed iam ſatis hoc caput excreuit, eiúſque hic finis ſit.

Titiuilitium, eij, culex, remittere ſub furca, lingulaca, certamen, exponere cubito, corbita cibi. CAPVT III.

PLAVTINVM ſalem noſtris interdum aſpergimus ſtudijs, quo faſtidium illo velut condimento detergamus, vel tædium ſeueræ muſæ leuemus. ex eius itaque fabellis quæ non inutilia fore lectoribns credimus, interea enotamus, & in has paginas referimus: velut è Caſina quædam hic excerpta ſubſignabimus.

Caſina Sc. Vna ædepol opera. *Non ego iſtud verbum emiſſim titiuilitio.*

Lib. 18. Titiuilitium hic Feſtus nullius eſſe ſignificationis ſcribit, vt apud græcos uullius eſt σκινδαψὸς & βλίτυρι: ſed auctor non contemnendus Fulgentius, Fulgentius lib. de voc. ant. Textiuilitium legiſſe videtur, cùm ita ſcribat, *Textiuilitium dici voluerũt fila putrida, quæ de telis cadunt.* hic ergo textiuilitium rem viliſſimam interpretor. tametſi autem videtur Feſto effutitium temerè vocabulum ad vilitatis & contemptionis ſignificationem, tamen origo ac natales, à quibus

bûs deducit Fulgentius, magnam verisimilitudinẽ præ ſe ferunt. vt enim in textiuilitium vilitium ineſt vilitatis ſententia : ſic antegreſſam vocabuli partem ſenſus expertem de nihilo iactatam eſſe non eſt credibile : titi autem cùm ſenſus nullus ſit, & ſit texti, textiuilitium dictum putemus. Sed ſi Fulgentium ſequamur, in menſione verſus vna erit ſyllaba ſupprimenda, dicendumque textiuiltium. In ea autem fabula eij ſcribẽdum, vt prior ſyllaba producatur, duobus his locis,

Senex hic maritus habitat, eij eſt filius, Iterum, Caſina in prologo.
Sibi iſtam vxorem is ſperat, ſi eij ſit data. inquit Plautus,
Eho tu nihili cana culex, vix teneor, quin quæ decent Sc. Omnib. rebus ego.
Te dicam,

hæc cùm de amaſio ſene dicantur, ſic mihi perſuadeo, culicem hîc figuratè amatorem eſſe, quòd cùm ſua promuſcide formoſorum & formoſarum cutem culices pertundant, & tanqnam quodam ſiphone ſanguinem eliciant, amore quodam eorum capti eſſe videantur. Meleager poëta lib. 7. Epigrammaton quadam zelotypia æmulatur culices, ac eis malum minatur niſi ſe Zenophila ipſius amica abſtineant. ſic enim dicit,

—λήγετε τόλμης, ἢ γνώσεσθε χερῶν ζηλοτύπων δύναμιν. Idem

culici amoris internuncio ad Zenophilam mandata dat.

Sine, inquit, *modo rus veniat, remittam ad te virum* Sc. Sine modo.
Sub furca in vrbem, tanquam carbonarium.

Furca aptati geſtabantur carbones, & furciferi ſerui ſub furca plectebantur, & in exemplum traducebantur. ærumnæ etiam furculæ erant, quibus onera tollebantur ferebanturque. Non dubito autem quin lingulatæ legi debeat non lingulacæ, ſi analogiam ſequamur, ſed conſuetudinem expugnare difficile eſt. Itaque vt nec paſtinacam improbamus, ſic nec lingulacam explodamus. Eam diſtinguere videtur Plautus à ſolea, de qua paulò antè locutus eſt : ſed vt opinor, id tantum riſus cauſa fecit, cùm idem piſcis ſit, qui βούγλωσσος Græcè vocatur : aut ſoleæ certa ſpecies erit linguam bouis propius referens. Quod autem ſubijcit vxorem eſſe nimis lingulatam, vel potius vt editur, lingulacam, ſignificat eam eſſe nimis argutatricem & verboſam & garrulam, & vt dicere ſolemus, linguacem. Obſeruandum autem eſt ſpecimen ſpectamen & certamẽ eiuſdem interdum prope ſignificationis eſſe. Nam certamen pugnam & dimicationem non ſemper ſignificat. Plautus,

Nunc ſpecimen ſpecitur, nunc certamen cernitur. Sc. Nunc amicis

Fulgentius, catillare in hac comœdia interpretatur eſſe catellorum more circum domos ire & girare : Plauti verba ſunt,

Operam vxoris polliceor foras quaſi catillatum, Sc. vt properarem.

Alij tamen à catillone malunt vim verbi eruere, quàm à catellis deriuare. Reperitur & catillæ in antiquis libris, vt alio loco docemus. Sculponeas *Cap. 59.* idem, quæ calceamenta ſunt ruſtica in Catone & meo etiam iudicio in *Fulg. de vocib. ant.* comico Plauto, idem tamen Fulgentius explicat ceſtos eſſe plumbo ligatos: verba ſunt Plauti, *Sc. Sine modo.*

Qui quæſo potius quàm ſculponeas?

Sc. memora ordine. at verò illud, *ſepit veſte id, qui eſtis*, id eſt obducit veſte naturam eam qua mulieres ſunt, quæque honeſtè non poteſt nominari. ſic naturam qua *Lib. 2. c. 4.* mulieres ſunt dixit Varro de re Ruſtica. legi autem in membranulis, *Sc. Neque quò fugiam.*

Tanquam ſenex abs te decumbam,

quod eſt quaſi eſſem maritus tuus, qui abs te decubarem, & Veneris furta clam tentarem. Illud in ijſdem membranulis ſic exaratum erat *Sc. Vbi tu nunc es.*

—hac ibo caninam ſcæuam ſpero meliorem fore.

hic ſcæua omen eſt & augurium, eſtque & bona ſcæua & mala. eſt igitur canina ſcæua, cùm canis latrat, aut ringitur. ait enim minus grauem fore ſeni canis latratum, quàm probra & contumelias & iurgia quibus ab vxore *Sc. ſenſim ſuper.* rixoſa onerabitur: quod quidem & ſupra attigimus. Iam cubito exponere, pro cubito deijcere & proſternere, eleganter dictum eſt, quod ſumptum eſt ab his, quæ è naui exponuntur, vel mercibus, quæ expoſitæ ſunt. *Sc. Nec pol egõ.* Cæterũ corbitam cibi lego, nõ vt editur, corbitant vbi: verba Plauti ſunt,

Ego noui illas eſtrices, corbitam cibi
Comeſſe poſſunt.

Corbitam autem cibi interpretor onerariam cibo refertã, vt Cicero nauem auri & paleæ dicit. Nam corbitare verbũ inuſitatum & inauditũ eſt.

Lædere manes, in Tibullo, dens clauis, dij magici, Bubaſtis, ciſta ſacrorum.

CAPVT IIII.

VELVT recenſionem quandam nonnullorum Tibulli locorum, & explicationem leuem & expeditam & ſuccinctam hoc capite inſtituimus. *Eleg. 1. lib. 1.* *Tu manes, inquit, ne læde meos*: hoc, vt opinor ſentit, noli ipſa tibi manus afferre in meo funere, noli radere tuas genas, dilaniare veſtem, ſcindere comam. hoc enim ſi facies, me offendes, lædeſque manes meos.

Ibid. *Seu reſerat fixo dente puella fores.*

Dentes in clauibus dicebant. Germanicus in Arateo carmine,

Qualis ferrato ſubigens clauicula dente,
Succutit & foribus redducit vincula clauſtri.

hîc ergo fixo dente eſt inſerta claui.

Eleg. 2. lib. 1. *Sola feros Hecates perdomuiſſe canes:*

Hecaten veneficiorum præſidem veneficæ ſuſurro magico eliciunt canibus

bus comitantibus occurrentem, vt diximus: Horatius,

— ſerpentes atque videres
Infernas errare canes. Maro,
— viſæque canes vlulare per vmbram.
Concidit ad magicos hoſtia pulla deos Eleg.2.lib.1.

Dij magici ſunt, dij inferi, Pluto, Proſerpina, Hecate, quibus immola-
bantur hoſtiæ furuæ. *Sertáque de ſanctis deripuiſſe focis,* Eleg.2.lib.1.
id eſt de aris, lego non *diripuiſſe*. *Quid tua nunc Iſis tibi Delia?* ſanè Iſis Eleg.3.lib.1.
multa curabat valetudinum genera, & eius etiam tutelæ commiſſi erant
nauigantes vt Lucianus ſcribit: quibus nominibus eius ſacra obijt Delia
peregre mari Tibullo profecturo. In eius deæ comitatu ex Ouidio didici-
mus fuiſſe Bubaſtin, quam ſecuti notationem nominis, ælurum diximus:
verum ſic Diana ab Ægyptijs vocabatur. Nicarchus libro 1. Epigram.

Οὔπω Βούβαστις κατελύεται· εἰ γὰρ ἐκείνη
Τέξεται ὡς αὐτὴ, τίς θεοῦ ἔστι λόγος.

D*um vehet amnis aquas*, hoc quadam dicitur phantaſia, vt grammatici lo- Eleg.4.lib.1.
quuntur, vel opinione quaſi amnes ipſi animati ſint, & aquas portent ſuas.
Curtius *ſuas tantum aquas vehentem.*

Effluit effuſo cui toga lapſa ſinu, Eleg.6.lib.1.

vel fortaſſe laxa: qui laxius cingebantur, neque togam arcto ſatis nodo
adſtringebant, & delicati habebantur & amatores, vt Iulius Cæſar & Mę-
cenas, qui diſcinctus, malè præcinctus, & tunicā habere ſolutā dicebatur.

— ducórque capillis *Immeritò, proprias proripiórque vias.* Ibid.

In eam immeritò, cùm innocens ſim, rapior viam, qua veni ad amicam,
& ab ea capillis correptus in meam retro reijcior viam.

Ducit inops tremula ſtamina torta manu. Ibid.

In maximis numerabant malis colo vitam miſerè tenuitérque tolerare.
Iuuenalis, *Horrida quale facit reſidens in codice pellex.* Saty.2.
Addit & Tibullus in ſenectute, vt ex ætate quoque mala, accreſcat cumu-
lus ærumnis. *Frigidus intonſos Taurus alat Cilicas,* Eleg.7.lib.1.
hîc intonſos Cilicas vocat, vt exiſtimo, eos qui Taurum incolebant, quæ
pars trachea Cilicia dicebatur, montanaq; erat, populos intonſos & feros
habens, quos aſper mons alebat, non campus frumentarius.

Et leuis occultis conſcia ciſta ſacris

Occultabantur in ciſtis orgia Bacchi & ſacra Iſidis & Oſiridis, & aliorum
deorū arcana myſteria, & ſecreta myſtica. Apuleius, *Ferebatur ab alio ciſta* Lib.11. de aſino aur.
ſecretorū capax, penitus celans operta magnificæ religionis: vnde Martialis ciſti-
geros vocat, qui & contemptui erant: eius verba ſunt,

— nupſiſti Gellia ciſtigero.

& manasse hinc crediderim vocabulum Cistophori nummi, quòd percussus esset forma cistam ferentis.

Eleg.9.lib.1. *In cinerem, & rapidas munera vertat aquas.*

Parum mediusfidius abest, quin putem Tibullum versum Homericum esse interpretatum.

Ἀλλ᾽ ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε·

quod est, vos omnes terra & aqua efficiamini. Hæc ego è libro primo Tibulli saltuatim collecta bonorum iuuenum lectioni transmittere volui, quæ etsi magna non sunt, aut recondita, tamen vt humiles myricæ interdum, reptantesque per humum lasciui hæderarum pampini, & in tabernarum fronte promptæ merces, non in interioribus penetralibus & hypothecis latentes homines delectant: sic bonos iuuenes, nec obtrectandi malignitate morbosos fortasis ista delectabunt.

Tytirus, auena, seruus ad pedes, pacta conuentáque, mercatura, venales, rectum libramentum, tuber, foro cedere, spondere in incertum. CAPVT V.

TYTIRES apud Maronem calamo canit, & vt pastor, & quòd tytiros etiam calamus est auctore Hesychio: & tytirenus monaulus vel tibia calamina quæ auena etiam dicitur: *Dum tua multorum vincat auena tubam,* scribit Martialis: & Maro,

Lib.8.epig.3.

Eclog.1. *Siluestrem tenui musam meditaris auena.*

Lib.4.de benefic.cap.6. ad Maronis locum de calamo agresti respexit Seneca de beneficijs, *qui non calamo tantum cantare, & agreste atque inconditum carmen, aliquam tamen obseruationem modulari docuit.* Ex eadem Senecę officina hoc caput instruetur, quasi liber ille huic capiti præbenda conduxerit. Ad pedes serui dicebãtur, qui ad dominorum cœnantium pedes stabant: Seneca, *Seruus, qui cœnanti ad pedes steterat, narrat, quæ inter cœnã ebrius dixisset.* Martialis,

Lib.3.de benefic.cap.27.

Lib.12.epig.88.

Dum negligentem ducit ad pedes vernam.

Vnde & argutia illius epigrammatis pendere videtur,

Lib.5.Epig.70. *Omnia cùm retro pueris obsonia tradas,*
Cur non mensa tibi ponitur à pedibus?

Pactum est ex parte stipulantium: conuentum cùm quæ pepigerunt promissa sunt, de hisque est conuentum: hac de causa pacta conuenta & pacta conuentaque legimus: antecedit enim pactum, sequitur conuentum. Seneca, *nec pacta conuentáque impressis signis custodirentur.* Veteres mercaturam à mangonio separauêre, Plautus,

Lib.3.de benefic.cap.15.

Trinummo Sc. Quo illhic homo se.

Mercaturam an venales habuit?

Et eodem

Et eodem lib. Seneca, *mercator vrbibus prodest, medicus ægris, mango venalibus.* [Li. 4. de Benef. c. 13.] Libramentum rectum eodē lib. pro perpendiculo posuit sanè quam elegãter: eius verba sunt, *modo exclusit totius aspectum, si recto libramento inter solem terrásque successit*, [Lib. 5. de benef. c. 5.] id est ad perpendiculum inter vtrunque interposita fuit. Idem φῦμα tuber conuertit, *Tuber*, inquit, *quidam tyranni gladio diuisit, qui ad eum occidendum venerat.* [Lib. 2. de Benef. c. 19.] vomicam Plinius eandem rem cùm scriberet lib. 7. de Iasone Pheræo, vocauit. [C. 5. lib. 7.] *Hic*, inquit Seneca, *corpore deformis est, aspectu fœdus & ornamenta sua traducturus.* [Lib. 4. de Benef. c. 32.] Hinc illustratur Iuuenalis, [Saty. 11.]

—in qua se traducebat Vlysses Ancipitem,

Foro cedere non aliud esse videtur, quàm æris alieni causa in forum non ventitare, & creditoribus non soluere, quod genus cessionis erat. Itaque inter creditores bona diuidebantur. Seneca, *& appellare debitorem ad diem possum, &, si foro cesserit, portionem feram.* [Li. 4. de Benef. c. 39.] id tamen de argentarijs præcipuè dici solebat, qui mensam in foro habebant. Spondere in incertum apud Senecam, est non in certam nummorum summam, sed quantumcunque quis debeat fide sua iubere, quæ periculosissima sponsio erat: eius sunt verba, *sed non si sponderi in incertum iubebis, si fisco obligabis.* [Ibid.]

Abstit, fullonem comprimere, annuuit, ninguit, sarpta, hominem exiuit, flectere promontorium. CAPVT VI.

ANIMADVERTI multa aliter à Grammaticis veteribus ex auctoribus proferri, quàm hodie edita cernantur: eorum quædam, & nonnulla alia obiter signabo, plura alij notabunt. lib. 11. Metamorph. editum est,

Alcyones lachrymas, & quæ pars admonet absit,

vbi Priscianus abstit pro abstitit legit: [Lib. 9. de prima coniugat.] sed & lib. de Orat. legit, *attendere & aucupari verba oportebit inquio*: [Prisc. lib. 10. ex 2. de orat.] quod hodie secus excusum est. apud Terentium in Phormione, [Actu. 5. Sc. 8.]

Tum Antiphonem video ab sese amittere inuitum eam inque,

[Apud Prisc. lib 10.] quod hodie non item percrebuit. vt apud Plautum, fructus fullonius in obscœnissima re ponitur: [Pseudolo sc. quoi seruitutē.] ita comprimere fullonem apud Priscianum Næuius dicit in re fœdissima. [Lib. 10.] Itaque nomen fullonis in obscœnis ponebatur, quod iam antè è Tertulliano annotasse me recordor: verba sunt Næuij,

Quando ego plus sapiui, qui fullonem compreßi quinquatribus.

legit & in Terentij Adelphis à cæpio cæperet, [Prisc. lib. 10.]

Prius olfecissem quàm ille quicquam cæperet. [Adelph. act. 3. sc. 3.]

hodie diuersè scriptum est. Lapidibus pluuisse in Liuio agnoscit, nos pluisse: [Lib. 2. 21. & 22.] nam eodem modo annuo annuui in præterito faciebat. Ennius, [Apud Prisc. lib. 10.]

Annuuit sese mecum decernere ferro.

Interea toto non secius æquore ninguit, [3. Georg.]

 in Vir-

in Virgilio asserit, nos ningit legimus. apud Horatium,

Od.6.lib.3.

Non auspicatos contudit impetus Nostris,

Lib.10.

in Prisciani scribitur libris: quanquam non constat an ita legerit. hodie in Horatianis exemplaribus *Nostros* editũ est. Locus Varronis egregius extat apud Priscianum de Psyllis & ophiogenibus, quem & mediusfidius adscribam. *vt*, inquit, *habent Parij qui vocantur* ὀφιογενεῖς, *& in Africa Psylli, quorum Ophiogenes, cùm arbitrantur suppositũ esse in stirpe aliquem, si admoueãt vt pungat colubra, cùm pupugerit, si de genere sit, viuere, si non sit, mori.* Rursum, *admota aspis cùm pupugerit, si non occidat, sciat ex Psyllorum genere esse.* In Plinio malè legi censeo in insula Cypro pro in insula Paro: quomodo & reperi in optimo exemplari. In Varrone de re Rustica cùm oblinerunt vasa legit, non vt hodie. apud eundem Priscianum extat verbum sarpo, quod est puto: vnde vineta sarpta. Inde nos hodie falcem vinitoriã, qua ad putandum vinitores vtuntur, sarpam vocamus. sed fortasse tamen verius sit sarpam ab harpe deduci, & sibilum vt plerunque in densum spiritum exasperari. atque adeo falcem lignatoriam sic vocamus, propterea quod cædit & putat arbusculas. legit & in Propertio,

Apud Prisc.lib. 10. — Plin.lib.36.c.7. — Apud Prisc. lib. 10. — Lib.3.ad Cynthiam.

At tibi qui nostro nexisti retia lecto.

quod nunc aliter est: sed & in oratore Ciceronis, *at Æsopum si paulum irrauserit explodi*, affirmat Priscianus: nos irraucuit mutauimus; nihil tanti Grammatici auctoritatem reueriti. *septima & vicesima Olympiade hominem exiuit*, in Solino recipit: nos exuit in eius locum reposuimus. κάμπτειν ἄκραν dicunt Græci nautica locutione, quod Latini flectere promuntorium: cãpsare promuntoriũ more Græcorum apud Priscianum dixit Ennius, etsi à cambio id deducit Charisius. verba sunt Ennij, *Leucaten campsant.* Est autem flectere promuntorium circum promuntorium cursum flectere & nauigare. Cicero ad Atticum, *Sed Leucaten flectere molestum videbatur.* & de diuinatione, *Qui nauigant, in flectendis promuntorijs ventorum mutationes maximas sæpe sentiunt.* hæc pauca collegi, quæ exemplo & documento alijs esse possunt, vt ex antiquis Grammaticis eiusdem generis plurima eruant, quod quidem & perfacile est, & à quibusdam in multis auctorum locis eleganter iam factum esse scio. legit idem lib. 2. de natura deorum, quo facilius id quod docere volimus intelligi possit, cùm hodie *volumus* in exemplaribus reperiamus.

1. de oratore apud Prisc. lib. 10. de præterito 4. coniug. — Solinus c.2. — Lib.10. — Li.5.ad Att.11. epist. Actium venimus. — Cic.2.de diuin. — Prisc.lib.9.

Repertitius ciuis, reptitius, absque carnificis nomine, ancillaris in Sallustij oratione legendum. CAPVT VII.

CIRCVNFERTVR oratiuncula amarissima nomine Salustij in Ciceronem,

cerone͂, & Ciceronis in Saluſtium pari & acerbitate & petulãtia vel ſcripta vel habita: quanquam de auctoribus noſtri Grãmatici altercantur, & eorum quos nominaui non eſſe, nullum arbitrium recuſantes contendu͂t. quibus ego fidem haberem, niſi me reuerentia ſui in diuerſam ſententiam Quintilianus traheret, qui ita ſcribit lib. 9. *& apud Salluſtium in Ciceronem, O Romule Arpinas.* Quintil. lib. 9. c. 3. veruntamen in Saluſtiana repertitius appellatur ciuis, per contumeliam, qui non eſt origine ciuis, ſed iure, vt in ciuitatem receptus, quo iure municipes erant. Repertitius igitur eſt qui ortu non eſt, ſed tanquam repertus ciuis & quæſitus. alij tamen reptitius legunt eleganter, vt per contumeliam irrepſiſſe in ciuitatem dicatur, quidam irreptitius: non deeſt etiam qui repetitius, quaſi is ſit, qui cùm ſe ciuem Romanum ferat, ab alijs repetatur. ſed repertitius, quod in veteribus libris perſcribitur, vt ingenuum & verum ſuo in familiari lare libentius retinuerim, quàm ſummouerim. *Vxor ſacrilega ac periurijs delibuta.* In Salluſt. in Cic. bonis libris debilitata reperio, vt cùm ægritudine pedum Terentia ſæpe laboraret, eam valetudinem ei ob periurij pœnam à dijs immortalibus immiſſam innuere videatur. *M. Craßi viri Conſularis*, malem M. Craſſi viri clariſſimi. *Abſque carnificis*, autem, *nomine*, eſt cùm ſe carnificem nominare deberet. ſed & legis Plautiæ, non Planciæ legendum arbitror: &, *alius Tuſculanã, alius Pompeianã villam.* ex M. Craſſi familia dicit, & quòd in Craſſi domo Cicero habitabat, & quòd quaſi ex eius familia eſſet, Craſſi inſtituto multos infimos, & Remp. ſæpe contra nobilitatem, nobilium ſimultate͂ neglige͂s defendebat. hoc enim Craſſum feciſſe è Plutarcho cognouimus. quid tame͂ ſi legamus? ex M. Craſſi familiaritate. Pro noſtroru͂ omnium omnino melius & Latinius eſt noſtrûm omnium, &, *obliuiſci ſeruitutis turpißimæ*, legendum videtur, cùm in antiquo libro tuę prius ſcriptu͂ ſit, in quodam etiam tuæ. *Egeris oro te Cicero*, valet ſanè egeris: eſtque oro te, non obſecrantis, ſed concedentis. *Cui inſidias in ciuitate feciſti ancillares?* apparet ex aduerſaria oratione legendu͂ eſſe ancillaris, cu͂ in ea ſcribatur, *nulli priuatim ancillatus ſum*: idque de Pompeio intelligendum arbitror, cui Cic. in Salluſt. inſidiatum Cicerone͂ fuiſſe opinio fuit, quod & Pompeiu͂ à Cicerone abalienarat, vt ab eo deſtitutus fuerit, cùm armis pulſus à Clodio eſt: reuerſus tamen ab exilio modis omnibus ſibi Pompeium colendum, & ei inſeruiendum eſſe putauit, quod hic ei obijcitur. Paulus quoque Manutius vir eruditiſſimus & intelligentiſſimus ancillaris legendum cenſet.

Abſentia, puer Iunonius, ad rudem compellere, adſtipulator.
CAPVT VIII.

DOLENTISSIME ſcripta eſt epiſtola ad Octauium, qui optimatibus Cic. epiſt. ad Octauium.

proditis arma in Rempub. conuerterat. eius initio ſtatim reperio in codice manu ſcripto, *nulla remedia quæ vulneribus adhibentur non faciũt dolorem, quamuis ſint ſalutaria.* hanc ego ſcripturam diſſimulare non potui fortaſſe recepta accommodatiorem. In eadem epiſtola abſentia ſunt futura, cùm ſcribitur, *& abſentium ſenſus ſignificatio.* iam enim de præſentibus & præteritis erat loquutus. reperio & in ſcripto libro, *abſens pro me expoſtulem tecum: atque ita dico pro me, ſi ſalus mea.* iſta ſecus aliquanto edita ſunt, nec tamen hæc quæ protuli, indigna luce & publico credidi: quæ condemnata ab eruditis, ad blattas tineaſque lucifugas denuò reuertentur. lego autem indubitanter, *aut ſi nulla ratione publicis.* Reperio in veteribus monumentis, *donabat ciuitates immunitate & nationes, ex commentario dictaturam gerebat.* & mox, *prohibebat dictatorem creari, ipſe regnabat in conſulatu, vnus prouincias omnes concupierat.* Obſecro quis queri poterit per me huic ſcripturæ publicum videre licere? quis expoſtulabit meritò, quòd à me ab exilio aut deportatione reuocata eſt? ſi reſtitutio doctis non placet, iterum deportabitur in inſulam vltimam. pro, *vt tunc quidem optimus*, reperio, *vt nunc quoque optamus*, & pro *affectam & proſtratam*, deſperatam & afflictam: &, *immemor beneficij tui*, non vt excuſum eſt, beneficij ſui: atque tui aliquãto melius eſt & Latinius, niſi, vt in quodam libro reperi, accuſandi caſu legas, ingratum & immemorem. Quis eſt in eadem epiſtola Iunonius puer? an felix & fortunatus, ex eo quòd Iuno felicitatem & diuitias promiſit Paridi, ſi pro ſe iudicaret? & non putem. an, vt quibuſdam videtur, eſt delicatus & delicijs innutritus? minimè gentium. An potius fortunatus & felix velut Iunonis cælitum reginæ filius: vel qui beneuola & propitia Iunone Lucina natus eſt, quæ partubus præeſt? Et veriſimile fuerit, præſertim cùm mox eum aureum partum appellet. ſic quòd Iuno connubijs præſidet Virgilius ſcripſit,

4. Æn. *Dijs equidem auſpicibus reor & Iunone ſecunda.*

Nec enim cenſuerim eſſe ad Martem reſpectum, quem Iunonis filium fuiſſe fabulæ loquuntur. pro, *quis tanta erit animi facultate*, repono, auctoribus libris antiquis, *quis erit tanta animi facilitate.* Eſt enim hic facilitas credulitas. quis, inquit, tam credulus & facilis erit, vt iſta memoriæ propagata & hiſtoriæ mandata crediturus ſit? dicitur adſtipulator hac epiſtola fuiſſe pater Auguſti: adſtipulator autem erat, qui ſtipulanti accedebat, idemque ſtipulabatur, vt pacta & conuenta eſſent firmiora, magiſque cauta & rata: ac in foro Romano circum argentarias homines erant, qui adſtipulandi quæſtum exercebant, præſtoque erant ſtipulantibus & paciſcentibus. adſtipulator in antiquo Lexico προσεπερωτητὴς exponitur, id eſt, qui præter ſtipulatorem interrogat atque ſtipulatur. cùm ſcribit, *Ille tamen exorabat:*

multa

multa ſunt ſubaudienda, vt, quamuis enim regnaret Antonius. pro, *ſepultæ reliquiæ*, quod vehementer approbo, ſepulturę reperio, quod etiam non damno, deterius tamen iudico. & mox, *qui proximè in illam æternam domum deceſſerit.* reperio etiam, *conciliaſſet eam potentiam, ſed forma per dedecus pecuniam & nomen nobile conſceleratum impudicitia dediſſet.* obijcit enim ei impudicitiam, quòd ſtupri nefandi conſuetudine adoptionem auunculi & hæreditatem ſit meritus. Sed quid eſt ad rudem compellere? nempe eſt rudis & miſſionis ſpe gladiatores congregare, vt compelli pecus dicitur quod congregatur: rude autem donati ferro dimicare non coguntur. hinc illud Ciceronis, *non enim in acie verſatur & ferro, quaſi rudibus eius eludit oratio.* *De optimo gen. orato.* Chariſius, *Rudis ſcipio quem laniſta liberandis gladiatoribus gerit.* *Lib. 1. inſtit. Grammat.* ſignificat igitur Octauianum promiſſa rude, exercitum è gladiatoribus Iulianis coëgiſſe: ac intellexit veteranos, quos è colonijs euocauit Auguſtus, quos, quòd eorum aliqui gladiatores fortaſſe fuiſſent, aut etiam ad contemptum & probrum, gladiatores appellauit, & ad rudem & præmia conueniſſe intelligit. dotale autem matrimonium dicit, quaſi nupſerit Iulio Octauius, eique vt vxori legitimæ imperium Iulius legauerit. Hæc à *Epiſt. ad Octauium.* paupere domino ſunt Muſis humanioribus libamina ſacrata.

Oetum, cici, & quædam alia in Plinio obſeruata.

CAPVT IX.

In ampliſſimis illis & feraciſſimis Plinij noualibus quanta, dij veſtram fidem, ſuccreuit tribulorum, lapparum, & lolij copia: ſed earum infelicium herbarum purgatio maiorem alicuius agricolæ diligentiã ſtudiumque deſiderat, non hanc noſtram perfunctoriam leuemque operam. Interim ſi potero locos aliquot perpurgabo vno è libro, quædam etiam declarabo: quædam tantum comparabo. *mandunt*, inquit, de Ægyptijs lo- *Lib. 21. c. 15.* quens, *& oetum, cui pauca folia minimáque, verum radix magna.* Illud oetum quod genus herbæ ſit quotus quiſque ſcit? ne ipſe quidem gloriabor me ſcire, cùm præſertim herba Ægypto peculiaris ſit: ſed quid de ea legerim, vel ſuſpicer potius, attingã. Oetum eſſe ſuſpicor, quem Theophra- *Theophr. lib. 1. hiſt. plant. ca 1.* ſtus vingum appellat his verbis, καὶ ὅσα δὴ ὑπὸ γῆς φέρει καρπόν· οἷον ἥτε ἀραχίδνα, καὶ τὸ ἐν αἰγύπτῳ καλούμενον οὔιγγον. ſed & Heſychius ſcribit, οὔιγγον καλούμενον ὑπ᾽ ἐνίων οἰτόν. *Heſychius.* quanquam in eo ἀιτὸν ſcribitur & οὐιτόν, quod vtrunque mendoſum reor: aut apud Theophraſtum οὐιτὸν non οὔιγγον ſcribendum. Magnam autem mihi coniecturam mouet vingum eſſe oetum, quòd vt Theophraſtus vingum & arachidnam coniunxit, ſic Plinius oetum & arachidnam. *Aphace*, inquit Plinius, *acinos quam vocant, epipetron.* ſcribendum *Lib. 21. c. 15.* reor, *Aphace, cynops: epipetron vocant, quæ nunquam floret.* Theophraſtus, *Theophraſtus lib. 7. cap. 8.*

οἷον ἀφάκης καὶ τὸ τοῦ κύνωπος: oculum caninum vertit Theodorus. Paulò post
c. 15. lib. 21. de epipetro scribit, ἔνια δὲ καὶ ὅλως ἀνανθῆ, καθάπερ καὶ τὸ ἐπίπετρον. *Celebrt*, inquit, *cnicon Italiæ ignotam, ipsis autem oleo non cibo gratam*: crediderim scribendum cici, id est ricinum, vnde cicinum oleum apud AEgyptios exprimebatur, vt, ne testimonia vndique hostiatim corrogem, hunc & illum auctorem appellando, vno ore omnes scribunt. sequenti capite scribit Pli-
c. 16. lib. 21. nius, *Cnidos, polyacanthos*: emendandum Theophrasto auctore arbitror, *cnecus* pro cnedos, vt & paulò post idem verbum nequam & nihili eijciẽ-
c. 15. lib. 21. dum: *vno autem caule nec ramosum cnidos*. legendum enim cnecos. *Antha-*
Theophrastus lib. 4. cap. 10. *lium*, inquit, *longius à flumine nascitur*: in Theophrasto μαλιναθάλλη, scribi-
c. 17. lib. 21. tur libro quarto, φύεται κατὰ γῆς ὃ καλεῖται μαλιναθάλλη. pro chondrilla Plinij
Theoph. lib. 7. cap. 7. in Theophrasto legitur ἀνδρυάλα, quod sequitur Theodorus: sed falsi suspecti sunt Theophrasti libri, cùm alio loco multo propius ad verum le-
Lib. 7. cap. 11. c. 15. lib. 21. gatur ὥσπερ ἡ χανδρὰς, vbi chondrillam Plinius scripsit, Chandraliam ver-
Lib. 7. cap. 7. tit Theodorus. quod Plinius anthriscum appellat, vel potius Plinij libri, ἐνθυσικὸν Theophrastus nominat, & fortasse fidelius. sed & omnibus in lo-
c. 16. cis apud Thophrastum ἰξίνη legitur, vbi apud Plinium euulgatum est li. 21.
Ibid. helxine: sed & vbi in Plinio editum est, *alteri arenaceum*, in Theophrasto, vnde mutuum sumpsit, σησαμοειδὲς scriptum extat, quod est sesamaceum:
Ibid. & in ononide sic Plinium emendo, *Sequitur arata frugibus inimica viuáxque præcipuè*. Sed hæc satis sint libanti præsertim, & eorum conuiuarum more qui fastidio laborant, aut mulierum quæ malacia, leuiter degustanti: eadem scitamenta auidius consectetur, qui maiore eorum appetentia ducitur.

Ille Iupiter, liquidum, liquet, liquidus animus, terram tangere, Herculem inuocare, tam placidus quàm aqua. CAPVT X.

Cvm Iouis nomine veteres pronomen ille sæpe iungebant, quod aut
Terent. Heaut. act. 3. Sc. 1. demonstrando faciebant, vt lucescit hoc iam: cœlum enim ostenditur:
Mostellaria Sc. vel amplificando. Plautus mostellaria,
Iupiter supremus.

—*ita ille faxit Iupiter*:

videlicet, vel qui illic est in cœlo, vel præpotens deus. Amphitryone,
Amphitryone Sc. 1.

—*quod ille faciat* Iupiter. Curgulione,
Curgulione Sc. 1.

—*nec me ille sirit Iupiter.*

Turbare & liquere contraria sunt, & in liquore ponũtur, inde ad alia trãsferuntur: vt, liquida æthra dicitur, quæ opponitur turbido aëri. Plautus
Mostell. Sc. Melius hoc anno. Mostellaria,

Tam liquidus est, quàm liquida esse tempestas solet.

Liquidus ignis, purus tenuis clarúsque est. Inde liquidum auspicium, cùm sereno

ſereno puroque cœlo certum nec dubium auſpicium nobis oſtenditur. In epidico, *—liquido exeo foras auſpicio aui ſiniſtra,*

Epidico sc. At at tacete.

& in Pſeudulo, *—aui ſiniſtra auſpicio liquido.*

Pſeudolo sc. Dulcia atque amara.

Liquet enim turbido & fecato opponitur. Plautus,

Nunc liquet, nunc defecatum eſt.

Ibid.

Hinc animus defecatus, in quo nihil eſt turbidi, nihilque moleſtiæ. In Aulularia, *Nunc defecato demum animo egredior domo.*

Aulularia sc. Nunc defecato.

Vinum enim defecabatur faccis tranſmiſſum, & liquidum è turbido reddebatur, vnde iſtud tranſlatum: & animus liquidus, modò non perturbatus, ab aëris ſtatu metaphora ducta, vt in Epidico,

Animo liquido es & tranquillo, tace:

Epid. sc. Malè morigerus.

modò non ſollicitus, vt Pſeudulo,

—bene curaßis, liquido animo es.

Pſeud. sc. non audis.

Sed quod dixeram turbare & liquere cōtraria eſſe, apparet è Moſtellaria,

Sc. Iupiter ſupremus

Sicut ego efficiam, quæ facta hic turbabimus,
Profectò vt liqueant omnia & tranquilla ſint.

Inde turbare rationes & conturbare per tranſlationem vſurpari crediderim. In eadem Moſtellaria editum reperio,

Dij te deæque perduaxint cum iſto omine.

Sc. Habeo Neptune.

Sed ſi legitimos ſenariorum numeros teneo, ſi Latinè aliquantillum ſcio, pro *perduaxint*, *perduint*, non dubitanter reponam. Sequitur non longè, *Tangite vos quoque terram.* genus quoddam venerationis erat & cerimoniæ ſuperſtitioniſque, terram tangere. Varro, *hoc ter nouies cantare iubet, terram tangere, deſpuere, ieiunum cantare.* Macrobius, *Cùm tellurem dicit, manibus terram tangit.* Simile eſt illud Ciceronis, de Aruſpicum reſponſis, *aut puer ille patrimus, aut matrimus, ſi terram non tenuit.* in eadem fabula ſcribitur, *Atque Herculem inuocabis,* credo quòd à Græcis Hercules cognomento ἀλεξίκακος, id eſt malorum depulſor coleretur: veterator autem ſeruus, qui miris modis herum ludos facit, ad depellendum laruarum & lemurum periculum, herum quem territauit, vt Herculē inuocet, monet.

Varro de re ruſt. lib.1.c.2.
Macrob. lib.3. Sat.c.9.
Moſtellaria sc. Habeo Neptune.

Quid tute hominem hominum omnium teterrime,
Veniſti huc extentatum,

Moſtellaria sc. Sceleſtiorē ego.

valet ferè oſtentatum vt enim oſtendere valet tanquam ſe obtendere, quod eſt antè: ſic extendere eſt extra modum ſe tendere. extentatum igitur eſt extenſum vocem tuam. antè enim dixerat,

Euge ſtrenue. Iam appetit meridies.

id non temerè dictum. Nam & daniſtæ dixerat ſeruus, vt circiter meridiem rediret, & alioqui poſt meridiem non ferè quicquam rei Romani incipere ſolebant, præſertim magiſtratus, nec paciſci. Plutarchus, τὸ μὴ

Plutarchus.

Sc. Melius hoc anno.

ποιεῖσθαι ῥωμαῖον ἄρχοντα σπονδὰς μηδὲ ὁμολογίας μετὰ μέσον ἡμέρας. *Quid ille consomniauit*, haud paulò malim, quàm consummauit, vt sit, quid cogitauit, quid somniauit.

Sc. Nunc ego illum.

Tam placida, inquit, *est quàm aqua.*

Nam aqua dicitur, cùm æquata est, vt in trãquillitate, vnda in tempestate.

Sc. Quid tibi visum.

Vidisse nunquam ablectas ædes,

Ibid.

crediderim esse scribendum *abiectas*. *abiectas* enim dicit vilissimo pretio venditas, vt non tam venditæ videantur fuisse, quàm proiectæ. *Dij immortales mercimonij lepidißimi*, Græca locutio est, in qua subticetur causa: quod qui Græca primoribus gustarunt labris, quid valeat intelligunt. Hos tanquam flosculos legens & sertum contexens, non tamen nimium lepidum, admixtis etiam vrticis, vt lasciui nonnulli solent, quô ludo fruantur, nobis parabamus, quod etiam alijs trãsmitteremus, quibus si iniucundè fragrabit, operam tamen coronarij gratuitam boni consulere debebunt.

Tryblium, fontinalis, batiaca, bene me, bene te, da puer auguris apud Flaccum, vertitur cadus. CAPVT XI.

Sc. Agite ite foras.

DIVERTERE in Plauti facetam scenam libet, & eius in theatro fabulam spectare, Stichum, in qua dicit,

Hoc conuiuium est pro opibus nostris satis commodulè,
Nucibus, fabulis, ficulis, oleæ interrupto lupillo.

in his quod postremũ est, propè ab ipsa tota cauea exibilatur. Ioachimus Camerarius Germaniæ ornamentum & Europæ decus, qui perbonam huic comico nauauit operam, in teriplio se reperisse in veteribus libris testatur. ego ex eo emendo, tryblio, quod verbum Græcum quidem est, vsurpatum tamen à Latino Varrone est, & catinum significat. fabulas autem & lupillum pro fabis & lupino dixit per diminutionem. sed & cum minuto crustulo libentius duobus verbis quàm vno coniuncto legerim. sequitur non longè,

Quid istud est prouinciæ. St. vtrum fontali
An libero imperium te inhibere mauis?

ego Fontinali lego, quem deum fontibus præfuisse ex eo conijcio, quòd fontinalia eius sacra dicerentur à Romanis. Itaque & fontinalium nomen & trochaici versus dimensio satis præstant, quod emendaui rectum & inculpatũ esse. Nomina poculorum Græca sunt in eadem fabula scaphium,

Non. in Batiola
Athenæus lib. 11.

cantharus, batiola: sed hoc postremum sic appellatum à Nonio, Athenæus batiacam vocat & batiacium. affert enim è Diphilo, ζαγέλαφος, πέλεκυς, βατιάκη λαβρώνιος. & mox subijcit, Δίδυμος δὲ ὅμοιον εἶναι φησὶν αὐτῷ βομβυλίῳ ἢ βατιακίῳ. & libentius assentiar Athenæo quàm Nonio, præsertim

cùm

cùm quædam etiam Plauti editiones batiocis hodie exhibeant. Legem bibendi proponit ſeruus, vt olim ſolebat in conuiuijs, vt tot cyathos bibant quot digitos habent in manu, id eſt quinque. tot enim ſunt in manu digiti. Itaque ſubiicit Græcam cantionem, ἢ πέντε πῖν' ἢ τρεῖς πῖν' ἢ μὴ τέτταρα. quod valet, aut quinq; bibe, aut ter bibe, aut ne quatuor. In Athenæo legitur, ἢ πῖνε τρία, id eſt tria bibe, quod integrius puto: cantionẽq; interpretatur de vini tẽperatione, quinque vini cyathorũ ad duos aquæ, aut trium ad vnũ, quo ſenſu non videtur accepiſſe Plautus: ſed ad quinque tantũ cyathos vini retuliſſe, quibus non duos aquæ cyathos, ſed ſemicyathum miſceri iubet. Nam quinque cyathorum decima eſt ſemicyathus. Sequitur autem protinus, *tibi propino decima fonte*, quod valet aquę decima parte. Solebant autem priſci in bibendo bene ſibi & ijs quos amabant aut charos habebant precari. Tale illud comici, *bene nos, bene te, bene me, bene noſtram etiam Stephanium*: ac more Græco velut per infinitiuũ ita extulit ſubaudito verbo precor, bene nos viuere & valere: ſed & propter ſuos aut amicorum ſucceſſus bibere conſueuerant, vt Horatius, *Da puer auguris Murenæ*, quod eſt Græco more dictum cauſa ſubaudita. id eſt enim propter auguratum Murenę vel interprete Auſonio qui ita ſcribit, *in qua propter mediam noctem & nouam lunam & Murenæ auguratũ ternos ter cyathos attonitus petit vates*. inter libandũ etiam bene eodẽ modo precari ſolebant. Ouid. lib. 2. Faſtorum,

Sc. Agite ite foras.

Od. 19. lib. 3

Auſon. epiſtola quæ præponitur Edyll. 15.

Ouid. lib. 2. Faſtor.

Et bene nos, bene tu patriæ pater optime Cæſar,
Dicite ſuffuſo per ſacra verba mero.

Tamen nos efficimus pro noſtris opibus noſtra mœnia,

dicit comicus in ſerui perſona eorum imitatione, qui pro ſuis opibus & facultatibus non deeſſe ſe Reipub. prędicant, ſed ſe munera facere dicunt, & de patrimonio fungendis muneribus impendere. Mœnia enim pro muneribus dixit antiquè. ſcribendum mox crediderim,

— amicæ vter vtrubi accumbamus?

Quamuis de ſubito vel cadus verti poteſt, valet exhauriri. quæ enim exhauriuntur vertuntur: hinc verſus ille Lucilij,

Sc. Agite.

Vertitur Oenophoris fundus ſententia nobis.

& apud Horatium,

Inuertunt aliphanis vinaria tota.

Satyra 8. li. 2

hæc ex illis Plauti ſpectaculis obiter annotabamus, ſed aulæum tollemus, & hic finem capitis faciemus.

Fortuna huiuſce diei, encrinomenos, probatio athletarum, Simon, Hercules oetæo habitu. CAPVT XII.

FORTVNAM cognomento huiuſce diei à Romanis cultam, à Catulo dedica-

Plutarch. in Mario. dedicatam è Plutarcho nouimus: eius & apud Cic.2.de legib. mentio eſt, & apud Plin. lib.34. duobus locis, ſed veluti de cœlo tactis aut ſideratis: Cic.2.de Legib. c.8. lib.34. eos proferam. *Quam*, inquit, *Romæ Æmilius Paulus ad ædem Fortunæ dedicauit. Item duo ſigna, quæ Catullus in eadem æde poſuit palliata.* ſcribendum atteſtantibus veteribus exemplaribus, ad ædem fortunę huiuſce diei dicauit. Rurſum, *cuius ſigna ad ædem Fortunæ huiuſce deæ ſunt ſeminuda,* lego, huiuſce diei ſunt ſeminuda. illud quoque ſincerum fore ita reſtitutum crediderim. *Athenis Satyrum, turmam Alexandri, amicorúmque eius.* non enim ſatis probare poſſum genus loquendi vt Satyrorũ turma dicatur. quod ſi præter rationem linguæ quis etiam teſtimonium deſiderat, is ita habeat, me vt ſcripſi ſic in optimo codice legiſſe: cuius equidem auctoritatẽ linguæ Latinæ elegantia ſubnixam pro nihilo putare non debui. æquè illud eidem codici acceptum feretur, quod vt ſuſpicor, aliquanto verius eſt, quàm quod receptum eſt. *prælium equeſtre: ſimulachrum Trophonij ad oraculum.* Idem inquit Plinius, *Cataguſam & ebrietatem & Liberum patrem.* Quæ eſt obſecro iſta cataguſa? vtrum quę lunam veneficijs & cantionibus deducit? an potius quæ penſa deducit, vnde & κάταγμα? hoc poſterius equidem ad veritatem propenſius crediderim. *Alcamenes*, inquit, *Phidiæ diſcipulus, & marmorea fecit & æreum pentathlum, qui vocatur encrinomenos.* encrinomenos vocatur qui athletis adnumeratur, id eſt qui in eorum numerum recipitur: vnde & ἔγκρισις ἀθλητῶν dicitur: probationem Cic.lib.1.offic. athletarum vocauit Cicero lib.1. officiorum: probabantur enim vt reciperentur & accenſerentur. eius verba ſunt, *At qui hoc idem Sophocles ſi in athletarum probatione dixiſſet, iuſta reprehenſione caruiſſet.* Legendum in eo- Plin.lib.34.c.8. dem auctore, paulò antè crediderim, *Item ſtephuſam ſpilumenem oporam*, id eſt coronantem mulierem fecit, & ſordidum autumnum. Nam & Oui- 1.Metamor. dius ſcripſit,

Stabat & autumnus calcatis ſordidus vuis.

Plinius ibid. *Idem equitem Sarmenem, qui primus de equitatu ſcripſit.* quis non è lib. Xenophontis de re equeſtri intelligit Simonem eſſe legendum? *Iuxta* inquit, *roſtra Herculis tunicati, eleo habitu Romæ, torua facie ſentienteque ſuprema in tunica.* illud eleo habitu ideo ſuſpectum eſt, quòd à ſcriptura recedit antiqua quæ eſt, ſoleo, ad augurem aliquem deferenda vel coniectorem: eam ego cùm amico meo viro longè doctiſſimo oſtendiſſem, ioleo legendum ſuſpicabatur: ego oetæo Plinianum haud dubiè affirmauerim. Oetæus enim habitus illa tunica moleſta vocatur à Plinio, quæ tabe veneni imbuta viſceribus eius inhæſit, tantóſque cruciatus excitauit, vt in pyram ardentem ſeſe coniicere maluerit, quàm tantum dolorem diutius perferre. Hæc tamen mea, quod iam ſæpe teſtatus ſum, & nunc repeto, pro ſenatuſconſulti

fulti auctoritate haberi minimè velim. tam liberum alijs sit rectè sentire, quàm comminisci impunè mihi licet. hæc enim meorum indicatura est, hoc pretium, & ab hoc præconio alijs commendata esse velim.

Sicelides Musæ, si canimus siluas, regnat Apollo, magni menses, menses vertentes, menses lunares, Iouis incrementum, & quædam alia. CAPVT XIII.

QVIBVS in locis nobiles poëtæ versati sunt, eos posteritas Musis consecratos in suis poëmatis sæpe appellauit: quòd crediderint excelluisse illos poëtas priscos numeris non potuisse, sine dearum illarum instinctu. Sic Pieria & Libethra propter Orpheum, Helicon propter Hesiodum obtinuerunt, vt illinc Musæ à poëtis exordientibus deducerentur, quibus etiam in locis illis ędes fuit. sic ob Theocritũ siculas inuocat musas Maro, Eclog.4.

Sicelides musæ paulò maiora canamus.
Si canimus siluas, siluæ sint consule dignæ,

sic dictum interpretor, vt si Bucolica cantusque pastoritios canit Maro Ibid.
(nam pastores in siluis pecus pascere solent) eum tamen operam dare debere, vt tamen dignum sit consule Pollione. quod enim de siluis prouincia consulum hîc solent nugari, à sententia poëtæ abhorret. Eusebius Eusebius lib.
autem in Constantini imperatoris vita existimat quæ à Sibylla de Christo vlt. de vita
prædicta fuerant, filio Pollionis attributa esse à Marone, quod & verum Constant. c.21.
existimo. *Casta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo,* Eclog.4.
exponi video de Augusto, quod verum non puto, cùm sensus sit, faue Diana nascenti puero, qui carmine Sibyllæ prædictus est, cui vaticinationes inspirauit Apollo. nam puero nato regnat Apollo, eiusque præsagia nunc comprobata certaque fidem merentur & vigent. Incipit autẽ principium magni anni, quem cecinit Sibylla, procedere & decurrere consulatu Pollionis, quo nascitur ille puer: & procedent magni menses, non Iulius & Augustus, vt stultè multi blaterant, sed menses magni anni. Nam vt magnus ipse annus dicitur, sic eius magni menses. Itaque quemadmodum annus vertens duodecim tricenũ plus minus dierum menses habet: sic & magnus annus duodecim dimetata & descripta habet mensium spatia, quæ aliquot secula complectuntur. vt autem in anno magno sunt menses magni: ita in anno vertente, menses vertentes, qui à lunaribus differunt. Vitruuius, *Luna die octauo & vicesimo & amplius circiter hora cæli* Lib.9.c.4.
circuitionem percurrens, ex quo cœperit signo ire, ad id signum reuertendo perficit lunarem mensem: Sol autem signi spatium, quod est duodecima pars mundi, mense vertente vadens transit. Eclog.4.

Ille, inquit, *deûm vitam accipiet,*

de Salonino perſpicuum eſt dici, cuius natales inciderunt in principium ſæculi aurei, quo homines ſublatis ſceleris propè veſtigijs vitam deorum viuebant. Heſiodus,

Heſiodus lib. 1. oper. & dier.

Ὥςε θεοὶ δ' ἔζωον ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες·

Natus autem, inquit, Saloninus homines noſtræ ætatis heroas quoſdam cum dijs permixtos videbit. nam in illa probitate & integritate ſæculi aurei deos cum hominibus verſatos eſſe credebant, quod rurſum futurum gloriatur poëta reuerſo eodem ſæculo. Catullus,

In Epithal. Pelei.

Preſentes nanque ante domos inuiſere caſtas
Sæpius, & ſeſe mortali oſtendere cœtu
Cælicolæ nondum ſpreta pietate ſolebant.

at illud, *Aſpice conuexo nutantem pondere mundum,*

Eclog. 4.

valet rotundo, vt,

1. æneid.

Conuexa polus dum ſidera paſcet,

cùm ait, globoſa & rotunda intelligit: etſi alio etiam modo explicari poſſe diximus. Orbem Pollionis virtute pacatũ rectum iri à Salonino adulatoriè dictum eſt, vt & hæc omnia. Cùm enim fingat Pollionis faſtos principium fore reducis aurei ſæculi, eius virtute pacatum iri orbem dicit omni ſcelere bellóq; compreſſo, quorũ veſtigia quidem vix reliqua erunt.

Eclog. 4.

At ſimul heroum laudes & facta parentis
Iam legere:

cùm ait, de hominibus ſuæ ætatis, vt heroibus loquitur, vt aureo & Heroico ſeculo reuerſo, quorum res & præclara facta leget adoleſcens Saloninus.

Eclog. 4.

Chara deum ſoboles, magnum Iouis incrementum.

Saloninum vocat Iouis incrementum, vt ab Ioue educatum, à quo reges educari opinio erat, qui ideo διοτρεφεῖς ab Homero vocantur. magnum igitur Iouis incrementum, eſt magnus Iouis alumnus. Apud Apuleium, *nimirum illud incrementum lenam me putauit, cuius monſtratu puellam illam cognoſceret*: de filio ſuo Cupidine Venus dicit, vt ſit τοῦτο τὸ θρέμμα.

Apuleius lib. 5. de Aſino aur.

Eclog. 4.

Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem.

Arride puer matri, vt & eius elicias riſum. ridentibus enim puerulis libenter adrident matres. Nam Vulcanum, cui parentes non adriſerunt, nec Iupiter dignatus eſt menſa, nec Pallas cubili, quòd infauſtiſſimum ei fuit. ne igitur tibi idem eueniat ride, vt arrideant. Veram igitur puto Quintiliani ſententiam, *— qui non riſêre, parentes*

Lib. 9. c. 3.

Eclog. 4.

Nec deus hunc menſa, dea nec dignata cubili:

legentis, & vt diſtinxi, interpungentis: interpretantiſque ex his qui non riſêre, parentes deus & dea dignati non ſunt hunc menſa & cubili. Ita dea non Minerua intelligitur, ſed Iuno, quæ ei lectum non poſuerit: alij de Genio

Genio & Iunone intelligunt.

Iam noua progenies cælo demittitur alto, Eclog.4.

de Stoicorum ſententia dictum eſt, qui in ἀποκαταστάσει, poſt deflagrationem cadere de cælo ſemina dicunt, quibus hominum inſtauretur genus, qua de re ſcribit Cicero 1.de legibus,& lib.1.de nat.Deorum,*ſemina deorum decidiſſe de cælo putamus in terras, & ſic homines patrum ſimiles extitiſſe, vellem diceretis, deorum cognationem agnoſcerem non inuitus.* Cic.1.de legib. & 1. de.nat. Deor.

Automata, amphielictra, pes porrectus, pes conſtratus, pes quadratus, horolobia anaphorica. CAPVT XIIII.

DIV multumque dubitaui quæ eſſent apud Vitruuiũ Engibata libro decimo: cúmque illius vocis originem neutra in lingua viderem, nec viris doctiſſimis illis quidem, verùm nullo teſtimonio ſententiam confirmantibus ſuam, qui cenſent eſſe machinas, quibus imagunculæ mouentur, aſſentirer: velut ad incitas redactus, ad ſacram confugi anchoram, id eſt ad quoddam veterum librorum oraculum, quorum ex adytis hæc verba retuli: *aliæ quæ ab eo liquore preſſionibus coacto ſpiritu efferre à natura mutuatos effectus oſtenduntur, vt merularum, quæ motu voces atque angubata libentiáque tandem mouent ſigilla.* Huic ſi tanquam oraculo vates ſagax interpreſque adhibeatur, is ita legendum fortaſſe cenſuerit, *vt merularũ aquæ motu voces:* Vitruuius lib. 10.c.10. vt hæc verba ad *efferre* referantur: mox, *atque angulata lebetia, quæ tandem mouent ſigilla.* Suſpicaretur & quiſpiam non incõcinnè legi poſſe *anſulata*: quanquam anguli extantes & eminentes ſatis ad ea mouenda accommodati ſunt. ſed hæc ego fruſtra mecum ſic deputo & ariolor: cur non potius affirmo legendum *merularum aquæ motu voces, & automata libantia vel bibentia?* In tractorijs machinis ab eodem nominatur tympanum quoddam, vt in editionibus extat, ἀμφίρευσις & περίτροχος: quæ quidem vocabula adſcriptitia & irreptitia ſunt, pro quibus in veteri legi exemplari ἀμφίεσις, vt ita tympanum vocetur, quod rudente inuoluto tanquam veſtiatur: vt proinde tympanum tanquam veſtitura dicatur: & περίθεσις, quòd ei circumponatur funis. non extant hodie ſcripta eorum, qui his vocabulis ſunt vſi, & ab architectis mechanicíſque excogitata ſunt, nec eorum vſus in hac ſignificatione publicus eſt. ſi quis ἀμφίθεσιν legeret priore loco, quàm proximè ad ſecundum vocabulum etiam accederet: ſed mihi hîc ſatis eſt fideliter teſtari veterum monumentorum auctoritatem. apud Theonem in pneumaticis idem tympani genus reperio vocari ἀμφιελίκτραν, quòd ei funis circumuoluatur: poſſet & περιελίκτρα etiam appellari. Quid autem eſt ad ſacoma adpendere apud eundem auctorem? vel vt in libris veteribus ſcribitur, ad ſacomam? Nam Græca in a neutra, in fœminina mu- Lib.10.c.14. Theon.in Pneumat. Lib.9.c.3.

Lib.9.c.3.

Feſt. lib.15.

Frõtinus de limitib. agror.

c.9.

tantur interdum à latinis. ſic enim & ſchemam dicunt. Id nihil aliud eſt, quàm ad pondus adpendere, cùm ſacoma ſit illud pondus, quod per ſcapum librę decurrit,& rem penſat.In duplicanda Deli ara ſcribit Vitruuius, *uti aræ eius quantũ haberet pedum quadratorũ,id duplicaretur.* pedes conſtrati in plano dicuntur, quadrati in ſolido & profundo. Feſtus, quadrantal ait amphoram eſſe,quòd vas pedis quadrati octo & quadraginta capiat ſextarios.Frontinus,*in pede porrecto ſemipedes duo: in pede conſtrato ſemipedes quatuor, in pede quadrato ſemipedes octo.*Duplicatio igitur pedum quadratorum nihil aliud eſt, quàm cubi duplicatio.erat enim ara Delia cubica. In calce libri noni lubentiſſimè legerem,*calculi aut oua proiiciuntur*: non vt in libris inoleuit,*aut tona*,nullo tolerabili ſenſu:& quia audacia prouectus ſum,qua intemperãter & inſolẽter iamdudũ ſat ſcio abutor: ſed cùm ſemel faciem permricueris,bene gnauiter impudentẽ eſſe oportet: vt in eadem pertendam licentia & perſeuerẽ,in hibernis horologijs,quæ anaporica legimus dici,libenter anaphorica legerem. Nam & anaphora verbum aſtrologorum eſt,& adiectio aſpirationis non vſque quaq; proiectæ audaciæ videatur eſſe. De anaphoris autem apud Ptolemæum legere in promptu eſt libro ſecundo magnæ compoſitionis. quo autẽ argumento anaporica dici debeant, non ſatis perſpicio, & prudentioribus exiſtimandum relinquo. Interim tamẽ illud teſtatũ volo,quæ hîc dico,me ea religione non dicere, qua in tribunali dicerem: ſed, vt artes plerunque facere ſolent, me coniecturam captare, quam neque alijs magnopere vendito,neque mihi ſatis approbo. non tantum qui ad verum euaſit,laudem meretur in conijciendo, verum etiam qui veriſimilitudinem tenuit.

c.9.lib.9.

Ptolomæus lib. 2.magnæ compoſit.

Manubiæ,aliptæ, iatraliptæ,& quædam alia in Cicerone explicata. CAPVT XV.

Epiſt. 1.lib. 1. epiſt.famil.

Epiſt. Periucundæ lib. 1. epiſt.fam.

AMBIGITVR cur ſtatim initio epiſtolarum ad Lentulum Cicero,*Ego omni officio ac potius pietate*, ſcribat. que enim pietas Ciceroni erga Lentulum interceſſit? Ego hoc nomen ad amplificationem Lentuli erga Ciceronem meritorũ poſitum eſſe arbitror, cùm officij nomine ſibi non ſatisfaceret, & grauius aliquod & ſanctius ſibi vocabulum quærendum putaret, ad teſtificationem ſui erga ſalutis ſuæ auctorẽ grati animi, quem cùm parentis loco ducat & numero, vt in quadam oratione dicit, pietaſque in parentes ſit, ideo pietatis nomen vſurpauit. Alia epiſtola, *quibus intellexi te perſpicere meam in te pietatem:quid enim dicam,beneuolentiam? cùm illud ipſum grauiſſimum & ſanctiſſimum nomen pietatis leuius mihi meritis erga me tuis eſſe videatur?* in eadem hac epiſtola illud, *noſtram vicem vltus eſt ipſe ſeſe*, quid valet?ſentẽtia eſt,cũ ipſum vlciſci debuerimus,ipſe ſe vltro vltus eſt.

noſtram

noſtram igitur vicem valet, noſtra vice. Plautus Moſtellaria, *Moſtellaria Sc.*

Qui hodie ſeſe excruciari meam vicem poßit pati. *Iupiter. ſupremus.*

ſic magnam partem noſtra oratio conſtat iambis, pro magna ex parte Cicero dixit. *Subductis rationibus ſummam feci cogitationum,* à calculatoribus eſt ductum qui æra redigunt in ſummam, ſummamque ex ijs faciunt. *Cic. in Orat. ad Brut.* Vt imperatores de præ datitia pecunia, id eſt de manubijs, vt templum, porticum, in vrbe ædificabant: ita decretam ſibi à ſenatu ad ædificandam domum pecuniam manubias vocat. *Epiſtola Periucundæ lib. 7.* Domum autem ſuam monimentũ, rem augens, ac propter decretam à ſenatu pecuniam, monimentum ſenatus dicit. *Ibid.* Olim medicina in morbis tantum profligandis cenſebatur, & ſalutis reſtitutione: in valetudinis conſeruatione & virium amplificatione παιδοτρίβαι & aliptæ, id eſt vnctores occupati erant: illi quoque quorum officium ex vnctore & medico conflatum & mixtum erat, vel potius qui medicorum erant vnctores, qui Iatraliptæ dicebantur, vt Celſus vocat: etiam nonnulli longos morbos aliptarum officio attribuerunt, vt ſcribit Cælius Aurelianus. *Celſus lib. 1. cap. 1.* ideo Cicero ſcripſit, *ſed vellem non ſolum ſalutis meæ, quemadmodum medici: ſed etiam, vt aliptæ, virium & coloris rationem habere voluiſſent.* *Epiſtola Periucundæ.* in quo analepticen, qua è morbis ſeſe recreant & reficiunt ægri & affecti, aliptis etiam tribuere videtur. Iatraliptas Plinius vnctores medicorum & mediaſtinos eorum ſeruoſque dicit eſſe ita ſcribens, *Lib. 29. c. 1.* *Prodicus Selymbriæ natus diſcipulus eius, inſtituens quam vocant iatralepticen, vnctoribus quoque medicorum & mediaſtinis vectigalia inuenit.* Se dicit Cicero libenter Valerio gratificari nomen Iuriſconſulti & tribuere, vt ille videri & audire cupiebat: idque ſe eo libentius dicit facere, quòd gaudeat eum iuris potius, quàm iniuriæ ſtudioſum eſſe voluiſſe, cùm audaciæ hominum ad iniuriam tanta ſit licentia conceſſa, vt mirum ſit quenquam ad ius & ſapientiam potius, quàm ad vim & iniuriam propenſum eſſe, & miretur eum iuriſconſultum videri velle. *Lib. 1. epiſt. fam. epiſt. Cur enim tib.* *Ibid.* *vbi numero aliquo ſis,* dicit Cicero, pro vbi & alij iuriſconſulti ſint, non tu ſolus, vt in Sicilia, ne animos nimiũ tollas, quòd ſolus iſtic ſapias. quanquã ne nimium tibi arroges & ſumas, qui iſtinc veniunt, non te magnopere cõſuli dicunt: &, ſi quando conſuleris, non admodum bene reſpondere. Iocatur autẽ ex ambiguo Cicero, quòd ſuperbi reſpondere alijs etiã non dignentur, & quòd improbi & contumelioſi malè reſpondeant, quod eſt contumelioſè & iniurioſè & acerbè. *Neque in Appuliam tuam accedas,* inquit, *vt poßimus ſaluum te veniſſe gaudere.* Erat enim inſalubris & peſtilẽs Appulia, & verebatur, ne ſi eò deflecteret, aduerſam valetudinẽ cõtraheret morbíq; lues in ea ſic graſſata erat, vt abſumptis multis mortalib⁹ vix quiſquã reliquus eſſet è Valerij notis & propinquis, cùm interim ignobilẽ & ignotũ cauilletur, cui nullus propinquus ſit & affinis.

Defenſus Plinius in croco, pernæ, petaſones.

CAPVT XVI.

QVAE Plinius de croco è Theophraſto ſumpta in literas miſit, doctis admirationi ſunt: & qui Plinij ſtudioſi ſunt, aduerſus reprehenſionem eum vix ſatis defendere poſſunt, cùm in quibuſdã ſenſus Theophraſti non agnoſcatur: verba Plinij ſunt, *Gaudet calcari & atteri pede, pereundóque melius prouenit: ideo iuxta ſemitas & fontes lætiſsimum.* Ego Plinium aio in Theophraſto non legiſſe vt in exemplaribus cuditur, ἐν τοῖς κροτητοῖς, ſed ἐν τοῖς κρουνοῖς, quod haud paulò melius eſt, quàm quod hodie in ſedibus alienis regnat. ſed & ſi atteri pede in Plinio legimus (ſunt enim eius codices, in quibus atteri tantum legitur) non dubito quin legiſſe videatur καταϛιβομένης πάτῳ τῆς ῥίζης, quod aliquanto, quàm κάτω accommodatius fuerit: quanquam κάτω exterminare non auſim. his igitur ita emendatis, neminem eſſe exiſtimo quem Plinianæ interpretationis pœniteat. Sed vt eundem illum de croco Plinij locum excutiamus, vbi ſcribitur, *aliqui Phlegræo ſecundum locum dedêre:* reperi in vetuſtis monumentis, modò heræo, modò Theræo, eorum ego librorum auctoritatem non debui contemnere. Dioſcorides ſcribit ἐξ αἰγῶν τῆς αἰτωλίας. Itaque etſi in tanta librorum inconſtantia & diſcrepantia perdifficile eſt ſtatuere quid legendum ſit, tamen ferè adducor, vt Ægæum ſcripſiſſe Plinium cenſeam: vt mirum mihi videatur vnde Phlegræum in Plinium irrepſerit, cuius apud Dioſcoridem quem è veſtigio ſecutus videtur, nihil tale compareat. Sincerum dicit crocum Plinius impoſita manu crepare, veluti fragile: humidum, quod euenit adulteratione, cedere: ſed quid ſi, cùm in vetuſtis exemplaribus ſedit hoc loco reperiamus, ſilet ſcribamus, vt verbo crepat opponatur? etſi enim quę cedunt non ſonant, nec crepant: tamen ſilet aptius aliquanto videretur. ſed hîc homines moneri ſe putent, non cogi: neque tanti facio meas cogitationes, vt putem earũ velut imperio quędam proſcribi, quædam perſcribi debere, hoc præſertim in loco, vbi cedendi eadem voluntas & notio propè eſt ex euentu & conſequutione, quæ ſilendi. ſed, vt in deſultoria opera, & quodam animi æſtu, quid intereſt inter petaſonem & pernam, apud Martialem ita in lemmatis ſcribentem?

Cap. 6. lib. 21.

Theophr. lib. 6. cap. 6.

Cap. 6. lib. 21.

Lib. 13. epig. 54.

Cæretana mihi fiet, vel maſſa licebit
De menapis, lauti de petaſone vorent. Iterum,

Lib. 13. epig. 55.

Muſteus eſt, propera, caros nec differ amicos:
Non mihi cum vetulo ſit petaſone nihil.

Athenæus lib. 14.

Ego putem petaſonis partem pernam vocari, vel Athenæo auctore, cuius hæc verba ſunt, ἐπεὶ δὲ πετασῶνος μέρος ἐσχάτῳ κεῖται, ἣν πέρναν καλοῦσι. non modò non igitur inuito Athenæo, ſed approbante & libente ſic accipiemus,

pernam

pernam partem eſſe petaſonis. ſunt ergo pernæ ſuum crura: etiam in hominibus dixit Ennius.

His pernas ſuccidit iniqua potentia Pœni. Feſt.lib.17.

Perna autem & petaſo Græcam oſtendunt originem, prius à πτέρνη ortum videtur, alterum latitudinis ſignificationem præ ſe fert.

Amicam liberare, alliatum, mortarium, gnarures, hornum, ſat acceptum, prehendere aurem, ſubſtringere aurem. CAPVT XVII.

NON ab re à Plauto dictum eſt de diſſolutis & nequam, *amicas emite, liberate*, Moſtellaria act.1. quod tamen contra hominum opinionem impius Theodorus rectè fieri diſputabat. Si enim, inquit, honeſtum eſt amicum liberare, item & amicam: quo audito filius Phocionis laſciuior alias & petulantior meretriculam liberauit. Plutarch.in vita Phocionis. verba Plutharchi ſunt, κατὰ τύχην Θεοδώρῳ τῷ ἀθέῳ παραγενέσθαι λόγον ἐν Λυκείῳ διαλεγομένῳ τοιοῦτον, εἰ τὸ φίλον λύσασθαι μὴ αἰσχρόν ἐστιν, οὐδὲ τὸ φίλην ὁμοίως· εἰ δὲ μὴ τὸ ἑταῖρον, οὐδὲ τὸ ἑταίραν. θέμενον οὖν ἑαυτῷ πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν τὸν λόγον ὡς εὖ ἔχοντα, λύσασθαι τὴν ἑταίραν. Idem comicus non longè hinc ſcribit, *Sine me alliato fungi fortunas meas.* Sc.1. Exi è culina.

hîc alliatũ interpretor moretum cui allium admixtum eſt, atque adeo de cibis omnibus intelligo, quibus allium intritum eſt, ad quod cibi genus Terentius reſpexit cùm ſcripſit, Phormione sc. 2. act. 2.

Tute hoc intriſti, tibi eſt omne exedendum.

quod annotat Donatus à ruſticis de alliato mortario dici ſolere: vbi mortarium cibum ipſum, id eſt moretum vocat, à quo moretarium, pila vbi interitur, & extrita litera mortarium dictum eſt.

Simul, inquit idem Comicus, *gnaruris volo eſſe hanc rem mecum.* ſic ſe reperiſſe in antiquiſſimis libris, homo & doctrinæ & fidei pleniſſimus Ioachimus Camerarius ſcribit. Moſtel.sc. Recordatus multum. *Gnaruris* autem accipio accuſandi caſu multitudinis numero, vt ſit gnaros, voce obſoleta & antiquata, qua etiam vſus eſt in prologo Pœnuli, *Ad argumentum nunc viciſſatim volo remigrare, vt æquè mecum ſitis gnarures*, id eſt gnari. Pœnulo in prologo. In lexico etiam latinogræco reperi gnarurem γνώριμον, & gnarurat γνωρίζει. ait idem, *horno meſſis magna fuit*, Sc. Iampridẽ mecaſtor. hornum eleganti ſermone ſignificat hîc annonam. Nam magna meſſis, annonæ feliciſſimus prouentus eſt: ſic horno ſe curare, pro cibo dictum perèleganter à Varrone quodam à nobis capite obſeruatur. illa etiam in eadem Moſtellaria loquendi ratio minimè vulgari nec tralatitia tranſlatione ornata venuſtatem auget,

Si acceptum ſat habes, tibi fore illum amicum ſempiternum. Sc. Iampridem.

Iterum, *Si tibi ſat acceptum eſt, fore amicum tibi ſempiternum.*

Et in Sticho.

Sticho. sc. Ita me dij.

Satis abs te accipiam, nisi videam mihi te amicum esse Antipho. Satis autem acceptum valet, certum & compertum, & firmum, veluti datis fideiussoribus & sponsoribus. satis enim accipit, cui prædes & sponsores dantur. vnde translationes illæ sunt profectæ.

Idem ait,

Mostellaria sc. Iampridem.

Soli gerendum censeo morem, & capiundos crines.

Hîc ego capere crines esse suspicor blandiri & assentari, leuíque capillorum tactu ac mulcente delenire, & amabiliter attingere: sic etiam aures leniter tractabant ijs quibus adulabantur, quosque captabant & admirabantur, & quibus indicabant vel simulabant amorem, & quos osculabantur. — *aurem*, inquit Flaccus, *substringe loquaci.*

saty. 5. lib. 2.

Plautus in Asinaria,

Asinaria. Sc. Cur me retentas.

Prehende auriculas, compara labella cum labellis.

— *speculo*, inquit idem, *claras clarorem merum.*

Mostell. sc. Iampridem

Hæc ego verba sic intelligo, tam claras esse ædes tamque polita & nitida facie, vt æquor & planities speculi non sit clarior. Itaque satis ad speculum eas esse claras ait, claroremq; merum. speculo igitur valet, vel si speculum ex eis esset faciendum. Hæ tanquam decumæ è Mostel. Plauti exactæ collectæque sunt

Cicero in Lucullo explicatus, Hicetas, terra Platoni non mouetur, terra penitus defixa radicibus. CAPVT XVIII.

PRVRIGINOSVM quiddam, vt ita dicam, & scabiosum videtur inesse in peroratione Luculli, cùm causa academiæ in vtranque partem disputata sententia tandem dicitur, cùm autem velle videatur dicere retinendam esse ἀκαταληψίαν, præsertim cùm percipi & comprehendi nihil possit tollendam tamen ἐποχὴν, cùm de omni re assensio sustineri non possit: particulam *per* veluti scabiem quandam exterens, & in eius locum veluti floridam cutem particulam *nec* inducens, lego, *nec ἐποχὴν illam omnium rerum comprobans:* quo quidem in loco Carneadem sequitur, qui assensionem relinquebat sublata comprehensione: sapientem enim assentiri & opinari, nihil tamen percipere dicebat. Numenius apud Eusebium de Carneade loquẽs ab Arcesila discrepante in epoche, μόνῳ δ' ἐν τῷ περὶ ἐποχῆς λόγῳ πρὸς αὐτὸν διέστη, φὰς ἀδύνατον εἶναι, ἄνθρωπον περὶ ἁπάντων ἐπέχειν. διαφορὰν δὲ εἶναι ἀδήλου καὶ ἀκαταλήπτου, καὶ πάντα μὲν εἶναι ἀκατάληπτα, οὐ πάντα δὲ ἄδηλα. Hanc itaque sententiam cùm esse etiam Carneadeam & academicam intelligeret Cicero, ait sese non eam aspernari, percontatúsque Hortensium, quid ei videatur, ridens ille respondet, tollendam epochen, in quo impru-

Acadē. quæst. lib. 2.

Eusebius lib. 4. euang. præparat.

imprudens academiæ aſſentitur,cui tamen aduerſarius erat: proinde mox exclamat Cicero eum captum eſſe,eámque propriam eſſe academiæ ſententiam.ſic enim ſcribit, *teneo te inquam.* Scriptũ eſt & à Cicerone eodem libro, Nicetam Syracuſium cenſuiſſe cælum,ſolem, lunam,ſtellas,ſupera denique omnia ſtare: hîc in nomine proprio ferè ſuſpicor aſpirationem in literam n, verſipellem eſſe factam,Hicetamque ſcribendum. ſollicitat me Laërtius, & vt ita credam, facit in Philolao ita ſcribens, κατὰ κύκλον τὴν γῆν κινεῖσθαι πρῶτον εἰπεῖν, οἱ δὲ Ἱκέταν συρακούσιον φασί· ait Cicero quibuſdam Platonem idem in Timæo dicere videri,ſed obſcurius, atque ea ſanè Ariſtotelis ſententia eſt libro 2.de cælo: ſed eam calumniæ inſimulat Simplicius: cùm enim Plato ſcribat in Timæo, τὴν δὲ γῆν μὲν ἰλλομένην περὶ τὸν διὰ παντὸς τεταμένον πόλον. Illud ἰλλομένην pro εἰλουμένην & κινουμένην accipit: at Simplicius pugnat eſſe alligatam,hærentem,vt apud Apollonium δεσμοῖς ἰλλόμενον eſt vinculis adſtrictum. Cæterùm quod ait, *terra penitúſne deſixa ſit, & quaſi radicibus ſuis hæreat*: è Xenophanis ſententia dixit, qui eam in infinitum demiſſis actiſque radicibus hærere cenſet. Plutarchus οἱ ἀπὸ Θάλεω τὴν γῆν μέσην. Ξενοφάνης πρώτην εἰς ἄπειρον ἐρρίζωσθαι. *Nec eo tamen empirici notiora eſſe illa,* ſcribendum cenſeo, non vt per omnes peruaſit libros, *Empiricis.* nam Empirici,quod à Galeno ſcriptum etiam eſt, contemnebant corporum diſſectiones, quòd dicerent alium habetum coloremque eſſe in viuis ac mortuis, in integris ac diſſectis. Lego etiam *ſed mihi minores tale viſum:* hoc ſenſu,non reſpondent maiores & veteres philoſophi, vt Ariſtoteles & alij: ſed minores & iuniores,vt Stoici. Hanc paucorum locorum animaduerſionem explicationémque gratam eſſe bonis iuuenibus vehementer optamus.

Lib. 2. Acad. quæſt.

Laertius in Philolao.

Plato in Tim.

Cicer. Acad. quæſt. lib. 2.

Plutarchus.

Lib. 2. Acad. quæſt.

Genius, deus natalis, Iuno natalis, preſſum quaſillo ſcortum. CAPVT XIX.

NATALI die celebrabatur & colebatur genius, vt ex illa Perſiana cæſura planum eſt, *Funde merum genio.* Colebatur autem à viris: hi enim genium habere cenſebantur: non à fœminis, deuſque natalis vocabatur: teſtimonio eſt Tibullianum illud,

Perſius ſat. 2.

At tu natalis quoniam deus omnia ſentis, Annue.

Tibullus lib. 4. eleg. 5.

Iam autem antè Deum etiam naturæ vocatum fuiſſe obſeruauimus, & in commentarios hos retulimus. vt autem viri ſuo natali genium colebant, ſic mulieres venerabantur Iunonem,quæ etiam Iuno natalis dicebatur, vt apud Tibullum,

Natalis Iuno ſanctos cape thuris aceruos.

Tiball. lib. 4. eleg. 6.

Igitur,vt per genium virorum,ſic per Iunonem mulierũ iurabant, de viro

Tibullus ſic ſcribit,

Tibull. lib. 4. Eleg. 5.

Pérque tuos oculos per geniumq́ue rogo.

de muliere idem,

Hæc per ſancta tuæ Iunonis numina iuro.

Tibull. lib. 2. Eleg. 12.

Cùm autem ille politus ſuauiſq́ue poëta, & quidam Phœbeus olor canit,

— preſſúmque quaſillo Scortum, quam Serui filia Sulpitij,

Tibull. lib. 4. Elog. 10.

ſcortillum ſignificat egenum, & ſe meretricio quæſtu malè tolerans, lanificioq́ue miſeram trahens vitam. quæ enim ad extremam redactæ erant paupertatem meretrices & mulieres, lanam demum faciebant, & illa ſe Minerua exhibebant.

Tibull. lib. 4. Elog. 10.

Sed &, *Sit tibi cura togæ potior,* de mœcha fœda & famoſa adultera dicitur, vt apud Martialem,

Martialis lib. 2. epig. 39.

Vis mage quæ meruit mittere, mitte togam.

in cuius epigrammatis clauſula *ne credam*, quàm *nec credam*, malim. ¶Ille

Tibull. lib. 4. elog. 10.

autem poëta, in quo ſincerus eſſe videtur & ingenuus Latini ſermonis ſapor nullo peregrino vitiatus ſucco, more tamen rituq́ue Græcorum duas negationes vnius vice quibuſdam videtur poſuiſſe, ita ſcribens,

Lib. 4. elog. 7.

Non ego ſignatis quicquam mandare tabellis,
Ne legat id nemo, quam meus ante, velim.

vt ſit, ne legat id quiſquam: poterit tamen exponi, vt legat id aliquis, antequam meus. In eodem porrò poëta legendum crediderim,

Lib. 4. elog. 3.

Nunc ſine me ſit nulla Venus, ſed lege Dianæ,

Hoc ſenſu, nunc quia abſum, nec tecum venor, nulla tecum puella ſit: ſed lege caſtæ Dianæ caſtus in ſiluis agites atque veneris. Hæc veluti ramenta pluma leuiora puluiſculi more conuerrimus ex illo nitidiſſimo poëta, quæ ſi quis non probat, reuerrat, vt paraſitus dicit Plautinus.

Sticho. sc. quiſnam obſecro.

Lua mater, Mineruium, Liuius emendatur.

CAPVT XX.

ROMANORVM erat conſuetudo arma de hoſtibus capta interdum cremare Vulcano, aut Marti, aut Mineruæ, idq́ue ab Imperatorib⁹ factum reperimus non rarò. Sed libro etiam 45. Lunæ matri id factum ſcribit

Liuius. lib. 45.

Liuius, vt cùm in ſuperioribus numinibus conſtet rei cauſa, hîc vacillet & titubet, certè non appareat. quid enim attinet arma in honorem Lunæ comburi. Ego iſtam lunam capite foras præcipitem agendam puto, & in

Liuius lib. 8.

hos penates reuocandam Luam matrem, vt & lib. 8. ſcribitur, *Armorum vis magna tum inter cæſa corpora hoſtium tum in caſtris inuenta eſt. Ea Luæ matri dare ſe conſul dixit.* ea dea nomen à luendo expiandoq́ue ſortita videtur eſſe, & præfuiſſe luſtrationibus & luſtris. poſt cædem autem hoſtium &

bellum

bellum,opus purgamentis & piaculis eſt. Eodem verò 45.libro cùm ſcribit, *In oppido Mineruio duas portas & muri aliquantum de cælo tactum*, partem quandam Romæ mihi videtur intelligere, in qua templum Mineruæ erat, quod Mineruium dicebatur, vt Dianium. Varro lib. 4. de lingua Latina, *Varro li. 4. de ling. Lat.* *Cerolienſis quarticeps circa Mineruiū*. ſed & Athenas in Italia collocat quaſdam Stephanus, quod vocabulum Latinis auribus Mineruium explicat. *Stephanus de vrbibus.* Erat & in Campania Athenæum promontorium Mineruæ ſacrum, ad verbum Mineruium: cum templo autem aliquid etiam oppidi erat: non enim ſine tectis alijs ſolum deſertumque vt opinor Mineruæ delubrum procul ab hominum cœtu exulabat. de his igitur Mineruijs melius fuerit intelligere. & quia, vt noſtrum ſæculum corruptum eſt, ſic quoque eadem in libros paſſim peruaſit corruptela, cenſoria notatione indiget & virgula. In eo igitur libro cùm legitur, *pecuniam illum dare non potuiſſe, militem honorem non poſſe*. *Liuius lib. 45.* Illud poſterius, *non*, quod in primis editionibus non extat, fugandum eſt, & *honorem dare poſſe* ſcribendum. qui autem poteſt honorem dare, penes eum etiam poteſtas eſt non dandi. Intelligat igitur Paulus, qui ſe negat habuiſſe poteſtatem dandæ pecuniæ, militem habere poteſtatem mandandi ſuffragio triumphi, quem non deferet malè merito. iſte ſenſus & hiſtorico dignior eſt, & argutior, & acrior. nihilo ſecius & illud ſubſcriptionem notæ cenſoriæ meretur. *Omnes illas victimas quas traducendas in triumpho vindicauit*. *Liuius lib. 45.* ſi in triumphum dicauit ſcribatur, & ſententiæ ſatisfiet, & ingenua quædam liberaliſque antiquitatis indoles apparebit. etiam animaduerſione indiget illud, *ego qui de illo triumphaui, ab altero funere filij curru ex capitolio ad alterum propè iam expirantem veni*. *Ibid.* Igitur ſcribo, *filij in currum*: & diſtinguo ſic. ante quam currum triumphalem aſcenderet alterum ſe amiſiſſe è liberis dicit, alterum acto iam triumpho, quod conſonat hiſtoriæ. Illud etiam quiddam habet quod tanquam tribu mouendum eſt, *pullo amictus illo Perſeus ingreſsus eſt caſtra*. *Ibid.* in cuius locum & tribum inducendum villo: vt ſit pullo amictus villo. Quod ſi quis fillo malit, litigantem me non habebit: alterum tamen magis probantem: ſed omnium tamen maximè, pullo amiculo Perſeus. Has ex illo Liuij libro obſeruatiunculas colligebamus, iuuentutis ſtudijs potius quàm noſtris ſedulò inſeruientes.

Cenſui cenſendo, gratioſa miſsio, auocare concionem, tabularium, adiectiones familiarum & locorum. CAPVT XXI.

MIRVM fortaſſe videri poteſt, cur Liuius ſcribat libro 43. Furium & Martienum alterum Præneſte, alterum Tibur exulatum abiiſſe. *Liuius lib. 43.* id enim eſt propemodum Exquilias à feruenti migrare Subura, & cum Satyrico

loquar

loquar. ſed enim vrbes erant aliquot Latinorum, in quas exilij cauſa ſo-
lum vertere ius erat iam inde ab vltima propè antiquitate, in quibus hæ
duæ numerabantur, quod Alicarnaſſeus declarat. Sed & ex eodem Liuij
libro quædam alia notare non ab re fuerit, vt quod è veſtigio ſequitur,
Liuius lib.43. compellare pro accuſare poni ſolere à bonis ſcriptoribus : verba Liuij
ſunt, *fama erat prohiberi à patronis nobiles ac potentes compellare*, cuius quidem
notionis verbi multa apud reliquos extant exempla, quæ reſcribere lon-
gum eſſet. Qui ex ijs mulieribus ſuſcepti eſſent, quibuſcum ius connubij
non eſſet, ſeruorum in numero fuiſſe videntur: quidam Latinæ conditio-
Ibid. nis fuiſſe credunt, quod eo Liuij quem proferam loco probare conantur.
ſed aut nihil video omnino, aut ſeruos eſſe Liuius oſtendit: eius verba
ſunt, *ex militibus Romanis & ex Hiſpanis mulieribus, cum quibus connubium
non eſſet, natos ſe memorantes ſupra quatuor millia hominum orabant, vt ſibi
oppidum, in quo habitarent, daretur: Senatus decreuit, vt nomina ſua apud L.
Canuleium profiterentur: eorumq́; ſi quos manumiſiſſet, eos Carteiam ad Ocea-
num deduci placere*. Ecce Liuius manumitti eos ſenatui placuiſſe ſcribit,
quo ſignificat, ingenuos non fuiſſe: ſed & eam coloniam Latinorum fu-
iſſe libertinorumq́ue appellatam eſſe ſcribit: quæ firmiſſima ſunt noſtræ
ſententiæ adiumenta. Sors cernere dicitur, cùm eius aleæ aliquid permit-
Ibid. titur, vt id diſceptet, vt euentus ſit, quem diiudicauerit. Liuius eodem li-
bro, *priuſquam id ſors cerneret, in incertum, ne quid gratia momenti faceret, in
vtranque prouinciam, quod res deſideraret, ſupplementi, decerni*. Legem cenſui
cenſendo dicere, pro cenſui agendo æſtimandiſq́ue ciuium fortunis &
Ibid. facultatibus, vetere dicendi formula, vſurpauit Liuius his verbis, *Legem
cenſui cenſendo dicturos eſſe, vt præter commune omnium ciuium iuſiurandum,
hæc adiurarent*. Id eſt hæc iurarent, aut præterea iurarent, id enim eſt ad-
Cic. pro Flacco iurare. Cicero pro Flacco, *illud quæro ſintne iſta prædia cenſui cenſendo?* Gra-
tioſa miſſio præter cauſariam & ignominioſam & honeſtam confectis
Liuius lib.43. ſtipendijs, eſt apud Liuium quæ per ambitionem & gratiam impetrata
eſt: ſic enim ſcribit, *& quorum ante emerita ſtipendia gratioſa miſsio ſibi viſa
eſſet*. Auocare concionem eſt concionem à magiſtratu, qui eam aduo-
Cap.14 lib.13. cauit, abducere: quod, vt apud Gellium eſt, ius erat aliquibus magiſtra-
tibus facere. Sed à tribuno auocare, vt ex Liuio auguramur, nefas: ſic e-
Liuius lib.43. nim dicit, *eo facto auocatam à ſe concionem tribunus quæſtus*. Tribunus non
tantum mulctam irrogat, ſed etiam crimen iudicat, cùm quem de crimine
condemnat: qua de re apud populum poſt certabatur ex prouocatione.
Ibid. Liuius, *& vtriq; cenſori perduellionē ſe iudicare*. proinde Cicero ſcripſit de le-
Cic. lib. 2. de legib. gibus, *cùm magiſtratus irrogaſsit iudicaſsit ve*. Tabularium locus erat Romæ
refertus omnibus inſtrumentis, tabulis, literiſq; publicis, in quibus omnia
paſcua

pascua, prædia, vectigalia, portoria, ciuitates, redemptionesque publicanorum perscripta erant. Erat autem in atrio Libertatis: Liuius, *censores extemplo in atrium Libertatis ascenderunt, & ibi signatis tabellis publicis clausoque tabulario & dimißis seruis publicis, negarunt se, prius quicquam negotij publici gesturos, quàm iudicium populi de se factum esset.* De eo Maro scripsit, *Insanumque forum & populi tabularia vidit.* Certus videtur in colonijs fuisse familiarum numerus, cui iniussu senatus adijcere non licebat. Tacitus, *Emeritensibus familiarum adiectiones.* quem in sensum esse Taciti verba accipienda, quæ tamen nonnullos in errorem induxerunt, ostendit Liuius, sic scribens: *Postulantibus à senatu Aquileiensium legatis, vt numerum colonorum augeret, M. & D. familiæ ex S. C. scriptæ.* Sic etiam adiectio locorum in quadam inscriptione legitur, TRIBVS XXXV. QVOD LIBERALITATE OPTIMI PRINCIPIS COMMODA EARVM LOCORVM ADIECTIONE AMPLIATA SINT.

Liuius lib. 43.
2. Georg.
Tacitus.

Patagus, passer marinus, vola curriculo, inijcere terram, simulatrices, offerumenta, ora, occentaßit, præsentanea porca.

CAPVT XXII.

LEGIMVS in Festi commentarijs patagum morbi genus esse, neque præterea quicquam reperimus, quod enim morbi genus sit, nobis cogitandum reliquit vel ipse, vel eius abreuiator. ferè crediderim morbũ esse vitis qui πάταγος apud Theophrastum scribitur: eius verba sunt, κατὰ γὰρ ἔνιοι κελεύουσι πάταγον εὐλαβούμενοι: vbi Theodorus πάσσαλον legisse videtur, cùm paxillum interpretetur: ac videtur hoc morbi genus esse, cùm sauciatur ligone in ablaqueatione, vt sit patagus plaga & percussio. In eodem Festi commentario passerem marinum legimus esse struthiocamelum, qui cùm ita volare soleat, vt à terra se non tollat, sed alarum passis velis vna currens regimet: idcirco Plautus scripsit,

Fest. lib. 14.
Theophrastus.
Lib. 14.

Vola curriculo: istud marinus passer in circo solet.

Pers. Sc. satin hæc tibi.

Marinus autem vocatur passer, vt reor, quòd ex Africa in Italiam mari adueheretur. Eodem libro præcidaneam porcam dicit esse Festus, quæ immolabatur ab eo, qui mortuo iusta non fecisset, id est glebam non obiecisset: hoc intelligo de genere sepulturæ, quod per iniectionem glebæ fiebat: quod genus sepulturæ omnium infimum erat, vsurpabaturque, cùm quis in cadauer insepultum inciderat. Nam insepultum relinquere nefas habebatur, quod porca expiandum esset, id est piacularibus sacris soluendum. Horatius,

Lib. 14.

— licebit Iniecto ter puluere curras.

Od. 28. lib. 1.

Inexpiabilem penè fraudem fuisse id non facere ostendit,

Ibid. *Negligis, immeritis nocituram*
Post modò te natis fraudem committere: forsan
Debita iura vicesque superbæ
Te maneant ipsum, precibus non linquar inultis,
Téque piacula nulla resoluent.

Sophocles. Atque eadẽ erat Gręcis opinio, & pulueris inijciendi religio. Sophocles,

Λεπτὴ δὲ ἄγος φεύγοντος ὥς, ἐπῆν κόνις.

Hanc saltem sepulturam postulat ab AEnea, naufragus Palinurus, cùm AEn. 6. ait apud Maronem, *Aut tu mihi terram inijce.* Sic etiam apud Alicarnasseum Dionys. Halicar. lib. 3. metu piaculi à populo sepelitur Horatia, ἀλλὰ οἱ παριόντες αὐτὴν ἐρριμμένην ἐν ᾧ διεχειρίσθη χωρίῳ, λίθους ἐπιφοροῦντες καὶ γῆν, ἐκήδευσαν ὡς πτῶμα ἔρημον κηδομένων. Iam hîc non omittam monere, quod C. V. Petro Fabro Regis consiliario acceptum fero, cùm in Festo ipsiusque breuiario omnis hostia, quæ vel frugum causa, vel mortui, cui iusta quis non fecisset, immolatur præcidanea vocetur: à Mario Victorino culpari, qui eam ita appellarit, cùm præcidariam dici debere pronunciet, dicatque à præsentanea differre, quæ Lib. 14. præsente mortuo, quem condituri sunt, immoletur. Ergo auctore Fabro in Festo vbi scribitur mutilate, *presau... porca dicitur, vt ait, Veranius,* non dubitandum, quin legendum sit præsentanea porca. adiicitur enim, *quòd pars quędam eius sacrificij fit in conspectu mortui.* Eodem in cõmentario quod legimus pedibus obsidum, improbæ pecuniæ est & subæratæ, cùm obsitum legendum sit pro pedicoso. sed & in proximo Lucillij versu scribendum conijcio.

Ibid. *Obtuso ore pugil piscinensisque resesque.*

Scribit Festus simulatrices esse mulieres sagas & expiatrices, vel sacerdotes quæ expiare sunt solitæ, quod verbum putem ex eo natum, quòd in sacris multa simulentur, & simulata pro veris haberẽtur, vt apud Maronem.

4. AEn. *Sparserat & latices simulatos fontis Auerni.*

Alioqui mulieres rebus diuinis deditæ simulatrices dicebãtur, sed & simpulatrices. In censoria lege sartorum tectorum scribebatur, *porticum sar-* Lib. 14. *tam tectam habeto, prodito,* quod est habeto & porrò alijs redemptoribus dato. hoc ideo retuli, quòd mendosum in Festo sit, & obscurum. plorare apud priscos etiam erat quiritatu & ploratu auxilium petere, & appellare clamareque. Festus, *si parentem puer verbaßit, ast ollus ploraßit parentes,* Ibid. *Diuis parentum sacer esto*: sic ferè corrigendum Festum crediderim, in quo verberit, non credo rectè legi. aut potius verberit, erit verberet, vt alio loco vindicit, vindicet. dignũ obseruatu est, cùm Festus palilia dici rectè iudicet, Mario Victorino parilia placere, palilia displicere: sic enim scribit, *Parilia dicũtur non palilia, non à Pale dea, sed quòd eo tẽpore omnia sata arboresq;*

&

& herbæ parturiant pariántque. Athenæus quoque parilia nominat, quæ sua Athenæus lib. 8. dicit ætate Romana vocata, condito vrbis genio & Fortunæ templo. τὸ, inquit, τὰ πάριλια πάλαι μὲν καλούμενα, νῦν δὲ ῥωμαῖα. In Festo autem pararium æs Lib. 14. à paribus, id est, duobus equis nomen habuisse arbitror. Iurisdictio prætoris olim in possessione danda, adimenda, recuperanda, retinenda posita fuit, non dominio & iure rei tradendo. Id enim ad legitimas pertinebat actiones non prætorias: indicant id verba Festi quæ subscribam, *Itaque in* Ibid. *legitimis actionibus nemo ex ijs possessionem suam vocare audet: sed ad interdictum venit, vt prætorijs verbis vtatur, vti nunc poßidetis eum fundum quo de agitur, quod nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero poßidetis, ita poßideatis: aduersus ea vim fieri veto. Penatores,* inquit Festus, *sunt apud Catonem, qui* Ibid. *penus gestant.* hac Catonis auctoritate adducti quidam opinatores in codice Iustiniani in penatores mutandos censent: nos cùm id extra cancellos nostros sit, pedem referemus, & iurisconsultis sua relinquemus, eorúmque iudicio stabimus: tantum dicemus in antiquo vocabulario reperisse nos, opinatores esse æstimatores, vel militares. Procos Seruius Tullius in descriptione classium quam fecit, perquam antiquè vocauit patricios, velut proceres, velut proceres: ne id quidem mendo vacat, quæ mihi causa adscribendi fuit. *Offerumenta sunt,* inquit Festus, *quæ offeruntur:* Lib. 13. id ego de ijs accipiendum putauerim, quę in sacris dijs offerebantur: vnde vt suspicor natus est elegans Plauti iocus,

Ni offerumentas habes plures in tergo tuo: Rudente sc. exiè phano.

vbi offerumentas vibices plagarum tergo oblatarũ perquam ilocaliter appellat. Offucare idem Festus explicat aquam in fauces ad bibendum Lib. 13. dare, & hinc putant infucare esse, apud Plautum vinum aqua diluere, cùm Cistellaria sc. 1. etiam aqua eius color infucetur: atque id merum infucabat, quàm infuscabat malunt, cùm infuscare verius putem, quòd cùm generosi vini nigrior sit color, dilutior mixta aqua fuscióque reddatur. Occasus occasio veteribus fuit, vt apud Ennium de Coclite,

Hic datus est occasus, Horatius inclutus saltu.

Qui de cœlo tactus erat Romanorũ religione non cremabatur, sed sepe- Fest. lib. 13. liebatur Plinio auctore, cuius verba sunt, *hominem ita exanimatum cremari* Lib. 2 c. 54. *fas non est, condi terra religio tradidit.* leges tamen Numę ne sepeliri quidem volebant, cùm iusta fieri fulminatis nolent: eas proferam ex Festo, *si ho-* Lib. 13. *minem fulminibus occisit, ne supra genua tollito.* Huius legis hanc esse sententiam existimo, vt si quis Iouis fulmine sit exanimatus, ne ad sepulturã tollatur. Iterum, *homo si fulmine occisus est, ei iusta nulla fieri oportet.* Occentassit Ibid. pro conuitium fecerit veteres dicebãt, inquit Festus: hinc illa 12. tab. lex, *si quis occentaßit, siue carmen condidisset, quod infamiam faceret flagitiúm ve al-* Ibid.

teri precaretur. Ora non ſolum extremas partes ſignificat, ſed etiã primas: Cecilius, *Oram reperire nullam quam expediam queo.* Proinde Maroni tota regio eſt, vt cùm ſcribit,

Cecilius apud Feſt.lib.13.

9.æneid.

Et mecum ingentes oras euoluite belli:

Et ante eum Ennio,

Quis potis ingentes oras euoluere belli.

Bellè enim totum campum & regionem ſpatiumque intelligunt, id eſt bellum ipſum per circunlocutionẽ: quidam tamen principium accipiunt. In opimis ſpolijs quæ ab Ope dicuntur, in Feſto non leuis reſidet error, cùm ſcribitur, *opem cognominatam eſſe conſtituit*, vbi piaculum non vt opinor commiſerit, qui conſiuam ſcripſerit, quod Opis cognomen fuiſſe legimus. ſed quæ de opimis ſpolijs ſcribit, è re fuerit cum Plutarcho conferre, quod & nos aliquando faciemus.

Lib.13.

ADRIANI TVRNEBI ADVERSARIORVM LIBER DECIMVSSEPTIMVS.

Mutitare, manuarium, ſubidus, inſubidus.

CAPVT I.

VT veteris monetæ pretium & æſtimatio à nobis plerunque ignoratur, ita & priſcorum verborum aut rarorum ſignificatio, quæ tamen quia in ſcriptoribus occurrunt, etſi rarò parcéque vſurpata, declaranda ſunt, vt leuetur aliorum labor. tria aut quatuor eius generis apud Gellium explicabo. Is ergo ita ſcribit, *quam ob cauſam patricij Megalenſibus mutitare ſoliti ſunt, plebs Cerealibus?* Ego hîc mutitare interpretor mutuò viciſſimque conuiuia inter ſe exercere quaſi mutuitare, quod tanquam mutuarent alij alijs conuiuia, quando qui dederant viciſſim etiam accipiebant: vel potius tanquam dapes & epulas commutare viciſſim. Id etſi ſupra attigimus, tamen iterandum ob raritatem putauimus. Idem ait, *hoc ære collecto quaſi manuario cœnula curabatur omnibus*: eſt manuarium, æs, quod in manibus & vſu habetur, vt monetarium, ſed cùm, vt aliquando à me probatum eſt ſcriptorum exemplis, in aleæ luſu manus dicantur, ipſæ ludendi vices, haud equidem dubitẽ quin manua-

Cap.2, lib.18.

Cap.13.lib.18.

manuarium dicatur, vel manuarium æs, quod quis in alea lucratur: ac vocabulo inde tranſlato Gellium eſſe vſum hæc fides ſit, quòd ab alea caput exorditur his verbis, *Saturnalibus Athenis alea quadam feſtiua & honeſta luſitabamus.* Ibid. *Sic tacitus, ſubidus, duplo ideo pereo,* illud ſubidus non eſt notionis vulgaris: mihi quidem à ſue deduci videtur, vt turpis ſit, & ſui ſimilis & ineptus. Ego tacitus, inquit, & mutus vt ſus adſto, neque explico quid me vrat, quidque à te poſcam, ita duplo pereo. In eadem notione & inſubidus vſurpatur apud eundem, particula in non inficiante, ſed potius augente. Locum autem eo libentius adſcribam, quòd eo vocabulo velut moleſto offenſi emendatores ſubſtituêre vicariam operam inſipidius, *verte enim,* inquit *& muta, vt vrbes dicas, inſubidius neſcio quid facies & pinguius.* c.19.lib.13. Iterum, *hæc tamen inepti & inſubidi hominis ioca non præteribo.* c.2.lib.12. Iſta nos verba damus iuuentuti: quidni enim verum loquamur? nam horum verborũ interpretatione hactenus profecimus, vt neque penum, neque pectus, neque loculos inſtruxerimus, ſed verba tantum contulerimus: atque hæc tota opera, vt ne quid diſſimulemus, verboſa eſt.

Aßiduus labor apud Martialem, molles honores, ſidereus coloßus, preſſura croci, dorica venabula. CAPVT II.

NODOSVS eſt iſte grammaticis verſus Martialis, quem prima ſpecie quis enodem, vt ita dicam, crederet, Epigr.1.

Aßiduus iactet nec Babylona labor.

Ego, vt adhuc feci, nec reprehendendis aliorũ ſententijs me venditare decreui, nec immanẽ aggerare capitum molem ambitioſa oſtentatione eruditionis commemorandis omnium ſententijs. Ego igitur exiſtimo dici non eſſe tanto labore, tamque impenſè laudandam Babylonem, vt perpetuò in laudatorum ore verſetur. is enim eſt aſſiduus labor, cùm aſſiduè laudatur Babylon. Illud quoque quod è veſtigio ſequitur,

Nec triuiæ templo molles laudentur honores, Ibid.

non puto exquiſitius & ingenioſius explicandum, quàm vt intelligamus ex eleganti illa & molli & egregia & honeſta ionica ſtructura non eſſe tantopere efferendum templum Epheſiæ Dianæ. At verò ſidereus coloſſus ex eo dicitur, quòd & coloſſus erat dicatus Soli, & radiatus erat. nam & coloſſum Romanum à Nerone factum venerationi Solis conſecratum fuiſſe Plinius dicit: atque is radiatus erat. Martialis, Epigr.2. Lib.34.c.7.

Nec te detineat miri radiata coloßi,
Quæ Rhodium moles vincere gaudet opus. Lib.1.epig.38.
Et Cilices nimbis hîc maduêre ſuis, Epig.3.

 eſt,

eſt, croci perfuſi ſunt vnguento, imbris ritu eos aſpergine madefaciente quadam expreſſa machinatione & arte. Nam Lucanus ſcribit,

Lib. 9.

Vtque ſolet pariter totis effundere ſignis
Corycij preſſura croci: ſic omnia membra
Emiſerè ſimul rutilum pro ſanguine virus.

Preſſura autem croci ſuccus eſt croco expreſſus, vnguentumque è croco.

Epigr. 23. in Amphith. Caeſ.

Dorica quàm certo venabula dirigit ictu,

intelligo Laconica. Iuuentus enim Laconum montes venatu aſſiduè luſtrabat venabula gerens. Nemo autẽ ignorat eos Dorici generis fuiſſe: vel potius à Doride, in qua eſt Pindus mons optimę ferax materię ad haſtilia, ſunt Dorica vocata venabula. Certè Dorica etiã erat armatura certi cuiuſdam ſuiq; generis, vt ab Heſychio refertur, & Doricum pro Græco audiri poteſt.

Heſychius.

Epigr. 23.

Ille tulit, inquit, *geminos facili ceruice iuuencos.*

ab eo dicit duos eſſe tauros in arena interfectos: ſed vel iocoſè, facilè tulit hoc præmium cæſorum duorum iuuencorum, neque eo ceruix eius laborauit facili niſu portantis: vel ſine ioco, facilè ſuſtulit & interfecit boues eorũ ceruice ad conficiendum minimè dura & repugnante, ſed facilè venabulorũ ferro violata, quam quidem poſteriorem ſententiam veriorem puto: nihil tamen vetat diuerſos ſenſus ſcribere, quorum intelligentiæ verba repugnare non videantur. Nam quin prior verbis poëtę egregiè ſignificetur, nemo niſi pertinax, inficiari poteſt. nos tamẽ ſecundum poſteriorẽ ſenſum ſententiã dicimus, & ita poëtam intellexiſſe non dubitamus.

Lucr. lib. 6.

Simile eſt illud Lucretianũ, Præcipiteſque cadunt molli ceruice profuſę.

Lycurgei, Arpinates aquæ, refractariolus, tocullio, phocis curiana. CAPVT III.

MVLTA ſunt quæ verborum ambiguitate duplicem capiunt ſenſum: ſed tamen ea in ijs ſignificatio accipienda eſt, quæ ad intelligendũ potior, vt in illo M. Tullij ad Atticum loco: *noſmet ipſi, qui Lycurgei à principio fuiſſemus quotidie demittigamur:* non conſtat ſatis vtrum à Lycurgo legiſlatore, an ab oratore, qui & Lycurgus vocatus eſt, Lycurgeum ſe fuiſſe dicat: ſed cùm ſe acrem & aſperum in Clodium fuiſſe declarare videatur, facilè mihi perſuadeo, vt à Lycurgo oratore, qui accuſator fuit vehemens & acerbus, adiectio illa deriuata videatur. de Lycurgo Cicero in Bruto, *accuſationem factitauit, vt Athenis Lycurgus.* Sed profectò neceſſe eſt ex ijs epiſtolis hanc fiſcellam detexamus. quæ ſunt igitur immortuæ reliquiæ, cùm ſcribit? *immortuis reliquiis coniurationis.* An in vrbe mortuæ, vt de Lentulo & Cethego & alijs intelligamus, de quibus ſumpſit ſupplicium? & non putem: ſed potius cùm oppreſſa fuiſſet coniuratio conſilio & virtute Ciceronis

Lib. 1. ad Attic. epiſt. Accepi tuas.

Cic. in Bruto.

Lib. 1. ad Attic. epiſt. vereor ne putidum.

Ciceronis, reliquias tamen eius etiamnum quaſdam in vrbe ſuperſtites fuiſſe exiſtimo, neque dum mortuas. Tuſculanum autem venditat eſt, *Ibid.* vendere cupit. Deſiderandi enim verbum eſt vendito, vt apud Plautum, *Mercatore sc. 1. Duas res ſimul.*

Parcerent mutuitanti credere,

id eſt mutuari cupienti, vt vir & probus & doctus animaduertit Ioachimus Camerarius. In illa altercatione autem proterua & petulanti cùm dicitur, *Narra inquam patrono tuo, qui Arpinates aquas concupiuit*, patronũ malim intelligere Craſſum, *Lib. 1. ad Attic. epiſt. Quæris ex me.* qui Clodium de polluta religione reum defenderat, quàm Clodiam, nec Arpinates aquas Ciceronem crediderim, cuius nuptias Clodia petiuerit, verũ Marij aliquod prædium arpinas, quod concupiuerit in Syllana proſcriptione Craſſus, nec obtinuerit tamen, in quo aquæ vel calidæ vel frigidæ ſaltẽ erant Fibreni, vt non debeat mirũ videri Clodio ad Baias & calidas aquas hominem arpinatẽ fuiſſe, cùm aquæ etiã Arpini eſſent, vt patronus Clodij, qui eas cõcupierat, ſciebat, Clodius ignorabat, qui marinas ſolas aquas vt Baianas & Puteolanas nouerat. Sunt *Ibid.* qui marinas Marianas explicant, referuntq; ad fundũ, quem Marius habuit ad Miſenum: ſed tum Arpinates aquæ dici non poſſent, ſed Arpinatis: ac tum argutiſſimus quoque ſenſus eſſet. *Lib. 2. ad Attic. epiſt. Cal. Iunij.* Refractariolum autem iudiciale dicendi genus appellat, velut ἀνακλαδὲν vel ἀντανακλαδὲν, quòd in genere iudiciali aduerſarij contumaciter repugnent: nec ſolum in perpetuis orationibus, quæ alter dixerit refringunt in aduerſarium & reijciunt ſed etiam in altercationibus multo apertius. At verò, *non habebam te in tocullionibus*, eſt non numerabam te in minutis fœneratoribus. Nam à τόκος per diminutionẽ fit τοκύλλιον, vnde & τοκυλλίων diminutiuum fœneratoris, id eſt fœneratorculus, vt à σκέπαρνον fit apud Plautum σκεπαρνίων, à παλαίστρα παλαιστρίων. *Lib. 2 ad Attic. epiſt. Prorſus vt ſcribis.* Illud autem eſt obſcuriſſimum, *Iacet enim ille ſic, vt Phocis Curiana ſtare videatur.* nec videtur velle Curium ariolari & diuinare ſibique honores polliceri, vt quis eam ſuſpicetur ſententiam ex oraculo Apollinis, quod in Phocide erat. Credibilius eſt, cùm Phocidem Græcam Philippus Macedo euerterit vrbibus deletis & in pagos redactis, dici Phocidem Curianam Curium aleatorem fortunis euerſum, qui tamen comparatione Pompeij ſtare videretur. Nunc quidem nihil in mentem mihi venit quod accommodatius ad eius loci ſententiam putem.

Dij patrij, ad nationes, pteron, CAPVT IIII.

DII patrij ſunt & qui Græcè θεοὶ πάτριοι vocantur, qui in patria coluntur noſtra: ſunt & πατρῷοι qui à patribus noſtris culti ſunt, quorumque per manus à patribus religionem accepimus. Cùm à Marone lib. 2. ſcribitur. *Dij patrij ſeruate domum,* *2. AEn.*

Xenophon. poſteriore ſenſu intelligeret Xenophon, qui de Ænea ita ſcribit, αἰνείας δὲ σώσας τοὺς πατρῴους καὶ μητρῴους θεούς. Nec Higinius aliter apud Macrobium cen-
Lib. 3. Saturn. c. 4. ſet. Tantum autem ſuperfuit vel diligentiæ, vel curæ Græcis grammaticis, vt geminos angues, qui ſuis voluminibus implicatũ cum libris Laocoontem, quòd haſta violaſſet equum durium, interfecerunt, conquiſierint, & nominibus ſuis appellauerint Porcen & Chariboean, vt ab interprete Lycophronis relatum eſt. Igitur,

æn. 2. *Ecce autem gemini à Tenedo,*

cùm à Marone dicitur, duo ſunt illi angues intelligẽdi: de his & Tryphiodorus & paruæ Iliadis auctor ſcripſerant, atque vt reor libro 2. Maro paruam Iliadem imitabatur, cuius auctorem Homerum ſunt qui putent, ſunt qui Leſchen credant. De conſilij autem ſententia ex vno lapide, ſummi artifices Laocoontem & liberos eius, draconumque mirabiles nexus fe-
Lib. 36. c. 5. cêre, vt ſcribit Plinius, qui diligentiſſimi ſcriptoris locus monet me manumque propè inijcit, vt ſi poſſim ibidem ſordes emaculem. Nam ſic vitioſè ſcribitur, *In honore eſt & in templo illo Hercules:* ego, inhonorus eſt, nec in templo vllo. Nam in templo non eſſe oſtẽdit, cùm eum humi ſtare ante aditum porticus ſcribit. ſed ante aditum porticus dicit agnationes,
c. 5. lib. 36. intelligentia vtique difficili. ego *ad nationes ſitæ* legendum puto: ac locum fuiſſe Romę ſic vocatũ ſuſpicor, vt & ad malum punicum apud Tranquillum. mouet me idem Plinius paulò poſt ſcribens, *idem & à Coponio*
Tranquillus in Domitiano c. 1. *14 nationes, quæ ſunt circa Pompeium.* Nam, vt conijcio, ob illas nationes quatuordecim, locus ad nationes dicebatur: & facile fuit hiulca coniungere, & duo verba in vnum confundere. Quòd ſi quis coniecturæ ſubdifſidit, is ſciat me iſta in vetere exemplari diſiuncta legiſſe: in quo & erat,
Plin. c. 5. lib. 36. *Cingitur columnis 36. pteron vocauêre*: cùm duo hæc verba non otioſa deſiderentur in editionibus. ſequitur enim paulò poſt, *Nanque ſupra pteron*, vt iam pteron anteceſſiſſe videatur in Plinio, cùm deſcribantur quæ ſupra ipſum ſunt. In hoc igitur caput veluti ſtipem duo auctores contulêre.

Iacula maura, Syrtes, Græca teſta, & quædam in ſæculari Horatij carmine explicata.

CAPVT V.

Lib. 5. diu. inſt. cap. 18. RECTE, inquit Lactantius, Flaccus tantam eſſe dixit innocentiæ vim, vt ad tutelam ſui non egeat nec armis, nec viribus, quacumque iter fecerit,

Od. 22. lib. 1.

Integer vitæ ſceleriſque purus,
Non eget mauris iaculis nec arcu.

Maura autem iacula dicit, quia Mauri optimi iaculatores erant, & his armis

mis vtebantur: Herodianus, ζωῆσαν δὲ παιδεύοντες αὐτὸν παρθυαίων οἱ τοξικὴν Lib. 3. ἀκριβοῦντες, καὶ μαυρουσίων οἱ ἀκοντίζειν ἄριστοι. Mauris autem etiam domo proficiſcentibus iaculis opus erat, ob leones & feras quas Mauritania fert. Cęterùm cùm ait Flaccus, Od, 22. lib. I.

Siue peu Syrtes iter æſtuoſas,
Siue factutus per inhoſpitalem
Caucaſum:

Syrtes intelligere non poſſum arenoſos illos in Africo pelago maris tractus vadis breuibus infeſtos nauigantibus: neque enim qui nauigat vel timet feras, vel arcu in eas aut iaculis indiget: & de itinere Flaccus loquitur, non nauigatione. ſed tractum terræ illis finibus vicinum intelligo, qui etiam Syrtis nomine vocabatur. Lucanus, Lib. 9.

— nam littore ſicco
Quam pelago Syrtis violentius accipit Auſtrum,
Et terræ magis ille nocens.

Aeſtuoſas igitur interpretor, non reciprocis & efferueſcentibus vndis agitatas, ſed feruidas & valde calidas. Nam ille Africæ tractus feruet & æſtuat. Quinetiam arenoſa illa Lybiæ ſpatia mediterranea Syrtes appellantur, non tantum littoralis ora: Prudentius, In apotheoſi.

Nec reſponſa refert libycis in Syrtibus Ammon,

Mox ait ſe ſine metu belluarum amores ſuos innocentia fretum cantaturum eſſe in locis & vaſtitatibus incultis plagarum frigore & ardore inhabitabilium ſi in his collocatus ſit, quæ belluis abundant. Nam ad ſeptentrionem gryphes, alcæ, biſontes, bonaſi feruntur eſſe: ad meridiem tigres, leones, pantheræ. Aduentitium huic capiti lucrum erit è ſuperiore Od. 20. lib. I. quodam cantico, in quo canit, *Græca quod ego ipſe teſta*. hîc ego teſtam dolium interpretor. Nam dolia veterum fictilia erant: vnde prouerbium figlinam à dolio incipere. Græcum dolium dicit cumanum. Nam & cumanam patellam in Lemmatis memorat Martialis, Lib. 4. epigr. 114.

Hanc tibi Cumano rubicundam puluere teſtam,
Municipem miſit caſta Sibylla ſuam:

& Varro callices cumanos. Nam ait, *dolia atque apothecas triclinares, melicas, calenas obbas, & cumanos calices.* Cumas autem oppidum Græcum fuiſſe à Calcidenſibus conditum è Marone ſcimus, aut dolia Græca dicit Varro apud Non. in Calices. quæ facta erant in regione Italiæ illa, quæ Græcia magna dicebatur. Sed Lib. 6. æneid. & in illo tractu erat inſula Pithecuſa, quæ, ſi credimus Plinio, à figlinis doliorum nomen inuenit. Ita enim ſcribit, *Ænaria ipſa à ſtatione nauium Æneæ Homero in carmine dicta: & Græcis Pithecuſa, non à ſimiarum multitudine (vt aliqui exiſtimauêre) ſed à figlinis doliariorum.* C. 6. lib. 3. Addam & ſupplementum è

Od. 21. lib. 1. tum è carmine ſæculari, quod exacto ſæculo in honorem Apollinis & Dianæ cani ſolebat à pueris & puellis patrimis & matrimis, illis Apollinem, his Dianam laudantibus alternis, quòd tempora ducere videantur cùm Apollo annos metiatur, Diana menſes luſtret: quòd ſalubritatem & intemperiem, morbos & ſecundam valetudinem, vbertatem & famem, peſtem & eius liberationem afferre putarentur: ac qui morbis interibāt, eos veteres ab Apolline & Diana interfici credebant, viros ab Apolline, mulieres à Diana. Homerus,

Ἐλθὼν ἀργυρότοξος Ἀπόλλων Ἀρτέμιδι ξὺν
Οἷς ἀγανοῖς βελέεσσι κατέκτανε,

ſic periére Amphionis liberi horum deorum ſagittis confixi.

Sub Antandro moliri claſſem, deſertæ terræ, Æneadas meo de nomine dico, ſtant manibus aræ, patriæ aтæ.

CAPVT VI.

Xenophon lib. 1. Hellenic. Ibid. Xenoph. OB copiam & commoditatem naualis materiæ ex Ida monte Maro Aeneam Antandri claſſem ędificaſſe ſcribit ac eo certè in loco plerunque naues fiebant, Xenophon in Hellenicis, ἐκέλευσε ναυπηγεῖσθαι τριήρεις ἐν Ἀντάνδρῳ. Iterum, καὶ ἄλλας ἐν Ἀντάνδρῳ ἐναυπηγεῖτο· ex illius ergo loci opportunitate ſcripſit,

3. AEn. *— claſsémque ſub ipſa*
Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ.

Sed hanc ipſam Antandrum ſequetur claſſis aliorum eiuſdem libri locorum. Nam cur,

Ibid. *— & deſertas quærere terras,*

dixit Maro? Puto quòd vrbem eſſet Aeneas conditurus: conditur autem in quibus locis antè non erat. ſic loca illa ſola ſunt & deſerta, quæ coloni condunt & frequentant: niſi quis explicet ex eo quod ſcribitur ab eodem poëta,

Ibid. *Hinc Dardanus ortus, Huc repetit.*
Ibid. *Æneadaſque meo nomen de nomine fingo.*

Dionyſ. Halicarn. lib. 1. Stephanus de vrbibus. Aeneam vrbem ab Aenea fuiſſe conditam dicit Dionyſius in Cherroneſo Pallene, à qua Aeneadas dicit vocari Stephanus: ab eadem vrbe Aeneatas appellat Liuius & Dionyſius. ſed Aenos ſignificari à Marone videtur, quæ vrbs Cherſoneſi erat, vt Plinius ait, cum Polydori tumulo.

Lib. 4. c. 11. *Effigies ſacræ diuûm Phrygiíque penates,*
3. AEn. *Quos mecum à Troia, mediiſque ex ignibus vrbis*
Extuleram.

Deorum Patriorum ſecundum quietem oblatam ſpeciem Aeneæ in Italia narrat ex hiſtoria vetere Dionyſius: vnde & occaſio hîc Maroni fingendi fuit.

di fuit. Nam etsi alio tempore & loco obseruatos Aeneæ deos penates ait, tamen ex prisca historia hoc ipsum hausit.

Et geminas causam lachrymis sacrauerat aras. 3. AEn.

videntur veteres manibus honoratorum virorũ aras esse soliti consecrare duas, cùm aliâs etiam manes in diuorum numerum semper referrent, vt hoc è loco patet: quod & in apotheosi facit Maro,

— en quatuor aras, Eclog. 5.
Ecce duas tibi Daphni, duóque altaria Phœbo.
— stant, autem, *manibus aræ* 3. AEn.
Cæruleis mœstæ vittis atráque cupresso,

cùm dixit: etiam duas saltem significauit, ideoque multitudinis numero locutus est: & in quinto Aeneidos, 5. AEn.

Ex quo relliquias diuinique ossa parentis
Condidimus terræ, mœstásque sacrauimus aras.
Excipit incautum patriásque obtruncat ad aras. 3. AEn.

Quas hîc appellat patrias aras ambigitur. ego vt augeatur scelus sacrilegę necis, dici puto eum interfectum esse ad publicam & patriam Delphorum aram Apollini consecratam, quod & ab Euripide scribitur in Andromacha. Non desunt tamen qui aram Achillis à Neoptolemo Apollini insultante consecratam patri intelligant. audiui & qui patrias Apollineas interpretaretur, non à Patris vrbe Achaiæ, vt Seruius exponit, sed è cognomine Apollinis qui πατρῷος à Græcis vocatur, vt refert in Atticis Pausanias: alij ad Apollinem cognomento Genitiuum, qui Deli colebatur, & eodem fortasse cognomine Delphis, referendum censent: aut si Delphis hoc cognomento non colebatur, fuisse tamen Apollinis hoc cognomen prædicant. genitor dicitur à Valerio Flacco, [Euripid. Andromacha. — Pausanias in Atticis. — Lib. 5. Argonautic.]

Phœbi genitores ad aras, Ventum ait.

Athenis quoque, vt scribit Pollux, in Thesmothetarum probatione quærebatur, haberéntne Apollinem patrium & Iouem Herceum. Alij quòd pater Apollo sit, vnde & à Marone scriptum, *da pater augurium.* Narycij autẽ non Naritij scribi debet, à Naryce Locridis vrbe. ita collatitia quadam libri tertij Maronis stipe caput hoc emendicatum confecimus. [3. AEn.]

Morbus sonticus, ludibrium Faunorum, Flaccus explicatus, taurus, perduellio, dia dearum, rotunda, sirpi.

CAPVT VII.

MORBVM sonticum in 12. tab. interpretantur eum qui noceat: sed Plinius eo nomine morbum comitialem intellexit, cùm ita scripsit de lapide gagate. *deprehendit sonticum morbum.* Nam Dioscorides scripsit, ἐλεγ- Lib. 16. c. 19.

χος

[Lib. 36. c. 19.] χὸς ἐπιληπτικῶν. Idem Plinius quem Græci ἐφιάλτην & Latini incubum appellant, [Lib. 5. c. 92.] ludibria Faunorum vocauit, quòd Fauni veterum opinione dormientibus [Cap. 4. lib. 25.] ista hominibus visa immittere crederentur. verba Plinij sunt, [Lib. 3. c. 134.] *hæc medetur & Faunorum in quiete ludibrijs*: quod Dioscorides scribit, καὶ [Od. 30. lib. 3.] πρὸς τοὺς ἐφιαλτῶν πνιγμοὺς. Cùm Flaccus scribit,

— dum capitolium
Scandet cum tacita virgine pontifex:

opinor id ad sacra Idulia referendum. Nam in arcem per sacram viam quotquot Idibus sacerdotes ascendere solebant ad sacra facienda, vt à [Lib. 17.] Varrone scribitur. Taurus pars est obscœna, vt apud Festum in solitaurilibus, *atque harum hostiarum omnium immolati sunt tauri, quæ pars cæditur in castratione*. inde lastauri dicti. Perduellio nihil aliud olim erat quàm cædes: postea immutata significatio est. Nam cum Horatius perduellionis accusatus fuisse dicatur & condemnatus à scriptoribus Latinis, cædis & homicidij, id est φόνου à Dionysio dicitur postulatus & iudicatus: & Festus [Ibid.] eum parricidij accusatum dicit apud Duumuiros fuisse. Vt ab Homero [Ennius apud Fest. lib. 17.] δῖα γυναικῶν, sic ab Ennio dictum est eius imitatione,

Constitit inde loci propter sos dia dearum.

[Cato de re Rust. c. 157.] Quæ turunda apud Catonem scribitur, vereor ne rotunda scribi debeat, vel rutunda, quando vtroque modo in vetustis reperimus libris: sic autem [Scribonius Largus lib. de cõpos. medicament. cap. 201.] vocantur μαγδαλιαί. Suspicioné mouet Largus Scribonius qui ita scribit, *Emplastrum manibus subigetur, & redactum in rotundas ampliores, quas magdalidas dicunt reponetur.* fortasse enim in Catone transpositæ sunt syllabæ, & è rutundis turundæ factæ. Olim in legibus quæ de venditione caue[Lib. 17.]bant pro, *& tradito* dicebatur transque dato: quod apud Festum extat, quia tamen obscurum est, declarandum obiter putaui. Cur sirpos ænigmata Latini vocent adeo nescire multos video, vt ea de causa vocabulum subrogent, scrupose que putent ænigmata dici debere: ego quòd multa è sirpo vitilia necterentur, vt tegetes, nodos ænigmatum sirpos dici suspi[Apud Festum lib. 17.]cor. Serilia vetus poëta Pacuuius funes appellauit, veriloquium & notationem verbi Græci secutus. Nam σπάρτα, Græcè dicuntur à ferendo: vnde & serilia, quòd canabi linóque fierent: quamuis de sparteis illud dixerit. *Nec vlla subscus cohibet compagem aluei: sed suta lino & sparteis serilibus.* Habetis minutal magna varietate conditum, si forte ad gustum facere potest, quod promittere non ausim, boni consulturus si nauseam & fastidium effugero hominum malacia laborantium.

Ruſceus, galbus, galbeus, galbinus, ampiruare, reluuia, reluere, excodicare. CAPVT VIII.

EFFI-

Lib.16.

EFFIGIES, inquit Festus, in Capitolio ephebi erat rutrum tenentis, & more Gręcorũ arenas ruentis exercitationis causa: vt opinor qui athletis adscripti erant, fodiebant arenam, & ruebant pala vel rutro, quod genus exercitationis attigit Theocritus sic scribens, *Theocritus Edyll. 4.*

Κῴχετ' ἔχων σκαπάναντε καὶ εἴκατι τουτόθε μᾶλα.

Rusceam faciem pro colore rusceo dixit Cato, qui è viridi rutilus est, aut flauus: *coronas aureas ruscea facie, galbeas lineas, pelles, redimicula.* *Cato apud Fest. lib. 16.* legi & in antiquo lexico ruscum pro sordido, cui pro suo merito quisque fidem vel addat vel detrahat. galbeum autem, vt & hoc interim addam, Festo ornamenti genus est. *Fest. Lib. 7.* sed & eidem galbeæ, vt hîc, armillę sunt, quibus etiam triumphantes vtebantur, atque adeo milites donabantur virtutis ergô. galbeum Tranquillus remedia lana inuoluta interpretatur. *In Galba cap. 3.* vt autem suspicor à colore nomen habuêre galbeę: nam galbus in Latinogræco lexico explicatur χλωρὸς id est viridis, pallidus, flauus: hinc galbula auis, quæ huius coloris erat: inde & galbanus color, & galbinus, vt apud Iuuenalem. *Iuuenalis satyr. 2.*

Et galbana rasa.

Vegetius in Veterinaria florem eryngij ait esse galbinei coloris, quem herbarius eruditissimus mihi dixit esse coloris cærulei dilutioris & pallescentis. *Vegetius lib. 3. artis. Veterin. cap. 2.* color galbinus dedecere viros censebatur, vt mollior & effœminatior: hinc galbini mores à Martiale dicuntur. *Lib. 1. epigr. 64.* Apud Iuuenalem galbana coloris explicant subalbidi & subruffi pellucentisq́;, de galbani flore. *Saty. 2.* Quam omnibus in libris reduuiam appellari legimus, ipsa vocabuli origine adductus contra fidem librorum omnium & famam, reluuiam libenter appellarem, cùm præsertim à reluendo reluuia dicatur grammaticis auctoribus, cùm se cutis reluit, quod est resoluit circa vngues. Quare etsi improbum est aduersus omnium librorum auctoritatem niti, tamen tenere me non potui, quin hoc adscriberem, quod ita accipi velim, vt à me affirmari hoc homines non putent, sed tantum moneri. Lingua gallica vocabulum habet piruetare, quod veterem redolet originem. nam ampiruare præsul Saliorum dicebatur cùm in saltatione motus edebat, girumque aut saltum dederat, cui mox alij, qui in choro erant, eodem gestu motus reddebant, quod redantruare dicebant: hinc versus ille, *Lucil. apud Fest. lib. 16.*

Præsul vt ampiruat, sic vulgus redantruat ipsum.

Lex 12. tab. extat apud Festum, quam sic legi debere conseo: est enim fœdè contaminata. *Lib. 16.* *nam in secunda,* inquit, *tabula secunda lege scriptum est, quid horum verum fuit iudici arbitróue reóue, eo die defensus esto*: vel, *si quid horum vnum.* Scio hominibus eleganti doctrina perpolitis, *Si quid horum vitium fuit iudici, arbitróue, reóue, dies diffissus esto*, legendum videri: sed nondum illi me satis mouent. arbitror enim cùm in possessionem bonorum mitti

soleret, si quis vadimonium non obijsset, nec defensus esset, legem caussę eum defensum videri, si quid eorum, quæ enumerarat, vnum fuisset iudici arbitróue reóue. Versus est ex astraba Plauti,

Plautus apud Fest. lib. 16.

Quasi tollenonem aut pilum Græcum reciproces plana via:

vbi pilum Græcum esse arbitror genus pili, quo in Græcia pinsebatur, quale fortasse ab Hesiodo describitur,

Hesiodus lib. 2. oper. & dier.

ὅλμον μὲν τριπόδην τάμνειν, ὕπερόν τε τρίπηχυν.

quanquam illud Plauti pilum, vt tolleno, reciprocabatur: attollebatur enim altera parte depressum pondere aut viribus hominis, mox remissum deprimebatur, & fruges pinsebat, quod in loco plano fiebat. atque vt tumultuaria est hæc opera, & immemor plerunque laboris exacti, fortasse hoc antè scripsimus: sed in eadem vestigia veluti per labyrinthum incedentes sæpe reuertimur inobseruabili errore. *Lib. 16.* Reluere Festo resoluere est & repignerare; qua in significatione vsurpatum est à Cicerone in Salustium, *Cic. in salust.* vt in optimo codice legi, *vnde tu, qui modò ne paternam quidem domum reluere potueris, repentè tanquam somnio beatus hortos pretiosissimos, villam in Tiburti C. Cæsaris, reliquásque possessiones parraueris?* Excodicare à Festo vsurpatum reperi pro eo quod est, siluis & codicibus locum liberare & purgare, quod galli exsertare vocant, cùm inquit, *siluester locus excodicatur:* *Lib. 16.* quanquam in alia significatione à Palladio ponitur. *Lib. 2. tit. 1.*

Iulææ voces, ilia ducere, Nanetes, Aturus.

CAPVT IX.

Lactantius de Phœnice. LACTANTIVS in carmine de phœnice, canoros huius auis modulos narrans, Iulæas appellat voces: vnde & cura grammaticis quærendi, quæ sint Iulææ voces nata: & cùm Iulum constet esse hymnum quendam, inde magno consensu esse voces Iulæas ab illo dictas adfirmant: ego potius putem à quinquennali certamine Ioui Capitolino instituto, quod triplex erat, gymnicum, scenicum, musicum, vt Suetonius scribit in Domitiano. *Cap. 4.* Nam cùm ab imperatoribus committeretur, qui Iuli à poëtis appellantur, vt à Valerio Flacco, *Valer. Flacc. lib. 1.*

— Phrygios prius indignatus Iulos:

Iulæas voces musicas & canoras crediderim, quales musicorum erant in certamine capitolino. sic Martialis Iulæam dixit oliuam, *Lib. 9. epigr. 36.*

Cuius Iulææ capiti nascuntur oliuæ:

id est coronæ ab imperatore datæ.

Peccet ad extremum ridendus & ilia ducat:

Epist. 1 lib. 1. vt de equis circensibus, vel curulibus, est à Flacco dictum, qui cùm pares non sunt septem circi spatijs, deficiunt exanimati, nec tanto cursui suppetit

petit ſpiritus & anhelitus: equi autem vel ſuſpirioſi, vel denſioris ſpiritus, dum animam ducunt, ilia trahunt: atque ea potiſſimũ parte ſentitur, quàm liber & facilis commeet anhelitus. Lucanus lib.4. *Lucanus lib.4.*

Pectora rauca gemunt, quæ creber anhelitus vrget,
Et defecta grauis longè trahit ilia pulſus.

Plinius in verbaſco loquens de ſuſpirioſis equis: *Tanta huic vis eſt, vt iumentis etiam non tuſsientibus modo, ſed ilia quoque trahentibus auxilietur potu.* *Cap.6, lib.26.* Papinius de equis curuli certamine fatigatis,

— nec iam integer illis *Lib. 6. Thebaid.*
Impetus, & longi ſuſpendunt ilia flatus.

id de ægris pecudibus etiam Maro dixit,

— imáque longo *3. Georg.*
Ilia ſingultu tendunt.

Sed in porta canterius non cadet, nec hic mihi erit huius viæ finis: peregrinabor longius, & euehar, nec in Lucanos tamen excurram, ſed ad Lucanum veniam, meliorem vatem quàm vulgo faſtidioſi & delicati exiſtimant, quibus niſi quod gracile eſt & deductum, nihil placet: ſanguinem, ſuccum, lacertos & thoros quod habet, tumidum inflatum ſuffultumque calumniantur, quod non ſerpit generoſeque attollitur, vt exaggeratum nimiumque odêre. is ergo ita ſcribit,

— tunc rura Nemetis *Lucanus lib.1.*
Qui tenet, & ripas Satyri, qua littore curuo.

Satyri huius fluuij Galliæ nuſquam, quod equidem legerim, mentio eſt: & proinde meritò è Gallia fortaſſe expungetur: neque verò id religioni eſſe debet, cùm ſ litera extrita Atyri commodè legi poſſit. Conſtat autem è Ptolemæo in Gallia nobilem huius nominis fluuium eſſe in Aquitania è Pyreneis montibus labentem, qui hodieque penè nomen antiquum retinet. *Ptolemæus.* Aturnus ab Auſonio appellatur, in Moſella, *Tarbellicus ibit Aturnus.* quid quod, *qui rura Nanetis*, legendum etiam videtur, non, *Nemetis*, Nemetes enim ſunt Germaniæ populi ad Rhenum? *Auſonius Moſella.* Nanetes in Gallia notiſſimi, qui ναμνῆται à Ptolemæo vocantur, in quo ναννῆται ſcribendum reor. Nam etſi Vangiones poſtea nominat, hîc tamen Nanetas potius putem eum ſcripſiſſe, quàm Nemetas. Nihilo ſecius eſſe puto corrigendam in Lucani illo verſu, *Lucanus lib.1.*

Et Biturix, longíſque leues Saxones in aruis,

vocem Saxones, & in Sueſones notiſſimos Galliæ populos commutandam. nulli enim in Gallia, Saxones à veteribus memorantur, & codicum vetuſtorum vacillans incertaque ſcriptura, modò Axones, modò Saxones, modò etiam Leuſones, modò Lauſones interdum quoque Sueſones

ſcribentium, ad audendum temerarium facilè impellit, & Sueſones inferendum.

Redit in rugas, hoc habet, auertentes dij, dij depellentes, ante cœnam, cœna, præminens, ſyrtes. CAPVT X.

Saty. 6. IAM *decies redit in rugas*, apud Perſium niſi memoria me fruſtratur, exponi ſolet, decies crumenam non explet, & eam adhuc rugoſam necdum diſtentam relinquit. Ego tamen, vt hunc ſenſum inſimulare ineptiarum non auſim, ita Iuuenalis explicationem opponere & obijcere auſim, qui cùm idem genus dicendi vſurpet, ſententiam hanc exprimit, etiam tanta ſumma non ſatiat, ſed corrugat & iratum reddit adductumque vultum. ſic autem ſcribit,

Saty. 14. *Hoc quoque ſi rugam trahit, extendítque labellum.*

Emenſores ſumus & errones, propeque fugitiui: neque retrahi è fuga poſſumus, quin huc & illuc curſitemus.

12. AEn. *Hoc habet*, inquit Maro, *hæc melior magnis data victima diuis.* illud hoc habet, è conſuetudinis vulgaris ſermonis deſumptum, qua etiam ſumma interdum poëmata condiuntur atque commendantur. ſimele eſt illud Terentij, *certè captus eſt, habet.* ſic enim aliquem haud leuiter percuſſum dicere ſolemus. hoc imitatus eſt Prudentius,

Andria Sc. 1. act. 1.

In Pſychomachia.

Hoc habet, exclamat victrix regina.

Dij auertentes ſunt qui ἀποτρόπαιοι à Græcis vocantur, qui auertunt prodigia & portenta: dij depellentes etiam & auerrunci vocantur. Tarquinius Priſcus in oſtentario arborario apud Macrobium, *Arbores quæ inferûm deorum auertentiúmque ſunt in tutela, eas infelices nominant, alternum ſanguine infelicem.* veteres à ſanguine & cruore abhorrebant, ita arborem cuius lignum cruentum videbatur, ſanguine dixit infelicem: his autem arboribus infelicibus portenta & prodigia mala iubebant comburi: atque ita ſe ea procurare exiſtimabant. Apud Macrobium Cato ſcribit, *deſcendit de canterio, inde ſtaticulos dare, ridicularia fundere*: ſtaticuli ſunt ſaltationes ſtatariæ quædam, non perinde motoriæ, quales erant in eo chori genere, quod στάσιμον à Græcis vocatur: vel ſtaticuli à parte ſaltationis dicuntur, in qua ſtatur. Nam etiam à ſaltationis ſpatijs, vt quidem cenſent ſpatiatorem vocauit idem Cato Cælium: ſed ſatius ſit cum Feſto erratorem intelligere: quem eundem & feſceninum à verſibus feſceninis obſcœnæ laſciuiæ appellauit. In cœnarum conuiuijs lautiſſimis primi ferculorum miſſus ante cœnam dicebantur, qui & iterabantur, interdum: ſecunda fercula, ipſumque velut ſolidum corpus cœnæ, cœna: vt apud Macrobium, *ante cœnam echinos, oſtreas crudas, quantum vellent*: deinde mox, *in cœna*

Lib. 3. satur. c. 20.

Lib. 3. Saturn. c. 14.

Apud Macrob. lib. 3. satur. c. 14.

Lib. 3. Satur. c. 13.

ſumina,

ſumina, ſinciput aprugnum. à Iuriſconſultis prærogare pro præerogare poni animaduerti, cùm antè expendere ſignificat: quòd ſcilicet ante erogatur pecunia. ſic in alijs ſolent Latini non rarò vocales coniungere, & in vnum confundere: vt in vocabulo præminens, pro præeminens. Prudentius. Hymno 11. Cathemer.

Inſignis ipſe & præminens,

Syrtes non tantum mare breue & vadoſum, areniſque & aggeribus infeſtum nauibus ſignificant, vt in Africa, quod antè diximus: ſed etiam ſqualentes & arenoſos ſolitudinis tractus: quod ſimilitudine quadam credo factum, cùm & Syrtes in Africa arenoſæ eſſent, & arenoſam latè longeque deſertamque oram porrigerent. Prudentius de Helia, Hymno 7. Cathemer.

Spreuiſſe tradunt criminum frequentiam,
Caſto fruentem ſyrtium ſilentio.

vt à Lucretio ſcriptum eſt,

Non radij ſolis, non lucida tela diei: Lib. 1.

vbi tela diei ſunt, ipſius luminis radij, quos cælum ſol & ſtellæ huc eiaculantur: ſic pro radijs ſolis, ſolis ſpicula dixit non ineleganter Prudentius,

Caligo terræ ſcinditur, Percuſſa ſolis ſpiculo. Hymno. 2. Cathemer.

Apollini quoque, qui ſol eſt, arcum & ſagittas geſtamen tribuit antiquitas. ſic ex varijs velut teſſellis, hoc emblema vermiculatum eſt: quæ malè conſertæ ſpeciem non arridendam, ſed irridendam præbebunt, artificique non applauſum, ſed exploſum parabunt.

Nobis Aquilo ventus erit, ni, excepi tibi, inſanit amorem,
ſitiens luna, ſicca luna, pura frons, potens.

CAPVT XI.

Hoc merui ſperare? dabis mihi perfida pœnas: Propertius lib. 2. Eleg. 5.
Et nobis Aquilo Cinthia ventus erit.

Cur obſecro hoc loco Aquilonis, & quam in ſententiam mentionem fecit Propertius? exiſtimant poëtam ſibi augurari ventum propitium & ſecundum olim futurũ, quod mihi non videtur, cùm obſcurè amicæ diſſidiũ minetur, vt ſuſpicor. vt enim Aquilo mare turbat & vertit: ſic noſtra mens illo tanquam vento procelloſo inflata mutabitur & vertetur, aliamque inueniam quam amem. In eandem ferè ſententiam eadem elegia dicit,

Non ita Carpathiæ variant aquilonibus vndæ, Eleg. 5. lib. 2.
Nec dubio nubes vertitur acta noto.
Ni nos diuideret, quamuis diducere amantes Eleg. 7. lib. 2.
Non queat inuitos Iuppiter ipſe duos.

Ni pro ne poſuit, vt Virgilius, 3. Æn.

Lethi discrimine paruo Ni teneant cursus.

sunt etiam qui, *ne nos diuideret*, in Propertio legunt.

6. Eleg. lib. 2. *Sic nobis qui nunc magnum speramus amantes:*

Sic rectè. magnam enim spem sibi amantes proponere solent. Audiui tamen qui pugnarent esse legendum magnũ spiramus, pro μέγα φρονοῦμεν. Grecanicas enim locutiones Propertium affectare dicebant, & Græca plerumque reddere, vt,

27. Eleg. li. 2. *Quæque tibi excepi tum dea Leucothoe.*

pro ἐξειλόμην & ἐξαίρετα ηὐξάμην. Et,

35. Eleg. lib. 2. *Lynceus ipse meus seros insanit amores,*

pro ἔρωτα νοσεῖ. Et,

ibid. *Ipse meas solus (quod nil est) æmulor vmbras:*

pro ζηλοτυπῶ: nihil tamen esse causæ puto cur speramus improbetur.

17. Eleg. lib. 2. *Barbarus excussis agitat vestigia lumbis.*

hoc versu agitare vestigia, est vestigia agere & incedere. Barbarum enim amore potitum & victorem incedere magnificè dicit.

18. Eleg. l. b 2. *Nunc licet in triuiis sicca requiescere luna.*

Cap. 9. lib. 17. Ea est quam sitientem Plinius vocat. *fimum*, inquit, *iniicere terræ plurimum*

ibid. Plin. *refert Fauonio flante ac luna sitiente.* Iterum, *quocunque tempore fiat, curandum vt ab occasu æquinoctiali flante vento fiat, luna decrescente ac sicca.*

23. Eleg. lib. 2. *Siue vagi crines puris in frontibus errant:*

hoc de puro discrimine est intelligendum, de quo alibi ex Ouidio dicimus, quod nihil attinet iterare, ne eandem cantilenam occinendo molesti, odiosique simus, vt aliàs sæpe.

26. Eleg. lib. 2. *At nullo dominæ teritur sub limine amor, qui*
Restat, & immeritas sustinet aure minas.

Sublimen vno verbo pro fastu hîc multi accipiunt: duobus etiam verbis potest legi, quanuis asperæ fores sint & limen durum, ad quod excubet exclusus amans, tamen eo non teritur amor, qui medullis penitus inhęsit, alteque descendit in venas.

27. Eleg. lib. 2. *Nunc admirentur, quòd tam mihi pulchra puella*
Seruiat, & tota dicar in vrbe potens.

Potens hîc qui in amore multum potest, vt qui amatur & potitur. vt apud

De inferiis ad fratris tumulum. Catullum, *sis in amore potens*, id est in amore eueniat tibi, vt potiaris.

Propert. lib. 2. eleg. 5. *Cinthia forma potens, Cinthia verba leuis,*

excellens, præstansque forma, quæ ad amorem potest inducere.

— illa peræque

29. eleg. lib. 2 *Præ se formosis inuidiosa dea est.*

Venus, inquit, omnibus puellis, quæ præ ea formosæ videntur, id est quæ sunt

ſunt ea formoſiores, infeſta & iniqua eſt,& eo nomine malè audit, & in crimẽ vocatur,inuidioſaque eſt: vel inuidioſa,pro inuida vſurpatur,quod equidem verius putem.

Ceratonia, Perſea, coſtæ,& quædam in Plinio obſeruata.

CAPVT XII.

IVVAT interdum ea,quæ Latini ſcriptores è Gręcis ſumpſêre,ad originẽ ſuam reuocare, & inde repetere. Nam & res tota liquidius cognoſcitur, & vitia quædam in ijs, quæ aliunde exſcripta ſunt, animaduertuntur,quæ é ſuo exemplari emendantur: velut in Plinio quod ſcribitur,*ſimilis his ſiliqua, quàm Iones cerauniam vocant*:è Theophraſto ſcribo, ceroniam vocant: Galenus etiam ceratoniam appellat. *Ægyptus*,inquit,*& perſicam arborem ſui generis habet*. Hæc à Theophraſto & Galeno perſea,non perſica appellatur, aliaque longè eſt à Perſica arbore: ſed id iuris ſibi fortaſſe permiſit, immutare vocabulum.*Huic*,inquit,*pomum differens breuitate & mollicie*: In Theophraſto κοκκύμηλον, id eſt,prunum ſcribitur: in veteribus Plinij exemplaribus primum,quod ad prunum quàm proximè accedit. Lego igitur,*ſed vbi nux illi, huic prunum*,hoc ſenſu, vbi nux eſt amygdalæ, huic Perſeæ,eſt prunum. *At è diuerſo*,inquit,*cuci in magno honore palmæ ſimilis*: in Theophraſto ſcribitur non cuci, ſed κουκιόφορον. Fuluum eius fructum dicit, quem Theophraſtus ἐπίξανθον: nomen enim fului variè vſurpari à Latinis obſeruare licet,quod interim monui. εὔστομον quod Theophraſtus dicit,conuertit ſucco ex auſtero dulci. *Lignũ*, inquit, *intus grandis firmæq; duritiæ, ex quo velares detornant annulos*: ex Theophr. legendum prima ſpecie videretur, lignum intus grande. Nam πυρῆνα μέγαν Theophraſtus ſcripſit: ſed ſic fortaſſe leuiter potuit iſta deflectere, eundem tamen ſenſum reddere: grande tamen prætulerim. annulos velares, annulos appellat, vnde vela cubilium pendent vt & pandi reducique poſſint, curraci materia & perpolita:κρίκους εἰς τοὺς στρωματεῖς appellat Theophraſtus. *ob id*,inquit,*vtiliſſima nauium coſtis*: Theophraſtus, χρῶνται πρὸς τὰ ἐγκοίλια αὐτῇ. Interiores in naui ventris partes, quæ latera fulciunt, & fundum intus firmant, vt ſtatumina, coſtas vocauit Plinius. *Facies enim ſpinæ,folia habet, ceu pennas*: Legit in Theophraſto πτεροῖς, cùm in eo ſcriptum extet πτερίσιν.i. filici, ſed πτερίδι dicendum videbatur: atque hoc in loco plus aliquanto Plinius conuertiſſe videretur, quàm hodie in Theophraſto inuenitur, & mutilum quis in eo eſſe putaret locum: ſed ſi quis diligenter ad viuũ reſecet, & cum Plinio comparet ſequentia, etiam vberior Theophraſtus apparebit:niſi quod in Theophraſto ὕλημα non οἴδημα legendum

Cap.8. lib.13.
Theoph.lib.4. hiſt.plant.c.2.
Lib.4.cap.3.
Cap.10.lib.13.

crediderim, vt hoc interim moneam: etsi quantum possum operam do ne monumenta Græca ambitiosè in hac commentatione attingam, quam dicatam auctoribus Latinis, non æquum accessionibus peregrinis & accersitis locupletare, nisi cùm tanta propinquitas est rerum & scriptorum, vt hinc illuc transilire piaculum non esse videatur: quod & in præsentia accidit. quid igitur vetat etiam admonere in Theophrasto eodem in loco

Lib. 4. cap. 3.

emendandum ἀφαυαινόμενα esse? folia enim tacta dicit protinus marcessere & collabi, deinde reuiuiscere: Plinius cadere interpretatus est, postea renasci: quasi ex arbore cadant, quod non censeam Theophrastum significasse, cùm συμπίπτειν dixit.

Bambatæ, Ausonij versus, nutrire vinum, & quædam in Columella emendata. CAPVT XIII.

Cap. 34. lib. 12.

IN aceti scillitici confectione iubet Columella decem bambatas in mustum mitti: eo nomine intelliguntur scillæ quæ aliquo intinctu conditæ sunt. Romani autem cùm Syracusanorum sermone hac in re, vt & in multis alijs, vterentur, potius bambatas, quàm bammatas nominãt, quòd Siculi βάμβα pro βάμμα dicere solerent. id eo moneo ne quis verbũ adulterinum putet. Versus elegans surreptus est Ausonio ex epistola ad Theonem, in quo mentio est aceti scillitici, quem beneficio Ludouici Rusardi viri doctissimi Ausonio reddam,

Ausonius epist. 21. ad Theonẽ.

Scillitico decies si corpus verris aceto:
Anticipes vinum Samij Lucomonis acumen.

Vbi si vinum legatur, vt in veteri Rusardi libro, Anacreon significari videbitur, qui cùm in Samo degeret, etsi inde oriundus non erat, ad carmen pangendum acuebat se meri potu, eum autem Sami degisse, amores Bathylli declarant: alij Pythagoram intelligunt. legitur etiam *Anticipésque*

Ibid.

tuo: sed & *bonum*, circumlocutione vinum adumbrante. Non tollo tamen *Anticyrámque bibas*, quod peruulgatum est. Cæterum mox in Columella legendum crediderim, *sed mustum despuma, vt limpidum sit*: nam de submassa monstrum est in vltimas terras deportandum. Eleganter verò eo-

Lib. 12. c. 30.

dem libro Columella vinum medicamento curatũ nutriri dicit hoc modo, *quanto maior æstus erit, eo sæpius conuenit vinum nutriri refrigeraríque, & ventilari.* Iterum, *atque ita postero die purgamus dolium & nutritum vinum operimus atque oblinimus.* Ignis, inquit eodem libro, *in proximo decumano fiat, vt pix ferueat in qua pediculi vuarum statim demittantur.* Vt in assignatione agrorũ decumanus limes erat omnium maximus, sic eadem metatione & descriptione in vitibus & agris cuiusque, possessionibusque maioribus

Lib. 12. c. 21.

Lib. 12. c. 43.

limes

limes currebat. non dubitanter illud in eodem libro corrigam, *promis* Lib.12.c.3.
quoque & cellariis aliquid attendentibus & metuentibus interuenire.cui enim
non primo ſtatim aſpectu occurrit appendentibus & metentibus à Co-
lumella ſcriptũ fuiſſe? Lego & in 4.capite, *curam non defuiſſe Pœnis*: quod Lib.12.c.4.
& in illibatis exemplaribus melioriſque notæ agnoſcimus. nec multo
poſt, *nec minus cellarij diligentiam præceptis ſuis inſtituere*: non vt reperio in Ibid.
omnibus codicibus, *diligentius*. Apparet veteres ad purificationem non
quauis aqua contẽtos fuiſſe, ſed viuam & perennem & limpidam deſide-
raſſe, non deſidem, non ſtagnantem, non turbidam è lacuna: vt non te-
merè Virgilius dixerit,

— *Donec me flumine viuo Abluero.* 2.AEn.

Nam torrens aqua eſt, ſed non viua, nec ad purificandum idonea: quod
non in ſacris tantũ, ſed etiam in penore tangendo obſeruauêre, tanta ca-
ſtimonia veteres erant. verba ſunt Columellę *Quibus ſi fuerit operatus vel* Lib.12.c.4.
vir vel fœmina, debere eos flumine, vel perenni aqua, priuſquã penora contingant,
ablui. Quos, inquit, *inſcripſit nominibus coci & cetarij & ſalgamarij*: etſi non Lib.12.c.44.
me fallit ad inſtruendas menſas artem cetarij pertinere, tamen haud equi-
dem dubitem cellarij legere, cùm præſertim Matium ſcribat huius libri
initio piſtoris coci & cellarij diligentiam ſuis præceptis inſtituiſſe: hunc
autem Matium crediderim amicum Iulij Cæſaris fuiſſe, ad quem extant
quædam Ciceronis epiſtolæ. *Iſque*, inquit, *ſuccus vocatus melimeli*: ego me- Cap.45.
lomeli ſcribendum exiſtimo, vt ſucci nomen ſit è cotoneis malis & melle.
nam melimela, quæ in malorum genere numerantur, nomenque ex eo ſi-
bi peperêre, quòd melleum palato ſaporem præbeant, nihil ad melomeli
pertinent, quod è cotonei ſucco & mellis ſapore temperatum eſt. Hæc
ego ſatis confusè redegi, vt quodque caput legebam enotans: ita pertur-
batio lectionis, ordinis perturbationem attulit.

Quædam in Plinio emendata. CAPVT XIIII.

NIMIS patienter ineptias, ſat ſcio, meas homines iandudum ferunt:
ſed iacta alea eſt: & vbi impudentiæ repagula ſemel patefeceris, bene
gnauiter impudentem eſſe oportet, & ſuſceptam ad extremum perferre
perſonam: vt adhuc fecimus, in Plinio & alijs auctoribus audacter bac-
chabimur, & ſimili vecordia emendationũ abutemur. quid enim attinet
quicquam diſſimulare? Sic igitur locum Plinij interpungo: *Quapropter* Cap.2.lib.17.
iiſdem imbribus quædam lædi videas, alia iuuari, & in eodem genere, ſicut in
piris, alio die hiberna quærunt pluuias, alio verò præcocia, vt pariter quidem om-
nia deſiderent hibernum tempus & ante germinationem: quæ aquilonem auſtro
vtiliorem

vtiliorem facit ratio, eadem mediterranea maritimis præfert. hæc interpunctio ſi quid turbidum erat eliquat, & hominum intelligentiæ prælucet, cùm denſas tenebras offundat editio recepta. Lego item, *vites aduri (quod non* Cap.4.lib.17. *antea) Ænos ſenſit.* &, *erit igitur hæc optima & operi ſacra*, id eſt operi dicata, vulgo, *ſatior*, excuditur, quod minoris eſt ſignificationis. *Durat*, in- Cap.5.lib.17. quit Plinius de terra fullonia loquens, 30. *annis, denſior iuſto cymini modo* Cap.8. lib.17. *ſtrangulat ſolum:* ego ſignini modo corrigendum contendo teſtibus veteribus libris, & ſententia poſtulante. Nam ſignino opere ſolum ſi conſtratum ſit, nullam herbam ediderit. *Reliquias cibi & humorem quem profundimus.* tanta in oratione veteres erant plerumque verecundia, vt ne quid in ea iniucunditatis aut fœditatis ineſſe videretur, ſuis nominibus res non Cic.2. de nat. deor. appellarent, quòd è lib.2. de Natura deorum cognoſcimus, & è Plinio ita ſcribente: *Cæteri auctores conſenſu humanas dapes ad hoc imprimis aduocant, alij ex ijs præferunt humanos potus.* ſic alui proluuiē & lotium circum- Cap.9.lib.17. loquitur. non tamen ſemper hac verecundia & religione eos vti ſcio ſolere. tamen plerumque annoto. Lego, *Interuallo ſeſquipedum ſeri. Nam ſi* Cap.10.lib.17. *inter ſe contingant, præter alia vitia, etiam verminoſa fiunt.* Quod ad terrorem Præneſtinorum prætoris à Papyrio Curſore Plinius factum refert, ex Cap.11.lib.17. hiſtoria Liuij ſic legendum eſt, *excide, inquit, radicem iſtam Papyrius Curſor imperator ad terrorem Præneſtinorum prætoris: deſtringi ſecures iuſsit: eſt innoxium abradi partes quæ ſe nudauerint. teſtas aliqui, aliqui lapides rotundos ſubijci malunt.* Ego aliquanto plura quàm conſtituerā adſcripſi, inuitatus emendationis aucupio, cùm in proxima verba etiam mendoſa incidiſſem. quod autem in editionibus eſt, *deſtringi ſecurius ſe teſte*, quā obſecro ſententiam interpretatur, quæ hiſtoriæ reſpondeat? hæc leuiter à me immutata fidem hiſtoriæ reddunt, à qua deprauata deflexerant: vt tamen etiamnum veſtigia germanæ ſcripturæ aliqua compareant. nec tamen ita mihi hac in correctione placeo, nec me circumſpicio, vt ſi quis melius aut probabilius quid afferat, non lubentiſſimè ſecuturus ſim.

Alexis, galerus, nouo conditi, periculum, antiphates, veretilla, ſpuria, coniectio. CAPVT XV.

Virg.2. Eclog. IN ſecunda Maronis ecloga ſub Corydonis perſona Virgilius latet, ſub Alexidis ſeruus Pollionis, quem Virgilius deperibat, non vt Seruius Apolog.1. cenſet, Cæſar intelligitur. Apuleius, *Quanto modeſtius tandem Mantuanus, qui ibidem vt ego puerum amici ſui Pollionis bucolico ludicro laudans, & abſtinens nominum, ſeſe quidem Corydonem, puerum verò Alexin vocat?* Alexin autem nominauit vt reor, de nomine illius pueri, quem Epigrammate

Plato

Plato laudarat, cuius initium eſt, Νῦν ὅτε μηδὲν ἄλεξις. Galerus non tantùm Apolog.1. Mercurij erat, ſed etiã pontificũ: Apuleius, *quod Imperatoribus paludamentũ, quod pontificibus galerus, quod lituus auguribus*. erat & albogalerus dialiũ, Lib. 1. vt Feſtus ſcribit. Nouum dicitur cùm quid nouatur, vt cũ noui coloni mittuntur: vnde & Nouocomenſes à nouis colonis ſunt appellati, qui adiecti ſunt veteribus ciuibus. Hinc Apuleius ſcripſit, *ac deinceps & veteranorũ mi-* Apolog.1. *litũ nouo conditi*. Periculum in vtranque partẽ bonam & malam dicebatur: vnde & bonũ periculum dici reperimus: Apuleius, *poſſem equidẽ bono peri-* Ibid. *culo vel his dictis contentus perorare*. quod apud eũ è Lęlio legitur, *Antiphates* Ibid. *illud quæritur*: ſcribendum exiſtimo, Antipathes. ſic, vt ait Plinius, *gemma* Cap.10.lib.37. *nominatur nigra, quam contra effaſcinationes prædicabant valere magi*. Cteſias apud Stobeum, ὄρος ἐστὶ τῆς μυσίας εὔθεας καλούμενον· γεννᾶται δὲ ἐν αὐτῷ λίθος ἀντιπαθὴς προσονομαζόμενος· ὃς κάλλιστα ποιεῖ πρὸς ἀλφοὺς καὶ λέπρας δι' οἴνου τριβόμενος, καὶ τοῖς πάσχουσιν ἐπιτιθέμενος. Impenſum pretium pro magno precio dicebant, vt iam obſeruauimus. Apuleius, *Tu eodem referes etiam gulones omnes, qui* Apol. 1. *impenſo piſces pretio à piſcatoribus mercantur*. Sic & Liuius lib. 2. ab vrbe condita ſcripſerat, *quia impenſo pretio venibat, in publicum*: ex quo immenſo fe- Liuius lib. 2. cêre, optima voce iniquo iudicio circunuenta. Conchas quaſdam, propter ſimilitudinem pudendorum virilium & muliebrium, virginalia & veretilla vocat Apuleius: atque idem etiam ſpuria & faſcina. Nam virginalia & ſpuria, à mulierum virginumque natura, id eſt obſcœna parte nomen Apolog. 1. habent, veretilla & faſcina à virorum pudendo. Coniectio non tantũ eſt, cùm cauſa apud prætorem conijcitur, & quodam tanquam indice exponitur & breui: verum etiam pacto eo nomine venit, vt apud Apuleium in Apolog. 2. nuptialibus pactis ſic ſcribitur, *præter hæc ea conditione factam coniectionem, ſi nullis ex me ſuſceptis liberis vita demigraſſet*. Sic quadam Apuleij farragine hoc caput pauimus, ex vna eius ſegete parum altum iri credentes: quanquam ſic quoque ſtrigoſum erit, nec bene habitum. quod alij in vno loco inuenirent, per multa eiuſdem ſcriptoris loca circumagimur, vt inueniamus, ac ſic vix tandem reperimus.

Muria dura, cinis lixiuus, concha, fœnicium, ſpiſſamentum, lorum vomitorium. CAPVT XVI.

MVRIAM duram, quam in auctoribus ſæpenumero legimus, eſſe eam crediderim, quæ ſalſiſſima eſt, & ſale durare cibos, & ſalire poteſt, diuque conſeruare, vt ab alia differat, quæ minus aſperi ſalſique ſaporis, id eſt minus duri, eſt. Id quod loquor è Largo intelligi poteſt ſic ſcribente, *vel*

Scrib.cap.185. te, *vel aqua marina, vel muria dura pota.* mox enim ſubijcit, *Item ouis anſeri-
nis ſorbilibus plurimum ſalis habentibus, vel iure gallinaceo agniuóue quam pin-
guiſsimo & ſalſiſsimo per ſe poto.* quod ſanè planum facit eum ibi dè ſalſiſſi-
mis loqui. Sale quoque duratos piſces in auctoribus legimus, quod ad
enodandas illas voces pertinet. Cinis lixiuus interdum eſt ipſum lixiuium
liquidum: quod ideo annotare volui, vt vindicarem à calumnia Plinium,
qui pro κονία στακτὴ interdum cinerem lixiuum poſuit. Scribonius, *hoc teri-*
Scrib.cap.116. *tur ex cinere lixiua donec leue factum habeat mellis ſpiſsitudinem.* Iterum, *hoc
terere oportet ex cinere lixiua è caprifico vel ſarmentis, donec leuia paſsi habe-*
Iuuenal. ſaty. 3. *ant temperamentum.* non tantum conchis appellatur faba, quæ cum ſuo
folliculo eſt, vt apud Satyricum poëtam, *cuius conche tumes:* & Martialem:
Lib.3. epigr.7. *Si fumet rubra conchis tibi pallida teſta*
Scrib.cap.233. ſed etiam concha: Scribonius, *ex fabæ quaſi concha multo cum cumino cocta:*
etſi hîc concha folliculus ipſe videtur. in eo in impetiginis curatione, vt
Scrib.cap.249. conijcio, vua animea malè & vitioſè pro vua taminia ſcribitur, quæ à
Feſt.lib.18. Feſto explicatur. Fœnicium videtur pro miſcella poſuiſſe in malagmate
Scrib.cap.267. ad podagram, ex eo tranſlatione ducta, quòd in fœno varia ſunt & pro-
miſcua herbarum genera: eius verba ſunt, *vltimum nitrum & aſius lapis fœ-
nicio inducitur,* id eſt illi variæ & multiplici impenſę additur, quo tamen de
vocabulo amplius pronuntiandum eſt: nondum enim mihi ſatis liquet.
aliquid tamen dicere tentaui, inueſtigationis potius cauſa quàm affirma-
tionis. Sunt qui melius fœnicium corium rubrum accipiant, vt in Pſeudo-
lo Plauti, ad operiendum. Appellat herpetem idem Latinè zonam ex eo
credo, quod etiam ζωστὴρ Græcè vocatur, vt à Nicolao in centeſima 22.
compoſitione propomatum. Idem vocat ſpiſſamentum, vt & Columella
quo quid ſpiſſatur & obturatur: quod verbum tamen recentiores non
ineptè ſtymmati accommodauêre, cùm apud veteres obturamentum ſit.
Scrib.cap.271. Scribonius, *ſed ante diligenter & ſpiſsè obturatum: atque vbi ſe congelauerit
adeps, extrahendum erit ſpiſſamentum.* non tantum pinnis veteres vomitum
Scrib.cap.180. prouocare, ſed & loris ſolebant, quæ ex eo vomitaria vocabantur. Scri-
cap.152. bonius, *ſæpius datis & frequenter reiectis per pinnam, aut lorum vomitorium.*
Caſiam daphnitidem vocat in compoſitione ad calculoſos, quę in Daph-
nes nemore prope Antiochiam colligebatur, vt ſuſpicor: niſi quis daph-
Scrib.cap.141. nidis legendum putet, & baccam lauri intelligat: ſed daphnidum in plu-
rali, vt puto, dixiſſet. Santonica herba apud eum eſt abſinthium Santoni-
Lib.9.epig.66. cum, vt & apud Martialem: *Santonica virga.* hæc curſitando ex eo collegi,
plura & potiora illi obſeruabunt, quos maioribus ire per literas auſpicijs
manifeſta fides.

Smy-

Smyrna Cinnæ, cœnæ deûm, desurgere, calces, Tympanotriba, terere. CAPVT XVII.

POEMA Cinnæ vatis Smyrna inſcriptum in magna celebratione apud antiquos fuit, nouem perpetuis elaboratum annis: vnde exijt vt reor, præceptum Horatij, De arte poët.

— *nonúmque prematur in annum.*

Nam exemplum Cinnæ hoc ei vel conſilium vel præceptum dictauit. de Cinnæ poëmate Catullus ſcribit, De Smyrna Cinnæ.

Smyrna mei vatis nonam poſt denique meſſem
Quàm cœpta eſt, nonámque edita poſt hyemem.

videtur poëma tamen obſcurum fuiſſe, proinde Martialis ſcripſit, Lib. 10. epigr. 21.

Iudice te melior Cinna Marone fuit.

ego crediderim argumentum eius fuiſſe de nefandis & inceſtis amoribus Myrrhæ, quæ deperijt patrem ſuum Cinyram: eam ego coniecturam facio ex verſu vno poëmatis illius, quem profert Priſcianus, Lib. 6.

At ſcelus inceſto Cinyræ creſcebat in aluo:

& ex epigrammate in Caſtritiũ, in quo vt de puella vel muliere ſcribitur,

Vni Caſtritio ſe nubere Smyrna probauit:
Deſinite indocti coniugio hanc petere.
Soli Caſtritio ſe dixit nubere velle,
Intima cui ſoli nota ſua extiterint.

Nam quæ Myrrha, eadem Smyrna dicitur. hæc ego ſatis curioſè ſcrutatus ſum, quamuis non magni videatur ſtudioſorum iſtud intereſſe: quia tamen cùm hæc legimus, animo angimur, ſi neſciamus quę poëmatis ſententia fuerit, idcirco labori non peperci meo. ſi quis delicatus & faſtidioſus eſt, prætereat quod ad palatum non facit. O *noctes cœnæque deûm*, Horatius ſcripſit: eas cœnas è Dionyſio expoſuimus: ſunt tamen qui cœnas deorum interpretantur epulas illas eſſe, quæ deorum nomine in templis dabantur, aut ædibus ſacris: vt epulum Iouis legimus. Apparatiſſimæ autem erant illæ cœnæ & lautiſſimæ. Sed & diis ipſis ſternebantur lecti, quibus ſimiles dicat eſſe ruſticas & frugi menſas Horatius. Citatur & à Priſciano Cornificius de cœnis deorum. Apud Horatium cùm ſermonum lib. 2. ſcribitur, *vides vt pallidus omnis Cœna deſurgat dubia?* exponitur ab interpretibus optimis rectè de cœna ſurgat: legi tamen in lexico Latinogræco interpretationem, quam ſi negligerem piacularem me putarem. Conſtat cruditates & alui profluuia parari epulis dubijs & varijs. expoſitum igitur reperi deſurgat, in ſeceſſum eat ad exonerandam aluum. ſic enim ſcribitur: *Deſurgit* ἀφοδεύει ὡς ὠεργάτιος. Sic deſurgere à Scribonio vſurpatur, *Te-*

Satyr. 6. lib. 2. — Lib. 6. — Saty. 2. lib. 2. — Scribonius. cap. 142.

nesmus est irritatio vltimæ partis intestini directi, in quo sæpius libet desurgere sine causa. Apud eundem Priscianum, id quod non est silentio prætereundum, legimus in Lucilio calces pro calculis, vnde & calculi nomen per diminutionem deductum est. calces enim vocat calculorum ludum, nisi hallucinor cùm ita scribit,

Lucilius apud Priscianū li.6.

Naumachiam licet hæc inquam alueolumque putare, &
Calces, delectes te, hilo non rectius viuas.

In tympano apud Græcos homines torquebantur: hinc eum qui sæpe in eo per tormenta cruciatus sit, crediderim à Plauto apud Priscianum tympanotribam vocari: verba sunt Plauti in Truculento,

Priscianus li.6. Truculento sc. Ite hac simul.

Tympanotribam amas, hominem non nauci.

Ac videretur à τυμπανότριψ formari, vt fictum est οἰκότριψ. vel tympanotribam vocat, qui tympanum pulsabat, vt in sacris Rheæ: & in multis initiationibus & sacris tympana gerebantur, vt è Lysistrata Aristophanis constat. Tympanum autem illis in sacris gerere parum virile videbatur, censebaturque muliebre. atque hanc interpretationem meliorem puto. vt autem Græci dicunt ἐπιτρίβειν pro perdere: sic apud Priscianum Næuius,

Vt illum dij terant, qui primum olitor cepam protulit.

Ægæ, durum acetum, far, farreum, saccare.

CAPVT XVIII.

SAMMONICVS medicinam morborum parabilem versibus lepidis conscripsit, quæ fortasse ad morborum sanationem efficacior est, quàm illa confusorum miscellanea compositio magno mortalium & dispendio & damno introducta. Nam veteres medici simplicem quandam curationem secuti sunt: deinceps qui secuti sunt, vt fucum facerent, multa cuiusque modi miscuerunt, & vt pluris nobis constaret sanitas, eam ex omnibus vndique mundi partibus corrogatis speciebus magno nobis vendũt: quas vbi increbuisse vident, vt orbem semper vectigalẽ habeant, aliquid innouant & mutant, quo & vitam nobis & loculos exhauriant. nam raro euentus respondet: animaduertique in dysenteriæ populari morbo, in vicis & pagis, qui medicina non vtuntur, mortuos aut nullos aut paucos: in quibusdam vrbibus plurimos elatos à medicis maximo sumptu: sed hęc intelligi velim non de huius vrbis medicis, præsertim cùm nullum ordinem nec eruditiores, nec honestiores viros habere sciam: multosque in eorum collegio esse sciam, quibus multi ciues vitam suam debeant. Sed ad Sammonicum redeo: in eius versibus mendas quasdam notasse mihi videor: si cui in emendatione coniectura mea non nimis à vero remota videatur,

deatur, eam ſequatur,&c,vt in rebus vænalibus ſolet,meliora qui adferet, pluris vendat. Is de Æſculapio loquens ſcribit,

Qui colis Ægæas, qui Pergama,quíque Epidaurum. ſāmonicus c 1.

vbi pro Ægæas, non inuitus ſubdebam Aeginam, vbi religioſiſſimè & ſanctiſſimè colebatur,vel Ariſtophane auctore qui in Veſpis ſcribit, Ariſtophanes Veſpis.

Διέπλευσεν εἰς αἴγιναν· εἶτα συλλαβὼν
Νύκτωρ κατέκλινεν αὐτὸν εἰς Ἀσκληπιοῦ.

Verum Aegæas retineo,& Aegas Ciliciæ, vbi fanum erat Aeſculapij religioſiſſimum, intelligo, vbi & medicinam Aeſculapius factitabat, vt auctor eſt lib.1.de vita Apollonij Philoſtratus. Vt autem annotatum à nobis eſt duram muriam dici, quæ acerrima & ſalſiſſima eſt: ſic durum acetum eſt à Sammonico vocatum, quod acidiſſimū & acerrimum eſt,hoc verſu, Philoſtratus lib.1. de vita Apollon.

Furfuribúſque nouis durum miſcebis acetum. ſāmon. cap. 3.

Idem farra farinam vocat,vt cùm ait,

Aut acido Baccho miſcebis farra lupini. ſāmon. cap.6.

Proinde & farraceum & farreum eſt farinaceum, vt de porrigine,

Deſinet interea glomerari farrea nubes. ſammon.c.3.

cùm enim caput pectitur,velut farinæ quædam nubes è capite cadit. Quinetiam pro, cap.6.

Illotus ſudor vel copia nobilis eſcæ,

cupidè ſummutarim,*copia inutilis eſcæ.* Iam quod ſequitur,

Quod facit ex aſino ſiccatus corporis humor: Ibid.

ex Lucretij & Arnobij locis à me prolatis ſuſpicer ſaccatus eſſe legendum,vt lutum ſit aſini lotio factum. Nam veſica,vt ſaccus vinarius vinum lotium tranſmittit: ſimilis inceſſit Martiali error, Li.2.epigr.40.

Cecuba ſiccentur, quæque annus coxit Opimi,
Condantur parco fuſca falerna cado.

Cùm ſaccentur & libri antiqui exhibeant, & poſtulet ſententia. dicit enim defæcanda & liquanda eſſe vina vt potentur.mox pro,

Mox pauidum corpus dextra parente fouēto: ſammon.c.6.

libentiſſimè legerim, *mox ſcabidum corpus.* Et pro,

Ceritum ſæpe horrendi medicantur odores, Cap.7.

poſtulante verſu, *Cerritum,* id eſt, inſanum, & Cereris furore percitum. Nos medicum malè habitum his vel fomentis lenire, vel medicamentis ſanare conabamur: ſunt & in eo multa alia vlcera, quibus vel Pæon vel Chiron manum admoueat. maiorem enim opem quàm noſtram deſiderant. Interim quædam à nobis in eo reduuia curata erit,ſi modo curata dici poſſit. Nam ne id quidem affirmare auſim.

Bambalio, facere contumeliam, dignus, indignus.

CAPVT XIX.

Philipp. 3.

PATER vxoris Antonij propter hæſitantiam linguæ ſtuporemq́ue cordis, vt à M. Tullio per ſummam contumeliam probrumq́ue ei obijcitur, bambalio vocatus fuiſſe dicitur. Proinde quæritur, quis ſit bambalio à criticis. ego nomen per diminutionẽ ad riſum fictum arbitror, vt quemadmodũ dicitur à ſceparnũ Sceparnio: ſic à βαμβάλειν βαμβαλίων. βαμβάλειν autem eſt tremere, & dentibus crepitare, & labijs balbutire: quod & algentibus, vſuuenit, & ſtupentibus quoqne, & balbutientibus, & ore tumultuantibus, & in loquendo colluctantibus & hæſitantibus: præſertim tamen commiſſione labiorum balbum elidentibus ſonum: quod & βαμβαλύζειν & παμφαλύζειν dicitur: quæ omnia per onomatopœiam ſunt efficta: vt & βαμβαλοβόμβαξ apud Ariſtophanem, & βόμβος: quę quidem omnia ſtrepitum quendam & ſonum declarant voci ſuę conſimilem. alij apparet hoc inſigne cognomentũ hæſiſſe è Dione, cuius verba ſunt in Ciceronis oratione, καὶ τὸν βαμβαλίωνα τὸν καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς ἐπωνυμίας ἐπιβόητον ἀγαπᾷ. Et in̄ oratione Caleni bambalionis eſt mentio, καὶ πόσῳ κρεῖττον καὶ σὲ βαμβαλίωνα γεγονέναι, εἴ γέ τις ὁ βαμβαλίων οὗτός ἐστιν, ἢ τοιοῦτον ἐπανηρῆσθαι βίον. At verò quod in edicto Antonij reprehendit Cicero & irridet, *an vlla contumelia eſt quã facit dignus?* ſine controuerſia dictum eſt obſcurè: ſe enim neſcire ait Cicero quis ſit dignus. *Primum*, inquit, *quid eſt dignus. Nam etiam malo digni multi, ſicut ipſe: an quam facit is, qui cum dignitate eſt?* ſed reprehẽſio eſt non ſine calumnia & veri diſſimulatione. puto enim intellexiſſe Antonium, quam facit is qui dignus ipſe contumelia eſt: ac dignum ſic abſolutè interdum, vt malo aut contumelia dignum intelligerent, dicebant: & cùm antè nomen contumeliæ poſitum eſſet ab Antonio poſtea tacitum, reuocatu & ſubauditu perfacile fuit. Illud Saluſtianum eiuſdem generis eſt. *ſed vbi imperium ad ignaros ciues aut minus bonos peruenit, nouum illud exemplum ab dignis & idoneis ad indignos & minus idoneos transfertur.* hic dignos ſupplicio & malo hiſtoricus intellexit. Itaque quod integro ſermone dixit Terentius,

Ariſtophanes.

Dion.

Philipp. 3.

Ibid.

In Bello Catilinario.

Eunuch. act. 5. Sc. 2.

Nam ſi ego digna hac contumelia ſum maximè,
At tu indignus qui faceres tamen:

id curtato & diminuto dixit Antonius, *quam facit dignus.* ſed & Plautus in Curgul. eodem locutus modo videtur eſſe, *indignis ſi maledicitur, maledictum id eſſe dico: verum ſi dignis, benedictum eſt, meo quidem animo.* Sed & bonus imprimis Latinitatis auctor Terentius facere contumeliã dixit, quod in Antonio exagitauit vt non Latinum Cicero & irriſit. Sic quæ in oratione interdum reprehendunt inimici doctiſſimi, quia improbè & malignè faciunt,

Sc. Itu præ virgo.

Terẽt. Phorm. act. 5. Sc. 8.

Cic. 3. Philipp.

faciunt,nec tam iudicio & ratione, quàm animi commotione & impetu, pro veris culpis & erratis ducenda non ſunt: neque ſi quid inimico & iniquo non placet, protinus illud pro damnato ab omnibus habendum videtur. videtur tamen meritò Antonio obijcere Cicero orationis obſcuritatem. Nam illud dignus omnino obſcurum eſt, & ſupplemento,vt docui, indiget. Verior eſt Ciceronis reprehenſio in ſequenti ſententia: *nec timor quem denuntiat inimicus*. eſt enim & affectatè & propè ineptè dicta prima ſtatim ſpecie,niſi quod in hanc videtur ſententiam dixiſſe, quæ minitatur aduerſarius, non me terrent: verba enim ſunt ſine re minacia. Solent enim inimici multa minari perperam,& mendaciter denunciare terrorem falſum: ita excuſari hæc quoque ſententia poſſit, & propè commendabilis reddi: tantum vitio obſcuritatis laborat. *Cic.3.Philipp.*

Porca contracta, longæ tibiæ, ſpondiacæ tibiæ, vaſtæ, bombyces, phthongarium. CAPVT XX.

SI quis hæc ſcribimus, ita quæ cohærere & coagmentata eſſe debere credit, vt ædificij partes, & membra: aut omnia inter ſe apta & colligata teneri, vt mathematicorum præcepta, longè animo fallitur. amœnitates ſtudiorum & blandimenta hæc quæ molimur ſequuntur, & nimium cohærent, quæ quamuis diſiunctiſſima,non tamen iniucunda ſunt futura nec ingrata ijs, qui iſtis vetuſtatis lautitijs delectantur. huius generis erunt & quæ nos hic ſcribemus,vt & quæ adhuc ſcripſimus. Cùm apud Ciceronē lib.2.de Legibus legimus, *quæque in porca contracta iura ſint*, (ſic enim iam olim emendauimus,cùm ante cōfracta per Ciceronis culta ſerperet) quis non exiſtimaret iura contracta dici? nos quidem in ea opinione fuimus, & plurimos eſſe etiam videmus: ſed neſcio quomodo antiquis auctoribus in literarum ſcientia plus ſemper tribuere conſueui quàm mihi arrogare.Nam quo propius aberant à nobiliſſimis ſcriptoribus,hoc & eorum ſenſum perſpicacius ſagaciuſque videbant: nos, qui tanto interuallo ab illa antiquitate vltima diſtamus, oculis, vt ita dicam lippis aut noctuinis plerumque illa cernimus. Porcam igitur contractam, auctorem laudantes antiquum grammaticum,dici debere libenter agnoſcimus.Sic enim Marius Victorinus ſcribit, *qui iuſta defuncto non fecerunt, aut in faciendo peccauerunt, his porca contrahitur, quam omnibus annis immolari oporteat antequam nouam quaſi dapem mereant de ſegete capere. præcidaria dicta, quòd ante cæditur quàm frugem capiant*. Præcidariam autem contendit appellandam porcam,non præcidaneam,cùm tamen præcidaneam alij grammatici appellent, vt & ſuccidaneam: vocat idem præſentaneam porcam, quæ præſen- *Cic.2.de legib.* *Marius Victorinus.*

te defuncto immolatur. ſed de mendo quis meritò ſuſpectarit codices, reprehendiq́ue cenſuerit præcidariam ab eo porcam, contendente dici debere præcidaneam, quod & analogia flagitat, & verum certè ſuſpicor. contracta autem porca dicitur, cùm quis anniuerſarium hoc piaculare ſacrum peccato contraxit, vt ipſi quotannis ſoluere id ſit neceſſe pontificio Romanorum ritu. Sed à Chio ad Coum, quod in Tranquillo ſcribitur, τί μοι καὶ μακροῖς αὐλοῖς, id eſt quid mihi eſt cùm longis tibijs, vt opinor, hanc habet ſententiam, quid me ſacris operam dare, & piaculis pacem deûm quærere oportet. Nam in re diuina tibijs vtebantur longis. Marius Victorinus de ſpondeo, *dictus à tractu cantus eius qui per longas tibias in templis ſupplicantibus editur: vnde*, inquit, *ſpondulæ appellantur, qui huiuſmodi tibias inflare aſſueuerunt.* Fortaſſe autem, vt hoc quoque addam, ſpondiauloi vel ſpondauloi, vt ſiticines τύμβαυλοι, appellabantur: nam veluti ſegetes rubigo, ſic quoque eius nouales multa noxia gramina mendarum enecant. Exauget animum ad ſuſpicandum, quòd præcentoriæ dicebantur tibiæ, quibus ad puluinaria præcinebatur, & thurariæ quæ eædem Lydiæ, quibus cùm thus in aram indebant, nec immolabant hoſtias, vtebantur: vt non leuis ſit coniectura à libationibus, quibus præcinebatur, ſpondaules fuiſſe dictos, Pollux quoque σπονδειακοὺς αὐλοὺς annotat, & pro nobis teſtimoniũ dicit. in longis tibijs poni debent quę ab Ariſtotele περὶ ἀκουστῶν appellantur βόμβυκες, quas & difficilius dicit inflari. πάντες γὰρ, inquit, χαλεπῶς πληροῦσι τοὺς βόμβυκας, καὶ μετὰ συντονίας πολλῆς, διὰ τὸ μῆκος τῆς ἀποστάσεως. calamum quoque huic tibiarum generi idoneum appellat βομβυκίαν Theophraſtus. Cæterum quas Solinus vocat vaſcas, quæ numero foraminum præcentorias præcedunt, eas phonaſcas eſſe credo. quibus Phonaſci modos vocis & tenores regebant, qualis erat fiſtula Gracchi, quam tonorium vocat Quintilianus: alij phthongarium etiam appellant, vt in pneumaticis Hero. In Latinogræco lexico vaſca exponitur μελετητικὸς, quod meæ fauet ſententiæ. Sipontinus vaſtas legit: eum qui volet ſequatur potius quàm noſtram coniecturam, quam quidem non ita probamus, vt eius vllum fore ſectatorem putemus.

Sueton. in Othone c. 7.

Pollux lib. 4. cap. 10.

Theophraſtus.

Solinus.

Lib. 1. cap. 10.

Hero in Pneumatic.

Ætas mala, delinimenta, velitari labris, acia, ſoliat, macci, coſmotoryne, triodite trifolio, eſt modus matulæ.

CAPVT XXI.

Qvi lauti & opipari volunt eſſe, conuiuas epulis non exquiſitis tantum, verum etiam varijs accipiunt, vt faſtidio occurrant. nos eorum lautitiam exquiſitam non imitabimur, varietatem ne nimium ſecuti fuiſſe videa-

videamur hoc capite, veremur. Malam ætatem veteres, vt à grammaticis obſeruatum eſt, ſenectutem appellabant, quæ cùm grauis ſit & onerosa, nec minus tergo noſtro ponderoſa, quàm baiuli dorſo graue pondus, proinde ſcripſit Plautus in Menæchmis.

Plautus in Menæchmis sc. vt ætas.

Vt ætas mala merx mala eſt tergo.

Ergo enim, quod eo loco receptum eſt, foras exturbandum cenſeo. Antiqui dilinimenta vocauerunt, quæ θέλγηθρα Græci dicunt: & delinire θέλγειν. hoc etiam nomine veniunt veneficia, venena, pocula amatoria. Afranius,

Afranius apud Nonium in ſenium.

Si poſſent homines delinimentis capi,
Omnes haberent nunc amatores anus:
Ætas & corpus tenerum & morigeratio,
Hæc ſunt venena formoſarum mulierum.
Mala ætas nulla delinimenta inuenit.

Sed & delinitus eſt alienatus mente, quòd hoc venenis efficiatur. Migrare pro tranſilire dixerunt, vt quod quis harum rerum migraſſit: ſic & emigrare pro eijcere. Titinius, *quot peſtes ſenia & iurgia ſeſemet diebus emigrarunt.* Labris velitari & velificari, pro verbis contendere & altercari, & inter ſe rixari dixerunt. Afranius,

Apud Non. in Velitatio.

Interea verba iactare, & labris
Inter ſe velitari, velificarier.

Cùm in Officijs hodie ſcribitur, *multorum impunita ſcelera tuliſſemus*, cui etiam ſcripturę libenter equidem ſuffragium meum defero, non omittam monere in Nonio legi, *multorum impunitates ſcelerum.* Varronis Satyra fuit nomine ἐνδυμίωνες, qua inſcriptione ſomniculoſos & veternoſos homines reprehendebat: eam inſcriptionem apud Nonium ferè in Eudæmones degenerauiſſe animaduerti. medici olim cùm ægros viſebant, non tantum venas, id eſt arterias tangebant, ſed etiam præcordia inſpiciebant: Lucilius, *nequam priuſquam venas hominis tetigit ac præcordia.* Tagax eſt apud veteres furax, furunculus Feſto. vt apud Lucilium: *Et mutonis manu perſcribere poſſe tagacem.* In Nonio muſconis reperio, nec probo tamen. eſt & mutonium προβασκάνιον. i. amuletum, vt nominis vicinitate adductus hoc dicam. Vt acus, item acia in inſtrumento phrygionis erat, & filum aciculæ erat, nomenque ab acie habet. Titinius,

Cic. 2. offic.

Nonius in Tollere.

Apud Non. in Tangere.

Lib. 18.

Apud Non. in Phrygio.

Phrygio fui primo, beneque id opus ſciui:
Reliqui acus, aciáſque hero atque heræ noſtræ.

Celſus lib. 5. *vtraque optima eſt ex acia molli non nimis torta, quo mitius corpori inſidat.* in lexico vetere Latinogræco acia explicatur ῥάμμα. quin acia & aciela etiã in eo exponitur ἀγκαλύφη. Varronis erat Satyra eleganti nomine Coſmotoryne, περὶ φθορᾶς κόσμου. vt enim cochleari, quod τορύνη Gręcè

Celſus lib. 5. cap. 26.

Apud Non. in Phrigio.

dicitur,omnia in olla commiſcentur:ſic eleganter mundi interitum mundi cochlear appellauit,ob perturbationem rerum in antiquum chaos tum redituraru m, & in confuſionem priſtinam. In exemplaribus Nonij hoc nomen ſemper eſſe deprauatum ægrè ferendum eſt. vt toral dicitur quo torus tegitur: ita quo folium,foliar. Varro, *Phrygio qui puluinar poterat pingere, ſoliar defingebat.* Nouium in Macco citatum inuenimus, qui titulus fabulæ eſt de nomine mulieris ſtupidæ & bardæ, hinc Macci vocantur ſtolidi & fatui. Apuleius, *ſi cum hac vna Rufi fallacia contendantur, macci prorſus & buccones videbuntur.* Hîc & buccones homines ſunt tardi: legi tamen in lexico Latinogræco buccones eſſe παρασίτους: citari etiam obſeruo à grammaticis Pomponium in Maccis geminis. Citatur & Varro in triodite trifolio περὶ ἀρετῆς ἕως. Ego ſic cenſeam inſcriptam Satyram, triuiale trifolium, propter triplicem viuendi ſectam, voluptuariam,in cogitatione & contemplatione occupatam, & in actione poſitam: vel potius ob tria bonorum genera, animi, corporis, vitæ. Quis eſt cocleatus equus quem in Decuma fullonis Pomponius nominat? ego cenſeam in verbo vitium ineſſe,& coleatum legendum, ad canterij diſcrimen. Locus Pomponij multis profertur locis etiam mendoſiùs, quos præterire conſtitui. Carere temeto eſt vinum non bibere: Cicero, *Carent temeto omnes mulieres.* Plautus,

Apud Non. in Phrygio.
Apuleius apol. log. 2.
Apud Non. in Tolutim.
Ibid.
Apud Non. in Temulenta.
Truculento sc. Egon' tibi maledicam.

Siue ſubbibit, ſiue caret temeto.

Satyra Varronis quædam inſcribebatur, Eſt modus matulæ, vel vt alij libri ſcribunt, Et modus matula, qua inſcriptione monebat adhibendum modum compotationi & ebrietati. Nam è matula potum ſignificauit, cùm cibum ſicciorem in ventrem, liquidiorem in veſicam deſcendere cenſerent. Varro alio loco, *Diuitum apothecas chias ad communem reuocat matellam.* Plautus,

Apud Non. in Matella.
Plautus Perſa sc. omnem rem inueni.
Apud Non. in Bulga.

Nolo in veſicam quod eat, in ventrem volo.

Varro, *in quo nobilius eſt philippeum quod accipimus, quàm quod bibimus: cùm alterum addamus in bulgam, alterum in veſicam.* Inſcribebatur & Satyra eius quędã περὶ ἐξαγωγῆς, qua differebat, an ſibi aliquãdo ſit conſciſcenda mors. erat & liber nomine Prometheus, de hominum fabrica, qui à Prometheo ficti dicuntur fuiſſe. Quinquatrus de Philoſophia & medicina. Nam quinquatria Mineruę, quę ſcientijs & artibus prçeſt, honori dicauit antiquitas. erat & titulus, vt iam diximus, longè fugit, qui ſuos fugit, vbi de Stoicorũ ſapiẽte, & decretis mirabilibus diſputabat, in quibus ab homine recedere videntur, & ſe fugere ſuoſque. erat etiam ſexageſima & octogeſima, vbi de nummis & publicis differebat. ſcripſerat & Meleagros, de venatione. Satyra etiam eius erat ὄνος λύρας, id eſt aſinus lyram audit, cuius inſcriptionem

nem immutatã esse apud Nonium vehementer dolendũ est. ex ea affertur, Nonius in Cinædi.

Merentis vt quietus ac demißior, Probandus,
Ἀχιλλέως ἡρωϊκῶς, ἰωνικῶς κιναίδου,

Calui mimi omnibus erant frustratui: vnde Plautus scripsit, Casina sc. sequimini comites.

Nam vbi domi sola sum, sopor manus caluitur.

Fritinnire subsilire est: Varro, *& pullos peperit fritinnientes.* Satyram is scripserat quandam Vinalia περὶ ἀφροδισίων. Nam vinalia tanquam veneralia vocata sunt: ex ea Satyra affertur: Apud Non. in Frigere. Apud Non. in Sartores.

— nec enim sic vide,
Vtrum mercedem accipit is, qui meas venit
Segetes vt sarriat, an ego ab illo? sic ego,
Comptus sim sartor, si tu plus laboras quàm ego do.

Gerontodidascalus quoque nomen erat Varronis Satyræ, in qua senes docebat, & multa eorum vitia notabat. Ea in fabula tricas tellenas prouerbij more posuit, non vt quidam censent attellanas, propter impedita & intricata & nugatoria attellanarum fabularum argumenta, sed propter antiquam vrbem Tellenam. Erat & eiusdem scriptoris Satyra τοῦ παππὸς τὸ παιδίον περὶ παιδοποιίας, cuius etiam inscriptio læsa & violata est apud Marcellum: ea in fabula de procreatione liberorum multa disserebat, & eis qui parentes esse optimorum liberorum vellent præcepta debat: ex ea afferunt grammatici. *Quare si diu gens est adamußim, per me licet adsumas, teneo* διάκονον. apparet eam inscriptionẽ fuisse prouerbialem. nam & à diuo Basilio vsurpatur in epistola ad Libanium εἰ δὲ ἐμὸς ἐστὶ παῖς, τοῦ παππὸς ἐστὶ τὸ παιδίον. Apud Non. in Tricæ. Apud Non. in Examussim.

Squali, veneriæ conchæ, plagusiæ, Columella emendatur. CAPVT XXII.

HÆC coniectanea esse & haberi volo. Itaque huc omnia cuiusque modi temerè conijcio, vt in buccam veniunt. Quidni enim ius suum hic liber teneat, & licentiam alijs, qui in eodem genere elaborarunt, concessam vsurpet? Tesca, vel tesqua loca sunt inculta & aspera, vnde apud Horatium, squalor & asperitas tescor, vel tesquor appellatur illo versu, vt quidam legunt,

Exiguæque togæ simulet tesquare Catonem. Epist. 20 lib. 1.

Verùm eruditissimo viro Lambino assentior, & antiquis interpretibus qui textore defendunt, hoc sensu, qui hoc simulet & effingat Catonem, quòd sibi exiguam ipse texat, vel texi iubeat togulam. nec illos audio, qui gestore legunt, & animo suo morem gerunt scriptura nouanda nimium licen-

licenter. Squalus eſt piſcis cuius nomen ab aſperitate fluxit. Nam è ſqua- [Cap. 24. lib. 9.] ror ſqualor & ſqualus originem duxêre. eo nomine apud Plinium cenſeri videntur omnes cartilaginei piſces longæ formæ, vt cùm ſcribit, *quo in numero ſunt ſquali quoque, quàmuis non plani*: ſed locus iſte mihi de mendo non iniuria ſuſpectus eſt, cùm in quodam exemplari ſqualij repererim. [Cap. 51. lib. 9.] quid ſi igitur Plinius Græcam vſurpauit vocem, & galei ſcripſit, cùm Latinam quæ ei reſponderet non haberet? quod quidem & animaduerti Maſſario placere, quo ad affirmandum ſum audacior, eius ſubnixus iudicio. Sed & cùm iterum ſcribit Plinius, *ſpari, torpedo, ſquali circa æquinoctium*, non dubito quin ex Ariſtotele ſquatinę ſit legendum, vel ſquati. Nam in lexico Latinogræco exponitur, *ſquatus* ῥίνη εἶδος ἰχθύος. Conchę quædam Venereæ vocantur ex eo, quòd enata mari Venus concha delata eſt in Cyprum: proinde in Rudente ſcribitur,

[Sc. Nunc demum eſt.] *Te ex concha natam eſſe autumant, caue tu harum conchas ſpernas.*

Id enim dicit, quia è mari illæ enatarant: eam concham appellat neritem [Cap. 11. lib. 32.] Ariſtoteles. Iterum Plinius, *veneriæ, vua, xiphiæ.* vbi vrenas inaudito ſanè [Seneca lib. 15. epiſt. 96.] verbo & nihili hodie in omnibus libris ſcribitur. Venerearum concharum eſt apud Senecam mentio lib. epiſtolarũ xv. his verbis, *veneriæ, ſpondylique, & oſtrea eatenus circumciſa, quæ eduntur.* Propertius tamen cùm veneriam concham ſcribit, vnionem intelligere videtur.

[Propertius lib. 3. eleg. 3.] *Et venit è rubro concha ericina ſalo,*

quomodo & concha interdum vſurpatur, vt apud Tibullum,

[Lib. 2. eleg. 4.] *— & è rubro lucida concha mari.*

Cùm autem ait Plautus,

[Rudente Sc. Nunc demũ eſt.] *Caue tu harum conchas ſpreueris,*

ad eas niſi fallor conchas retulit, quæ dono dari puellis ſolebant, vt ex [10. Metamorphoſ.] Ouidio notum eſt, ita ſcribente lib. x. Metamorphoſeos,

Munera fert illi conchas, teretéſque lapillos.

[Sc. Omnibus modis.] nominantur à Plauto è genere concharum plaguſiæ in Rudente, quo nomine eas venire exiſtimo, quæ cruſtam tegumenti latam patulamque habent, quaſi πλακόεσσαι dicantur. Nam à πλακοῦς deducitur, quo nomine cùm ſit mons Ciliciæ, idem tamen etiam mons Placuſius vocatur. Scribit [Lib. 10. de cultu hortor.] Columella in horto,

Deletura quidem fronti data ſigna fucarum.

Focorum hic examuſſim emendat vir huius ætatis doctiſſimus Gulielmus Peliſſerius. nam ſtigmata & inuſtas fronti notas lepidium efficaciſſimè [Cap. 17. lib. 20.] delet & extenuat, prodeſtque vt ſcribit Plinius contra cicatricum vlcera. [Columell. lib. 10. de cultu hortor.] Idem rectiſſimè legit hunc verſum,

Vlpica, quæque habilis beta eſt fabrilibus eſcis.

qui ita

qui ita deformatus est in omnibus libris, vt abdicaturus eum sit, si reuiuiscat, Columella.

Mutinitini sacellum, Mutinus, tabula tesseraria, Serranus, andabatæ, aborigines, M*argopolis,* M*æonius autumedon, cernuus, cernuare.* CAPVT XXIII.

MVTINITINI sacellum, vt ait Festus, Romæ fuit, cui velatæ togis prætextatis solebãt sacrificare. Ego nomen eum gentilium deum habuisse à tacendo & non tinniendo, puto: nam in eo ni valet ne. Quare conflatum esse nomen ex hac particula, & duobus imperatiuis videtur. Mutunus est Priapus Arnobio, Lactantio, Augustino. Mutunus etiam deus fuisse videtur qui mutiret, efficeretque ne quid emanaret, sed clam esset, & tacitum & occultum: Lucilius,

Arnob. lib. 4. Lactant. lib. 1. c. 20.

Sed quid mutino subiectóque huic opus signo?
Vt lurcaretur lardum & carnaria furtim
Patrum conficeret.

Nonius in Lurcones.

Reperio & mœtino in exemplaribus antiquis, vt pro munio mœnio. sed nostro more ludimus, & varia contexímus. Tabulam in qua luditur talis & tesseris primus Palamedes in bello Troiano inuenit ad Græcorum oblectationem: eum ludum philosophiæ plenum, vt ingeniosi homines sunt in nugis, multi prædicant, ac tabulam quidem referre terrenam istam mundi plagam censent: quo recepto omnia quiduis significauerint: pergunt, duodenarium numerum imaginem esse volunt signiferi. fritillum, quem Græci ψηφόβολον κήθιον & κηθάριον appellant, & septem eius tesseras simulachrum septem errantium stellarum, turriculam, quam πύργον, (nam illi eam à fritillo distingunt) altitudinem cæli. ita se putant ista non incallidè comminisci. Erat M. Varronis Satyra nomine Serranus vel περὶ ἀρχαιρεσιῶν: eam ita inscripserat, quòd ex agro euocatus esset Serranus, quem serentem dati honores inuenerunt. erat & Varronis liber nomine Aborigines, in quo de hominis natura & origine primisque illis rudi cælo natis hominibus loquebatur. erat & Andabatarum titulo, in quo de hominum cæcitate & errore disserebat. Vanare erat antiquis vanum reddere & frustra habere. Accius,

Apud Non. in Extispices. Apud Non. in Pupæ. Apud Non. in Præstringere. Apud Non. in Vanans.

Tanta vt frustrando lactans vanans protrahas.

Non solùm de equis canterium veteres dixêre, sed etiam de alijs animantibus, vt Pomponius de homine, *magnus manducus camillus canterius*: quanquam hîc in quibusdam libris camellus etiam scriptum inuenio: camelos autem edaces esse constat, ac fortasse ea literatura verior sit. vt quem nullius aut exigui pretij esse censebant, non esse assis dicebant: ita & non esse sescunciæ. Pomponius, *Pappus hic in medio habitat senica non sescunciæ.*

Apud Non. in Manducones.

Margo-

Apud Non. in Senica. Margopolis titulus erat Satyræ Varronis insaniam ex professo ciuitatis in comitijs & magistratibus furentis, & honorum studio & ambitione luxuque & ingluuie perditæ & insanæ, acerrimè notans: ex ea affertur, *Cui celer δι' ἑνὸς λήμματος λόγος Antipatri Stoici filius rutro caput displanat.* Est & Varronis Satyræ titulus papia papæ, quod est papæ patercule, quo immodicos laudatores & assentatores vituperabat, qui in admirationem sæpe solēt prorumpere, & assentatoria laude hominibus adulari. erat & Mæonius Autumedon, quo nomine significabantur iuuentutis institutores rectoresque eam Homeri, & poëtarum scriptis erudientes. Erat & lex Menia, de coniugio & liberis tollendis. Cernuus calceamenti genus est apud Festum, in quo tamen vix pellucet huius vocis vestigium: de eo fortasse contra grammaticorum sententiam versum illum Lucilij accipere licet,

Apud Non. in Rutrum.

Apud Non. in Nebulones.

Apud Non. in Guttur.

Apud Non. in Cernuus.

Cernuus exemplo plantas conuestit honestas:

nonnulli cernuum soccum interpretantur sine solo ligulatum. Cernuare erat labente vestigio in pronum ire, & sæpe etiam labi: quo genere lusus consualibus vti solebant per pelles vnctas currentes, & in caput se iactantes. Varro, *etiam pelles bubulas oleo perfusas percurrebant, ibíque cernuabant: à quo vetus est ille versus in carminibus,*

Ibid.

Ibi pastores ludos faciunt cernui consualia.

2. Georg. Idem videbitur esse propemodum, quod Maro scripsit, *vnctos saliere per vtres*, quod ἀσκωλιάζειν Græci dicunt. In Lexico antiquo cernuus & cernulus exponitur petaurista, & cernuere πεταυρίζεσθαι.

Ancarius, prostomis, lentus, boua. CAPVT XXIIII.

CENTONES mihi sarcire videor aut consuere è diuersis panniculis: sed ea varietate pascor, & huius operis aut nullius propria est. scribit Lucilius,

Apud Non. in Quiritare.

Hæc eadem rudet è rostris atque eiulitabit,
Concursans velut ancarius, claréque quiritans.

Quem tandem hîc ancarium intelligimus? Ancara vrbs Italiæ fuit, in qua, vt reor, vel aliqui patres familias fuerunt operosi & quæstuosi, qui seruorum familias habuerunt: vel vrbs ipsa, quod ex eo suspicor, quod à familia ancariana lib. 9. Varenum scribit Fabius, nisi hallucinor, interfectum fuisse. Sed & libro 7. familiæ ancarianæ meminit. serui autem illi opifices & operarij sępe concursabant, & per vrbem aut agros re aliqua amissa, aut vspiam relicta, consternati, & quiritabundi vagabantur, quod illis versibus significare voluit, nisi auius à vero feror, poëta Lucilius. Tertullianus tamen Ancariam in apologetico Asculanorum deum scribit fuisse.

Quintilianus cap. 2. Lib. 7. cap. 3.

Tertull. c. 23.

vt ancarios putare possimus esse furiosos, ab illa dea errore immisso correptos. Nam vt de furioso loqui videtur Lucilius. sic in antiquo lexico Bellonarius vocatur Bellonæ furore correptus, id est θεοφορούμενος. posset & ancarius intelligi aliquis è familia Ancariæ sacra. Vt perduellis ab antiquis dicebatur qui postea hostis: sic perduellũ quod postea duellum & bellum: Accius,

— de summa tibi perduellum est, Apud Non. in Glisćit.

Postomis imponitur naribus equorum, aut morsui, ad cohibendam eorum ferociam & tenaciam: eleganter id transtulit ad potores Lucilius, quibus è narribus pocula pendere videntur, hoc versu, Apud Non. in Postomis.

Truleus postomis huic ingens è naribus pendet.

dicitur autem postomis voce lacessita & læsa, velut epistomis aut epistomium. Imo verò tanquam προστομὶς, id est additamentum ori adiectum & appensum: atque ita scribendũ videtur. Lentum pro facili Lucilius, quod sanè quàm rarum est posuit, credo quòd quę lenta sunt, vt vimina, ea etiam ad opus facilitatem habent: Apud Non. in Tricones.

Lucius Cotta senex Crassi pater huius Paceni,
Magnus trico fuit numarius, soluere nulli *Lentus.*

Boua, quam alij boam vocant, papulas toto ebullientes corpore cum rubore significat interdum, vt apud Plinium: sed apud Varronem, *æs defraudasse cauponem, bouam luto obleuisse, tum portitores terram duxe*, cùm scribitur, vas vinarium longum, turgidum, & amplum, bouæque serpenti simile videtur: explicatur & in antiquo lexico boua νόσος βοῶν. Bimarcus nomen Satyræ Varronis fuit, in qua fastum & arrogantiam stolidam & ineptam Romanorum incessebat, quòd è Romano prænomine, quo sibi placebant, duplicato indicatur, quasi quis non semel, sed bis Marcus sit. Sesqui Vlyssem pro astutissimo & callidissimo in cuiusdam Satyræ titulo posuerat. Rhinoceros Lucilio etiam dicitur qui dente eminente bronchus est: eius versus est, *Bronchus bouillanus dente aduerso eminulo, hic est Rhinoceros.* Bronchus autem in vetusto lexico explicatur ὁ τὸ ἄνω χεῖλος ὠδηκὼς, qui superiore labro est tumidiore. Horatius illudit in Lucilium, quòd verbis Latinis Græca miscuit, quod prestudiosè faciebat, vt è loco quem proferam adparet, Apud Non. in Portitores. Apud Non. in Bronchi. Horatius Saty. 4. lib. 1. Apud Non. in Compernes.

Nunc censes καλλιπλόκαμον, καλλίσφυρον illam,
Non licitum esse vterum atque etiam inguina tangere mammis?
Compernem aut varam fuisse Amphitryonis ἄκοιτιν
Alcmenam, atque alias: Lædam ipsam denique nolo
Dicere, tute vide, atque disylabon elige quoduis,
Εὖγε, εὐπατέρεια, aliquam rem insignem habuisse,

Verrucam, næuum dictum, dentem eminulum vnum.

Qua etiam miscella visus est delectari Varro, vt & ex inscriptionibus li- Apud Non. in Lingulaca. brorũ satis apparet: & ex eo quod subijciam, ne plura persequar, *qua re fit vt lingulacæ obtrectatores tui, iam nunc murmurantes dicant*, μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται. Varronis erat Satyra Flexabulorum nomine, in qua de prouincijs administrandis, & tanquam flectendis, regendísque prouincialibus differebat (Nam flexabulum instrumentum ad flectendum est) mul- Apud Non. in Putus. taque in Magistratuum, vt reor, auaritiam & sordes disputabat. Erat & Hecatombe, in qua de sacrificijs agebat, sumptuosáque sacra reprehendebat, verumque sacrificium esse puræ & integrę mentis preces docebat: ex ea locus elegans affertur, quem ideo adscribam: *Chrysen doulos locat sibi amiculam de lacte & cera tarentina, quam apes Milesiæ coëgerint ex omnibus floribus libantes, sine osse & sine neruis, sine pelle, sine pilis, puram putam, proceram, candidam, teneram, formosam.* Dicit autem amicam velut lacteam & ceream. Ceream porrò pro tenera & pulchra dixit, propter cereas imagines, quas in atrijs habebant, aliaque opera quæ sequaci & flexibili ceræ natura pulcherrima faciebant, & mollia erant: vnde & cerea non ab re mollia explicant, qua translatione cerea Telephi brachia dixit Flaccus. at Horat. od. 13. lib. 1. cerea lacerna in Martiale est detrita & decolor flauescensq; flore coloris exolescente,

Martial. lib. 1. Epig. 60. *Cerea si pendet lumbis & trita lacerna.*

Erat & ἕως πότε περὶ ὡρῶν, in qua de temporibus & negotijs vitæ humanæ Apud Non. in Exodium. tractabat cum hominũ semper Satyrica vituperatione. Erat & Ταφὴ Μενίππου, id est sepultura Menippi, vbi, vt reor, hominum illudebat stultam & nimiam sepulturæ & funerum curam.

ADRIANI TVRNEBI ADVERSARIORVM LIBER DECIMVSOCTAVVS.

Verædus, postumus, lar, Promethea iuga, aconitum, vertagus. CAPVT I.

OPINIO est verædum equum esse qui vehat Rhedam, quę quidem à præceptoribus, & eruditissimis hominum nostræ memoriæ scriptis accepta, me in longam ætatem comitata est. Nunc verędum equum puto, qui neque Rhedam neque cisium Epig. 14. li. 12. trahat, sed vice tamen Rhedę sit. Id adeo ex Martiale & Ausonio conijcere licet

re licet, ne alijs auctoribus testimonium denunciemus. Ille enim inquit,

Parcius vtaris moneo rapiente veredo
Prisce, nec in lepores tam violentus eas.

Non, vt opinor, qui venabatur, rheda vectabatur: sed & equum esse non rhedam sequens versus indicat,

Decidit excussus nec rediturus equo.

Ausonius autem apertissimè id etiam indicat his verbis, Epist.20.

Non cisium, aut pigrum cautus conscende veredum:
Non tibi sit rhedæ, non amor acris equi.

Iterum, *Vel celerem mannum, vel ruptum terga veredum.* vbi in equis viatorijs numeratur veredus. Auson. sed & in antiquo lexico exponitur πῶλος: Procopio est equus cursus publici. Isidorus tamen veredos esse dictos ait, quòd Isidor. lib. 12. cap. 1. veherent rhedas, vel quod per vias publicas currant, per quas & rhedas ire solitum erat. Postumus qui post fata parentis natus est dicitur vulgo: & sanè qui post fata parentis nascebantur, hoc nomine erant: vt Curij filius adoptatus à Rabirio Rabirius Postumus est vocatus: ac hoc nomen attributum fuisse illis, qui post patris mortem nascerentur ostendit Plautus in Aulularia, Sc. velim te arbitrari,

Post mediam ætatem, qui mediam ducit vxorem domum:
Si eam senex anum prægnantem fecerit fortuitò:
Quid dubitas quin paratum fiet nomen puero Postumus?

Postumus tamen censetur etiam qui post factum testamentum natus est etiam viuo patrefamilias: sed & qui post alios liberos vltimusque gignitur: quomodo lib. 6. Æneidos accipiendum censeo, 6. Aen.

Siluius albanum nomen tua postuma proles.

sequitur enim explicatio,

Quem tibi longæuo serum Lauinia coniunx, Ibid.
Educet siluis regem regúmque parentem.

Atque hanc sententiam meam confirmat eruditissimus poëta Ausonius, Epist. 17. ac postumum explicat supremum,

Vt quondam in Albæ mœnibus,
Supremus Ænea satus.

Lar quòd nomen sæpenumero legimus, adeo vt in prænomen abierit, videtur ducem significare vel regem. Nam Ausonius Viridomarum Gallorum ducem, quem interfecit Marcellus, cuique opima spolia detraxit, Aremoricum lartem, id est gallicum ducem appellat, ab Aremoricis populis Galliæ, quos multi Aremoricos quàm Armoricos vocare malunt.

Tertia, inquit, *opima dedit spoliatus Aremoricus lar.* In monosyllab.
— *an quæ Lecta Prometheis diuidit herba iugis?*

Propertius eleg.11.lib.2.

ſcribit Propertius: quo in loco Promethea iuga vocat Caucaſum,vbi naſcebatur è cruore Promethei aconitum. etſi enim è vomitu Cerberi prope Heracleam pleriq; natum ferunt, alij tamen è tabe & ſanie Promethei, cuius iecur tundebat aquila, exortum fabulantur. herbam igitur lectam in Prometheis iugis cùm dicit, veneficia intelligit: Auſonius,

Edyllio 16.in monoſyllabis.

Vnde Prometheo de corpore ſanguineus ros,
Aſpergit cautes, & dura aconita creat cos.

Martialis li.14 in apophor.

Non ſibi ſed domino venatur vertagus acer,
Intactum leporem qui tibi dente refert.

Quis obſecro vos apud Martialem iſte vertagus eſt, & vnde dictus? ſcimus à nationibus & locis nomina canibus interdum imponi: ſed de vertagis populis,aut huius nominis loco ſilentium eſt in literis. mihi quidem vertrahus legendum propè videtur, veluti fertrahus, à fera ſcilicet trahenda ad dominum. ſcio ego iocularem iſtam viſum iri audaciam, & riſus excitaturam: ſed eam argumento non leui confirmabo. Gratius poëta vetus vertraham appellare videtur, etſi tempus ſyllabæ mutat,

Et pictam macula vertraham delige falſa.

Vertagum tamen,vel potius vertragum retinuerim,& g in vicem elemẽti h tranſiiſſe crediderim, vt intragula, quam à trahendo nomen habere grammatici affirmant. ſed & tragula retis genus ex eo nomen habet quòd trahitur.

Solarium,funda, ventrale, adamas ſupernas, præteritum perfectum penultima breui, laus eſt publica, intactus grex.

CAPVT II.

SOLARIVM interdum locus eſt vbi homines ſolebant apricari: fiebat autem in ædibus ad excipiendam auram & vaporem ſolis, vnde & heliocaminus quaſi ſolis vaporarium dicebatur. Plautus,

Milite sc. Niſi quidem ego.

Scio neque ſolarium neque hortum.

alij putant tectum quoddam fuiſſe planum & ſubdiuale. Inde ille feſtiuus Auguſti Imperatoris iocus. *quid ergo? vt me populus Romanus dicat bene cultum, in ſolario ambulaturus ſum.* Fundam pro retis genere dici non eſt ita infrequens: ſed eo nomine cruminam vocari, id verò non paſſim occurrit. Macrobius, *cúmque acceſsiſſet ad ſellam,demiſſa in fundam pauperem manu paucos denarios protulit,quos principi daret, adiecitque,* μὰ κατὰ τὴν σὴν τύχην σεβαστὲ, εἰ πλέον εἶχον, πλέον ἂν ἐδίδουν. ſed vt rete à ſimilitudine fundę, qua lapides iactantur nomen habet:ita quoq; loculi pecuniarũ,quòd ſpecie formaq; fundam referrent. In antiquo quoq; lexico ſcribitur, Ventrale κοιλιόδεσμος, funda. lepida eſt Auguſti in Mæcenatis affectationem illuſio, qua

Macrob.lib.2. Sat.c.4.

Ibid.

Mæce-

Mæcenatis cacozeliam imitatur venuſtiſſimè, ſed non ſine obſcuritate: *Vale*, inquit, *mel gentium, metuelle, ebur ex Etruria, laſer Aretinum, adamas ſupernas, Tyberinum margaritum, Cilniorum ſmaragde, Iaſpis Figulorum, berylle Porſennæ*. cùm delicatum alloquatur, delicias rerum gemmarumq́ue loquitur, & locorum Etruriæ nomina, quòd hetruſcus Mæcenas eſſet, aut virorum qui in ea floruerũt, aut inde oriundi erant cõmemoratione & appellatione ludos facit. Legendùm autem ferè coniicerem, vale mel gentium Meduliæ, niſi Medulia fuiſſet Albanorũ, vt dicit Dionyſius. emendo igitur mel gentium Velutoniæ. Adamas ſupernas, eſt adamas Etruriæ: etſi non tam ſupernates Etruriæ ſunt quàm infernates. Nam qui eam incolunt Apennini plagã, quę ad inferum mare vergit, quòd Tyrrhenum dicitur, infernates dicuntur: qui latus quod ſupero mari reſpondet, ſupernates. ſed latius patuit Etruria, & ſupernates ei trans Appenninũ adſcripti fuerunt, & oppida fortaſſe quædam Albanorũ, vt Medulia. Tyberis in Etruria naſcitur. Margaritum igitur Tyberinum, Etruſcum Margaritũ eſt. Cilniorum ſmaragdus dicitur, quòd Cilnij gentiles erant Mæcenatis. è Cilniorum enim gẽte ſtirps eius erat. Tacitus, *Cæterũ Auguſtus bellis ciuilibus Cilnium Mæcenatem equeſtris ordinis cunctis apud Romam atq; Italiam præpoſuit*. Cillinius tamen, ne quid diſſimulem, in Tacito legitur. ſuſpicor etiam ex Etruria oriundos fuiſſe Figulos, quorum nobilis erat Romæ familia. *Steteruntq́ue comæ*, cùm Maro dixit, ſyſtolen eſſe grammatici dicunt: ego veteres iſta præterita ſæpe corripuiſſe reperio. Nam & in Eunucho Terentij in iambici fine ſcriptum diſertè eſt,

Cap. 4. lib. 2. Satur. — *Corn. Tacitus lib. 5. annal.* — *Terentius Eunucho in prologo.*

— poſtquam ædiles emerunt.

quo plerique omnes offenſi emerant emendant, animi libidinem potius quàm veritatem ſequentes. Laberius apud Macrobium bis potuerunt corripuit, *voluerunt multi effugere pauci potuerunt*. Iterum, *etenim ipſi dij negare cui nil potuerunt*. idem Laberius ſic apud eundem ſcriptorem in mimo loquitur, *Summũ ad gradum cùm claritatis veneris, conſiſtes ægrè, & quàm deſcendas decides*. Id verò valet & potius decides, quàm deſcendas. itaque id quod non dictum eſt, audiendum tamen eſt, vt ſententia ſit abſoluta. ſequitur mox, *Cecidi ego: cadet qui ſequitur: laus eſt publica*. Id hanc habet ſententiam, laus nulli mancipio datur, nulliuſq́ue propria eſt, ſed communis & publica. proinde ad alium ſubinde tranſit.

Lib. 2. Saturn. c. 7. — *Ibid.*

Nunc grege de intacto ſeptem mactare iuuencos
Præſtiterit. 6. AEn.

Id de hoſtijs iniugibus accipit Macrobius, & rectè. Impium enim & nefarium eſſe videbatur iuuencum aratorem immolare, vt Theon Arati interpres ſcribit, qua impietate obſtringi non videbatur, qui iuuencum

Cap. 5. lib. 3.

nondum domitum nec laboris socium, nec in dominum munificum mactabat. Sunt tamen qui iam domitas pecudes sacris non puras censent, vt hominum manu & labore rustico contaminatas pollutasque: & fieri potest vt superstitiosa potius, quàm religiosa antiquitas vtranque caussam secuta sit.

Libertus primus, palmæ lemniscatæ, lemnisci, coronæ lemniscatæ, cædes, vox liquata, insigne, superum lumen, oræ belli, ansatum telum. CAPVT III.

Martialis li.1. epig.4. MARTIALIS scribit,

Libertum docti Lucensis quære secundum:

& in quadam inscriptione reperio, FECIT SIBI ET PETIÆ COLLIBERTÆ PRIMÆ VXORI: hæc verba faciunt vt suspicer in patronorum libertis ordinem quendam fuisse, & quosdam primos quosdam secundos vocatos fuisse, quòd alteri apud patronum priorem locum obtinerent, alteri proximum. ergo primi & secundi dicebantur, vt alijs omnibus potiores: ac fortasse inde factum est vt apud Iurisconsultos tam sæpe nomen primi & secundi legamus, quod & attigisse nos ante etiam recordamur, sed tumultuariȩ & subitȩ scriptiones sæpe eodem reuertuntur. Palmæ victoribus dari solebant, sed in nobiliore victoria lemniscis ornabantur, vt & coronæ: de coronis Plinius, *Accesseruntque & lemnisci, quos* cap.3. lib.21. *adijci ipsarum coronarũ honos erat.* hinc à Cicerone dicitur palma lemniscata pro Roscio, & ab Ausonio scriptum est, cic. pro Rosc. Amer. Ausonius epist. 6.

Et quæ iandudum tibi palma poëtica floret,
Lemnisco ornata est, quo mea palma caret.

5. AEn. Lemniscum aut lemniscatam coronam significasse Maro videtur lib.5. AEneidos, cùm ita scripsit,

Puniceis ibant euincti tempora tænis.

Est autem lemniscus syracusanum verbum, quo stricta angustaque tænia significatur. Athenæus, ἐκ τούτου περιστεραὶ καὶ φάσσαι καὶ τρυγόνες καθ' ὅλην ἐξίπταντο τὴν ὁδὸν λημνίσκοις τοὺς πόδας δεδεμέναι πρὸς τὸ ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν θεωμένων ἁρπάζεσθαι. Athenæus lib. 9.

Vt φόνος apud Græcos, quod vocabulum cædem significat, sanguis dicitur, ita & apud Maronem libro nono, 9. AEn.

— tepidáque recentem Cæde locum.

Id est tepido sanguine, quod imitatione Græca factum, qui in vtraque lingua versatus est facilè intelliget. Vt apud nos multi perstudiosè nostro sermoni Hispanas & Italas voces admiscent, & sartagine quadam loquendi inusitata opinionẽ facundiæ captant: ita & Romani faciebant, qui

pro lucernis lychnos dicere solebant, pro lecti pedibus clinopodas. ita illis suarum erat vernacularum vocum fastidium, exterarum & exoticarum iucundus sapor. Lucilius apud Macrobium, *Porrò clinopodasque lychnósque* Lib. 6. satur. c.4. *Dicimus σεμνῶς, antè pedes lecti atque lucernas*. sed in idem ipse vitium incidit inculcatis subinde Græcis vocibus, & mixto è Latina & Græca lingua sermone. In versu Enniano apud Macrobium ferrum præpes est ferrum Lib. 6. satur. c.3. volatile, qualia tela sunt, hastæ, iacula. Ibi autem legendum crediderim, Ibid. *Ærata sonitant galeæ*, non ærato sonitu. vox autem liquata in Hostij carmine apud eundem scriptorem, videtur esse, quæ liquido gutture diserta claraque foras editur, quam scilicet guttur ipsum liquat, & liquidam transmittit: atque ab his quæ colo liquantur per translationē id dictum accipio & agnosco. Insigne est id quod in cono galeæ erigitur, vt crista. Ennius, Apud Macrob. lib. 6. satur. c. 1.

— inde volans secum abstulit hasta Insigne:

Apicem dixit Maro,

— apicem tamen incita summum Hasta tulit.

Superum lumen dixerunt veteres lumen è cælo in terrarum orbem descendens, cuius aura & splendore fruuntur qui viuunt ad discrimē eius luminis, quod arte nobis hîc paramus, & quod in infero est hemisphærio, Ibid. & inferis, quod inferum lumen est. Ennius,

Cùm superum lumen nox intempesta teneret,

& in carmine deuotionis, *lumine supero priuetis*. Oras pro spatio vsurpauit Apud Macrob. lib. 3. Satur. c.9. Ennius, & Maro perdiligenter imitatus est. Ennius,

Quis potis ingentes oras euoluere belli. Apud Macrob. lib. 6. c. 1.

id est tam ingentia belli spatia, quod maximum & diuturnissimum fuit. Maro, *Et mecum ingentes oras euoluite belli,* 9. AEn.

id est magna belli spatia explicate. Ansatum telum est quod ansam, id est amentum habet. Ennius, Apud. Macrob. lib. 6. Saturn. c.1.

— ansatis concurrunt vndique telis.

— pinguis vbi & placabilis ara Palisci. 9. AEn.

pinguis, valet diues imitatione Græcorum, quorum vestigia pedum solo premit libenter Maro. Est enim frequentissimum apud Græcos poëtas dici πίονα νηόν. quanquam non me latet aliter explicari à Macrobio, cuius auctoritas veritati præiudicare non debet.

Thyon, citrus, dij auertentes, prodigia comburuntur, lactet ficus, litem suam facere, illatebræ, staticuli, ante cœnam, Iouis manes, gallam subigo, nodus Herculis.

CAPVT IIII.

THYON, quod apud Homerum est citrum interpretatur Macrobius:

Macrob. lib. 3. c. 19. Citrum autem illam crediderim, cuius in Atlante monte nobiles filuæ materiam lautis menſarum orbibus ſuppeditauêre Romanis expetitarum delitijs. Infelices arbores dicit eſſe Macrobius, quæ ſunt in tutela deorum inferorum & auertentium: auertentes autem deos ſuſpicor velut ἀλεξικάκους καὶ ἀποτροπαίους, qui prodigia portentaque auerruncabant & auerrunci; Saty. 5. erant, qui & à Perſio dij depellentes vocantur, ex arboribus quæ ſunt eis conſecratæ, ſunt alaternus ſanguine infelix, id eſt ſanguinea & cruenta materia, aquifolium, ruſcus, multæ aliæ. his portenta & prodigia mala comburebant. Apud Theocritum quoque in Heracliſco prodigia & protenta aſpalatho, paliuro, rubo comburuntur: at verò purgaméta luſtrationis & incantationis poſt tergum in auerſum abijciebant, & in aquam profluentem mittebant. Maro, Eclog. 8.

— riuoq́ue fluenti Tránſque caput iace.

Hom. 1. Iliad. Homerus, Οἱ δ' ἀπελυμαίνοντο, καὶ εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον.

Quod in alijs arboribus eſt flos, id eſt in ficu lac, id eſt ὀπὸς, vnde ficus non Cap. 20. lib. 3. Saturn. florere, ſed lactere dicitur, vt Macrobius ſcribit. Litem faciebat ſuã iudex, non ſolùm qui malè iudicabat, ſed etiã qui qua iudicare hora debebat, ad comitiũ non veniebat. Cintius apud Macrobiũ, *Inde ad comitiũ vadunt, ne* Lib. 3. c. 16. *litẽ ſuam faciant.* Illatebras, Plautus apud Macrobiũ, à non latendo dixit, *Cuius, inquit, ego latus illatebras reddã meis dentibus & manibus*, id eſt efficiã détibus & manibus meis, ne in eius latere quicquã celari poſſit, ita diſcerpendo aperiam. Staticulos dare in Catonis oratione apud Macrobium, choream eſt quandam & ſaltationem dare non motoriam, ſed ſtatariam, qualis erat & in choris ϛασίμοις. *Deſcendit*, inquit, *de canterio: inde ſtaticulos* Macrob. lib. 3. Satur. c. 14. *dare, ridicularia fundere.* Cœnæ quædam pars olim ante cœnam vocabatur: ea erat tanquam primi cœnæ miſſus, primuſq́ue guſtus, & tanquam prima menſa: altera, cœna, quæ erat ſecunda menſa, in ſecundis ferculis poſita, non tamen in bellarijs. Macrobius, *ex indice Metelli Pontificis cœna* Lib. 3. Saturn. c. 13. *hæc fuit: ante cœnam echinos, oſtreas crudas quantum vellent.* mox ſequitur, *In cœna ſumina, ſinciput aprugnum, patinam piſcium.* Auguſtata menſa apud Macrobium eſt ea quæ auguſta facta eſt, id eſt quæ conſecrata eſt. *In templo*, Lib. 3. Satur. c. 11. inquit, *Iunonis Populoniæ auguſtata menſa eſt.* Vicarij etiam interdum ſunt, qui in vicem aliorum exitio peſtique deuouentur, vt in eorum caput expetant ea mala, quæ alijs erant euentura, vt in carmine deuotionis. *Eoſq́ue* Lib. 3. Saturn. c. 9. *ego vicarios pro me fide magiſtatúque meo & pro populo Romano exercitibus legionibúſque noſtris do, deuoueo.* Qui Dis pater appellatur & Summanus, id Ibid. eſt manium ſummus, & Pluto & Orcus, idem etiam Iouis manes vocabatur, vt in eodem carmine deuotionis, Lib. 2. Saturn. c. 2. *Dis pater ſiue Iouis manes, ſiue quo alio nomine fas eſt nominare.* Gallam ſubigo, in mordaci ioco aduerſus

Plancum

Plancum, quod ſutor reſpondit, valet gallam tero. eam enim ſutores tritam atramento ſutorio conficiendo alijs rebus miſcent. ſubeſt etiam alia turpis ſignificatio ex ſuſpicione & fama, quæ de amoribus Planci & Gallæ manprat. Nam Plancus in ea muliere malè audiebat. Nodus Herculanus & arctiſſimus erat, & ita nexus vix vt diſſolui poſſet: vnde & in prouerbium abijt. Noua etiam nupta præcingebatur cingulo laneo nodo Herculis vincto. Is qualis nodus fuerit, qui ſcire cupit, videat caduceum, in quo angues implexi inter ſe nodo Herculis deuincti ſunt. Macrobius, *hi dracones parte media voluminis ſui inuicem in nodum quem vocant Herculis obligantur.* Lib.1. Satur.c. 19.

Aſtici ludi, attici, decimæ, elogium.

CAPVT V.

ASTICI ludi in Caligula non ſunt grammaticorum confeſſui voluptati & Oblectationi, vt ſpectacula principum, ſed moleſtiæ & ſolicitudini. Nam qui ſint quærunt: ac plerique Actiacos legunt, & ludos ab Auguſto intelligunt inſtitutos in honorem Actiacæ victoriæ, ſed ſine librorũ adſtipulatione, in quibus peruetuſtis partim Attici, partim Aſtici exaratum reperio. Aſticos autem ludos interpretor vrbanos, quòd ſint etiam ludi ruſtici, vel potius Athenientiũ ludos, quorũ vrbs aſtu dicebatur. producitur ab Athenæo in dipnoſophiſtis Charicles περὶ ἀστικοῦ ἀγῶνος. Quòd ſi quis ludos atticos malit, è conſuetudine Athenienſium explicabit, qui Liberalibus, lenæis, chytris, & panathenæis, id eſt quinquatribus ludos ſcenicos dabant. Actiacos tamen ludos ab omnibus interpretibus probatos vix auſim improbare malimq́ue legere, cum præſertim in Italia etiam celebrarentur. Auſonius, Sueton. Caligula c.20. Athenæus li.8.

Edyllio.9.

Tales cumano deſpectat in æquore ludos
Liber, ſulphurei cùm per iuga conſita Gauri,
Pérque vaporiferi graditur vineta Veſeui:
Cùm Venus Actiacis Auguſti læta trophæis,
Ludere laſciuos fera prælia iuſſit amores:
Qualia niliacæ claſſes, latiæq́ue triremes,
Subter Apollineæ geſſerunt Leucados arces.

Scribit idem Tranquillus, *ſcenicis ludis, inter plebem & equitem cauſam diſcordiarum ferens, decimas maturius dabat, vt equeſtria ab infimo quoque occuparentur.* Hîc ego crediderim decimas eſſe miſſilia & teſſeras quas ſpargebat ludis ſcenicis: atque ita velut quandam decimam po. Rom. dabat, vt qui decimam bonorum ſuorum Herculi pollucebant & profanabant: aut qui decimam alijs conſecrabãt dijs. Nam quin ab huiuſmodi quadam notione Cap.16. in Calig.

notione deuerterit significatio in alium deflexa sensum, haud equidem dubitem. Decimæ quoq; ab aliquibus vxoribus dabantur: hinc illa Trachalli inuidiosa exclamatio, *placet hoc ergo? & leges diligentißimæ pudoris custodes decimas vxoribus dari, quartas meretricibus iubent? Succinctus*, inquit, *poparum habitu*. Popæ, qui victimas immolabant, alio corpore nudo, ab vmbilico ad pedes inuoluti erant veste, quæ limus dicebatur: qui proinde hîc succincti dicuntur, & à Propertio,

Suetonius Calig. c. 32.

Propertius lib. 4. eleg. 3.

Succinctíque calent ad noua sacra popæ.

Seruius in 12. Æn.

Seruius, *limus*, inquit, *est vestis qua ab vmbilico vsque ad pedes teguntur pudenda poparum. Nullius*, inquit Suetonius, *inspecto elogio*: multis nomen hoc suspecti sermonis est, immo verò peregrinitatis damnatum vrbe Quiritium expellitur, quorum ego iudicio non accedo. In causa est, quod extrita vna litera c, pro eclogio elogium dici animaduerti. Eclogium autem ab ecloge deducitur, hodieque ἐκλογεῖον apud Suidam reperitur. atque hæc sententia, haud paulò plus ponderis habet ratione præsertim nixa, quàm illorum condemnatoria tabella, qui ob ignorationem originis, voces exterminare malunt, quàm Latinam agnoscere: alij quasi ellogium interpretantur, & vnam deperiisse literam censent, & elogium deriuant ab ἔλλογον, quòd titulus & testatio sit oratione cuiusque vel vitia vel virtutes, vel rectè facta vel flagitia & scelera commemorans, hæc cùm probabilia sint, temerè me iudice faciat, qui tantum sibi iuris sumat, vt è tam multis libris vocem tam diu receptam, velut quodam prætoris interdicto eijciat, nisi meliorem reponat.

Sueton. in Calig. c. 27.

Percußit thyrso apud Lucretium, canunt siluæ auibus, alienigena, micæ auri, altè terminus hæret.

CAPVT VI.

Lucret. lib. 1.

SPEM laudis ambitiosam, qua incensus erat, eleganter ita me deus amet & scitè expressit hoc versu Lucretius,

Percußit thyrso laudis spes magna meum cor.

quem sensum à Bacchi thyrsis traduxit, quorũ tactu fanatici & perciti furore reddi homines censebantur, auctore Ouidio scribente in Epistolis,

Ouidius epist. Laodam. Protesilao.

Vt quas pampinea tetigisse bicorniger hasta
Creditur, huc illuc qua furor egit, eo.

Quod Ouidij distichon literati aut critici vice interpretationem nobis præstat. Eodem in Lucretij libro animaduerti iucunda nouitate contineñti attributũ esse. quod, vt grammatici loquuntur, contenti proprium est: canunt aues in siluis, at siluas auibus canere aucupio nouitatis nos delectat. sic igitur scribit,

Lucret. lib. 1.

Fron-

Frondiferásque nouis auibus canere vndique siluas.

eiusdem etiam notæ illud in eodem libro est,

Atque ideo totum circumtremere æthera signis.

signa enim potius in cælo tremunt. Solebant in portis vrbium veteres aliqua deorum statuere simulachra, quæ qui vrbes inibant, aut inde exibant, ritu quodam religionis tacta dextra manu salutare solebant, manumque ad osculum, vt suspicor, referebant: quod indicat eodem libro Lucretius, his numeris, Lucret.lib.1.

— tum portas propter ahena
Signa manus dextras ostendunt attenuari,
Sæpe salutantum tactu prætérque meantum.

Quod quidem breui admonitione duxi notandum. nam exempla quærenti ad probationem suppetent ex auctoribus non pauca. nunc enim quandam velut obsignationem auctorum nostræ sententiæ fauentium non proferemus, his contenti, quæ probabili coniectura vestigauimus. Etiam non est omittendũ alienigena ab eo dici, quæ Græci ἀνομοιογενῆ vocant, eamque vocem, ab eo bellè concinneque Latinè explicatam esse: sic autem scribit, Ibid.

Ex alienigenis rebus constare putetur,
Osßibus & neruis, saniéque & sanguine misto.

Idem quæ Græci ψήγματα auri, id est minutam auri scobem vocant, micas auri appellauit non insuauiter hoc versu, Ibid.

Ex auríque putat micis consistere posse.

Idem quodam antiquitatis sapore condiens suos versus, non illibenter videlicet pro videre licet aut scire licet vsurpat, quod à Plauto etiam factum annotasse me recordor:sed nihil vetat bis easdem epulas apponere: sic autem scribit, Ibid.

Esse videlicet in terris primordia rerum:

quod est videre licet in terris esse rerum primordia: vt & libro secundo scilicet pro scire licet,

Scilicet esse globosa tamen, cum squallida constent. Lib.2.

Eiusdem illud, *atque altè terminus hærens*, quod de cuiusque duratione & Lib.2.1.& 6. statu ac permãsione dicitur, esse traductum auguror à terminis, qui interdum altè defossi depactique sunt:quod cęsum video placuisse Maroni,& suę inseruisse poësi à Lucretio sumptum, *hic terminus hæret.* Hæc vtcunque 4.Aen. carpta è iucundo poëmate Lucretij huic illeuimus chartæ.

Salustius emendatus, deûm virtute, obtentui esse.

CAPVT VII.

INTER-

INTERFECTO inſidijs Iugurthæ Hyemſale, & Adherbale prælio ſuperato, ita de Iugurtha Saluſtius ſcribit, *tum Iugurtha paratis conſilijs poſtquam omnis Numidiæ potiebatur, initio facinus ſuum cum animo reputans timere Populum Rom.* Hîc ego verbum paratis ſubdititium eſſe, neque quod Saluſtius ſentit, eloqui arbitror, & ſubrogatum imperitia in locum vicini vocabuli patratis. conſilia enim iam patrarat, nō parabat Iugurtha. quàm autem facilis & procliuis ſit error in prætermiſſione vnius elementi, quis non videt? ſed tamen ne quis hoc inuentum eſſe meum putet, ita velim omnes exiſtiment, vt maior fiducia verbi ſit, me id reperiſſe in vermiculato & annoſo libro, quo fretus & veritate inductus, facilè editiones hîc negligo. Sed hîc vna peccatum litera eſt, quæ ſenſum peruertebat: at verò non longè eodem libro interpunctionibus malè & temerè poſitis ſententia labefactata eſt. Locus autem ſic habet, *ſi huic imperio fortuna mutaretur, vnà occidendum eſſe. Virtute ac dijs volentibus magni & opulenti eſtis.* Solebant enim res proſperas dijs & virtuti acceptas referentes ita loqui, ne ſibi eas attribuere viderentur, & in deos ingrati eſſe, neu eorum inuidiam in ſe commouerent: etſi nonnunquam etiam hominum virtutem tacitam non prætermittebant. Plautus Trinummo,

Saluſt. in bello Iugurth.

sc. quo illhic homo.

Ædepol deûm virtute dicam pater, & maiorum, & tua,
Multa bona bene parta habemus.

Idem in Milite,

Milite sc. cohibete.

Deûm virtute tranſeuntem hoſpitio accipi apud me eſt comitas.

Iterum,

Ibid.

Nam mihi deûm virtute dicam, propter diuitias meas
Licuit vxorem dotatam genere ſummo ducere.

Quinetiam eodem libro oſtentatui inoleuit pro infitiuo, cùm obtentui ſcribendum ſit pro ſatiuo: ſed locum proponam, *Sed quoniam eo natus ſum, vt Iugurthæ ſcelerum obtentui eſſem.* ſimile eſt illud ex oratione Lepidi, *quia ſecundæ res mirè ſunt vitiis obtentui*, quod è Thucydide tralaticium eſt, vt ait Seneca: cumque præcipua ſit in Thucydide breuitatis virtus, ac eum à Saluſtio victum eſſe & in ſuis caſtris cæſum dicit. Mutari etiam duobus locis degeneraſſe animaduerti: vno in mutuari, altero in multari. ſcio equidem iſta non magnā mereri laudem: & cùm purgātur optimi ſcriptores, ea opera muneris eſt laborioſioris quàm honeſtioris. Verumtamē locos ſubſcribamus. *Quia*, inquit, *neque materia in agris, neque ab Hiſpanis emendi, aut mutuandi copia erat.* ego exemplaria ſecutus perantiqua mutādi lego, & ad permutationē rerum antiquis ſolitā vel emptionē refero. Nam mutuatio hîc non perinde conuenit. Alter eſt locus, *tamen quia mortis metu multabantur, ſicut regi libuerat pax cōuenit.* ſine cōtrouerſia hîc omnino quadrat muta

Saluſt. in Orat. Lepidi.
Lib. 9. declam.
Saluſt. in bello Iugurt.

bantur

bantur. Nam metus mortis eorum animos mutabat, & ita in antiquis reperitur libris: quia tamen multari hîc conuenire non ineptè poteſt, locus illis duobus verbis controuerſus relinquitur. Inclinat tamen magis animus in alterum, & libentius ſecundum mutabantur litem dederim. vnum ęquè iuris dubij apponã, *& vobis æterna ſollicitudo remanebit, cùm intelligetis* Saluſt. in bello Iugurth. *aut ſeruiendum eſſe, aut per manus libertatem retinendam.* In libris antiquæ fidei reperi, *& vobis alterna ſollicitudo*, ſanè perquam bono ſenſu. alterna enim ſollicitudo eſt, aut ſeruiendum aut manu libertatem aſſerendam: ſed hic etiam locus à me vt iuris controuerſi poſitus eſto.

Silena, acutæ Satyrorum aures, Ægipanes.

CAPVT VIII.

Mihi Luciani feſtiuiſſimi & politiſſimi ſcriptoris libellum legenti animi cauſa, qui inſcribitur Deorum concio, quædam occurrerunt, quæ ad explicandos & illuſtrandos auctorum nobilium locos apprimè conducere videbãtur. Ea ego commendaui huic carthæ. ſcribit enim de Sileno, ὁ δὲ φαλακρὸς γέρων, σιμὸς τὴν ῥῖνα, ἐπὶ ὄνου τὰ πολλὰ ὀχούμενος: quo illud Lucre- Lucianus in Deorũ concione. Lib. 4. tianum aperitur, *Simula, ſilena eſt.* Nam cùm Silenus compreſſæ naris & ſimæ ſit, ex eius vitio excogitata eſt ſpecioſa in amica excuſatio deformitatis, quæ eadem in deo ſit, vt propè venuſtum videri debeat & decorum, quod in dijs reperiatur, qui omnis labis & turpitudinis expertes habentur. Scribit mox idem, οἱ δὲ σάτυροι, ὀξεῖς τὰ ὦτα, καὶ αὐτοὶ φαλακροί. hoc ſimul atque legi, illico percuſſit animum, illud eſſe quod ab Horatio cantatur, Od. 19. lib. 2.

— *& aures Capripedum Satyrorum acutas.*

Non enim, vt opinor, acutas dicit acutè & attentè audientes, & Bacchi canticis operam dantes, & arrectas: ſed in acumen faſtigatas atque collectas. Horatius autem Satyris, vt & multi alij, caprarum tribuit pedes, quos eſſe Panis potius Lucianus dicit. ſic enim de Pane ſcribit, ὢν ὁ μὲν κέρατα ἔχων, καὶ ὅσον ἐξ ἡμισείας ἐς τὸ κάτω αἰγὶ ἐοικώς. Ita, vt cenſet Lucianus, dimidia ſui parte caper eſt Pan: vnde & promptum eſt intelligere qui apud Melam ſint Aegipanes, ita ſcribentem, *Ægipanum quæ celebratur forma eſt.* Homines autem ferebantur eſſe monſtroſi & biformes, mixti ex homine Pomp. Mela lib. 1. de Cyrenaica. & capro. qui autem panes à Græcis vocantur, eos Latini videntur addita aſpiratione faunos vocare: etſi non me fallit Latinorum, vel aboriginum potius quendam regem Faunum fuiſſe. Scribit Lucianus, καὶ ἤδη πᾶς λίθος, καὶ πᾶς βωμὸς χρησμῳδεῖ, ὃς ἂν ἐλαίῳ περιχυθῇ καὶ στεφάνους ἔχῃ. quo quidem ex loco intelligimus eam fuiſſe veterum ſuperſtitionem, vt ſimulachra religioſè pieque oleo perfunderent, huncque cultum ſuperis gratiſ-

Q ſimum

ſimum & acceptiſſimnm putatent: quæ cûm ita ſint, quis non videt meridiana luce iam clarius eſſe, quod à Lucretio non admodum religioſo ſcriptore, niſi me hic tenuiſſem impium appellaſſem, canitur, *velatum vertier ad lapidem*. Eodem illud Philoſtrati, iam à me prolatum pertinet, καὶ νὴ Δία οἱ ἀλείφοντές τε καὶ οἱ ἐπισφραγιζόμενοι τὰς εὐχὰς, ἐξηλλάχασι τοῦ εἴδους. Vt igitur qui in ſaltu aut ſilua feras captant, ſi non inuita Diana opus mouent, & nemora ſolicitant, ferinæ aliquid domum reportant: ſic nos, ſi cuipiam idem videri poteſt, ea fortaſſe non inuita nec aduerſa, ex amœniſſimo viuario Luciani, illa quæ præſcripſimus, venati ſumus.

Lib. 5. Philoſtrat.

Quædam in x. epiſtolarum ad Atticum animaduerſa, Summarius, ſuus lectulus.

CAPVT IX.

MIHI librum x. epiſt. ad Atticum peruolutanti loci quidam occurrerunt properantē morantes, manumq́; iniicientes diutius vt hęrerē, neque qua vellem celeritate chartas verſarem. quos igitur velut obices offendi, hîc ego eos alijs remouere conabor, ne ad eos pedem fortè offendant. Cùm igitur ait, *niſi fortè iſte ſummarius ei poteſt perſuadere*, ſignificari puto hominem ſeditioſum, & belli ciuilis cupidum, atque adeo paruum quendam Marium. Hominem quæſtuoſum & auarum ſordidumq́ue, non deſunt qui iuterpretentur, à ſummis pecuniarum: ſed & nummarium etiam qui legat reperias. nos ita quid ſentiremus expoſuimus, vt de iſtis ſententijs nihil detractum malignè vellemus. At verò quod in eadem epiſtola ſcriptum eſt, ἐκφώνησις ἰπέρει, in vitio eſt, quod emaculabitur ſi ὑπέρευ ſcribatur, quæ exclamatio Græca eſt loci ſententiæ peraccommodata. Nam in epiſtola ſæpius Atticus laudans Trebatium rectè de Repub. ſentientem, factumq́ue Cæſaris damnantem, & partes optimatum probantem, & à Cæſare deficere parantem, ὑπέρευ exclamationem poſuerat. Illud alterum multo vitioſius eſt in duabus epiſtolis ita literatū, vt legi non poſſit, MMTEΛΣA *iam adeſt*. in epiſtola penultima lib. 9. *nec expecto quidem* AΛΛTEΛCAN *illam tuam*: vel vt alij edunt, ἀλλὰ τέλζαν. Ego verò diu multumq́ue ſcrutatus quod verbum & ad ſententiam aptiſſimum, & ad ſcripturæ veſtigia propinquiſſimum eſſet, ἀνατέλλουζαν, ſcribendum eſſe auguratus ſum, vt ſit ἀνατέλλουζα ὡραία vel ὥρα, id eſt idoneum tempus nauigationi. Nam poſt Idus Martias natalis erat nauigationis, qui ſpectaculo quodam celebrabatur. At verò certior meliorq́ue tempeſtas eſt à nonis Aprilibus, aut exortum Vergiliarum aut ſuccularum, id eſt ἀνατολὴν

Epiſt. 1. lib. 10. ad Attic.

Epiſt. pen. li. 9. ad Attic.

πλειάδος aut ὑάδος iam adeſſe dicit, cùm non ita longè abſit, vt iam iamque nauigandum ſit. Denique ſignificat ſidus aliquod, quod expectandum eſſe monuerat Atticus, neque antè ex Italia ſoluendum. Sunt & qui ἀλλάττουσα legunt, vt ſit temporis mutatio & anni. Quinetiam alterius epiſtolæ ſcripturã ſic conſtituendam ſuſpicor, è veteri libro. *Quod malum ſcilicet tantum? denique quid turpius? Anni valde hic in abſentes ſolus tuli ſcelus, eiuſdem cum Pompeio, & cum reliquis principibus non feram?* [Epiſt. Et res ipſa lib. 10. ad Attic.] Ego, inquit, tuli vnius anni ſcelus in abſentes Pompeianos, qui ab Italia abſunt: cum eis coniunctus non potero eiuſdem Cæſaris ſcelus ferre in Græciam cùm venero? quod autem dicit, *ne condamus quidem*, ad abſoluendam ſententiam rationem repeti deſiderat. ſed, inquit, ne numerum ſubducamus, nec rationem condamus: aliter ſcriptum reperi, *ne condimus quidem, vt poßimus*. Illud porrò, *niſi fortè me Sardanapali vicem in ſuo lectulo mori malle cenſueris*, [Ibid.] in ſuo eſt, in proprio: qua in notione perſæpe ponitur. *& adiicit à Poſtumia & Seruij filij*, [Epiſt. Exanimatus lib. 10. ad Attic.] ſubuitioſum eſt, filioque emendandum, vt in proxima epiſtola. *Rogor enim ab eius vxore & filio*. Sunt & illa Græca eluxatis locoque emotis elementis non ſana, ἦθος ἀκίμοδον: ego ἦθος ἀδόκιμον [Epiſt. Meæcũc lib. 10. ad Att.] literis tranſpoſitis lego. laudat enim indolem & ingenium pueri, mores [Ibid.] improbat, quos tamen dicit formari poſſe, ſi modò doctrina virtus comparari poteſt. Illud autem, *habes Scytha* ὄνον, prouerbium eſt, quo ſignificat [Lib. 10. ad Attic. epiſt.] Atticum ſimulare proficiſci ab Italia velle, ſed retineri & fingere, & prohiberi à Curtio. [Epiſt. tua grauiſſiam.] σκύθης ὄνον ὁρᾷ, prouerbium eſt à Suida relatum de Scytha coram alijs auerſari ſe ſimulante cadauer aſini, quibus digreſſis veſci eo cœpit. Idem initio Iliados ab Euſtathio de Scytha equum mortuum coram alijs inſpiciente & abominante narratur. Appellat & in epiſtolis ad Atticum Philotimum, cuius ipſi ſuſpecta erat in verſandis nummis, & tractandis rationibus fides, φυράτην elegantiſſimè, vt rationum conturbatorem. ſic in antiquo lexico legi appellari decoctorem & interuerſorem, vt interuerſionem φύραμα.

Quædam in decimo libro ad Atticum obſeruata, fretenſe mare, fretenſes, vtriculus, æquinoctium.

CAPVT X.

NOVI ſemper aliquid occurrit dum veteres libros relegimus, & ſemper offert ſeſe aliqua occaſio de antiquitate bene merendi, & exulantes [Epiſt. Multas àte.] voces in ſuum domicilium laremque reſtituendi, vel ſemiſepultas eruendi, & in ſuo fundo retinendi. ſcribitur lib. x. ad Atticum, *Quod mihi mandas de quodam regendo*, ἀρσαίαν. malui aliquando diducta voce ἄρ σ' αἴαν, lege-

re omnibus elementis ſeruatis, quàm vel ἀρχαῖον inducere, vel ἀρκαδίαν inferre. Ac locum à Cicerone ſignificatum, & indicatum putabam ex antiquo aliquo poëta in hanc ſententiam. An tibi ô Aiax fidem facit corrigi poſſe? quaſi innuat non poſſe. ſed additamento elementi ἀρσακίαν legere quiſpiam malit, vt difficilem prouinciam indicet, Parthiamq́ue debellandam: vt ab Arſacis nomine vrbs Arſacia regnum Parthorum ſignificet. Fortaſſè legendum ἄρασσ' αἶαν, tunde terram, quod de irrito labore vſurpabitur non inconcinnè. Cùm tamen reperiam in optimo libro, cuius mihi copiam vir & humaniſſimus & doctiſſimus Lambinus fecit ἀρκλίαν, labor, vt Arcadiam legam, & alluſum putem ad verſum,

Ἀρκαδίαν μ' αἰτεῖς, μέγα μ' αἰτεῖς, οὔτοι δώσω. Vidi qui ἡρακλείαν legeret, & Herculis aliquam prouinciam & ærumnam intelligeret.

Epiſt. Ad vndecimum li. 10. ad Attic.

Epiſtola ſequenti ſcribitur in pluteariјs veterum bibliothecarũ libris, vt Victorij boni & eruditi viri fide referimus, *Adriatico mari Dolabella, fretenſi Curio*: ſed emendatorum opera duæ voces in vnius ſedem irrepſerunt, *freto Sicilienſi*: ego à ſuperiori mare repetendum eſſe reor, vt quemadmodum mare Adriaticum dicitur, ſic & mare Fretenſe dicatur, quod ſiculum fretum eſt. Nam & milites qui ex illa ora deligebantur, Fretenſes appellabatur, & in veteribus monumentis legionem Fretenſem legimus, quæ quidem facilè mihi perſuaſit, vt contra hominum auctoritatẽ in ſcriptoribus res veluti nouas molientium antiquæ vocis ius tuerer. ſed & in eodem libro ſcribitur, *ego verò vehiculo, ſi nauis non erit, eripiam me ex iſtorum parricidio*. cùm in Græciam tranſmittere Cicero paret, quid ei vehiculo eſt opus? niſi ſi Neptuni quadrigas, aut Deorum marinorum hippocampos, aut Nereidum delphinos, quibus per mare vehatur, intelligit: quod equidem non puto. igitur cùm vehiculo non magis in mari locus ſit, quàm in terra nauigio, meritò corruptæ vocis ſuſpicio oboriri poteſt, quam & auget è puluerulentis archiuis, & tineariјs, vt ita dicam, libris eruta ſcriptura, quã Victorius retulit: ea eſt, *vellunt ridiculo*: quas quidem duas voces dum ſæpius conſidero, & quid Ciceronẽ dicere voluiſſe veriſimile ſit expiſcor, vocemq́; rimor aliquam quã proximè ad literaturã veterem accedentem, tandem ſic ſtatui legendum videri, vel vtriculo, non inuita, vt opinor, Minerua: vt ſit ſenſus, ſi nauis copia mihi non erit, vt in Græciam traiјciam, nataturus eo ſum. Nam milites plerumque ſubiectis vtribus iucumbentes fluuios tranſmittere ſolebant, vt in hiſtoriјs legimus. Cicero autem qui tanto tranſmiſſionis ſtudio teneretur, vel non iuſto vtre, ſed paruulo vtriculo ſe mare tentaturum, & tranaturum per ſuperlationem dicit: quanquam nec malè conijciunt, qui lintriculo legunt. Videor etiam ex eo libro animaduertiſſe, quod mediusfidius perſcripti-

Epiſt. Me cæcũ ad Attic.

ſcriptione dignum exiſtimaui, æquinoctium non tantum eſſe illud breue tempus vnius aut duorum dierum, quo æquantur ſpatia diurna nocturnis: ſed longiorem temporis tractum & interuallum, vt ab ipſo verno æquinoctio propè ad vergilias. Verba ſunt Ciceronis, *Nunc quidem æquinoctium nos moratur, quod valde perturbatum erat*: atqui hoc Cicero ſcribit 17. Calend. Iunias. *Epiſtola. Pridie Ianuum.*

Ducere epos, infelicibus lignis vrere, viuere rectè, rectè conuiuari, rectus apparatus.

CAPVT XI.

ABERRARE aliquando licet, & huc & illuc vagari, cùm & in cælo non certam omnia ſidera ſedem habeant, ſed quædam erronum & nomen & incertas vias habeant. In hunc & illum ſcriptorem excurremus, vt aliquid huic adornando capiti colligamus.

Fortè epos acer, vt nemo ducit Varius, *Horat. ſaty. 10 lib. 1.*

quo ſenſu dictum accipimus? equidem illud ducere tralatitium arbitror, vt ex metallo multa dicuntur duci: vnde & ἐλάσματα etiam laminæ dicuntur, quia ducuntur. Nam cudendo malleis, ita aliquando metalli materia ducitur, & informatur in effigiem aliquam: quod quia operosè fit, & dura materia eſt, eoque magis quo maius opus informatur, idcirco de heroico Varij opere dixit,

Fortè epos acer, vt nemo ducit Varius

Non eſt tamen ſupprimenda librorum antiquorum auctoritas, in quibus reperio,

Vt nemo Varius: dictu molle atque facetum.

Etiam è marmore duci aliquid dicitur, ſed æquè tranſlatè, vt apud Maronem, *— Viuos ducent è marmore vultus.* *6. Aen.*

Illa autem puella Catulli, quæ vouerat ſe daturam Vulcano lectiſſima Voluſij poëtæ carmina,

Infelicibus vſtulanda lignis: *Epi. 34. In annales Voluſij.*

Cur obſecro infelicium lignorum in voto meminerat? equidem id non temerè à poëta ſcriptum arbitror, & neceſſe eſt hoc ignorato de gratia & venuſtate epigrammatis multum perire. Sciendum igitur veteres ſolitos eſſe plerumq; prodigia & portenta ſic procurare, vt exurerent lignis infelicibus. Macrobius, *Arbores*, inquit, *quæ inferûm deorum auertentiumque in tutela ſunt, eas infelices nominant*: ſubiicitque, *quibus portenta prodigiáque comburi iubere oportet.* Græci ea ſpinoſis lignis, quæ infeliciora videbantur comburere ſolebant, & cinerem in profluentem proijcere. Theocritus *Lib. 3. Saturn. cap. 20.* *Theocri. in Heracl.*

de anguibus, quos Hercules in cunis eliſerat,

> Κάγκανα δ' ἀσπαλάθω ξύλ' ἑτοιμάσατ' ἢ παλιούρω,
> Ἢ βάτω ἢ ἀνέμῳ δεδονημένον αὖον ἄχερδον,
> Καῖε δὲ τώδ' ἀγρίῃσιν ἐπὶ σχίζῃσι δράκοντε
> Νυκτὶ μέσᾳ, ὅκα παῖδα κανῆν τεὸν ἤθελον αὐτοί.
> Ἦρι δὲ συλλέξασα κόνιν πυρὸς ἀμφιπόλων τις
> Ῥιψάτω εὖ μάλα πᾶσαν ὑπὲρ ποταμοῖο φέρουσα
> Ῥωγάδας ἐς πέτρας ὑπὲρ οὔριον.

Ergo Catulli puella, vt malum quoddam prodigium, vouerat ſe crematuram verſus optimos Voluſij lignis infelicibus, eaque latet in epigrammate arguta laſciuia. Hanc autem conſuetudinem paulò antè etiam indicauimus. Solebant & prodigia portentaque in vltimas terras dicere deportanda eſſe, & in mare deferenda, vt legimus ſemimares delatos & demerſos: quod & prodigijs alijs faciebant. Tibullus,

Lib. 2. Eleg. 2.

> *Prodigia indomitis merge ſub æquoribus.*

Cœna autem recta in Latinis auctoribus, cœna eſt lauta, opipara: vnde & rectè conuiuari. Tranquillus, *ſed & conuiuabatur aſsiduè, nec vnquam niſi rectè & dapſile.* Sic rectè viuere, pro lautè viuere & opiparè Seneca vſurpauit. Inquit enim, *hanc petunt omnes iſti, qui vt ita dicam, rectè viuunt.* Apud eundem rectus apparatus, eſt lautus. *Non*, inquit, *magnam rem facis, quòd viuere ſine recto apparatu potes.* ſed & vnctum rectè Horatius eadem notione pro apparatè condito cibo dixiſſe mihi videtur.

In Veſpaſ. c. 19. — Seneca epiſt. 123. lib. 22. — Seneca epiſt. 111. lib. 19. — In arte poetica

> *Si verò eſt*, inquit, *vnctum rectè qui ponere poſſit.*

Rectus talus, ter crepuit ſonum, noualia, caput albi, afflare, tergere palatum.

CAPVT XII.

Hoc quoque capite, vt & ſuperioribus, multa cuiuſque modi miſcemus. qui enim hoc genere ſcribendi prodeſſe plurimum cupit, neceſſe eſt diuerſa colligat, aut chartas perdat. Rectus talus eſſe videtur eorum qui ſtant, qui cadunt, eorum non rectus. hinc illæ duorum poëtarum Horatij & Perſij elegantes tranſlationes,

Epiſt. 1. lib. 2. — Satyra 5.

> *Securus cadat, an recto ſtet fabula talo.*
> Et, *— tibi recto viuere talo Ars dedit.*

Id eo dico, quòd ſententia facilius informatur origine tranſlationis non ignorata. qui enim eam indicat, veluti digitum ad fontem intendit. Talus autem in ſuffragine animalium talum habentium, dum ſtant, rectus eſt. Ariſto-

Ariſtoteles, ἔχει δὲ ὀρθὸν τὸν ἀστράγαλον ἐν τῇ καμπῇ τὸ μὲν πρανὲς ἔξω, τὸ δὲ ὕπτιον ἔξω. Sed & in talis luſorijs, cùm ita euenit, vt talus in latera quatuor non cadat, ſed in extrema, & tanquam capita, quod perquam rarum eſt, rectus eſſe dicitur. Cicero de finibus, *ita iacere talum, vt rectus aſsiſtat.* Nihilo ſecius & illud non habet explicationem ſatis apertam libro Carminum ſecundo ſcriptum, *Ariſtoteles lib. 2. de hiſtor. animal. cap. 1.* *Lib. 3. de finib.* *Od. 17. lib. 2.*

Lætum theatris ter crepuit ſonum.

Sed exiſtimo in plauſu dando veteres ſolitos eſſe ter voce ſignificationes lætas dare, & manuum plauſu, idque pro multo exiſtimatum eſſe. Hinc illud ſupra à nobis expoſitum, *Od. 1. lib. 1.*

Certet tergeminis tollere honoribus.

Nam perſpicuè de populi theatrali plauſu accipiendum eſt: vt & illud Maronianum lib. 2. Georg. *2. Georg.*

— hunc plauſus hiantem
Per cuneos (geminatus enim plebiſque patrumque)
Corripuit.

Ex illa ter crepandi plaudendiq; conſuetudine eſt à Propertio ſcriptum,

Et manibus fauſtos ter crepuêre ſonos. *Lib. 3. Eleg. 10.*

Illud Maronianum quale tandem eſt,

Impius hæc tam culta noualia miles habebit, *1. Eclog.*
Impius has ſegetes?

hîc ipſa meridiana luce clarius eſt, nouales à ſegetibus ſeparari. nam ſegetes terræ ſatæ ſunt: nouales terræ quæ ceſſant, vt nouentur poſtea & arentur: vt,

Alternis idem tonſas ceſſare nouales. *1. Georg.*

Itaque in nouali pecus habebatur & delectabatur, quòd herboſum ſua ſponte cùm inaratum ſolum eſt, reddatur. Columenlla, *Cùm ille quàm maximè ſubacto & puro ſolo gaudeat, hic nouali graminoſóque.* hîc Columella paſtorem ab agricola diſtinguit, quòd alter ſubacto, alter nouali gaudeat ſolo. At verò illud Perſianum è ſuperſtitione antiqua dictum eſt, *Lib. 6. cap. 1.* *Satyr. 5.*

Incuſſére deos inflantes corpora, ſi non
Prædictum ter mane caput guſtaueris alli.

Alliorum enim capita ad multarum noxarum depulſionem valere animis vetuſtas imbiberat. Columella quidem etiam ouis, quæ incubantur, ſubſterni vtililiter aduerſus tonitrua putat: eius verba ſunt, *Plurimi etiam infra cubilium ſtramenta graminis aliquid, & ramulos lauri, nec minus allij capita cum clauis ferreis ſubijciunt, quæ cuncta remedia credũtur eſſe aduerſus tonitrua, quibus vitiantur oua.* & tamen mirum eſt ab Aegyptijs id imperatum fuiſſe, vt fingit Perſius, quorum religione allium in dijs numerabatur, & per allium *Cap. 5. lib. 8.*

 iuraba-

Plin.c.7.lib.2. iurabatur: vnde & Plinius libro 2. Naturalis hift. fcribit, *per fœtidos cibos & alia fimilia iurantes*. fed ad Græcorum confuetudinem & Romanorum Saty.8.lib.2. Ifiaci multa accommodabant. Illud autem Horatianum,

Canidia afflaffet peior ferpentibus afris,

ex eo tractum eft, quòd quæ alioqui falutaria fuo halitu afflauit ferpens, Lib. 22. c.22. & 23. venenata redduntur, vt fungi, quemadmodum fcribit Plinius. fed & folo afflatu ferpentis interimuntur pulli. Columella, Cap.5.lib.8. *cauendúmque ne à ferpentibus afflentur, quarum odor tam peftilens eft, vt interimat vniuerfos.* At verò, Horat.lib.2. Saty.2. *quam gallina tergere palatum*, fic dictum accipio, quafi quædam in eo fordes eluantur fibi fucco & fapore. fic detergeri dicitur faftidium, quafi in palato infideat humor aliquis faftidium pariens, quo detracto auiditas & appetentia gignatur. Columella, *quæ in auiarijs quoque defidentium detergent faftidia, faciúntque auidiorem volaturam, quod maximè expedit.*

Rapis vefcitur Romulus, ferula vapulare, Diefpiter, Athenis dimidium licet, Alexandriæ totum, conful pomeridianus. CAPVT XIII.

CREDIDISSE videntur prifci non tantum nectare & ambrofia deos pafci, verumetiam vilibus quibufdam cibis, vt Romulum rapis: credo de paupertate illius feculi, quo Romulus vixerat. proinde quafi in cælo ijfdem cibis victitet, quibus in terra alebatur, Seneca fcripfit in apocolocyntofi, *fitque è Repub. effe aliquem qui cum Romulo poffit feruentia rapa vo-* Lib.13. *rare.* Martialis,

Hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa
Quæ damus, in cælo Romulus effe folet.

fed eodem in Senecæ libro fcribitur, *& proximo munere inter nouos auctoratos ferulis vapulare placet.* Nouos auctoratos hîc dicit, qui nuper mercede conducti funt, vt depugnent, qui pro aufpicio ferulis vapulabant, cùm ipfi ferro carerent, & alij gladiatores per ludibrium ferulis eos cæderent, vt pueros ludimagiftri. Nam aduerfus eum qui ferrum habuiffet, In præfat.li.2. Epigr. cuius temeritatis effet ferula batuere. Hinc fcripfit Martialis, *Denique videas an te delectet contra retiarium ferula.* Diefpiter autem in eo loco filius Nicepotæ dicitur imitatione Romana & Græca. folebant enim cùm quem nominabant, cuius filius effet adijcere. fed Nicepotes ifte fuboffendit me, & Iapeti legere mallem, vel potius Nicephori. Nam, etfi fortè ab Iapeto non deducitur Diiouis ftemma, tamen fic pro fuo iure fcripfiffe Senecam quifpiam crediderit. Hîc autem (vt hoc non prætermittam) videtur Diefpiter effe diei & lucis pater, quiq; mane regit, quo tem-

pore

pore nummularij res ſuas gerunt, non perinde poſt meridiem. In antiquo tamen lexico reperio Dijouem eſſe Δία κεραύνιον. Sunt paulò antè quædam in eo libello corruptiſſima, quæ ſi, vt ſubſcribam, legantur, ſine ſenſu frigida & inepta non iacebunt, *eius preces non tuliſſent illum deũ ab Ioue, quem quantum quidem in illo fuit, damnauit inceſti: qui Lucium Sillanum generum ſuum occidit: ſororémque ſuam.* quod enim per libros percrebuit, princeps Oropen, nec intelligo, & folium Sibyllæ explicatu facilius credo. ſed & non multo poſt ſic lego, *quare, inquit, quare ſororem ſuam? ſtulte ſtude: Athenis dimidium licet, Alexandriæ totum.* Hoc ſenſu, Alexandriæ quiduis facere licet, & Ptolemæi ſuas ſorores inceſtarunt: Athenis licet dimidiũ. Legimus enim apud Athenienſes fuiſſe ſorores in matrimonio fratrum. Cimon enim ſororem Elpinicen duxerat vxorem: ſed huius inceſti maior erat & impunitas & licentia apud Alexandrinos. Aut hoc ait, quia Athenis vterinas ducere non licebat, cum liceret germanas eodem patre natas. Philo, ὁ μὲν οὖν Ἀθηναῖος Σόλων ὁμοπατρίους ἐφεὶς ἄγεσθαι, τὰς ὁμομητρίους ἐκώλυσεν. Contra Lycurgus inceſtas nuptias cenſuit germanarum ſororum, vterinarum permiſit. Sic illi dimidium conceſsêre. Sed Aegyptij omnium ſororum nuptias legitimas habuêre. Philo, ὁ δὲ τῶν Αἰγυπτίων χλευάζων τὴν ἑκατέρων εὐλάβειαν ὡς ἡμίεργα διατεταγμένων εὐφόρησεν εἰς ἀσέλγειαν, ἐπιδαψιλευόμενος δυσθεράπευτον κακὸν σώμασι καὶ ψυχαῖς ἀκρασίαν, καὶ παρέσχεν ἄδειαν ἁπάσας ἀδελφὰς ἄγεσθαι. *Quia, inquit, Romæ mures molas lingunt, hic nobis curua corrigit.* Quia, inquit, mures Romę, quod ipſis ſolitum eſt & vſitatũ, molas lingunt, idcirco cenſoriam iſte diſtringit ſeueritatem, vt curua corrigat. Atque hîc ſignificat genus hoc inceſti frequens fuiſſe Romæ, vt fratres cum ſororibus ſe conſuetudine ſtupri contaminarent. Solent autem mures molas lingere, vnde & apud Homerum, λειχομύλη in batrachomyomachia nominatur. Quod deinceps eſt hunc ſenſum præ ſe fert, permiſeram vobis patres conſcripti, vt quod aſſolet, Claudium interrogaretis, ſolent enim & teſtes & rei interdum interrogari. *vos mera mapalia feciſtis*, id eſt, vos diſciplinam curiæ neglexiſtis. quod enim feciſtis, merum rus eſt, & Afrorum mapalibus inconditiſque caſulis, & rudibus paſtorum tugurijs perſimile, non vrbanum, nec decorum, neque ſcitum, neque elegans. hic igitur, qualemcunque eum exiſtimare oportet, quid de nobis exiſtimabit, cùm ſine diſciplina, velut alias rés agentes, ſic ineptè vos geratis. Ianus pomeridianus eſt conſul, credo quòd cùm meridie plenum ſit forum (nam hoc tempus πλήθουσαν ἀγοράν vocant) poſt meridiem frequentiſſimo iam conuentu fœneratores æs locabant, quod Romæ ad Ianum fiebat: vel potius, quòd cùm Romani magiſtratus nihil ſerium poſt meridiem inchoarent, & agerent, ocioſus & ſuperuacaneus eſſe videatur & non neceſſarius,

Seneca in ludo de morte Claud. Cæſ.

Philo. περὶ τῶν ἐν εἴδει νόμων.

Ibid.

Seneca in ludo de morte Cla. Cæſ.

Homerus Batrachom.

Seneca ibidem.

rius, sed imaginarius, & in speciem consul. Immo verò consul potius serò factus, vt nimium senex, iocosè significatur. Seneca lib.3. quęstionum natural. *Nunc verò ad rem seriam, grauem, immensam, pomeridianis horis accessimus*: id est serò. At diespiter nummulariolus vocatur, & ciuitatulas vendere solet, quòd minutus esset fœnerator, & paruulas ciuitates haberet obæratas, quarum nomina cùm venderet vel delegaret, vendere ciuitatulas dicitur.

Seneca in præf. lib. 3. quæst. natur.

Mille passum, scitamenta, persolus oculus, cereales cœnæ, chari mei. CAPVT XIIII.

Menæchmis sc. Nimalam stulta.

VEL *mane etiam mille passum commoratus cantharum:* versus est Plautinus, in quo commorandum poëtam illum tractantibus & diutius hærendum est in quærenda sententia. ego mille passum more antiquo, pro mille passuum dictum facilè mihi persuadeo, vt & Lucilius est locutus,

Apud Macrob. lib. 1. satur. c. 5.

Hinc milli passum qui vicerit atque duobus.

Nam de passo intelligere inscitum esset. igitur mane mille passum valet, tantum temporis mane, quantum satis est peragrando mille passuum spatio. In eadem fabula scribitur,

Menæchmis Sc. Anime mi.

Atque aliquid sitamentorum de foro obsonarier:

Ego vnius elementi adiectione lego scitamentorum, vt scita edulia significentur, quo vocabulo & Apuleius non omnino malus auctor, & antiquarum vocum vsurpator vtitur: eius verba sunt, *hamos, lacertulos, plura scitamenta mellita.* In eadem fabula Menæchmus quod iocatur,

Apul. lib. 10. de As. aur.

Sc. Nimala, ni stulta.

Clam vxorem vbi sepulchrum habeamus, & hunc comburamus diem:

hanc sententiam habet, vbi mortuo die & exacto genium curemus & epulemur. Nam mori diem dicebant. Papinius,

Lib. 4 silu.

Iam moriente die rapuit me cœna benigni Vindicis.

sed & dies componi vt mortuus, id est sepeliri dicebatur. Maro,

1. Aen.

Ante diem clauso componet vesper Olympo.

Eo autem tempore cœnare veteres solebant. ita ex morte & sepulchro diei cœnandi tempus intellexit, proinde quasi cœna sit eius bustum & sepulchrum. mox autem lego, *persolum effodito oculum*, ita flagitante, atque adeo efflagitante versus modulo. Persolum autem oculum cùm dicit, se luscum esse significat, & particula augendi addita est verbo, quod omnis expers est incrementi.

Menæchm. sc. Nimala.

Ibid.

Inde, inquit, vsque ad diurnam stellam crastinam perpotabimus.

Diurnam stellam vocat eleganter luciferum, vt hesperum noctiferum vocauit Catullus.

Cerea-

Cereales cœnas dat, inquit, *ita menſas extruit.* Menæch.sc.Iuuentus.

Cereales cœnas appellari ſuſpicor opimas & lautas, & multis ferculis o-neratas, quòd Cerealibus populariter ſolerent genio indulgere, id quod è Marone intelligi poteſt ſic ſcribente, 1.Georg.

In primis venerare deos, atque annua magnæ
Sacra refer Cereri lætis operatus in aruis,
Extremæ ſub caſum hyemis iam vere ſereno:
Tunc agni pingues, tunc ſunt molliſsima vina.

Sed & ante meſſem ei ſacra faciebant & epulabantur, vt ex eodem Marone intelligimus, educatrixque hominum Ceres dea erat: inde & auras Cereales, quę educant & allunt fructus Plinius de caprificatione loquens vocauit, *Intus ſolem primo ſecum inducunt, Cerealeſque auras immittunt foribus apertis.* Cap.19. lib.15. *Ni mala*, autem, *ni ſtulta ſis*, more antiquo cum Seruio dictum eſſe ſuſpicor, pro ne mala, ne ſtulta ſis, quod & antè à nobis eſt obſeruatum. Menæch.Sc.Nimale. Menæch.Sc.Iuuentus.

Domi domitus fui vſque cum caris meis,

cùm dicit paraſitus, ex ambiguo ludit feſtiuè. nam & chari dicuntur liberi, & cari cibi quibus veſci aſſueuerat, cum præſertim ſe nihil dicat mox comeſſe, niſi quod cariſſimum eſt, vt cùm de charis liberis loqui videatur, cibos tamen perſpicuè auditorem fallens intelligat.

Hi quoque iam cari qui inſtruuntur deſerunt, Ibid.

cùm dicit, ſe deſtitui nummis dicit, quibus cibi parantur: vel *Id quoque*, vt alij legunt, *iam cari qui inſtruuntur deſerunt*: hoc ſenſu, id quoque accidit, vt cari cibi qui inſtruuntur in menſa, & tanquam in acie collocantur, deſertores eſſe incipiant, nec locum teneant. Itaque hanc poſteriorem ſcripturam, & concinniorē, & Plautinis facetijs digniorem arbitror. Charos autem liberos dici è Lactantio cognoſci poteſt, ita ſcribente, *cùm ſciat ſe charos ſuos deo relinquere, nec his vnquam præſidium defuturum.* Lib.6.diu.inſt. c.12.

Madere, miluina, viaticatus æſtiuè, æſtiua ſupellex, nauales pedes, peniculus, ſomniare ritu canterino, cenſus capere. CAPVT XV.

VETERES madere pro coqui vſurpaſſe ſatis multis docere exemplis poſſum: vt Maronis, 1.Georg.

Et quamuis igni exiguo properata maderent.

& Plauti in Perſa,

Collyræ facite madeant & coliphia. & Menæchmis,

Iam ego hæc madebunt faxo, nil morabitur. Rurſum, Sc.omnem.

Madi-

Madida quæ mihi appoſita, id eſt cocta.

Id ex eo credo, quòd plerumq; quæ cocta ſunt, tenereſcere & madeſcere ſolent. ſed quis iniurium eſſe conquereretur, ſi ex ijſdem Plauti Menæchmis
Sc. Anime mi. quædam huic capiti aſpergam? Miluinam appellauit appetentiam, eámq; vehementem, credo de milui rapaciſſimæ & ſemper famelicæ auis natu-
Sc. Nulla eſt voluptas. ra. *Viaticati ſumus admodum æſtiuè*, dictum eſt ex eo quòd plura alimenta hibernis ſolent prouidere milites, quàm æſtiuis: & quod æſtate qui iter faciunt, paucioribus diebus quo volunt perueniunt, & de æſtatis frugibus inter eundum ſe interim tolerant, cùm idem hyeme nuda tellure facere non poſſint: & ea tempeſtate lagenam & potionem potius quàm cibum & obſonium quærant. Nam in lagena eſt æſtiuum viaticum. ſic æſtiua ſupellex à Propertio dicitur de poculis,

Eleg. 9. lib. 4. *— Vtrique æſtiua ſupellex,*
Et Methymnei grata ſaliua meri.

Nominatur & æſtiua cœna à Tertulliano, ſed alio modo & ſenſu, cùm de Empedocle loquitur in libro de anima: *Atque exinde in illo finita ſit metenſomatoſis, vt æſtiua cœna poſt aſſum.*

Sc. Bene obſonaui. *Aſſeruatote hæc ſultis nauales pedes,*

cùm dicit, remiges intelligit (nam Menæchmus lembo aduectus fuerat) qui in naui loco pedum ſunt. Alij remos intelligunt. Remi enim pedes
Edyll. 9. in Moſella. videntur, quibus naues ambulant. Hinc illud Auſonij, *Remipedes certant medio cum flumine lembi.* Quòd autem peniculus ſpongia ſit oblonga caudæ ſimilis, idcirco ludens ſcripſit iculariter,

Sc. Sine fores *Quis iſte eſt peniculus, qui extergentur baxeæ.* Sunt autem baxeæ calcea-
Heſychius. menta indutu facilia: Heſychius, πὰξ ὑπόδημα εὐυπόδυτον.

Sc. Sine fores. *Certe hæc mulier canterino ritu adſtans hic ſomniat.*

Iocus ex ambiguo eſt. Nam & ſomniare ſomnia eſt videre inter dormiendum, dormiunt autem equi ſtantes plerumque (ſomni autem comes ſomnium eſt) tamen canterij magis, qui quòd caſtrati ſunt, mitiores & placidiores ſomniculoſique & dormitantes, magis ob torporem videntur. Somniare etiam delirare, nugaſque & deliramenta effutire valet: vt in
Curgul. Sc. Nõ ego nunc. Curgulione, *quos Sumanos ſomnias*, id eſt nugaris & blateras. mulierem igitur inſanire & delirare dicit.

Menæchmis Sc. ſine fores. *Quaſi ſupellex Pellionis palus palo proximus eſt.*

& in tentipellio ſunt pali ad diſtendendas pelles, & de palis multis in taberna merces ſuſpendebantur, & domi ſupellex. Atque hoc de Pellione homine paupere dicit, cuius ſupellex præter palos nudos nulla erat. Is
Epidico Sc. Mirum eſt. autem etiam comœdiarum actor, ſed malus erat. Plautus, *Velut Epidicum, quam ego comœdiam æquè ac meipſum amo: tamen cùm eam agit Pellio.* Vt qui in ſe-

in senatum non venerat, pignoribus captis multabatur: ita qui non venerit in concionem, eum pignoribus captis coërceri vult parasitus: sed pignora capere, censûs capere dixit. Plautus Menæchmis, Sc. Plus triginta.

Qui nisi adsunt cùm citentur, censûs capiant illico.

Fecisti funus absenti me prandio. Sc. Potin' vt quiescas.

Cur ausus facere? cui ego æquè ac hæres hæream.

1 Hæres non repugnat modulis versus, & hæres cœnam funeris præstare, vt Persius ostendit, solebat: sed & Heres martea dicebatur, quam accepta hæreditate veteres colebant, quæ æquè non refragabitur numeris. Eris etiam, quod in antiquis libris reperiri doctissimus vir Ioachimus testatur, non omnino displicet. ob prandium enim in nuptijs Pelei, Eris dea, id est contentio & discordia, quòd adhibita conuiuio non esset, quas trgœdias excitauit proiecto in medium pomo? hæres tamen omnium optimè, & aptissimè quadrabit, vt se hęredẽ prandij fuisse dicat, quod maximè probo.

Viden illi tu oculos virere? vt viridis exoritur color? Sc. Vt ætas mea

Viridis hîc color subluteus est, quod argumentum est bilis in oculis, qui per iram & furorem flagrare & scintillare videntur, χλωρὸ, Græci vocant, quod & viride & subluteum significat, quam vocem viridi colore exprimere voluit.

2 *Atque eccum incedit, mouet formicinum gradum.* Sc. Iamne istis

Gradus formicarum minutissimus est, qualem dicit ludens incessum senis. Incedere myrmicè & molestè apud Catullum eodem interpretantur modo: sed non video qui deduci à μύρμηξ tale aduerbium possit, suspicorque legendum mimicè & molestè: vt sit mimicus incessus, & ineptus & odiosus meretriculæ illius. Epig. 29. de Acme.

Quædam in Plinio obseruata, mergus, gauia, larus, æsalo, ardeola. CAPVT XVI.

OBSERVASSE mihi videor in vno Plinij capite ex Aristotelis libris 3 sumpto, magnam quandam dissimilitudinem interpretis & auctoris, siue codices Plinij inquinati mendis sunt, siue ab Aristotele discedere de industria voluit: quod equidem non arbitror. *Coruus & Chlorio noctu inuicem oua exquirentes*: in Aristotele scribitur πίπρα καὶ χλωρεὺς, τὰ γὰρ ὠὰ κατεσθίουσιν ἀλλήλων. Itaq; haud dubitanter affirmarim in Plinio chloreus scribendum esse, quæ auis alia est à chlorione: sed & veteres libri vestigia retinent emendationis. *Aquilæ*, inquit Plinius, *& trochilos*, in Aristotele est, ὄρχιλος non τρόχιλος: sed idem Aristoteles de trochilo scribit, quem πρέσβυν appellat: quanquam eum non cum aquila, sed noctua inimicitias gerere dicit. In Plinio autem quis ex Aristotele non putaret esse legen- Cap. 74. li. 10. Ibid. Ibid.

dum, *Ichneumones vespæ & phalangia aranei*, ſed veſpæ & aranei nomen delendum cenſeret: nihil tamen moueo, & declarationis gratia vtrum-
Ibid. que adiectum puto. ſed & larum Plinius eo in loco vertit gauiam, vt id interea moneam. nam auctoritas veterum in interpretatione vocum in primis ſequenda eſt: eoque magis in alitum & quadrupedum nominibus. *Sorices*, inquit Plinius, *& ardeolæ, inuicem fœtibus inſidiantes*. Ariſtoteles in-
Ibid. feſta & inimica mutuò eſſe dicit anatem, grauiam, harpen, & triorchem,
Ariſt. lib. 9. de hiſtor. animal. rubetam, ſerpentem: vt Plinius aliter legiſſe, aut in eo aliquid deſiderari videatur. In Ariſtotele ſcriptum eſt ἵππῳ καὶ ἐρωδιῷ: piponem conuertit Theodorus, vt mirum ſit cur ſoricem Plinius ſcripſerit. Erodium autem
Virgil. l. b. 1. Georg. ardeolam interpretatus eſt Plinius, cùm ex Arato conuertat lib. 1. Georgicon Maro, mergum. *Vulpes*, inquit Plinius, *& Nili angues*. prodigioſa
Plin. c. 74. li. 10. quædam hæc odia ſunt & inaudita inter vulpes & angues. quid enim illis commune & indiuiſum, de quo litigare & cõtendere odioſè inter ſe poſ-
Ibid. ſint. In Ariſtotele ſcribitur, ἀλώπηξ δὲ καὶ κίρκος, vt ſuſpicer in Plinio emendandum eſſe, *Vulpes & niſi*: mox, *angues muſtellæ & ſues*. Nam in Ariſtotele ſcriptum eſt, ὄφις δὲ γαλῇ καὶ ὑὶ πολέμιον. Quod autem ait Plinius æſalonem paruam eſſe auiculam, falſum arbitror, cùm genus quoddam ſit ac-
Heſychius. cipitris, quod & oſtẽdit Heſychius, in quo ita ſcribitur, αἰσάρων, εἶδος ἱέρακος.
Plin. eodem. c. *Formicoſam*, inquit, *arborem ſorices cauent*. quid obſecro ſoricibus cum arbore? niſi ſi ſorices aruales intelligamus, qui cubilia ſibi fodiunt & nidulantur interdum ad ſtirpes arborũ: aut glires accipiamus, qui in arboribus ſæpe latent. Vetus Plinij ſcriptura eſt, *vrucæ*. ſunt autem vrucę quæ à Græcis κάμπαι appellantur, vt in D. Germani Latinogræco lexico ſcribitur, ita vocatæ, quòd ſata & arbores vrunt. Legendũ igitur crediderim erucę aut vrucę, vt formicoſas arbores moleſtia & tædio erucarum liberatas eſſe
Ibid. dici credamus. *Turtures*, inquit Plinius, de amicitijs animantiũ, *& Pſittaci*.
Epiſt. Sappho Phaoni id quicem verum eſſe, & hodie videmus, & Ouidius poëta ſcripſit,

Et niger à viridi turtur amatur aue.

In Ariſtotele tamen eſt, καὶ κόσσυφος καὶ τρυγών. quod tamen Plinus ſcripſit, tantum abeſt vt mutandum cenſeam, vt verius, certius, & exploratius eſſe intelligam, quàm quod in Ariſtotele editum eſt, atque adeo memorabilius putem. Iſti ex vno capite tam multi errores exhauſti, nonne de exemplarium Plinianorum fide homines multis locis addubitare cogent? me quidem auctore cum Ariſtotele & Theophraſto conferent, cùm exemplaris certior ſit & antiquior fides, quàm imaginis.

Ambarualia, Amburbia, embolicæ ſpecies, blattium, balliſtea, ſamiata, monetarij. CAPVT XVII.

SACRA

SACRA Romanis erant ambarualia & amburbia, illa cùm per agrorum fines lustro quodam hostia ducebatur: hinc illud Maronis, Eclog. 5.

Hæc tibi semper erunt, & cùm solemnia vota
Reddemus Nymphis, & cùm lustrabimus agros.

Iterum, 1. Georg.

Terque nouas circum fœlix eat hostia fruges.

Neque verò id à rusticis tantum fiebat, sed & à Romanis fines agri Romani lustrantibus, qui inter quintũ & sextum lapidem, vt auctor est Strabo erant, quod sacrum Ambarualia, vt inquit, vocabant, quòd vt opinor Strabo lib. 5. circum agri Romani terminos sacrum fieret. Ambarualia describi videntur initio lib. 2. à Tibullo his versibus, quibus & agros & agrestes scribit purgari: *— fruges lustramus & agros,*

Ritus vt à prisco conditus extat auo. Tibull. Eleg. 1 lib. 2.

subijcit autem,

Dij patrij purgamus agros, purgamus agrestes. Ibid.
Vos mala de nostris pellite limitibus.

At fiebant Amburbia cùm vrbs & pomerium lustrabatur, vt apud Lucanum libro 1. Lucan. lib. 1.

Mox iubet & totam pauidis à ciuibus vrbem
Ambiri, & festo purgantes mœnia lustro,
Longa per extremos pomeria cingere fines
Pontifices sacri quibus est permissa potestas.

Interdumq́; facto amburbio ambarualia in finibus agri Romani fiebant. Vopiscus in Aureliano, *cantata carmina, amburbium celebratum, ambarualia promissa.* Vopisc. in Aureliano. Ex eius vita Imperatoris supplendum hoc caput est, vt iustam magnitudinem habeat. Ambolicæ species, quæ sint in ea quæritur cùm scribitur, *Aurelianus nitri, chartæ, lini, stuppæ, atque ambolicas species æternas constituit.* Ibid. hìc doctissimi viri & primæ in literis sententiæ, anatolicas emendant, & orientales intelligunt: ego minima mutatione embolicas crediderim esse legendum, vt in codice sacra embole legitur. sunt autem hæ species quibus oneratæ naues quotannis Romam mittebantur ex Ægypto annuo vectigali. Vopisc. in Aureliano. Blatteum pallium est purpureum vel coccineum à blattis & vermiculis, vt quidam putant, qui è chermes, vt Arabes vocant & è cocco sanguinei coloris erumpunt. Blattium θρόμβον ἅιματος in antiquo lexico explicatũ legi, vt sit cruor purpuræ expetitus tingendo velleri imperatorum. In eodem etiam lexico legi Blattium esse θρόμβον ἅιματος τ̃ κοχλίων, id est concretum conchyliorum sanguinem. Blattium etiam byzantium os naris purpuræ dicit Actuarius esse, vt inde & purpureus dicatur color blatteus. Eutropius scribit Neronem piscatum esse retibus au-

Eutropius in Nerone. *Sueton. in Nerone c. 30.* *Vopisc. in Aureliano.*

reis, quæ funibus blatteis extrahebat: quod Tranquillus dicit, *piscatus est reti aurato, purpura coccóque funibus nexis*. Iudices pro magistratibus ab eodem Vopisco vsurpantur. *Denique,* inquit, *id tertio factum est, vt per sex menses imperatorem Romanus orbis non habuerit, omnesque iudices ij permanerent, quos aut senatus aut Aurelianus delegerat, nisi quod proconsulem Asiæ Falconiũ Probum in locum Aurelij Fusci delegit.* sic iudicis nomen apud Iuriscon. de iurisdictione omnium iudicũ accipitur. Monetarij duce Felicissimo bellum Imperatore Aureliano excitauerũt. hic eos qui cudendę pecunię præerãt accipi doctissimis viris non placet, quibus opponimus auctoritatem Suïdæ sic scribentis, Μονιτάριοι οἱ περὶ τὸ νόμισμα τεχνῖται, οἱ ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ διέφθειραν τὸ νόμισμα, καὶ τὸν ἴδιον ἄρχοντα Φιλικήσιμον ἀνελόντες, ἐμφύλιον ἐγείρουσι πόλεμον, οὓς μόλις Αὐρηλιανὸς χειρωσάμενος ὑπερβαλλούσῃ κολάζων ὠμότητι κατειργάσατο. Cùm ante scribitur, *adeo vt etiam ballistea pueri & saltatiunculas in Aurelianum tales componerent*: ballistea cantica quæ saltantur intelligo. Nam βαλλίζειν hoc significat, & ballismos tripudium est apud Athenæum, quod nomen hodieque gallica lingua retinet. *Ferramenta,* inquit Vopiscus, *samiata.* Nonius acuta & mucronata explicat: & rectè, quod ex eo credo, quia samia creta polita & nitida detersaque acuerentur. vim enim in ea detergendi esse nouerunt omnes: igitur & detergendo ferramenta acuit, vnde ducta Nonij interpretatio, quæ mihi valdè probatur. Nam & samiator in vetere lexico ἀκονητὴς exponitur, & in antiqua inscriptione, SAMIARIIS DORYPHORION legitur.

Suidas. *Vopisc. in Aureliano.* *Athenæus li. 8.* *Non. in Samiã.*

Nitrum virginale, matronale, berenicarium, hydrorosata, atramentum sutorium, fæcula, onides.

CAPVT XVIII.

In medicorum compositionibus, quarum varietatem vel imitabitur vel superabit hoc caput, reperio varia nitri genera, vt parthenicum, id est virginale, quo scilicet virgines se tergebant. eos equidem errare existimo, qui parthicon emendant, vt è Parthia aduectum. quidni enim nitrum sit virginale vt & matronale? hoc apud Marcellum reperitur empiricum: illud apud Nicolaum myrepsum. etiam aphronitrum matronicum, id est matronale agnoscit Trallianus. Reperitur apud Nicolaum & Galenum, etiam nitrum berenicarium, ex vrbis nomine: sed & in confectione pulueris apud Nicolaum legitur nitrum matronicum, quod est matronale: & alio loco matronicum, id est matronale scribi debet, non matriniacon. ἁλὸς ταριχηροῦ, id est salis è salsamentis legendum existimo apud eum. Medici doctissimi quærunt quæ sint apud Trallianum encatera, buridia mæ-

nome-

nomenia, & membridia: ego hęc vocabula nonnihil deformata existimo, quæ sic interpolata primę suæq; restituentur oris formę, elacatena, burynchidia, mænidia mẽbradia: nisi si quis primum verbum pro salsamentis intestinorum retinendum contendat: reliqua proculdubio rudiario egent, à quo renouentur, & pristino nitori reddantur, quod pro meo captu facere conatus sum. Quæ drosata Nicolaus appellat, ea sunt integro vocabulo, quod curtauit, hydrorosata: inde primum appellata, quòd in eorum confectionem aqua & rosa mitteretur: deinde longius propagata vox est, vt sirupos significet. Antidotus, quæ diacomeron appellatur, vocari debere videtur διὰ εἰκοσιοκτὼ μερῶν. Nam viginti octo partibus constat, idque cùm esset notis scriptum & compendijs, vocabulum mendosum conflatum est, ad quem scopulum pedem offenderent medicinæ studiosi. in antidoto Michaëlis Syngeli cachryos emendandum arbitror, pro carychi, vt semen rorismarini intelligatur. In pulueris cuiusdam confectione apud Nicolaũ legitur φάλης χαλαυμδώνης, quo nomine intelligo lucernarias blattas, vel papiliones lucernis obuolitantes. Nam φάλαι & φάλαιναι vocantur à Græcis. Apud eundum, pro ære manicario in compositione collyrij emendandũ suspicor æs monetarium, vel potius æs manuarium. Chalacantha apud Nicolaum, quandoquidem ambigi video quid eo nomine intelligendũ sit, non aliud quicquam est quàm atramentũ sutorium, quod chalcanthum alij vocant: etiam chalachanten interpres Nicandri appellat. fæcula est fex vini vsta. σφέκλη in Tralliano & Nicolao pro φέκλη malè excuditur. myrianthos nomine ioculari vocatur hominum oletum, id est ἄφοδος ἀνθρωπίνη. hoc non adscripsissem, nisi in eo perdoctos hæsisse animaduertissem. Phecarinon acetum esse in eodẽ Nicolao suspicor, quod Latinis fæcarium acetum diceretur. Est enim vox corrupta, vt assolet, Latina tamen. Nam ex fece exprimi acetum non infrequens est. Asterium in mari inuentum in eodem vnguentario, stella marina videtur, de qua Plinius & alij scribunt. Aphroselinon autem apium est Africanum potius, quàm spumosum: etsi doctissimi viri in hac sententia sunt. in morbis pedum præscribit conidas vstas Nicolaus: sed quæ sint, nemo explicat, ac ne explicare quidem potest quisquam: sed fortasse comminisci. ego onidas, id est stercus asininum, legendum esse suspicor: sunt qui conidas, id est lendes. Non ferè Andromachi theriaca numerosior est, quàm hoc caput: sed finis sit, ne nimium ambitiosi in medicinalibus verbis consectandis esse videamur.

Mullus centuriatus, carrago, tunicæ russæ, coloriæ, doga. CAPVT XIX.

IN Aureliani imperatoris vita carpentum iudiciale mihi videtur esse *Vopisc. in Aureliano.*

vehiculum, quo vectatur magiſtratus, qui iudicis nomine plerumque in-
telligitur, vt & antè docuimus, & ex Adriani imperatoris vita colligi fa-
Ibid. cilè poteſt. Peluis autem pueri, eſt in quo pueri lauari à nutricibus ſole-
bant: quã veterem conſuetudinẽ è Galeno nouimus. *Ita vt haberet in latere*
Ibid. *vno auem, in alio coronã*, non iniuria lego: etſi ſola coniectura, quę in errorẽ
Ibid. lubrica eſt, nitor: ſed eam à literis ſi excludimus vbi minus noxia eſt, me-
Ibid. dico ne relinquamus in capitalibus morbis. *Huius*, inquit Vopiſcus, *epi-*
ſtola militaris eſt ad ſuum vicarium. duces ſuos habebant vicarios, ſed & prę-
fecti prætorio: ſic legimus vicarios vrbis Romæ, Italiæ, Hiſpaniæ, Africę,
Septem prouinciarum. *Mullum*, inquit, *centuriatum comiter curet.* apparet
centurijs mullos attributos fuiſſe, qui publici tamen erant non priuati, vt
equus erat ſagmarius. centuriatum itaque vocat, vt centuriatus miles di-
citur, qui centuriæ attributus aſſignatuſque eſt. comiter autem curari præ-
cipit, quòd in publicis rebus minus clementes & comes, quàm in pro-
prijs eſſe ſoleamus, cùm noſtra omni cura proſequamur, publica vel ne-
Ibid. gligamus, vel aſperius & durius habeamus. *Quærere*, inquit, *præterea vbi*
carrago ſit hoſtium. barbari ſua in orbem caſtra ſolebant munimento val-
loque carrorum obducere: vnde & carrago vocata eſt, quo verbo cen-
Marcellinus lib. 31. ſentur eorum caſtra carris circundata. Marcellinus, *vnde haud longo ſpatio*
ſeparatum vulgus in æſtimabile barbarorum, ad orbis rotundi figuram multitudi-
ne digeſta plauſtrorum, tanquam intramuranis cohibita ſpatijs, otio fruebatur &
Vopiſc. in Aureliano. *vbertate prædarum.* Iterum, *quæ optimè tum accepta ſtatimque incenſis malleolis,*
ad carraginem, quam ita ipſi appellant, aliti velocitate regreſſa. Vexilla, inquit,
bicolora quatuor. ſunt enim & vexilla pura, & vnius coloris, ad quorum
diſcrimen bicolora reliquaque pluribus diſtincta coloribus dicuntur. *Tu-*
nicas, inquit, *ducales ruſſas quatuor*, Hæ ſunt, quæ à Græcis, φοινικίδες dicun-
Plutarch. in Bruto. tur, quibus qui exercitus ducebant, ferè vtebantur. Plutarchus in Bruto,
τὸ μὲν σῶμα τῇ πολυτελεστάτῃ τῶν ἑαυτοῦ φοινικίδων περιβαλεῖν ἐκέλευσεν. Subarmale
autem profundum, intelligo craſſum ſagulum, quod ſub armis indueba-
tur, vt eorum durities minus corpus offenderet, ſed profundo excepta
tegumento mollius corpori inſideret & tolerabilius. Coloriæ dicuntur,
non à natiuo aut factitio colore, vt ſcribi video: ſed quæ colore tinctæ
ſunt, non tamen coccineæ aut purpureæ. Nam in his proprium nomen
iam coloris ſui, vt purpuræ aut cocci dicitur ob præſtantiam, non tantum
Vopiſc. in Aureliano. in generali voce acquieſcunt. Id ita eſſe ex eo apparet, quòd à Vopiſco
ſcribitur, in quo colorijs blattea opponit his verbis, *vt blatteas matronæ*
tunicas haberent certas veſtes, cùm antea coloreas habuiſſent. Facta, inquit, *erat*
ratio dogæ cupparũ nauium & operum. quæ malum eſt iſta vox doga? ea qui-
dem nihil vtraque in lingua ſignificare multis videtur, ſed huc temeraria
irrupiſſe

irrupiſſe. Ego aliquando putaui legendũ doliorum. Nam ad vicinitatem accedit illius vocis, & congruit cum cuppis: nec hîc interloquebar, ſed planè pronuntiabam ita legendum videri. Nunc dogam retineo, præſertim cùm ita inueniam in antiquo lexico: doga βοῦτις, dogarius βουτιοποιός. videtur autem vas ſignificare, vt ex interpretatione apparet, cui nomen ſimile vernacula lingua butticulam habemus: & alio loco, *Vagna ſeu cuppa*, βοῦτις μεγάλη, ἣν τινες γαῦλον καλοῦσι.

Salarium, lucunculi, luminoſum, litare,

CAPVT XX.

SALARIVM à ſale originem habere vel ipſius vocabuli ſono notum eſt, accedit auctoritas Plinij verborum non incallidi inueſtigatoris. Nam, *honoribus*, inquit, *etiam militiæque interponitur ſalarijs inde dictis.* Salaria autem tribunorum militarium & ducum, erant annonæ ipſorum: proinde ἀλάρειον Græci, ſic enim recentiores hoc nomen æmulati ſua effinxerunt lingua, interpretantur σιτηρέσιον. Vopiſcus in Aureliano, *Nam illi Romam venienti ſalaria ſui ordinis ſunt decreta.* Deinde ſic ſcribit, *panes militares numero ſedecim, panes militares caſtrenſes quadraginta, vini menſalis ſextarios quadraginta, porcellum dimidium, gallinaceos duos, porcinæ pondo triginta*, & quæ ſequuntur: è quibus quis non intelligit annonam cuique deſtinatam & aſſignatam ſalarium dici? & in Probo, *Item in ſalario diurno bubulæ pondo, porcinæ pondo ſex, caprinæ pondo decem, gallinaceum per biduũ, olei per biduum ſextarium vnum, vini veteris ſextarios decem*, & quæ ſequuntur. Attamen latius patuit hoc vocabulum, ſignificauitque non tantùm eorum annonam, verumetiam commoda & ſtipendium. Plinius, *nec pudet tribunorum militarium ſalarijs emere.* Quod Iuuenalis dicit,

Cap.7.lib.31. Vopiſc. in Aureliano. Ibid. Vopiſcus. in Probo. Cap.3.lib.34.

— alter enim quantum in legione tribuni
Accipiunt, donat Caluinæ vel Catienæ.

Saty 3.

Denique à Gręcis explicatur στρατιωτικὸν, ὀψώνιον, σιτηρέσιον, παροχὴ, atque nominatur ab eis ἁλατικὸν & ἁλάριον. in Aſino Apuleij ſcribitur, nos enim alio iam vocamur, *Hic panes, cruſtula, iucunculos, hamos, lacertulos, plura ſcitamenta mellita.* Iucunculi hîc qui ſint, vt ingenuè fatear, neſcio: & ſuſpicor lucunculos legendum. Nam ita genus quoddam edulij vel panificij potius ſciti, mihi tamen non ſatis noti, vocatur diminutionis forma: abſque diminutione Lucuns. Varro apud Nonium, *Ac nulla ambroſia ac nectar, non allia ſardæ, Panis, pemma, lucuns, cibus qui puriſsimus multo eſt.* Idem, *vinum, pemma, lucuns, nihil adiuuat, iſta miniſtrat.* Afranius per diminutionem, *Piſtori cur non, cur non ſcriblitario, Vt mittat fratris filio lucunculos?* Itaque illud Papinij, *Molles Caioli lagunculique*, quod de Lagone puero panificijs

Apuleius lib. 10. de Aſino aur. Apud Non. in Lucuns. Ibid. Ibid. Lib.5.Syluar.

imitato non indoctè interpretantur, fortaſſe ſcribendum eſt, lucunculiq;. Nos quoque hinc aliò auferimur: Pauci animaduertunt cur in oratione quædam dicat luminoſa Cicero, vt cùm ſcribit, *tum ſunt maximè luminoſæ, & quaſi actuoſæ partes duæ.* Ego tranſlationem eſſe puto à pictura, in qua lumen dicitur, quod vmbræ opponitur. Plinius de pictura, *tandem ſe ars* Cap.5. lib.35. *ipſa diſtinxit, & inuenit lumen atque vmbras.* Orationem autem picturæ comparari, & de ea quæ de pictura dicuntur, vſurpari, non erit nouum ei, qui auctores peruolutarit. Cùm ſe litaſſe veteres dicebant, quo verbo grata acceptaque dijs immortalibus ſacra fuiſſe intelligebant, à ſoluendo ſi Varroni credimus, ita loquebantur: proinde quaſi ſit litare lutare, id eſt luere & ſoluere. tum enim denique ſolutum dijs eſſe videtur, cùm acce- Apud Non. in Lutaui. ptum fecêre. Varronis verba ſunt; *habes qui & cuius rei cauſa fecerim hecatomben, in quo ego (vt puto) quoniam luere eſt ſoluere, lutaui.* Itaque vt maximus & maxumus dicitur: ita lutaui & litaui dici Varro videtur exiſtimaſſe. A lotio, quod abominamur, lotiolentè pro fœdè & lutulentè dixit Titinius his verbis, *Varro lotiolentè flocci fiet & cultor gulæ*: hoc aliud Apud Non. in Lotiolente. agens annotaui, vt latiolentè, quod irreptitium eſt, expungeretur ſubſtituto germano verbo.

In oratione pro Quintio quædam explicata, victus & veſtitus venditur, venalis cum ornamentis.

CAPVT XXI.

VENDERE auctionem, in oratione pro Quintio ea dicendi forma Cic. pro Quintio. dictum arbitror, qua à Cæſare vendere ſectionem. Eſtque vendere au- Cæſ. lib. 2. de bell. Gall. ctionem, auctionari, & res in auctione vendere. *Atque imbiberit eiuſmodi rationibus illum ad ſuas conditiones perducere*, valet inſtituerit, decreuerit, Lib.6. perſeuerauerit: vt & apud Lucretium,

— *pœnas capere imbibat acres.*

Cic. pro Quintio. Iam illud, *quod viri optimi faciunt, ſi qui ſuos propinquos ac neceſſarios charos habeant & honeſtos eſſe atque haberi velint, id Sex. Næuius non faceret?* Quo tandem pertinet? nempe vt doceat viros optimos, quibus chara eſt ſuorum exiſtimatio & honos, ſi quid cum eis controuerſiæ habeant, alio potius cum eis iudicio experiri, quàm eo quod caput & famam & exiſtima- Ibid. tionem eorum læſurum ſit: quod idem faciundum fuiſſe Næuio ait. Quod autem ait, *ne in ciuitate ſit*, propterea dicit, quod quorum bona publicè in auctione vendita ſunt, huius ignominiæ ſibi conſcij, vel publico abſtinêt, Ibid. vel vrbem relinquunt, hominum celebritatem conſpectumque vitantes. *Ac non nemo aut ignominia affectus, aut iudicio turpi conuictus bonis quidem ſuis vtitur, alterius opes, id quod miſerrimum eſt, non expectat*: ſenſum hunc habet

bet, condemnatus aliquis, aut ignominiosus, offensionem tamen iudicij & famæ iacturam saluis suis & integris quibus perfruitur bonis consolatur, nec aliunde pendere cogitur, alteriusque auxilium & opes expectare. Legi etiam non ineptè posset spectare, quod esset ad alienum auxilium respicere. *Sed etiam victus*, inquit, *vestitúsque necessarius sub præcone cum dedecore subiectus est* id est qui totus cum omnibus suis rebus & bonis, vt ne vestis quidem ei relinquatur, & si quid sibi penoris ad cibum parauit, venditur. Sic pro Sestio, *viuus, vt aiunt, & videns cum victu suo, ac vestitu publicatus*. sic ista duo coniungebant, cùm personam cum rebus omnibus se vendere significabant: vndebant & seruos cum ornamentis. Plautus,

Ibid.

Cic. pro Sestio.

> *Venalis ego sum cum ornamentis omnibus*,

Plautus sticho Sc. Eamem fuisse.

Id est cum vestitu, nonnunquam etsi quid penoris sibi instruxerat: sed & Plautus,

> *Meo cibo & vestitu rem curo publicam*,

Ibid.

dixit ista duo copulans. victum & cultum etiam sæpe coniungi reperias. Sententia sequitur quæ in ὀξυμώρῳ propè ineptias, si de tanto oratore id dici fas est, excessit. *Etenim mors honesta sæpe vitam quoque turpem exornat: vita turpis ne morti quidem honestæ locum relinquit.* ac sententia quidem obscura non est, turpem, verbi gratia, Othonis vitam mors honesta exornauit: vita illa turpissima eorum, quorum bona veniêre, non relinquit locum morti honestæ, cùm ipsa iam mors sit. quibus enim ista ignominia infertur, ijs funus, vt ait, ducitur, & infra etiam mortuos amandantur. vt igitur extra calumniam sit hæc sententia, putarem legendum, vita ita turpis.

Ad solarium, appellare tribunos, & quædam ex oratione pro Quintio. CAPVT XXII.

SCRIBIT Cicero pro Quintio, *non ad solarium, non in campo, non in conuiuiis*, id ego de solario intelligo, quod erat in foro inumbratum, secundum quod convenire solebant homines animi causa, vt & in alias fori partes, vt è Curgulione cognoscimus: eius meminit Varro lib. 5. de lingua latina his verbis, *Solarium dictum, id in quo horæ in sole inspiciebantur, quod Cornelius in Basilica Æmilia & Fuluia inumbrauit.* Sunt qui de mænianis accipiunt, quæ solaria vocantur teste diuo Hieronymo: sed illam veriorem & sinceriorem interpretationem crediderim, cùm hîc *ad* propinquitatem significet, & ad solarium conuentus hominum elegantium & otiosorum fieret. Est & solarium locus apricus expositusque soli, & vt heliocaminus, quod ab Harmenopulo ἡλιακὸν dicitur. Scribit idem, *videtur ne intercessisse appellatio tribunorum, non more, sed auxilij causa?* appellantur

Cic. pro Quintio.

Varro lib. 5. de Ling. Lat.

Harmenop. in Epitome iur. ciuil. lib. 2. tit 4.

tur Tribuni more & inſtituto & exemplo, cùm eorum interceſſio poſtulatur, ſi quid iniquè à Prætore, verbi gratia, decernatur: at cùm auxilij cauſa appellantur, id verò non fit more in cauſis: quia qui id facit, de cauſa ſua cognoſci non vult: qui autem auxilij cauſa tribunos appellabat in litibus, is ſe æquo iudicio certare non poſſe clamabat. Obijcit Vatinio Cicero quòd appellarit Tribunos, ne cauſam diceret. Aſconius Antonium dicit appellaſſe tribunos ne cauſam diceret, iuraſſeque ideo ſe eierare, quòd æquo iure vti non poſſet. Addit Cicero, *quem tu à puero ſic inſtituiſſes: vt nobili ne gladiatori quidem hæreret.* Alphenum ait Cicero à Næuio popularem eſſe factum, ab eoque ſic ei ſtudium partium populi inſitum fuiſſe, vt tanto flagraret odio nobilitatis auctore Næuio, vt ne cùm gladiatore quidem nobili vnquam verſaretur. hærere enim eſt hîc cum aliquo eſſe, & eum ſequi: tametſi poſtea à partibus populi Næuius transfuga deſciuit. ſic igitur lepidè in Næuium iocatur eum acriter perſtringens. Subijcit, *An omnes tu iſtos vincere volebas: qui nunc, vt tu vincas, tantopere laborant? Aude id dicere non palam: ſed his ipſis quos aduocaſti.* An non, inquit, eras ipſe popularis? an optabas nobilitatis victoriam? Palam id ſi diceres te nobilitati fauiſſe, te multorum conſcientia & vox refelleret. Nunquam, inquit, inter ſtudium veſtrum quicquam interfuit: vterque enim populi partes ſequebamini, quas vt afflictas vidiſti, ad nobilitatis factioné perfuga tranſijſti. *Qui cum*, inquit Cicero, *vltro ipſe deberet.* Id verò eſt, cùm tantum abeſſet vt quicquam Nęuio à Quintio deberetur, vt vltro ipſe Næuius ex ſocietate deberet, quod è narratione intellectu facillimum eſt. *Hic ego*, inquit, *ſi Craſſi omnes cum Antoniis.* Oratores duo nobiliſſimi fuerunt, quorum hic bello ciuili vrbe à Mario capta occiſus fuit: ille ante bellum ciuile morbo lateris conſumptus occidit. Loquuntur autem in libris oratorijs ad Q. Fratrem. *Nempe poſt 30. dies inquit.* Nam poſt triginta dierum poſſeſſionem poſtulari poterat iudicatum ſolui. Triginta etiam dies legitimi & iuſti dabantur æris confeſſi iudicatis. Iſta nos per eam curſitando orationem, raptim ſtrictimque attingebamus, quæ quia curſui noſtro moram aliquam obijciebant, ne in ijs alij hærerent, annotare maluimus, quàm præterire. Quæ ſi cui leuia videntur, is putet idem me ſentire: ſed cui nihil leue placet, graues opinor ſibi compedes optaret.

Cic. in Vatiniū. Aſcon. in Cic. orationem contra C. Ant. & L. Catil. Cic. pro Quintio. Ibid. Ibid. Ibid.

Pedules, fœnitium, apſides, crocyphantia, ſemimithra, ancones, topia, opſianus lapis.

CAPVT XXIII.

L. argumento ff. de aur. & arg. leg.

VERBA quædam Iuriſconſultorum excutere in animo eſt, & velut in alieno foro non meo litigare. F*aſciæ*, inquit iuriſconſultus, *crurales pedulesque*

dulesque & item pilia vestis loco sunt. Hic ego pedules intelligo calceos, vt in regula Benedictinorum, *indumenta pedum, pedules & caligas.* Iterum, & *pedules & quodcunque est vetustum reddant, dum accipiunt nouum.* Rursum, *tunica, pedules, caligæ.* Reperi in veteri lexico pedules esse operimentum anterioris patris pedum: in quo & fœnitium erat expositum, fullonum herba: si cui fortè hæc explanatio probari potest. Nam antè fœnitium *Cap.16.lib.17.*
apud Scribonium explicare potius tentauimus quàm potuimus. Rectè autem in Florentinis, pro item pilea impilia legitur, vt in Plinio iam antè *Cap.14.lib.19.*
legendum monuimus, quæ sunt tegumenta pedum è coacta lana. Sine controuersia autem pro caliculæ, caligulæ legendum: vt enim in viris caligæ: sic in pueris caligulæ dicuntur. De ijs autem eo loco Iurisconsultus verba facit, quæ ad puerilem vsum pertinent. inuenio & in antiquo vocabulario aliculam genus vestis esse. Apsides autem lances sunt rotundæ, *L. cum aurum ff. de aur. & arg. leg.*
quę & parapsides etiam dicuntur: sunt & tabulæ in lancium genere magis latæ & planæ, vt apud Horatium, *Epist. 15. lib. 1.*

— tabulas cœnabat omasi, vilis & agninæ.

Sed & in iurisconsulto, *parapsidas, tabulas, trullas,* aliqui legunt, alij acetabula. Crocyphantia autem ornamenta capitis sunt, & redimicula, quæ tota è subtemine sine vllo stamine contexta sunt, vnde & appellationem sunt adepta. *L. cum aurum §. argento ff. de aur. & arg. leg.*
κροκύφαντον grammatici Græci exponunt, quod διὰ κρόκης ὑφαίνεται, & ab Atticis κεκρύφαλον, scribunt vocari. In antiquo D. Germani lexico reticulum exponitur, γύργαθος, καὶ κροκύφαντος. *L. argumento ff. de aur. & arg. leg.*
semimithra autem tanquã dimidium mithræ est. est enim minor quædam mithra, vt semicinctium antè explicauimus. quæ enim similis & geminæ formæ sunt, ex proportione parem explicationem desiderant. *L. argẽto ff. eo.*
Sedularia, sedilia videntur esse, eaque multa, vt & cathedraria cathedræ: sicut rosaria rosæ, cibaria cibi: suntque sedularia tanquam sedillaria. *L. Instrumenti ff. de supel. leg.*
Scribit Labeo supellectilis nomen nomen ex eo natum, quòd in legationem proficiscentibus locari solerẽt, quæ sub pellibus vsui forent: id est sub tentorijs, quæ pellium nomine hîc intelliguntur: vt hibernare sub pellibus est hyemare non in vrbe, sed in tentòrijs. Ego potius nomẽ supellectilis à lectis originem habuisse crediderim, vt initio eo nomine censerentur ea, quæ super lectos, vel cubiculares vel discubitorios poni solerent: postea longius latiusque significatione propagata. *Quo citius per hyemem oram legeret,* credo legendum in iurisconsulto, vt sit quo citius multis remigibus impulsa naui ad oram adplicaret. *L. prædia §. affini ff. de instr. & instrũ. leg.*
Ancones calices sunt non rotundi, sed in cubitum flexi, & angulum habentes, vnde & illis nomen tributum. *L. Tabernæ ff. eo.*
Nam pocula varijs formabantur figuris. Quædam pocula etiam nasos quatuor habebant, vt Vatiniani calices, vt à satyrographo scribitur. Topiarij serui ab opere topiario, *L. instrumento ff. eod.*

quod

quod ipsi facere sciunt, vocati sunt. Topiarium autẽ opus à topijs, quæ à funiculis nomen obtinuerunt, quibus frutices & arbusculę tonsiles in animaliũ species aut rerũ historias luculenta varietate assimilatæ, religatæ & multis hinc inde distinentur, locis torquentur flectunturq́; , ad effingenda quę luduntur rerũ & animantiũ argumenta. Opsianus porrò lapis optimè in Florẽtinis scribitur exẽplarib⁹, vt & apud Arrianũ, καθ᾽ ἧς ἐν βάθει κεχρωσμένος εὖ ἐσκέλαι ὁ ὀψιανὸς λίθος: quod ideo moneo, quia vt mendosum à plerisque mutatur, cùm astipulatione Græci scriptoris integritati lectionis caueatur.

L. cum aurum §. gemmæ ff. de aur. et arg. leg.

Arrianus.

Luna non laborat, regit sol sidera, inane, sidus confectum, sidus, aperiuntur maria. CAPVT XXIIII.

LVNA cùm plena est, inciditque in fastigium vmbrę noctis extinguitur, cùm laborare olim dicebatur: at verò mensis exitu, etsi eius nullum lumen est, tamen laborare non credebatur. Itaque in Plinio legendum, *quæ mensis exitu latet, cùm laborare non creditur.* quod de lunari Lustrationis mense non de solari intelligendũ est. Sed & in Plinio non ita multo post lego adstipulatione veterum librorum fretus & veritate adductus, *solis fulgore eam vt reliqua sidera regi*: non vt obtinuit, tegi. regit enim & temperat lunæ lumen sol, cùm ipsa suo accessu & recessu modò plenius, modò exilius luceat. similis est menda in canonicis siderum. *postea radiorum eius contactu teguntur*: cùm & è librorum veterum obseruatione, & rei fide reguntur legendum sit. Radij enim solis cursum errantium siderum regunt, vt docet Vitruuius, vel cùm inhibent & stare cogunt: vel cùm in summas absides extrudunt, vel in imas deprimunt. vtranque emendationem etiam agnoscit Pintianus, etsi non explanat. ait idem, *prædicto solis defectu, qui Astyage rege factus est*: & appellatione antiquorum librorum velut tribunorum, & auctoritate Herodoti subnixi, auxilium feremus huic loco, & Halyatte legemus. Id enim Halyatte rege factum esse scribit Herodotus. Pro, *annumerare posteris stellas ad sidera ad normam expangere*, cui scripturæ vetusta intercedunt exemplaria, reperio, *stellas ad sidera ac nomen expungere*: quæ scriptura hunc sensum facit, Hipparchum stellas ad sidera redegisse, & quot in quoque sidere essent numerasse, nomina etiam eis reddidisse & sideribus. *Omne hoc*, inquit, *quod inani simile vitalem hunc spiritum fundit.* Poëtæ inanem aërem plerunque dicunt: sed & Plinius etiam in mari hoc posuisse videtur, his verbis, *Non fuerat satis oceano ambijsse terras, & partem earum aucta inanitate abstulisse.* etsi in peruulgatis exemplaribus immanitate legimus. *Cum tempestatibus*, inquit, *confici sidus intelligimus.* Sidera quædam tempestatem inferunt, quę tum confici dicuntur &

Cap. 9. lib. 2.

Ibid.

Cap. 15. lib. 2.

Cap. 12. lib. 2.

Herodotus li. 1.

Cap. 26. lib. 2.

Cap. 37. lib. 2.

Plinius in præfat. lib. 6.

Cap. 47. lib. 2.

tur & confecta eſſe, cùm ea tempeſtas, vt ſtrictim antè attigimus, ſæuit. Oppius de bello Africo, *Nanque Vergiliarum ſigno confecto circiter vigilia ſecunda noctis nimbus cum ſaxorum grandine, ſubitò eſt exortus ingens.* quod etiam de quacunque aëris mutatione, rerumque affectu vi cæli & influxu ſiderum eueniente vſurpatur. Plinius lib.18. *Quamobrem eas manibus agricolarum ingeſſit, vertique iuſſit ipſa die folia, vt eſſet confecti ſideris ſignum.* (Cap.28.) eſt & ſidus plaga & inclinatio mundi. Plinius, *Sub eodem ſidere pars tota mundi vergens in Caſpium mare pernauigata eſt.* (Cap.67.lib.2.) Maria hyeme clauſa ſunt cælo tempeſtatibus fœdo & procelloſo, aperiuntur vere. Plinius, *ver ergo aperit nauigantibus maria.* (Cap.47.lib.2.) ac diem anni, quo nauigationem auſpicabantur, ferijs quidã celebrabant. Apuleius, *Diem qui dies ex iſta nocte naſcetur, æterna mihi nuncupauit religio, quo ſedatis hybernis tempeſtatibus, & lenitis maris procelloſis fluctibus, nauigabili iam pelago rudem dedicantes carinam primitias commeatus mei libant ſacerdotes.* (Lib.11.de Aſino aur.) Vegetius, *poſt natalem verò, vt ita dicam, nauigationis, qui ſolemni certamine publicoq; ſpectaculo multarũ gentium celebratur.* (lib.4.c.39.)

Satisfactio per iuſiurandum, nihil duarum rerum credas, bona fide, per dium fidium, obſecro, reſecro.

CAPVT XXV.

VELLEM hodie tanta eſſet nobis iuriſiurandi religio, quanta veteribus fuit, quorum multò facilius bonitatem irridere, quàm ſanctitatem imitari poſſumus. ſi quis quem re aut verbo læſerat, interpoſitione iuriſiurandi, quo eum qui læſus erat, adiurabat indignum ea iniuria eſſe, & ei nolle factam, ſatisfaciebat atque purgabat. nos hodie in condonanda iniuria tam faciles non ſumus, quàm natis & nepotibus pro hæreditate legamus. Comœdia exemplum vitæ eſt, ea fidem faciet verum eſſe quod dixi. Plautus Amphitryone, (Sc. Durare nequeo.)

Aut ſatisfaciat mihi, atque adiuret inſuper
Nolle eſſe dicta, quæ in me inſontem protulit.

Apud Terentium negat leno ſe hanc accepturum excuſationẽ, quod non faceret, niſi ea adhiberi, & homines ea placari ſoliti fuiſſent: *Ego veſtra hæc noui, nollem factum, iuſiurandum dabitur eſſe te indignum iniuria hac.* (Adelph. ſc. 1. act. 2.) Genus erat & apud eos affirmationis religioſæ, & cuiuſdã propè iuriſiurandi, nihil mihi credas diuini & humani: quod eſt nihil mihi vllius rei credas. Plautus Aſinaria, *neque diuini neque mihi humani quicquam accreduas Artemona, ſi huius rei eſſe mendacem inueneris.* (Sc. Ain' tu meũ.) Eodem ſenſu illud in Truculento interpretor, *nunquam ædepol mihi quiſquam homo mortalis poſthac duarum rerum creduit,* (Sc. Quis iſtic eſt.) id eſt nihil diuini & humani: ac malè de poëta merentur, qui

pro duarum adulterant suarum. Erat sancta etiam affirmatio & iusiurandum, bona fide: nos tamen hodie nisi appellato numine sacramentũ non putamus. Plautus Captiuis, He. *dic, bonan' fide tu mihi isthæc verba dixisti.* Er. *Bona.* Nam sequitur mox. *An tu dubium habebis, etiam sanctè cùm iurem tibi?* Erat & iusiurandum per ea quę chara erant, vt per liberos. Horatius, *per liberos te, si vocata partubus Lucina veris affuit.* Plautus,

Sc. Iupiter supreme.

Od. 5. Epod.

Asinaria sc. 1. sicut tuum.

Sicut tuum vis vnicum gnatum tuæ
Superesse vitæ sospitem & superstitem:
Ita ted obtestor per senectutem tuam,
Perque illam quam tu metuis vxorem tuam,
Si quid med erga hodie falsum dixeris,
Vt tibi superstes vxor ætatem siet.

His enim verbis herum ita obstrinxit seruus, vt, si per Dium fidium, quod sacramentum sanctissimum erat, rogasset, non magis obstringere potuerit. Itaque respondet herus,

Per Dium fidium quæris, iurato mihi
Video necesse esse eloqui quicquid roges.

Vt si diceret, istud quidem est rogare per Dium fidium: ac vt hoc interim addam, Dius fidius explicatur in antiquo lexico, διὸς υἱὸς, ἡρακλῆς: atque vt formulę res charas inserebant, ita odiosas & inuisas adijciebant, quod veterator seruus fecit. Quin, vt superstitiosa illa hominum priscorum natio fuit, si quis obsecro dixerat, eum quem alloquebatur obstringere obligaréque quodam sacramento & iureiurando videbatur: & si ea persona erat, cui pudorem deberet, cuique omnia libere in vtranque partem esse vellet, vt eam religione solueret, subijciebat resecro, quo verbo obsecrationem soluebat. Plautus Aulularia.

Sc. Dixi tibi.

— nunc te obsecro,
Fac mentionem cum auunculo mater mea:
Resecróque mater quod dudum obsecraueram.

etiam qui obsecrabatur, ne religione ea obligaretur, resecro dicere solebat: Plautus Persa, *To. obsecro. Sa. resecro.* sic enim legendum est. Sed & rei in comirijs, cùm populum supplices obsecrarãt, continuò resecrabant. Verrius, *Resecrare soluere religione, vt cùm reus populũ comitiis orauerat, vt eo periculo liberaretur, iubebat magistratus eũ resecrare.* Multò plura eiusdẽ generis obseruari posse in veterũ monumentis inficias non iuerim, sed mihi temperaui modumque adhibui, vt occurrerem morosо quorundam fastidio.

Sc. 1. Qui amãs.

Apud Festum in resecrare.

Rete iaculum, iaculator, Ausonius emendatus, senex recoctus, delphica, & quædam alia.

CAPVT XXVI.

VLCVS quoddam Plauti mala attigerunt manu, vel fecerunt potius, qui ſana vlcerant potius & cruentant, quàm vlcerata & læſa cicatrice obducunt. partim enim retiaculo inducũt, partim iaculo apros, partim rete iaculo. Ego arbitror legendum, reti iaculo: ſed locum ſubſcribam,

Iubeas vna opera me piſcari in aëre, Aſinaria Sc. 1. ſicut tuum.
Venari autem reti iaculo in medio mari.

Nemo venari poſſit in mari, ſed piſcari: nemo piſcari in aëre, ſed venari & aucupari. Rete autem iaculum dicitur ad verriculi diſcrimẽ. Nam iaculum iacitur, fundaq; etiam appellatur à Marone, à fundendo, vel à fundo βόλος à Græcis dicitur, inquit Seruius, & rete iaculum vocatur. itaq; in quadam comœdia iaculatorem pro piſcatore poſuerat Plautus, è qua hoc affert Iſidorus, *probus quidem antea iaculator eras.* Verriculum autem non iacitur, ſed verritur, id eſt trahitur. Plautus Truculento de reti iaculo, Sc. 1. Non. omnis.

Quaſi in piſcinam rete qui iaculum parat.

Alij emendant, rete qui iacit vim parat, quibus non aſſentior, cùm illud alterum & ſententię veritate & grammaticorum interpretatione nitatur. Auſonius etiam iaculum appellat, & à funda ſeparat in epiſt. ad Theonem, Auſon. epiſt. 21.

Et iacula & fundas, & villica nomina lini,
Coláque, & inſutos terrenis vermibus hamos.

Sic beneficio & ope elegantiſſimi iuriſconſ. Ruſardi verſus hos reſtitui: ac profectò in ea epiſtola Carroco, quod legitur, nec intelligitur, fortaſſe Carro legendum eſt, vt piſces carro referri intelligamus. Sed hîc non præter ſolitum, vt ait Flaccus, leues, voces quaſdam ad explendum hoc caput ex antiqua veteris libri nomenclatura ſubtexemus. decoctor ibi exponitur χρεωκόπος, φυγάτης: decemuiri & decuriones δεκάπρωτοι: decrepitus ὑπέργηρως, ἐφθὸς γέρων: ex quibus intelligitur illud Catullianum, *Suffetio ſeni recocto*, id eſt, valde ſeni. defixiones νεκυομαντίαι, κατάδεσμοι. apud Ciceronem quoque & Ouidium defigere ad talia accommodatur. Delphica, miniſteriũ. Erat enim ea menſa, vnde miniſtrabatur. Dupondius δινούμμιον, aſſecla παράσιτος: directarius θυρεπανοίκτης, ἐπεισπηδητής. eſt igitur fur, qui fores aperit, quem & quidam apertularium vocant, & effractarium. Deſultor, μεταβάτης, ζεύξιππος. Dicis cauſa νόμου χάριν, λόγου χάριν. Digitabulum δακτυλήθρα. diſcuſſor λογοθέτης: diſcuſſio λογοθεσία. dieſpiter χάρον. dium ἀστραπή. dijouis, Ζεὺς κεραύνιος. cœnacularius σταθμοῦχος. duplicarius διμοιρίτης. dulcia πλακοῦντες. Improlis ἀφῆλιξ, ὁ μήπω γεγεννηκώς. Birrus, craſſum veſtimentum: credideram quodam adductus Iſidori loco eſſe berum, vt & quidam alij: nunc in alia ſum ſententia. Sed nimirum longum nimis catalogum verborum teximus. hîc igitur deſinamus.

Marginal notes: In 1. Georg. (beside "βόλος à Græcis"); Catull. epig. 50. (beside "Suffetio ſeni recocto")

Rota solis, clausum cœlum, porta cæli, vitale, putres oculi, amystis. CAPVT XXVII.

GRÆCI solent interdum ipsum solis orbem appellare δίσκον: haud secus latini, vt reor, dicere solent solis rotam. Rota enim eius est orbis atq; rotunditas: sed obsignatis tabulis agendum est, & literarum auctoritate

sidonius. id confirmandum: Sidonius.

Inde patefecit radijs rota candida cælum.

Id est, sol exortus cælum noctu clausum aperuit luce sua. noctu enim cæ-

1. AEn. lum claudi censebant: hinc illud Maronis,

Ante diem clauso componet vesper Olympo.

Ac vt illud componet obiter explanem, à cadaueribus ductum esse reor,

Saty. 9. lib. 1. quorum ossa & reliquiæ in vrna componebantur. Horatius.

Omnes composui: felices, nunc ego resto, Confice.

Nam de die emerito & exacto, vt mortuo loqui plerunque consueuerant.

Menæchmis Sc. Ni mala. Plautus.

Dies quidem iam ad vmbilicum dimidiatus est mortuus.

Iterum, *Clam vxorem vbi sepulchrū habeamus, atque hunc comburamus diem.* Rotam solis, vt vnde degressus sum redeam, etiam pro solis rotundo glo-

lib. 5. bo posuit Lucretius,

Hic neque tum Solis rota cerni lumine claro
Altiuolans poterat, nec magni sidera mundi.

Sed quod in digressiuncula posui, cælum noctu claudi, interdiu aperiri, impellit me vt idcirco censeam à poëtis in cælo portas fingi: & Seruius Enniano sermone Virgilium scripsisse refert,

10. AEn. *Considunt tectis bipatentibus,*

ducta ab hostijs translatione, quæ ab vtraque parte aperiuntur, vt cælum ab ortu & occasu patet: (Nam & Isidorus duas cæli ianuas dicit ortum & occasum:) portam tamen Virgilium posuisse pro hemisphærio, id est

3. Georg. semiglobo cæli arbitror illo versu, *— quem super ingens*

Porta tonat cæli, & scopulis illisa reclamant
Æquora.

Sed & bipatens cælum propter duo hemisphæria dici potest superius & inferius: quanquam Maro planè, vt existimo, tecta bipatentia ab ædium similitudine, quę fores habent, quę hinc & inde aperiuntur, vt & bipatens

Ausonius in notarium. pugillar ab Ausonio dicitur, scripsit, cùm superos in domum conuenisse dixerit. Mediocritatem frugalitatis laudasse videtur in seruo Horatius

Saty. 7. lib. 2. cùm scripsit, *— amicum*

Mancipium domino, & frugi quod sit satis, hoc est,
Vt vitale putes:

proinde

proinde quaſi frugalitas nimia & attentio acrior ad rem diligentiáque noceat: & quamuis, qui nequam & diſſoluti ſunt, perditi profligatíque ſint, neque vita digni, quos ne ſalus quidem ipſa ſeruare poſſe videatur, cùm contra viuere videantur & vitales eſſe qui ſunt frugi & attenti: tamen nimia auiditate & auaritia & nimia parſimonia exitiũ ſæpe acerbum accerſitur. Seneca eodem ſenſu lib. *5.* epiſtolarum ſcribit, *magni animi magna cõtemnere, ac mediocria malle, quàm nimia. Illa enim vtilia vitaliáq; ſunt, at hæc eo quo ſuperfluunt, nocent,* quæ verba multum lucis afferunt Horatio nisi fallor. Simile eſt illud Lactantij lib. *6. Vnum eſt enim ſapientis & iuſti & vitalis viri opus, diuitias ſuas in ſola iuſtitia collocare.* Sed alterum attingamus Horatij locum, cuius perſpicuus & dilucidus non admodũ ſenſus eſt Epiſt.39. Cap.13.

Omnes in Damalim putres Deponent oculos. Od.36.lib.1.

non enim placet, quod interpretibus credi video, ſignificari oculos vino marcentes & languidos: cùm dicat oculos putres in Damalim, in Damalis amorem ſolutos. Nam etſi omnes in eius amorem ſoluti erunt, nemo tamen alius quàm Numida ea potietur, quia qui Damalim deperibunt obdormiſcent. id enim, cùm deponere oculos dicit, intelligit. Plautus. Aulularia sc. Nimium lubẽter.

Vt me deponat vino, eam affectat viam.

Alio loco,

— Ille ebibit, caput deponit. Curculione sc. Date viam.

Tranſlatio autem eſt ab oneribus, quæ deponi dicuntur: vt nobis dormitantibus caput & oculi oneri ſunt. Itaque neque caput neque oculos ſuſtinere tum poſſumus. vt autem dixit Horatius, oculos in Damalim putres: ſic Perſius, *Ille in Venerem eſt putris:* id eſt ſolutus & profuſus, dixit. Putre in terra ſæpe dicebatur: Virgilius. Saty.5. 1.Georg.

— & Zephyro putris ſe gleba reſoluit,

id eſt ſe laxat & ſoluit, & ſoluta & laxa eſt: alio loco, *Et cui putre ſolũ: namque hoc imitamur arando,* quo ſignificatur optimum ſolum eſſe ſolutum. Nam cùm aramus hoc agimus, vt terram ſolutam reddamus. Cæterùm in eo carmine Damalim multi meri dixit, vt multi cibi aliquos fuiſſe legimus, quo edaces intelligimus: vt eam bibacẽ & merobibam fuiſſe exiſtimamus. ἄμυστις porrò genus erat potandi, quo ſe magnis & meracis poculis mutuò inuitabant, quod dicebant ἀμυστίζειν, quod cùm facere ſolerent Thraces, idcirco περὶ πόσιν θρᾳκίαν appellabant: ſed & ex Scytharum moribus σκυθικὴν πόσιν. Huius capitis clauſula diſticho ſanè luculento deſinet, in quo Amyſtidis Thraciæ mentio eſt, 2.Geog. Od.36.lib.1.

Καὶ γὰρ ὁ θρηϊκίην μὲν ἀνήνατο χανδὸν ἄμυστιν
Ζωροποτεῖν, ὀλίγῳ δ' ἥδετο κισσυβίῳ.

Aſper nummus antiquarius, atrium, Attellanus. CAPVT XXVIII.

Olim qui thesaurum parare studebant, in eo nummum asperum libenter recondebant, quem interpretor, bene percussum & recentẽ, non veterem, neque tritum, atque ipso vsu læuem fugientibus notis, nec forma expressa: quo sensu illud Persianum accipi censeo, *Saty.3.*

— quid asper vtile nummus habet.

qui enim pecuniæ amantes erant, in nummis fastidiosi erant, delectumq́; habebant, & nummos perfectissimæ & expressissimæ formæ seruabãt: ac ne alios quidem recipere volebant, qando & in exactione tributorũ plerunque, vt reor, obseruabatur. Tranquillus in Nerone, *exegitq́ue ingenti fastidio & acerbitate nummum asperum, argentũ pustulatum, aurum ad obrusam.* *Cap.44.* sed & creditores in paciscendo cauere solebant sibi eo genere nũmorum solutum iri, quod è Seneca conijcimus, cuius verba subscribam: *sed mouebis mihi controuersiam, si te noui, nec voles quod debeo nisi in aspero & probo accipere.* *Epist.19.li.2.* Sic enim in Seneca lego. voles, inquit, habere, ac requires asperum philosophiæ nummum, non fugientem & tritam Mæcenatis monetam. eodem sensu scripsit Maro, vasa *perfecta atque aspera signis*, quæ signis in asperitatẽ erant celata. *5.AEn.* Legi & in vetusto libro aspraturam esse κόλλυβον, quòd qui pecuniam permutabat, pro trita asperam vellet habere: quo & in libro reperi atriensem exponi διαιτάριον, διαιτάρχην: itaque in 5. libro de officio proconsulis positum esse: sed & atrium esse μεσαύλιον, περιστῷον, attellanos, σκηνικοὺς, ἀρχαιολόγους, βιολόγους, ὡς δὲ Ὀβίδιος ὁμηριστὴς, λατῖνοι ἦσαν χοροί. antecessum πρόλημμα, προχρείαν. antecessorem, προηγούμενον. antiquarium, ἀρχαιογράφον, καλλιγράφον. habebant enim veteres scriptores, quorum alij εἰς τάχος scribebant, alij εἰς κάλλος, qui antiquarij dicebantur. Hæc ego cùm elegantiæ non vulgaris esse animaduerterem, non indigna censui quæ hîc intexerem, quale illa cunque hominum iudicium promeritura essent.

Plinius emendatus, corona pactilis, sutilis, plectilis, corollarium.

CAPVT XXIX.

Non dubitabo insimulare seruias quasdam in Plinianum codicem coronas inductas. nullæ enim vnquam tales fuerunt: sed Aristarchi nostri Plinij tanquam prętoris album corruperunt. sic enim ediderunt, *Cùm verò è floribus fierent serta, à serendo seruiæ appellabantur.* *Cap.2.li.21.* Ego hîc puto indicari, coronæ speciem sertum esse: proinde sic in vietis & fugientibus libris reperio, *cùm verò è floribus fierent, serta à serendo seriue appellabantur.* vt fortasse *satiuæ appellabantur*, legendum sit, in editione Romana, quæ quo vetustior est, eo minus iniuriam sensit, vt ita dicam, istorum Telchinum, qui nati sunt in librorum perniciem, euulgatum est, *serta à serendo appellabantur*, altero verbo vel suppresso, vel dissimulato, vt non necessario.

cessario. Aliam & ego scripturam ex eodem libro expungam, melioremque è chirographis inferam: sed tamen, ne verbosior sim, & incommodior lectori, vitio tacito, cùm præsertim publicatum sit, integritatem scripturæ subtexam: *Primum variari cœptum mixtura versicolore florum, quæ* Ibid. *inuicem odores coloresque accenderet, Sicyone.* non ambigo, quin si quis verè iudicet, secundum hanc integritatem libentius, quàm secundum illam corruptelam, quæ libros mutilat, litem daturus sit. & cùm omnibus sint saliorum epulæ cœnæque notissimæ, fidem secutus librorum vt verbo Enniano vtar, cascorum, legam eodem libro, *summáque auctoritas* Cap.3.li.21. *pactili coronæ: vt in Saliorum sacris inuenimus solemnes cœnas.* hic Metamorphosi quadam Ouidiana, sutiles Saliorum sacris immutarunt illi, qui non tam emendant libros, quàm ipsi scribunt, aut scribendo adulterant. nos igitur istud tanquam adulterium lege Iulia vindicatum illinc facessere iubemus. Pactiles autem coronæ plærisque videntur compactiles: fortasse tamen fuerint, quarum coronamenta in torulo rotundo, vel vspiam figuntur panguntúrque. sutiles sutos habebant flores aut coronamenta: fiebant ferè è mero rosæ folio. Plinius, *Transiêre deinde ad rosaria, eóque luxuria processit, vt non esset gratia, nisi mero folio sutilis.* Hinc illud, Martial.lib.5. epig.65.

Ornentúrque rosis tempora sutilibus.

Plectilis è surculis vel ramulis plectitur & innectitur, vt è ramo lauri aut myrti. Corollaria corollæ erant, è lamina ærea vel argentea tenui inaurata: Græci ἐπιστεφανώματα, vt in lexico D. Germani legi, vocabant. Hoc autem lexicon semper intelligo, cùm Latino Græcum appello. plectilem coronam intelligit Horatius, cùm scribit, Od.38.lib.1.

Simplici myrto nihil allabores *Amplius.*

Sibi enim vult coronam plecti è simplici myrteo ramo. nam lemniscos nihil moratur, nec desiderat, quos reijcit cùm ait,

Displicent nexæ philyra coronæ. Ibid.

Reperio & in membranis vetustis, *alias in vsu promiscuo ne ludiæ quidem* Plin.cap.3.lib. *erant:* quam scripturam damnare animum inducere non potui, nec subticere: ludicræ se cerunt emendatores contactu omnia fœdantes immundo, vt de harpyis Maro canit. cur enim potius illis suum commentum, quàm auctorũ scriptũ placet? Nam vt ludicræ coronæ dicantur cõmodè, tamen ludiæ, quod in libris scriptum patet, non debuerunt improbare. vt enim ista duo vocabula idem valeant, tamen à Plinio positum, quàm ab emendatore inculcatum magis probem. Legem autem 12. tabularum de coronis in veteri instrumento diuersè scriptam reperio: vnde & corrumpendi occasio nata. Nam in quibusdã libris scribitur, *virtutísue arguitur ei:* 21.

in quibuſdam, *virtutíſue ergo diuiditur ei*: ego ſcribendum arbitror, *virtutíſue ergo, diuiditor ei*, vt ſentiat lex ei tribuendam coronam in funere, qui eam pepererit vel ludicro circenſi vel militari virtute. Fortaſſe etiam, inditor ei non incõmodè exararetur. locum illum Plinianũ quodam modo purgaui, atque ita illuſtraui: vt enim deprauata ſenſum obſcurant, ſic ferè reſtituta eum illuſtrant.

Decies centena, decies, bis decies bibis, binio.

CAPVT XXX.

VT ſexcenta plerunque ab auctoribus Latinis pro multis poni ſolent: vt, ſexcenta eiuſdem generis proferre poſſum exempla: ita decies centena pro immani & prægrandi ſumma, idque iam inde ab vltima propè antiquitate vrbis. Credo quòd tum ea pecunia videbatur ingens, cùm minor erat nummi copia. proinde Iuuenalem dixiſſe reor,

Saty. 10. *—ritu dicies centena dabuntur Antiquo,*

pro immenſa dote. Certè poſtea quam creuit pecunia & abundauit Romæ, nihilominus permanſit illa antiqua loquendi ratio, vt decies centena infinitam pecuniam ſignificarent. Horatius,

Saty. 3. lib. 1.

— decies centena dediſſes,
Huic parco paucis contento, quinque diebus
Nil erat in loculis. Iuuenalis,

Saty. 6. *Optima ſed quare Ceſonia teſte marito?*
Bis quingenta dedit:

Martial. lib. 1. epig. 71. id eſt decies centena millia. Martialis libro primo,

Si dederint ſuperi decies mihi millia centum.

Nam decies centena, decies centena millia ſignificant & valent. Iterum Martialis,

Martial. lib. 2. epigr. 65.

Illa illa diues mortua eſt Secundilla,
Centena decies quæ tibi dedit dotis.

Plutarch in Antonio. Id & decies breuiſſimè dicebatur: Plutarchus in Antonio, τῶν φίλων τινὶ μυριάδας ἐκέλευσε πέντε καὶ εἴκοσι δοθῆναι· τοῦτο Ῥωμαῖοι δεκίες καλοῦσι. Seneca, *beatióreſne iſtos putas, quorum pantomimæ decies ſeſtertio nubunt?* Videtur autem ea maxima dos Romæ fuiſſe, legum iuſſis modum imponentibus pecuniæ dotali, vt fortaſſe à maxima dote orta ſit ſummæ maximæ æſtimatio, & locutio inde celebrata. his adijciam explicationem epigrammatis Martialis in pecuniæ ſumma poſiti,

Seneca lib. de conſolatione ad Albinam.

Lib. 1. epig. 12.

Cùm data ſint equiti bis quinque numiſmata, quare
Bis decies ſolus Sextiliane bibis?

Mihi quidem hoc videtur de ſportula accipiendum, cui decem nummi eroga-

erogabantur vel centũ quadrantes. cùm igitur ſportulã decem nummûm vnam Sextilianus accepiſſet, duas bibebat tamen potor profligatiſſimus, cùm tantum vini exhauriret, quantum duarum ſportularũ pretium æquabat. Id eo admonendum duxi, quòd cùm è moribus & inſtitutis Romanorum ſcriptum ſit à poëta, ab interpretibus nimis oſcitanter aliúdque agentibus omiſſum, iniuria lectoris & ſenſus diſpendio videbatur eſſe. Ad pecuniam & illud Hegeſippi pertinet lib. 5. excidij Hieroſolymitani ſcriptum, *egeſſerant aliqui biniones aureos, quos abſorbuerant cum adornarent fugam.* hîc biniones intelligo, aureos maioris formæ, dupliciſque æſtimationis, vt formas binarias in Alexandro dixit Lampridius. In lexico quoque S. Germani inuenio biniones δινόμμια, καὶ δηνάρια explicari.

Hegeſip. li. 5.

Lampridius in Alexandro.

Megabyzus, Plinius emendatur. CAPVT XXXI.

MEGABYZOS ſacerdotes Dianæ vocatos fuiſſe ex Heſychij lexico cognoſcimus: ſed & Appianus ſcribit lib. 5. bellorum ciuil. καὶ τὸν ἐν Ἐφέσῳ δὲ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερέα, ὃν μεγάβυζον ἡγοῦνται. Hæc explicationi erunt Plinio ita ſcribenti: *Epheſi verò eſt Megabyzi ſacerdotis Epheſiæ Dianæ ſepulchrum.* Iterũ *pinxit & Megabyzi ſacerdotis Epheſiæ Dianæ, templum pompam.* nec enim in Plinio, vt proprium nomen accipiendum videtur, ſed vt appellatio omnium ſacerdotum Dianæ communis. Nam & nomen proprium eis aliud erat. Plautus,

Heſychius.

Appianus lib. 5. bell. ciuil.

Cap. 11. li. 35.

Cap. 10. li. 35.

Nos apud Theotimum omne aurum deponimus,
Qui illic ſacerdos eſt Dianæ Epheſiæ.

Bacch. ſc. 160 in Pyreæum.

ſed & mox in comico. *Qui iſtic Theotimus, Megabyzi filius?* verius & integrius puto quàm megabuli, vt alij corrigunt. Quis autem mihi vitio vertet, ſi ſuſpiciones meas ſequutus, quiddam in Plinio eodem in capite emendare coner? minimè profectò fraudi eſſe debet iuuandi ſtudiũ, quod amplexi obtrectatores contemnimus. ſcribit igitur, *vbi fecit nobilem Paralum & Hermionidem, quam quidem nauſicam vocant.* legendum ſuſpicor, nec iniuria, *Hermionidem quam quidam naxiã vocant, vel naxicam.* Paralus enim & Hermionis nomina nauium ſunt non hominum. Ibidem lego, *brontem, aſtrapen, ceraunon vocant,* non ceraunobolon. Ante enim totidem nomina latina poſuerat, quibus paria reddidit Græca: ea Latina ſunt tonitrua, fulgetra, fulgura. emendandum quoque crediderim, *Poſtea ſuperauit Apelles Cous:* pro quo irrepſit, eouſq;: & paulò poſt, *in pictura ſic prouectus.* Nihilominus etiam emendandum crediderim, *ſunt & picturæ eius nobiliſſimæ, hoplites in certamine.* pinxerat enim eos qui armati currebant, quod genus exercitationis in certaminibus Olympicis aliiſque ſacris edebatur.

Cap. 10. li. 35.

Quam

Ælianus li. 12. Var. Hiſtor. Quam autem Plinius Campſaſpen Alexandri pallacen appellat, Ælianus nominat Pancaſtam. Plus otij qui habeat, pluſq; curæ qui adhibeat, in illa numeratione picturarum multa, vt ſuſpicor, mendoſa reperiet: mihi illa attigiſſe ſaltuatim carptimque, plus ſatis eſt, in veterum præſertim exemplarium inopia, quibus deſtituta audacia noſtra claudicat.

Ille, Zephyrus, tridens, ima ſtagna, ance malorum, exaudiunt vocati, permixtus Achiuis, auerſus ſol Iunonia hoſpitia. CAPVT XXXII.

VIRGILII poëſis omnibus eſt illa quidem ingenij doctrinæque luminibus & coloribus exornata, verùm ea magis apparent in primo operis veſtibulo, dum recentes & integri, ipſa nouitate, quæ blanda conciliatrix eſt, poëmatis ſuauitas nobis commendatur non præcepta ab aliorum librorum lectione & tanquã præflorata. In eo libro primo legendo oſcitanter & ſegniter quidem, tamen quædam annotaui & huc adſcripſi. Veteres ſuorum incommodorum cauſam diis attribuebant, quos ſibi infeſtos, & ſuo aliquo merito & noxa læſos opinabantur. ex ea opinione dixit Maro,

1. AEn. *— quo numine læſo,*
Quídue dolens regina deûm?

Eleg. 2. lib. 1. Simile eſt illud Tibulli, *Num feror inceſtus ſedes adijſſe deorum?*

Lib. 5. ſiluarũ Epicedio in filium. Papinius, *— quæ veſtra ſorores*
Orgia Pieriæ, quas inceſtauimus aras?
Et mox, *Nunquid inacceſſo poſui veſtigia luco?*
Num vetito de fonte bibi?

1. AEn. Statim autem initio libri cùm ait Maro, *multum ille & terris*, ille elegantiſſimè redundat, vt alio loco,

12. AEn. *Saucius ille graui venantum vulnere pectus,*
Tum demum mouet arma leo. Iterum,

10. AEn. *— ceu ſirius ardor,*
Ille ſitim morbóſque ferens mortalibus ægris.

1. AEn. *Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore Nymphæ,*
Quarum quæ forma pulcherrima Deiopeiam.

Oratio hæc prorſus imitata eſt ex oratione Iunonis ad Somnum Iliad. ξ. qui volet eam legat & mutuum agnoſcet.

Ibid. *Vna Eurúſque Notúſque fremunt crebérque procellis Africus.*

Homer. odiſſ. lib. 5. Strabo li. 1. Geog. Africum hîc Maro dixit pro Zephyro: Zephyrum enim Homerus odyſſ. lib. 5. nominat: vt autem notat Strabo, apud Homerum Zephyrus Fauonius

nius non est, sed is quem dicit nunc Maro Africum. Sic & infra apud Maronem, 1.Aen.

Eurum ad se Zephyrúmque vocat,

de Africo est accipiendum, aut, quod incredibile dictu est, ventum non antè appellatum nominat.

— vbi tot Simois correpta sub undis Scuta virum. Ibid.

Locus sumptus est ex initio Iliados ν, ne paginam occupem Græcis interponendis.

— & imis Stagna refusa vadis, Ibid.

valet in imis profundisque vndis refusam aquam, & agitatam: quasi in gurgitibus imis, deorumq; domicilijs aqua refusa sit & turbata, & ab imo mare totum euersum. Dij enim Marini in imis pumicibus & speluncis antrisque maris habitare putabantur. Manilius lib. 5. Manilius lib. 5. astron.

— ipsúmque sub vntris
Nerea, & æquoreas conantur visere Nymphas.

Non illi imperium pelagi sæuúmque tridentem: 1.Aen.
Sed mihi sorte datum.

Recordor annotasse me tridentem Neptuni telum esse, quo non solum mare, verum etiam terram moueat. Itaque mari turbato, Aeolus tempestatis illius concitator videtur vsurpasse tridentem.

Hinc atque hinc vastæ rupes geminíque minantur. Ibid.

Descriptio portus ex Homero Odysseæ 13. sumpta, & ad verbum ferè traducta: quod autem grammatici dicunt Hispaniæ Carthaginis portum esse descriptum, fieri sanè potest vt hæc descriptio ad eum accommodata fortuna quadam & casu potius, quàm poëtæ consilio aut voluntate conuenerit, cùm poëta tamen ad Homeri exemplum properauerit. Nihilo secius & Homeri est,

Ductoresque ipsos primum capita alta ferentes. vt &, Ibid.
Diuidit, & dictis mœrentia pectora mulcet. & Ibid.
O socij neque enim ignari sumus ante malorum. Ibid.

Vbi illud, ante malorum, compendio orationis dictum interpretor, velut desiderato articulo aut subaudito: etsi articulorum supplementa Latinus sermo recusat. sed profectò dictum est, vt si Græcè diceres, οὐκ ἀμνήμονες ἐσμὲν τῶν πρόσθε κακῶν. Id igitur valet, malorum quæ antè perpessi sumus. simile est illud Ouidij, Ouid. li. 1. Met.

Frigida cum siccis, sine pondere habentia pondus.

id est, βάρος ἔχοντα τοῖς ἄνευ βάρους.

— nec iam exaudire vocatos: 1.Aen.

id est mortuos esse: ex antiquorum consuetudine sumptum arbitror, qua quos

quos desiderabant & amiserant, antequam discederent, sæpius vocare soliti erant.

Odyss. 9. Homerus, Οὐδ' ἄρα μοι προτέρω νῆες κίον ἀμφιέλισσαι,
Πρίν τινα τῶν δειλῶν ἑτάρων τρὶς ἕκαστον ἀΰσαι.

Ausonius in tumulis epig. 13. Sed & vocare pro sepultura habebatur in mortuis. Ausonius de Deiphobo,
Nec tumulum ipse habeo nisi quem mihi voce vocantis,
Et pius Æneas, & Maro composuit.

1. AEn. *Se quoque principibus permistum agnouit Achiuis,*
cùm Maro de Aenea scribit, fortem & strenuum virum manuque promptum significat, qui ita acriter & audacter pugnaret, vt non aduersarijs tantum se obijceret, sed in eorum etiam ordinibus versaretur. Quod &

Homer. lib. 5. Iliad. Homericum est. Nam de Diomede lib. 5. Iliad. scribitur,
Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης ποτέροισι μετείη,

1. AEn. *Non tam auersus equos*, quod ait, in hanc dictum arbitror sententiam, non adeo obtusi & hebetes ignariq; & stupidi sumus. stupidiores enim sunt, qui longius, ab aura solis & tepore incolunt, vt populi Septentrionales. At illud,

Ibid. *—Quo se Iunonia vertant Hospitia.*
ex eo dictum est, quòd Carthago Iunoni dicata esset, quæ & Iunonia quoque vocata est.

Mappa, sponsiones, Incitatus, tentores, conditores, alapæ mimorum, fungi, spongiæ, popularia, equestria. CAPVT XXXIII.

Quintil. lib. 1. c. 5. MAPPAM *quoque vsitatum circo nomen, Pœni sibi vendicant*, scribit Quintil. lib. 1. Quod de mappa ea intelligo, qua prætor signum quadrigis mittebat, vt è carceribus exirent. Martialis,

Li. 12. epig. 29. *Cretatam prætor vellet cùm mittere mappam.*

& Septimius Florens, *Cognosce dementiam de vanitate: misit dicunt & nunciant inuicem, quod simul omnibus visum est. Teneo testimonium cæcitatis: non vident missum quid sit, & mappam putant: sed est diaboli ab alto præcipitati figura.* Missus autem quadrigarum sorte mittebantur, & prætor qui ludis præerat, ex vrna educebat quadrigarum missus. Idem Septimius, *Tardus est illi prætor, semper oculi in vrna eius, cum sortibus volutantur.* Sponsiones autem à spectatoribus fieri solebant, cùm vnus agitatorem illum victorem pignore deposito fore diceret, alius eius aduersarium contenderet. Idem Septimius, *aspice populum ad spectaculum iam cum furore venientem, iam tumultuosum, iam cæcum, iam de sponsionibus concitatem.* Martialis,

Sed

Sed cum ſponſio fabulæque laſſæ, De Scorpo fuerint & incitato.

Fuit autem Incitatus equus nobiliſſimus & velociſſimus, circenſibus curriculis & palmarum frequentia celebratiſſimus, Caligulæ vſque eo amatus, vt & ad cœnam vocaret, & ei hordeum aureum obijceret, & vinum aureis pateris propinaret, ſanctéque adiuraret per ſalutem & fortunam ſuam, ſe eum conſulem facturum. Erant & in circo tentores, qui vel equos vel repagula tenebant, antequam ad curſum emitterentur: hi, vt in antiquo lexico legi, à Græcis ἀφέται appellabantur. Erant & conditores, qui tanquam bene meriti, auctores & patroni factionis habebantur, vt coniectura eſt ex hac inſcriptione. C. POMPEIO FVSCENO CONDITORI FACTIONIS RVSSATÆ: quod quidem nos etiam aliter explicauimus. vetus liber, quod & verius eſt, eos interpretatur ἀλείπται ἵππων. Sed quoniam de ludis agimus, paucula quędam etiam ex auctoribus hinc inde libemus. Popularia in theatro dicebantur loca populi vel plebis ad equeſtrium diſcrimen, id eſt quatuordecim ordinum. Septimius Florens, *vias enim vocant cardines balteorum per ambitum, & diſcrimen popularium per procliuum.* ſic equeſtria equitum loca erant. Seneca, *equeſtria omnium equitum Romanorum ſunt.* Seneca lib. 7. de benefic. c. 12. his etiam vocabulis vtitur Tranquillus. erant in circo oua, delphines, & columnæ ſciæ, meſſiæ, titulinæ. Proinde Iuuenalis Sueton. in Caligula c. 26. ſcripſit, Saty. 6.

Conſulit ante phalas Delphinorumque columnas.

O quam dignus eras alapis Mariane Latini. Lib. 5. epig. 62.

Te ſucceſſurum credo ego panniculo:

ſcribit Martialis. Nam mimi in theatralibus ſpectaculis cùm dabantur, alios mimos ad riſum excitandum alapis cædere ſolebant: quod & Septimius Florens ſignificat, cùm ſcribit, *Inſuper contumelijs alaparum ſic obijcit, quaſi de præcepto domini ludat.* In quo ſcriptore reperio fungum à ſimilitudine, in auribus pugilum tuber prominens appellari ex ictibus ceſtuum. Eius verba ſubſcribam, *Tales enim cicatrices ceſtuum ad callos pugnorum & aurium fungos à deo cum ſuo plaſmate accepit.* Spongijs ad ſiccandum vulnerum ſanguinem & reprimendum vtebantur: cunque ſæpenumero vſuueniret, vt retiarij, qui cum myrmillonibus depugnabant, vulnerarentur, & ſpongijs egerent, idcirco Septimius ſpongias retiariorum dixit. neque enim ſatis aduerſus parem ſuum muniti erant, cùm toti in reti iaciendo intenti eſſent. verba Tertulliani ſunt, *poterit de miſericordia moueri defixus in morſus vrſorum, & ſpongias retiariorum.* Tertull. de Spectaculis. Rude gladiatores, & pileo donabantur, cùm & libertate donabantur, & ferro dimicandi neceſſitate liberabantur, ſed tantum batuere rudibus cogebantur. Septimius, *& qui inſigniori homicidæ leonem poſcit, idem gladiatori atroci petat rudem, & pileum* Tertull. de Spect.

conferat. Sed qui ſtultitiam in his rebus veterum noſſe cupit, is Tertulliani librum de ſpectaculis legat, & bene de moribus noſtris ſperabit, cùm videbit à tali dementia tanto nos interuallo hodie diſtare, mirabiturq́; mundum propemodum, qui olim inſaniebat, ſtoicum quendam ſapientem factum eſſe.

Chalcidicum, nona, decima, parta, mora, lallus, lallare, maxima mamma, tata. CAPVT XXXIIII.

Feſtus lib.3. CHALCIDICVM ſcribit Feſtus genus ædificij eſſe ab vrbe Chalcide dictum: huius meminit Vitruuius libro 5. his verbis, *ſin autem locus amplior in longitudine, chalcidica in extremis conſtituantur*: nec prætermiſit Dio. ἐπεὶ δὲ ταῦτα διετέλεσε, τό, τε Ἀθήναιον καὶ τὸ χαλκιδικὸν ὠνομασμένον, καὶ τὸ βουλευτήριον τὸ Ἰούλιον τὸ ἐπὶ τῇ τοῦ πατρὸς τιμῇ γενόμενον καθιέρωσεν. Nec præterijt Caſſiodorus in Conſulum faſtis. Videor etiam obſeruaſſe Chalcidicum pro cœnaculo poni. Quod enim Homerus ſcripſit,

Lib. 5. c. 1.
Dio.
Homerus.

Γρηῢς δ' εἰς ὑπερῷ' ἀνεβήσετο καγχαλόωσα,

Periocha 23. Odyſſ. conuertit Auſonius,

Chalcidicum greſſu nutrix ſuperabat anili.

Sed quoniam, vel errones vel emenſores ſumus, nullóq; loco ſedem figimus, ſimileſque profugis Scythis palamur, per alios auctores noſtro more vagati aliquid prædæ abigemus & huc conferemus. Duæ Parcæ à Latinis, inquit Gellius, vna à partu noni menſis nona: altera, ab enixu decimi menſis decima dicebatur: accedebat tertia, quæ Parca dicebatur inquit, quaſi parta mutato t in c. Septimius tamen Florens Partulam deam agnoſcit, quæ puerperijs præerat, quæ quidem non alia eſt quàm illa ſiue Gellij ſiue Varronis Parca. ſed teſtatò agendum eſt, & verba Tertulliani audienda, *Hæc æſtimando etiam ſuperſtitio Romanam Deam finxit Alemonam alendi in vtero fœtus, & nonam & decimam à ſollicitioribus menſibus, & Partulam, quæ partum gubernet, & Lucinam, quæ producat in lucem: nos officia diuina, angelos credimus,* id eſt, nos credimus angelos Dei miniſtros eſſe. Ita enim officium, vt & in iure ciuili officium iudicis & officiales, accipitur.

Cap. 19. li. 3.

Inſtit. lib. 4. tit. 17. Eſt & Latinis mora vel mœra parca, vt apud Liuium Andromicum,

Quando aduenit dies quem profata mora eſt.

Nato puero tota, inquit idem Tertul. *hebdomade proponebatur Iunoni menſa: vltima die fata ſcribenda aduocabantur*: hinc nato Salonino ſcribit Maro ex illa conſuetudine,

Eclog. 4.

Talia ſecla ſuis dixerunt currite fuſis,
Concordes ſtabili fatorum numine Parcæ.

Ibid. Maro cùm ſcribit, *— cui non riſêre parentes,*

Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili,

ex antiquorum consuetudine sensit: cùm Varro, vt Donatus refert, scripserit veteres olim solitos esse pueros initiare Edulię Poticę & Cubę, id est diuis edendi, potandi & cubandi: quod quidem fiebat cum à lacte & cunis transierant. ex his Varronis verbis Maronem Probus interpretabatur, vt nec deus, qui alimento præest, eum pasceret, cui parentes non adrisissent, nec dea cubili foueret. proinde qui nec cibo nec lecto dignus censeretur, vitalis minimè esset. Seruius tamen non ineleganter de Vulcano intelligit, quem nec epulis dignatus est Iupiter, nec connubio Minerua: Vulcano autem non adriserat mater Iuno nato, deformitatem eius auersata. Nos tamen fortasse, vt spero commodius ex opinione Quintiliani locum hunc enucleamus. Lallus Deus fuisse videtur, qui præesset nænijs illis balbis, quas nutrices pueris occinunt, & pueros reddere cogunt. nulla enim litera est quam facilius sonant pueri, quàm lambda: quinetiam eius frequentia somnum inducebant: Ausonius de filio Probino,

In Phorm. Terentij act. 1. sc. 1. — *Eclog. 4.* — *Lib. 9. c. 3.* — *Epist. 17.*

Nutricis inter lemmata, Lallique somniferos modos.

Inde lallare Persij natum crediderim, *Saty. 3.*

— & iratus mammæ lallare recusas.

Mammam autem in Persio nutricem esse putem, vt & apud Martialem, *Lib. 1. epig. 68.*

Mammas atque tatas habet Afra, sed ipsa tatarum,
Dici & mammarum maxima mamma potest.

Maxima autem mamma dicitur, vt dicitur magnus socer, vxoris auus: maior socer, vxoris proauus, maximus socer, vxoris abauus. ergo maxima mamma est, vt ita dicam, abnutrix. de mamma sic scribit Ammonius, τίθη μὲν γάρ ἐστιν ἡ τοῦ παιδὸς τροφός, ταύτας δ' ἔνιοι μαίας καὶ μάμμας καλοῦσι. Simile est illud in epigrammate Græco.

Βάπτε δὲ τὰς λευκάς, καὶ λέγε πᾶσι τατᾶ.

Syrma, Maro explicatur, dextra & sinistra in mundo, vmbræ sinistræ, dextratio, alter orbis, reduuiæ, amplum sestertium. CAPVT XXXV.

QVÆDAM non ita trita nec peruulgata, vel verba, vel dicendi genera è Solino hinc inde sparsim excerpta memoriæ mandare decreui, vt bonæ iuuentutis laborem leuem, & eruditionem adiuuem. *Vestitur*, inquit, *syrmate*: hîc syrma vestis est fluxa & prolixa humumque verrens, qualis erat tibicinum & fidicinum, vt apud Flaccum. *Solinus c. 56.* — *In arte poët.*

— traxitque vagus per pulpita vestem.

eandem & Orpheo tribuit Maro, *6. Aen.*

Eleg.4.lib.3. *Necnon Threicius longa cum veste sacerdos.*

eam etiam vestem Tibullus significasse videtur cùm cecinit,

Ima videbatur talis illudere palla.

Idem Solinus vocat dextra in mundo septentrionalia, læua meridionalia, Solinus c.56. cum de Taprobanæ incolis, *Solem*, inquit, *Orientem dextra habent, occiden-* Lucanus.li.3. *tem sinistra.* Et Lucanus,

Vmbras mirati nemorum non ire sinistras,

Solinus c.36. id est non ire versus meridiem. Solinus, *vmbræ quæ nobis dextræ sunt, illis* Liuius lib.1. ab vrbe cond. *sinistræ.* At apud Liuium lib.1. ab vrbe condita, augur dextras ad Meridiem partes, læuas ad Septentrionem dicit. Aristoteli dextra sunt exortiua, læua occidua. Plinio contra lęua exortiua, dextra occidua, antica ad meridiem, postica ad septentrionem. sic enim scribit,

Aristot. lib.2. de cælo c.2. *Omnium autem errantium syderum meatum interque ea solis & Lunæ contrarium mundo agere cursum, id est læuum, illo semper in dextram præcipiti.* Iterum, Plinius cap.8. lib.2. *læua prospera existimatur, quoniam læua parte mundi exortus est.* Varroni quo- Plinius c. 54. lib.2. que sinistra ab oriente sunt in templis effandis, dextra ab occasu, antica ad meridiem, postica ad Septentrionem. Varro. lib. 6. de ling. Lati. Terræ duo sunt hemisphæria siue latera: vnum incolimus, nosterque orbis dicitur: alterum, inquit Mela, an- Mela lib.1. tichthones, qui sunt in orbe altero. Itaque aliquando orbis alter putata Taprobana est: sed postea compertum insulam esse, non continentem. Cap.56. Solinus, *diu*, inquit, *orbem alterum putarunt, & quidem eum quem habitare antichthones crederentur.* Cùm autem ait à Ratumenæ quadrigis Tarpeium Cap.47. Iouem terna dextratione lustratum fuisse, dextrationem pro cursu & gyro equorum in dextram intelligit, quod in gratulatione & lætitia fiebat, vt in Lib. 6. Thebaid. luctu cursus in læuum agebatur, vt Papinus lib.6. scribit,

— hic luctus abolere, nouique
Funeris auspicium vates, quanquam omnia sentit
Vera, iubet dextro gyro.

antè enim dixerat, *— lustrántque ex more sinistro Orbe rogum.*

Solinus c.35. Reduuias pro reliquijs vsurpat. *ea*, inquit, *dum reduuias escarum affectat*: sic Solin c.15. & tegumenta reliquiasque concharum vocauit, *Reduuiæ*, inquiens, *conchyliorum, & alia multa quæ affatim mari incito expuuntur.* de reduuijs autem cap.8.lib.17. antè nescio quid diximus, quas ratio reluuias dici postulat, vsus etiam reduuias. Amplum sestertiũ, pro magna nummorũ summa posuit, haud vulgari celebriq; dicendi formula, credo vel quia sestertium neutrius generis nummus est omniũ apud Romanos maximus, vel potius quòd summas ad sestertiorũ rationem reuocare solebant: vnde & centum millia sestertiũ & decies sestertiũ, dicebãt: vt proinde amplum sestertiũ, pro immensa sum- Solinus c.30 ma, à posteriore hac causa manasse suspitio sit. Solinus, *deniq; basilisci reli-*

quias

quias amplo ſeſtertio Pergameni compararunt. hæc nos hinc inde è Solino libauimus, floriferis vt apes è ſaltibus.

ADRIANI TVRNEBI ADVERSARIORVM LIBER DECIMVSNONVS.

Igne probati, vtentior, obſus, & quædam apud Ciceronem emendata. CAPVT I.

AVRVM igne optimè probari ecquis eſt omnium qui ignoret? ita enim maximè probum improbumque explorari in ore eſt omni populo. Nec coticulæ tanta in hac re fides eſt, quanta ignis: etſi eius ope tradunt ſcrupulari differentia & diſcrimine aurum omnis generis ſpectari. Hinc illa præclara & elegans Ciceronis manauit elocutio lib. 2. Officiorum, *quod in quo viro perſpectum ſit, hunc igni ſpectatum arbitrentur.* quam tamen vti monetā adulterarunt, quòd vt ſuſpicor concinnitatem tranſlationis non perciperent, & dignum ſpectatu ſcripſerunt, vt ne quid aliud dicam, certè ſenſu improbando, neque vlla ex parte cum eo quem antea, vt ſurreptitium ablegarant & amandarant, & nunc aſſertum & reuocatum in poſſeſſionem mittimus, conferendo. Sed nos hîc aſſertores quiſpiam putabit, qui ſatis præſtare non poſſimus? Ego verò eam aſſertionem non hominum, ſed librorum eſſe affirmo antiqua virtute & fide: quod qui non credit, me nimis ingenioſum putat, qui ſine auxilio id excogitare potuerim. Et quando de auro agitur, in priſco dictionario reperi obſus τὸ δοκιμάζον τὸν χρυσὸν ὅταν παρατρίβηται, vt videatur nomen eſſe deprauatum è Græco βάσανος. In eodem lib. auratores ſunt χρυσωταί: auri leguli χρυσεκλέκται. auraria & aurifodina χρυσορυχεῖον. Ego quoque illud eiuſdem libri illis antiquis codicibus prædibus & prædijs ad cauendum iuuentuti obligatis ſic lego, *ſed fac iuuare, vtentior ſanè ſit.* Hodie per exemplaria proſeminatum eſt potentior: credo hominibus ſemidoctis, quo enim alio nomine eos appellem? illud vtentior parum placuiſſe, quo tamen cur ſint offenſi, certè non video. Illud conſtat potius hîc Ciceronem de vſu diuitiarum, quàm de potentia verba facere

cic. 2. Offic.

ibid.

debuisse. addam & ex eodem libro huc tanquam ea quæ tabulis pictores parerga adpingunt: *Nec*, inquit Cicero, *illi multa sæcula expectanda fuerunt.* Scribo, *næ illi.* sequitur enim mox, *modò enim hoc malum in hanc Rempub. inuasit.* quod liquidò ostendit multa ei sæcula fuisse expectanda. *Habitant*, inquit, *gratis in alieno* : ego, idque librorum antiquorum fiducia & sensus, *habitent* lego, vt sit sensus figuratus, habitarénc debent gratis in ædibus alienis? *At vero*, inquit, *hic nunc victor, tum quidem victus.* hodie noster victor editiones exprimunt: particula tamen, *tum* nostræ emendationi suffragatur, editioni refragatur: accedit incorruptæ & sanctæ antiquitatis non dubia fides, qua fretus hanc cunctanter & indubitanter damnabo publicatorum librorum consensionem & conspirationem in veritatem coniuratam.

Lib. 2. Offic.

Ibid.

Tutela nauigij, pontica pinus, Cyclades, Ægæon, puppi coronas imponere. CAPVT II.

Quintil. lib. 8. c. 6. Od. 14. lib. 1.

In illa Horatij allegorica naui, quæ auctore Fabio Rempub. significat bellis Philippensibus naufragam, aliud ciuile tentantem periculorum mare. Nam de bruto reparante bellum ciuile post Cassij mortem qui intelligunt, imperitè faciunt. quo enim pacto vnius noctis interuentu belli reparatio intelligi potest? nam postridie Brutus necem sibi consciuit: sed tamen in illa naui, vt dicere institueram, quædam obseruanda sunt, vt illud,

Ibid.

Non dij quos iterum pressa voces malo.

Nam qui sunt illi dij, quos ei dicit deesse? ego existimo ex consuetudine veterum id scriptum esse, qui in puppi sacrarium quoddam habebant veluti lararium: Persius,

Saty. 6.

— iacet ipse in littore, & vna Ingentes de puppe dij.

Hesychius.

Hesychius, πάταικοι θεοὶ φοίνικες, οὓς ἱστᾶσι κατὰ τὰς πρύμνας τῶν νεῶν. Hæc tutela nauis, erat & insigne. D. Lucas in actis, ἀνήχθημεν ἐν πλοίῳ παρακεχειμακότι ἐν τῇ νήσῳ Ἀλεξανδρίνῳ παρασήμῳ διοσκούροις. Valerius Flaccus,

Cap. 28.

Lib. 1. Argonaut.

Visa coronatæ fulgens tutela carinæ.

Hîc quoque, vt sæpe antè feci, & posthac faciam, appellabo vetus lexicon, in quo scribitur, *tutela*, παράσημον πλόιου. Maro lib. 10.

— & aurato fulgebat Apollonie puppis.

Virgil. lib. 10. Æn.

De tutela illud Valerij lib. 8. accipio,

Valerius Flaccus lib. 8.

Hæserat auratæ genibus Medea Mineruæ.

Ea etiam causa est, cur puppi coronas imponebant, quòd ibi sacrarium nauigij erat. Maro,

1. Georg.

Puppi-

Puppibus & læti nautæ impoſuêre coronas.

Nihilo ſecius & illud explicationis videtur indigere.

Quanuis pontica pinus, Od.24.lib.1.
Siluæ filia nobilis
Iactes & genus & nomen inutile.

Sed ita habendum, fuiſſe in Ponto optimam materiam naualem vel Catullo teſte, *Vbi iſte poſt faſellus, antea fuit Comata ſilua: nam Cytorio in iugo, Loquente ſæpe ſibilum edidit coma.* Sequitur non longo interuallo, *interfuſa nitentes Vites æquora Cycladas*: id eſſe arbitror, vide ne loca naufragijs infeſta tenres, vbi freto concitato feruet mare, & nauigia ſubuertit, aut vadis illidit & breuibus. Tale mare eſt Ægeum auctore Dionyſio, qui de eo ſcribit, ὀυ γὰρ τις κείνῳ ἐναλίγκια κύματ᾽ ὀφέλλει: ſed vel maximè quà Cyclades ſunt: Maro lib. 3. Epig.4. Od.24.lib.1. Dionyſius de ſitu orb. 3. Aen.

—ſparſáſque per æquor
Cycladas, & crebris legimus freta concita terris.

Et lib. 4. Epigrammaton,

Πᾶσα θάλασσα, θάλασσα. τί κυκλάδας, ἢ στενὸν Ἕλλης
Κῦμα, καὶ ὀξείας, ἠλεὰ μεμφόμεθα.

Ægeon eſt Heſychio pelagus circa Cycladas. inquit enim, αἰγαίων ἐπιτελαμίως ἐνάλιος θεὸς, καὶ τὸ περὶ τὰς κυκλάδας πέλαγος. Papinius lib. 5. Thebaidos. Heſychius. Papinius li. 5. Thebaid.

Dijs pelagi ventiſque & Cycladas Ægæoni
Amplexo.

Atque vt hoc quoque addam, quòd Ægæon deus ſit marinus, vt Heſychius ſcripſit, qui etiam addit ſic appellari Briareum & Neptunum. ex eo intelligimus cur Ouidius lib. 2. Metamorphoſeos Ægæonem in dijs marinis ponat. ſic enim ſcribit, Ouid. 2. Metamorph.

— balenarúmque prementem
AEgæona ſuis immania membra lacertis.

Eſt & Ægon ægæum mare. Valerius, Lib. 1. Argonaut.

— & quanto fremitu ſe ſuſtulit ægon?

Iterum, *—nec tantas quanuis Tyrrhenus & ægon* Lib. 4. Argon.
Voluat aquas. Papinius, Papinius li. 5. Thebaid.
Pieria innumeris, quas ſpumifer aſsilit Ægon.

Illud autem, *Nuper ſollicitum quæ mihi tædium, Nunc deſiderium curáque non leuis*, non crediderim accipiendum de tempore ipſius ſub Bruto militiæ: ſed in hanc potius ſententiam, me nuper iſtius Reip. ſtatus tædebat & pigebat, & iniquo animo victores iſtos ferebam: nunc tamen, poſtquam periculum iteratur atque renouatur, quod erat antè mihi tædio, nunc incipit eſſe deſiderio: vt magnopere metuam, ne ſtatus Reip. mutetur facto Od.14.lib.1.

Lib.8.c.6. naufragio. Sic ista mihi videntur congruenter Fabij sententiæ explicari posse, quam equidem cur veriorem putem, quàm eam quam de Bruto alij comminiscuntur, afferre si vacaret possum: sed nos properamus, nec disputationes longas oratione explicamus.

Nereus vaticinatur apud Horatium, carmina diuidere, Mars Siluanus, coronati carmina scribebant, vincibilis clangor, vitrea Circe. CAPVT III.

Od.15.lib.1. QVAESITVM esse memini à duobus eruditis viris, quid esset causæ cur Horatius fata vaticinantẽ induxerit Paridi Helenam nauibus in Asiam asportanti Nereum potius, quàm alium aliquem deum: atque vni ea causa videbatur esse, quòd cùm dij futura sciant, probabilius fuit ea à deo marino cani, quàm alio: alter hic addendum putabat, cùm diuinitus sciant vt dij omnes alij, sic marini, tamen inter eius elementi deos veri cognitionem potissimum tribui Nereo, vel Hesiodo teste, qui in Theogonia

Hesiod. in Theogon. scribit, Νηρέα τ' ἀψευδέα καὶ ἀληθέα γείνατο πόντος.

Quam etiam in sententiam propensior sum, atque eam veriorem arbi-

Od.15.lib.1. tror. Inquit idem Horatius,

Imbelli cithara carmina diuides:

In quo quæritur quid sit diuidere carmina cithara. Id verò esse videtur carmina per citharæ neruos partiri, quod citharœdi faciunt cùm modulantur. nunc enim hanc, nunc illam chordam carpunt, & de cantilena huic & illi chordæ aliquid impertiunt, sic enim per citharam carmina diuiduntur: vel potius cithara carmina canuntur, audientibusque diuiduntur. simile est quodammodo illud eiusdem,

Od.36.lib.1. *Nulli plura tamen diuidit oscula:*

Od.17.lib.1. quod est impertit, tribuit. Quod autẽ ait in carmine ab hinc tertio, Faunum amœnum mutare Lycæo Lucretilem, per Faunum intelligit Pana, qui in Arcadia colebatur, vt Faunus in Latio. Credebatur autem Faunus, vt & Pan fistula delectari, & ea plerumque canere, eiusque modos audiri fides erat, quod & hîc Horatius significat cùm scribit,

Ibid. *Vtcunque dulci Tyndari fistula,*
Valles & Vsticæ cubantis
Læuia personuêre saxa.

Hoc enim de Fauni non de pastorum fistula auguror intelligendum esse, vt antè explicaui: delectari autem eum fistula antiquitatem credidisse sic

Hymn.10. περὶ στεφάνων. ex Prudentio intelligimus,

Faunos, Priapos, fistularum præsides.

Dij eiuſdem generis erant Siluani, quibus, vt & quibuſdam aliis diis, nomen Martis tribuebatur, M. Cato. *Marti Siluano in ſilua interdius.* & vt opinor auis picus Martius ideo dicebatur, quòd ex Pico, vt in fabulis eſt, Martis Siluani filio, in auem eſſet mutatus. Siluanus à græcis exponitur, πᾶς ὑλαῖος θεὸς, ſed & πᾶς σιληνός. quod autem quærunt, cur vitrea Circe ab Horatio dicatur? id verò ſine controuerſiia eſt. ſic enim appellatur vt maritima dea, aut maris accola. Is enim marinis diis color, vt & cæruleus & glaucus, tribuitur. Maro de Nereidibus, Cap.83. Od.17.lib.1.

— mileſia vellera Nymphæ 4.Georg.

Carpebant hyali ſaturo fucata colore. Iterum,

— vitreiſque ſedilibus omnes Obſtupuêre.

Nos hîc iterum de explanatione verſus huius Horatiani, Od.17.lib.1.

Vndique decerptam fronti præponere oliuam,

differemus, vt is locus nihil caliginis hil nebularum habeat, ſi modo id conſequi poterimus. Exiſtimo veteres cùm verſus ſcribebãt, ſolitos eſſe ſe corona redimire. Nam vt vates & ſacerdotes coronati infulatíq; erant, vt apud Maronem, 7.Aen.

Quin & Marrubia venit de gente ſacerdos,
Fronde ſuper galeam, & fœlici comptus oliua.

Et apud Papinium, Lib. 3. Thebaid.

Huc gemini vates ſanctam canentis oliuæ
Fronde comam, & niueis ornati tempora vittis.

Ita poëtæ verſus condituri, velut auſpicatò ſe fronde coronabant, deos ſibi conciliantes hac tanquam religione. Qui igitur de Athenis & Mineruá canere parabat, oliua caput ſuum comebat & ornabat. his etiam illud Horatianum illuſtratur, Epiſt.1.li.2.

Fronde comas vincti cœnant & carmina dictant.

Et Valerianum, Valer.Flac.li.1.Argon.

Phœbe faue, ſi cumeæ mihi conſcia vatis
Stat caſta cortina domo, ſi laurea digna
Fronte viret.

Clariſſimus v. Herricus Memmius grauiſſimos & politiſſimos poëtæ cuiuſdam veteris mihi donauit verſus, quos multis locis corruptos feliciſſimè emendauit. Ille poëta res in Hiſpania gerens ab amico rogatus, vt carmina ſcriberet de ſideribus, & aſtrologia, hoc ita circunloquitur, indicis vt Phœbi frondea meos ſuccingant crines, & ederæ meas comas inumbrent. ſed totum carmen ſubijcere propter elegantiam pondúſque verborum & ornamenta placet. Petrus Daniel egregius iuuenis carmen hoc audet Varroni Atacino tribuere.

TV

TV forte in luco lentus vaga carmina gignis,
Argutosque inter latices & musica labra
Pierio liquidam perfundis nectare mentem:
At nos congeries obnubit turbida rerum,
Ferrataeque premunt milleno milite curae,
Legicrepi tundunt, latrant fora, classica turbant:
Et trans oceanum ferimur porrò usque, niuosus
Cùm teneat Vasco, nec parcat Cantaber horrens.
En quibus indicas vt crinem frondea Phœbi
Succingant, ederaeue comas augustius vmbrent.
En quos flammantem iubeas volitare per æthram.
Quin mage pernices aquilas vis pigra elefantum
Præcurret, volucrémque pigens testudo Molossum:
Quàm nos rorifluam sectemur carmine lunam:
Sed tamen incuruus per pondera terrea nitens,
Dicam quur fesso liuescat circulus orbe,
Purpureúmque iubar niuei cur tabeat oris.
Non illam, vt populi credunt, nigrantibus antris
Infernas vlulans mulier prædita sub vmbras
Detrahit altiuago è speculo, nec carmine victa,
Vel rore stygias*
Vincibilémque petit clangorem. quippe per æthram
Qua citimus limes dispescit turbida puris
Inuiolata meat: sed vasto corpore tellus,
Quæ medium tenet ima polum, dum lumina fratris
Detinet vmbriferis metis, tum sydere casso
Pallescit teres vmbra rotæ dum transeat axem
Aggerei velox tumuli, speculóque rosanti
Fraternas reparet per cælum libera flammas.
Sed quia mira putas, cur cùm vis maxima solis,
Bis nouies maior clueat quàm terreus orbis,
Non circumcingat terrestres lumine metas:
Sume ratum rationis opus. namque aspice Phœbum,
Quàm sublimis eat conuexa per aurea mundi,
Quánque humilem terram conlustret curribus altis:
Hic ingens vt cunque libet vel desuper ignes
Sparserit, obliquo vel cùm radiauerit axe,
In terram radij franguntur, cætera solis
Lumina, qua maior iaculis radiantibus exit,

Nil obstante globo tendunt per inania vasta,
Donec pyramidis peragat victa vmbra cacumen
Per quam cùm Phœbe gelidos agit vda iugales,
Infima vicinis nonnunquam decolor vmbris
Fratre caret, vacuóque exanguis deficit ore.
Cur autem sola spolietur lumine luna
Nil vero mirum est. quippe illam lucis egentem
Lux aliena fouet, quam cùm pars proxima metæ
Inuidet, expectat radios malè cærula fratris.
At chorus astrorum reliquus non tangitur vmbris:
Et proprium cunctis iubar est, nec sole rubescunt:
Sed sudum. *
Porro vltra solem rapitur cum uertice cæli.
Iam cur semenstri non semper palleat orbe,
Inflexi præstant obliquo tramite cursus.
Namque vagans errore rato cùm deuia tortos
Colligit anfractus, metam sol eminus exit,
Intorquétque peplum noctis radiátque sororem.
Hæc eadem ratio est, subitis cur frangitur vmbris
Augusti solis rutilum iubar, indiga lucis
Quando inter terram & solem rota corporis almæ,
Luna meat fratrem rectis obiectibus arcens.

His autem in versibus attendendum eleganter lunam dici rorifluam, quod noctu cadat ros, quo tempore luna regnat. Sed & Alcman, vt à Plutarcho & Macrobio scriptum est, rorem filium lunæ, & aëris dixit, διὸς θυγάτηρ μέγα τρέφει καὶ σελάνας. Speculum autem lunæ dicitur, quòd lunam speculum quoddam solis crediderint, & vultum qui in ea liuet & nigricat, imaginem quidam magni maris censuerint. Plutarchus, λέγει γὰρ ἀνὴρ εἰκόνας ἐσοπτρικὰς εἶναι, καὶ εἴδωλα τῆς μεγάλης θαλάσσης ἐμφαινόμενα τὸ καλούμενον πρόσωπον. Iterum. ἥτε πανσέληνος αὐτὴ πάντων ἐσόπτρων ὁμαλότητι, καὶ στιλπνότητι κάλλιστόν ἐστι, καὶ καθαρώτατον. At verò vincibilis clangor vlulatus est & strepitus tumultusque hominum laboranti lunæ aduersus veneficia opitulantium, susurrosque magicos superantium. Iacula porrò radiantia dicuntur radij solis, vt à Lucretio, *lucida tela diei*: peplum noctis, vmbra terræ.

Plutarch. li. 3. sympos. Et in causis physic. Macrob. li. 7. Saturn. c. 15.

Lib. de vultu qui cernitur in orbe Lunæ.

Lib. 1. 2. & 6.

Mensa tripes, concha salis, incrustare vas sincerum, Horatius emendatus. CAPVT IIII.

APVD Flaccum nequissimus ille Tigellius, in viuendi ratione dissimilior

Satira 3. lib. 1.

milior & inæqualior, quàm æſtas hyemi comparata, modò reges atque tetrarchas loquitur, modò ſubitò mutata voluntate, quaſi frugi, ait, *modò ſit mihi menſa tripes & concha ſalis puri*: vbi menſam tripedem interpretor mutilam & claudam vno pede, vt plerumque pauperiorum ſupellectili Lib. 12. epig. 32. accidit. ſic apud Martialem ſcribitur, *ibat tripes grabatus*, id eſt vno pede claudus. nihil, inquit Hermogenes, moror iſtorum lautitias, vel tripedem boni conſuluerim menſam: nec moueor epulis exquiſitis & opiparis, mi- Horat. lib. 1. Saty. 3. hi pro obſonio fuerit vel ſolus ſal & merus, quem lingam. Id enim puto Plin. lib. 3. c. 7. eſſe quod dicit, *concha ſalis puri*, præſertim cùm quibuſdam obſonij loco eſſe Plinius ſcribat. Senſum autẽ interpunctio improba in ea ecloga corrupit. ſic enim puto diſtinguendum eſſe,

Saty. 3. *Iracundior eſt paulò, minus aptus, acutis*
Naribus horum hominum rideri poſſit.

Nam hominem iracundum eſſe ait, & non aptum nec appoſitum nec accommodatum ad hominum aliorum mores. Ac ne me in alieno oſtentem, militemque glorioſum imiter, ſic diſtingunt chirographi libri & interpretes antiqui. Ibidem ait, ſiquis nobiſcum probus viuat, à nobis per contumeliã iniquam appellari demiſſum: ſi quis tardior, vocari pinguem, quod eſt nullius ingenij. Legendum itaque eſt,

Ibid. *Tardo cognomen pinguis damus.*

Sincerum, inquit, *cupimus vas incruſtare*,

id eſt malo quodam inficere ſucco: quod dictum eſt inuerſis verbis accipiendum. incruſtare autem eſt tanquam cruſta quadam tectorij obducere. Varro de glirario, *Tota leui lapide aut tectorio intrinſecus incruſtatur*. Calices etiam ſuccis quibuſdam lentis & craſſis medicatiſq; ſaporibus incruſtan- Scribonius c. 135. tur. Scribonius Largus, *calices quoque eis incruſtentur additis quinque vel ſex ſalis vel farris granis*. Hîc autem incruſtationem de ſucco vitioſi ſaporis, & liquorem inficiente in vas miſſum interpretandam cenſeo cum omnibus enarratoribus: vt & apud Lucillium,

— nam vel regionibus illis
Incruſtatus calix ruta caulique bibetur.

Quædam in tertia Tuſculana emendata, ſcindere comam, Medeai miſeriæ. CAPVT V.

QVI arroganter de ſe prædicant, cùm locum aliquem emendant, videri perſimiles volunt Herculi domitori monſtrorum orbiſque pacatori: recordantur & pabulorum regis Augiæ. nos monſtra domare non poſſumus, leues erratiunculas interdum deprehendimus, cùm velut in oculos incur-

incurrunt: vt, tertia Tuſc. malè edi putamus, *quanquam planè diſputationis*
ſunt delectationis: & plenæ diſputationes à Cicerone ſcriptum exiſtima- *Cic. Tuſcul. 3.*
mus. Hanc emendatiunculam non vendito, quæ attendentem nullo mo-
do fallere aut latere potuit: ſed nec hanc corruptelam eiuſdem paginæ
vllius ingenij eſſe puto corrigere ad integritatem, *aut eorum quæ dixi, ſi*
quid extitit, & ſi ſingularum rerum ſunt propriæ diſputationes. Lego enim, *ſi quid* *Tuſcul. 3.*
extitit, etiam ſingularum rerum ſunt propriæ conſolationes. Hanc ſcripturam
flagitat ſententia, quæ omnia expugnare debet officientia ſcriptoris vo-
luntati. Sunt & quædam guſtus antiqui & ſaporis obſeruanda, vt in illo
poëtæ priſci verſu eodem libro prolato,

Scindens dolore identidem intonſam comam. *Ibid.*

Hîc enim ſcindere, laniare eſt & vellere: vt apud Terentiũ in Eunucho, *Sc. 3. act. 4.*
Tum ipſam capillo conſcidit. ita autem ſcindere accipi hinc apparet, quòd
Bionis facetum dictum Agamemnonem irridentis ſtatim proferens ita
dicit, *in quo facetum illud Bionis, perinde ſtultiſsimum regem in luctu ſibi capil-* *3. Tuſc.*
lum euellere, quaſi caluitio mœror leuaretur. Atque, vt interea hoc moneam,
puto hîc diſtractas eſſe particulas, quæ coniungendæ ſint in ordinanda
ſyntaxi. Nam perinde quaſi dicendum arbitror. *Ibid.*

Cælo, autem, *atque terræ Medeai miſerias,*

In Ennij verſu è Medea, legendum eſſe digitis & aure admonemur. frau-
dantur enim iuſto ſyllabarum numero, niſi archaiſmus ille eum expleat.
Iam verò aſſentior Victorio legendum hydrauli. Nam ſat ſcio, Græcè *Ibid.*
αὐλῳ̃ν non dixiſſe in oratione Latina, cùm ei Romana vox non deeſſet ti-
bia: & acrior eſt tibiæ ſonus, quàm vt mœrore afflictum & ægritudine
oppreſſum delectare aut mulcere poſſit. Hydraulæ autem ſonus ſuauiſſi-
mus eſt & dulciſſimus: quanquam αὐλῶν legenti idem ſenſus exiſtet, cùm
in hydraula multæ tibiæ & fiſtulæ ſint. Cæterum cùm ait, *ſed & iam de-* *Ibid.*
cantauerant, opinor dicit, iam non decantabant, ſed decantare deſierant.
Corrumpit & pulcherrimum ſenſum vnius literæ inopia non longè inde,
Atqui tolerabilius feret incommodum. ſi *aut qui* legas, nihil ad ſenſum deſide- *Ibid.*
rabis: vt nunc quidem ſe verba habent, frigent: &, quando ita hodie mo-
ribus receptum eſt, vt non tam hominibus quàm ſcripturis fides habea-
tur, ita ſcriptum proferre poſſum in antiquo libro: in quo etiam reperi,
quod nec contemnendum duxi, *quia recentia ſunt maiora videntur, non quia* *Ibid.*
repentina. Vox enim *maiora,* etſi arceſſi poteſt è ſuperiori, tamen mihi vi-
detur planiorem explicare ſententiam, nec elegantiæ detrahere: de re-
gina autem Priami cantatur in verſu ex Andromacha, *ſeptum altiſono cardi-*
ne templum: vbi templum domicilium eſt, nam ne hoc quidem, quod ne- *Ibid.*
bula leuius, indignum iſta charta iudicaui.

Quædam in Petronio emendata, ſatyrion bibere, vitrea fracta, promittere, veſticontubernium, ad interdictum venire. CAPVT VI.

ANTIQVI videntur operibus, præſertim dulciarijs, & placentis interdum palati gratia ſeſamum aſperſiſſe. Homerus hoc confirmabit, qui in Batrachomyomachia ſcribit,

Οὐ δὲ πλακοῦς τανύπεπλος ἔχων πολλὴν σησαμίδα.

Homer. Batrachom. Et Petronius Arbiter, *& omnia dicta factáque quaſi papauere & ſeſamo ſparſa.* In eo autem ſcriptore, qui venuſtatem orationis ſuæ inquinauit ſpurciſſimis amoribus, legendum arbitror, *ad hoc genus exercitationis acceſſiſſe video.* huic fauet emẽdationi liber Memmij viri & clariſſimi & eruditiſſimi, in quo ſcribitur, *acceſſiſſe & ideo.* mox ſummã vſurpat pro perfectione & conſummatione & abſolutione. *Quis*, inquit, *poſtea ad ſummã Thucydidis, quis Hyperidis ad famam proceſſit?* Quod nouitate quidem blanda conciliatrice placet intelligenti, non attendenti, ſurdum & inane vocabulum eſt. Quod autem in eo ſcribitur, *Sed ne me putes improbaſſe ſtudium Lucinianæ humilitatis, quod ſentio & ipſe carmine effingam:*

Amat ſeueræ ſi quis artis effectus.

Aut vt in alijs editur, *Lucianæ improbitatis:* ego litura dignum arbitror, legendúmque Lucillianæ humilitatis. Nam Lucillius in ſatyris interdum ſe ad humilitatem iamborum demittebat, hodieque in grammaticis quidam eius iambici reperiuntur. &, *morem frugalitatis lege pellat exacta*, non more, nec pelleat, menſura verſus poſtulat, nec improbat ſententia. mox, *ne potentium captet*, lego. *nec perditis addictus*, Memmij liber ſine dubitatione elegãter & integrè ſcribit. *iam hiſtrionis addictus*, lego magna fiducia, cùm in Memmiano repererim, *hiſtriones.* Addictus autem non participatio, ſed vocabulum erit. Eleganter autem ſcribit de anicula, *diuinam ego putabam*, non vt editum eſt, *ducturam.* dicit enim ſe exiſtimaſſe eam ſcire diuinitus. Memmianus hic quoque liber, cuius teſtationem ſæpe hoc capite protulimus, teſtimonio ſuo nos adiuuat. Bibiſſe ſatyrion, pro ad libidinem eſſe incitatum & inflammatum dicit è vj illius herbæ: *adeo*, inquit, *vbique omnes mihi videbantur ſatyrion bibiſſe.* Vitrea fracta pro nugis & rebus nihili friuoliſque, perquam ſcitè dixit, *an videlicet*, inquit, *audirem ſententias, id eſt vitrea fracta?* Martialis, *—ſulphurata fractis permutat vitreis.*

Lib. 1, Epig. 89. Qui profeſſores ſunt artium, promittere dicuntur. Petronius, *& ego, ne quæſtibus tuis obſtem, aliquid aliud promittam:* id eſt aliquã aliam artem pollicebor. veſticontubernium dicit verbo iuncto, de ijs qui ſub eadem veſte cubant. *Quid*, inquit, *veſticontubernium facis?* venire ad interdictum, pro venire in ius ad prætorem bene Latinè etiam dixit. *Vt*, inquit,

ſi nol-

ſi nollet alienam rem domino reddere, ad interdictum veniret. Hæc tanquã ſcitamenta, quę palatum lectoris iuuarent, è ſcriptore contaminatiſſimi ſenſus, inter legendum colligebamus.

Lupinus, in controuerſiam eſſe, nocturni, feræ antiquorum, glacie gallica frigidius, myrteus, cœnatoria, guſtatio, deliacus. CAPVT VII.

LVPINOS antè ex Horatio Plautoque docuimus veros aſſimulare nummos, id & apud Petronium etiam obſeruaſſe videmur, apud quem ita ſcribitur, *ſed præter vnum deſponendum ſicel lupinoſque, quibus deſtinaueramus mercari, nil ad manum erat:* ſed tamen non minus falſa eſt iſta ſcriptura, quàm lupinaria moneta: ac ſi coniecturæ conceditur venia, legendum crediderim, *vnum dupondium ſcilicet.* In controuerſiam eſſe idem pereleganter Ciceroníſque modo, pro controuerſum eſſe & litigioſum dixit: *neque enim,* inquit, *res quæ viderentur in controuerſiam eſſe, ſed longè aliud quæri.* Nocturnus idem pro furibus dixit, quòd & noctu graſſantur fures & atrociores fures nocturni habentur: id de aduocatis dicit, qui veſtes auertere conabantur. *aduocati tamen,* inquit, *iam penè nocturni, qui volebant pallium lucrifacere, flagitabant vt apud ſe vtraque deponerentur.* Hoc autem eo eſt lepidius & vrbanius, quòd iam adueſperauerat, vt ambiguitatis ſenſus duplici gratia augeſcat, & aduocatorum nocturnorum & nocturnorum furum. Sic videntur antiquorum feræ fores occluſiſſe, vt exemptiles eſſent & quoties fores reſerarentur, feræ remouerentur, liberarenturq; è cathena pendentes, cùm non ita, vt nunc, impagibus hoſtiorum vncis adfixæ ferreis hærerent. Petronius Arbiter, *dum loquimur, fera iam ſua ſponte delapſa cecidit.* Ouid. *Excute poſte feram.* hoc eò admonendum duxi, ne iuue- nes, cùm legerent, mirarentur & obſtupeſcerent attoniti, cùm ad veteris, non ad huius temporis conſuetudinem & memoriam iſta reuocanda ſint. Petron. Ouid. 1. Amo. eleg. 6.

Nam ſanè & ſapiens contemptus iurgia flectit,

bonam non interpretatur ſententiam, credo ob ſcripturę vitium. Quòd ſi *cùm tempus,* ſcribatur, nemo vt opinor, de ſenſu meritò queretur. extat & apud eum prouerbium non prætereundum, Frigidior gallica hyeme. Gallia enim, quæ ad Septentriones tota penè vergit, horridiorem & ſæuiorem experitur hyemem. *Ego autẽ,* inquit, *frigidior hyeme gallica factus, nullum potui verbum emittere.* Myrtea gauſapina dicitur à Petronio de colore fructus myrtei maturi. Myrteus etiam color in equis à Palladio numeratur: verba Petronij ſunt: *Vltimo cynædus ſuperuenit, myrtea ſubornatus gauſapina.* Iſidorus explicat colorẽ preſſum in purpura. Balenatam vocat virgam quæ, vt opinor, è cartilagine balenæ fit, qualia videmus calatorũ ec- Palladius lib. 4. c. 13. Iſidorus li. 12. cap. 1.

clesiæ cõmentacula, vt veteres appellabant. verba Petronij subscribam, *Donec Quartilla balenatam tenens virgam, altéque succincta iussit infelicibus dari missionem.* Cœnatoria eidem vestes sunt, quibus in cœna antiqui vte-
Martial. li. 10. Epigr. 87. bantur, vt & apud Martialem,

Cœnatoria mittit aduocato.

Cœnatoria, inquit Petronius, *repetimus, & in proximam sellam ducti sumus, in qua tres lecti strati erant.* Gustatio est ei prima pars cœnæ, gustus alijs. *Iussi ergo*, inquit, *discubuimus, & gustatione mirifica initiati, vino etiam falerno inundabamur.* Inquit idem, *molles veteres deliaci manu recisi.* Deliaci fuêre mercatores, qui Delum frequentabant, vbi nobilissimus erat mercatus: sic Ci-
Cic. in oratore ad Brutum. cero pro Cornelio scripsit, *neque verò ornamenta ista villarum, quibus L. Paulum & L. Mummium, qui rebus his vrbem Italiamque omnem referserunt, ab aliquo video perfacilè Deliaco aut Syro potuisse superari.* Fortasse igitur ex ijs molles multi fuerunt: sed verius sit illic etiam venditos fuisse eunuchos &
Cap. 2. lib. 8. molles. Deliacorum etiam gallinariorum Columella meminit, & Cice-
Cic. in Lucull. ro in Lucullo, *An tibi quærendus annularius aliquis, quoniam gallinarium inuenisti deliacum illum, qui oua cognosceret.* Sic mihi Petronium legenti in mentem venit illudere huic paginæ.

Andabatæ. CAPVT VIII.

Ciceronis locus est in epistola ad Trebatium, qui vnius literæ abundantia obscuritatẽ habere videtur: eum ita vt in libris vulgò circun-
Cic. lib. 7. fam. epist. legi tuas. fertur subscribam, *Qui neque in Oceano natare volueris, studiosissimus homo natandi: neque spectare essedarios, quem antea ne andabatam quidem defraudare poteramus.* Ego dictione ea diutius perpensa, excussaque sententia tandem in hanc sententiam discessionem feci, vt putem andabata auferendi casu legendum esse. dicit enim, vt opinor: tu, qui ita studiosus eras Romæ spectaculorum Circensium, vt in multam noctem intensasque tenebras spectator sederes, vt andabatas pugnantes in tenebris videres, noluisti in Britanniam traijcere, vt Britannorum videres essedarios, qui andabatis similes sunt è curru pugnantibus. Olim autem post curricula Circensia serò noctisq; tenebris depugnabant interdum homines è curru Heroum antiquorum more, qui interpolato verbo Græco pro *anabatis*, andabatæ dicebantur à Latinis: duo autẽ homines sedebant in curru (vt Græci scribunt) auriga & παραιβάτης, qui idem etiam ἀναβάτης id est ascensor dicebatur: &, vt plerũq; fit, corrupta à Latinis & degenerãte voce, andabata. cùm autẽ noctu pugnarent, nec se propè viderent, vt ludicrũ etiam augeretur, interdũ oculis clausis dimicare cogebãtur. Hęc ego eò adscripsi, quòd eru-

ditissi-

ditiſſimos viros hac velut in ſalebra hærere videam, adeo vt non defuerit qui conijceret populos fuiſſe, qui clauſis oculis pugnare ſoliti ſint. tam amentes habere hoſtes, vt cæci dimicare velint, nemo eſt, vt opinor, qui non optaturus ſit.

Quædam explicata in arte poëtica Horatij, inania captat, cinctutus cyclicus, ſerpentes geminantur auibus, ærugo, mala ſcabies.

CAPVT IX.

NON tam intellectu facile eſt, quàm prima ſtatim ſpecie videtur, quam ſententiam complectantur illi duo Horatij verſus, qui omnibus ferè in ore ſunt:

Vtiliúmque ſagax rerum & diuina futuri, De arte poët.
Sortilegis haud diſcrepuit ſententia Delphis.

Hîc tempus non teram commemorandis aliorum interpretationibus, ne verboſus eſſe videar & infructuoſus: potius quid ſentiam explicabo. Hoc mihi dicere videtur Horatius, eo vſque progreſſam eſſe chori licentiam, vt obſcura ambage & inuolucris ſententiarum, quæ quidem de vitæ prouiſione præcepta continere ſolent, poëtæ vaticinari, & nihil ab oraculis delphicis penè differre viderentur. atque hoc præceptum ad ſententias & res pertinet, vt ſuperior verſus ad audaciam inſolentem verborum chori,

Et tulit inſolitum eloquium facundia præceps. Ibid.

Illud etiam eiuſdem libelli illuſtratione indiget,

Auctoris partes chorus, officiúmque virile Defendat: Ibid.

qua de re hic ſenſus eſt meus, Chorum nonnunquam ſolere poëtam defendere, euſque officium laudare, quod in parabaſi plerunque fiebat, vt ex Ariſtophane notum eſt. Itaque officium virile dici reor, quomodo dicimus pro mea virili. de officio, inquit, poëtæ diſſeret chorus, commemorabitque poëtam officio pro ſua parte non defuiſſe, elegantemque fabulam & lepidam dediſſe. explicatur non eleganter in antiquo lexico virile, ἴσον, ἢ κατ' ἀναλογίαν. Sed & quod ſubijcit,

— neu quid medios intercinat actus, Ibid.
Quod non propoſito conducat & hæreat aptè:

intelligo de choro in diuerbijs cum hiſtrionibus loquente in ipſis actibus: extra actus enim plerunque locos communes chorus canebat à propoſito remotos, quos etiam hoc loco mox attingit Horatius, ne longior ſim. ſurſum autem regredienti locus occurrit ſanè obſcurus,

Publica materies priuati iuris erit, ſi
Nec circa vilem patulúmque moraberis orbem.

Publicam materiam vocat argumentũ alijs poëtis adhuc intactum: quod priuati iuris erit, ſi quis ita tractet, vt poſtea nemo vel idem ſcribere auſit,

vel melius poſſit: quod quidem cõſequetur, ſi ſententias perſequatur non de medio nec è triuio ſumptas. Solent enim Græci, quorum ſedulus eſt eſt plerunque imitator Horatius, appellare ἐγκύκλια, id eſt circularia, quę vulgaria ſunt & obuia, quæque omnibus patent. deſiderat autem in bono ſcriptore ingenioſas & argutas & non vulgares ſententias. Proprium huius ſcriptionis eſt nullum ſeruare ordinẽ, ſed omnia interdum perturbatè permiſcere, & quicquid, vt dicitur, in buccam venit, ſcribere. eodem igitur in libello, quoniam ſtudemus, quantum poſſumus, bene mereri de iuuentute, ne illud quidem ſatis intelligitur,

Ibid. *Aut dum vitat humum, nubes & inania captat,*

quod in hanc ſententiam accipio: poëtæ quidam præſertim dithyrambici, verborum tumorem & amplitudinem conſectabantur, ijdemque plerunque de cœlo, nubibus, aëre, maiore cum verborum magnificentia, quàm ſententiæ pondere, ſcribebant: itaque in eos illudens Ariſtophanes ſcribit, ταῦτ' ἄρα ἐποίουν ὑγρᾶν νεφελᾶν στρεπταῖς γλαυδάιον ὁρμάν. Rurſum eodem loco, εἶτ' ἀερίας διερὰς γαμψοὺς οἰωνούς.

Ariſtophan. Nubibus.

Ibid.

De arte poët.

Siluis deducti caueant me iudice Fauni,
Ne velut innati triuijs, ac penè forenſes,
Aut nimium teneris iuuenentur verſibus vnquam,
Aut immunda crepent ignominioſaque verba.

Perſonæ Satyræ Græcæ, quæ tragœdijs interponebatur ad diſcutiendam earum mœſtitiam, numina erant ſilueſtria, Fauni, Siluani, Sileni, quibus cum etiam aliæ intexebantur colloquentes perſonæ. Sed & ſatyricę ſcenæ ornabantur in theatro arboribus, ſpeluncis, montibus, reliquiſque agreſtibus rebus in topiarij operis formam deformatis, vt Vitruuius ſcribit. Fauni igitur illi ſatyrici de ſiluis in theatrum deducti, non ita elegantibus & delicatis verſibus ludere debent, vt ſi in media vrbe nati eſſent, & vt ſi diutius in foro, vbi diſerti erant oratores, verſati eſſent: & tamen, quamuis ruſtici & ſilueſtres ſint, non debent ſermone vti ſordido & incompto, nec ita illoto & obſcœno, vt ſcurrę triuiales & ſalarij procaces in vrbis compitis & triuijs. Non dubitem autem affirmare mox pro fracti ciceris, fricti ciceris eſſe legendum. Iam verò illud,

Cap. 5. lib. 7.

De arte poët. *Perfectum decies non caſtigauit ad vnguem,*

à marmorarijs ductum eſſe cenſent interpretes, qui iuncturas marmorum vngue explorant: alij à fictoribus: qui primum manu informãt rude opus, deinde lineamenta & habitum omnemque ſpeciem vngue fingentes & perpolientes abſoluunt. Plutarchus καὶ γὰρ αἱ τέχναι πρῶτον ἀτύπωτα καὶ ἄμορφα πλάττουσιν, εἶτα ὕστερον ἕκαστα τοῖς εἴδεσι διαρθροῦσιν. ἢ πολύκλειτος ὁ πλάστης εἶπε, χαλεπώτατον εἶναι τὸ ἔργον, ὅταν ἐν ὄνυχι ὁ πηλὸς γένηται, id eſt, nam & artes primum

rudia

rudia & informia fingunt, deinde poſtea formis quæque exprimunt: proinde Polycletus fictor dixit, tum demum difficilimū opus eſſe, cùm lutum in vngue eſſet. Sic alio apud Horatium loco *ad vnguem Factus homo*, accipiendum eſt, pro eleganti & polito perfectoque eadem tranſlatione. Sed hîc finem non faciemus, & quandoquidem ſemel cœpimus, multo plura explicare in eodem opuſculo conabimur. Cùm igitur in eo ſcribitur, Saty. 5. Lib. 1.

— vt turpiter atrum Deſinat in piſcem, De Arte poët.

Ater, turpis & fœdus eſt. Ater etiam non inſolita Flacco vſurpatione, eſt malus & triſtis, vt,

— minuentur atræ Carmine curæ & Od. 11. lib. 4.

— Eripere atris Litibus implicitum.

Scrpentes, autem, *auibus geminentur*,

eſt biſorme quoddam animal ex aue & ſerpente componatur incredibili & inaudito & ſtupendo monſtri genere. *Aut flumen Rhenum*, ſcribitur etiam *aut flumen Rheni*, ſed illud alterum omnium ſuffragijs probatum & receptum eſt. Ait Flaccus,

— amphora cœpit

Inſtitui currente rota, cur vrceus exit?

magnificè eximieque poëma es exorſus, quod & ambitioſis deſcriptionibus excolere & exornare tentaſti: ſed neſcio quo modo impar oneri ſuccubuiſti, & magnum opus aggreſſus, in opuſculum deſiiſti, amphoramque amplam fingere auſpicatus nobis paruum vrceolum effinxiſti. Reperio autem ſcriptum,

— abdita rerum, &

Fingere cinctutis non exaudita Cethegis

Continget, dabiturque licentia ſumpta licenter.

Cinctutos verò dicit, quòd Cethegi antiqui tunicas non gerebant, ſed pro tunica cinctum vel campeſtre ab vmbilico ad pedes, reliquo corpore exerto & nudo, niſi toga in vrbe tegeretur. hinc Lucanus ſcripſit, Lib. 2.

— exertique manus veſana Cethegi.

Cùm autem ait Iambum aptum alternis ſermonibus, eum ſignificat verſum aptum eſſe fabularum dialogis & diuerbijs: cùm populares eum dicit vincere ſtrepitus, indicat verſum Iambicum in conſeſſu theatri tanta hominum multitudine ſtrepentis ſibi audientiam facere, & à populo tacente ſtrepitumq; & tumultū comprimente libenter æquoque animo audiri.

— cultorne virentis agelli?

id eſt olitor, quod hominum genus veteribus omniū erat & humilimum & viliſſimum, vt prouerbium oſtendit, De arte. poët. Aul. Gell. Lib. 2. c. 6.

Sæpe etiam eſt olitor. *Vnde pedem proferre,*

valet, non in angustum ita te locum conijcies, vt inde vltra progredi non possis, aut si coneris contra artem eiusque leges facias. Legi etiam in antiquo libro referre. *Vt scriptor cyclicus olim.* hîc quæri solet qui sit cyclicus, & multis proprium nomen videtur: ego censerem Epicum poëtam rhapsodum significari. nam rhapsodi versus heroicos scenæ & theatro dabât, qui fortasse vt versus dithyrambicorum à choro κυκλίῳ vocato cantabantur, ex quo & cyclij vocabantur, ab Horatio Cyclici. fidem huius rei epigramma Græcum facit, in quo scribitur,

Τοὺς κυκλίους τούτους, τοὺς αὐτὰρ ἔπειτα λέγοντας
Μισῶ, λωποδύτας ἀλλοτρίων ἐπέων.
Καὶ διὰ τοῦτ' ἐλέγοις προσέχω πλέον. οὐδὲν ἔχω γὰρ
Παρθενίου κλέπτειν ἢ πάλι καλλιμάχου.

Pro, *& concilietur amicè*, reperi, *& consilietur amicè.* atque illud consilietur etiã à collega meo doctissimo & disertissimo viro Lambino agnoscitur.

Postquam cœpit agros extendere victor, & vrbem
Latior amplecti murus,

hîc fortasse Horatius dixerit, nemini ius fuisse proferendi pomœrij, qui non agri aliquid imperio Romano adiecisset. Vopiscus in Aureliano, *Pomœrio autem nemini principum licet addere, nisi ei, qui agri barbarici aliqua parte Romanam Remp. locupletauerit.*

Vopiscus in Aureliano.

— Vinoque diurno Placari genius.

dicit, vt existimo. postquam licuit, & impunè fuit festis diebus de die lautè epulari atque conuiuari genioque indulgere, quod antè inhonestum, & probrosum habebatur, opusque censorium existimabatur.

— & apertis otia portis,

ait, quòd belli tempore vrbium portæ clauduntur, pacis aperiuntur. Ex eo in antiquo lexico Panda, θεὰ εἰρήνης exponitur.

Indoctus quid enim saperet, liberque laborum
Rusticus vrbano confusus, turpis honesto?

quam in sententiam dicatur, non satis constat. Ego putem dici ab vrbanis hominibus & honestis, scenicam & histrionicam artem, eius varietati & licentiæ studentibus & fauentibus, amplificatã esse, id dissimulante quamuis ægrè ferret, plebe rustica. nec enim mussitare inter vrbanos esset ausa, nec sapere visa esset, si voluptatem illam & lasciuiam luxumq; reprehendisset. numeri autem sunt versus, modi cantus.

— quibus est equus & pater & res.

id est equites, nobiles, & diuites. Nam Romæ qui erant patricij & nobiles, à patre nominabantur, & patrem habere censebantur, vt verbi gratia Cn. Domitius, C. filius dicebatur. Equus igitur de equitibus, pater de

patri-

patricijs, res de diuitibus dicitur. Dionysius Halicarnassæus lib. 2. τεκμήριον δὲ τούτου παρέχουσιν, ὅτι τοὺς μὲν πατρικίους, ὁπότε δόξειε τοῖς βασιλεῦσι συγκαλεῖν, οἱ κήρυκες ἐξ ὀνόματός τε καὶ πατρόθεν ἀνηγόρευον. Dionys. Halicarn. lib. 2.

— *Magno cum pondere versus,*

Versus dici puto grauitatis plenos & dignitatis, qui tamen suos modulos numerosque non habeant. Sic apud Ciceronem in Arato, Cic. in Arato.

Magno cum pondere nautæ:

etsi alia significatione dictum est, pro magno molimine & conatu, & ab Horatio paulò post, *sine pondere & arte.*

Ingenium misera quia fortunatius arte,

cùm ait, significat homines Romanos carminum studiosos artem contēnere poëticam & cognitionē philosophiæ, suoque fidere ingenio, & existimare se tum demū optimos poëtas futuros, si insanorum morem habitūque, illuuiem & squalorē imitentur. In quo lepidè & venustè Romanos scriptores insaniæ ludens notat & inscitiæ. Mox igitur subijcit principiū rectè scribendi esse philosophiæ cognitionem & preceptionē. *Ærugo & cura peculi.* Romani, inquit, philosophiam humanitatisq; artes non discunt, sed artem supputandi in pueritia: at vbi adoleuêre, se totos occupant, deduntque pecuniæ faciendæ congerendæque, cuius rei studium quadam rubigine animos hominū inficit. Ærugo igitur sordes auaritiæ, studiumq; pecuniæ & æris mihi significare videtur. Eam enim sic vocat, quasi animi hominum rubiginem quandam & æruginem ducant ex auiditate nummorum & sordibus auaritiæ, vt loculi reddi solent æruginosi.

Celsi prætereunt austera poëmata rhamnes.

Equites Romani iuniores, qui adhuc merent equo publico stipendiaque faciunt, delectari poëmatis volunt, nec mœstum carmen perpeti possunt. *Fit Chœrilus ille.* nollem tam iniquum esse Flaccum in Chœrilum, quem & à Clemente, & Eusebio (non enim attinet alios nominare & nomenclatorem agere) video non contemni: versus certè, quos eius afferūt, non mihi tam irrisione digni quàm admiratione videntur: sed nescio quo modo, vt in epulis, sic & in poëmatis alius alio capitur atque delectatur. Nec verò pigebit aliquot eius versus proferre, vt homines intelligāt eum non esse tanta illusione dignum, quanta Horatius videri vult. sic igitur scribit Eusebius lib. 9. præparat. euangelicæ. Τοῦ δὲ ἰουδαίων ἔθνους καὶ χοιρίλος ἀρχαῖος ποιητὴς μέμνηται, καὶ ὡς συνεστράτευσεν τῷ βασιλεῖ Ξέρξῃ ἐπὶ τὴν ἑλλάδα. Λέγει δὲ οὕτως, Eusebius li. 9. præpar. Euāgel.

Τῶν δ' ὄπιθεν διέβαινε γένος θαυμαστὸν ἰδέσθαι,
Γλῶσσαν μὲν φοίνισσαν ἀπὸ στομάτων ἀφιέντες,
Ὤκουν δ' ἐν σολύμοις ὄρεσι πλατέῃ παρὰ λίμνῃ,
Αὐχμαλέοι κεφαλὰς, τροχοκουράδες. αὐτὰρ ὕπερθεν

ἵππων

Ἵππων δαρτὰ πρόσωπ' ἐφόρουν ἐσκληκότα καπνῷ.

Vt mala quem ſcabies, & morbus regius vrget,
Aut & fanaticus error.

Hinc apparet, vt Hebræi vitiliginoſos auerſabantur: ſic & Romanos ſcabiem, quæ ſummam cutem, vt vitiligo & lepra, lædit & inficit, abominatos eſſe. Fanaticum autem morbum & vt appellat, errorem, vt à dijs immiſſum hominibus, qui numina violaſſent, dijſq; inuiſi eſſent, aut ob morbi diritatem & plagarum metum, etiam auerſabantur, & eo correptos fugitabāt, vt in Captiuis Tyndarus ſimulat ſe fugere Ariſtophontem, quòd rabioſus, & fanaticus ſit, & Menæchmus ſe inſanire aſſimulabat, vt homines ab ſe abſterreret.

Plautus Captiueis Sc. vt ætas mea eſt.

Defundere, delibamenta, ludij barbari, præſultor, Plautus explicatus. CAPVT X.

LEVE eſt quod hic ſcribam, non tamen indignum notatu: priſci illi, vt alio genere hoſtiarum rem diuinam inferis, quàm ſuperis faciebant: ita quoque libamentis alijs vtebantur: quæ quòd dijs inferis funderent, & tanquam inferias deorſum libarent, ideo delibamenta vocabant, & cùm ea funderent, ſe defundere dicebant. Id ex Valerio Maximo obſeruaui, cuius hæc verba ſunt, *Tunc defuſis Mercurio delibamentis, & inuocato numine eius, vt ſe placido itinere in meliorem ſedis infernæ deduceret partem, cupido hauſtu mortiferam traxit potionem.* Neminem autem eſſe puto, qui quidem Latinè ſciat, quin videat defundere eſſe deorſum fundere: delibamenta quæ deorſum libantur. Sed æſtu quodam animi aliò rapimur, vt plerunque ſolemus. Quid eſt quod à comico ſcribitur in Aſinaria?

Valer. Max. li. 2. c. 1.

Aſinaria in prologo.

Vt vos item alius pariter nunc Mars adiuuet.

Quid hiſtrioni cum Marte? ego ludos & fabularum actiones in religionis parte numerari debere cenſeo. Igitur inijcit ſpectatori religionē & ſpem ſi æquo animo audiant, futurum vt vincant, idque optat. Sic in Rudente ſcribit,

Rudente in prolog.

Valete, vt hoſtes veſtri diffidant ſibi.

Pœnulo in prolog.

Et in Pœnulo,

Valete, atque adiuuate, vt vos ſeruet Salus.

Caſina in prolog.

& in Caſina,

Tantum eſt, valete, bene rem gerite, & vincite
Virtute vera, quod feciſtis antidhac.

Curgulione Sc. Flos veteris.

Qui ſunt tandem apud eundem poëtam lydi barbari? cùm ſcribitur in Curgulione,

Fite cauſa mea lydi barbari.

go modulo verſus adductus,qui cretico pede canticum quoddam ſaltat, adij barbari lego, id eſt ludij Romani. Nam in omnibus pompis ludíſue circenſibus iuuenes ibant in numerum ſaltantes, & ſubſilientes, qui udij & ludiones dicebantur. Præſultor etiam dicebatur, qui in ludis aut ſacris præſultabat:explicatur in antiquo lexico, ὁ ἐν τοῖς ἱεροῖς προορχούμενος.

Lacia, Quiritius, Salacia, Salmacia, Pales, Molæ, Panda. CAPVT XI.

In Romanis comprecationibus, quæ, vt ſcribit Gellius, ritu Romano Lib.13.c.21. fiebant, nominabant *Laciam Saturni, Salaciam Neptuni, Horam Quirini, Iurites Quiritij, Maiam Vulcani, Nerien Iunonis, Molas Martis, Nerienem quoque Martis.* Hæc vetuſta dearum nomina ex vltima antiquitate repetenda, & priſcis pontificum libris, ſi qui extarent, in quibus ſepulta iacerent, eruenda eſſent, quibus cùm careamus, & vetuſtas,niſi literis conſignata ad poſteros non perueniat, reliquum eſt vt, quod his in libris iam ſæpius quàm vellemus vel debuimus, fecimus,noſtras hiſce de rebus cōiecturas proferamus. Ego Latiam ſcribi debere ſuſpicor à Latio, quod è latebra & fuga Saturni nomen habuit: vt eo nomine Saturni vel filia vel vxor, quod potius reor, intelligatur, Latij dea, quæ eadem Ops fuerit. Eſt tamen qui cenſeat Laciam Saturni vxorem fuiſſe ab illiciendo nomen conſecutam: ſed verius omnino ſit, vt antiquarij in veteribus libris extare dicunt, legere Luam, vt Saturni vel vxor vel potius filia intelligatur. Salacia eſt quam poëtæ Amphitriten appellant Neptuni vxor. Legi & in antiquo lexico Salmaciam eſſe ἀμφιτρίτην, neque ſupprimendum putaui. Salaciam quoque eſſe ἀμφιτρίτην, νηρείδα. Hora vxor erat Romuli: ſed vt Romulo in deos relato nomen mutatum eſt,ſic eius vxori Herſilię in cæleſtium concilium repoſitæ Horæ nomen factum eſt, vt Romulo Quirini. Pro Iurites Quiritij legendum coniecerim Curitis Quiritij. Curitis enim Iuno ab haſta vocabatur: vt Quiritius nomen dei ſit,cuius in matrimonio indigietetur Iuno quædam Curitis. nomen enim Iunonis multis deâbus tribuebatur.conueni qui hîc non Quiritij,ſed Quirini legendum contenderet,quod ne prætermittendum quidem duxi, vt ſi cui id probetur, ſequatur· à me enim id in medio relinquitur. Exiſtimo tamen ſiue Quiritius ſiue Quirinus legatur, deum aliquem belli præſidē ſignificari, cùm Mars etiam Quirinus vocetur, & in antiquo lexico ſcribatur, Quirinus ἐνυάλιος. Neries in antiquo libro exponitur ἐξουσία θαλάσσης, ſed in eo fortaſſe Nereïs ſcribendum. Preſtiterit tamen codicum fidem non damnare,& Iurites à iure dearum nomen intelligere,quæ Quiritij vel Quirini

filiæ

filiæ fuerint, Nerienem Iunonis legendum exiſtimarim, Vt Nerio Iunonis Curitis filia habeatur, vt & Mars Nerienis maritus. Molas Martis filias crediderim, deáſque indigitari cenſuerim de nomine molarum, quòd Mars vt molis fruges, ſic bellis homines frangat & comminuat. Eodem

Apud Gell. li. 13. cap. 21.

capite hæc carmina Varronis à Gellio citantur,

Theanna & Peranna, Pranda, Celato Pales,
Nerienes & Minerua, Fortuna ac Ceres.

In quibus quæ deæ ſint Theanna Pranda & Celato quæſitum eſt. Ego in Theanna puto duas voces in vnam eſſe confuſas, & ex eo deformatam vtranque, & velut perſonatam non apparere, niſi ſeorſum diſtrahantur. Te Anna enim à Varrone ſcriptum ſuſpicor. Annam enim à Romanis cul-

Ouid. lib. 3. Faſt.

tam fuiſſe Ouidius, vt alios omittam, ſcribit in Faſtis. Panda quoque non pranda ſcribi debet ex antiquis libris: declaratur autem in vetere lexico εἰρήνης θεός, id eſt pacis, à pandendis, & aperiendis, vt reor, portis. Pro Celato & Pales, quod velut carie læſum putruit, repono Latona & Pales: niſi quis Varronem ſuſpicetur eſſe Græcè loquutum, quod non inſolens facit, eumque ſcripſiſſe Græcè, te Lato Doricè, vt in antiquo libro ſcriptum ferunt, pro te Λητώ. ſic autem Latonam à Græcis nominari ſciunt, qui primis Græcarum literarum rudimentis initiati ſunt. Pales autem pabuli dea

Eleg. 5. lib. 2.

cenſetur: alijs dea paſtorum & pecoris, à paſcendo nomen adepta: è Tibullo etiam quiſpiam eam crederet palatij deam, quæ Palatua dicebatur, quod equidem affirmare non auſim: ſic autem ſcribit,

Sed tunc paſcebant herboſa palatia vaccæ:
Et ſtabant humiles in Iouis arce caſæ.
Lacte madens illic ſuberat Pan ilicis vmbræ,
Et facta agreſti lignea falce Pales.

In priſco lexico Pales εὐνομία exponitur. Hiſce de nominibus, quæ potius diuinarem, quàm ex auctoribus teſtata referrem, iſta ferè erant, quæ neque rei iudicatæ, neque ſenatuſconſulti auctoritatem & pondus habere volo. Denique non ſolum ſi quis quid ſecus ex auctoribus deprompſerit, libenter à mea coniectura diſcedam, verumetiam ſi quis ad veriſimilitudinem ſuſpicando propius acceſſerit, in eius partes diſceſſionem faciam. Ac mediusfidius hæc ſcripſi, quo ingenioſorum hominum ſententiam iſta de re elicerem.

Pultifagonides, iurator, fuuerit, cuui, & quædam alia in Plauto emendata. CAPVT XII.

VOCEM quandam lucifugam ex ipſo velut Acheronte reuocatam luci

luci soliq́ue reddere, & superis, vt poëtæ loquuntur, oris restituere iam tentauimus: est illa quidem insolens, sed cogitare debemus, multa nobis inaudita à veteribus vsurpata fuisse. sic igitur scribit in Mostel. Plautus, vt Ioachimi viri & integerrimi & eruditissimi fide referimus, & iteramus, *Plaut. Mostel. Sc. recordat.*

Simul gnarures volo esse hanc rem mecum: quod quidem est gnaros autē hanc rem, pro huius rei dicit, vt doctos hanc rem dicimus. Aliquādo in aliquot membranas peruetustas incidi, in quibus scriptus erat Pœnulus, cuius in prologo scriptum erat gnarures, vt antè scripsi. Horum locorum consensio meam valde confirmat sententiam, facitq́ue, vt quamuis insolentia vocis labefacter, tamen concordia exemplarium constabiliar. Etiam in antiquo lexico ignarures pro ignaris reperio. Libet ex eodem Pœnulo explicare, quid sit quod scribit, *Latinè Plautus patruus pultifagonides.* equidem hoc verbo significari Romanum existimo. Nam olim non pane, sed pulte viuebant Itali: atque, vt ait Plinius, videtur olim tam puls ignota Græciæ, quàm polenta Italiæ. proinde in Mostellaria scribitur, *Pœnul. in prologo. Ibid. Cap. 8. lib. 18. Mostellar. Sc. Nuncillum.*

Non enim hæc pultifagus opifex opera fecit barbarus.

id est Italus. Lubet & ex Pœnuli prologo illud excutere, *Pœnul. in prologo.*

Vos iuratores estis, quæso operam date.

ego iuratores per translationem interpretor spectatores, veluti arbitros & censores fabulæ, cùm propriè eo nomine intelligantur censores, qui eum, quem censebant, iureiurando adigebant, vt ex ea intelligi potest formula, & tu ex animi tui sententia vxorem habes? Nam qui iurauit, iuratus dicitur: qui ad iurandum adigit, iurator hic dici videtur. Quod autem à censoribus sit hæc translatio ducta, cùm ex eo apparet, quod paulò antè dixit,

Nam argumentum hoc hic censebitur: *Ibid.*
Locus argumento est suum sibi proscenium:
Vos iuratores estis, quæso operam date:

Tum quod scribit in Trinummo his verbis, *Trinūmo Sc. Huic ego dici.*

Census cum iuratori, si rectè, rationem dedi,
Lesbonicum hic adolescentem quæro.

Sed & ne à Pœnulo recedam, suspicor fuerit scribendum in eo duplici v productionis gratia, in illo versu,

Quo genere gnata, qui parentes fuuerint. *Pœnul. in prologo.*

& eiusdem obseruationis non pauca, qui attendet, in comicis reperiet, nobis in transcursu admonuisse satis est. Quin & in heroo carmine apud Ausonium cuui pro cui scribendum est, vt versus ruina hoc tanquam tibicine hácque destina fulciatur, *Edyll. 9. seu Mosella.*

Dinochares, quadro cuui in fastigia cono

Surgit, & ipſa ſuas conſumit pyramis vmbras.

Lucret. lib. 1. apud Lucretium quoque pro rei reij ſcribitur, vt ſyllaba tendatur, vt lib. 1.

— neque ſunt igni ſimulata, neque vlli Præterea reij.

Sic alias non rarò ſcribit, & pro ei, eij dicit. Cicero quoque, vt Quinti-*Lib. 1. c. 4.* lianus ſcribit, aijt aij aijamque ſcribebat. Nam in Quintiliano maiam malè ſcribitur. ne illud quidem prætermittam quod leue eſt: tametſi leuia quibuſdam moleſta ſunt.

In Pœnul. prologo. *Nam niſi clamabis, tacitum te obrepet fames.*

ſtatim pro eo receptum eſt: quod reſtituimus, haud paulò accommodatius eſt ad menſionem verſus. &,

Neu deſignator præter os obambulet.

rectè in membranis ſcriptum erat: per omnia pro eo exemplaria peruaſit *præteriens.* & in eis item commodè,

Nomen iam habetis, nunc rationes cæteras.

pro quo perperam editum cenſeo, nunc orationes cæteras.

Ne & ipſæ ſitiant, & pueri peritent fame,

illæ quoque membranæ ſcribebant. peritare autem frequentandi forma vſurpauêre antiqui: hodie pereant illic peruulgatum eſt. ſcribo etiam ex earum fide, *Peregrinum Spartanum, id nunc his cerebrum vritur.* & mox,

Pœnul. sc. Suſpendāt omnes. *Nego, & negando, ſiquid refert, rauio*: id eſt contenta voce ad rauim vſque clamans pernego.

Scurra, cis, alliatum, exotica Græcia, fartum, hornum, coire, ſubſtringere. CAPVT XIII.

INTER legendam Plauti Moſtellariam, in tranſcurſu quæ ex paucis, vt vocant, ſcenis obſeruaui, huic chartæ commendare volui, cuius fide ad alios peruenient, ſi qui fortè erunt, qui iſtis legendis operam non tam dabunt, quàm perdent. ſcurræ videntur priſcis illis fuiſſe, non tantum qui iocularia & ſcurrilia loquerentur, ſed homines etiam vrbani, non ruſtici, ſed *Sc. 1. Exi è culina.* elegantes: Plautus Moſtel.

Tu vrbanus verò ſcurra, delitiæ populi,

Sc. 1. Heus adoleſcens. *Rus mihi tu obiectas?* Epidico,

T. Scurra es. E. ſcio te eſſe quidem hominem militarem.

Sc. Larem corona. ſcurra hîc vrbanus eſt, non militaris. Trinummo,

— neque periurius,

Quam vrbani aſſidui ciues, quos ſcurras vocant.

videntur autem ſic appellati fuiſſe, qui aſſiduè in vrbe eſſent, nunquam in *Moſtel. Sc. Exi è culina.* agris, quòd ſine cura fortaſſe & opere omni eſſent. Cis paucas tempeſtates, pro intra breue tempus, in eadem fabula poſitum eſt:

Cis her-

Cis hercle paucas tempestates Tranio,

vt & in Truculento, *cis paucos dies.* Sed & cispellam in Amphitryone dixit, Trucul. Sc. Eisces ego. pro repellam, quòd qui repellitur, citra regredi cogitur, non vltra progredi permittitur. Amphitr. Sc. Concedite alij Simile est illud Næuij, *sed quasi amnis cis rapit.* Capra commixta, est quæ initur, quæ quidem pessimè tum olet: vnde scriptum ab eodem comico est, *canis capra comixta.* Apud Non. in Amnem masc. Mostel. Sc. Exi è culina. Alliatum cibus est allio conditus, vt moretum apud Maronem scribentem,

Allia serpyllúmque herbas contundit olentes, Ecl. 2.

quo cibo vesci solent rustici.

Sine, inquit, *me alliato fungi fortunas meas.* Mostell. Sc. Exi è culina.

Vnguenta exotica sunt vnguenta peregrina, vt Græca, quæ pretiosiora: sic in Menæchmis, Græciam exoticam dixit, Græciam peregrinam intelligens extra Italiam sitam, ad discrimen oræ illius Italiæ, quæ magna Græcia vocabatur. Menæch. Sc. Nulla est voluptas. Sic autem scribitur, *Mare superum omne, Græciámque exoticam, orásque Italicas omnes.*

Orationis operam compendi face, Mostel. Sc. Exi è culina.

valet, laborem & operã orationis lucrare, ne tibi sit necesse verba impendere, quasi in ijs sit etiam sumptus. Effercite vos, est distendite & saginate epulis, vt aues saginari solent, quæ farciri dicuntur Varroni, & fartores à Græcis σιτευταὶ vocantur. Ibid. *Ædes cum extemplo sunt paratæ,* Gręcum loquendi genus est, ἐπειδὴ τὰ χρεῖα. Sc. Recordat.

Dominus indiligens alias reddere ne volt.

ne volt, pro non volt, apud hunc poëtam frequens est. *fundamentum substruunt liberorum* cùm Plautus scribit, satis nobis indicat quid substructio sit, qua de re à me nonnihil alicubi dictum esse recordor. *Parant sedulò in firmitatem,* legendum duobus verbis crediderim, non vno, *infirmitatem.* *Non vestem,* inquit, *amatores mulieris amant, sed vestis fartum:* Fartum vestis interpretor corpus, quod vestem farcit implétque, id est ipsam mulierem. Sc. Iampridē. Columella, *ea res efficit vberiorem fructum, & fartū fici pleniorē & meliorem.* C. 10. lib. 5. *Euentus,* inquit, *rebus omnibus, velut horno messis magna fuit.* hornum hîc annuū prouentum, anniq; fruges significare videtur. dici enim apparet euentum bonum in omnibus rebus esse, quod in anni frugibus est magna messis. Sc. Iamprid. *in senecta malè querere,* lego in futuro, non *quærere,*

Soli censeo gerendum morem & capiendos crines.

capere crines est blandè & amatoriè osculandi causa capillos amatoris prendere, vt & aures solebant, quod antè annotasse me recordor: apud Horatium quoque, *aurem substringe loquaci,* eodem modo accepimus, vetus tamen magnæque auctoritatis liber, substringe præbe interpretatur, vt dicat loquaci præbendas aures. Satyr. 5. lib. 2. *quàm illic, vbi lectus est stratus, coimus.* Sc. Aduorsum mihi.

Eunuch. sc. 4. act. 3. Coire verbum non eſt hîc turpe: dicitur enim de cœtu adoleſcentum & epulis vt apud Terentium,

Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Piræo,

Coimus igitur eſt cœnamus, epulamur, de ſymbolis edimus. *Interim da ab Delphio cito cantharum circum.* dominus conuiuij ſic ſæpe iubebat ab vno in orbem poculum per alios omnes conuiuas circumagi, quod περιστρέφειν Græci dicebant.

Plautus Moſtellar. Sc. Aduorſum mihi.

Ceruam videre, Daui, initiare, montes & maria, deus meus, calces aduerſus ſtimulum, beneuolens, ciuis attica.

CAPVT XIIII.

In prologo. In Terentij Phormione quod ſcribitur,

Ceruam videre fugere, & ſectari canes.

per allegoriam amica ſignificatur, quam multi depereant amatores: quod genus inſaniæ non tam comœdiæ, quàm tragœdiæ cùm conueniat, meritò à poëta, vt ſupra ſoccum, reprehenditur. Ars autem muſica, quã vocat poëta, ea poëſis eſt, & ἀγῶνες μουσικοὶ vocabantur, quibus poëtæ fabulas docebant. *Primas partes qui aget, is erit Phormio.* valet, is erit πρωταγωνιστὴς, vt Græci loquuntur.

Ibid. Ibid. Phorm. act. 1. sc. 1.

Amicus ſummus meus & popularis Geta.

Qui enim Daci à Latinis vocantur Getis proximi, eos Attici Daos, Latini Dauos vocauerunt. Inde, vt ſcribit Stephanus, nomina ſeruorum apud Atticos Daui & Getæ. & Philoſtratus ſcribit, χρῆται γὰρ αὐτῇ ὁ ἄισωπος διακόνῳ τῶν πλείστων ὑποθέσεων, ὥσπερ ἡ κωμῳδία τῷ δάῳ. Popularẽ igitur vocat, quòd Getæ & Daci finitimi erant, & propè idem populus. Serui autem & liberti munera mittere ſolebant nuptialia, natalitia, in puerperio, quando nomen imponebatur, cùm Cereris ſacris ſuos liberos Athenienſes initiabant, quod ſignificauit Terentius cùm ſcripſit,

Philoſtratus in imaginibus.

Phorm. Sc. 1. act. 1.

—porrò autem Geta
Ferietur alio munere, vbi hera pepererit:
Porrò alio autem, vbi erit puero natalis dies:
Vbi initiabunt.

Suidas. Ἀμφιδρόμια, inquit Suidas, hoc enim etiam mantiſſæ loco addam, vocabatur quintus dies à natis pueris, quo quę obſtetricatę fuerant, aut aliquid eius muneris attigerant, manus purgabant, & puerum currentes circum focũ ferebant, & propinqui dona miſſitabãt, ferè polypos & ſepias: quòd, vt verboſi ſumus, iam non ſemel diximus. *Modò non montes auri pollicens,* id eſt multũ auri promittens. Solent enim Latini montes in magnitudine & ampli-

Sc. 2. act. 1.

amplitudine ponere, vt & maria, vt & Græci θάλασσαν ἀγαθῶν dicere so- *In bello Catil.*
lent. Salustius, *repente glorians, maria montésque polliceri cœpit*, id est ingen-
tia cœpit promittere. *Phorm. act. 1. sc. 2.*

Memini relinqui me deo irato meo.

Id est irato meo genio, vt suspicor. attributum enim antiquitas cuique su-
um quendam deum custodem credidit, nec Latini tantum, sed & Græci:
& secundas res eo propitio & beneuolo, aduersas irato & infesto eueni-
re existimabant. *Nam, quæ stultitia est, aduersus stimulum calces*: adeo inquit *Sc. 2. act. 1.*
es inscitus & stultus, vt contra stimulum calcaturus, id est calcitraturus sis.
est enim prouerbium Græcum omnibus notum πρὸς κέντρα λακτίζειν. qui
calces in Terentio nomen accipiunt, & prouerbium corrumpunt, & sub-
audiunt, quæ vix à spectatore diuinari potuerunt. *Neque*, inquit, *illi bene-
uolens*, more antiquo dixit pro beneuolo, quo sæpe modo loquitur Plau-
tus, *Illam ciuem esse Atticam*, sic rectè: neque enim, vt hominem Athenien-
sem, sic mulierem Atheniensem dicere solebant, vt annotant grammati-
ci Græci, sed Atticam. *Dij omnes perduint*, nōn perdiunt, legendum cen-
seo. *Tibi scribam dicam*, dixit, vt in palliata: more enim Romano nunquam *Ibid.*
dixisset. sic cùm Siculi Græcè loquerentur, in Verrem eorum consuetu- *Cic. 3. in Verr.*
dinem Cicero imitatus, dicam vsurpauit, quod in causa Romana nunquam *Sc. 2. act. 1.*
fecisset. *tantum modo non addat*, legere malim, quàm addas. *Vt mihi liceat* *Sc. 3. act. 1.*
tandiu quod amo frui, Iam depecisci morte cupio. Distinguendum sic, vt feci
puto, hoc sensu: vt tandiu amore meo fruar, quandiu tu tuo, paratus sum
mortis pactione transigere: vel mortis conditione paratus sum pacisci,
vt tandiu perfruar amica. Horum ex illa fabula locorum quadam tanquam
racematione tenues hos cōmentarios & ieiunos vtcunque farciebamus.

Aduentus Veneris, prænuntius Veneris Zephyrus, canes montiuagæ, efferre laborem, reliquus quadrisyllabum, super ignis, & quædam in Lucretio emendata.

CAPVT XV.

Lvcretivs de rerum natura carmen pangens à Venere procrea-
tionis præside proficiscitur, quam deam veteres vere ad rerū originem &
animalium libidinem incitandam solitam esse terras & maria reuisere &
maritare quotannis credebant: ex eo scribit Lucretius, *Lib. 1.*

Te dea te fugiunt venti, te nubila cæli, Aduentúmque tuum.

Iterum, *— te diua tuúmque* *Lib. 2.*

Significant initum perculsæ corda tua vi.

Aduentus autem eius præcursorem & prænuntium Fauonium censebant.

Quare scribit lib. 5.

Lib. 5. *It ver, & Venus, & Veneris prænuntius ante*
Pennatus graditur Zephyrus vestigia propter.

Sed hanc velut telam ex eodem poëmate placet pertexere,

Lib. 1. *Frundiferasque nouis auibus canere vndique siluas,*

pro frondiferis in fumosis libris reperi, quod rancidam olet antiquitatem, sed Lucretij seculo sic plerunque loquebantur. Locus autem ille, *nempe aër* Ibid. *omne necesse est Inter corpora quod fiat, possidat inane*, sic mihi videtur exponendus: necesse est aër omnem illam inanitatem, quæ inter corpora facta est, possideat & repleat. Libenter autem contra vetustatis tabularia legerem, *Non tam sollicito motu priuata iacerent:*
Nam carerent & priuata nescio quid quod Battum potius quàm Lucretium sapiat, ostendunt. At,

Nanque canes vt montiuagæ,

Græcorum exemplo dictum reor, qui hoc genere canes ad venandum efferunt, κύνας θηρατικὰς appellantes: sic, *intectas frunde quietes* dixit, vt Græci κοίτας, id est cubilia. Credo autem persuasumque habeo emendandum non esse, *res in quo quæque geruntur*, præsertim cùm mox scribat,

Perspicere vt possis res gestas, Et alio loco,

Quæque geri possint. *Quemuis efferre laborem*, lego.

Nam quamquam *perferre*, mirificè mihi probatur, tamen testimonium librorum antiquæ fidei eleuandum non est. efferre autem laborem etiam Cic. pro Sesti. apud Ciceronem pro Sextio dicitur.

Lib. 1. *Quod cibus in totas vsque ab radicibus imis,*

dictum est figuratè. Nam cùm arbusta posuisset, ad arbores, sensum potius quàm vocabulum secutus, retulit. Rectè autem & eleganter in antiquo libro legitur,

Ibid. *Collabefactatus rigor auri soluitur æstu.*

Est & in vetere libro istud sic exaratum,

Nunquam rellicuo te parati tempore posset.

Lucr. lib. 4. Sic & libro quarto scribunt antiqua exemplaria,

Rellicuas tamen esse vias in mente patentes,

ita reliquus quatuor syllabarum efficitur.

Lib. 1. *Quod inane queat rerum cohibere,*

planè diserteque in membranis erat priscis exaratum, quod & accommodatum est ad sententiam. Has emendationes non vendito, sed in veteribus libris esse affirmo. Quidni autem in suum larem, à quo diutius peregrina- Lucret. lib. 1. tæ abfuerunt, tandem aliquando reducantur? *Ex vno si sunt igni*, affirmo scribendum. Nam ex vero non ita placet. Manuaria scriptura ex vro scri-

bilat,

bilat, vitiosè pro ex vno:

— quam totus habet super ignis, haberent.

superest superior, vt existimo, vt & à Catone super & infer vicinus dicitur. sic, *— nil ab se quod possit mittere raptis,* Ibid.
est, quod nullam ab se vim constrictis & pensatis correptisque corporibus mittere possit: vt infra,

— quæ corpora mittere possit Sensibus.

Egregiè verò Ionium virus pro maris Ionij salsedine & amarore dixit,

Ionium glaucis aspergit virus ab vndis.

Lego porrò ex antiquis instrumentis, *crescere non possunt fruges*: in ijsdem reperio, *saniéque & sanguine mixto.* &,

Nunc age summai quænam sit finis eorum. &,

— an immensum pateat vastéque profundum, &,

Nam siue est aliquid quod probeat efficiátque,

probeat, hîc prohibeat conflatis in vnum literis, valet. *hæc sic pernosces*, si tamen sensui melius conuenire docti censent. hos ego locos, vt omnes studiosis approbare non laboro, ita affirmo bona fide de veteribus libris descriptos esse.

Cinctuti luperci, Suadela Venusque apud Horatium, Lucretius explicatur, producere, ferreus somnus. CAPVT XVI.

FINGERE *cinctutis non exaudita Cethegis,* Horat. in arte Poët.

cùm Flaccus scribit, & nos antè, vt opinor, non malè explicauimus, Porphyrio cinctutos dicit esse vocatos à cinctu, qui tunicæ aptatus esset infra pectus: sed eo cinctu videntur, vt subligaculo, pudenda etiam tecta fuisse. certè luperci, qui nudi lupercalibus per vrbem currebãt, subligaculis subcincti quòd essent, vt reor, cinctuti ab Ouidio dicti sunt, Ouid. Fast. 5.

Semicaper coleris cinctutis Faune lupercis.

Plutarchus λούπερκοι δέ εἰσιν οἱ τοῖς λουπερκαλίοις γυμνοὶ διαθέοντες ἐν περιζώμασι. Plutarch. in Romulo.
hoc autẽ sacrum solenne institutum fuisse Pani refert Plinius: sed qui Pan Cap. 5. lib. 34.
à Græcis is Faunus à Latinis vocatur.

— tenet hunc Suadela Venusque, Epist. 6. lib. 1.

ab Horatio è moribus Romanorum dictum est. Nam quosdam deos esse nuptiarum præsides & præfectos censebant: in ijs Suadelam & Venerem, quod è Plutarcho docemus, qui ita scribit, ἢ ὅτι πέντε δεῖσθαι θεῶν τοὺς Plutarch. in
γαμοῦντας οἴονται, Διὸς τελείου, καὶ Ἥρας τελείας, καὶ Ἀφροδίτης, καὶ Πειθοῦς, ἐπὶ πᾶσι δὲ Ἀρ- problem.
τέμιδος. *Quod patrio princeps donarat nomine regem.* Lucret. lib. 3.
nos enim velut in prato varios decerpimus flores, & pancarpiã coronam nectimus: non sine causa à Lucretio dictum putamus. Nam primogenitis

magna tribuebatur prærogatiua, à quibus primis patres vocabantur Æſchines in Demoſthenem, τὴν μόνην ὁ δειλαιὸς καὶ πρώτην αὐτὸν πατέρα προσειποῦσαν ἀπολέσας, niſi eorum moribus eſſet primogenitis magnus honos delatus, nunquam id orator tam inuidiosè Demoſtheni obieciſſet.

Virgil. lib. 9. Aen.

— nec te tua funera mater
Produxi, preſſiue oculos.

oculos claudere mortuorum ſolebant proximi, filij, mater, aut pater: Homerus,

οὐδ' ἄρα τῷγε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ
Ὄσσε καθαιρήσουσι.

Producere autem quod dicit, id eſt προθεῖναι, quod eſt ante ædes mortuos ad exequias proponere.

10. Aen.

Olli dura quies oculos & ferreus vrget Somnus,

ex Homero ſumptum eſt, qui mortem ſomnum ferreum, id eſt ὕπνον χάλκεον nominauit: quod ad duritiã retuliſſe videtur Maro, cùm duram quietem ſcripſit, veluti interpretans ſomnum ferreum: cùm Plutarchus ad ſenſus orbationem & amiſſionem referendum crediderit. ita ſcribens, πάλιν τέ που φησὶ τὸν θάνατον εἶναι χάλκεον ὕπνον, τὴν ἀναισθησίαν ἡμᾶς διδάξαι πειρώμενος. (Plutarch. in oratione consol. ad Appollonium.) hic nos vndique hoſtiatim emendicata hanc in peram coniecimus velut fruſta cibarij panis, mundam annonam & ſiligineam alij locupletiores patres familias ſibi prouidebunt, & conuiuis ſuis apponent: nos in parabili & corrogato penore acquieſcimus.

Secare crinem, ſecare viam, poſuit templa apud Maronem, floret vinum. CAPVT XVII.

SVBTILITER quidem & acutè animaduertit Macrobius in his lib. 4. Æneidos verſibus,

4. Aen.

Nondum illi flauum Proſerpina vertice crinem
Suſtulerat, ſtygioque caput damnauerat Orco.

Ibid.

&, *— hunc ego diti*
Sacrum iuſſa fero, téque iſto corpore ſoluo:

Euripides Alceſtide.

æmulum Maronem horum ex Alceſtide Tragœdia verſuum fuiſſe,

στείχω δ' ἐπ' αὐτήν, ὡς κατάρξωμαι ξίφει·
Ἱερὸς γὰρ οὗτος τῶν κατὰ χθονὸς θεῶν,
Ὅτου τόδ' ἔγχος κρατὸς ἁγνίσει τρίχα.

Sed quæ cauſa vtrumque poëtam ad ſecandum crinem impulerit, non quæſiuit: ego id eos à ritu ſacrificiorum ſumpſiſſe crediderim. qui enim moritur, cùm tanquam quædam Orci victima ſit, non illepidè comminiſcetur, qui quæ immolationis & ſacri ſunt, ad hominum mortem traduxerit. antequam autem pecudes in ſacris immolarentur, capitis earum ſetæ

ferro ſecabantur. Homerus,

ἀρνῶν ἐκ κεφαλέων τέμνε τρίχας.

& Maro lib.6. Æneid. 6.AEn.

Et ſummas carpens media inter cornua ſetas,
Ignibus imponit ſacris libamina prima.

inde autem hoc ſumptum eſſe ſignificat Euripides, cùm ſacrificali verbo vtitur κατάρχομαι· *Ille viam ſecat ad naues,* Ibid.

vt ſupplementum huic capiti comparemus, Maro dixit etiam vt Euripides in Phœniſſis, Eurip. Phœniſſis.

Ὦ τὴν ἐν ἄστροις οὐρανοῦ τέμνων ὁδόν.

Cùm à Marone ſcribitur lib. 6. Æneid. 6.AEn.

—poſuítque immania templa,

conditor templi Cumani & ædificator Dędalus dicitur auctore Auſonio, qui in Moſella ita ſcribit, Auſonius Eidyllio.9.

Non hoc ſpernat opus Gortynius aliger ædis
Conditor Euboicæ, caſus quem fingere in auro
Conantem Icarios patrij pepulêre dolores.

Eodem in lib. *—& te ſulcos Serane ſerentem,* 6.AEn.

ſcribendum puto. ſulci enim, vt opinor, rectè & eleganter dicuntur ſeri. vt Latini in iureiurando plerumque inter præpoſitionem & eius caſum aliquid interponunt. vt,

Per ego has lachrymas dextrámque tuam te: 4.AEn.

item & Græci, qui Latinis exemplo fuêre: Euripides,

Ναὶ πρὸς σὲ τῆς σῆς δεξιᾶς εὐωλένου. Iterum.
ὦ πρὸς σὲ γονάτων, μηδαμῶς μ' ἐξεργάσει.

Læuum marinæ qui Veneris latus. Od.26.lib.3.

Non ab re Veneri, vt alias tractamus, hoc epithetum attributum eſt ab Horatio. nam in dijs numerabatur, qui mari præerant, cùm ipſa è mari orta eſſet. ſic ab Euripide ποντία appellatur.

Μόνον σύ μοι δέσποινα ποντία κύπρι.

Veteres cùm in cellis vina tentabantur, quod cùm alias, tum etiam contagione quadam, vt refert Theophraſtus, fieri ſolet vite florente, ea tum etiam florere, dicebant: Ouidius, Ouid. 5.faſt.

Vina quoque in magnis operoſè condita cellis
Florent, & nebulæ dolia ſumma tegunt.
Triſtia Leucadio ſacra peracta modo,

cùm ſcribit Ouidius, nihil aliud quicquam ſignificat, quàm homines in aquam præcipitatos, vt è Leucade quidam ſeſe præcipitarunt, quemadmodum à Strabone relatum eſt. eoque è Leucade ſaltu exiſtima- Ibid. Strabo.lib.10. Geogr.

bant

Ouid. epist. Sapph. Phaō. bant amorem curari. proinde id se facturam Sappho apud Ouidium dixit.

—secúmque boues Erithyidas vltor,

Ouid. Fast. 5. non Erythreidas in Ouidio scribendum censuerim. quædam spinæ etiam serpunt in Propertio, vt, *Lynceo Castor ab ense*: vbi *lyncea perforat hasta*, legendum suspicor: cum Lynceus Castorem interfecerit. hoc caput velut pallium censeas è diuersis pannis consutum.

Sulcos oblimet inertes, amellum, volema pira, Rhœcus, & quædam in Valerio Flacco emendata.

CAPVT XVIII.

3. Georg. HOC *faciunt nimio ne luxu obtusior vsus*
Sit genitali aruo, & sulcos oblimet inertes.

Ista rei inhonestæ quadam honesta verborum ambage & circuitione descriptio à multis laudata, aliunde, vt pleraque Maronis, mutuò sumpta est. Nam Maro quantus quantus est, imitatione & iudicio euasit. Ac cùm plęrique imitatores putidi & inepti sint & penè ridiculi, solum Maronē imitari nunquam dedecet. Id enim tam aptè & accommodatè facit, vt sua afferre, non aliena vsurpare videatur. sed, vt vnde digressus sum, redeam,

Euripid. Phœniss. eadem figura vsus erat Euripides in Phœnissis,

Μὴ σπεῖρε παίδων ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ.

id est, ne seras sulcum liberorum inuitis dijs. Id Virgilius vberius aliquanto fecit, qui non tantum sulcum appellauit, verumetiam honestè verecundeque, aruum genitale nominauit. Apud eundem poëtam cùm scribitur,

4. Georg. *Est etiam flos in pratis cui nomen amello:*

quærunt critici, quis iste sit flos, quæ herba. Ego, qui materiam medicam non tractaui, respondere non possum: tantum testabor me in antiquo lexico reperisse amellum μελίφυλλον esse. huic interpretationi fidem adhibeat vel detrahat pro suo quisque sensu: talis tamen est, vt eam scriptam quàm tacitam esse maluerim. Eodem in lexico reperi & volema pira, quę

Lib. 2. Georg. à Marone in Georgicis celebrantur, esse κολοκυνθίδας ἀππίους credo de magnitudine & amplitudine cucurbitæ. Quod κατεργάζεται Græci dicunt,

Valer. Flaccus lib. 1. aut διεργάζεται, peragit eorum imitatione dixit Valerius Flaccus, *Ardenti peragit clarum Antora quercu.* Cùm autem in eo legitur,

Ibid. *Rhœtus & Athracia subitæ de virgine pugnæ:*

Aelianus lib. 13. hist. var. an non melius obsecro Rhœcus legetur? Nam ῥοῖκος lib. 13. historiæ variæ appellatur ab Æliano, in quo integriorem esse scripturam opinor. Idem error etiam in alijs poëtis hæret, qui eodem exemplo est corrigendus. in

Val. Flac. li. 1. eodem, *—manifesto in lumine Fauni,*

quàm

quàm in lumine, libentius multo legerim, quod eſt interdiu: cùm noctu potius hominum fugientes conſpectum, id facere ſoleant.

— dabit auratis & cornibus igni Val.Flac.li.1.

Colla pater, cùm ſcribit, eximias ſignificat hoſtias, vt taurum egregium, quibus cornua inaurabantur: Homerus,

Οδ᾽ ἄρ᾽ ἔπειτα βοὸς κέρασιν περχεῦεν ἀσκήσας.

Illud verò, *Tum iuuenem tranquilla timens*, vitium olet, videturq́; ſcriptum à poëta fuiſſe, *tranquilla tuens*: quod ad ſenſum accommodatius mihi videtur. Sed & libro ſecundo eiuſdem Valerij quod ſcribitur, Ibid. Lib.2.

Templaque Piſææ mergunt obliqua Dianæ:

mendoſum tinnit, cùm ex Apollonio ſit emendandum *Tiſſeæ*: quanquam Piſæam in Orpheo legimus. Ego ſimilis muſcis, quæ vlcera quærunt, quibus inſidant, ad hæc menda, tanquam vlcera ſedi, non vt lamberem, ſed ſi poſſem, perſanarem, aut vt ſæpe declaro, alios admonerem, vt in emendando operam ponerent & elaborarent.

Plautus, Plancus, pedo, ſcaurus, ſtrata, antes, poſtes, tango aras, acredula. CAPVT XIX.

VELVT acetarium quoddam hoc capite varijs condiam herbis, è multorum ſcriptorũ horto hinc inde collectis in vnam paropſidem. Plauti nomen legiſſe videor à planis pedibus appellatum, à quorũ planicie ploti & plauti dicantur: ego crediderim è Græco per antiſtœchum eſſe deductum, à calcei genere, qui ab illis βλαύτη & βλαύτιον dicitur, quod ſandalium eſt: ſed & à Latinis ſoleæ dimidiatæ, quibus vtebantur in venando, quo planius pedem ponerent, ſemiplotia dicebantur: quod eſt tanquam ἡμιβλαύτια. In antiquo tamen lexico plancus exponitur πλατύπους, à pedum latitudine plancas imitantium. Plautus βαρύωτος, ab aurium latitudine, & in Feſto ſcribitur, *Plauti appellantur canes, quorum aures languidæ ſunt & flaccidæ, & latius videntur patere.* pedo quoque πλατύπους declaratur: vt ſcaurus, σκαμβὸς σκέλος, στρεβλόπους. Apud Frontinum quæſitum eſt quæ ſint mœſilea, cuius hæc verba ſunt, *Similiter locorum religioſorum, quibus ſecundum cautiones modus reſtituendus: habent enim & mœſilea iuris ſui, hortorum modos circumiacentes, aut præſcriptum agri finem*: quæ ferè verba apud Vrbicum reperiuntur. ego ſignificari cenſeo ſepulchra, quæ à ſcriptoribus alijs mauſolæa ſunt appellata: atque mauſolea, non mœſilea eſſe ſcribendum puto. cùm enim Frontinus de religioſis locis loquatur, facile eſt coniectu mauſolea ſignificari, hoc nomine non tantum principum ſepulchris vindicato, ſed etiam aliorum tumulis communicato. Quam ſtratam fœminino genere vocant Itali, ſtrata plurali dixit Lucretius, qui ei nomini fœmi-

Festus lib.14. Frontinus de limit.agror. Vrbic. de limit.agror. Lib.1.

fœminino occaſionem dediſſe propè videtur:

Stratáque, inquit, *iam pedibus populi detrita viarum*
Saxea conſpicimus.

Vt antica & poſtica opponuntur, ſic & in ianua antes & poſtes. illi enim ante ſunt, hi poſt: quod & ab Iſidoro relatum eſt, vnde explicandum illud Maronis,

Iſidor. lib. 15. cap. 7.

2. Georg.

Iam canit extremos effœtus vinitor antes.

ſunt enim in ingreſſu, qui & finis eſt laboris cum ad eum peruentum eſt. In lexico autem Græco Latino D. Germani, quod tam ſæpe teſtor & appello, antica axplicantur μεσημβρία, id eſt meridies. Antes στίχοι ἀμπέλων, id eſt, ordines vitium. poſtes παραστάδες, παράθυρα, κατόπιν τοῦ οἴκου. Cùm Cicero lib. 2. de Oratore, dicit Lælium & Scipionem in Caietæ littore ſolitos eſſe repueraſcere, legereque conchas & vmbilicos, Valerius Max. vmbilicos calculos interpretari videtur in eiuſdem rei narratione, tamen vmbilici cochleæ quædam marinæ ſunt, quæ ſpeciem vmbilici mentiuntur, & nomen inde conſecutæ ſunt.

Cic. 2. de Oratore.

Valer. Max. lib. 8. c. 8.

12. Æn.

Tango aras medióſque ignes, & numina teſtor,

lib. vltimo à Virgilio doctiſſimo poëta ex antiquitate repetitum eſt. nam cùm ad aram bellum in Titanas ſuſcepturi dij iuraſſent, obtinuit vt poſtea religio iuriſiurandi eius tactu, & ignis teſtatione ſanciretur: verba ſunt Theonis in Aratum de ara illa loquentis, καὶ τοῖς ὀμνύειν δέονται βουλομένοις, ὡς δικαιοτάτην πίστιν τηρῶσι, καὶ τῇ χειρὶ ἐφάπτονται δεικνύντες εὐγνωμοσύνης μαρτύριον τὸ πῦρ. Quæ ab Arato, ὀλολυγὼν appellatur, ea à Cicerone acredula Latinè dicitur in prognoſticis, id eſt in eius libri interpretatione qui à Græcis in Arato διοσημεία nuncupatur.

Cic. Arat.

Et matutinos exercet acredula cantus,

acredulam tamen interpretatur Iſidorus luſciniam. at in lexico vetuſto ſtrix explicatur ὀλωλυγὼν & τρυγών.

Iſidor. lib. 12. cap. 7.

Iris, hirundo, ariolus, magnum mare, pontem indignatus Araxes. CAPVT XX.

Iris deorum nuncia, per arcum verſicolorem in terras deſcendere cenſebatur. *Illa viam celerans per mille coloribus arcum*, inquit Maro, Ouid.

5. Æn.

Ouid. 11. Metamorph.

— & rediit per quos modò fecerat arcus:

qui etiam arcus iris dicitur auctore Ariſtotele aliiſque: Hieronymus, *conſuetudo autem Græci Latiníque ſermonis Irin vocat, quæ per multicolorem arcum ad terras deſcendere dicitur.*

Ariſtotel. meteor. 3.

— Quid enim contendat hirundo Cygnis?

Lucret. lib. 3.

Lucre-

Lucretius ſcribit: ſolebant autem veteres hirundinem pro barbaro & infante ponere indiſertoq́;, ducta ea opinione ab illa fabula,qua in auem in Thracia mutata fuiſſe dicitur, quæ barbara regio erat. Ariſtophanes, *Ariſtoph. Ranis.* χελιδόνων μουσεῖα. Æſchylus, ἀλλ᾽ εἴπερ ἐστὶ μὴ χελιδόνος δίκην ἀγνῶτα φωνὴν βάρβαρον κεκτημένη. Vbi interpres notat, hirundinem barbaram auem eſſe, & ad fabulam refert quam dixi. Liber qui παιδείας κύρου vocatur, (quo enim nos tempeſtas rapit, ferimur) à D. Hieronymo de Cyri infantia appellatur: eius verba ſunt, *Quod quidem & Xenophon de Cyri maioris ſcribit infantia.* Aruſpices diuinabant ex inſpectione extorum,potiſſimum tamen iecoris: vnde à Græcis ἡπατοσκόποι,vt & σπλαγχνοσκόποι vocantur:conſiderabant tamen etiam cor: ſed omnium maximè vt dixi iecur. Aruſpices etiam Latinè dicuntur arioli. Nam arioli nomine non tantum cenſetur, qui per furorem futura profatur, ſed extorum inſpector. Denique in vetere lexico ſcribitur ariolus προφήτης, θυοσκόπος, βωμοσκόπος, φοιβητής. Viuarium locus eſt concluſus, in quo viua ſunt animalia. Hieronymus, LXX,inquit, περίβολον *tranſtulerunt, quod nos viuarium,vel concluſum locum dicere poſſumus.* In iuriſconſulto quænam eſt ſalix munda, cùm ſcribit, *& ſalicis mundæ annua librarum ſingula millia?* ego eam exiſtimem,quæ omni ſpurcitia & frondibus liberata & purgata eſt, aptaque eſt ad viendum & alligandum: vt cùm ex harundine iuga fiunt,aut pedamenta adminiculaque vitium. Qui à Græcis æther vocatur, meo iudicio commodiſſimè & elegantiſſimè à M. Tullio in libris de Natura Deorum, ardor & feruor (vtroque enim verbo ytitur) appellatur:quę ſignificationem verbi Græci efficaciſſimè reddunt & pleniſſimè, refragante tamen Ariſtotele. His duobus modis ab eo vocabulum Græcũ explicari comperiet, qui non oſcitanter leget. Quem Neptunum putat idem Tullius à nando dictum, alij à nubendo id eſt à tegendo dictum credunt: quòd nubat,id eſt,tegat mare terram: ac eorum fortaſſe probabilior eſt ſententia. In illo apud Ciceronem antiqui poëtæ verſu,

L. Caius ſeius ff. de ann. leg.

Cic. lib. 1. de nat. Deor.

3. de nat. Deorum.

Cic. 1. & 2. de diuinat.

Iamque mari magno claßis cita texitur,

ſignificatur mare Mediterraneum,quod magnum à Latinis vocabatur. Iſidorus, *mare magnum eſt, quod ab occaſu ex Oceano fluit, & in Meridiem vergit, deinde ad Septentrionem tendit: quod inde magnum appellatur, quia cætera maria in comparatione eius minora ſunt.* Plinius lib. 9. *Intrant è magno mari pontum verno tempore gregatim.*

Iſidor. lib. 13. cap. 16.

Plin. li. 9. c. 15.

Donec me flumine viuo Abluero

2. AEn.

dixit Maro de purificatione, quæ aquam viuam deſiderat, non pluuiam, aut ſtagnantem,aut torrentem: & fluuius duplex dicitur, torrens & iugis ac perennis, qui idem viuus vocatur.

8. AEn. — *& pontem indignatus Araxes*,

Iſidor. lib. 13. cap. 21. non ab re dictum eſt à Marone. Nam, vt refert Iſidorus, cùm Alexander eum tranſgredi vellet ponte fabricato, tanta vi inundauit, vt pontem dirueret. Seruius in 8. AEn. Seruius notat id Xerxem conatum fuiſſe facere. Hos è paniculis vndique collectis centones conſuebamus, quibus ſi purpurati offenduntur, iuuabuntur ſagati & malè veſtiti: vt huic veſti cum calceo lunato non conuenit, ita familiaritas erit cum perone & ſocco.

Donatiuum, lallare, thus quomodo adolebatur, buſtum, Hippocratis iuſiurandum. CAPVT XXI.

DONATIVVM, ſtipendium eſt non debitum militi, ſed liberaliter donatum, vt ob victoriam, aut adoptionem Cæſaris, aut auſpicia imperij: dabatur, vt apparet, & auctoratis in ipſo tirocinio, vt militaturis: Hieronymus, *ecce donatiuum quod militaturus acceperas, hoſtilia caſtra ſuſpirant.* idem Saty. 3. Hieronymus eadem epiſtola in Perſio,

— *& iratus mammæ lallare recuſas*,

lallare accipere videtur de nænia nutricum, quam infantibus occinunt potiſſimum cùm ſomnum eis conciliant, vnde lalli ſomniferos modos, Auſonius Epiſt. 17. Auſonius dixit, vt antè dixi: verba Hieronymi ſunt, *forſitan & laxis vberum pellibus mater, arata rugis fronte, antiquum referens mammæ lallare congeminet.* Iſta enim congeminatio nequicquam aliud eſt, quàm eiuſdem carminis iteratio. alij vocem eſſe qua nutrix ad lactandum inuitet aiunt: nobis gallis inde la, vox adhortantis eſt. Ritus is erat in thure adolendo, vt duobus digitis in aræ flammam imponerent. Hieronymus, *non eſt tantum in eo ſeruitus Idoli, ſi quis duobus digitulis thura comprehenſa in buſtum aræ iaciat*: buſtum autem aræ vocat eius focum, vbi ignis accenditur: pars quoque quædam aræ vocabatur altare, quæ ei imponebatur, à Græcis ἐπιβωμεὺς exponitur. Ariſtophanes Veſpis. Ariſtophanes de thure adolendo,

— ὥσπερ λιβανωτὸν ἐπιτιθεὶς νουμηνίᾳ.

Lactantius li. 1. c. 20. Lactantius lib. 1. *Colunt enim thure ac ſummis digitis, quæ ſenſibus intimis colere debuerunt.* Scylaceum renidens ab Hieronymo, vt ab Ariſtophane, βλέπων ἄρη, βλέπων κάρδαμα dicitur. Ariſtophanes veſpis. 3. AEn. Nam quia ſcylaceum naufragijs periculoſum erat: vnde & nauifragum ſcylaceum dictum eſt à Marone, ita diuus Hieronymus eſt locutus, in quo tamen cõmodius legeretur ſcyllæum à Scylla. *Vnde*, inquit Hieronymus, *& ſapiens vir Græciæ Themiſtocles, cùm expletis centũ & ſeptem annis ſe mori cerneret, dixiſſe fertur, ſe dolere, quod tunc egrederetur è vita, quãdo ſapere cœpiſſet.* Quod de Themiſtocle ſcribit, alij de Theophraſto cõmemorant. Itaque vel memoria vacillauit, vel Codex nominis

alterius

alterius ſummauttione falſus eſt, quod libẽtius crediderim. *Scitum eſt*, inquit Hieronymus, *illud oratoris Domitij, cur ego te, inquit, habeã vt principem, cùm tu me non habeas vt ſenatorem?* defeciſſe videtur Hieronymum in perſonæ nomine memoria. omnes enim hoc dictum Craſſo oratori, non Domitio attribuunt. Orariũ in diuo Hieronymo, multis videtur eſſe linteum quo ori fauemus, vt & apud Vopiſcum in Aureliani vita. Hieronymi verba ſunt, *alioqui ridiculũ & plenũ dedecoris eſt, referto marſupio, quòd ſudariũ orariúmque non habeas, gloriari.* σιμικίνθια, inquit Heſychius, φακιόλια, ζωνάρια, ὠράρια τῶν ἱερέων. ita ei eſt ſemicinctiũ, vt & Diuo Ambroſio de ſancto Geruaſio & Protaſio ſcribenti, *quanta oraria iactitantur?* quam ſententiam veriorem puto. Iuſiurandum quod libris Hippocratis præpoſitum eſt, quo pertineat ſic à diuo Hieronymo ſcribitur, *Hippocrates adiurat diſcipulos ſuos, antequam doceat, & in verba ſua iurare conpellit, extorquet ſacramento ſilentium, ſermònem, inceſſum, habitum, moréſque præſcribit.* eadem de re ſic & Largus ſcribit, *Hippocrates conditor noſtræ profeßonis, initia diſciplinæ ab iureiurando tradidit, in quo ſanctum eſt ne prægnanti quidem medicamentum, quo conceptum excutitur, aut detur aut demonſtretur à quoquam medico, longè præformans animos diſcentium ad humanitatem.* Has ego ex vberrimis ſegetibus arentes ſpicas vellebam, & in ſubſidiarijs iſtis Grammaticorum libellis, velut horreis reponebã: ſi quis eſt ſubducti ſupercilij, qui nihil niſi graue & ſerium probet, alijs cenſoriam ſuam grauitatem & ſeueritatem paſcat: hæc non attingat.

Scribonius Largus in præfat.

Trans caput iacere, cor facit hiſtrioniam, necte tribus nodis, calta, mergus, fulica, ardea. CAPVT XXII.

FER *cineres Amarylli foras, riuoque fluenti*
Tranſque caput iace, ne reſpexeris.

Eclog. 8.

non temerarium eſt, quòd iſta ſic Maro in Pharmaceutria ſcripſit, ſed ex antiquorum ritu, qui purgamenta & februa abijciebant, nec reſpicere ſolebant: Æſchylus, ἢ σῖγ' ἀτίμως, ὥσπερ οὖν ἀπώλετο πατὴρ, τάδ' ἐκχέουσα γάποτον χύσιν, στείχω, καθάρμαθ' ὥς τις ἐκπέμψα, πάλιν δικοῦσα τεῦχος, ἀστρόφοισιν ὄμμασιν. Euripides quoque eo in Andromacha reſpiciens dixit, vt Maro, εἴθε δ' ὑπὲρ κεφαλᾶς ἔβαλεν κακὸν, ἅτις τέκεν ποτὲ πάριν. Ea februa etiam interdum in profluentem abijciebant, vt apud Homerum lib. primo in mare in luſtratione exercitus,

Æſchylus in Choëphoris.

Euripid. Andromacha.

Homerus 1. Iliad.

Οἱ δ' ἀπελυμαίνοντο, καὶ εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον.

Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte.

mortuis inferias defondebant ſæpenumero lac: AEſchylus, ἔχει μὲν ἤδη γαπό-

AEſchylus in Choëphor.

γαπότους χοὰς πατήρ. Vt cor histrioniam facit, dixit Plautus, quod est gestit, mouetur: ita Æschylus eodem modo, ὀρχεῖται δὲ καρδία φόβῳ, id est saltat cor metu, quod est mouetur.

Necte tribus nodis ternos Amarylli colores,
Necte Amarylli modo, & Veneris dic vincula necto.

ex antiqua veneficiorum & cantionum consuetudine id scriptum est. nam in his numerabant nodos, vincula, & necessitates: Synesius, ἐγὼ γέτοι καὶ ἐπῳδὰς οἶδα, καὶ καταδέσμους, καὶ καταναγκας, ἅις οὐκ εἰκὸς ἀντισχεῖν οὐδὲ πρὸς βραχὺ τὴν γαλάτειαν. Quærunt grammatici apud Maronem quod coronamentum sit calta, cùm scribitur,

2. Eclog. *Mollia luteola pingit vaccinia calta.*

C.6. lib. 21. & conuenit è Plinio esse violę genus, quod tamen non perinde notum est: ego sicut de meo vix quicquã inuenire possum, sic possum de alieno hunc in locum aliquid conferre. Nam reperio in antiquo lexico Caltam esse buphthalmon, cuius luteum esse florem omnibus ferè constat. eo in libro etiam reperi vaccinium, de quo iam liquet, esse anchusan & hyacinthum. sed nos alia consectabimur. Summis auctoribus aliquando parum inter se conuenit in explanatione & conuersione verborum Gręcorum: quod ex Arato perspici potest. quod enim scribit,

Arat. Phænom. Καὶ δ' ἂν ἐπὶ ξηρὴν ὁ ἐρωδιὸς οὐ κατὰ κόσμον, id Virgilius vertit,

1. Georg. *Cùm medio celeres reuolant ex æquore mergi.* Cicero,

Cic. in Arat. *Cana fulix itidem fugiens è gurgite ponti.*

C. 35. li. 18. Auienus in Arat. ita Erodius Maroni mergus est, Ciceroni fulica: Plinio, vt & Auieno, & alijs ardea. sed & in eo quod sequitur, οἵ ποτε καὶ κέπφοι, Maro vertit,

1. Georg. *— notásque paludes*
Deserit, atque altam supra volat ardea nubem. Auienus,

Auienus in Arat. *Mox picturati conuertit pectoris artus*
Sturnus edax, premat vt tenues vis obuia plumas.

ita cepphus Maroni est ardea, Auieno, quod mihi permirum videtur, sturnus, alijs fulica, quæ larus est Charisio, vt larus alijs gauia. Cùm autẽ Virgilius, *In sicco ludunt fulicæ*, ait, αἴθυιαν significat, quam mox nominat Aratus, alij mergum malunt vertere. (1. Georg.) Nunc operæ non est plura persequi, & hæc alios admonere possunt, & pleraque alia, vt libros Latinos diligenter ad exemplar Græcum exigant atque comparent.

Hama, Iuuenalis explicatur, sipo ad incendia, locusta.

CAPVT XXIII.

L. 3. de offic. præf. vig. IN titulo præfecti vigilũ solet quæri, quæ sit hama, cùm scribitur, *sciendum est autem præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere, & coerrare*

calcea-

calceatum cum hamis & dolabris: ego hamas vasa aquaria rotundioris formæ, & ventris globosioris interpretor, quibus ad extinguenda incendia solebant vti. forma intelligi potest è versu Columellæ de cucurbita, *Li. 10. de cultu hort.*

— siue globosi
Corporis, atque vtero nimium quæ vasta tumescit,
Ventre leges medio: sobolem dabit illa capacem
Naryciæ picis, aut Actæi mellis hymetti,
Aut habilem lymphis hamulam.

hamulam tamen in libris Regum interpres pro φυάλα reddidit. Plinius *Plin. de collegio fabrorum Nicom. li. 10. epist.* quoque in epistolis aduersus incendia hamæ meminit: & *alioqui nullus*, inquit, *vsquam in publico sipo, nulla hama*. apud Iuuenalem quoque, *Dispositis prædiues hamis*: *Saty. 14.* metu incendij scriptum existimo. Sed hîc fortasse roget quis, cur siponis mentionem fecerit Plinius? ac fortasse aliquis putet salientem aquæ ductus significari: quod non existimem sed potius instrumentum aduersus incendium comparatum. nam vrbem aquam habuisse verisimile est: sed defuisse compescendo incendio instrumenta. eam interpretationem mihi persuasit Hero mechanicus, qui in libro πνευματικῶν *Hero li. πνευματικῶν.* rationem & fabricam docet siphonum aduersus incendia. nam siphones conficiebant, & in vrbibus habebant, qui altissimè in ipsa vsque ædium fastigia aquam exprimebant & eiaculabantnr. subscribit & huic sententiæ Hesychius his verbis, σίφων ὄργανόν τι εἰς προέσιν ὑδάτων ἐν τοῖς ἐμπρησμοῖς. sed & locusta dicebatur, vt in lexico antiqui critici, in quo scribitur, *locusta* ἀκρὶς, ἀστακὸς, κάραβος, καὶ σίφων ἐμπρησμοῦ. Cæterum aduersus incendia Augustus septem cohortes vigilum constituit, quarum singulis binas vr- *L. 3. ff. de offic. præf. vig.* bis regiones attribuit:hę autem cohortes è libertinis erant, vt scribit Strabo, & vt relatum est ab Vlpiano. qui sex annis inter vigiles Romæ mili- *Strabo lib. 5. geogr.* tauerat, ius Quiritum consequebatur lege Visellia: qui tribus annis, etiam postea senatusconsulto, si quis fortè inter illos vigiles libertinus Latinus esset. Quod ait Iurisconsultus, debere præfectum vigilum errare cum dolabris, id interpretor ad diruendas & demoliendas domos, vt ruina aliquarũ incendium reprimatur, ne longius euagetur. Sic apud Salustiũ minatur Catilina se incendium suum ruina extincturum, ad consuetudinem *Salust. in Catil.* respiciens hominum, qui sæpe demolitione & ruina magnum incendium compescunt.

Manales lapides verrere, Orci ostium, mundus lucens, mapalia fecistis, mullei calcei, alutacinati.

CAPVT XXIIII.

Festus lib. 11. MANALEM lapidem ſcribit Feſtus exiſtimatum orci oſtium. Nam veteres, cùm animas ad inferos omnes deſcendere putarent, multis locis oſtium orci eſſe putabant, vt qua ſpiracula erant, quæ odoris fœditate & grauitate animam adimebant & extorquebant.Sic in Auerno lacu oſtium Cic. 1. Tuſc. eſſe orci credebant. Cicero 1. Tuſcul. è vetere poëta,

Inde in vicinia noſtra Auerni lacus,
Vnde animæ excitantur obſcura vmbra, aperto oſtio
Alti Acherontis, falſo ſanguine mortuorum imagines.

ſcio equidem vulgo in Cicerone ſcribi, *falſo ſanguine:* ſed ſalſum ſanguinem à poëtis antiquis dictum cùm repererim, contra medicorum rationem, qui dulcem credunt,vt & reuera eſt, plus apud me poëtarum aucto-Lib. 6. c. 2. ritas, quàm vitium ſcripturæ receptæ valuit. Ennius apud Macrobium,

Neque miſeræ lauêre lachrymæ ſalſum ſanguinem.

Sciendum autem veteres illis in locis, in quibus oſtium Acheruntis eſſe crederent, ſolitos eſſe potiſſimum necromantia vti, quòd inde excitari animas Acherunte, & huc redire crederent. Sed & in locis peſtilentibus Trinumm. Sc. Minus quindecim. oſtium orci eſſe dicebant: Plautus,

Acheruntis oſtium in noſtro eſt agro.

Lib. 6. Lucretius,

Ianua nec puteis orci regionibus illis
Lib. 20. c. 22. *Credatur,*

Fulgentius de vocibus antiquis. Dicebatur & manium poſtis, vt alio docemus loco. Erant & lapides manales,qui trahebantur pluuiæ cauſa. Fulgentius, *Fibræ iecoris ſandaracei coloris ſi fuant, manales tum verrere eſt opus petras, id eſt, quas antiqui ſolebant in modum cylindrorum per limites trahere pro commutanda pluuiæ inopia.* Mundus interdum terra eſt, qui quidam eſt mundus inferior, vt cùm veteres mundum patere dicebāt:quin & tum terræ partem inferiorem patere cen ſebant, vt mundus potius ſubterraneus intelligeretur, qui alio tempore Cic. in Timæo clauſus eſſet, vt maria clauſa eſſe dicuntur & aperta. Mundus autem eti- Feſtus li. 11. am cælum eſt, qui mundus eſt ſuperior,& à Cicerone in Timæo appellatur mundus lucens.Mapalia eodem in libro caſas punicas explicat Feſtus, in quibus quia nihil eſt ſecreti,ſolet ſolutè viuentibus obijci hoc vocabu- Senec. de mor- lum. hæc Feſti verba magno poſſunt eſſe auxilio ad exemplanandum Se- te Claud. Cæs. necæ locum adhuc hominibus Latinis obſcurum. *Ego,* inquit, *P. C. interrogare vobis permiſeram, vos mera mapalia feciſtis:* quod eſt,vos diſſoluti fuiſtis, & à diſciplina receſſiſtis, inconditeque & perturbatè omnia egiſtis. Feſtus lib. 11. magalia autem & mapalia antiqua vocabularia καλύβας interpretantur. Eodem libro Feſtus mulleos calceos regum Albanorum, deinde patriciorum fuiſſe dicit, quos à mullando, id eſt ſuendo appellatos refert. Quid

tamen

tamen ſi vocati ſunt à rubro mulli colore, cùm purpurei eſſent. Id equidem verius putem, & ab Iſidoro ſcriptum eſt, cui fauet Dio, qui rubros Dio lib. 43. calceos vocat. Nam de ijs ſic in Iulio ſcribit, τῇ τε γὰρ ἐσθῆτι χαυνοτέρᾳ ἐν πᾶσιν ἐνηβρύνετο, καὶ τῇ ὑποδέσει, καὶ μετὰ ταῦτα ἐνίοτε καὶ ὑψηλῇ καὶ ἐρυθροχρόῳ κατὰ τοὺς βασιλέας τοὺς ἐν τῇ Ἄλβῃ ποτὲ γενομένους, ὡς καὶ προσήκων σφίσι διὰ τὸν Ἴουλον, ἐχρῆτο. Hîc Dio regum Albanorum calceos fuiſſe dicit, geſtatoſque à Cæſare, quòd ad Albanorum regum genus ſtemma familiæ per Iulum referret. Qui magiſtratum curulem cepiſſet, inquit Cato, calceos mulleos alutacinatos geſſiſſe, cæteros perones. alutacinatos autem participium fictum à verbo, quod in vſu non ſit, formato ab adiectiuo alutacinum exiſtimo. vt enim dicitur ab vncus vncinus, vncinatus, quídni ab aluta alutacinus, alutacinatus dicetur? Denique vt ab albus albatus, ſordidus ſordidatus, ater atratus? Feſtus lib. 11. alutatos alij cenſent emendandum. Scribit ibidem Feſtus mollestras eſſe pelles ouiles, quibus galeas extergebant: ſi quid veniæ viri æqui darent audaciæ & temeritati, affirmarem eſſe legendum melotas μηλωτὰς enim Græci vocant ouium pelles. In dictione autem mœnia, quæ affert è Neruularia Plauti, ea extant in Sticho.

Hyſginum, Byſſus. CAPVT XXV.

De hyſgino video quæſtionem eſſe non leuem inter doctiſſimos viros, cùm alijs herba videatur eſſe, alijs tincturæ genus. Ego quid de eo repererim, hîc perſcribere non grauabor. Igitur & herbam & tincturam eſſe puto, cùm ex ea herba color purpereus fucetur atque tingatur. Heſychius ſcribit, ὕσγινον βάμματι, neque præterea quicquam: interpres Nicandri, τὸ ὕσγινον, inquit, φυτόν ἐστι ξανθὸν τῷ χρώματι, ὅθεν καὶ ὑσγινοβαφῆ τὰ ὑπ᾽ αὐτοῦ βεβαμμένα. Ita tinctura eſt Heſychio, interpreti Nicandri herba vnde pannus inficitur. Eſſe autem tincturam & plantam cognomines, quid vetat? Suidas hyſgen herbam eſſe dicit, vnde & hyſginum tingatur. *Fiunt,* inquit Vitruuius, *etiam purpurei colores infecta creta rubiæ radice & hyſgino, non minus & ex floribus alij colores.* Cap. 14. li. 7. Plinius, *cauſa eſt quòd hyſgino maximè inficitur, rubiámque cogitur ſorbere.* Cap. 6. li. 35. Et lib. 22. *Hyacinthus in Gallia eximiè prouenit: hoc ibi hyſginum tingunt.* Hæc Plinij verba indicant hyſgen, hyacinthum eſſe, Plin. lib. 22. c. 26. vnde factitius color fucabatur, quem hyſginum vocabant. Apud Pauſaniam in Phocicis eſſe videtur coccus. ſic enim ſcribit, τὴν δὲ θάμνον ταύτην Ἴωνες μὲν καὶ τὸ ἄλλο ἑλληνικὸν κόκκον, Γαλάται δὲ οἱ ὑπὲρ Φρυγίας φωνῇ τῇ ἐπιχωρίῳ σφίσιν ὀνομάζουσιν ὕσγην. Byſſum autem interpretantur linum tenue, rufum, coloremque auri imitans, & ſplendorem atque fulgorem: reperitur & in pinna marina molliſſimæ lanuginis tenuiſſimæque & delicatiſſimæ. Reperio etiam byſſum colorem purpureum eſſe, & byſſinum eſſe hyſginum.

Heſychius, βυστὸς, χρῶμα ἀντὶ τῆς ὕσγης παραλαμβανόμενον.

Litem ſuam facere, teſſeræ. CAPVT XXVI.

L. ſi filius f. ff. de iudic. IVDEX inquit Vlpianus in tit. de iudiciis, *tunc litem ſuam facere intelligitur, cùm dolo malo in fraudem legis ſententiam dixerit*: tunc autẽ, vt idem tradit, veram litis æſtimationem præſtare iudex cogitur: videtur tamẽ etiam litem ſuam feciſſe, qui ad conſtitutum tempus in comitium non venerat, cùm iudex eſſet datus, aut ſumptus. Id ex oratione C. Cintij cognoſcitur, cuius ego verba eò libentius adiungam, quòd ipſo Latinæ orationis incorruptæ & inaffectatæ guſtu ſuauiſſima hominibus fore credam. *Inde*, in- Apud. Macro. 3. Satur. c. 16. quit, *ad comitium vadunt, ne litem ſuam faciant: dum eunt, nulla eſt in angiporto amphora, quam non impleant.* Eo igitur tempore iudex, qui ad cauſam iudicandam non venerat in comitium, litem ſuam faciebat, quod eſt, vt L. Sed eſt. §. ſi liberis. opinor, mulctabatur & condemnabatur ijs cuium erat negotium. In eodem titulo ſcribit idem, *ſi libertis ſuis teſſeras frumentarias emi voluerit*: id ego ſic interpretor, certus erat Romæ hominum numerus, quibus frumentum dabatur de publico, vt è Tranquillo intelligi poteſt, qui ita in C. 41. Iulio ſcribit, *atque ex viginti trecentiſque millibus accipientium frumentum è publico, ad centum quinquaginta retraxit.* Iulius igitur numerum eorum, quibus frumentationis ius erat, diminuit: ex ijs autem, quibus frumentariæ teſſeræ erant, aliqui eas vendebant. Erant porrò teſſeræ olim fruſtilla lignea quadrata, certa inſignita & notata forma, quæ dabantur ijs, quibus ius petendi erat frumenti publici. Teſſeram enim à verbo Græco τέσσαρα Plin. lib. 16. c. 18. dictam eſſe puto. Scribit Plinius teſſeris aptiſſimum liguſtrum. lignum enim eius molle & tractabile eis accommodatum erat. Polybius de teſſera militari ſcribens, πλατεῖον appellat, quòd taleola eſſet vel tabella lata inſcripta: ſed & ξυλήφιον ab eodem vocari videtur. Itaque, quanquam mutata forma & interpolata multis fortaſſe modis nomen tamen retinebat: ſed & eo verbo tandem figura ſenûm laterum cenſeri cœpit, quæ cubus dicitur: quin & teſſeras, quas ſpargebant Imperatores, σφαιρία, id eſt glo- Dion in Nerone & in Tito. bulos vel pilulas, Dion appellat: vſque adeo à prima figura receſſerant. Idem denique interdum σύμβολα vocat, quòd ſigna quædam impreſſa ad aliquarum rerum ſignificationem haberent. Inueni & teſſeram declarari σύμβολον συντόμων χαράκτηρον, vt teſſellatum ψηφοθέτημα, quod de pauimento accipiendum eſt.

In Daphnide vto, mola, fragilis, verbenæ, flamma in ſacris orta, bonum ſit. CAPVT XXVII.

MARO ſcribit, 8. Eclog.

Daphnis me malus vrit, ego hanc in Daphnide laurum:

& Ouidius, Ouid. 7. Metamorph.

— quid in hoſpite regia virgo Vreris?

id eſt, quid ſuccenſa es eius amore? vterque de induſtria affectauit locutionem Theocriti, ἐγὼ δ' ἐπὶ Δάφνιδι δάφναν αἴθω. quod equidem obſeruatione dignum putaui.

Sparge molam, & fragiles incende bitumine lauros, 8. Eclog.

idem Maro è Theocrito vertit, ac molam ἄλφιτα appellauit: propriè tamen eſt hordeum torrefactum frictúmve. exponitur enim ab antiquo critico κριθὴ πεφρυγμένη. fragiles autem lauros credo ex eo vocauit, quòd inter vrendum fragorem & crepitum edunt. nam in ea ſignificatione fragilis interdum ponitur, vt à Lucretio,

Et fragiles ſonitus chartarum commeditatur, Lib. 9.

& nulla æquè magno ſonitu res crematur ac laurus, quod & Theocritus, è quo interpretatus eſt Maro, dixit, χ' ὡς αὐτὰ λακεῖ μέγα καππυείσασα. Nam cùm quæ franguntur, crepent, fit proinde vt & fragor interdum ſit ſonus, & fragilis ſonans. Si quis tamen fragiles, quæ facilè franguntur, vel ob ſiccitatem, vel ob gracilitatem eſſe contendat pertinaciter, potius in partes me trahet ſuas, quàm vapulem, præſertim cùm à Marone alio ſcribatur loco,

Iam fragiles poteram à terra contingere ramos. 8. Eclog.

verbenas, autem, *adole pingues* Maroni nihil aliud ſignificat, quàm adole vel frutices, vel virgas & ramos pingues, vt flammam ignemque facilè concipiant, quales ſunt pineæ, myrteæ, laureæ, oleagineæ virgæ. nam verbenæ nomen in ſacris ita accipiebatur, vt non tantum herbam ſignificaret certam, ſed omnem frondem & ramum. Denique antiquus criticus in ſuo lexico verbenam θαλλίαν interpretatur. Ibid.

— quæ nunc ego limine in ipſo Terra tibi mando. Ibid.

hoc accipiendum eſſe arbitror de veſtibus Daphnidis; quas venefica terræ ſe ſub limine infodere ad Daphnin pelliciendum dicit: atque ego putarim ſignificari limen ipſius Daphnidis, præſertim cùm & id veneficium poſtulet: quid enim in alio limine exuuiæ defoſſæ aduerſus Daphnin poſſent? & Theocritus, cuius imitatorem Maro profitetur, idem ſcribit, de floribus tamen non de veſtibus, vt quidem cenſent, τὺ δὲ θρόνα ταῦθ' ὑπόμαξον τᾶς τήνω φλιᾶς καθυπέρτερον. Ego tamē Maronem ſequor, & θρόνα veſtes pictas Cypriorum lingua eſſe cenſeo.

Aſpice, corripuit tremulis altaria flammis Ibid.
Sponte ſua, dum ferre moror cinis ipſe, bonum ſit.

ſic

ſic loqui ſolebant, cùm bonum optabant euentum, quod & Pharmaceu
sat. 4. tria precatur: ſic & Perſius,

> *Ingemit, hoc bene ſit: tunicatum cum ſale mandens*
> *Cæpe, & farratam pueris plaudentibus offam.*

igitur bonum ſit & bene ſit, dicere ſolebant, ſecundum aliquid & prof-
perum optantes & ominantes. Cæterùm cùm ſubitò vel ſponte flamm
in ſacris & libamentis exiliebat, & ſurſum altiſſimè ſe efferebat, feliciſſi-
4. Geogr. mum erat augurium. Maro lib. quarto Geor.

> *Ter liquido ardentem perfudit nectare veſtam:*
> *Ter flamma ad ſummum tecti ſubiecta reluxit.*

Ouid. 10. Metamorph. Ouid. lib. 10. Metamorph.

> *Flamma ter accenſa eſt, apicémque per aëra duxit.*

Cùm autem ait idem Maro,

> *8. Eclog.* *— nihil hic niſi carmina deſunt:*

puto intelligi ab eo ſignificari omnia ad magicum ſacrificium parata eſſe,
tantum cantiones ipſas & carmina magica deeſſe.

Quædam in Varrone emendata, cœna auium, vindex honoris.

CAPVT XXVIII.

NEMINEM arbitror meliori fide, & religione ac diligentia maior
in antiquorum ſcriptorum emendatione verſatum eſſe, quàm Victorium
nam quandocunque vſpiam hæret, ne antiquitati præſcribat, veterē ſcri-
pturam velut ſubſcripta teſtatione repræſentat, & rem iudicio hominum
relinquit: in quo ea pudoris ingenuitate eſt, vt de exiſtimatione malit a-
mittere, quàm per fucum hominibus os ſublinere, & dum famæ conſulit,
verum opprimere. Ego igitur è veſtigijs illis antiquæ ſcripturæ quędam
rimatus mihi videor, quæ non indigna cenſui hac charta malè conciliata.
Varro lib. 3. de re ruſtica cap. 3. Ergo pro, *cùm ad Immidium hoſpitem*, lego ad Numidium, vt & lib. 1. Vi-
truuij reor emendandum. Rurſus pro, *in hoc tecto caueáque tabulata habeant*
Varro c. 5. li. 3. *ad perticæ ſupplementum*, lego, in hoc tecto caulis, quæ caulis habeat ta-
bulata, aliquod apportat ſupplementum. vt enim è Græco αὐλὴ facta eſt
caula: ſic è Græco αὐλὶς, facta eſt caulis, quod conſtum quoddam par-
uum eſt. mouet coniecturam ita legendum vetus ſcriptura *canijs*, & cre-
ber error ſcribarum, i, in vicem l commutantium, quod haud raro notat
Victorius. Caulis autem tanquam per diminutionem caulæ elatum erit.
Varro c. 9. lib. 3. Item pro, *potius vetulis quam pullaſtris*, è veteris ſcripturæ, quæ pullitris
habet, relequijs mendoſis & næuoſis, conijcio legendum pullinis. Nam
à pullo pullinus deducitur: noſque hoc nomen in vernacula retinemus
lingua

lingua. Quippe pullos equinos pullinos appellamus: vt & à pullicie pullicinos apud hiſtoricos reperimus, quod & nomen noſtra retinet lingua expreſſum. nam pullos gallinaceos pullicinos vocamus. Itẽ pro, *hæ nouiſſimæ in triclinium genanium introierunt*, conijcio ſcribendum in triclinium cœnæ auium, quod & ſalua boni ſcriptoris ſententia audere poſſumus pudenti medius fidius mutatione, & lubrico ſcriptorum lapſu c & g alternis plerunque commutantium. Nam genanium & ginauium, quod in antiquis libris reperit Victorius, nugatoriæ ſunt & nihili voces, ſine vlla vt ſcindapſus & blityri ſignificatione, neque vnquam fando auditæ. quod autem introductum eorum loco ganearium eſt, in ganeum procul à candore Varronis ablegandum eſt, & lautitijs tricliniorum. Cęterum cœnam auium explico, auium miſſus & fercula. *Ibid.* Item pro, *& lux pinguitudini inimica*, lego pinguitudinis vindicta, quod eſt, ea res pinguitudini officit, eamque lædit, & tanquam adimit. Nam vindicta vltio, pœnaque eſt, & noxa ac detrimentũ. Sic M. Actius, *vt tu honori maiorū* [illegible]*ndex eſſes*: quod eſt, eorum honorẽ contaminares & violares & tolleres. *Plaut. Trinum. Sc. contra illico.* Quod ſumptum ab his, qui quid vindicant ſuumque aſſerunt, & manum inijciunt, proindeque alteri auferunt: niſi quis vindictam pinguitudinis pro liberatione accipiendum cenſeat, à vindicta qua ſerui manumittuntur: & apud Plautum honori vindex fieres exponat, honorem manumitteres & liberares, ne tuis tanquam addictus ſeruiret, & in familia eſſet: qui ſenſus in Plauto nec inſulſus eſt, nec à ſignificatione alienus, & fortaſſe verior. Legendum etiam ſuſpicor. *C.10. l.b.3.* *ſaliunt in aqua: inigentur in flumen aut piſcinam*. Item pro, *quibus in tenebris cùm cumulatum poſitum eſt in doliis*, lego cùm hilar impoſitum eſt. *C.15. li.3.* εἶλαρ vocabulum eſt Græcum, quod, vt mihi videtur, hîc operculum doliorum ſignificat eorum in quibus glires ſaginantur. vetus lectio eſt, *cum vlar impoſitum eſt*, quæ quàm proximè ad eam quam centuriamus, accedit: vt vel ſine iniuria, vel certè cum venia in hunc velut militarem manipulum adſcribi poſſit. Non deeſt qui cum molare legat, quod ne prætereundum quidem exiſtimaui: ſed nec qui ollare, vt operculum ollæ: atque hæc quidem ex antiquæ lectionis veſtigijs coniecta potius quàm affirmata cenſeantur.

Maro explicatur, auenæ, Delus materna, arma, annus inuerſus, equina libido, nodus Gratiarum, agger tumuli.

CAPVT XXIX.

TEMPERARE mihi non poſſum, quominus quædam vel plumis vel ſubere leuiora his adiungam: ſed hoc ſi faciam, ab huius libri inſtitu-

to non

to non recedam,sed vt de fortuna dici solet, constans in leuitate mea ero.

1.Georg.

Dij patrii indigetes, apud Maronem continuata scriptura legimus: at ego eam esse arbitror interpunctione distrahendam, *Dij patrij, indigetes*: quod equidem ex meo sensu pronuntiare non auderem,sed locupletis auctoris fide id facere posse meritò videor. Is Symmachus est, qui hunc Maronis locum æmulatus sic scribit, *Ergo à dijs patrijs, à dijs indigetibus pacem rogamus*. Sunt autem dij indigetes, qui à Græcis δαίμονες vocantur. Fulgentius, *Dæmones dicti sunt, ideo & apud Romanos indigetes.*

In epist. ad Valēt. Theod. & Arcad. — Lib. 3. mythologic.

4. Aen.

— Et Delum maternam inuisit Apollo,

non de nihilo dixit Maro. nam vt scribit interpres Pindari in Pythia, adulta Diana Dicten in Creta occupauit, Apollo Lyciam: Delon, in qua nati erant, matri Latonæ concesserunt. his ego meis friuolis magnum non pono pretium, sed otium fallens & animi molestiam ista vt in mentem veniunt, sub acumen calami subeuntia chartæ illino.

1. Georg.

Expectata seges vanis elusit auenis.

valet, vanis elusit culmis, & stipulis frugem non habentibus. Diuus enim Ambrosius sic exponit, cuius hæc sunt verba è libro de pœnitentia, *Atque vtinam hanc stipulam in messe, hoc est inanem auenam fructus mei non abijciat.* Cùm tamen scribit Maro:

D. Ambros. de pœnitentia.

1. Georg.

— & steriles dominentur auenæ:

herbam segetes necantem Symmachus intellexit ita scribens, *Nec rubigo segetibus obfuit, nec auena fruges necauit.* Pro his nauci non daret suum Afranius, nec ciccum Plautus, si in sigillaribus venirent.

Symmach. in relat. ad Valent.

5. Aen.

Colligere arma iubet, validisque incumbere remis,

imitatione Græcorum à Marone dictum est, qui armamenta velaque, ὅπλα etiam vocant: Theocritus, κουφότερ', ὦ παῖδες ποιεῖσθ' ὅπλα, πλευστικὸς οὖρος.

Theocrit.

Quæ simul inuersum contristat aquarius annum,

vt Horatius dixit, sic Theocritus τετραμμένου εἴαρος ἤδη. Sed Horatius brumam intellexit, Theocritus ver. Aratus quoque scripsit, ἵνα τρέπεται ἠελίου ἴς. Horatius etiam Græcorum imitatione dixit de lasciua & amante, iecur vlcerosum, quòd eam partem Cupido ferire censeatur: vnde Theocritus, χαλεπὸς γὰρ ἔσω θεὸς ἧπαρ ἔμυσσεν. Sed & Seruius è Varrone ita scribit, *Nam propriè rubigo est, vitium obscœnæ libidinis, quod vlcus vocatur.* Egregiè autem, vt nihil supra, de libidine effrenata & immoderata scripsit, *& libido, Quæ solet matres furiare equorum.* Nam libidinem equinam, furiosam & immensam & incitatissimam vocare solebant. Prudentius,

Horat. sat. 1. lib. 1. — Arat. Phæno. — Od. 25. lib. 1. — Theocritus in Hyla. — Seruius in 1. Georg. — Od. 25. lib. 1.

Lib. 1. contra Symmach.

Aduena quos profugus gignens, & equina libido,
Intulit Italiæ: Thuscis namque ille puellis
Primus adhinniuit simulato numine mœchus.

Hinc

Hinc elegans illa in Pisonem translatio, *sic ad illius hanc orationem adhinniuit.* Cic.in Pisonē.

Segnésque nodum soluere Gratiæ,

dicitur ab Horatio, quòd inter se semper coniunctæ & implexæ sunt. sic Od.21.lib 3. apud Maronem, *corripit in nodum*, est manibus complexus constrictum tenet: AEn.8. sic Diuus Ambrosius in libro de virginibus scripsit, *videres piam matrem stringentem nodo manus.* D.Ambros. in lib.de virgin. Iterum, *& religiosum quem strinxerat nodum nec morte laxabat.* Seneca de Gratijs, *quare tres Gratiæ, & quare sorores sint, & quare manibus implexis.* Lib. 1.de benef.c.3. Iterum, *quid ille consertis manibus in se redeuntiũ chorus?* Ego ista scio non pluris esse, quàm nænias: sed hinc aliorum merci Epist.7.ad Paulinum. pretium constabit suum. Æui maturus Aletes apud Maronem est senex. AEn.9. Ausonius,

Maturus æui nec rudis diiudicem.

Ambrosius, *hæc iunioribus cõuenêre annis donec mens æui matura canesceret.* D.Ambros.de virgin. solet enim pius ille scriptor libenter ex Horatio & Marone aliquid vsurpare, vnde quo sensu poëta dixerit intelligimus. *Aggere composito tumuli*, non 7. AEn. ab re dixit Maro. Nam prisci tumulos honoratorũ multum exaggerabant, id mortuorũ honori accedere existimantes, vt apud Æschylum, πολύχωστον ἂν εἶχες τάφον διαποντίας γᾶς. Apud Græcos quoque χυμὸς, τάφου χῶμα exponitur, id est sepulchri agger: & χυτὴ ἡ ἐπὶ τοῦ τύμβου χωννυμένη γῆ. Hîc tandem istarum huius capitis tricarum finem faciam, quas si quis ad censorem in censum deferret, censui censendo esse planè negaret.

Bis per omnes, diatessaron, septem discrimina vocum, summa & ima chorda, aliquid sufferti canere, infringere digitos lyræ. CAPVT XXX.

PROVERBIVM Græcum, quod è fidium harmonia sumptum est, δὶς διὰ πασῶν, video explicari bis per omnia: cui ego interpretationi non possum vllo modo assentiri. puto enim esse bis per omnes, vt chordas subaudiamus: sic διὰ τεσσάρων est, per quatuor chordas, quarum tria interualla continent proportionem sesquitertiam, quæ est quatuor ad tria. tria interualla sunt, sesquioctaua, sesquioctaua, & defectio, vel vt Cicero vertit in Timæo, relicta particula, id est λεῖμμα, quæ proportionem efficiunt Cic.in Timæo. sesquitertiam, vt docent musici: & in diatonico genere sunt, tonus scilicet tonus & semitonium. Quæ tamen proportio, vt Psellus præclarè docet, non è tonis, sed è chordarum longitudine vel crassitudine sumi debet. sic diapente per quinq; chordas, quæ quatuor habent interualla, proportionemque efficiunt sesquialteram, quæ non è tonis, aut sesquioctauis spatijs sumi debet, sed, vt dixi, è chordis. διὰ πασῶν per omnes, id est per octo chordas. nam octo chordarum erat olim musica, quæ octo

diſcrimina efficiebant vocum, & ſeptem interualla: ac δὶς διὰ πασῶν, bis per omnes, id eſt bis per octo, quod eſt per ſedecim chordas, quæ perfecta complexio eſt omnium concentuum, eiuſque ſunt quindecim interualla. Horat. sat. 3. lib. 1. apud Horatium ſyſtema eſt tetrachordum, cùm ſcribitur in Sermonibus,

— modo ſumma voce, modo hac reſonans, quæ chordis quatuor ima.

ὑπάτη autem ab eo ſumma vocatur, νεάτη ima: ac Latinis, quàm Græcis vocibus vti maluit: & ſi, quòd ſtudium muſices in Græcia florebat, & eorum literis mandatũ erat, obtinuerat vt omnia ferè in muſica Græcis appellarentur vocabulis. Lyra autem heptachordos erat: vnde fortaſſe à 6. Aen. Marone ſcriptum eſt, *Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum.* Fulgent. lib. 3. Quod tamẽ aliter explicat Fulgentius, cuius & explicationem ſubijciam. Mytholog. *habet igitur muſica partes ſeptem, id eſt genera, diaſtemata, ſyſtemata, phthongos, tonos, metabolas, & melopœias: vnde & Virgilius in ſexto ait,*

Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum.

Ac in lyra ſeptem intenſas fuiſſe chordas de numero ſtellarum errantium multi cenſent: ſed tamẽ in ea heptachordum duo tetrachorda efficit, cùm media pro indiuiſo ſit vtriuſque. in his autem neruis vnus λιχανὸς vocatur ab indice digito nomen adeptus, qui neruos citharæ ſollicitat. ex heptachordo tamen lyra à Mercurio inuenta, tandem octachordos eſt facta à Pythagora, vt multi auctores ſunt, quorum iſta fide ſcribimus. Itaque ſi quis fideiuſſorem deſiderat, illi fide ſua eſſe iubebunt. aliquid ſufferti caTranquill. in nere apud Tranquillum à muſica ſumptum eſt. in ea enim ſoni quidam Nerone. c. 20. dicuntur ἄπυκνοι, alij πυκνὸ: eorumque alij βαρύπυκνοι, alij μεσόπυκνοι, alij ὀξύπυκνοι. ſuffertum enim eſt, ſubdenſum, & tanquam ὑπόπυκνον. vt alio me loco recordor dixiſſe, ſed vt eandem fabulam reponere licebat olim Liberalibus, & poëtæ argumenta ab alijs iam poëtis carmine comprehenſa tractabant, quid vetat idem me interdum dicere, & idem alijs rationibus & auctoritatibus confirmare? Cùm autem genus quoddam modulationis appelletur chromaticum, quæſitum eſt à pleriſque, vnde ei nomen iſtud ſit poſitum? quid enim coloribus cum muſica? ſed ita ſe res habet: quemadmodum inter nigrum & candidum interiecti ſunt alij colores medij: ita quoque hoc genus inter diatonicum & enharmonium eſſe videtur interpoſitum: nonnulli vt fuſcum inter album & nigrum poſitum eſſe: ſic chromaticum inter illa duo genera cenſent. ſic enim ſæpe vocabula ab alicuius rei ſimilitudine aſciſcuntur, & tranſlatia imponuntur, non è proprietate naturæ ipſorum quę ſito nomine. Adde quod & colores, id eſt χρόαι, etiã à muſicis in cantibus ponuntur, vt non tantum vna in re coloris nomine ſint vſi mutuato.

Od. 15. lib. 1. *Imbelli cithara carmina diuides,*

muſi-

musico hîc dictum non est vocabulo diuidere, vt reor, sed translato: quia qui canunt percurrendo chordas & psallendo, etsi velut per eas partiuntur carmen, tamen id potius audientibus diuidunt, vt antè diximus: at verò musico, vt credo, verbo in Achilleide, infringere digitos lyræ dixit Papinius, pro digitos flexibiles & faciles docilesq; modorum lyræ reddere. *Papin. Achilleid. lib. 2.*

Dimachæ, cestri, sicilæ & sicila, camaræ, cydali, cydari, Gellius emendatus. CAPVT XXXI.

VT architectus dicitur, sic obseruaui veteres architectonem dixisse: quod, ne quis vitiosum existimaret, annotandum putaui. scio enim multos suspicaturos esse propter Græcorum consuetudinem, loca illa interpolanda esse, cùm Græci architectona appellare soleant, non Latini, sed eam librorum constantiam falsi insimulare nec possim, nec velim. Varro apud Nonium, *harum ædium summa atria confutabant architectones.* Plautus Mostel. vt in veteri exemplari reperi, *Apud Non. in Confutare.* *Plaut. Mostel. Sc. Melius hoc anno.*

Nam sibi laudasse hasce ait architectonem.

Neque verò nouum aut insolens Latinis ab vsitatis linguæ suæ verbis discedere, sed & Græcis vti, & ea sæpenumero interpolare. sic γρῦπας gryphes, atque adeo picos magis immutato verbo, Nilum Melonem, Atlantem Telamonem dixerunt. sexcenta sunt eiusdem generis quæ memorari possunt, in quibus Latini nonnihil à Græca formula recesserunt, & nonnihil voces luxarunt. veruntamen non putem tantum eos sibi permisisse, vt dimichas pro dimachis dicerent, quæ vox turpiter deformata est in historijs Q. Curtij Ruffi. sic autem vocabantur milites duplici genere pugnæ habiles, vt & ex equo & pedibus pugnare possent. ex eo enim nomen inuenêre. hi & ἅμιπποι vocabantur. sic enim de ijs grammatici Græci scribunt διμάχαι οἱ λεγόμενοι ἅμιπποι, οἵτινες ὁτὲ μὲν πεζῇ, ὁτὲ δὲ ἐφ' ἵππων μάχονται. nec in Gellio rectè legitur ruministor, cùm emendandum censeam runæ cestri. Cestrus enim Græcis verutum significat, cuius teli etiam apud Liuium mentio est. sic in eodem Gellio legendum censeo mesancyla. sic enim à Græcis iacula vocantur ex eo appellata quod in medio hastili amentum habeant, quod verbum etiam in Pompeio deprauatum est. in eo enim mesancilum legitur, interpretaturque genus teli missilis. In eodem Gellio sibynæ lego, non scibones: genus enim hastę est Græcis. Eo verbo vsus erat Ennius, *Illyrij restant sicis sibynisque fodentes.* *Cap. 25. li. 10.* *Lib. 42.* *Gel. c. 25. li. 10.* *Fest. lib. 11.* *Apud Festum lib. 17.*

Sunt & sicilices apud eundẽ hastę habentes spicula lata, Festus hunc Ennij versum affert, *Incedit miles vulgo sicilicibus latis.* *Ibid.*

in antiquo lexico sicila exponitur σμίλη, ἀρβήλιον, σμίλη χαρτοτόμος. Sicilum ξυρὸν σκυτέως, quæ ego adscripsi ob affinitatem vocis. sed & pro climaculis lego clunacula. clunaculum autem, vt inquit Pompeius, culter sangui- *Gell. lib. 10. cap. 25.* *Fest. lib. 3.*

narius vocabatur, vel quòd eo clunes hostiarum diuiderent, vel quòd ad clunes penderet. in eo malè clunadum legitur pro clunaclo. Et quoniam hunc Gellij locum attigi, accedet huic loco quædam indebita pensio de nominibus nauium, quæ in eo corrupta censeam: quanquam perquam vellem mihi subsidio essent antiqua exemplaria, in quorum inopia, quid mihi aliud relinquitur, quàm coniectura exilis & lubrica? hæc igitur quæ dicam, pro certis non affirmabo, sed vatum similis hariolabor. pro renunculis legerem libentissimè lenunculi. Cercuri naues sunt, quæ nomen habuerunt à Corcyrensibus, vt grammatici Græci suspicantur. sed & *quas Græci vocant* πρόπλους, putauerim legendum, non ἰσόπους. moxque, *vel* ἐπακτρίδας. Rursum *horiolæ, stlatæ.* de catis enim nihil quicquam vnquam legi: erat autem stlata nauis piratica. Caper, *stlataris sine c litera scribendum est, à stlata rate piratica.* in antiquo lexico scriptum extat, stlata πειρατικοῦ σκάφους εἶδος. hinc fortasse stlataria purpura dicitur à satyrico hoc versu,

Gellius ibid.

Caper de orthographia.

Iuuenal. Sat.

Spondet enim tyrio stlataria purpura filo,

purpurea vestis velut piratica & latrocinans, cuius splendore spoliantur & falluntur venditores, diuitem censentes, qui eam gestat: vel potius fallax & deceptrix, & irridens exponetur, quòd eo vestimento homines decipiantur. stlatarius enim in antiquo lexico exponitur ἐργόμωρος. In mareplaridis animi pendeo, parumque abest, quin putem Salustium à Gellio malè intellectum. videtur enim Salustius dicere cohortem, quę fasello vehebatur, à prædonibus, cùm mare placidum esset, exceptam fuisse: Gellius intellexisse videtur mareplacidam à prędonibus circumuentã fuisse. Salustij verba sunt è 3. historiarum, *& fortè in nauigando cohors vna grandi fasello vecta à cæteris deerrauit, marique placido à duobus prædonum myoparonibus circumuenta.* legisse videtur in Salustio Gellius mareque placida. Sed nimirum ipse calumnior, & librariorum errorem Gellio adscribo, in quo cùm scribatur, *Caupulica, mareplacidæ, cidarum*, emendandum existimo, cydali, camaræ, phylacides, cydari. Cydali & cydari nauium nomina extant apud Pollucem: Camatæ apud Arrianum & Strabonem: phylacides commenti sunt mei & inuenti, à custodia naualis exercitus. Sed nuctutiæ, mœdiæ, mediæ & intempestæ noctis tenebras exuperant. pro his acatia, hemioliæ legendum puto, quæ nauium genera Græcis sunt notissima, & veterem scripturam quam proximè ad emendationem meam accedere audio. gesseoretæ in vitio quoque sunt: gestoriæ lego, vt enim à Plauto dicitur nauis geraria: gestoria quoque à gerendo nomen habebit, vt vectoria à vehendo.

Apud Non. in Myoparo.

Gell. lib. 10. c. 25.

Strabo lib. 11.

Gell. lib. 10. c. 25.

Plaut. Mercat. sc. 1. Duas res.

ADRI-

ADRIANI TVRNEBI ADVERSARIORVM LIBER VIGESIMVS.

Nebulas Helicone legere, nimbatus, candidus vmbo, nubigeri clypei, aceto lotus, varro, vidulus, & alia explicata in Persio. CAPVT I.

IN satyris Persij multis sanè locis ab interpretibus dissentio, quos omnes nunc commemorare non est huius operæ, quæ defunctoria est, sed interpretationis iustæ. ex vna tantum satyra quinta quosdam excerpam, quibus confido me planum esse facturum, meritò me in alia omnia, vt in senatu olim fieri solebat, discedere.

Grande, inquit Persius, *locuturi nebulas Helicone legunto.* Persius sat. 5.

Hîc nebulas interpretes musas intelligunt, qua interpretationis licentia recepta, nihil erit quod non facilè expediamus, cùm omnia quiduis significatura sint: ego potius nugas & inania & nugacia poëtarum figmenta fumis & nebulis similia acceperim, quæ omnia eis in Helicone, quod musarum domicilium est, nasci videntur, quòd Heliconem & musas Heliconis incolas, sæpe in suis poëmatis appellare, præsertim in principio soleant. nebulæ enim in his rebus poni solent, vnde & nebulones dicti: sed & nebulam pro re nihili Plautus dixit in Pœnulo, Plaut. Pœnulo

Cuius ego vel nebulæ cyatho septem noctes non emam. Sc. Negot. sibi.

sed & nimbum eodem modo pro re friuola & nugatoria posuisse videntur veteres: vt proinde nimbatã dixerit Plautus vilem & contemnendam. *Quam magis*, inquit, *aspecto, tam magis est nimbata & nugæ meræ.* Non tamen me fallit hîc ab Isidoro nimbum explicari fasciolam transuersam ex auro assutam linteo, quod est in fronte fœminarum. Simili errore, Ibid. Isidor. lib. 19. cap. 30.

— dare pondus idonea fumo,

exponunt, quæ sit digna incendio, cùm paginam & carmen dicat, quo fumus resque leues & nugatoriæ verbis amplis & tumentibus dignitatem & pondus assequuntur, id est carmen graue magnique ponderis de re leui. Ait Persius, Persius Sat. 5.

— totáque impunè Subura

Permisit sparsisse oculos iam candidus vmbo.

hîc vmbonem accipiunt, sane inuita Minerua, togam virilem, quo freti nescio: equidem in poëta eam figuram non feram, vt vmbonem pro toga dicat: ego sensum esse puto, posteaquam vestem sumpsi virilem, & ætatem militarem attigi. qui enim prętextam posuerant, ætatis militaris censebantur: primis autem stipendijs clypeum gerebant sine omni argumento & insigni candidum, velut è Virgiliano versu notum est,

9. AEn. *Ense leuis nudo parmáque inglorius alba.*

Lib. 5. Siluarum Protreptic. ad Crisp. eos clypeos appellat nubigeros Papinius,

Quis tibi tum tenero permisit plaudere collo
Nubigeros clypeos, intactáque cædibus arma?

Toga autem virilis toga libera dicebatur, eámque adepti remotis magi-
Ibid. stris liberius viuebant. Papinius,

Quem non corrumpit pubes effrena, nouæque
Libertas properata togæ?

Persius sat. 3. *Hic campo indulget,*

Ibid. cùm dixit, perspicuè de ludo, & exercitatione cāpestri intellexit. hunc alea decoquit cùm dicit, aliū intelligit alea exhauriri & facultates amittere.
Ibid. *Ille*, inquit, *in Venerē est putris*, id est ille in Venerē solutus est & promptissimus, ducta, vt antè dixi, translatione à putri terra. Crassos autem mox dies dicit, eos qui clara liquidaq; luce carent, crassumq; & concretū habent cęlum. Inde enim ducta est translatio. illi, inquit, qui sic vitam egêre, vbi luxu & nequitia morbos & podagram aut chiragram contraxerunt, grauissimè ferunt se eam vitæ sectam secutos, quæ tota diei nubilo & caliginoso, aut luci paludum nebulis & caliginibus offusæ ac tristi similis sit, nec ad veram & illustrem vitam aspirauisse, quam conciliat philosophia, quæ discussis tenebris stultitiæ, sapientiæ lumen ostendit, & nos ab errore in vi-
Saty. 5. am reducit. Itaque serò ingemiscunt sibi, id est à se, vitam veram, quam
Ibid. ostendit philosophia, esse relictam. Cæterùm Dama nomen seruile est per diminutionem ex Demetrio, vt Menas ex Metrodoro. Is seruus, vbi circumactus fuerit vindictaque manumissus, liber & ciuis habebitur: quod his argumentis probat Persius. Nam sponsor esse poterit, iudex, testis, si-
Ibid. gnator. Cur obsecro te, dicit aurem Stoici acri aceto lotam? nempe quòd eius auris exercitata est in dialecticis conclusionibus, cuius artis acri disciplina & acuta instructus, non fallitur captiosis ratiocinationibus: sed eas statim acris eius & acuta auris percipit. Nam acetum pro acumine & prudentia poni, non est nouum nec inusitatum. Plautus,

Plaut. Bacchid. sc. Nunc experiar. *Nunc experiar sitne aceto tibi cor acre in pectore.*

Plaut. Pseud. sc. Dulcia atque. Iterum, *Ecquid habet is homo aceti in pectore? Ch. atque acidissimi.*

Subijcit

Subijcit Persius, Persius Saty. 5.

Non prætoris erat stultis dare tenuia rerum
Officia, atque vsum rapidæ permittere vitæ.

id hoc sensu accipio: solus sapiens liber est, sapientis autem proprium est vita rectè vti & officijs optimè fungi, quarum rerum scientiam complectitur. eam autem scientiam tradere non potest prætor: proinde ne libertatem quidem. facilius enim prætor consequeretur, vt prægrandes isti militum calones, qui musicam nunquam didicêre, rectè sambuca, quam vulgo in Gallia harpam appellamus, vterentur. vt enim illi, quia scientia modorum & cantuum carent, sambuca canere non possunt: sic qui scientiam vitæ non sunt adepti, officia vitæ non possunt rectè obire. quare nec liberi esse. Cùm scribit,

Nil tibi concessit ratio, digitum exere, peccas. Ibid.

Stoicorum sermone est vsus, qui ne digitum quidem exeri, vt oporet, à stultis existimant. Plutarchus, ἔργων γὰρ κατὰ τὰς ἀρετὰς ὄντων, οἰκειά ἐστι τὰ προενεχθέντα καὶ τούτων, οἷον ἀνδρείως τὸν δάκτυλον ἐκτεῖναι. digitum autem, verbi gratia, is interdum viriliter exerit & fortiter, qui alteri denuntiat terrorem, vel se nihil timere digito exerto ostendit. cùm scribit, *I puer & strigiles*, ostendit Ibid. magis esse seruum, qui libidini paret & perturbationi, quàm qui dominum habet & seruitutem seruit. Nam si dominus tibi imperarit aliquid, si tamen cessator & nugator es, te imperium herile nihil impellet: at si intus dominæ sunt perturbationes, æquè nos plectunt, ac serui cessatores à domino verberantur. Vetus autem interpres, *varo regustatum*, perspicuè le- Ibid. git, vbi vare excusum vulgo habemus: ac varones seruos militum interpretatur, qui vtique, vt ait, stultissimi sunt. hoc ego eo libentius adscripsi, quòd eius auctoritate munitius & firmius intelligam esse, quod suprà cõstituere tentaui, varronem potius, quàm baronem dicendum esse. puto C.2.lib.9. tamen varonem rusticum & stultum significare, à varis vel vartis ducto nomine. sic tardi & stolidi parumque ingeniosi, stipites & caudices vocantur. Sententia est huius loci, stultus eris si iusiurandum colas, & nisi vel periurio rem quæras, vix sal tibi quem delingas suppetet: ac salinum tibi, Persius Sat. 5. propter salis inopiam, vt micas & reliquias quasdam eius salini conchæ tenaciter inhærentes reuellas, erit penè digitis terebrandum.

Iam pueris, inquit, *pellem succinctus & œnophorum aptas*, Ibid.

Id est, iam te accingis ad nauigandum, & accommodas sarcinas pueris, vidulum scorteum & œnophorum: sic se comparare solebant, qui aliquo proficiscebantur. Plautus Epidico, Epidico Sc. 1.

Nisi si in vidulo, aut in mellina attulisti:

quod est, nisi si in scortea eum habes mantica, aut in œnophoro vel lage-

na mellinæ. eſt autem mellina potio confecta adiecto melle. ſcio ego videri maximæ doctrinæ viris hîc à Plauto ſignificari melis pellem, quibus nondum aſſentior.

Perſius sat.5. — *Calido,inquit, ſub pectore maſcula bilis.*
Intumuit, quam non extinxerit vrna cicutæ.

Id eſt, tu qui nauigare paras, mera bile atra percitus inſanis & furis, nec vrna cicutæ inſaniæ tuæ feruorem extingueret,tantus eſt.

Ibid. — *Tibi*, inquit, *torta cannabe fulto Cœna ſit in tranſtro?*

quod eſt, vſque adeóne inſanis, vt tibi cannabinis rudentibus ſedem fulcire velis cœnanti in tranſtro vice menſæ, & velis ſedentem te ſuſtineri funibus, & duros rudentes tibi ſedile eſſe, qui in elegantibus & mollibus lectis diſcumbere ſolitus ſis? Ergo fulto non ad tranſtrum, ſed ad hominem referendum eſt. Nam fultum id quod expreſſi ſignificat, vel auctore

Plaut. Sticho Sc. Qui manet. Plauto,

Mane puluinum. A. bene procuras, ſatis ſic fultum eſt mihi.

Propertius li. 3. eleg. 7. Propertius, *Et fultum pluma verſicolore caput.*

Si tamen quis ad tranſtrum referat, non valde diſſentiam. *Quincunce modeſto*, cùm ait, ſignificat ei ſatius fore quincunciali vſura, mediocrique & infra ſemiſſem fœnore pecuniam occupare, quàm ſtudio maioris quæſtus magnos labores & periculoſam nauigationem ſubire. *Noſtrum eſt Quod viuis*, cùm ait, perinde aſt ac ſi diceret, ego tibi vitæ, ſalutiſque auctor ſum, & abſque me foret, lubricæ præcipitiſque vitæ rationes amplexus, aut duritiam aut parſimoniam ſecutus fato raptus eſſes: at impulſu ſuaſuque meo tibi genioque tuo indulſiſti. *Hoc quod loquor inde eſt*, id eſt, inde proficiſcitur mea oratio, vt oſtendã tibi breuem eſſe vitam nec gaudia differenda, ſed primo quoque tempore occupanda. Deos autem depellentes mihi appellaſſe videtur, qui mala depellunt, quos Græci ἀποτροπαίους & ἀλεξικάκους vocant, Latini etiam auerruncos, vt iam diximus.

Perſ. saty. 5. — *ſolea puer obiurgabere rubra*,

Ibid.

cùm dicit, intelligit eum vapulaturum ſandalio meretriculæ. tale eſt illud

Eunuch. sc. 8. act. 5. Terentianum,

Vtinam tibi commitigari videam ſandalio caput.

Perſ. saty. 5. Apricos autem ſenes fortaſſe dicit apricatione gaudentes: ſunt qui intelligunt pauperes, qui cùm vnde focum calfaciant non habeant, apricari ſolent, quod à Diogene factum legimus: & ſanè largitio illa fricti ciceris illi hominum ordini magis conuenit. Qui ſunt dij inflantes corpora? Iſis, verbi gratia, & Serapis: erat enim opinio ab illis dijs morbos immitti. propterea inde ſcriptum eſt in epigrammatis Græcis,

Ἐνθάδε παιδεύουσιν, ὅσοις κεχόλωτο Σάραπις.

Rur-

Rursum, Ἤν τιν᾽ ἔχῃς ἐχθρὸν Διονύσιε, μὴ καταράσῃ
Τὴν Ἴσιν τούτῳ, μηδὲ τὸν ἀμφικράτη,
Μηδ᾽ εἴ τις τυφλοὺς ποιεῖ θεὸς, ἀλλὰ σίμωνα.

Hæc ego properanter & cursim & strictim attigi, in quibus vel errant vel conuiuent interpretes.

Samothracius annulus, thynicus, æstiuum aurum, aurum semestre. CAPVT II.

1 LVCRETIVS de magnete differens ferrum alliciente, Lib.6.

Exultare, inquit, *etiam Samothracia ferrea vidi.*

Quæsitum est à grammaticis, quæ sint eo loco samothracia? eorum enim censeo eijciendam sententiam, qui de ferreis deorum Samothracum simulachris interpretantur. Ego samothracia ferrea, annulos ferreos dici intelligo: id quamobrem, afferre possum. In Samothrace dicit Plinius c.1.lib.33. genus quoddam annuli inuentum, quo ferrum cingebatur auro, vt ferrum loco gemmæ esset: sed & è mero auro ibi fabricatũ esse. Lucretius etiam è mero ferro. Plinij sunt verba, *necnon & seruitia iam ferrum auro cingunt:* Ibid. *alia per sese mero auro decorant, cuius licentiæ origo nomine ipso in Samothrace id*
2 *institutum esse declarat.* Isidorus de annulis, *samothracius aureus est quidem,* Isidor.lib.19. *sed capitulo ferreo, à loco ita vocatus*: qui & annulum è mero auro thynicum cap.13. vocat. *Thynicus*, inquit, *purus est, primum in Bithynia fabricatus*: affertque molles Mæcenatis versiculos de morte Horatij Flacci, vt id probet,

Lugent te mea vita, te smaragdus,
Berillus quoque Flacce: nec nitentes,
Nunc per candida margarita quæro,
Nec quos thynica lima perpoliuit,
Annellos, nec Iaspios lapillos.

Hîc ego non omittam veterum quibusdam, qui lautiores & elegantiores
3 erant (tantus eorum luxus fuit) annulos duorum generum fuisse, æstiuos & hibernos: ac hibernos putem fuisse maioris ponderis: æstiuos autem leuiores. Iuuenalis, Iuuenal.Sat.1.

Ventilet æstiuum digitis sudantibus aurum:
Nec sufferre queat maioris pondera gemmæ.

proinde scripsit satyra septima, Saty.7.

Semestri vatum digitos circumligat auro.

Annuli enim æstiui & hiberni semestres sunt. Paris, inquit, histrio, qui multis militiæ honorem largitur, vatibus dat annulos aureos, eosque locupletat.

Locus

Locus Ciceronis pro Sextio, calatis granis.

CAPVT III.

FACINVS audaciſſimum aggredior, hominiſque deſperati, & ad omnem audaciam proiecti, qui quidem vlcus Ciceronis planè mortiferum ſine veterum librorum ope attingere audeam atque curare coner: ſed audaciæ meæ veniam datum iri ſpero, præſertim cùm non propoſito nocendi, ſed adoleſcentium ſtudia iuuandi tam ancipitem locum tentatura ſit. Verba ſunt Ciceronis ex oratione pro Sextio, *Alter verò non ille Serranus ab aratro, ſed ex deſerto gaui Oleli horreo calatis granis in Calatinos ac Lælios inſitus, ſubito nominibus in tabulas relatis nomen ſuum de tabula ſuſtulit.* Hæc ego à Cicerone dici interpretor de Sex. Atilio Serrano, qui in tribunatu reſtitutionem Ciceronis interceſſione impedierat, vt & Quintius Numerius tribunus alter. Hunc Serranum ſe in Atiliorum Calatinorum familiam dicit adoptaſſe. Itaque videte quo prolabar, ferè putem legendum eſſe, *ex deſerto Gauio Atilij horreo calatis granis.* non enim perſpicere poſſum quid hic illud Lælij valeat, non magis, inquam, quàm cùm dicit in Calatinos ac Lælios inſitus. Inſitiuum enim vult ſignificare non Lælium ſed Atilium eſſe: vt hîc quoque in Calatinos Atilios pari vecordia legendum eſſe contendam. ſed operæpretium abſoluiſſe non videbor, niſi cui calatis granis dicat, explicaro. de quo ſic ſtatuo, Atilium iſtum Gauianum ex ignobili deſertoque vico, in quo Atilij horreum eſſet, calaſſe grana: quod eſt conuocaſſe & collegiſſe, vt frugum furtum ei obijciat, vt meſſori, ſine piaculo videor commemorare poſſe, me aliquando exiſtimaſſe hîc legi debere calatis Gauijs, vt eum illius vici calatorem & viatorem fuiſſe intelligeremus. ſed planè quia, & horrei mentio eſt, & quia tranſlatio non intoleranda eſt, vt calari grana dicantur, pro colligi (nam qui populum calabat, id eſt vocabat, in vnum colligebat) granis verius & commodius cenſeo. Sed parum hoc procudam caput propinqui loci emendatione, in quo legitur, *& cùm ad fratris ſalutem à Populo Romano deprecandámque veniſſet.* lego, deprecandam conueniſſet. Quid eſt in ea oratione paulò poſt, *cædem maximam facias? forum purges?* an quod cæde tanta facta ſpongijs ſanguinem effinxit? & non putem. an quod cæde forum vacuum & vaſtum reddiderit? id probabilius eſt. ſic videtur purgare vſurpatum eſſe à Varrone, *purgatum ſcito: quoniam videbis Romæ in foro ante lenienas pueros pila expulſim ludentes.* Nam, vt opinor, dicit nullam eſſe in foro hominum frequentiam: alioqui pila pueri ante lenienas fori non luderent. In eadem oratione, *ſoluit ſubitò lege curiata conſul,* legendum exiſtimo, cùm reperiam in antiquo codice *legum curiæ.* illud autem, *puteali & fœneratorum gregibus inflatus,* meo iudicio valet, quadam putealis & æris alieni procella iacta-

Cic. pro Sext.

Ibid.

Apud Non. in Expulſim.

Cic. pro Seſt.

iactatus, & eius flatu impulsus: sed &, *ad columnam adhæresceret*, cùm ait, columnam Meniam intelligit, ad quam ius dicebatur, vt ex oratione pro Cluentio & locis alijs intelligi potest. id etiam ad columnam regiam, quæ est in freto Siculo, referri potest per dilogiam iocularem mox etiam, *imaginis ornandæ*, lego: non vt editur, formandæ. nam imaginibus honores & magistratus subscribebantur, ijsque titulis ornabantur. Reperi & in vetere libro, *vt illo supercilio mantuus ille tanquam niti videretur:* quam ego scripturam supprimere non sum ausus, etsi vitiosam corruptamque intelligo. quid si mortuus scribere voluit librarius? immo verò quid si mancus? nos id in medio cuiusque existimationi iudicioque relinquimus. *Ibid.* *Cic. pro Cluentio.* *Cic. pro Sext.* *Ibid.*

1

Pes, pedem facere, vterque pes, prolatus pes, versoria, propter, mataxa. CAPVT IIII.

1 HABENT artes omnes sua quædam propriaque verba alijs non vsitata nec nota, sed & loquendi genera: ne longè abeas, quàm in nauigandi arte multa sunt nobis, qui mediterranei sumus, non intellecta. ex his pauca quædam excerpsi, reliqua aliorum studio & diligentiæ relinquo. nec si pauca referam, de me velim quis malè existimet. hæc enim scriptio ex-
2 temporalis penè operæ est, & quicquid in buccam, vt dicitur, venit, in numerum adscribitur: si nihil in mentem venit, libros non circunspicimus, nec per auctores circunferimur, sed caput includimus. Pes in naui, ima pars est veli, id est imus angulus: alij funem accipiunt, quo velum tenditur. inde facere pedem, pro vela tendere dixit Maro, qua forma vela fa-
3 cere dicimus. *Vna omnes fecêre pedem.* Duo autem pedes sunt, dexter & sinister. Catullus, *siue vtrunque Iuppiter Simul secundus incidisset in pedem.* Sed & proferre pedem, est funibus, & vt Seruius loquitur, podijs, imum veli minus adducere, sed laxius esse sinere, & longius producere. nam pede velum tenditur: aut potius vtranque partem veli æquatam non pati esse,
4 quod fit altero fune reducto, altero producto: atque ita obliquantur veli sinus. Cæcilius, *Venerio cursu veni prolato pede vsque ad saphonem.* Plinius lib. 2. *ijsdem autem ventis in contrarium nauigatur, prolatis pedibus, vt noctu plerunque aduersa vela concurrât.* Nam prolato fune, & sinu veli obliquato, sic colligitur ventus, vt aduersæ naues eodem vento inflatæ possint con-
5 currere. obliquare sinus dixit Maro, pro obliqua vela tendere, vt & ventus colligatur non secundus, & ne de recto auferretur cursu nauis venti impotentia. Versoria est apud comicum Plautum funis quo vertitur velum. Nam eos ferre non possum, qui recentem illam pyxideculam nauiculatoriam atauorum memoria iuuentam explicant. verba sunt Plauti, *5. Ær.* *Epigr 4.* *Plin. c. 47. lib. 2.* *Mercatore Sc. Diuôm atque homin.*

Hic

Hic ventus nunc secundus est.cape modo vorsoriam.

Trinũmo Sc. stasine fac te. alio loco, *Cape vorsoriam, recipe te ad herum.*

Sc. Heus adolescens. meam confirmat sententiam, quod ab eodem scriptum est in Epidico,

Vtcunque in alto ventus est Epidice, ex imo velum vertitur.

Isidorus li.19. c.4. Propedem funem ait Isidorus, quo pes, id est imum veli tenditur: profertque Turpilij testimonium,

Quasi cùm ventus fert nauem in mare secundus,
Si quis propedem misit in veli sinistrum.

Anguina ad malum antemna constringitur, inquit Isidorus. Cinna,

Atque anguina regit stabilem fortissima cursum.

Catapiraten videtur vocasse Lucilius, quam καταπειρατηρίαν Græci vocant: perpendiculum plumbeum funiculo aptum ad explorandam & tentandam altitudinem maris. Apud Fest. li. 16. *Hunc catapiraten puer eodem deferet vnctum, Plumbi pauxillum rudus linique mataxam.* Est autem mataxa hîc funiculus: in antiquo lexico exponitur σειρά. sed catapiraten & anguinam antè declarauimus. Flectere promuntorium etiam nauigationis verbum est, quod significat ad promuntorium flectere cursum & circũ nauigare: diciturq́; eodem modo κάμπτειν ἄκραν à Græcis. Cic. ad Atticũ li.5. epist. a Actiũ venimus. Cicero ad Atticum, *sed Leucaten flectere molestum videbatur* de Diuinatione, *qui nauigant, in flectendis promuntorijs ventorum mutationes maximas sæpe sentiunt.* Cic. 2. de diuinat. Nos hæc quoque recordamur antè explicasse. Verùm hæc satis sint, cùm ad gustum potius, quàm ad satietatem præbere velimus.

Alligatus, Cicero & Manilius emendati. CAPVT V.

ELEMENTI vnius mutatio ita verborum sensum nouat, vt aliam plerunque sententiam efficiat, loco tamen & causæ non consentaneam: & cùm integra verba reperiamus, sententiam tamen corrumpentia, incauti in errorem auferimur, de quo non suspicamur, integritate verborum, quam sinceram credimus, delusi. Eam de me coniecturam facio, qui mihi ineptos sensus finxi sæpenumero, dum bonæ fidei scripturam esse reor, & eius fiducia inductus insulsas sententias comminiscor. Sed operæ pretium fuerit eius rei exempla duo in vno eodemq́; verbo proferre: Cicero Cic. pro Cluentio. pro Cluentio, *in quo inter allegatos Oppianici nomen primũ esse constabat.* quẽ non incautum anguis iste in herba fallat? me quidem sæpe fefellit, sed è Euneuch. act. 4. sc. 7. latebra eruetur: legendum enim censeo, inter alligatos, id est crimini obnoxios, criminis affines. quidni enim hanc in sententiam alligatus dicatur? cùm apud Terentium legamus, alligare se furti. Cicero ad Q. fratrem, Cic. ad Q. Fratr. lib. 2. epist. scripsi ad te. *sed idem Nerius index edidit ad alligatos Cn. Lentulum Vacciam & C. Cornelium.*

lium. legendum exiſtimo edidit alligatos, niſi quis adalligatos vno verbo
ſcribendum cenſeat, quod & mihi magis probatur, cùm Plinius adalliga- *Lib.17.c.23.*
re vſurpet. Cuipiam tamen melior Iſidori ſententia videbitur, alligatos *Iſidor. lib. 5.*
ita explicantis. *Teſtes ſunt à quibus quæritur veritas in iudicio: quos quiſque an-* *cap.23.*
te iudicium ſibi placitis alligat, ne cui ſit poſtea liberum, aut diſsimulare, aut ſub-
ſtrahere ſe: & alligati appellantur. Tertium addam locum, in quo literæ de-
prauatio ſenſui non officit illa quidem, ſed hiſtoriæ. ſcribit in Topicis Ci- *Cic. in Topicis.*
cero, *multi etiam in res odioſas imprudentes inciderunt, vt Staterio nuper accidit,*
qui ea locutus eſt bonis viris ſubauſcultantibus pariete interpoſito, quibus patefa-
ctis in iudiciúmque prolatis, rei capitalis iure damnatus eſt. Stalenus eo loco le-
gi debet, velut ex oratione pro Cluentio patet, vbi ſcribitur, *Noctu Stale-* *Cic. pro Cluẽt.*
nus accerſitus ab Oppianico venit. iam cætera nota ſunt omnibus: vt cum illo Op-
pianicus egerit de pecunia: vt ille ſe redditurum dixerit: vt eorũ ſermonem omnem
audierint viri boni, qui tum conſulto propè in cubiculo fuiſſent: vt res patefacta at-
que in forũ prolata, & pecunia omnis à Staleno extorta atque erepta ſit. Equidem
hîc etiam plus perſoluam quàm promiſeram, nec ſinam indignè acceptũ
miſeriſque modis elegantem poëtam Manilium aliquot in locis ob lite- *Manil. lib.7.*
rulam vnam, vt cùm in eo ſcribitur, *c.6.*

Sic tibi per binas vertex à vertice partes.

Iterum,

Et per quinque notant ſignantes tempora fines. *Ibid.*

vtrobique enim ter ſcribendum eſt. Nam ſex interualla ſunt à vertice ad
verticem: vnum à ſeptentrione ad circulum ſeptentrionalem, alterum ad
reuerſionem æſtiuam: tertium ad æquinoctialem circulum: & totidem
ab æquinoctiali ad verticem contrarium. Spatium autem à polo ad æqui-
noctialem, vt ſupputat, quindecim eſt partium. In eodem quoque poëta *Manil. lib. 1.*
cùm ſcribitur, *c.4.*

Maioremque Helice maior decircinat arctum.

ſine controuerſia, *arcum*, legendum eſt. Hæc ego exempla poſui, vt ani-
maduerſionem iuuentutis excitarem in euoluendis ſcriptoribus, vt men-
das eiuſmodi, quæ non attendentibus ſic obrepere poſſunt, obſeruarent,
quas quantopere cauere debeant, quæ poſui documento eis eſſe debent.

Centeſima apud Catonem, Iris prima, oleum Romanicum præconium, ſemuncia, nux calua.

CAPVT VI.

CATO in capite de oleæ pendentis lege ſcribit, *qui oleam emerit am-* *Cato c.146.*

 plius

plius quàm quanti emerit, omnis pecuniæ centeſima accedit: quæſtionis eſt, quę ſit iſta centeſima: an centeſima eſt rerum venalium? & non putem. an cẽteſimæ acceſſio, quam in redigenda pecunia coactores exigunt? id omnino verius. Cicero pro Rabirio, *vtrum acceßionem decimæ, vt facere noſtri coactores ſolent centeſima, an deceßionem de ſumma fecerit?* meminit mox Cato ſ Romanici olei & viridis, quorum quod tandem diſcrimen eſt? ego Romanicũ interpretor populare & vulgare oleum, quod commune dicitur, quale Romæ locis vicinis fiebat: id fiebat è bacca caduca, quæ matura erat: viride, quod multo melius, è bacca fiebat viridi, nondumque matura, quæ ex arbore ſtringebatur & legebatur. præcipit modio oleario menſum dari, vnguinis quoque pondo decem ponderibus modijſque domini dari cauet, quibus inungantur modij & pondera. iri primæ dari etiam cauet cotulas duas, vt vaſa olearia iridis primæ notæ odoræ imbuta odoratius & melius oleum reddant. *dies argento ex Calend. Nouemb. menſium decem*. coactor non ante decimum à calend. Nouemb. menſem rediget pecuniam, niſi quod præconium præſens eſt non in diem, ſeſtertium nummûm quinquaginta. Itaque hîc præconium merces eſt præconis, qui auctionem oleæ fecit. ſed & qui vendit, olei viridis & Romanici certum modum ſibi recipit: ſed & oleę ſtrictæ & caducę modios aliquot. Et quoniam hæc è Catone enucleamus, hîc non omittam annotare, me per tenebras velut palpantem, ſemunciam ſuperioribus libris, quid apud eum ſit, explicare conatum eſſe. nunc meæ coniecturæ ſubſcribere antiquum lexicon incredibiliter gaudeo, in quo ſemuncia explanatur, κανθήλιον, id eſt clitellulæ. In eodem lexico vetere, ſi ei fides habenda eſt: eius enim hîc potius ſcripturam, quàm ſententiam noſtram proferimus, nux calua, etſi hoc aliquanto alienius eſt, nux eſt auellana, vel pontica. In eo enim ſic ſcribitur, Caluæ, ποντικὰ πεφρυγμένα. Hæc mihi dictabam, cùm in horum verborum enodatione aliquandiu hæſiſſem.

Cic. pro Rabirio. Cato ca. 146. Ibid. C. 22. lib. 7.

Trapetum Catonis, orbis, miliarium.

CAPVT VII.

TRAPETVM quo oleæ teruntur, ita accommodari præcipit Cato, vt ſtatuatur ad libellam æquatum, ne quid faſtigij, ne quid deuexi habeat: ſed vt æquato ſitu & planicie perlibrata poſitum ſit. id enim librare cùm dicit, intelligit. ab labris digitum minimum orbem abeſſe vult: orbis autem mola eſt olearia, qua in trapeto olea teritur, qui ita in trapetum cauũ conuenire debet, vt labra trapeti eum non tangant nec terant, ſed ab eis digitum miminũ vndiq; abſit. *Ab ſolo mortarij, orbes cauere oportet mortarium ne te-*

Cap. 22. Ibid.

ne terant: vt diximus, ab labris orbes abeſſe debere mortarij & trapeti: item abeſſe à fundo & ſolo eos oportet, ne terant eius fundum. *Inter orbem & miliarium, vnum digitum intereſſe oportet.* Ibid. Miliarium vas eſt anguſtum & oblongum milij formam referens: ſubdebatur autem etiam trapeto miliarium, tanquam fulcimentum, & in eo columella ferrea recta ſtabat, qua mola tenebatur: quod miliarium ita temperari accommodariq́ue oportebat, vt quod ad latitudinem attinet, inter orbem & miliarium non amplius digitum intereſſet: quod ſi plus intereſſet, miliarium conſtringebatur, & in arctũ adducebatur eius laxitas. Ita operi aptius erat & firmius. Ita enim quod nimium intererat explebatur, & ſpatium illud inane minus reddebatur, quod amplius antè hiabat. ſi orbes ſint altiores, nimiſq́; deorſum deſcendant ad imum mortarij, eis orbiculos ſupponit, quibus attollantur: eodem modo latitudo temperatur & accommodatur. Nam ſi lati ſatis non ſint, circundantur orbiculis ligneis eorum margines, aut armillis, velut rotæ ſuo cantho. mox ſequitur, *ſumma ſumptus* DCXXIX. *nummi ſeſtertij*, Ibid. pro trapeto, compoſituris, vectura, operis, hominibus V, cum bubulcis VI, quæq́ue alia enumerat. Illa autem tota fabrica trapetorum difficultatis nonnihil habet: proinde conatus ſum, ſi non picturæ lineamentis eam repræſentare, certè vmbra quadam leuiter deſignare.

Quædam in Iuuenale explicata. CAPVT VIII.

IN Iuuenale ſatis eſſe puto illuſtre illud, in quo ſtatim initio tamen interpretum, quos pluſquam lynceos dicere poſſis, caligauit acies,

Semper ego auditor tantum? nunquám ne reponam? Sat. I.

Significat enim, vt ſuſpicor, ſe vicem illis poëtis referre velle, quorum recitationibus crebris toties vexatus ſit, ne eis ſit impune. Reponam igitur valet, vlciſcar eos, viciſſimq́ue eis gratiam referam recitando poëma meum, quorum toties auditor fui. Theſeidem autem Codri, longum poëma de Theſeo interpretor multis diebus recitatum, cùm inſtar eſſet Æneidis Virgilianæ. Lucum autem Martis, qui & in Ponto erat, & Albæ, pro quocunque luco dixit, ad ambitioſas poëtarum deſcriptiones alludens, vt & Horatius, De arte poët.

— dum locus & ara Dianæ:

& Perſius

— nec ponere lucum Artifices. Thymelen Sat 1. à trepido Latino ſubmiſſam ſic explico: Latinus mimus erat, & Thymele mima, quæ cum Latino ſæpe geſtum agebat. Mimi igitur argumentum egit cum ea Latinus, in quo cum ea vt in aliena vxore mœchus penè

deprehendebatur,vel marito de adulterio aliquorum delatione ſuſpectus erat: ſed doloſam & aſtutam mœcham ad maritum allegauit, quæ ei os ſublineret, & periculo Latinum & crimine eximeret. Id igitur facetè Iuuenalis ad extremum iacit ex argumento notiſſimi illa tempeſtate mimi: quemadmodum Latinus deprecatrice mœcha eſt vſus,ſic pro ſe quoſdam ad delatorem placandum deprecatores mittere. Tale eſt & illud ſatyra

Saty.6. ſexta, *Quem totius texit perituri ciſta Latini.*

nam in quodam mimo Latinus adulterum egerat in ciſtam conditum,ſubito mariti aduentu, ne deprehenderetur & interficeretur.

Saty.1. *— quis fercula ſeptem Secreto cœnauit auus?*

cùm dicit, conqueritur de ſuperbia & luxu Romanorum, qui clientes ad conuiuia non adhibebant,nec iam rectam cœnam dabant,ſed ſportulam, quæ ex eo nomen habuiſſe videtur, quòd pecunia in ſportula diuideretur in atrio domus diuitum. ſcribit enim,

Ibid. *— nunc ſportula primo Limine parua ſedet,*

vel quòd dari aliquando eſſet ſolita cœna in ſportula,quod δεῖπνον ἐν σπυρίδι

Ibid. dicebatur: cœnæ autem vice dabatur pecuniaria ſportula. *Sed quinque,*inquit, *tabernæ Quadringenta parant*: quinque, quas habeo in foro, tabernæ

Lib.26. parant mihi cenſum equeſtrem.Liuius,*pluribus ſimul locis circa forum incendium ortum: eodem tempore ſeptem tabernæ, quæ poſtea quinque, & argentariæ, que nunc nouem appellantur, arſere.* poſſet tamen de alijs fortaſſe tabernis, quod Iuuenalis dicit, explicari.

Exoſtra, maſtrucatus, muſmo. CAPVT IX.

IN oratione de Prouincijs conſularibus ſic excuſum extat in editionibus librorum quos quidem viderim omnium. *Itaque ille alter, ipſe eſt homo doctus, & à ſuis Græcis ſubtilius eruditus, quibuſcum iam in orcheſtra helluatur, antea poſt ſiparium ſolebat.* ſcio ego ludis ſenatoribus conſeſſum datum in orcheſtra fuiſſe, vt equitibus in quatuordecim: attamen quod in libris antiquis planè dilucideque ſcriptum eſt,haud paulò aptius eſt ad ſententiam, cuius, vt opinor, ignoratio locum fecit iſti ſubſtitutioni emendatorum vulgari. ſi quid enim ignorant,de vicino mutuum petunt. In antiquiſſimis libris ſcriptũ eſt, *in exoſtra helluatur.* ſic autẽ vocatur machinali gnea, qua quę intus gerũtur & fiunt,verſatione rotarũ ſpectatoribus oſtẽdũtur,quę eadẽ dicebatur ἐγκύκλημα. qui igitur ante velut cum hiſtrionibus & mimis in ſcena poſt ſipariũ & velum ſolitus erat helluari, id iam propa-

Lib.10.c.19. lã in exoſtra remoto ſipario faciebat. Numeratur & à Vegetio in machinis militaribus oppugnatorijs exoſtra, ſed nihil ad hunc locũ pertinet.eſt &

exoſtes

exoſtes mænianum & ſuggrunda vel proiectum, atque ἐκθέτης etiam à Græcis dicitur. In eadem oratione pro, *vt nemo poſſet vtrum deterior an infelicior eſſet iudicare*: legitur in iuratiſſimis libris, *vtrum poſterior*: & in Piſonem, *nihil iſto eſt poſterius, nihil nequius*. poſterior enim deterior & nequior dicitur. In eadem oratione ſcribit Cicero, *res in Sardina cum maſtrucatis latrunculis à proprætore vna cohorte auxiliaria geſta*. quos maſtrucatos latrunculos tandem intelligemus? maſtruca veſtis erat Sardorum è pellibus, vt verbi gratia, maſtrucas appellare poſſumus luparias hibernas, quibus apud nos nobilitas induitur. Cicero pro Scauro, *Quem purpura regalis non commouit, eum Sardorum maſtruca mutauit?* Montani autem in Sardinia, quod agrum frumentarium non habebant, latrocinari ſolebant, & campos frumentarios populari: ij pellibus muſmonum vel muſimonum ſeſe loricabant: proinde maſtrucatos dixit ſcorteis munitos & pellitos. Strabo, γίνονται δὲ ἐνταῦθα οἱ τρίχα φύοντες αἰγείαν ἀντὶ ἐρείας κριοί, καλούμενοι δὲ μούσμονες, ὧν ταῖς δοραῖς θωρακίζονται: id eſt, hic naſcuntur arietes, qui pro vellere, villum caprinum generant, quos muſmones appellant, quorum ſeſe pellibus loricant. In Plinij editionibus genus muſmonum lego, in ſcriptis genus muſmonium more adiectionis: in Nonio reperio muſimones etiam vocari aſinos, mulos, equos breues, quod probatur auctoritate Lucilij, *Pretium emit, qui vendit equum muſmonem*. Et Catonis de Letorio, *Aſinum aut muſimonem aut arietem*. Hæc ego etſi curioſius fortaſſe, quàm neceſſe erat, inueſtigaui (nam ſcio non multos laborare qualis maſtruca fuerit) tamen non omnino inutiliter mihi eruiſſe videor.

Cicer. de prouincijs cõſul.
Cic. in Piſonẽ.
Cicer. de prouincijs cõſul.
Cic. pro Scauro.
Strabo lib. 5. Geogr.
Cap. 49. li. 8.
Apud Non. in Muſimon.
Ibid.

Sapere, thermopolium, Plautus emendatur.

CAPVT X.

VERBIS commemorari non poteſt, quantum gratiæ debeant, qui bonorum ſcriptorum libros verſant, vetuſtis libris, quorum beneficio & ope multa luxata in artus priſtinos reponunt, quæ nullo alioqui adminiculo ſanari poſſent, ſed in perpetuum fallerent: quo fit vt eorum ignauiam & inſcitiam admirer, qui cùm in auctorum interpretatione principem locum tenere velint, nulla tamen vnquam vetera exemplaria conſulunt, vltroque qui id faciunt, illudunt & irrident, vaticinarique & inſanire dicunt. Quis non ingenuum & natiuum Plautinumque verè putet illud, quod in Pſeudolo ſcribitur?

Plaut. Pſeud. Sc. Dulcia atque.

Sed iſtic ſeruus ex Cariſto hic qui aduenit,
Quid ſapit? Ch. Vſque à cunabulis.

Atqui ſimul atque protulero, quod in ſchedis quibuſdam vetuſtiſſimis reperi, exibilabitur vt adulterinum à toto caueæ conſeſſu damnatum, in

 quibus

quibus ſcriptum eſt, *hircum ab alis*. ludit enim in verbo ſapit more ſuo, quod interdum ad ſapientiam refertur, interdum ad odorem: vt apud Plinium, cùm dicuntur iucundiora vnguenta eſſe quæ terrã ſapiunt, quàm quæ crocum. non multo poſt, vt alio loco diſſerui, legendum eſt thermopolium. ſic enim taberna vocabatur, vbi confectæ dulceſque potiones venibant, quas calidas bibebant: vnde & nomen. ſequitur mox, *Euge pellepide Charine, me meo ludo iam beas*: in veteribus illis, quas dixi, ſchedis ſcriptum erat, *lamberas*. Eſt autem lamberare, inquit Feſtus, ſcindere atque laniare. verberari & vapulare ſe ſuo ludo ſeruus dicit. eiſdem enim appetitur iocis, quibus laceſſiuerat. reperi & in antiquis membranis in ea comœdia vnius verſiculi auctarium. Nam poſt, *Atque ædepol, quanquam nequam homo es, rectè mones*: ſubſcribebatur, *Ite hac triumphi ad cantharum recta via.* in ijſdem pergamenis ſcribebatur, *Facere vt det nomen ad molas coloniam.* hodie molariam ſcribunt contra Genium ipſius verſus. hæc pauca ſcripſi, quæ nulla coniectura ſine ſubſidio veterum librorum corrigi potuiſſent.

cap.3.lib.13.

Plaut. Pſeud. Sc. Dulcia atque.

Feſt. lib. 10.

Plaut. Pſeud. Sc. Ne plora.

Plaut. Pſeud. Sc. viſo quid.

America, antaxon, antichtones, Mela emendatur.

CAPVT XI.

MAGNAM merentur laudem aui noſtri, qui alteram orbis terrarum partem hominibus antiquis incompertam felici nauigatione auſpicijs regum Hiſpaniæ aperuerunt, multis colonijs frequentarunt, eiuſque cultores homines barbaros, qui ſoliuagi propè ferarum ritu luſtra potius quàm domicilia habebant, non ſolùm in certis ſedibus collocarũt, verumetiam ad veram pietatem & religionem traduxerunt. huius tamen laudis partem nonnullam vetuſtas ſibi ſuo iure decerpere poteſt: quæ neque illius plagæ fuiſſe ignara, & auos noſtros ad eam quærendam videtur impuliſſe, qui alioqui de ea nihil vnquam eſſent ſuſpicati. cùm enim veteres eam regionem, quam incolimus, intelligerent totam ſolis luſtratione & curriculo eſſe citeriorem: ſic ratiocinati ſunt, non eſſe veriſimile omnem vlteriorem partẽ à rerum natura pro ſubſeciuo vacuam & inanem eſſe relictam, ſoliſque aquis obſeſſam fluctuare terrarum expertem. proinde ſub contrario axe alteram plagam & oram eſſe dixerunt, vaſto à noſtra Oceano direptam atque diſiunctam, quam ἀντάξονα, à contrario axe, & ἀντίχθονα, vt contrariam terram appellarunt. quæ profectò non eſt alia, quàm America, quam aui noſtri patefecêre. Verum id antiquorum teſtimonijs confirmemus, ne nos hoc potius confinxiſſe, quàm ex fide ſcripſiſſe homines cenſeant. Ariſtoteles huic ingenti inſulæ, quam incolimus, plurimas alias partim maiores, partim minores longiſſimis Oceani ſpatijs & inter-

Ariſt. de mundo.

uallis

uallis disclusas esse prædicat oppositas, quæ hominibus ignotæ sint. Cicero prima Tusc. scribit globum terræ eminentem è mari fixum in medio mundi vniuersi loco, duabus oris distantibus habitabilem & cultum, quarum altera, quam nos incolimus, sub axe posita sit ad septem stellas, *vnde horrifer Aquilonis stridor gelidas molitur niues:* altera australis ignota nobis, quam vocant Græci ἀντίχθονα. hæc verba, obsecro, nonne nobis indicant & definiunt Americam? Pomponius Mela, *Huius*, inquit, *medio terra sublimis cingitur vndique mari, eodémque in duo latera, quæ hemisphæria nominantur, ab oriente diuisa ad occasum, Zonis quinque distinguitur: mediam æstus infestat, frigus vltimas, reliquæ habitabiles paria agunt anni tepora, verum non pariter: Antichthones alterã, nos alteram incolimus: illius situs ob ardorem intercedentis plagæ incognitus, huius dicendus est.* Ecce Mela mari in duo latera terrarum orbem diuidi disertè scribit, alterumque à nobis incoli, alterum ab antichthonibus. Nam in Mela proculdubio *eodem* non eadem legendum est, cùm antiqui existimauerint solis conuersioni subiacere ingens pelagus, cuius humore igneum illud astrum pasceretur: sed & reuersionis metas esse definiunt Stoici littora maris illius, quæ vltra citraque non progrediatur alimenti pastusque inopia. sed & si quod ab Aristotele relatum est in admirandis auditionibus, verum est, in illum orbem etiam antiqui nauigasse videntur. Narrat enim in mari extra Herculis columnas à Carthaginẽsibus insulam vastam & desertam inuentam fuisse omnis generis silua nemorosam, fluminibus nauigabilibus irriguam, reliquis fructibus vberem & copiosam, multorum dierum nauigatione distantem, in quam Carthaginensibus multis crebrò commeantibus, multis etiam sedes domiciliumque collocantibus, edictum esse factum à primoribus vrbis, si quis illuc posthac nauigaret, capitalem fraudem fore, quòd & excusso tãdem dominatu rebellionem illic populi vererentur, & metuerent ne Carthaginis opes collaberentur, loci illius conualescerent. hæc Aristotelis verba vel Americam nobis adumbrãt, vel certè ei terram non dissimilem, cùm in Oceano non putem extra Taprobanen & Britanniam, quæ notæ veteribus erant, insulam vllam esse, quæ tot tantisque fluminibus perluatur, quot quantisque illa ab Aristotele memorata. quæ si tota à Carthaginensibus perlustrata fuisset, aut magna eius pars, ne insula quidem, sed continens appellata ab Aristotele fuisset.

Cic. 1. Tuscul.

Pomponius Mela lib. 1.

Vitruuius emendatur, menæus, læotomus.

CAPVT XII.

DIV multumque me dubium animique incertum verba quædam Vi- C. 8. lib. 19.

truuij habuerunt, quibus in horologiorum deſcriptione vtitur: ea ſun lacotomus & manachus, quibus quid ſignificetur, vt ingenuè loquar, neſcio. Semper optaui ſcriptorem aliquem Græcum nanciſci, in quo ea extaret horologij comparatio, vt è Græcis emendarē. nec enim dubito, quin verba Græca, cuiuſmodi iſta eſſe ſentio, integriora ſint in ſua lingua: quæ in peregrina facilè degenerant, non aliter quàm è longinquis regionibus ſtirpes tranſlatæ. ſed nec eæ ſunt facultates meæ, vt libros raros & ipſa raritate caros, vt in omni genere annonæ, videmus, coemere poſſim: nec ea felicitas, vt ab alio conſequi poſſim, cùm hæc multi ſupprimant, neque cuiquam impertire velint, ſuæque doctrinæ æſtimationem conſtare inter pretentur ſingularium librorum poſſeſſione, quos in ſuis ſanctuarijs habent, noſque ab eis, vt profanos ſummouent: quos incluſos tenent, vt Acriſius Danaen. Quid igitur aliud reliquum eſt, quàm, vt qui conijciunt ſomnia, auguremur ſagaciter, ſi poſſimus? vt ſi ad verum non euadamus certè oſtendamus alijs in quo operam locare ſuam poſſint, ſi meliore cō-iectura ſunt. Ego, quantum ſuſpicari poſſum è verbis Vitruuij, ferè adducor vt legendum cenſeam, pro Lacotomus læotomus, pro manachus menæus: quarum emendationum hæ ſunt cauſæ. Duo deformat illic hemicyclia Vitruuius, quorum vnum appellat, dexterius, alterum ſiniſterius: in ſeniſteriore hanc ducit lineam, quam Læotomum, vt reor, vocat, a ſectione ſiniſtri hemicyclij. ſic enim ſcribit, *ducatur linea parallelos axoni ad ſiniſtrum hemicyclium, vbi eſt litera h. Hæc autem parallelos linea vocitatur læotomus.* Quod ſi quis diuidere malit, legat læos tomos, aut læa tome, vt λόγῳ θεωρητὸς dicitur. Menæus autem hac ratione defendo, quòd menſtruus ſit circulus, id eſt circulus menſium, qui menes à Græcis vocantur: vel certè manæus legendum, quando Latini Dorum imitatione ſolent η in a plerumque mutare. Theon quoque in Ptolemæum μηνιαίου me-minit, quod emendationem noſtram confirmat.

Vitruuius lib. 9.c.8.

Micare, digitorum percuſſio, ius controuerſum, Calpurnius Lanatius, Phintia, & quædam in Cicerone emendata.

CAPVT XIII.

Cic.li.3.Offi.

SCRIBIT Cicero lib. 3. Officiorum, *ſed quaſi ſorte aut dimicando victus alteri cedat alter:* in quo ſanè loco non eſt oſcitanter attendendū, quid ſibi dimicare velit. non enim cùm ſortis meminerit, pugnam ſignificari exiſtimo, quæ & à ſapientibus aliena eſt, & ab officio remota. Ita fit vt legendum putem micando. optimè enim micatio cum ſorte copulabitur. in eam me ſententiam induxit cùm liber antiquus Ciceronis, tum antiquus

quus codex Tranquilli, in quo ſcribitur: *Alios patrem & filium pro vita rogantes, ſortiri vel micare iuſsiſſe*: cùm editiones dimicare omnes habeant. Legi & in peruetuſto codice lib.3.Officiorum, *Qui venenum fugiens vendat ſciens*: vbi vinum ab omnibus, & quidem melius ſcribitur. ſcio enim vinum fugiens eſſe, quod ætati cedit & exoleſcit. atque vinum hîc omnino probamus, quoniam etiam Nonio probari videtur, venenum tamen etiam ſolent, qui vendunt, de induſtria plerunque pro efficaci & probo, fugiens & exoleſcens prębere, tametſi vehementiſſimum ſit petitum, cùm qui ita petunt, de veneficio cogitare videantur. poſſit & venenum eſſe pharmacum atque medicamentum. Quæ ſunt quæ mox dicit controuerſa iura Stoicorum? nempe cauſæ & conſultationes ſunt, de quibus Stoici inter ſe diſſentiunt: quæ tranſlatio ſumpta eſt à iuriſconſultis, apud quos iura controuerſa & dubia vocantur, de quibus inter Iuriſconſultos eſt diſſenſio. vt cùm aliud videtur Mutio, aliud Bruto, aliud Manilio. Cicero pro Muræna, *ſi id quod oportet reſponderis, idem videare reſpondiſſe quod Seruius: ſin aliter, etiam controuerſum ius noſſe & tractare videare*. Ius autem controuerſum iuri certo opponitur. Digitis autem concrepare, & digitorum percuſſio ſignificant, quod facilè nulloque negotio adſequimur, & leui quodã velut ſono & nutu iubemus & obtinemus. Simile eſt illud Tibulli,

Cic.3.Offic. — *Ibid.* — *Cic. pro Muræna.* — *Lib.3.Offic.* — *Eleg.2.lib.1.*

Et vocet ad digiti me taciturna ſonum.

Et Martial. *Digiti crepantis ſigna nouit Eunuchus.* *Lib.3.epigr. 40.*

Dicitur & digitorum crepitus de re nihili & contemnenda, vt apud Suidam in Sardanapali vita, ὡς τὰ γ' ἄλλα τὰ ἀνθρώπεια, οὐκ ἄξια ὄντα τοῦ τοῦ, τουτέστι τοῦ τῶν δακτύλων ἀποκροτήματος. Id etiam ληκεῖν Græci dicunt. Verſus etiam antiqui poëtæ, trochaicus ſic claudicatione liberandus eſt, *Apud Cic.lib. 3.Offic.*

Multi iniqui atque infideles regno, pauci ſunt boni.

Iam eodem in libro, qui nominatur Calpurnius Lanarius in prouerbium abijſſe videtur, de indoctis, ſtupidis, bardis: Hieronymus in epiſtola ad Auguſtinum de Rufino, *Miſit mihi temeritate ſolita, ſua maledicta, Calpurnius cognomento Lanarius*. Cæterùm, vt more meo leuia attingam, & ſtudijs iuuentutis proſim, quibus nihil mihi carius & prius, *protulerat de dolo malo formulas*, non pertulerat legendum eſt, quod publico conſenſu & errore inductum in libros video. Lego etiam, *vt Pennus apud patres noſtros, Papius nuper*. C. autem Papius legem de peregrinis vrbe expellendis tulerat L. Aurelio Cotta, & L. Manlio Torquato Coſſ. vt Dio refert lib.37. hiſtoriarum. Sed & cùm amicum Damonis non Pythiam, ſed Phintiam fuiſſe in libello Plutarchi περὶ πολυφιλίας inueniam, quod nomen integrum etiam in veteribus Ciceronis libris reperi, non dubito quin in officijs & apud Valerium Phintia ſcribi debeat: quibuſdam etiam in libris Pynthia ſcri-

Ibid. — *Ibid.* — *Ibid.* — *Ibid.* — *Valer. Maxi. lib.4.c.7.*

ſcribitur. Illud verò quod tot annos in alienis ſedibus regnauit, præſcribere ne poteſt vero domino veræque ſcripturæ? *Quem paulò antè fingebam digitorum percuſsione hæreditates omnium poſſe conuertere.* quis non videt, ſi coniecturæ locus eſt, legendum eſſe conuerrere? quanquam quid coniecturam dico, cùm ita in antiquitatis monumentis reperiam? & quoniam tam multa de veterum librorum auctoritate deprompſi, ne iſtud quidem latere ſinam, ſed inde velut effodiam, quod in quodam libro ſic legitur non pœnitenda acceſſiuncula, *in foro mihi crede ſaltaret, priuſquam hæreditatem amitteret.* Hoc tamen poſterius cęſum in omnibus deſideratur libris excuſis, ſed & in multis chirographis, cùm tamen à me repertum ſit, cur extra numerum iacêre debeat, equidem non video: etſi eo video locum carere commodè poſſe. Homines autem Romani nulla vnquam conditione perduci potuiſſent, vt in foro ſaltarent: idq; Cicero loco turpiſſimæ rei, & qua nulla fœdior & flagitioſior commemorari poſſit, hîc narrat. ſed & illud ita reperi, *qui hoc non peruiderit.* mox continuò, *Sic enim cogitans: eſt iſtud quidem honeſtum, verum hoc expedit.* Illud vero quanti eſt? *quomodo poterunt vtiles eſſe cum infamia?* Nam quod receptum eſt & vſu locum ſuum fecit, ſententiam planè corrumpit.

Lib. 3. Offic.

Ibid.

Ibid.

Laudo, dormitator, ſomniare. CAPVT XIIII.

SIMVLATA verborum laudatione plerunque id afficimus, quod toto pectore improbamus atque damnamus: quo factum eſt, vt verbum ἐπαινῶ, quod Græcis laudo ſignificat, pro recuſo, improbo, nolo vſurpetur. Ariſtoph. in Ranis, κάλλιστ', ἐπαινῶ· niſi me fallit animus eadem ratione dicendi Virgilius eſt vſus, cùm in Georgic. ſcribit, *Laudato ingentia rura, exiguum colito.* Nam latifundia improbat, modicumque agri modum præfert: ac mihi videtur æmulatus eſſe Heſiodum, qui ſcripſit,

Ariſtophan. in Ranis.

2. Georg.

Heſiod. lib. 2. oper. & dier.

Νῆ' ὀλίγην αἰνεῖν, μεγάλῃ δ' ἐνὶ φορτία θέσθαι.

id eſt, *Exiguas lauda naues, oneratoque magnas.*

Et quoniam in Heſiodi mentionem incidi, quemadmodum ἡμερόκοιτον furem appellat, quòd interdiu dormiat, noctu euigilet ad furandum: ita quoque Plautus dormitatorem pro fure dixit,

Trinũmo sc. Huic ego diei.

Illic homo aut dormitator eſt, aut ſector zonarius.

His verbis perſpicuè fur intelligitur. ſed & ſomniare pro furari ab eadem mente dixiſſe Plautus videtur, cùm ſcripſit, *quis ſomniauit aurum?* Nam furto quæſitum aurum dicere videtur.

Plaut. Sticho sc. Saluete Athenæ.

Soldurij, Lugdunum, dunum. CAPVT XV.

SCRIBIT lib. 3. Commentariorum Cæſar, *alia ex parte oppidi Adcuantanus, qui ſummam imperij tenebat, cum ſexcentis deuotis, quos illi ſoldurios appellant, quorũ hæc conditio eſt, vt omnibus in vita cõmodis vna cum ijs fruantur, quorum ſe amicitiæ dediderunt: ſi quid his per vim accidat, vt eundem caſum vna ferant, aut ſibi mortem conſciſcant: neque adhuc hominum memoria repertus eſt quiſquam, qui eo interfecto, cuius amicitiæ ſe deuouiſſet, mori recuſaret.* Cæſar lib. 3. Com. de bello Gallico. quorſum hæc à me ſcripta ſunt? nimirum vt doceam eſſe perdifficile in ea lingua, quæ neque literis, neque ſermone hodie celebrata & vſitata eſt, quid verum & emendatum ſit perſpicere. Nam in Athenæo è Nicolao Athenæus lib. 6. Damaſceno hoc ipſum, quod memoriæ Cæſar tradidit, reperi: ita tamen, vt pro ſoldurio illic ſolidunus ſcriptum ſit, pro Adcuantano Adiatomus. Scio antiquis Gallis dunum collem ſignificaſſe, & hodie etiam quibuſdã in Galliæ locis aggerem. Nam aggeres mari oppoſitos & moles dunos noſtri homines vocãt. ſic Lugdunũ, quòd in monte olim ſitum erat (Nam poſtea cùm incendio conſumptum fuiſſet, in planum deductum eſt) dicitur tanquam Lucij mons, cùm ipſam vrbem à L. Munatio Planco conditam fuiſſe multi cenſeant. Plutarchus in libro de fluminibus Lugdunum Plutarch. de Fluminibus. montem eſſe vocatum ait & oppidum in monte collocatum, quod lugum lingua Gallorum coruum ſignificet, dunum eminentem. ſic multis Galliæ oppidis dunum adiunctum non ignoramus, cuius ſignificatio ad ambactum & deuotum nihil quicquam pertinere videtur. ſed nihil in præſentia commodius quàm ipſa Damaſceni verba adhibere. ἀδιάτομον τὸν τῶν Apud Athen. lib. 6. Σωτιανῶν βασιλέα, ἔθνος δὲ τοῦτο κελτικὸν, ἑξακοσίους ἔχειν λογάδας περὶ αὐτὸν, οὓς καλεῖσθαι ὑπὸ κελτῶν τῇ πατρίῳ γλώττῃ σιλοδούνους. τοῦτο δὲ ἐστὶν ἑλληνιστὶ εὐχωλιμαῖοι. τούτους δ᾽ οἱ βασιλεῖς ἔχουσι συζῶντας, καὶ συναποθνήσκοντας, ταύτην ἐκείνων εὐχὴν ποιουμένων, ἀνθ᾽ ἧς συνδυναστεύουσί τ᾽ αὐτῷ τὴν αὐτὴν ἐσθῆτα καὶ δίαιταν ἔχοντες, καὶ συναποθνήσκουσι κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην, εἴτ᾽ ἐν νόσῳ τελευτήσει ὁ βασιλεὺς, εἴτε πολέμῳ, εἴτ᾽ ἄλλως πῶς, καὶ οὐδεὶς εἰπεῖν ἔχει τινὰ ἀποδειλιάσαντα τούτων τὸν θάνατον, ὅταν ἥκῃ βασιλεῖ, ἢ διεκδῦντα.

Deportatio, ſpatium, pſilocithariſtæ, chorocithariſtæ, globuli cupreſsi, anchesites, lartidius acriculus.

CAPVT XVI.

HOC caput multa cuiuſque modi complectetur, locorumque varietate cenſeri volet, & vt qui è diuerſis floſculis ſertum nectunt vnum, multa diſcolori ſpecie contexet, eaque ita, vt aliud ex alio naſcetur, ac ne ex alio quidem. ſatis enim erit in mentem veniſſe. nomen deportationis in inſulam, quod multo relegatione grauius erat, vnde tandem natum eſt? ex eo, vt reor, quòd ſenatus cenſuit milites eos, qui ex Cannenſi acie fugerant,

rant, ex Italia in Siciliam deportandos esse, nec antè inde reportandos ir Italiam, quàm Pœnus Italia depulsus esset. Ex ea re nomen deportationi primùm natum arbitror, cùm eorum militum more in insulas pœnæ no mine rei amandabantur. Spatium est quantum alicuius loci patet magni-

Cic.1.de Orat. tudo. sic etiam eius spatij ambulatio & decursus vocatur. Cicero lib.1. de Oratore, *Tum Scæuolam duobus spatijs, tribúsve factis dixisse*, id est cùm bi

Sueton.in Domitiano c.4. aut ter totum ambulationis spatium peragrassent. Tranquillus, *singulos e septenis spatijs ad quina corripuit*, id est à septenis cursibus, à septenis curri culis. sed quinam sunt eo in loco apud Tranquillũ psallocitharistæ, quæ ri video. ego verò locum esse corruptum audacter affirmare ausim, legen dumque psilocitharistæ. sic autem vocantur qui solo nudoq; citharæ can tu psallunt, sua ipsi voce non accinentes, nec in choro canentes. Nam citharœdi etiam ad fides canunt: chorocitharistæ plures vnà fidibus mo dulatè concinunt. atque horum verborum hæc discrimina esse arbitror.

Cic.3.Tusc. In tertia Tusc. & *hoc ille acriculus me audiente Athenis senex Zeno*, verum ger manumq; puto, pro quo modo Græculus, modo acrocholus substituitur

Cic.2.Tusc. sic alio loco forticulum Cicero dixit. Lib. 16. epist. ad Atticum sic mult

Cic.lib.16.ad Attic.epist. Tu verò. scribunt, *& si cùm processerimus, exploratiora videbuntur, & tectis vtemur* ac de nauibus tectis, quæ apertis opponuntur intelligunt: alij & testis v temur, & testas genus quoddam nauium interpretantur: ego contra om nium istorum interdicta, etesias in possessionem mitto, legoque etesij vtemur, qui venti bona certaque tempestate transmittentibus ex Italia i

Varro lib. 1. c.40. Græciam commodi sunt, & mense Quintili spirare solent. Apud Varro nem lib.1.de agricultura fructus cupressorum nominantur galbuli, quam ego vocem vt nihili ex ea decuria expungendam censeo, idque auctori tate Theophrasti inductus, qui σφραγεῖα appellat, vt sine controuersia glo-

Cic.ad Attic. lib.7.epist.1. bulos Varronem scripsisse nobis constet. Lib.7. epistolarum ad Atticum scribitur, *mirus est φυράτης, germanus Lartidius*: id hoc sensu accipio, Vlys ses, qui Lartides vel Laërtides erat, astutissimus & callidissimus veteraror habitus est: talem Philotimum dicere possum, & Lartidium, id est Vlys

Ibid. seum appellare. non longo postea interuallo sequitur, *flauit ab Epiro lenissimus anches mitis*. ego anchen nomen venti ex Epiro spirantis fuisse diu suspicatus sum, vt atabulum ex Apulia: multaque commemorat varijs in tractibus diuersa Theophrastus ventorum nomina: & cùm ille Epiri ventus soleret plerunque vehementior & asperior esse, tum mitem fuisse co gitabam. Nunc puto legendum Anchesites. vt ventus sit ab Anchisa portu Epiri spirans, cuius mentio est apud Halicarnasseum. Narrat Cicero magnam fuisse in M. Curio vrbanitatem, & vrbanum quoddam eius tes tamentum puerorum Ciceronum signis & cohortis prætoriæ obsigna-

tum

tum refert, quod equidem ad vrbanitatem facetè factum iudico. quid enim cohorte teſtium opus erat, aut puerorum ſignis? *fecit autem*, inquit Cicero, *te exlibertum, me extra vacuum*, iſtis in verbis iocum latere intelligo. *Epiſt.2.lib.7. ad Atticum.* Attentior erat ad rem Atticus, nec libenter ſeruos libertate donabat: proinde eum hæredem exlibertum fecit. Nam & aſſignari etiam patronis liberti ſolebant: me extra vacuum fecit hæredem, id eſt me non miſit in id quod vacuum eſſet, vt ſi quis libertus non eſſet adſignatus, aut ſi qua pars hæreditatis non eſſet legata: & eodem in verbo luſit in negotia mea, hominemque me negotij plenum ſignificauit, & nunquam vacuum. vel neque libertum tibi vllum reliquit & aſſignauit, neque vacuam hæreditatis partem vllam mihi tribuit. alij hîc ex libella legunt, & libellæ nomine totam hæreditatem complectuntur: à quibus vehemēter diſſentio, præſertim cum vetus ſcriptura refragetur, vt ipſi teſtificantur, & libella pro aſſe poni non ſoleat. Quod ſi libellam & teruncium quis hîc defendat, etiam venuſta vrbanitas non deerit. cùm enim libella ſit ſeſtertij decima pars, teruncius triceſima, quibus nominibus tamē non erat in teſtamētis receptum vti, intelligemus relictam Attico tantum vnam libellam, Ciceroni vnum teruncium, quod ſanè ridiculum erit. neque enim quiſquam è tantillo hæredem inſtituebat. In Attici vita legimus Bruto & Craſſo deſperatis rebus prouincias à conſulibus necis cauſa datas, in quo Ranconeti clariſſimi Præſidis auctoritatem ſecutus, emendo, dicis cauſa. *Cornel. Nepos in vita Pōpon. Attici* nam per ſpeciem & nomen prouinciarum amandati & à Repub. remoti fuerant. Sed hoc caput nimia varietate locorum prodigioſum, hinc inde collectorum maleque cohærentium, vix cùm hominum riſus à ſe deprecaturum ſit, tandem aliquando inſaniendi finem modumque faciat.

Spondialia apud Ciceronem. CAPVT XVII.

SÆPENVMERO & ipſe apud me quęſiui, & ex alijs percontatus ſum, quænam eſſent ea carmina, quæ Cic. lib. 2 de Oratore ſpondialia vocauit. *Cic. lib. 2. de Orat.* nec enim ſatis eo in loco facit interpretum quamuis doctiſſimorum induſtria, cenſentium verſus trochaicos ſic appellari, propterea quod etiam ſpondeum recipiunt. Hæc ratio mihi fidem non facit, aliamque eius rei cauſam eſſe ſuſpicor. Sed Ciceronis verba ſubijciamus, *tamen in hoc genere ſæpe ipſe vidi, cùm ex perſona mihi ardere oculi hominis hiſtrionis viderentur ſpondalia illa dicentis: Segregare abs te auſus, aut ſine illo Salaminem ingredi?* Ego verò his verbis apud me diutius penſitatis tandē in eam partem propendere cœpi, vt exiſtimem ſpondialia legi debere. nam cùm veteres Latini ſolerēt omnes ferè cantiones trochaicis verſibus texere, quibus ſum-

mopere delectabantur, ijſdem in ſacris tibicines cùm modos faciebant, plerunque vti ſolebant. Tibicines autem qui in ſacris canebant, ſpondiales vocabantur, quod nomen à ſpondæo profectum initio eſt: cuius carmine Græci in libamentis deorum & ſacrificijs vti ſoliti erant: ſed cùm Romani delectarentur trochaicis cantionibus, & eorum cantum ſacris operantes adhiberent, factum eſt vt carmina trochaica ſpondialia etiam vocarent. Sed quis his rebus fundus erit, quis auctor? ne quis me iſta pro meo iure effutire prædicet. Iſidorus, qui etſi locuples teſtis fortaſſe non eſt, tamen, vt ſuſpicor, probati & ſpectati alicuius auctoris fide, vt facere plerunque ſolet, ita ſcribit: *vnde & hi qui tibijs canebant in ſacris gentilium, ſpondiales nominabantur.* Marius Victorius, *ſpondeus è duabus longis, vt reges temporum quatuor, dictus à tractu cantus eius qui per longas tibias in templis ſupplicantibus editur, vnde & ſpondulæ appellantur, qui huiuſmodi tibias inflare aſſueuerunt.* In Mario tamen vel ſpondiauli vel ſpondiales ſcribendum eſt. ſi quis probabilius quid habet, ei libenter aſſentiar.

Iſidor. lib. 1. etymol. ca. 16.

Maro in Inarime & Ætna defenſus. CAPVT XVIII.

ANIMADVERTI Grammaticos Latinos Virgilio iniquiores eſſe, quem, niſi fortè eximij poëtę ſtudio in errorem rapior, per ſummam iniuriam & calumniam condemnant, & eius condemnatione reliquum poëtarum chorum pari eiuſdem criminis inſectatione comprehendunt. Nam cùm Homerus ſcripſerit, (Hom. 2. Iliad.)

Ἐν ἀρίμοις, ὅθι φασὶ τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς.

fraudem dicunt admiſiſſe capitalem, Maronem, qui ſcripſerit, (9 AEn.)

Inarime Iouis imperijs impoſta Typhœo.

Non enim eſſe ferendũ vocabula duo Homeri ſic in vnum conflata coagmentataque eſſe, animaduertendamque à reliquis poëtis eandem eſſe culpam prædicant, qui ſeſe Maroni ad eum errorem dociles præbuerunt. ego quidem negare non poſſum Maronem elegantem Homerici verſus tralationem & imitari & exprimere voluiſſe: alium tamen in fabula Typhœi ſequutum eſſe contenderim, qui terrigenam illum non in Cilicia iacere, ſed in inſula Pithecuſa cubilia habere dixerat: eam autem Inarimen appellatam fuiſſe nemo ignorat. quis igitur Maronem aduerſum illas criminationes non ſatis eſſe munitum auctoritate veteris ſcriptoris cenſuerit, qua fretus Gigantis cubile propius patriam ſuam admouit? Apud interpretem Apollonij lib. 2. Argonauticon Pherecydes ſcribit Typhoni inſulã Pithecuſam iniectam fuiſſe. verba interpretis recitabo, ὅπου τὴν πιθηκοῦσαν αὐτῷ

περιρρι-

περιρριφθῆναι αὐτὸν Φερεκύδης ἐν τῇ θεογονίᾳ ἱστορεῖ. Pari medius fidius iniuria à Gellio & Macrobio in verſibus, quos de Ætna ſcripſit reprehenditur, quos è Pindaro imitatos eſſe volunt, cùm vt exiſtimem, de eo nihil tum cogitarit. potius rei fidem & Lucretij deſcriptionem ſecutus ſit: ac ſanè ſi quis malignè non exiſtimet, multis partibus eo loco Maronem Pindaro anteponet, qui tantum miraculum tantumque prodigium orationis grauitate non videtur æquare. Quod autem reprehendunt Maronem, qui liquefacta ſaxa ſub auras cum gemitu glomerari dixerit, vt omni portento & prodigio incredibilius, licet eadem opera Strabonem reprehendant, qui idem de Ætnæ incendio refert: quem locum qui legerit, grammaticos impudentiæ & inſcitiæ damnabit, & fidem poëtæ non accuſabit.

Cap.10.li.17. Lib.5. Satur. cap.17. Lib.6. Aen.3. Strabo lib. 6. Geogr.

Mancipium, nexus. CAPVT XIX.

PARVM Manilio, veteri Iuriſconſulto cum M. Tullio Cicerone in mancipij nexuſque nomine conuenit: quippe cùm Manilius mancipium in nexu vt partem in genere contineri cenſeat. Varro, *nexum Manilius ſcribit eſſe, quod per libram & æs geratur, in quo ſunt mancipia.* M. autem Tullius nexum à mancipio ſeparet in oratione pro domo his verbis: *ſed tamen iure priuato, iure hæreditario iure auctoritatis, iure mancipij, iure nexi.* Hic enim mãcipiũ à nexo perſpicuè diſtinxit. Cęterũ his in verbis Cicero auctoritatem pro iure dominij quæſiti vſucapione & poſſeſſione vſurpauit: Mancipium pro oppigneratione. Atque hęc eſt ſententia Scæuolę, qui mancipij ius ijs rebus definit, quæ per æs & libram fiant, præterquam quod mancipio detur: quod & verius eſſe Varro ipſo declarari vocabulo dicit. quod enim obligatur per æs & libram neque ſuum ſit, nexũ dicitur. Ælius Gallus necti dicit, quicquid per æs & libram geritur, cuius generis eſt teſtamenti factio, nexi datio nexi liberatio. Parum tamen ſibi Cicero conſtare videtur. Nam in Topicis à Scæuola receſſit, & ad Manilium conceſſit. Nam abalienationem definijt, eius rei quæ mancipi eſt, aut traditionem alteri nexu, aut in iure ceſſionem, inter quos ea iure ciuili fieri poſſunt. Nam nexu traditione mancipia cõplexus eſt, cùm præſertim mancipatio fieret per imaginariam venditionem, quæ nexu fiebat & locũ habebat inter ciues Romanos, Latinos colonarios, & Latinos Iunianos, eoſque peregrinos, quibus datum erat commercium: eaque duntaxat in rebus mancipij vſurpabatur, qualia erant prædia vrbana & ruſtica in Italico ſolo: item in iure pradiorũ, in ſeruis & quadrupedibus, quæ collo dorſóve domantur. nam prædia prouincialia, quæ ſtipendiaria & tributaria erant, nec mancipij

Varro li.6. de ling. Lat. Cic. pro domo. Cic. in Topic.

habebantur, & traditione alienabantur: item elephanti & cameli, tametſi dorſo collóve domentur, propterea quòd è ferarum ſunt genere. Hæc etiam, vt & res mancipij, in iure ceſſione alienabantur: &, vt opinor, ſola in iure ceſſione Ciceronis ætate res nec mancipij mutabant dominum. non enim nudæ & ſimplicis traditionis Cicero in eo Topicorum libro mentionem facit. quod ſi tum recepta fuiſſet ea rerum nec mancipij traditio, non commiſiſſet vt eam prætermitteret.

Puncta, thetica, vrnulæ, capedines.

CAPVT XX.

DIALECTICI, quorum nomen Stoicis tribuebatur, vt cùm dialecticus diceretur, Stoicus audiri ſoleret: veruntamen dialectici, vt dicere inſtitueram, ſolent interrogando diſputare, quòd eorum diſputationes ſermonibus & dialogis ſimiles ſint, idque ea breuitate faciunt, & aduer-

Cic. in Parad. in principio.

ſarium ita premunt, vt non cæſim, ſed punctim ferire videantur. Cicero igitur in Paradoxis, *minutis interrogatiunculis quaſi punctis*, cùm dicit pun-

Cic. lib. 4. de finib.

ctum pro punctura accepit, quod vel ex eo quod in libris Finium ſcribit perſpici poteſt, *pungunt quaſi aculeis interrogatiunculis anguſtis*, puncta fœminino genere & cæſa à Vegetio dicitur, pro ictu qui punctim & cæſim infertur. Sed quo tandem modo thetica, quæ dicuntur in ſcholis, ad ora-

Cic. in Parad.

torium dicendi genus Cicero transfert? nempe quod è conſultatione & propoſito, id eſt ex vniuerſa & perpetua quæſtione, cauſam & controuerſiam tractando efficit: id eſt eas quæſtiones ad quæſtionem generali ſubiectam reuocat. proinde ſcribit in primo paradoxo, *ſed hæc videri poſſunt obſcuriora, cùm latius diſputantur, vita atque factis illuſtranda ſunt:* & in ſecundo, *nec verò ego M. Regulum*, ac ſic in reliquis deinceps. pro fictilibus vrnulis eo in Paradoxo reperi in quodam exemplari hirnulas. eſt autem hirnula, & creſcente etiamnum diminutione hirnella, vaſis, vt ait Feſtus genus in ſacris. nomen habet ab hirnea, quæ tamen Plauto poculum eſt

Cic. 1. Parad.
Cic. 2. Parad.
Cic. Parad. 1.

Plaut. Amphitryone Sc. Quis me alter.

nam poculum hoc, quo Pterela bibebat, dono datum fuit Amphitryoni, vt & à Græcis relatum eſt. Vrnulas tamen iudicium doctorum ſecutus magis approbo. Nam vrnula vas erit, capedo poculum. Dionyſius libro

Dionyſ. lib. 2.

2. vrnulas πρόχους appellat, capedines κυλίκας.

Produci, ſumere, aſſumere, deſtinari, cumulatus.

CAPVT XXI.

Ad Heren. lib. 1.

VIX intelligi ſine literarum Græcarum prudentia poteſt, qua ſit ratione illud ad Herennium ſcriptum, *producti ſumus, vt de orationis partibu*

tibus loqueremur. quod significat, impulsi & adducti sumus: id equidē Græcorum consuetudine factum arbitror, apud quos sic προήχθην etiam vsurpatur, vt sciunt, qui mediocriter in eorum literis versati sunt. Hoc igitur admonitionis cuiusdam indigebat, ne locutio vel parum perspiceretur, vel pro inusitata damnaretur, & vt assolet, ab emendatoribus locus adulteraretur. Ibidem sumi dicitur oratio, cùm scribitur, *ne nimium longa sumatur oratio*, quæ consumitur, & ponitur: vnde & sumptus nomen ortum est: sed & assumi dicitur, quod præter quam quod oportebat, additur & sumitur, vt ascititium & alienum: cùm scribitur, *Inanis arrogantiæ causa sibi assumpserunt*. Etiam in eo spurcè eo in loco, *si quid eorum superbè, spurcè*, significat atrociter, sæuiter, sanguinariè: vt, *Samnis spurcus homo*, interprete Nonio. nam pro sordido & infami & impuro hîc non potest dici, quòd non tam in odium aut inuidiam hoc raperet, quàm in contemptionem adduceret. sed & incontinentia mox impotentiam sui declarare videtur, nōn intemperantiā. Nam cùm intemperantia flagitiosa sit, & flagitia non tam inuidiosum hominem, quàm contemptum despicatumque reddant, ex ea quæri inuidiæ materia non posset. *In inuidiam*, inquit, *trahemus, si vim, si potentiam, factionem, diuitias, incontinentiam.* eleganter autem destinari, quod est pro scopo poni & peti, quem & destinatum Seneca appellat, in eo legimus: *quid*, inquit, *oporteat ab ambobus in causa destinari, quo ratio omnis totius orationis conferatur.* sed in memoriam mihi destinare redigit Catullianum quendam locum, in quo inaudita huius verbi notio, neque vsquam lecta meritò exauget animum falsi suspectandi: sic autem scribitur,

Ad Heren. li. 1.
Ibid.
Non. in Spurc.
lib. 1.
Ad Heren.
Lib. 1.
Ad Heren.

At tu Catulle destinatus obdura. Catul. 8. epig.

Hîc destinatus est, vt opinor, obstinatus, cùm præsertim antè dixerit,

Sed obstinata mente perfer, obdura. Ibid.

Sed quis destinatum pro obstinato dici patietur? aut quis ita politissimum & nitidissimum poëtam locutum putabit? Crediderim potius eum interposuisse literam d, vt in *mederga*, & *ted hoc noctis*, apud Plautum, & alijs veteres factitarunt: & obstinatus edidisse hunc in modum,

Epidicò. sc. Honoris causa modo.

At tu Catulled obstinatus obdura.

Inijcere eodem libro, est tanquā aliquid obiter interponere & immittere, vt si Grecè ἐμβάλλειν diceres: *hoc modo*, inquit, *in loco cōmuni per amplificationem inijciemus*, id est, inducemus & interijciemus. Cùm autē scribit, *quod negotio diminutū fuerit, exæquabimus industria*, istud exequare à mensuris est sumptum, quę cùm implerę sunt, æquatæ dicuntur: cùm abundant, cumulatæ: vnde & mox scribit, *munus hoc accumulatissimè tuæ largiamur voluntati:* & Maro,

Lib. 1. ad Heren.
4. AEn.

Quam mihi cùm dederis, cumulatam morte rependam.

Vegetius, *exinde prima die vnum coclearium cumulatum cum ſextario vini veteris.* Iterum, *ſingula maiora coclearia plena & cumulata commiſceas.*

Augmen, æuum, poſtes, deûm manium poſtis, Varro explicatur, & emendatur. CAPVT XXII.

IVVAT agnoſcere in Latinis auctoribus, quo pacto Græca quædam vocabula expreſſerint: etſi iſtud non leuis operæ eſt, ac plerunque ſe clam id ipſum ſubducit, nec à nobis percipitur. ὄγκος Græcis moles eſt & magnitudo, augmen dixiſſe videtur Latinè Lucretius lib. 3. hoc verſu,

Lucret. lib. 3.

— & tamen ex his
Omnibus eſt vnum perfectum corporis augmen.

id eſt vna moles, εἷς ὄγκος. Sed eodem in libro, quod in libris non profanatis, ſed qui maiori religione quàm ſibyllini in penetralibus reconditi ſunt, reperi, temperare mihi non poſſum, quin eloquar: etſi ridiculum fortaſſe videbitur, præſertim cui publica ſcriptura ſtilo Mineruæ exarata videbitur. vbi enim legitur hodie,

Lucret. lib. 5.

— quæ nequeat ratio depellere dictis,

Inueni planè dilucideque ſcriptum,

— depellere noctis:

Nec tamen à nobis velut cenſoribus, mouetur tribu dictis: ſed antiquitatem librorum teſtamur, quæ ſententiam nec frigidam nec inſcitam cōtinet. conſtat enim à poëtis Græcis noctem εὐφρόνην non infrequenter vocari, quòd eo tempore nullo auocamento à conſilio quærendo impedimur, nullaq; interpellatione à cogitando prohibemur, & noctem conſilium daturam ſæpe dicere ſolemus, ſolique tum cùm ſumus, omnem ingenij aciem intendimus ad bene conſulendum. nulla tamen, inquit, noctis ratio nullumque conſilium perimere extinguereque penitus reliquæ naturæ veſtigia poſſit. æuum more Græcorum poëtarum etiam vitam appellat. Nam & apud Homerum & apud Sophoclem αἰὼν ita vſurpatur. Eorum igitur imitatione Lucretius,

Lucret. lib. 3.

Perdit enim quod non proprium fuit eius in æuo:
Multaque præterea perdit cùm expellitur æuo.

Poſtes idem pereleganter pro foribus poſuit, quia poſtibus vtrinque fulciuntur.

Ibid.

Cernere res animus ſublatis poſtibus ipſis:

id eſt ſublatis oculis, qui ſunt animi fores: eodem ſenſu etiam reſpondent apud Varronem aruſpices, deûm manium poſtileonem poſtulari, id eſt

Varro li. 4. de ling. Lat.

ciuem

ciuem fortiſſimum eo demitti. nam deûm manium poſtis appellatur, terræ hiatus, qui cenſebatur orci ianua. nam hiatus & voragines profundas auernaque, Acheruntis oſtia credebantur. ſcio poſtulionem ſemper apud Varronem edi, & grammaticos nõn cenſos tantum, ſed primæ etiam centuriæ exiſtimatos, poſtulionem mordicus retinere, & pertinaciter defendere: ſed ea vox idoneam non interpretatur ſententiam, & leonem Varro per inuerſionem ciuem fortiſſimum adumbrare vult. in poſtulione autem nullum figuræ inuolucrum huius ſignificationis reperias.

Plinius duobus locis emendatus. CAPVT XXIII.

VELVTI pedicis capti hæremus in Plinio ita ſcribente lib. 11. *Antiqui abdomen vocabant, priuſquam calleret id, ſcientes occidere non aſſueti.* nam & concinnata confictaque hæc ſcriptura eſt ab illis, qui vnde ſe nequeunt extricare, tricas inuoluunt, & ſcribere malunt quæ legant alij, quàm ab alij ſcripta ipſi intelligere: & ſenſum non explanat ad liquidum, quem probare poſſis. Nam ſi hoc dicere voluit, priuſquam calleret, non aſſueti occidere, quid attinuit ſcientes addere? Deinde non arbitror maiorum tantum fuiſſe luxum, vt ſuminis cauſa ſuem occiderent, & inuidia potius ætatis ſuæ mores onerare voluit. In libris ſanctioribus reperio, *priuſquam calleret inijcientes occidere non aſſueti:* quod verbum inijcientes, cùm vſque adeo diſcrepare viderem ab illo commentitio, *id ſcientes*, cœpi velle ipſe pari corrigendi libidine vti, & ſcripturam archetypam interpolate, minori tamen incommodo, quàm illi, quòd antiquitatẽ non ſuppreſſi, quam illi in totum opprimere, de medioque tollere voluerunt. eam enim meæ ſententiæ iam præſcripſi, ſed vt tandem quod ſentio, eloquar, exiſtimo legendum, *priuſquam calleret, incientes occidere non aſſueti.* vt enim Pompeius ſcribit, incientes dicuntur vicinæ partui. nepotes autem & luxurioſos ſui ſæculi notat, qui, vt illa parte tenera fruerentur, antequam occalleſceret durareturq́;, ante partum ſues grauidas occidere ſolebant, quod maiores non factitabant. atque ex his quidem laqueis vtcunque nos expediuimus, vereor ne magis conſtricti teneamur alio in loco eiuſdem libri. *Iecur maxime vetuſtatis patiens, centenis durare annis, obſidionum exempla prodidêre.* quis enim obſecro, vnquam audiuit tot annis vllam vrbem obſeſſam fuiſſe? vnde igitur exempla, quæ dicit, petita ſunt? Iſti concinnatores graſſantur per bonos auctores impunito quodam latrocinio, & cùm eorum ſceleri perſolui deberet teterrima pœna, vaſtando populandoque doctrinæ famam laudemque aucupantur. oracula librorum antiquorum ſciſcitanda mihi eſſe putaui, in quibus nihil tale reperi: ſed quod tamen reperi,

Lib. 11. ca. 37.

Feſt. lib. 7.

c. 37. lib. 11.

peri, vt verum fatear, vate aut ſibylla indiget interprete, neque ex eo ſana vlla ſententia contexi queat. verba antiquorum exemplarium ſunt, *hoc ſirion cum exempla prodidêre*. quid illud ſit, *hoc ſirion cum*, nequeo comminiſci. oxyrynchûm exempla aliquando vaticinatus ſum legi debere, qui piſcis in Ægypto frequens eſt, & in eius potuit iecore, quod Plinius refert, obſeruari: ſed mihi commentum iſtud non placet. vero propius ſit, *Aſſyriorum exempla prodidêre*. nec tamen huic ſententiæ ita confidemus, vt nos alijs eam approbare poſſe putemus. Itaque & amplius pronuntiamus, & alios ad emendationem interpretationemque hortamur.

Dij genitales, oſcilla, æoræ, Maro explicatur, CAPVT XXIIII.

Seru. in 6. Aeneid. VERSVS eſt Ennianus à Seruio relatus,

Romulus in cœlo cum dijs genitalibus æuum Degit:

Cic. 1. Tuſc. qui & à Cicerone 1. Tuſc. memoratur ſuppreſſa tamen genitalibus voce: Auſon. periocha li. 4. Iliad. & apud Auſonium in periocha libri quarti Iliados ſcribitur,

Iuppiter interea cum diis genitalibus vna,
Concilium cogit ſuperûm de rebus Achiuis.

Qui igitur dij genitales ſint, & cur ita vocentur, quæritur. Ego deos genitales reor dici, vt parentes & auctores & procreatores rerum omnium & animantium. Mouet me, quod ἀειγενέτας ab Homero vocari deos reperio, hanc vocem grammaticis modò deorum immortalium æternitati, modò perpetuæ eorum procreationi attribuentibus: quam poſteriorem ſignificationem poëtas Latinos ſecutos eſſe exiſtimo. ſic Græcorum comparatione multa euceſcunt, quæ antè velut caligine nimboque obducta videri non poterant. æquè è Græcorum comparatione verſus ille Maronis, quem tamen ſpero me ſatis antea è Tertulliano fideliter explicaſſe, clariſſima luce colluſtratur,

2. Georg. *Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu.*

In quo tamen critici ſententiæ non minus incerti ſunt, quàm ſi ſors quædam eſſet ex adyto Apollinis edita. ſed cùm Maro Græcorum inſtituto & more hoc Romanos Troianorum colonos feciſſe dicat, conſtetque ex grammaticis Græcis ſolitos Athenienſes de arboribus molles ſibi bacchanalibus ſuſpendere ſeſſiones & geſtationes, quas æoras appellabant, haud cunctabor affirmare oſcilla eſſe quædam, vt ſic dixerim, ſuſpendicula, quibus ſe in aëre pendentes agitabant, Heſychius, αἰώρα, ἑορτὴ ἀθήνησιν ἣν οἱ μὲν ἐπὶ τιμῇ λέου τυράννου θύειν φασὶν, οἱ δὲ ἐπὶ κλυταιμνήστρας καὶ αἰγίσθου. οἱ δὲ ἐπὶ ἠριγόνῃ ἀλήτιδι τῇ ἰκαρίου. Æora autem Græcè penſilem quandam geſtationem

nem significat. Inusta igitur est macula Germanici interpreti ita scribenti, *Quod factum ab Atheniensibus, qui diebus festis institutis aras constituerunt, ideo quia illam pendentem aspexerunt, quod est apud Græcos: ex quo factum vt soli oscillo iactarentur homines.* Hîc arbitror non aras, sed æoras esse scribendum: & , *quod est apud Græcos* αἰωρεῖσθαι. nihilo secius & illud Maronis,

Hanc tibi Eryx meliorem animam pro morte Daretis Persoluo, 5. Aen.

ex comparatione Græcorum melius aliquanto intelligetur. cùm enim Daretem tanquam hostiam sacris vouisset, & interficere decreuisset, proinde quasi ea hostia grata heroi non esset futura, nec litatura, succidaneam
1 sese meliorem dare demonstrat. nam in sacris succidaneis, Græci per euphemismum, δευτέρων ἀμεινόνων dicere solebant.

Munitor, circumscriptus, primo cœtu, & quædam emendata apud Cornificium. CAPVT XXV.

QVOD Cornificius esse dicit exornatum pronominatione, nostro sæculo mutauit figuram, & ad permutationem quandam ænigmaque videtur pertinere: quòd quæ olim vel recentia, vel præsentia, omnibus notissima erant, vetustate obliterata, & obscurata, vix hodie intelligantur. sic
2 autem scribitur, *Videte nunc,* inquit, *iudices, quemadmodum me plagiosippus iste tractarit.* hoc autem acerbissimè dictum diu arbitratus sum in Philippum oratorem, qui pro fure & plagiario & improbo morderetur acriter. plagium igitur furtumque ei obijci censebam, vt & lib. 2. de Oratore in iocis: neque aliud quicquam hîc fingere & comminisci poteram. Nunc
2 scabie quadam & prurigine emendandi fortasse non mendosa agitatus locũ scalpere cœpi, & modò plagosus fuste scribere, modò plagosus iste. quod quidem omnium maximè mihi probatur. Nam de aduersario loquitur, à quo vapulauit, qui sensus & è priore emendatione efficitur. Legitur autem variè, modò plagiosippus, modò plagiocippus, modò plagioxi-
3 phus, à transuerso gladio, quod perplacet. Illud etiam inuersionem verbi habet obscurissimam eodem libro, quod pro translatione positum est. ita quæ alijs translata sunt, alijs sunt sirpea & ænigmatica. *vt si quis,* inquit, *Drusum, Gracchum, Numitorem obsoletum dicat.* cum Numitorem dicit, id non tam perlucidum, quàm vitrum aut crystallum est. Ego de homine se-
3 ditioso dictum accipio ex eo, quod Numitor cum suo nepote coortus in Amulium, regno ipsum exturbarit. Ego tamen hic quoque potius veteres libros secutus legendum crediderim, *vt si quis Drusum, Gracchum munitoremq; obsoletum dicat.* Nam Gracchum constat, vt Plutarchus scribit, è viarum munitione plebis Romanæ gratiam emeritum fuisse. Illa leuiora &

Ad Heren. li. 4. — Cic. lib. 2. de Orat. — Ad Heren. lib. 4. — Plutarchus in Gracch.

facili-

faciliora, ſed iuuentutem tamen monitura oſcitantem fortaſſe, nec attendentem: vtilitatem eodem lib. ſic vſurpatam, vt ſolet Græcè poni χρεῖα / Ad Herē. li. 4. *idoneus eſſe poteſt ad eas vtilitates & aptus, quæ deſiderantur ab equo*, id eſt ad eos vſus, ad eas res. primum cœtum, primum iudicum conuentum appellat, cùm cauſa primum agitur & auditur. Itaque primo cœtu condemnare, eſt prima actione ſine ampliatione. *hic vos*, inquit, *veriti eſtis, ſi primo cœtu condemnaſſetis, ne crudeles exiſtimaremini*. Circunſcripti ſunt, veluti in ordinem redacti, quorumque poteſtas diminuta eſt: *ne*, inquit, *omnino patres conſcripti, circunſcripti putentur*. Cladem autem quandam perſenſit vetuſtatis illud, Ibid. *& narret alijs quomodo Ladas, aut Boius cum Sicyonius curſitarit*. Inſcitus enim & nugatorius ex primitur ſenſus. neque enim cum populis ſolebant illi, vt reor curſitare, ſed cum ſimilibus certatoribus, & ſubſen- Ibid. tio quid ſcribendum ſit, quod tamen vix audeo ſcribere, cùm coniecturæ non hiſtoriæ id acceptum feram. ſed de capite non dimicamus, & ſerò metuere & verecundari incipimus, qui antè tam ſæpe faciem perfricuimus. Legendum igitur credo, *aut Boiſcus, Sicyonius curſitarit*: & vt iterum impudens ſim, cùm ſcribitur, *& ſuum quiſque de libris ſuis tulerint*, inemendatum corruptumq́; affirmare audebo, legendumq́ue, *de libris ſuſtulerint*. Nam illud, *ſuis*, ſi quis ad veram latinitatis amuſſim exigat, intelliget loco non conuenire. mox quoque, *quibus poſſumus & debemus*, non *quoad poſſumus*, Cornificium ſcripſiſſe, vel potius Craſſum ita loquutum eſſe aſſeuero. fides penes Ciceronem alijs locis iſta ſic ſcripta proferentem. dijs gratia, nemo huius capitis cognoſcendi cauſa vadimonium de- Saty. 4. lib. 2. ſeret: nec eius cauſa vel caſſa nuce, vt Flaccus ait, pauperabitur. Nec enim vllum vel à lite demorabitur, vel aucupio quodam rerum viſendarum captum à re familiari auocabit. ſic ferè ſunt quæ ſcribimus, vt faſtidijs potius adhæreſcant, quàm lenocinio vllo lectorem eblandiantur.

Barathrus, mare magnum, robur, ſeorſum, clanculum, ſumere, vbi. CAPVT XXVI.

Lib. 3. AVFER *abhinc lachrimas barathre*, apud Lucretium, vt inſuetum nos à ſeſe abalienat: ſed vt ὄλεθρος Græcis pro adiectione vſurpatur, cùm ſit vocabulum appellationis: ſic βάραθρος eſt dignus barathro, cùm barathrum ſit, vt grammatici appellant, ſubſtantiuum. βάραθρος quidem à Græcis explicatur βαράθρου ἄξιος. barathre reperiri in antiquis lilibris teſtis eſt vir eruditiſſimus Dionyſius Lambinus. In alijs eſt barathro quod erit, in barathrum. quidam etiam balathro legunt: alijs barathro, eſt ba-

eſt balathro. Mare magnum dicit Lucretius etiam cùm loquitur de Helleſponti anguſtijs, quas Xerxes ponte coniunxit, credo ad maris totius mediterranei magnitudinem & vaſtitatem reſpiciens, non ad eam tantum partem referens, quæ contabulata ponte fuit. Lib. 3.

Ille, inquit, *quoque ipſe viam, qui quondam per mare magnum Strauit.*

Itaq; ſic de mari loqui propè mirabundi ſolebant: antè autem iam docuimus mare mediterraneum, mare magnum à Latinis appellari. ſed & Græci ἅλα δῖαν ex magnitudine vocant. Cùm autem Lucretius enumerat pœnarum quædam genera illo verſu, Ibid.

1 *Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tedæ.* Ibid.

Robur fuſtem lignumq́ue ſignificare videtur, quo ſontes tundebantur fuſtuario. Nam locum hîc, vt reor, non ſignificat, nec vinculum. de ſupplicijs enim loquitur, non de vinculis. ſeorſum apud eundem poëtam auget præpoſitionum numerum, vt, Ibid.

— nequit vllam
Diſpicere ipſe oculis rem ſeorſum corpore toto.

id eſt à corpore toto ſeparatus: vt & clanculum apud Terentium, Adelph. act. 1. sc. 1.

— alij clanculum patres quæ faciunt:

id eſt clam patribus, & patribus ignaris. ſed & alio loco etiam multo cla-
2 rius ſic ſeorſum cum auferendi caſu iunctum vſurpatur,

At neque ſeorſum oculi, neque nares, nec manus ipſa Ibid.
Eſſe poteſt anima: neque ſeorſum lingua nec aures
Auditu per ſe poſſunt ſentire, nec eſſe.

Legendum autem ſuſpicor eodem libro è vetere libro,

Quam primordia ſentiſcant concuſſa animai, Ibid.
Ecquantis interuallis tuditantia poſſint
Concurſare, coire.

Non tamen diſſimulandum aut tacendum, in eo ſcriptum fuiſſe,

Et quantis interuallis tuditantia.

3 Porrò intelligo tundere velut cupientia & pellere: impulſa enim leuiter mox concurſant & coëunt, mouentq́ue animal & pellunt: placet & frequentationis ſenſus: quod autem ſcriptum eſt,

Illud in his rebus nequaquam ſumere poſſis, Ibid.

valet ponere, dicere, afferre: eſtq́ue verbum philoſophicum aut dialecticum, quod λαμβάνειν Græcè dicitur: vnde ſumptiones dicuntur partes ratiocinationis complexionem antecedentes. Illud quoque Græcanicum eſt,

Quippe vbi imaginibus fumi nebulæque mouetur. Ibid.

eſt enim quod Græci ſcriptores, ὅπουγε dicere ſolent, quod valet præſertim cùm

cùm. ait enim principia animæ eſſe tenuiora fumo & nebula: præſertim cùm fumi & nebulæ imaginibus & ſimulachris ſoleat moueri.

Cathenæ, compedes, cum palla ſaltare, Coriendrus, amare. CAPVT XXVII.

Plautus Menæchmis act. I. Sc. Iuuent.

APVD Plautum in Menæchmis cathenę, ferreæ ſunt: compedes, ligneæ, cùm ſcribit,

Tum compediti ianuam lima proterunt,

non enim id de ianua vel ergaſtuli, vel carceris, vt quiſpiam prima ſpecie putaret dicit: ſed de compedum clauſtro, vt inde pedes eximant. Illic quoque clauus erat, quo claudebantur, quem dicit lapide interdum excuti. Illud ex eadem eſt fabula,

Sc. Anime mi.

M. Suſtine hoc penicule, exuuias facere, quas voui, volo.
Pe. Cedo. M. Sed obſecro hercle, ſalta ſic cum palla poſtea.

Hîc exuuias facere eſt ſpoliare ſe, & ſpolia à ſe in alterum transferre, quod Menæchmus facit, qui exuuias vxoris & ſuas, induuias facit & tradit Peniculo: cumque qui ſaltabant olim in ſcena, & cantabant, aut citharã pulſabant, palla ornati eſſent, idcirco à paraſito petit, vt cum palla ſaltet Horatius,

In arte poët.

Poſthæc perſonæ pallæque repertor honeſtæ — *Æſchylus.*

Ibid.

Iterum, *— traxitque vagus per pulpita veſtem.*

Lib. 4.

Et Cornificius ad Herennium, *vti citharœdus, cùm prodierit optimè veſtitus palla inaurata indutus, cum chlamyde purpurea coloribus variis intexta,* moxque ſequitur, *vocem emittat acerbiſsimam cum turpiſsimo corporis motu.* Quod autem ſaltationis ob pallam mentionem fecerit, illud argumento eſt, quòd eadem fabula ſcribitur,

Plautus Menæchmis. Sc. Potin' vt.

— non ego te indutum foras
Exire vidi palla? M. væ capiti tuo:
Omnes cynædos eſſe cenſes, tu quia es.

Sc. bene obſonaui.

id eſt, omnes, vt interpretor, ſaltatores. Illic autem,

Seu tu Cylindrus, ſeu tu Coriendrus, perieris.

tantum arbitror annominatione vocumque ſimilitudine accerſitum leporem, expectatione tamen interim ſpectatoris venuſtè decepta, cùm præter opinionem repentè proprium nomen ex olere fingatur inauditum & ridiculum. Inquit Plautus,

Sc. Menæchme.

— amare ait
Te multum Erotium vt hoc nunc vna opera ad aurificem deferas.

Hîc amare eſt amanter precari, & à caro homine rogare & optare. apud

Quin

Quintilianum in ioco Domitij Afri nouitate iucunda & amœna vſurpatur. Nam cùm is, quem defenderat, eius conſpectum vitaſſet, vbi poſtea ipſum conuenit, amas, inquit, me, quòd te non vidi: id eſt, gratum mihi feciſti. Quintil. li.6. c.3.

Quædam in oratione pro Flacco emendata.

CAPVT XXVIII.

IN oratione pro Flacco, qui dicitur Timolites vicanus, vt aliquam teſtimonij fortaſſe dictionem habuiſſet, in tanta tamen cauſa nullam habuiſſet teſtis auctoritatem, ſi è vili vico potius, quàm ex oppido nobili Romam euocatus fuiſſet, homo præſertim inter ſuos ignotus: &, vt ſuſpicor, Lælius tam amens non erat, vt hominibus è villis & pagis teſtimonium denuntiaret: nec tam parum gratioſus, vt non conſideret ſe aliquem ex vrbibus cõmouere poſſe & Romam euocare. Hæc cùm ita ſint, haud cunctanter legam, *Timolites Nicænus*. Nicæa autem nemini ignota poteſt eſſe, cui fando ſit auditũ aliquando concilium Nicænum. In ea etiam oratione *rogare*, pro erogare fallit, cùm ſcribitur, *ſeſtertium ter & quadragies rogabamus*. Hæc quidem admonitio deſiderari ſyllabam, vel potius literam demonſtrat: ſed ſine qua tamen ſenſus, vt vocabulum ipſum, claudicat. *ab Æno*, autem, *in Aſiam*, ſcribendum eſſe, non ab Hæmo, ſuperuacaneæ eſſet operæ monere, niſi mons oppidi ſedem occupaſſet omnibus in libris. fallit & verſipelli dolo in eadẽ oratione litera e, quæ in locum tertiæ ſubrepſit. Nam qui populi Acmonenſes appellantur, in Æmonenſes adulterati ſunt. Stephanus, ἀκμονία πόλις φρυγίας. ab hac vrbe Acmonenſes, & Acmonienſes eius municipes vocabantur. Trapezitas autem non malè ab hominibus Latinis menſarios dici poſſe, quod in Budæo ab eruditis reprehenſum eſſe recordor, fidem fecerit pro Flacco Cicero his verbis, *Cum ciuitate mihi res eſt acerrima, & conficiendarum literarum diligentiſsima, in qua nummus commoueri nullus poteſt ſine ſex prætoribus, tribus quæſtoribus, quatuor menſariis, qui apud illos à populo creantur.* Hos vt opinor menſarios homines illi Græci ſua lingua τραπεζίτας vocabant: & cùm ibi menſa publica nominetur, ſuſpicandum eſt, & menſas priuatas fuiſſe: vt trapezitæ eſſent duorum generum in aliquibus vrbibus Græciæ, publici & priuati. Illo autem in loco, *illum conſeruatorem Aſiæ, illum Dionyſium*, è librorum vetuſtorum teſtatione ſcribo, *illum Euium, Nyſium, Bacchum, Liberum nominabant.* Euium autem liberi patris cognomentum ab omnibus opinor agnoſci: ſed & Nyſiũ, à Nyſa monte appellatũ nemo paulò humanior ignorat. nec videtur id vllis exemplis confirmandum, ne ſoli, vt in prouerbio eſt, lucem fœnerare velle videamur. Nam vt in vitio eſt, qui dubia non probat: ſic

Margin notes: Cic. pro Flac. — Ibid. — Ibid. — Ibid.

qui certis & notis argumenta quæritat, eſt ſupervacaneus.

Varro de lingua Latina emendatus, pinſere humum cubitis, coum, cohiuum. CAPVT XXIX.

Varro li. 4. de ling. Lat.

M. VARRO lib. 4. de lingua Latina Aſiam & cælum duobus modis dici refert. Nam & cælum dicitur cæli pars ſumma vbi ſtellæ, & aëris plaga tenero terram complexu continens: ſic Aſia dicitur pars orbis terræ, quæ non Europa. Duas enim tantum partes Varro, vt & Saluſtius in Iugurtha, orbis terrarum nouit, Aſiam & Europam. Nam in Europa ponit Aphricam. Dicitur & Aſia prioris Aſiæ pars, in qua erat Ionia, & prouincia pop. Romani. In Varrone ſcribitur, & Cilicia, falſò mendoſeque: cùm in illa Aſia Cilicia non eſſet comprehenſa. Cicero pro Flacco, *Nam, vt opinor, Aſia veſtra conſtat ex Phrygia, Myſia, Caria, Lydia.* Strabo, οἱ δὲ ἐπαρχίαν ἀπέδειξαν τὴν χώραν, ἀσίαν προσαγορεύοντες ὁμώνυμον τῇ ἠπείρῳ. Mox in Varrone lego, *non malè quod poſterior*, vt reprehenſum veriloquium Ælij ab aliquo poſteriore ſcriptore intelligamus: ſi poſterior Ælius ſcribatur, vt ab Antonio Auguſtino, ſententia erit, ipſum ſui poſterioribus libris reprehenſorem fuiſſe, crediditſſeque non tam cælum à cælando, quàm cælare à cælo deductum eſſe. Cælum alij ita vocatum cenſent, quòd ſit cælatum impreſſumque varijs ſignis, & diſtinctum ſculptumque. Hinc præclari illi verſus Varronis,

Cic. pro Flac.
Strabo li. 12.
Varro li. 4. de ling. Lat.

Mundus domus eſt maxima rerum,
Quam quinque altitonæ fragmine zonæ
Cingunt, per quam limbus pictus bis ſex ſignis
Stellimicantibus, altus in obliquo æthere, Lunæ
Bigas acceptat

Ibid.

Alijs cælum dicitur vt κοῖλον. Cæterum vbi ſcribitur à Varrone, *Ego magis puto à chao cauum*, quæ ſcriptura mirificè mihi probatur, in antiquis libris reperio, *à chao couum*, vt librarius fortaſſe cohum ſcribere voluerit. Nam, vt ait Feſtus, Cohum poëtæ cælum vocauerunt: infra tamen Varroni couum in aratro nominatur. in antiquiſſimo libro Cl. v. Henrici Memmij ita ſcriptum reperi, *cous eſt quo cælum continetur: vnde Ennius,*

Feſt. li. 3.

Vix ſolum complere coum terroribus cæli.

Eſt & cohiuum calyx roſæ adhuc conniuens & clauſus. Verba ſunt antiqui lexici, *cohiuum*, κάλυξ ῥόδου μεμυκώς. Scribitur & coniuum, à conniuendo, vt reor. Scribo mox in Varrone, *noctu quæ caua cæli.* Lego infra in eodem, *non terminus, ſed termon*, vel termo, vt & Ennius locutus eſt,

Varro li. 4. de ling. Lat.

Ingenti vadit paſſu, qua reddditus termo eſt.

Lego

Lego etiam mox, *hoc Græci τέρμονα.* Diſtinguendum autem eſt poſt, *in Latio,* vt arbitror. At vbi ſcribitur, *appellarunt ſumma terræ, quæ ſola teri poſſunt,* *ſola terræ*, puto intelligi emendandum, *quæ ſolo teri poſſunt*, id eſt pede & veſtigio. Emendationi ſuffragatur menſio ſyllabæ. protinus lego, *ideo Ennium in terram cadentes dicere, cubitis pinſabant humum.* ſic enim in manu ſcriptis libris reperio, ſi quis pinſebant, legat, non multum repugnabo. pinſare autem humum, eſt terram ferire, vt faciunt qui interficiuntur caduntque in terram. Simile eſt illud Homeri, ἕλε γαῖαν ἀγοστῷ. At vbi ſcribitur, *Et dicitur humilior, quæ ad humum, vt Sabini, vt Lucani,* magna eſt confuſio & conturbatio rerum & verborum non ſuo collocatorum loco. Georgius Buccananus poëta grauiſſimus & elegantiſſimus vidit primus vnde iſta eſſent diſtracta atque diuulſa, ac me docuit cum aliis ea ſic coniungenda eſſe, *Et dicitur humilior demiſſior: infimus humilimus: quòd in mundo infima humus.* Lego autē non longè hinc, *hinc ſudor, vdor: is quamuis deorſum in terram vnde ſumi pote, puteus: niſi potius quòd Æoles dicebant, vt ποταμὸν, ſic πότεον & ποτὸν, vt nunc φρέαρ: à puteis oppidum Puteoli.* Non longè hinc lego, *Quo deinde ſuſcipiunt perpetuo flumen, lacus: Lacuna, in qua ibi aqua.* Lacum autem hîc intelligo, quo ex flumine ad aquandū aut lauandum aqua excepta eſt, quo etiam ex aquæ ductu aut fonte recipitur. Terentius,

Varro li.4.de ling.Lat. — Ibid. — Ibid. — Ibid.

Apud ipſum lacum eſt piſtrilla. *Adelph. sc. 2. Act. 4.*

Horatius, *Saty.4.lib.1.*

Geſtiet à furno redeuntes ſcire lacuque.

Lego, *ſtagnum, quòd Græcè στεγνόν.* Deinceps lego, *Ea ferè nominata aut tranſlatitio nomine, aut ab hominibus, vt Sabini & Lucani,* atque ita quæ malè diſiuncta fuerant, auctore Buccanano optimè rurſus cohæreſcent. *Varro li.4.de ling.Lat.*

Quædam in Varrone emendata, eſcendere, prædes, prædiatores. CAPVT XXX.

NONDVM è Varronis libris de lingua Latina omnes, vt ita dicam, errorum vepres eruncati ſunt. ſerpunt etiamnum illic multæ ſpinæ multique rubi. Nam quod legitur libro 4. *vniuerſus ager dictus Latium,* vt in annoſis reperi libris, latius, adiectionis more magis me delectat, vt & infra, ager aruus & arationes dicuntur: quemadmodum & apud Plautum, *Ibid.*

Non aruus hic qui arari ſoleat, ſed paſcuus eſt ager. *Trucul. sc. Ad fores.*

Lego etiam, *vt noſtri augures publici diſſerunt.* quod ſequitur mox, non plus ſenſus habet, quàm ſurdi lapides: ſed ſic emendo, & ſenſu quodam & vita afficio, & velut anima dono, *Quocirca Gabinus, peregrinus, ſed quòd auſpicia habet ſingularia, ab reliquo diſcretus.* Oſtendit enim quamobrē in peregrino *Varro lib.4. — Ibid.*

Gabinus ager non numeretur, quòd ſcilicet ſuum quoddam auſpiciorum genus à reliquo agro peregrino diuerſum habeat. In agri autem notatione ab omnibus, quas quidem viderim, editionibus diſcrepat clandeſtina

Varro lib. 4. & antiqua ſcriptura, quam proponam: *ager dictus eſt in qua terra, quid agebant, & vnde quid agebant fructus cauſa: aut quòd id Græci dicunt, ἀγρὸν: aut ager quo agi poterat: ſic qua agi, actus.* Hæc interpretatio & verior eſt & dilu-

Ibid. cidior, quàm edititia. Illud quoque melius & intellectu facilius, *Quòd ſegetes ferunt, fruges: à fruendo fructus: ab ſpe, ſpicæ.* vt eduntur iſta, Varronis enucleatio & etymologia propè tota perpetuaque interit. Illud autem, *Plebi rura largitantur ad aream*, valet, non prata aut paſcua aut ſiluas diuidit plebi, ſed agros frumentarios: frumenta enim teruntur in area, non omnia tamen. Nam far, quia ſuis extricari folliculis non poteſt in area, torrebatur in fornace. Inopia quoq; particulæ, vt, laborat comprehenſio quædam non longè hinc, *prædia dicta item vt prædes, à præſtando: quòd ea pignori data, vt publicè mancupes præſtent fidem.* vt, inde aberat, quòd reſtitui è vetere libro. Ceterum predes exponuntur in antiquo lexico οἱ ὑπὲρ φόρου δήμου ἐνδεδεμένοι qui pro vectigalibus populi obligati ſunt: prædiatores ὠνηταὶ ὑπαρχόντων, qui eorum ſcilicet bona & fortunas emunt. Hinc ius prædiato-

Cic. pro Cornel. Balbo. rium apud Ciceronem, quo obligata ſunt bona ærario & populo. Deinceps autem ſunt extexenda, quæ diſiuncta ſunt improbiſſimè, *Vbi nunc eſt*

Varro lib. 4. de ling. Lat. *Roma, ſeptimontium nominatum, ab tot montibus, quos poſtea vrbs muris comprehendit.* At rupes Tarpeia, pars erat montis Capitolini præceps, vnde

Plutarchus in Numa. nocentes deijciebantur interdum. Plutarchus, πλὴν πέτραν ἔτι νῦν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ Ταρπηΐαν καλοῦσιν, ἀφ᾽ ἧς ἐρρίπτουν τοὺς κακούργους. Vocabatur & ſaxum Tar-

Horatius li. 1. saty. 6. peium. Horatius, *Deijcere è ſaxo ciues.* Lego non longè hinc, *in ædificiorum legibus priuatis.* Infra ex monimentis veteris ſcripturæ lego, *Quod de aqua*

Varro li. 4. de ling. Lat. *tum, dicitur Velabrum: & vnde eſcendebant ad infimam nouam viam, locus ſacer velabrum.* Cæterum Velabrum duplex fuit, maius, de quo nunc loqui-

Ibid. tur: minus de quo infra: *ab ijs palus fuit in minori velabro: à quo, quòd ibi vehebantur lintribus, velabrũ, vt illud maius de quo dictum eſt.* Velabrorum me-

Lib. 4. eleg. 10. minit Propertius, *Qua velabra ſuo ſtagnabant flumine, quaque*

Nauta per vrbanas velificabat aquas.

in Velabro porrò locus ſacer erat, quod velabrum dicebatur, vt Varro libro ſequente tradet, vbi Accæ Larentiæ ſacrificium fiebat, qua in nouam viam exibatur. Atque hîc obſeruandum veteres eſcendo etiam pro aſcen-

Lib. 45. do dixiſſe. Liuius, *a. d. x. cal. octob. ludorum Romanorum ſecundo die C. Licinio conſuli ad quadrigas mittendas eſcendenti, tabellarius, qui ſe ex Macedonia ve-*

Varro li. 4. de ling. Lat. *nire diceret, reddidit laureatas literas.* Varro alio loco, *è vinea in arbores eſcendit vitis.* Iterum, *in carnarium eſcendit.* In vetere libro ſcriptura hæc extat,

quod ea qua tum dicitur velabrum. Et mox, *ad infimam nouam viam locus ſacellus labrum.* Cùm autem è Lucilio profertur, *quadrantis ratiti,* clauſulam verſus hexametri eſſe intelligo. Quadrans autem ratitus dicitur, quòd vt à Feſto & Plinio ſcribitur, in eo eſſet ſculpta ratis figura. Igitur ratitus, eſt rate notatus & inſignitus, & ratem habens. *Feſt.lib.16. Plin.li.33.c.3.*

Prolubium, Babylo, Iuno Lucina, ſumere diem, obſonium, vſquam tibi eſt. CAPVT XXXI.

PLACET ex Adelphis Terentij annotare pauca quædam, & huic aſpergere ſchedæ,

Quod proluuium, inquit, *quæ iſthæc ſubita eſt largitas?* *Act.5.sc.9.*

ſic loquuntur omnes vno ore editiones: ſed aliud canit Donatus interpres, qui prolubium interpretatur, promptum ad largiendum animum, & προθυμίαν: vt dubitari nullo modo poſſit, quin quam propoſui ſcripturam ſecutus ſit: edititiam tamen improbare iniqui nimium exiſtimetur, cùm proluuium ſit profuſio à proluendo, qua formatum ratione eſt diluuium, & laudatorem patronumque habet Nonium. vtrunque igitur probabile iudicemus. *Non. in Proluuium.*

Dinumeret, inquit Terentius, *Babylo illi viginti minas.* *Act.5.Sc.7.*

Babylonem ex vrbis magnitudine & opibus, & Babyloniorum regum & Perſicorum magnificentia & liberalitate hominem nimium liberalem & profuſum vocat, idque ex Atticorum conſuetudine, qui Babylonios interdum Barbaros vocabant, id eſt Medos & Perſas. neque mihi nunc quidem quicquam ad vocem iſtam enodandam accommodatius in mentem venit. nam antiquus interpres verbo hoc tranſigit, & dum operæ verbiſque parcit, captui non conſulit noſtro. Mirantur eruditi quod in comœdia palliata inuocetur à puerpera Iuno Lucina, vt in Adelphis, *Iuno Lucina fer opem*: ſed iniuria mirantur, & multo iniquius Terentium reprehendunt. vtitur enim ſermone Latino, ſed qui Græcam deam Ilithyam exprimat. ea enim non eſt alia, quàm Iuno Lucina. Itaque ab Horatio ſcribitur, *Act.3.Sc.4.*

Lenis Ilithya tuere matres, *Horat.in carmine ſec.*

ex conſuetudine Romana: & ex eadem à Catullo, *Epigr.32.*

Tu Lucina dolentibus, Iuno dicta puerperis.

Iuno autem Lucina, Diana eſt. *Hilarem,* autem, *hunc ſumamus diem,* eſt, vt alio loco Donatus explicat, non accipiamus, ſed impendamus atque conſumamus: vnde & ſumptus nomen traxit. Sed & obſonium more videtur Attico de piſcibus intellexiſſe Terentius, cùm dixit, *Conuertam me domum cum obſonio.* Nam ab Atticis ὄψον ſic vſurpatur: atque infra Syrus hoc explicans, ait ſe nactum piſces ex ſententia. illud etiam Græcanicum eſt, *Adelph. act. 5. sc. 3. & act.2.Sc.4. Ibid.*

Actu 2. Sc. 2.

Quasi iam vsquam tibi sint viginti minæ.

non enim illi negat eas in mundo, vt Plautus comicus loquitur, esse: non enim id dicit: sed eum viginti minas non magni facere, nec eas vllo apud eum loco & numero esse. sic οὐδαμοῦ vsurpauit Sophocles in Antigona,

Sophocles Antigona,

Καὶ μείζον' ὅστις ἀντὶ τῆς αὐτοῦ πάτρας,
Φίλον νομίζει, τοῦτον οὐδαμοῦ λέγω.

Id est nullo loco habeo, & improbum iudico. Hæc more galli gallinacei terram miserè scalpentis vnguibus, & cibo eruentis aliquot granula, velut exscalpsi è Terentiana fabula.

Assis Caianus, libellio, Papinius emendatus.

CAPVT XXXII.

Papinius li. 4. Silu. ad Plotium.

QVI sit assis Caianus apud Statium in Siluis cùm ita scribit, *Emptum plus minus asse Caiano*, vt à me diu dubitatum est, sic non paucos fore arbitror, qui si in eum locum fortè inciderint, addubitent, & ad grammaticos allegent, qui glossemata petant. ego quæ afferam coniectura quadam, eaque perimbecilla & perinfirma nitentur, cui tamen insistere vtcunque poterunt, dum qui meliora certioraque afferant, existant. In Dione mihi legisse videor in factionibus circensibus prasinos, quòd ei panno deditus esset insanum in modum Caius Imperator, Caianos esse vocatos: sed isto collyrio nihil potest ista lippitudo iuuari. Reperimus & apud Tacitum Caianam aquam, cuius deductioné à Caio inceptam perfecerit Claudius Imperator eius successor. hinc quoque tantundem opis. suspicatus aliquando sum formam aliquam assis vilioris à Caio Imperatore percussam fuisse: sed huic sententiæ, quamuis non ineptæ fortasse, confirmandę constabiliendæque nullum esse existimo locupletem auctorem, cui testimonium denuntiare possim. verisimilius est, cùm assis interponeretur coëmptionibus nuptialibus, quæ imaginaria venditione exprimebantur, ac tum certo quodam ritu vir & vxor se mutuò ementes Caios & Caias vocarent, assem Caianum velut assem coëmptionalem, atque adeo simpliciter assem intelligi. Hoc autem, si cui longius petitum fortè videtur, is cogitet, quàm accersitis procul figuris, quàm longa interdum ambage anfractuosis sensibus, quàm curiosa & ingeniosa affectatione se poëtæ venditent, quàm procul à vulgari consuetudine communique intelligentia recedant, quàm sæpe ex antiquitatis adumbratione famam aucupentur. Idem Papinius, vt eius fidelia totum nobis hunc, vt ita dicam, parietem dealbet, libellionem appellat minutorum libellorum venditorem, qui & librariolus dici potest. tales autem non in taberna aut pila, sed in

Dio lib. 58.

Tacitus li. 18.

capſa totam ſuorum libellorum ſupellectilem facilè vrbem circitantes gerunt. ſic autem ſcribit, Lib.4.Silu.ad Plotium.

De capſa miſeri libellionis:

Pro replictis autem bulborum tunicis, relictis mallem, vt tunicas ſiue mẽ- Ibid. branas bulborum accipiamus, quæ contemptui ſunt relinquunturque: quod ſi replictas pertendat quiſpiam legendũ, tum intelligam replicatas, & è bulbis euolutas: tamen illud ipſum tenebo, vt relictum appoſitius, quàm replictum exiſtimem. Ego in eodem libro lego,

Detergis ſterilis ſoli pudorem,

non vt codices ſeruant, putorem: ne pudendum ſit elegantiſſimo vati ignoraſſe modulum ſyllabæ, quæ in pudore corripitur, in putore tenditur. nos igitur inſcitiam editionum tanto auctori ſi attribuamus, profectò iniqui ſimus. nihilo ſecius & illud perpurgandum videtur, quod ab eo ſcribitur,

Scandes belliger obuióſque currus. Ibid.

Nec enim, niſi qui parum ſapiat & videat, exiſtimare poſſit iſtud, vt ita dicam, purum putum eſſe, ſi propius ſpectet. nos igitur hoc tanquam metallum ſic recoquimus,

Scandes belligeros pióſque currus.

Nam ſæpe Domitiano & laudem imperatoriam, & pietatem clementiamque tribuit, quam vtranque vno verſiculo hîc complexus erit.

Ilignis pedibus, facile agitare, ganeum, ceperet, animam recipere. CAPVT XXXIII.

ILLVD ab elegantiſſimo & latiniſſimo comico abſurdè & abſonè dictum videtur eſſe, *Lectulos in ſole iligneis pedibus faciundos dedit vbi potetis vos.* Adelph. act. 4. Sc. 2. Cur enim in ſole? cur etiam iligneis pedibus? hîc aqua hæret, & non me fugit interpretem dicere iſtud ex tempore eſſe Syrum commentum. ſed excogitatio commenti probabilitatem non habet, niſi à conſuetudine hominum petita ſit. Credo igitur ritu moreq; palliato hoc dictum eſſe, & quòd ſenes ſole gaudeant. Nam & ſenes aprico delectantur, vt Zeno Laërtius in Zenone. ἡλιοχαίαις, quemadmodum à Laërtio refertur: & Athenienſes in ſole iudicabãt, vnde ἡλιαία maximum iudicium apud eos dicebatur ex quo dictum eſt ab Ariſtophane, ὡς ἐξέχῃ εἵλη κατ' ὄρθρον, ἡλιάσει πρὸς ἥλιον. quo in loco & Ariſtophanes Veſpis. ad iudicium illud apricum Athenienſium eſt alluſum, & ad conſuetudinem ſenilis apricationis relatum. quod autem iligneis pedibus ait, id verò facit, quòd ea materia ſit firmiſſima & ſolidiſſima: vnde & apud Ariſto- Lib.4.c.18. phanem homines σφενδάμνινοι & πρίνινοι, id eſt acerni & iligni pro duriſſi-

mis ponuntur, ac nos antè hunc quoque locum attigimus. Illud autem, *quam vos facillimè agitis*, bellissimè est dictum locutione honesta & antiqua. nam facilè agitare dicuntur diuites, quibus facilè nulloque negotio omnia ad vitam degendam suppeditant. eodem modo apud Portium in vita Terentij, *tres per idem tempus qui agitabant facillimè.* sic & dij quibus nihil deest, ῥεῖα ζώοντες, à poëtis Græcis, id est facilè viuentes, dicuntur: vnde, vt suspicor, emanauit in hominum ora illud loquendi genus. Cæterum
Act. 3. sc. 3. ganeum, quod apud eundem comicum est, dicitur fornix, quasi Græcè γυναικεῖον. nam Latini η in a sæpenumero commutant, & ει in e etiam breue, vt
1. Aen. Gynæceum apud Terentiū penultima est breui, & Cyclopeus apud Ma-
Od. 9. Epod. ronem, id est κυκλώπειος, & conopeum apud Horatium, quod est κωνώπειον. Quid quod,

Terent. Adelph. act. 3. sc. 3. *Quam ille quicquam cæperet,*

non cæperit, in eo legendum est, ab antiquo verbo cæpio? Nam temporum ratio illud cæperit, refutat & aspernatur: cæperet autem flagitat atque poscit. quod cùm ita sit vt in alijs rebus, nos hîc quoque tempori seruie-
Act. 3. sc. 2. mus. sed & vbi *animum recipe* legitur, ferè meam obstrinxerim fidem animam recipe legendum esse. cùm enim anhelaret, neque multa verba continuare vno spiritu posset, dixit *animam recipe*. si animum legas, ad consternationem referes.

Explicantur multa in vltima Horatij Satyra.
CAPVT XXXIIII.

saty. 8. lib. 2. VLTIMA Satyra conuiuium Nasidieni Rufi ab Horatio lepidè describitur, cum irrisione conuiuatoris ostentatoris meri, & mendaciter e-
Ibid. pulas cōmendantis malè apparatas, & rancidas plærasque ac putidas. Ape[r] igitur Lucanus captus austro flante, caput, vt loquebantur, cœnæ fuit, quo[d]
Ibid. quidem Horatius indicat fœtidū fuisse: vt & alio ait loco, — *at vos præsentes austri coquite horum obsonia.* sed vitiū tamen à conuiuatore in laudē conuersum fuisse, qui meliores apros esse auderet affirmare leui austro captos. acria autē apposita ei erant condimenta, ad dissimulandū vitium saporis, appetitumque excitandum. In ijs fecula, quod erat condimentum è fece vini factum acrimoniā habens, φέκλη à Græcis medicis dicitur. Mox illudit velut sacri cuiusdā ceremonias & pompam, cùm ita inferant in triclinium
Ibid. ministri vinum in capitibus repositum, vt apud Atticos virgines canephoræ sacra Cereris gerebant. Iam Cecubum vinum & Chium mentitur Rufus, ac peruenustè ludit in posteriore Horatius, quod maris expers ai[t] ambigua cauillatione. Nam cum vino Græco misceretur marina, Chi[um]
no

non miſceretur, huic negat admixtam, ſimulque negat mari aduectum, vt vernaculum vinum, non Græcum. vino autem Chio non ſolitum fuiſſe aquam miſceri, ex his Plauti verbis intelligi poteſt, ita in Curgulione ſcribentis, *Curgulione Sc. 1.*

Nomen eſt lenæ multibiba, atque merobiba.

Pa. Quaſi tu lagenam dicas, vbi vinum ſolet Chium eſſe.

Nec ſatis, Naſidienus ſe habere in cella albanum & falernum gloriatur inſolenter moleſta conuiuis vanitate. puto autem Mæcenatem ſediſſe medium inter vmbras ſuas Balathronem & Vibidium: & in tertio lecto medium ſediſſe conuiuatorem. Igitur ſuper ipſum, eſt ſuper Naſidienum. Ridiculus porrò hoc erat Porcius, quòd placentas quaſdam cremoris ali- *Horat. Sat. 8. lib. 2.* quanto liquidioris ſolus totas ſimul abſorberet. Nomentanus autem hoc erat ridiculus, quòd ſi quid in cibis eſſet vel vitioſi vel vulgaris ſaporis, indicaret digito, cùm alij conuiuæ tam ſapientis non eſſent palati. proinde inguſtata ilia porrexit, quæ tam mali ſucci erant, vt inguſtabilia eſſent. Er- *Ibid.* go exclamat Vibidius,

Nos niſi damnoſè bibimus, moriemur inulti.

niſi inquit, detrimentum ciborum inſuauium & fœtidorum ſarciamus largo vini hauſtu, velut inulti ab hoc conuiuatore & enecati peribimus, cùm eius diſcos attingere non poſſimus. Cùm autem ait, *exurdant vina palatum,* id inquit, quod ſuo iudicio in apparatione epularum ſibi ſapere videretur Rufus, qui tamen malè conditos vel mali ſucci cibos apponebat. metuebat igitur ne hebeſcens & exurdeſcens nimio madida vino lingua ſubtilitatem ſaporum & iucunditatem minus perciperet. Vinaria autem lagenas intelligit, cùm mox ſequatur,

Conuiuæ lecti nihilum nocuêre lagenis.

Omnes enim lagenas aliphanis calicibus, qui fictiles & capaciores erant, exhauſerant, vt nihil inde biberint conuiuæ lecti, Fundanus, Viſcus, Mæcenas, ſed vmbræ tantum, Balathro & Vibidius, & imus primi lecti, & conuiuæ imi lecti, Porcius & Nomentanus. In eo autem iure, in quo natabat muræna cum ſquillis, incoquuntur erucæ virides & inulæ amaræ Naſidieni magiſterio, vt Curtilli echini ad excitandum ſaporem, qui alias langueret: melius autem multo eſſe ait ei iuri incoquere erucas & inulas vel echinos, quam illam muriam, quam reddunt remittuntque oſtrea, quę tamen vulgo admiſceri ſolebat. Dehinc venuſtè narrat ruina aulæorum fractam fuiſſe patinam, & Vibidium de pueris quærere, num ſit quoque fracta lagena. Illud autem, *ridetur fictis rerum*, eſt ridentur à conuiuis mendacia & figmenta Naſidieni, qui ſua iura & condimenta falſò lauda- *Ibid.* bat, cùm ita, vt loquebatur, parata non eſſent. Balathrone autem ſecundo

dicit,

dicit, quòd tam effusè cachinarentur alij, vt Balathro magnus alias deri for, & suspendens omnia naso, vt dixit, primas non teneret, sed in riden do secundus esset. Iam discerptam gruem apponere asperſam sale farrato & nouum & ineptum est: subtraxerat autem quædam odoris grauitate ni mium offensura conuiuas. Iecur autem anseris pastificis erat in delicijs, quod ementitus est Rufus. Armi leporum sine lumbis, & palumbes sin clunibus, putres eas partes indicant fuisse: sed & merulæ adusto pectore quæ pars in eis opima est, & esculenta, malè coctas escas arguunt. Ista au tem dissimulabat Rufus, curque ita fierent, causificabatur. sic conuiuæ ni hil omnino gustarunt cibi, velut malis venenis infecti.

Multa in Varrone emendata, Lares Querquetulani, Lares Permarini, auguraculum, terticeps, quarticeps.

CAPVT XXXV.

NESCIO quomodo me effascinant libri antiqui, & ad insaniam pro pè me adigunt, quorum insano amore agitatus audeo lib. 4. de lingu Latina scribere, *Reliqua vrbis loca olim discreta, tum Argeorum sacraria, i septem & viginti partes, vbi sunt disposita.* Ego in hac scriptura nihil variau nihil mutaui, sed eam, vt reperi sartam tectam conseruaui. Reperio etian *cum Cælio coniunctim Carinæ, & inter eas quem locum Ceroliensem appellatu apparet.* Cùm autem dicit primæ regionis quartum sacrarium, vnum e Argeis intelligit. Argei porro loca erant in vrbe à Numa consecrata, vb sacra fiebant, vt auctor est Liuius. At Mineruium fanum est Mineruæ, v Dianium Dianæ: Mineruium quoque à Victore, vel vt alij malunt Rufo ponitur in nona vrbis regione. Cæterum quarticeps cùm dicitur, & terti ceps, si Volaterrano credimus, significatur quatuor vel tres vertices ha bens, cui expositioni non assentior, cùm potius intelligatur tertius au quartus mons, pars & caput. Itaque ad ordinem sunt ista referenda, vt i Suburana regione constat, in qua princeps erat Cælius, deinde Cæliolus mox Carinæ, & quarticeps Ceroliensis. Sed & ad ordinem ista referen da esse ostendunt liquidò ea quæ Varro de exquilijs scribit, ne pluribus id docere coner. Protinus lego, *Ceroliensis à Carinarum iunctu dictus Carinæ, postea Cerolia.* Hîc autem nisi falsus, vt sæpenumero, augur sum, Ceroliam videtur indicare appellatam à κάρα, quòd ibi caput esset Sacræ viæ. Quoc autem quotquot mensibus sacra in arcem per Viam sacram dicit ferri Var ro, id intelligendum crediderim de sacris idulibus. Nam idibus sacerdo tes sacra in arcem ferebant rei diuinæ causa. Ad eam fortasse consuetudi nem respexit Flaccus cùm scripsit,

Varro li. 4. de ling. Lat.

Liuius lib. 1. ab vrb. cond.

Victor de vr- bis Romæ re- gionib.

Varro li. 4. de ling. Lat.

Od. 30. lib. 3.

— Du

— Dum capitolium
Scandet cum tacita virgine pontifex.

Emendo etiam, *Nunc scribitur tertia litera c non b.* Quintiliani auctoritate fretus. sic enim scribit lib.1. *Et Subura cum tribus literis notatur, c tertiam ostendit.* (Quintil. lib.1. c.7.) Nam cùm literarum compendio scribebatur, & tanquam notabatur, Suc notatū Suburam significabat. Lego proximè, *Quod ibi lucus dicitur fagutalis, & larum Querquetulanûm sacellum, & lucus Mephitis.* Dicitur autem Larum querquetulanûm, vt Larum permarinûm apud Liuium, qui (Lib.40.) sunt, vt vetus Lexicon interpretatur θεοὶ διαπόντιοι. Lares querquetulani dicuntur, quòd ibi querquetulum fuisset. Cælius etiam mons Querquetulanus à quernea silua vocatus fuit. Sed tamen quos Lares querquetulanos Varro appellat, propè est, vt Nymphas querquetulanas Pompeius vocare videatur. (Varro lib. 4.) Emendo autem, *secundæ regionis Exquiliæ: alij has scripserunt.* Nec longè hinc, *iamdiu enim latæ auaritia viæ est.* atque in his emendationibus non meam, sed antiqui libri fidem obstrictam esse volo. Cæterum modò terticeps reperio in editionibus, modò terticepsos, modò in Volaterrano quarticepsis, modò in codice antiquissimo quarticepsois. Cùm autem inueniam quibusdam in locis non quarticeps, sed quadriceps, nec terticeps sed triceps, tum apparet non tam ordinem significari, quàm collium & iugorum multitudinem: quanquam quarticeps & terticeps legere malim, vel quarticeps, is, & terticeps, is. Iam, *dexteriore via in Tabernula est,* (Ibid.) legere malim, vt suprà *sinistra* auferendi casu, quàm dexterior, nominandi. Necnon & illud sic lego, *Viminalis à Ioue Viminio, quòd ibi aræ sunt, qui quòd ibi vimina nata.* Conijcio autem, & fortasse vt plerunque, futilis & vanus ariolus sum, conijcio inquam legendum non multo post, *aduersum est Apollinaris, ædem Salutis*: vt Apollinaris collis intelligatur, in quo Apollinis ædes erat. Apollinaris etiam vicus erat in vrbe Roma, cuius mentio est apud Victorem. Quod etiam scribitur non longo inde interuallo, *apud Turaculum ædificium solum est,* cùm auraculum reperiam in antiquo codice, (Victor de vrbis Romæ regionib.) vnius syllabæ supplemento auguraculum scribo. Sic vocatur locus vnde (Varro li.4. de ling. Lat.) augures auguria captabant. auguraculum dicit esse Festus arcem, quòd (Fest. lib. 1.) vnde auspicarentur augures. Victor auguratorium etiam collocat in Capitolio. (Victor de vrbis Romæ region.) Sunt & qui è Carinis captata auguria tradant. auguraculum Græcè οἰωνιστήριον dicitur. Scribit Higinus in libro de castris metandis, in castris Romanorum fuisse auguraculum, quod Tacitus augurale vocat. (Tacitus li.2.)

Harpocrates, Angeronia, Seia, Seßia, & Segetia, Varro emendatur. CAPVT XXXVI.

PERGAM equidem per Varronem grassari, &, si id consequi potero, (Varro li.4. de ling. Lat.)

quæ-

quædam eius vlcera non manu diuina tractans perſanabo, ſed ope fortaſſis humana proſequar. ſcribitur in eo, *Itaque Næuius Balantium appellat,* hîc ego à Balatu Balatium legendum affirmo, præſertim libro antiquo aſtipulante: quanquã ſine codicis approbatione, ſola poſſet analogia hoc obtineri aduerſus librorum pertinaciam. Scribo etiam, *quod in hac regione ſcriptũ eſt germalenſis quinticeps.* Sacriportus enim à vetere libro non agnoſcitur, qui in quarta erat vrbis regione, non in palatina. Reperio & in rude-

Ibid. ctis, vt ita dicam, librorũ vetuſtate carioſorum, *Sic reliquæ triginta tribus albis, quibus in tribuum libris dixi.* Etſi autẽ ſcriptura, quę celebrata eſt per hominum ora & librorum publicorũ monumenta non ingrata nec iniucunda eſt, tamen peruetuſtam iſtam & rancidam exoletamque non indignam luce iudicaui, qua ad hanc ætatem caruit, in abditis bibliothecis ſemper ſepulta. Quicquid autem nonnulli homines obloquantur nimium dediti librorum publicorum perfidiæ, audebo emendare, *hi dei ijdem, qui ab Æ-*

Ibid. *gyptiis Serapis & Iſis, etſi Harpocrates digito ſignificat, vt taceam.* Ait enim Harpocratem, qui os digito premit & ſignat, per ænigma ſignificare, ne iſta myſteria euulgentur & enuncientur. Digitus enim eius ori adpoſitus

In Gellium. ſilentium & taciturnitatem vel imperabat vel indicabat. Hinc illud Catullianum,

— Et patruum reddidit Harpocratem.

Auſon. epiſt. 12. Eo quoque nomine Sigalion vocabatur. Auſonius,

Et tua Sigalion Ægyptius oſcula ſignet.

Talis ferè apud Romanos erat Angeronia dea, quæ ſimulachrum ore obligato obſignatoque habebat. In antiquo lexico explicatur dea conſili & temporum. Eius verba ſunt, *Angeronia*, ἡ θεὸς τῆς βουλῆς καὶ καιρῶν. Scribo

Varro li.4. de ling. Lat. porrò verſu cogente, *Inſinuans ſeſe ipſa anima.* In libro tamen ſcripto, *inſinuans* non reperio, ſed, *Diuinitus pullis ipſa anima.* in quo & paulò poſt reperio, *qui caldor è cælo.* Inuenio etiam, nec inuentum ſupprimo celóve, aut

Ibid. intercipio, ſed communem Mercurium veneror & reuereor, *quibus iuncti cælum & terra omnia exgenuerunt.* Lego etiam, *animam æther adiugat,* vt

Non. in Adiugare. clauſula ſit verſus trochaici: &, ſi teſtis producendus eſt, ita etiam à Nonio, niſi hallucinor, legitur. hoc quoque ſic reperio perſcriptum, *Et Ennius terram corpus, quæ deperit, ipſam capere, neque diſpendi facere hilum.* Solet

Varro li.4. de ling. Lat. enim interdum ſic poëtarum verba proferre Varro, vt verſum euertat, aut mutilet. rurſum, *vbi nimius ardor, aut humor, aut interit, aut ſi manet, ſterile.* Lego etiam, *& horum iunctionis vis, Venus, comites, hinc: hinc victrix Venus.*

Bacchid. ib. sc. quid ſi hoc. Milite sc. cohibere. nuptiales ait Veneris eſſe comites, vt ſuſpicor, ignem & aquam. Lego etiam, *ibant malaci,* vt molles ſignificentur homines: malacum pallium dixit Plautus, eodem modo & malacam coronam ſumere: vt & ſcribere poſ-

ſemus

ſemus, ſi ab auctoritate librorũ nobis recedendum eſſe putaremus, quod quidem nobis minimè nunc quidem faciendum eſſe ducimus. Cæterùm quinque ſunt integri ſolidiq́ue trochaici verſus ex Ennio prolati, quorum principium eſt, *Iſtic eſt is Iuppiter:* tantum ne vatij, aut vatinij ſint, legendum eſt, *Æra quique ventus eſt*: &, *iſthæc propter*: &, *Qui mortales vrbes atque.* Logo non longè hinc, *& dies & diuum, id eſt cælum. vnde ſub diuo*: *Dius fidius*. Dius autem fidius explicatur in antiquo libro διὸς ὑὸς ἡρακλῆς, vt & à Varrone eum qui iurabat ſub dium prodibat. Cato apud Nonium, *Itaque domi ritu noſtro, qui per Dium fidium iurare vult, prodire ſolet in compluuium.* Idem de quadam dea Plinius dicit, quam tamen non nominatis verbis: Seiamq́ue à ferendo, Segeſtam à ſegetibus appellabant, quarum ſimulachra in circo videmus, tertiam ex ijs nominare ſub tecto religio eſt. Plinius manuſcriptus Seriam exhibet, quam Tertullianus Seſſiam vocat, Macrobius Saiam, vt Segeſtam Segetiam: aitq́ue ſi quis nominaſſet Salutem Semoniam, Saiam, Segetiam, Tutilinam, ei ferias obſeruandas fuiſſe. Tertia autem illa dea, quam religioſum erat ſub tecto nominare, Tutilina, vt reor, erat. Adſcribam & illud Tertulliani de Circo, *Delphines Neptuno vomunt, columnas Seſsias à ſementationibus, Meſsias à meſsibus Tutulinas à tutelis fructuum ſuſtinent.*

Varro lib. 4.

Cap.2.li.18.

Orcus, noctiluca, terra altera, fulguritus, ſurenæ, Varro emendatus. CAPVT XXXVII.

EXPONITVR à Varrone cauſa, cur Orcus dicatur, ſed neſcio quomodo ad eius verba obſurdeſcimus, vtriq; ego, qui ea non ſatis, vt ingenuè confitear, percipio duntaxat vt editiones loquuntur, quarum vocem recitabo. *Quorum quod finis ortus, orcus dictus.* non ſatis hîc animaduerto, cur ab ortu potius orcus dicatur, quam Ortus ab Orco; niſi violenta illa antiphraſis, & in paucis admodum probanda, hîc recipiatur, qua ſuſcepta finis & modus non erit ex aduerſario originis ducendæ. Proponam ſcripturam antiquam, quæ etſi ne ipſa quidem ſatis dilucida eſt, tamen neſcio quomodo ad verum propius accedit, *Quorum quod finis orcum, Orcus dictus.* quem dicimus Orcum genere virili inferorum loca intelligentes, Varro in genere neutro Orcum appellat, ab eoq́ue Orcum, id eſt Plutonem nominatum putat. Orcum autem finem ſignificare quod ait, niſi fallor, aut eo reſpexit, quòd eo hominum finis tendit, aut Græcis ὀρκάνην ſeptum & ambitum ſignificat, & ὅρκος inter cætera vinculum. Quod noctilucam ait dictam eſſe Lunam, ex eo dicit, quòd eo cognomine Luna in Palatio colebatur, & noctu in eius templo lampades lucebant. Vnde & lib.5.

Varro li.4. de ling. Lat.

Ibid.

Varro li.4.de ling.Lat. scribit, *Noctiluca lucere ab luce, quòd propter lucem amissam is cultus institutus.* scripsit quoque eodem cognomine Horatius, *Rite crescentem face noctilucam.* *Od.6.lib 4.* Erat, vt conijcio, etiam apud Varronem in Marcipore noctiluca, fax vel lucerna, cùm scribebat, *noctilucam tollo, ad focum fero, inflo, anima reuiscit.* *Apud Non. in Anima.* Diana, vt ait, à duplici via nomen adepta est, quòd in altitudinem & latitudinem feratur, quasi diuia & diuiana. *Varro li.4 de ling.Lat.* Nigidius tamen Dianam tanquam Ianam interpretabatur. Lego autem mox, *vel quòd est altera terra, vt Physici dicunt.* *Ibid.* Nam vt scribit Cicero, Xenophanes habitari in Luna putauit, eamque terram multarum vrbium esse & montium. *Cic.in Lucull.* Hic igitur Varro Lunam terram esse quandam dicit, eamque lucentem. Cæterum cùm ait Varro, *& omne quod nascitur, ignis scindit,* scindere valet penetrare, ingredi, penitus scribere. *Varro lib.4.* Denasci etiam in Varone est mori & interire. *Ibid.* *Et fulgur,* inquit Varro, *quod fulmine, ictum est:* lego, *Fulgur & fulguritum.* Plautus Trinummo: *Nam fulguritæ sunt hic alternæ arbores.* *Plaut. Trinũmo Sc. Minus quindecim.* Mox lego, *contrarijs dijs, ab aquæ lapsu lubrico Lympha: Lympha Iuturna.* Nam Varro Latinè non Græcè loquitur, nec in Nympha lapsus apparet, primo dissimili elemento. sic mox, lymphæ comitiæ lego. *Varro lib.4.* In lacu porro Cutiliensi insulam esse commemorat Macrobius, quæ huc & illuc moueatur: nec tacet Dionysius, περὶ κοτύλην ἀβοριγινέων αὐλισάμενοι πλησίον τῆς ἱερᾶς λίμνης, ὡς τὴν τ νησίδα τὴν ἐν αὐτῇ περιδινουμένην κατέμαθον. *Macrob.lib.1. Sat c.7. Dionys. Halicarn. lib.1.* Sed & oraculum idem loquitur ἠδ' ἀβοριγινέων κοτύλην, οὗ νᾶσος ὀχεῖται. Meminit & breuiculum Sotionis. Lego mox, *à quo nuptiæ Neptunus dictus:* vt infra *fiber dictus.* *Varro lib.4.* Lego autem non procul hinc, *primum nominem alites ab alis, volucres alij à volatu.* Galeritus ab eo nominatur auis, quæ ab alijs galerita dicitur, κόρυδος à Græcis, & κορυδαλίς, à Theocrito ἐπιτυμβὶς cognominata, quòd in capite tanquam tumulum gerere videatur. Etiam in antiquo lexico lego bardalam vocatam fuisse. Lego proximè in Varrone, *vt quædam Græca, vt grues γέρανοι* *Ibid.* Quod si quis editionis est pertinax vindex & assertor, γέργερα multa significant, & γέργερος est βρόγχος, id est guttur, γεργέριμος druppa, id est olea pulla vel nigra. sed de auibus hìc loquitur, non de gregibus, & crex auis nomen Aristoteli & Herodoto hìc potius quàm grex scribi deberet. *Aristot.de histor.animal. li.9.c.1.& 17. Herodot.li.2.* Grues tamen, vt principio dixi, Varronem suspicor scripsisse. *Vernacula,* inquit Varro, *ad similitudinem, vt surenæ, pectunculi, vngues.* *Varro li.4.* cùm in omnibus vitæ partibus laudẽ meretur ingenua verecundia, tum in tractatione literarum vel maximè, ne impudenter, quod nescias, scire te affirmes & ostentes: & inuerecundo mendacio & te & alios in errorem præcipites. Ego sine tormentis & fidiculis hìc verum proloquar. Surena quit sit nescio. Est Varroni nomen conchylij, nunquam tamen mihi antea fando auditi. nunc tandem licet, vt opinor, falsque est post ingenuam confessionem

ſionem coniecturas ſuas perſcribere. Iudicaui Venereę aliquando ſcribendum eſſe, ſed fruſtra, cùm ſimilitudo nulla rei ſit: magis probarem mures vel murices. Sed cùm ab Iſidoro ita ſcribatur, *Suris tribus modis dicitur, vt tuſtudo, ac peloris & coclea. Nam & quæ edimus, & vbi caro ineſt, & vtrunque dicitur peloris.* Surenem à ſuri & ſurruli ſimilitudine interpretemur, niſi ſtriatæ legamus.

ADRIANI TVRNEBI ADVERSARIORVM LIBER VIGESIMVSPRIMVS.

Varro emendatur: Sodales aruales, titiæ aues, clarigatio, cohors. CAPVT I.

IN Varrone, (nam vt inſtituimus & cœpimus, eum peruolitamus, potius quam peruolutamus) In Varrone igitur cùm ſcribitur, *vt querquedula, cerceris*, in libris non prælo, ſed manu ſcriptis reperio, quod pro meo non vendito, nec alioqui oſtendo, *ceteris*. Eſt Græcis auis κερκὶς, eſt & κερκιθαλὶς, quæ an ad hanc notationem pertineant, potius aliorum prudentiæ committendum putaui, quàm meæ temeritati arbitrium iudiciumque arrogandum. Ait Varro, *ſic in Latio nominati lytra & fiber*. Ego lutra ſcribendum exiſtimo de Varronis ſententia. Nam quod ei placeat, hoc tempore videndum eſt, non quod alij cenſeant. Exiſtimat enim à luo, quod eſt ſoluo, lutræ nomen inditum eſſe: quanquam ſi quis per y Græcum ſcribat, à λύω deducet eodem ſenſu. Sed Varro non tam ad Græcam etymologiam, quàm Latinam notationem videtur attendiſſe. In libro veteri lira ſcribitur, quaſi librarius lua ſcribere voluerit, lutra tamen probo. *Qui rectè conſulat conſul fiat*. In antiquo libro reperio *conſulciat*, quod genus verbi ſi probum eſt, ſignificabit idem ferè quod conſulere: ſin diſplicet, *conſul fuat*, ne claudicans ſit Iambicus ſcribendum erit. Omnino legere malim conſulciat, vt ſit Rempub. cum ciuibus alijſque magiſtratibus fulciat. Erit fortaſſe qui vocem dirimendam cenſeat & *conſul ciat*, legat, vt ſit conſul nos impellat & cieat ad Rempub. defendendam, cui equidem argutiæ non multum tribuendum puto. Lego mox, *ergo prætorum eſt præire*: libenter etiam, *Iuri & exercitui*, potius ſcriberem

Varro li. 4. de ling. Lat.

Ibid.

Ibid.

berem, quàm iure & exercitu. Nam infra in dandi caſu loquitur, quem & ſentētia poſtulat. pro Tatienſium: quod equidem probo, reperio Tatium, vt apud Propertium,

Propertius li. 4. eleg. 1.

Hinc Taties, Ramnéſque viri Luceréſque coloni.

In pontificibus à prælo manus diſcrepat, cuius hîc ego ſcripturam propo-nam, *Pontifices Scæuola Quintus pontifex Maximus dicebat à poſſe & facere, vt potifices.* quam quidem veriſſimam eſſe certum habeo. Prænomen hîc poſtponitur, vt & apud Catullum, *Meus eſt ſodalis Cinna Gaius,* & apud Ciceronem lib. 3. de Legibus, Stolo Caius. In fratribus arualibus lego, *ſunt qui à fratria dixerunt. Fratria eſt Græcum vocabulum partis hominum, vt Neapoli etiam nunc.* Erant & iudices qui de agrorum finibus cognoſcebant mutuatitio nomine, de fratrum arualium vocabulo, aruales ſodales appellati, quod ita in antiquo lexico ſcribitur. *arbares ſcodales* οἱ περὶ ὅρων διαγινώσκοντες δικασταί. Sed cùm iſta Sphinx ænigmata ſic balbutiret, vt intelligi non poſſet, extitit Ludouicus Ruſardus Iuriſconſulorum elegantiſſimus, qui iſtam eius infantiam & balbutiem perciperet, & mihi indicaret. Sodales titios Varro dictos ait eſſe à titijs auibus, ſed illæ aues cui hodie aucupi notæ ſunt? Equidem eſſe neminem puto, qui eas magis cognoſcat, quàm ſpinturnicem hominibus ignotam, vt cenſet Plinius, ſed diuerſam vtique ab biſturnicia Marcellini, quæ in quadrupedibus numeranda eſt, vt & capreolus & bubalus, à qua & biſturnicios equos, vt opinor, apellauit Vegetius in lib. de re Veterinaria: vbi tamen melius biſtrutitij edi multi cenſent, me non improbante. Vetus interpres Perſij in illum locum, *Ingentes trepidare Titos,* à titis titos vocatos dicit. Seruius dicit palumbes vulgo appellari tetas. Iſidorus, *palumbes,* inquit, *eo quòd ſunt farta pabulo, quas vulgus tetos vocat.* An hæ ſint titiæ aues, intelligentioribus & doctioribus iudicandum relinquo. In fetialibus ait, deſitum eſſe per eos bella indici, cùm ipſius ætate ad res repetendas iam non mitterentur, ſed tantum fœderibus faciendis interuenirent. Res autem repetere erat clarigare. Sed quoniam homines eruditiſſimi negant clarigationem eſſe hominum prehenſionem & pignerationem quod ἀνδρολήψιον Græci vocant, iuſque hominis prehendendi & abducendi, placuit iſtum errorem eripere. Nam Liuius hoc ſenſu ita locutus videtur lib. 8. *vt eius, qui cis Tyberim deprehenſus eſſet, vſque ad mille paſſuum pondo clarigatio eſſet.* In antiquo quoque lexico ſic clarigatio exponitur, ἐνεχυρασία, ὁμηρεία, ἐνεχυρασμὸς, ἁρπαγή. Lego non longè apud Varro. *Tametſi cohortem in villa Hypſicrates dicit eſſe Græcè* χόρτον *apud poëtas dictam.* Hypſicratis hiſtorici Amiſeni mentio eſt apud Lucianum in Macrobijs, qui & aliquid hiſce de rebus ſcribere potuit. Hypſicratis etiam grammatici libro decimo ſexto Gel-

Varro li. 4. de ling. Lat. — Catull. epig. 10. — Cic. lib. 3. de leg. — Varro li. 4. — Ibid. — Plin. lib. 13. c. 10. — Vegetius li. 1. cap. 25. — Saty. 1. — Seruius in 1. Eclog. Virgil. — Iſidorus. — Varro lib. 4. de ling. Lat. — Liuius li. 8. ad vrb. cond. — Varro lib. 4. de ling. Lat. — Lucianus in Macrob.

Gellius meminit qui de vocibus Latinis è Græco ortis ſcripſerat. Cæterùm grammatici Græci illud Homericum ἀυλῆς ἐνὶ χόρτῳ, de ſepto & ambitu chortis interpretantur, à qua etiam ſignificatione illud Euripidis videtur manaſſe σύγχορτα ναίω πεδία, id eſt vicinos & finitimos agros. *Cap.12.li.16.* *Euripid. Andromacha.*

Seminium, vbi enim, vaccillo, & quædam in Lucretio obſeruata. CAPVT II.

ALIVD ſemen aliud ſeminium quibuſdam eſſe videtur, niſi fortè bis idem Æſchyli more & Homeri locutum Lucretium opinamur, cùm dixit, *Lucret.lib.3.*

Si non certa ſuo cùm ſemine ſeminioque,
Vis animi pariter creſcit cùm corpore quoque.

Quod ſanè non cenſent, ſatiúſque putant iſta diſtingui, quæ origine & propinquitate ſignificationis videntur cohærere & eadem eſſe. Eſſe igitur ſemen credunt illam materiam genitalem, vnde animalia oriuntur, plantæque, reſque inanimæ, ſi quis elementa earum ſemina vocare velit: at ſeminium, ſobolem dicunt eſſe ipſam & fœtum. id adeo ex eo ſciri poſſe exiſtimant, quòd ſeminium leonum Lucretius dicit leonum ſobolem & genus indicans, *Ibid.*

Denique cur acris violentia triſte leonum
Seminium ſequitur. *Ibid.*

Seminium tamen apud Plautum ſemen eſt in Glorioſo milite, *Non*, inquit, *hic ſuo ſeminio quamque porculenam imparturus eſt:* quanquam & pro prole intelligi poſſet. Et apud Lucretium, *Plaut. Milite sc. Iamne eſt ante.* *Lucret. lib.2.*

Hæc aliquo ſine ſeminio grauiore coorta eſt.

Atque vocabulum videtur ruſticum fuiſſe, vt è Varrone de re Ruſtica apparet, & Lucretius duobus verbis idem locutus eſt, cùm ſemen & ſeminium poſuit. Sed in eo Lucretij libro, niſi fortè ſenſum non percipio, quod procliue eſt, repoſto non repoſta legendum eſt, cùm ſcribitur, *Varro lib.2.ca 3.*

Maternis etiam membris aluoque repoſto, *Lucret.lib.3.*
Diſcidium nequeat fieri ſine peſte maloque.

De fœtu enim loquitur, qui maternis continetur viſceribus, & in aluo repoſitus eſt. nunc repoſta ſcribitur, è quo non magis idoneū ſenſum eruere poſſum, quàm è pumice aquam haurire. At verò, vbi enim, eodem in libro more Græco vſurpatum eſt, vt ὅπου γὰρ, quod ſignificat cùm enim, id eius exemplo ſubiecto magis patebit, *Ibid.*

— *vbi enim,* inquit, *propellere membra,*
Corripere è ſomno corpus, mutaréque vultum,
Atque hominem totum regere ac verſare videtur:

Quorum nil fieri sine tacta posse videmus:
Nec tantum verò sine corpore: nonne fatendum est
Corporea natura animum constare animámque?

Id est, cùm ista facere videamus animum, nonne corporeus erit? At alio loco, vbi, positum est in sua vsitata significatione, sed tamen ita collocatum est, vt de mendo suspectum sit,

Ibid. *His vbi me rebus quædam diuina voluntas*
Percipit atque horror:

quod sic explicandum censeo: in quo loco, & in qua philosophia tua, ob has res ita à te explicatas diuina quadam ingenij acie, eximia voluptate captus teneor, & velut venerabundus & reuerentia cuiusdam numinis religiosa perfusus horreo. harmoniæ autem nomen cùm ait saltu delatum Heliconis, demonstrat harmoniam esse musices, quæ à musis heliconiacis nomen consecuta est, quod nomen harmoniæ reddendum idem ait organicis. sic autem appellantur musici, qui cantibus instrumentorum vtuntur. Nam & ea musices species, organica vocatur. Cùm autem scribit,

Ibid *Tum quasi vacillans primum consurgit,*

syllabæ vim adfert, quam contra naturam breuem proceram facit: sed eadem ferè licentia tendit liquidum, in quo tamen tum audiri debet ita sonans, u, vt in viuido, quasi licuidum, aut vt si tenue dissyllabum efferretur u consonante: aut vaxillans erit legendum ea deductionis ratione à vacillo, vt à pauculo pauxillum: aut geminato c vaccillans legendum, vt in antiquo libro reperio.

Albatus, pullatus, cespes viuus, obesæ aures, Tityrus.

CAPVT IIII.

LAVTISSIMVS quisque apud antiquos albatus erat, præsertim diebus festis, pauperes potius pullati. hinc pullata turba, & pullatus populus, vt aput Calpurnium,

Eclog. 7. *— sed mihi sordes,*
Pulláque paupertas, & adunco fibula morsu Obfuerant.

Idem de popularibus, id est de loco vnde populus spectabat,

Ibid. *Venimus ad sedes, vbi pulla sordida veste*
Inter fœmineas spectabat turba cathedras.

contra de magistratibus & equitibus,

Ibid. *Aut eques, aut niuei loca densauêre tribuni.* Iuuenalis,

Sat. 10. *— niueósque ad fræna Quirites.*

Pales dea pastorum mutatione elementi à pariendo nomen habet, quasi pares

pares sit, argumento est, quòd eius feriæ, natalis scilicet vrbis, Parilia & Palilia dicebantur: sed & Calpurnius attributione mutationem demonstrat, scribens,

Aut fœcunda Pales, aut pastoralis Apollo. Eclog.7.

alij tamen in alia sententia sunt, vt à me antè scriptum est. Vere solebant antiqui re diuina Pali Lari Faunoque facta, sua pecora, priusquam hibernis educerent stabulis, lustrare, & interdum præmium pastoribus fistula certantibus proponere: Calpurnius,

Nam dum lentus abes, lustrauit ouilia Thyrsis. Ibid.
Iussit & arguta iuuenes certare cicuta. — Iterum, Eclog.5.
— tepidos tunc hostia cultros
Imbuat, atque etiam, dum viuit, ouilia lustra.

Vt autem in castris cespititium tribunal excitabant duci, vnde ad milites verba faceret, cuius rei exempla passim occurrunt: ita cespititiam aram rustici excitabant & focum: cespesq; loco foci aræque erat Horatio teste, Od.8.lib.3.

Posituſque carbo in Cespite viuo. Rursum,
Hic viuum mihi cespitem: Od.19.lib.1.

& Calpurnio; *— tu cespite viuo pone focum.* Eclog.5.

Nam cespes in ara ponebatur, isque viuus recensque è terra excisus, vt ad purificationem viua vtebantur aqua. Compitalia & ludi compitalitij fiebant à magistris vicorum, vt ostendit in Pisonem Asconius, magistrum igitur cùm dicit Calpurnius, vici intelligere debemus, rustici tamen tum, non vrbani. Asconius in Pisonem.

Vt quoque turba boni plaudat saginata magistri, Eclog.4.
Qui facit egregios ad peruia compita ludos.

Ter pede terram ferire pro saltare à poëtis non raro dicitur. Flaccus, Od.18.lib.3.

Gaudet inuisam pepulisse fossor
Ter pede terram.

Idem de Iambico carmine dicitur, quòd, quanquam senos reddat ictus, tamen ad tres percussiones insignes redigatur. *Pollio regum Facta canit pede ter percusso*, scripsit Horatius. At Calpurnium, Sat.10.lib.1.

— ecce per illum, Eclog.4.
Seu cantare iuuat, seu ter pede læta ferire Carmina,

dixisse perspicuè de heroico carmine intelligimus. Acutas aures pro acribus & iudicij intelligentis dici animaduerto: Calpurnius, Ibid.

Quicquid inest, siluestre licet videatur acutis
Auribus, & nostro tantum memorabile pago.

sic acutas nares dixit Flaccus, *— minus aptus, acutis* Saty.3.lib.1.
Naribus horum hominum rideri possit.

contra obesæ aures iudicij nullius, aut obtusi & hebetis habentur. Idem Calpurnius, *Eclog. 4.*

> *Rustica credebam nemorales carmina nobis*
> *Concessisse deos, & obesis auribus apta,*

Id ex eo, quòd pingue pro stupido & bardo tardiq́ue ingenij à Latinis poni consueuit. Tityrum pro Marone aliquoties à Calpurnio poni animaduerti: id credo quòd Ecloga prima Maro Tityrus est,

Ibid.

> *Tityrus*, inquit, *hanc habuit, cecinit qui primus in istis*
> *Montibus Hyblæa modulabile carmen auena.* Iterum,
> *— qualis qui dulce sonantem*
> *Tityron è siluis dominam deduxit in vrbem.*

In lente vnguentum, suppara, flagellare annonam, strangulare diuitias, mare dormit, virga somni.

CAPVT IIII.

In lenticula vnguentum, prouerbium est notissimum, & in hominum sermone frequens: non tamen satis intellectum. mihi eo nihil aliud significari videtur, quàm in tenuiculo apparatu & victu, vt in lenticulæ pulmento, non esse locum vnguentis, quibus in lautis opiparisq́ue conuiuijs vti solebant. Quin & cibis vnguenta solebant admiscere nonnunquam, quod in lentis pulmento faciendum non est ob edulij vilitatem tam pretiosa condimenta non desiderantis. Aristoteles, ἀληθὲς γὰρ ὅπερ Εὐριπίδην εἶπε σκώπτων Στράτις, *Arist. lib. de sensu & sensibili.*

> Ὅταν φακῆν ἕψοιτο, μὴ 'πιχεῖν μύρον.

Sed cùm, vt errones, imo verò vt profugi Scythæ, incertis sedibus vagemur, alia adscribemus. Suppara non tam vela fuisse videntur, quàm velorum quædam supplemenra, & summæ partes, quæ supra ipsa vela & antemnam expandebantur: quòd, vt opinor, sursum pararentur. Lucanus, *Lucanus li. 5.*

> *— summáque pandens*
> *Suppara velorum perituras colligit auras.*

Papinius lib. 5. Siluarum. Papinius, *— vos summis annectite suppara velis.*

Suppara autem in alto mari & pelago pandebant aliæ naues, cùm terram legebant, colligebant & substringebant: solæ Alexandrinæ naues supparis passis in portum peruehebantur. Seneca, *solis enim licet supparum intendere, quod in alto omnes habent naues. nulla enim res æquè adiuuat cursum, quàm summa pars veli: illinc maximè nauis vrgetur. Itaque quoties ventus increbuit, maiórque est quam expedit, antemna summittitur: minus habet virium flatus ex humili. Cùm intrauêre Capreas & promontorium, ex quo, Alta procelloso speculatur vertice Pallas, cæteræ velo iubentur esse contentæ, supparum Alexandri-* *Seneca lib. 11. epist. 78.*

narum insigne indiciũ est. Flagellare diuitias & flagellare annonam dicuntur, qui magnas arcis clausas opes tenent, & horreis fruges, quod inuitas velut verberibus & carceribus coërcitas erumpere foras non finant. quod in annona qui faciunt, eam duriorem reddunt & onerant coëmptis vndique frugibus, & in horreis reconditis, qui & dardanarij vocabantur, quasi veneficio in horrea sua fruges contruderent, & annonam premerent, vt carmine alio messes traduci opinio erat. Dardanarius in vetere lexico exponitur παντοπώλης, παντομεταβολος, σιτοκάπηλος. vt autem flagellare opes dixit Martialis, ita Papinius strangulare, quod vrbum confirmat interpretationem meam, quòd tanquam inuitæ & constrictæ retinerentur constipatæ, vt quòd respirare nequirent, suffocarentur. *Martialis lib. 2. epigr. 30.*

Non tibi suppositas, inquit, *infœlix strangulat arca Diuitias* *Papinius l. 2. Siluarum.*

Etiam mare noctu velut quiescens, positis vndis pronum & acclinatum terræ tanquam ad soporem finxit poëta Papinius:

— & terris maria acclinata quiescunt. *Papinius lib. 5. Siluarum ad somnum.*

Nam poëtæ etiam mare dormire fingunt, vt Maro lib. 4. *Siluæque & sæua quierant æquora*, quod de siluarum & maris animantibus etiam intelligitur. Populi illi, qui Oetam montem ab ortu habent, inde oriri solem & sidera putant, quod, vt opinor, primus, qui illis in tractibus vixit, carminibus suis celebrauerat Orpheus, quem certatim alij sequuti sunt. Maro, *4. Aen.*

Tibi deserit Hesperus Oetam. Papinius, *Eclog 8.*

— totidem Oetææ Paphiæque reuisunt Lampades. *Papin. lib. 5. Siluarum ad somnum.*

Non assentior ijs, qui ad solis equum Æthonem hoc referunt. Virgam tribuebant somno, qua feriens homines, soporem inducebat: Papinius, *Ibid.*

— extremo me tange cacumine virgæ.

Maro ramum ei tribuit, quem soporatum vi stygia super vtraq; tempora Palinuri quassasse dicit, alij etiam ei cornu tribuunt. Quibus quid accidit mali, illi se in deos aliquid commisisse putant, vt se eorum sacra polluisse, lucos ingressos esse, de fontibus sacris & inconcessis bibisse. Papinius, *5. Aen.*

— quas incestauimus aras? *Papin. lib. 5. epiced. in filiũ.*

Nunquid inaccesso posui vestigia luco?

Num vetito de fonte bibi?

Hos inter legendum veluti flosculos hinc inde libauimus, apiculas imitati, quæ prata peruolitantes variis insidunt herbis, inde dulcissimam mellis annonam parantes, quarum varietatem imitamur, operis dulcedinem inimitabilem nobis esse confitemur.

Symphonia Lysonis, Cossutianæ tabernæ, & quædam in Cicerone emendata. CAPVT V.

Epist. 17. lib. 16. familiar. LIBRO epistolarum Ciceronis 16. scribitur, *Demetrius ad me venit, quo quidem comitatu, ἀφωμίλησα satis scis.* equidem illud ἀφωμίλησα, ne quid dissimulem, non intelligo: & parum conuenire sententiæ existimo. Apud Hesychium tamen reperio, ἀφεψιασάμην, ἀφωμίλησα. vellem qui multum studij in ijs epistolis posuêre, nostrum hîc laborem subleuassent. ego verbum Latinum huc intrudere mallem, *ac familia* si tamen ἀφωμίλησα propter librorum auctoritatem probabitur, significabit se abstinuisse Demetrij comitatu & consuetudine: attamen quod in veteri libro vidi, quam proximè accedit ad scriptionem nostram. in quo libro proxima epistola legebatur pro, Epist. 18. lib. 16. *tibi* διαφόρησιν *gaudeo profuisse* : *tibi* ἀναφώνησιν. Nam vocis exercitationem & exclamationem Galenus & Aurelianus multis morbis adhibent. sed & pro ἀλυπία, erat ἀκοπία: pro τέρψις, τρῖψις, id est frictio, qua in recreandis ex ægritudine hominibus sæpe vtebantur medici. Conficere professionem, est profiteri rem suam esse, & edere numerum eius, vel modum, vel æstimationem apud magistratum, vt in censu, quod vicaria etiam alterius opera fieri interdum, auctoritatem dum præstaret, poterat. Epist. 22. lib. 16. famil. Cicero, *tu verò confice professionem si potes. Nam isti duo vix sunt digni quibus alteri Cesenna, alteri Cossutianarum tabernarum fundamenta credas.* ait conEpist. vltima lib. 16. sules tam dissolutos & languidos esse, vt alteri non modò non tota Respublica aut prouincia committenda sit vt vix oppidum vnum commodè administraturus sit: alterum autem multo contemptiorem abiectioremque facit, cui vix Cossutianarum tabernarum dicit committenda fundamenta: nedum prouinciam magnam. ac fortasse tum Romæ illæ ædificabantur. Tabernæ hæ fortasse Cossutiæ illius fuerunt, quæ prætextatæ Cæsari desponsata fuerat, aut alicuius ipsius propinqui: sic Ceditiæ taEpist. 9. li. 16. bernæ sunt apud Festum. *Symphoniam Lysonis velim vitasses*, significat paulò liberalius cum Lysone Tyronem indulsisse sibi, cùm se morbum effugisse putaret, & symphoniæ cantu in conuiuio cùm recumberet delectatum in recidiuam delapsum, quæ quartâ attulerat hebdomadê. Ita ex symphonia conuiuium intelligit, in quo symphoniaci pueri cecinerant. *Téque nobis incolumem stiteris*, pro præstiteris legi in veteri exemplari, quæ quidem Ibid. obseruatio, etsi leuis est, tamen ne prætermitttenda quidem fuisse videtur: sed si quis ea offenditur, deleat. ita sine magno detrimento morê geret animo suo. In eodem reperi, *habui noctem plenam timoris, ac miserius, tuis literis nihilo sum factus certior.* Illud, *miserius* valet, quod miserius. eodem in Ibid. exemplari in epistola, *Nos à te, vt scis*, scribebatur, *pro ad iiij.a.d.iiij.* quod est ante diem quartū, & in sequentibus temporis designationibus eadem erat scripturæ constantia. sed & pro, *vsq; ad ix.K.* in eo planè notatū erat *vsque ad a.d.ix.K.* quod est vsque ad ante diem nonum K. quæ scripturæ & fidel

fideliores & elegantiores ſunt. etſi enim illam alteram quæ recepta eſt, non damno: hanc tamen frequentiſſimam ſcio, & ab auctoribus Græcis ad verbum explicatam, vt in Geoponicis, & Græcis principum edictis & conſtitutionibus.

Epodi, ſacra vatum, domina. CAPVT VI.

Cvr Epodon liber appelletur ambigi video: ac ſanè quibuſdam probabile videtur, quomodo orbibus Lyricorum ſuæ ſunt conuerſiones, quibus pares reuerſiones reſpondent, (στροφὰς καὶ ἀντιστροφὰς vocant) demumque ijs ſua epodus accinitur: ſic accini libris Carminum & tanquam ſuccini librum Epodon: quaſi illi libri incentiui ſint, hic ſuccentiuus. equidem non eo inficias veriſimilitudine niti hanc ſententiam, ſed tanti apud me veterum auctoritas eſt, vt quod illos voluiſſe videam, id maioris apud me ponderis ſit. exiſtimo igitur libro epodon à verſiculis alternis, qui maioribus iuſtiſque numeris adiunguntur, nomen quæſitum. minuti enim illi verſiculi etiam per ſe poſiti, epodi nomine celebrantur, vt conſtat è Mario Victorino ita ſcribente, *debinc epodus ſui generis, Arboribuſque comæ.* Auſonius, *Libello tamen apologorum antetuli paucas epodos ſtudio in te obſeruantiæ meæ impudentiſſimos.* Deinde verſiculos minutos ſubijcit, Auſoni. epiſt. 17.

Perge ô libelle Sitmium, Ibid.
Et dic hero meo ac tuo,
Aue atque ſalue plurimum. Iterum, Epiſt. 1.
Dactylicos, elegos, choriambum carmen, epodos.

Iterum, Ibid.

Perfer in excurſu vel teriuga millia epodon.

Hermogenes, τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ τεττάρων καὶ πέντε συλλαβῶν καὶ μέχρι τῶν ἓξ κόμμα ἐστὶν, ἐπῳδῷ μετρούμενον. Victorinus horum verſuum inuentionem tribuit Archilocho, *Quorum ſicut & aliorum complurium auctor, & parens fertur Archilochus, ſingularis artificij in excogitandis & formandis nouis metris, qui primus Epodos excitauit.* Ergo eum imitatur in Epodis Horatius, vt antè diximus. Hephęſtion autem Epodos eſſe dicit, cùm longiori verſui verſiculus ſubnectitur, εἰσὶ δὲ ἐν τοῖς ποιήμασι καὶ οἱ ἀρρενικῶς οὕτω καλούμενοι ἐπῳδοὶ, ὅταν μεγάλῳ στίχῳ περιττόν τι ἐπιφέρηται. Eſt igitur iudicatu perfacile ex iſtis modis, id eſt verſiculis, nomen eſſe libro inditum. Cur,

Ad ſacra vatum carmen affero noſtrum,

Perſius dixit? Nempe quòd ſe poëtæ ſacros dicunt, In præfat.

At ſacri vates & diuûm cura vocamur, Ouid. 3. Amor. eleg. 8.

inquit Ouidius: & de Silio Martialis,

Sacra

Lib.7. epigr. 62. *Sacra coturnati non attigit ante Maronis,*

2.Georg. Et se poëtæ vt sacerdotes sacra ferre solent prædicare: Maro,

Me vero dulces primum ante omnia Musæ,
Quarum sacra fero.

Quod enim de Camœnarum æde afferunt, vt verum sit tamen ad sententiam Persij non facit. Non solum amatores amicam suam dominam vocare solebant, sed & eodem numine augustæ & reginæ vocabantur, id ei

6.AEn. imperatorum & regum vxores. Maro,

Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.

Lib.12.epig. 52. Martialis,

Non aliena videt, sed amat Proserpina raptas:
Iste tibi dominam conciliauit amor.

Id est Proserpinam vxorem Plutonis. sed & in vniuersum vxores omne

Lib.11.epig. 9. sic vocantur, vt è quodam Senecæ loco intelligi potest. Martialis,

De palatinis dominæ quod serica prælis:

id est augustæ.

Testamentum de Tortorio, serpirastra, saccones, oppij ex Velia. CAPVT VII.

Cic.7.ad Attic.Epist.2. IN septimo ad Atticum libro testamentum Curij vrbani & lepidi hominis de Tortorio esse puto velut, si de seruis tortis testamenti tabulas fecisset Curius, quos seruos tum hæredi relinqueret vel cuipiam legaret atque inde venustas est & lepos quæsitus: quis enim furciferum vellet sibi legari, aut testamento relinqui: Tortorium autem ea est elatum form: qua fundi solent, vt Tusculanum, Laterium: ex eo genere seruitiorum nemo libertate donatur. Vnde meritò exlibertum fecit Atticum, vt alite etiam hunc locum quàm antè fecimus explicemus: me, inquit, extra vacuum, quòd scilicet nihil esset, quo in vacuum venire possem: vel cùm antè se tuum seruum, aut certè libertum censeret, te fecit exlibertum: nec tamen protinus, vt ita sit, me in vacuum venire voluit, seque pro liberto aut cliente à me occupari. Scio deporto Romam à doctissimis emendari,

Epist.3.lib.7. ad Attic. nec improbo: interim tamen, quod scriptum est, explico. Porro serpirastra cohortis appellat, homines auarissimos & sordidissimos, quales erant prætorum & proconsulum comites, velut omnia radentes, assimiles rastris per humum serpentibus & radentibus: iocoseque sic appellauit, ad illa interim alludens serpirastra, quæ geniculis infantium adminicula iu

Epist.12.li.7. ad Attic. uandi gressus causa alligata adhibebantur, ne compernes fierent. Ænigma Oppiorum ex Velia, quod obscurius Platonis numeris ait, de pecunia erat,

erat, vt subodoror, mutua. Nam Oppijs fortasse pecuniam debebat, qui Veliam vrbis locum incolebant. Oppios enim mox dicit de Velia saccones, à saccis pecuniæ. vt enim à bucca bucco, à pera pero, à Drusis Druso: sic à saccis sacco deducitur. Oppius quoq; res & rationes Cæsaris procurabat, cui Cicero pecuniam debebat. In eo autem ænigmate enodando diu æstuauerat, quod & fatetur sic scribens, vt emendandum arbitror, *de Veliâ saccones dicis: in eo æstuaui diu.* non vt excusum est, *in eo est tu aut diu.* Epist.12.li.7. ad Attic. ineptus hîc multis fortassis videbor, & reprehendar, qui speraui me eruere è latebra posse, quod vix Ciceroni tandem ipsi patuit: sed nec me ad veram euasisse coniecturã prædico, nec quisquam omnium tam animo non candido esse debet & improbo, vt laborem alienum ingrata malignitate potius prosequatur, quàm prompto & secundo fauore excipiat. aliquid pro nostro mediocri captu in medium studemus conferre: si voto facultas non suppetit, tamen cum dijs immortalibus in sanctissimis puluinaribus & sacris bonam voluntatem sine sumptu plerunque approbemus, eandem à nobis sibi emensam vel sine effectu boni iuuenes boni consulere debẽt. Sed vereor ne qui à me depellere criminationem volo, eam prouocem & irritem, accusandis quorundam obtrectatorũ vitijs, si quo me rapit nunc animi impetus, sequar.

Cicutæ apud Horatium, Bionei sermones, versantur intra penetralia Vestæ. CAPVT VIII.

MIRAM quandam medicinam facit Horatius, qui homines insanos Epist.2.li.2. malo veneno purget, cùm scribit,

Quæ poterunt vnquam satis expurgare cicutæ?

Constat enim in medicamentis lethalibus cicutam numerari, non salutaribus, cùm frigore perimat. Nam quod Persius scripsit, Sat.5.

— quam non extinxerit vrna cicutæ,

ad eius frigus retulit. aut igitur cicutas pro herbis medicatis purgantibusque posuit, in quibus omnibus virosus quidam inest succus malo medicamento proximus, vt & medici vltro fatentur: vt vicissim etiam ipsum elleborum Plinius venenum vocat, de coturnicibus scribens, *coturnicibus veneni semen gratissimus cibus.* cap.23.li.10. Aut cicutas dixit respiciens ad ferulaceos & cicutis similes ellebori caules cauos, vt ex cauliũ ellebori cicutis elleborum cicutas ab eo appellatum credamus: vt & poëta Maro cicutas appellauit fistulæ septemplicis cera compactas cannas. sed &, Eclog.2.

— Anticyras melior sorbere meracas, Saty.4.

multo incredibilius & inopinatius Persius dixit, insulæ nomen elleboro

tribuens, quod tamen Græcorum feciſſe exemplo poteſt videri, qui ſeſ moides, quod & elleborus albus vocabatur, ἀντικύρικον apellabant, vt e apud Heſychium, & Dioſcoridem. Veriſimilius omnino ſit, eum ſerm ne ſatyrico & iocoſo, cui aſſueuit, vſum eſſe, & ad medicamentorum i famiam elleborum cicutam vocaſſe, vt venenum: aut venenatam ſpecie pro ſpecie medicata ilocalariter & mordaciter poſuiſſe. In eodem aute ſermone,

Dioſcorides lib. 4. c. 135.

Epiſt. 2. li. 2.

—metuens pendentis habenæ,

non tam eſt metuens lora, quibus cædi ſerui ſolebant (quanquam ſic acc pi poteſt,) quàm metuens vincula, quibus ad trabem alligati ſerui cæ pendentes ſolebant more Romano, vt ab Acrone dicitur: cuius conſu tudinis multa ſunt in Plauto impreſſa veſtigia. illud quidem Terentij ſ id declarat, vt dubitari non poſſit:

Terẽtius Eunuch. act. 6. sc. 7.

Tu iam pendebis, qui ſtultum adoleſcentulum Nobilitas flagitiis.

Carmina autem compono, de ſe Horatius dicit, atque odas & melico verſus ſignificat: vnde & mox ſubijcit, *Diſcedo Alcæus puncto illius.* Alcæur enim lyricum potiſſimum ſibi ad imitandum Horatius propoſuerat. no reperio autem vſquam, quòd à Porphyrione ſcriptũ eſt, Bionem patre Ariſtophanis poëtæ fuiſſe, cùm vno omnes ore Philippum eum appellẽ nec Laërtius qui decem eius nominis memorat, in eis Ariſtophanis p trem ponit. veriſimilius eſt igitur, vel de Bione Boriſthenita, vt Acro ſcribit, & ipſe exiſtimo, Horatium intellexiſſe, cuius libri melle & fel iocoſo conditi fuerant: de quo & à Cicerone ſcribitur lib. 3. Tuſculan rum diſputationum, *in quo facetum illud Bionis.* vel de Bione filio Æſchyl quem & ipſum tragicum fuiſſe Suidas refert. nominat & Bionem trag cum ex eorum numero tragicorum, qui ſunt tarſici dicti Laërtius. Eg tamen veriorem Acronis crediderim ſententiã. Ac fortaſſe Bioneos ſe mones dixit, oculos ad Sermonum ſuorum libros interim reflectens.

Horat. lib. 2. epiſt. 2.

Cic. li. 3. Tuſc.

Laërt. li. 4. in Bione.

Audebit, inquit Flaccus, *quæcunque parum ſplendoris habebunt.*

Epiſt. 2. lib. 2.

Valet illud audebit, in animum inducet, volet, ſuſtinebit: vt apud Marc nem, *aude hoſpes contemnere opes*: latet tamen etiam neſcio quis facinor auſus. verſari enim adhuc intra penetralia Veſtæ verba dicit, velut in tut conſtituta & inſpoliato aſylo, vt attingi non debeant, nec lædi, loci ſan ctitate & religione defenſa. Nam è templo & penetrali Veſtæ nefas er extrahi, vt reor, ac ne eò ingredi quidem licebat, præterquam pontifici & veſtalibus: ſed & ſupplices, ad quos potiſſimum alluſit, ad Veſtam priu tam & focum ſedebant, quod religioſiſſimum & ſanctiſſimum ſupplicar di genus erat. Thucydides de Themiſtocle ſupplice, τὸν παῖδα σφῶν λαβ καθίζεσθαι ἐπὶ τὴν ἑστίαν.

8. Aen.

Thucydides lib. 1.

Nu

Nunc Satyrum, nunc agrestem Cyclopa mouetur. Epist,2.lib.2.

Insolenter penè hoc dictum esset, nisi apud Græcos multæ eius generis paterent formulæ. vt igitur illi κινεῖσθαι κίνησιν dicunt, sic moueri Satyrum dixit, quod est, vt ita dicam, motum Satyri & saltationem moueri & saltare. De Satyrorum saltatione dixit Maro, Eclog.5.

Saltantes Satyros imitabitur Alphesibœus.

Fræna Peletronij Lapithæ, Actius Apollo, *Indi.*

CAPVT IX.

1 DOCTISSIMORVM scriptorum, qui vel solo nutu in sententiam omnes possunt traducere, longè alia mens est in explicatione Virgiliani versus, quàm grammaticorum: sed versum proponam, 3.Georg.

Fræna Pelethronij Lapithæ gyrósque dedêre
Impositi dorso.

censent grammatici primæ tribus à Lapithis Pelethronijs, qui Pelethronium montem Thessaliæ incolebant, vbi & oppidum eiusdem nominis erat, primum domitos equos fuisse: sed Plinius Pelethronium hominis Ca.56.li.7. nomen proprium interpretatur, qui frenis & stratis inuentis primus equos domuerit, quæ eadem Solini sententia est. Plinij verba sunt, *Frænos &*

2 *strata equorum Pelethronium.* sic gignendi causa accipiendum erit, Pelethronij frænos equo impositi & equitantis gyros dedisse, equumque consuefecisse, superbos gressus glomerare. annotant locupletes grammatici Pelethronium epitheto appellatum Chironem, quòd in Pelethronio educatus sit: alij à medicamentis: vnde & loco nomen medicatis abundanti plantis. Nicander,

Ἥμος ὅτε θρόνα πάντα μιῇ ὑπὸ χειρὶ ταράξας.

Idem le loco, Πελεθρόνιον νάπος ἴσχει. Illud verò magis mirandum, quod cùm Maro, *At Chalybes nudi ferrum*, cecinerit, eos populos inuentores ferri existimans, vt & Apollonius,

— τοὶ δ' ἀμφὶ σιδήρεα ἔργα μέλονται.

3 Plinius fabros non ferrarios, sed ærarios eos prædicat, & inuentores æraria fabricæ dicit. sic enim scribit, *ærariam fabricam alij Chalybas, alij Cyclopas.* Ac putarem eum more Græcorum poëtarum æs pro ferro dixisse. Ibid. Nam χαλκὸς id sæpe significat: nisi mox inuentionem ferri viderem ab eo tradi: sed non minus quàm poëtarum fabulæ, inuentio rerum apud auctores vaga & incerta est, alijs aliud prodentibus. sed vt Plinium in transcursu aliud velut agens, & tanquam per diuerticulum emendem, in eo legendum auctoribus libris velut in conditorijs bibliothecarum sepultis existimo, *Argentum inuenit Erichthonius Atheniensis, vt alij Cæacus.* existima- Ibid.

ſtimaret fortaſſe quiſpiam errorem in Plinio eſſe, cùm Cæaco auri inuentionem tribuat Higinus, qui malè Sacus in editionibus appellatur: ſed in Higino Eaclis è Plinio legendum eſt. & vt ei etiam opem feram, cùm eodem Higini capite ſcribitur, *Lydi ſurculis lanam fecerant*, emendo, *Lydi Sardibus lanam infecerunt*: & mox, *ſtamen* pro *ſamen*. ſed vt ad Maronem, vnde profectus ſum, reuertar, cùm ab eo ſcribitur,

Higinus lib. fabul. c. 274.

8. AEn.

Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo,

ſignificatur Apollo ille qui in Leucadio littore colebatur, atque ita vt littoralis vocabatur, & ludis triennalibus & gymnicis & circenſibus naualibuſque celebrabatur. Nam Apollini grata eſſe littora oſtendit Homerus in eius hymno ſcribens,

Homer. in hymno Apoll.

Ἀκταί τ' εἰς ἅλα κεκλιμέναι, λιμένες τε θαλάσσης.

Actij Apollinis mentio eſt apud Apollonium.

Τείως δ' οὖν καὶ βωμὸν ἐπάκτιον ἐμβασίοιο θείομεν ἀπόλλωνος. Iterum,

Νήεον αὐτόθι βωμὸν ἐπακτίου ἀπόλλωνος, ἀκτίου ἐμβασίοιό τ' ἐπώνυμον.

ſed & templum quoque Actij Apollinis in Magneſiæ finibus fuiſſe Higinus ſcribit his verbis, *Callimachus autem in ijſdem finibus ad Apollinis Actij templum, quod Argonautæ proficiſcentes ſtatuiſſe exiſtimantur, in eo loco qui Pagaſæ vocatur.*

Higinus li. 2. de ſign. cæleſt.

8. AEn.

—*omnis*, inquit idem, *eo terrore Ægyptus & Indi.*

Indos ait, vt arbitror, quia Antonius vires orientis & vltima ſecum trahebat Bactra: aut latius accipit hoc nomen. animaduerti enim nomine Indiæ antiquos latiſſimè eſſe abuſos, vt Æthiopes etiam eo ſignificarent, vt,

4. Georg. *Vſque coloratis amnis deuectus ab Indis.* Et,

Ibid. *Imbellem auertis Romanis arcibus Indum.*

Parthum enim ſignificat, credo quòd Parthis India etiam pareret, & in eorum præſidijs Indi militarent. Higinus, *Iouis in India Thebas, Thebaidos nomine nutricis ſuæ, quæ hecatompylæ appellantur, ideo quòd centum portas habent.* Hîc Higinus Indiam etiam appellauit ſuperiorem Ægyptum Æthiopiæ finitimam, in qua erant Thebæ. Rurſus, *Liber in India Ammonem.* Ita mediterranea Africæ Indiæ nomine afficit: quod quidem & noſtrates faciunt, qui quicquid propemodum tranſmarinum huc affertur, ex India aduectum dicunt. ſic fabas indicas nominant, triticum indicum, gallinas indicas: ne multa, quicquid domi noſtræ non naſcitur, penè Indiæ ferimus acceptum.

Higin. lib. Fabul. c. 275.

Ibid.

Bacchata Taygeta, Sperchius, ſubijcere pedibus Acherontem, ſidus Mineruæ, in Marone explicata.

CAPVT X.

VIRGINIBVS bacchata Lacænis Taygeta canit Maro, quòd Bacchi orgia in montibus & ſiluis celebrari ſolebant à furioſis & mente captis bacchis, quæ à Spartanis, quorum mons Taygetus erat, δύσμαιναι appellabantur. Heſychius δύσμαιναι, inquit, αἱ ἐν σπάρτῃ χορείτιδες βάκχαι. Quod autem exclamat ô *vbi campi Sperchiúſque*, propter Theſſaliam facit, cuius arua feraci vbere glebæ fœcunda erant, & agricolæ optanda. Nam & Flaccus, 2.Georg. Ibid.

Nec me Lariſſæ percuſsit campus opimæ, Od.7.lib.1.

ob pingues Theſſalorum agros dixit. Quod autem non multo poſt ait, *Subiecit pedibus, ſtrepitumq; Acherontis auari*, id eo facit, quòd philoſophiæ cognitione tolli inferos crederet, vt & Lucretius, 2.Georg. Lib.3.

Et metus ille foras præceps Acherontis agendus,

& Epicurei cenſent: quorum metus liquidam omnem voluptatem hominibus adimit, vitamque, vt exiſtimabant, beatam labefactat, & euertit. Sed totam hanc paginam ſibi habeat Maro, alijque eius loci impleant. quod igitur ab eo dicitur, *Æoliam venit*, etſi de omnibus Æolijs inſulis non incômodè accipi poteſt, eſt tamen aptius Strongylen intelligi, quam Æoli domum non dubiæ auctoritatis ſcriptores affirmant. Solinus, *Strongyle tertia, Æoli domus vergit ad ſolis exortum.* 1.AEn. Solinus c.12.

Eſt etiam, inquit Maro, *ille malus Calabris in ſaltibus anguis*, 3.Georg.
Squammea conuoluens ſublato pectore terga.

Si quis Nicandri Theriaca legat, hæc intelliget de cherſydro ſcribit: cui ſi fidem tantus poëta non faciet incredulo, accederet teſtimonium Solini ita ſcribentis, *Calabria cherſydris frequentiſsima eſt, & boam gignit.* Solin.c.8.

— *ſcit*, inquit Maro, *triſte Mineruæ* 11.AEn.
Sidus, & Euboicæ cautes, vltorque Caphareus.

quod hîc ſidus intelligatur, multi quærunt: & Seruio quidem videtur aries, qui in Mineruæ eſt poteſtate, vt verna tempeſtate vexatas naufragio Græcorum naues, illiſaſque ſaxis intelligamus. ſed propè eſt, vt Solino videatur Arcturus, ſic de Caphareo ſcribenti: *vbi poſt Ilij excidium Argiuam claſſem, vel Mineruæ ira, vel, quod certior prodit memoria, ſidus Arcturi grauibus affecit caſibus.* putem tamen ſidus Mineruæ eſſe tempeſtatem à Minerua concitatam, cùm ſidus ita ſæpenumero accipi notum ſit. Vnus præterea Maronis locus hoc caput tanquam obſignabit: Solin.c.17.

Illic, inquit, *vt perhibent, aut intempeſta ſilet nox* 1.Georg.
Semper, & obtenta denſantur nocte tenebræ.

quis non miretur ſummum & doctiſſimum poëtam tam eſſe ignarum & rudem, vt perpetua caliginoſæ noctis vmbra putet eos, qui ſub finitore colunt, obductos & obtenebratos eſſe? verum ex Epicureorum opinione

id ille ſcripſit. Eſt enim & poëtæ, & Maronis, multa ex aliorum ſcriptis ſuo aſpergere operi. Epicureis autem ſol videtur in occaſu interire quotidie, & quotidie in ortu alius renaſci nouus. Hæc ſententia ſi vera eſt, dubitandum non eſt, quin quæ ſub orizonte preſſa ſunt, perpetuis damnata ſint tenebris à rerum natura, quod Maro breuiter perſtrinxit.

Quædam in oratione in Vatinium emendata, Nonius Struma, prouincia aquaria, alterna conſilia, alternæ ciuitates reiectæ, & quædam alia ex eadem oratione.

CAPVT XI.

INTERROGATIO Ciceronis acerrima in Vatinium extat, qui teſtimonio Sextium læſerat, nec Ciceroni pepercerat. Iuſto proinde inflammatus orator odio ſua & Sextij cauſa, cuius patrociniũ ſuſceperat, teſtem improbum, ita vti merebatur accipit omniq́ue genere contumeliarum onerat, & quicquid in rep. deliquerat, aſperrimè commemorat. Cùm eam ego curſim peragraſſem, quædam in hanc paginam conieci. Cùm igitur Vatinium dignum ſuffragio eſſe negat, ad eorum ignominiam mihi reſpexiſſe videtur, qui à cenſoribus ſuffragio priuabantur, & in cærites tabulas referebantur, de quibus Horatius, *cærite cera digni*, ſcripſit. in vetere lexico ſcribitur, *Cærites*, δέλτοι ἐν αἷς τὰς ἐγγραφὰς ἀποτίθενται. *Quod non iucundum & honorificum ad aures tuas accidat*, lego in veteribus libris: non, vt vulgo, *accedat*, quod tamen non improbo. *ſonus aures accidit*, eodem modo dixit Plautus. Cur Gellium nutriculam appellat ſeditioſorum omnium? Nempe quòd impudicus eſſet & parum vir, fœminino genere ad opprobrium locutus eſt. Is eſt Gellius plebicola, cui perpetua ſuis verſibus inuſſit ſtigmata Catullus: cui inceſtum cum matre & ſorore obiecit,

Epiſt. 6. li. 1. — *Plaut. ſc. Qui manet vt maneat.* — *In Orat. in Vatin.*

Catul. in Gell.

Quid facit is Gelli, qui cum matre atque ſorore
Prurit, & abiectis preuigilat tunicis?

Cic. pro Sext. Cui obijcit oris obſcœnitatem, vt & Cicero pro Sextio. *Qui (vt credo) non libidinis cauſa, ſed vt plebicola videretur, libertinam duxit vxorem: is de me ſuffragium tulit, is affuit, is interfuit epulis & gratulationibus parricidarum. In quo tamen eſt, nullus tum illum ore inimicus eſt meus ſuauiatus.* quod eſt, nullus tamen impurum eius os & pollutum oſculari voluit. ſic vt ſcripſi cenſeo legendum in illa pro Seſtio oratione. Ante illud *vt mihi renouatus*, ſanè aliquot verſus deſunt. Equidem in longè optimo exemplari relictam vidi eo loco ſine ſcriptura integram paginam. ſcribo, *concilium dimiſiſſe*, quod eſt dimiſiſſe concionem, ne vis fieret, & res ad manus veniret. Vatinius improbè vaticinando ſperabat, inquit, conſulatum: hariolabatur enim ſe conſulem fore, & per conſulatu ſuum ſubinde iurabat: imo verò

Cic. in Vatin.

peie-

peierabat. proinde ſtomachosè & dolenter ſcripſit Catullus, Epigr.49.

Quid eſt Catulle quod moraris emori?
Sella in curuli ſtruma Nonius ſedet,
Per conſulatum peierat Vatinius.

Vt hoc in tranſcurſu dicam, in Catulli verſibus non conuenit Boëtio cùm Plinio. Nam Boëtius ſtrumam vitium vult eſſe, & per tranſlationem probrum & dedecus intelligit. Plinio placet eſſe cognomen. Boëtius, *vnde Catullus licet in curuli Nonium ſedentem, ſtrumam tamen appellat.* Plinius, *propter quam ab Antonio proſcriptus Nonius ſenator eſt filius Strumæ Nonij eius,* Cap.6.li.37. *quem Catullus poëta in ſella curuli viſum indignè tulit.* cùm decreta ſocietatum Cic.in Vatin. cunctarum dicit, quas ſocietates intelligit? Ego ſocietates publicanorum interpretor, nec rarò ſic ordinem publicanorum appellat. τοιχωρύχοι & μητραλοῖαι, ſunt apud Græcos, omneſque mortales inuiſiſſimi, quæ crimina per præteritionem Vatinio impingit, cùm dicit parietes perfoderis, matrem verberaris. Perfoſſorum parietum vita vecticularia à Catone appellabatur quòd vecte demolirentur & aperirent parietes: ſic & μοχλὸν Græci tribuunt τοιχωρύχοις, in ſuis ſcriptis. Cato apud Feſt.lib.19. Magno clamore in prouinciarum ſortitione dicit Vatinio prouinciam aquariam obtigiſſe: ad cuius procurationem & munus pertinebat, quicquid mari euehebatur, aut importabatur. ea prouincia, quòd ob negotiationem & mercaturam quæſtuoſiſſima eſſet, quod negotij & occupationis & moleſtiæ pleniſſima, nec ſanè ſplendida, cùm obueniebat cuipiam, populus qui aderat, ſucclamabat ob negotia, furta, rapinas & capturas, quod tum, vt opinor, vehementius fecit, quòd eueniſſet homini auido & furaci & improbo. Eandem arbitror Oſtienſem quæſturam fuiſſe: Cicero pro Muræna, *tu illam, cui cùm quæſtores ſortiuntur etiam acclamari ſolet, Oſtienſem, non tam gratioſam & illuſtrem, quàm negotioſam & moleſtam.* appellat & pro Seſtio quęſtorem Oſtienſem. Cic.pro Muræna. miſſum à ſe tum dicit Puteolos Vatinium, vt aurum & argentum exportari non ſineret. Nam cùm eo tempore vndique Hieroſolymam etiam ex Italia aurum & argentum, iam quoquouerſum religione Iudæorum propagata exportaretur, ſenatuſconſultum factum eſt Cicerone Coſ. ne ex Italia exportari liceret. Cicero pro Flacco, *ieportari aurum non oportere, cùm ſæpe antea ſenatus, tum me conſule grauiſſimè iudicauit.* Cic.pro Flac. ſe portitorem ad partiendas merces miſſum putabat Vatinius, qui cum mercatoribus partiebatur, partemque ipſe ſibi ſumebat, vt portitor. *Quæro abs te primum vniuersè, quod genus improbitatis,* lego in bonis libris. antè enim vniuersè, Cic.in Vatin. deinde ſigillatim diſſerit. ſcribo, *concilium aduocares,* non conſilium: & infra concilium conuocare. Quæ eſt tab. Valeria? Valerius interpres erat, ſeque hominum negotijs pactiſque & conuentis interponebat: idem Græ-

cis, qui Romam publicè veniebant, operam interpres dabat, cùm eis nisi Latinè in senatu loqui non liceret. Is vt argentarij tabulam in foro habe- Lib. 14. epist. 2. bat. Tab. Valeriæ meminit in epistola ad vxorem Terentiam. sic tabula Sextia Sextij argentarij nominatur pro Quintio. Cic. in Vatin. *Mortem Cn. Pompeio summo & clariss. ciui suis manibus offerre voluisse*, lego in veteribus libris, quomodo Cicero sæpe loquitur: nec tamen *afferre voluisse*, quod celebra- Ibid. tum est, condemno. Quæ sunt alterna consilia, de quibus Vatinium legem promulgasse ait? consilia, iudicum cœtus intelligo, quibus vtebatur prætor aut quæsitor. Post autem sortitionem iudicum, ab accusatore & reo nominatim reijciebatur & sigillatim hic & ille: at Vatinius permisit, vt cùm sortitus esset prætor consilium, reo totum consilium, non hunc aut illum iudicem reijcere liceret: quod idem etiam licere voluit accusatori. ita vterque vicissim alternisque reijciebat lege Vatinia. Similis est ratio Cic. in Verr. 4. alternarum ciuitatum in Verrem his verbis, *Quod priuatus à populo petit, aut populus à priuato, senatus ex aliqua ciuitate qui iudicet datur, cùm alternæ ciuitates reiectæ sunt.* licebat enim illis alternis ciuitates reijcere, vt de vna conueniret: vt lege Vatinia licebat reijcere alternis consilia iudicum, vt de vno inter reum & accusatorem conueniret. scribo, *expectarisne dum C.* Cic. in Vatin. *Antonius reus fieret apud Cn. Lentulum Clodianum?* scribo etiam, *ac nunc quidem.* Imagines dicit non in familia, sed in carcere collocatas, quòd dam- Cic. pro Sulla. natis imagines adimebantur: quod quidem & ex hoc loco, & è perora- Dio in Vitell. tione orationis pro Sulla intelligi potest. Dio quoque Vitellij statuas in carcerem tractas fuisse narrat in historijs suis. Scribit, *eripuerisne partes illo* Cic. in Vatin. *tempore carissimas*, significans curationes quasdam, munera, negotia, ad- Cic. pro Rabirio post. ministrationes. sic partes dixisse videtur pro Rabirio, *magnas partes habuit publicanorum.* Iterum, *mittere in negotium, dare partes, augere, fide sustentare.* Ibid. Scribo paulò post, *Q. Arrij*: & infra, *Q. Arrius. Dices supplicationes te illas* Cic. in Vatin. *non probasse.* intelligo eas significari supplicationes & ferias, quas Bibulus consul, ad impediendas Cæsaris leges, per edicta, quibus obnuncia- Dion li. 33. bat, edicebat, & per apparitorem Cæsari nunciabat. Dion, ἀλλὰ ἐν τῇ οἰκίᾳ καταμένων ἀεὶ τῷ χρόνῳ ὁσάκις γε ἐνεωτερίζετό τι, ἐνετέλλετο διὰ τῶν ὑπηρετῶν, ὅτι ἱερομηνία τε εἴη, καὶ οὐδὲν ὁσίως ἐκ τῶν νόμων ἐν αὐτῇ δύναιτο δρᾶσθαι. Ferijs autem nemini puto ignotum esse, populum candidis togis amiciri solitum. Igitur ne videretur illas ferias & supplicationes probare Vatinius, atratus erat. eodem tempore dabat epulum funebre Arrius, in eo atratus accubuit, quanquam propter illud epulum funebre, quod populare erat, etiam dies festus esset. Epulum autem dari solebat in ædibus sacris, vt tum in templo Castoris. Plautus,

Ph. Quid tunc, si in ædem ad Cœnam veneris:

Atque ibi opulentus tibi par forte vt venerit,
Apposita sit cœna, popularem quam vocant:
Si illi congestæ sint epulæ à clientibus,
Si quid tibi placeat, quod illi congestum siet,
Edísne, an incœnatus cum opulento accubes?

Mox lego, *adolescens inter cocos fueras?* lego, *lege Licinia & Iunia.* eam legem *Cic. in Vatin.* tulerunt L. Licinius Muræna, & D. Iunius Silanus coss. anno post consulem Ciceronem de iure ferendarum legum. scribo ex veteribus libris, *sciásne te seuerissimorum.* *Ibid.* Sergia autem tribus, de qua hîc mentio est, regionem Sabinorum, Marsorum, Pelignorum continebat, quos populos idcirco tribules Vatinij nominat. erat enim ex ea tribu Vatinius.

Anancæum, præcipes, eluere, heluo, helico, helucum.
CAPVT XII.

IOACHIMVS Camerarius bonam laudabilemque nauauit operam Latinæ linguæ studiosis in emendatione comici Plauti: in quo tanta vbertate succreuerant errores, vt natiua illa sermonis Romani elegantia, cuius penè palma comico illi tribuitur, vix vsquam appareret. Is in Rudente cō- *Rudente sc. Intellig. hanc.* modè emendauit anancæum illo in versu,

Credo hercle anancæo datum quod biberet.

Anancæum autem poculum interpretor vrnale. Nam cùm ἀνάγκη sit vrna iudicialis, quídni vrnale poculum anancæum dicatur? Hoc vocabulum reperi in Varrone apud Nonium, *Ad Sybaritanam prædam, in qua sunt tri-* *Varro apud Non. in Cratera.* *podes, crateræ, anancæa populo nobilium Tarentinarum.* in eadem fabula cùm scribitur,

Si tu de illarum cœnaturus vesperi. *Rudente sc. Et vos a vostris.*

propterea quòd vesperi cœnabant, vesperum cœnam appellauit, vt & in milite emendatè legitur, *Qui de vesperi viuat suo.* vesperna etiam à grammaticis nominatur. In eadem comœdia, *Plautus Milite sc. Iamne est ante ædes.*

Túne hic feles virginalis, liberos
Parentibus subiectos habebis? *Rudente sc. Exi è phano.*

Feles enim scimus esse furaces & rapaces: proinde felem vocat lenonem, qui virgines subriperet, vt Ausonius felem pullariam, puerorum furem. lego etiam è veteri libro,

Quin vt humanum exurias tibi. *Ibid.*

Non enim satis mali precaretur lenoni, si manus cladem potius, quàm mortem optaret. Festus autem scribit, humanum esse sacrificium, quod *Fest. lib. 8.* mortui causa fiat. ergo exurere sibi humanum, est se exurere: si quis tamen

manum defendit, à me non oppugnabitur. In eadem lego, *non licet, eſt lex apud nos.* In veteri reperi verſum hunc ita perſcriptum,

Sc. Exi è pha-nus.

Quin ſceleſtus ſacerdotem anum præcipes.

Sc. Nunc demum eſt.

Nam pro præceps præcipes, & qro anceps ancipes olim dicebatur. Lego in eadem, *Obſecro hoc præuortere ergo,* vbi reuortere ſanè incommodè ſcribitur. Nam vt te quoquouerſum vertas, ſenſum ex eo non eruas, qui quidem tolerari poſſit. Integratum etiam inueni verſum hunc, qui vel mutulus, vel nullus eſt in exemplaribus, *Sed quid hic in Veneris fano meæ viciniæ?* Scribitur in eadem fabula, *eho an te pœnitet in mari quod elaui, niſi hic in terra iterum eluam?* In quo perlepidè iocatur. Nam qui naufragium fecerat, elauiſſe ſe dicit, cùm etiam eluere, ſit amittere, perdere, conſumere. Nam in terra eluam, eſt amittam & perdam: & in Aſinaria, *in mari reperi, hic elaui bonis.* tranſlatio ducta eſt à balneis, in quibus luxu lauandi nõnulli nequiores rem profligabant, & edebant. Plautus,

Rudente sc. Proh Cyren. — *Ibid.* — *Sc. Quid illud obſecro.* — *Aſinaria Sc. Hiccine hoc fit.*

Comeſum, expotum, exutum, elutum in balneis.

Trinum. Sc. Minus quindecim.

Inde heluo, inquit Verrius, qui intemperanter bona ſua conſumit, ab eluendo, quæ vox aſpiratur, vt auiditas magna exprobretur. In epiſtolis Ciceronis vbi vulgo excuditur, *Heluo nequiſſimus ſextertia M. dabat*: Victorius ſe helico dicit reperijſſe in veteribus libris, quod erit ab eluco ductum, id eſt bardo, ſtupido, allucinatore, languido, addita aſpiratione, vt in heluone. Helucum Tertullianus etiam aſpirauit, & grauitatẽ capitis vinc creatam intellexit, cùm ita ſcribit, *Liberum eundem apud Ægyptios Oſirin, Harpocration induſtria hederatum argumẽtatur, quòd hederæ natura ſit caput ab heluco defenſare.* Audiui qui legeret in Cicerone, filico. ſunt enim filicones, mali & nequam, nulliuſque vſus, & operæ homines: ſed huic capiti finis ſit.

Cic. li. 6. epiſt. famil.

Crater, Cicero ad Atticum explicatus, vinum coronare.

CAPVT XIII.

CRATER vas eſt quod Latini crateram vocant, in quo veteres vinum aqua temperabant: ſtatuebant autem tres crateras antiqui Græci in cœna, primam Mercurio, alteram Gratijs, tertiã Ioui ſeruatori. quem διὰ σωτῆρα vocabant. ſed & earum vna poſt epulas menſis remotis ſtatuebatur ad libationem & inuitationem. Nam ſe Græci poſt conuiuium poculis inuitare ſolebant, quam conſuetudinem imitatus eſt Maro libro 1.

1. Æn.

Poſtquam prima quies epulis menſæque remotæ,
Crateras magnos ſtatuunt, & vina coronant.

vertit autem Maro verſum Homericum,

Κοῦροι δὲ κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο,

ali

alio ſenſu quàm interpretes Græci accipiunt, qui coronant, explanant ad ſummam coronam, & marginem implent, cùm Maro explicet vinum coronis floreis ornant: vt ex alio loco intelligitur, vbi ſcribit,

Tum pater Anchiſes magnum cratera corona Ibid.
Induit, impleuitque mero.

coronabant enim pocula, & hilaritatis cauſa conuiualis, & libationis: vt Maronis expoſitio melior ſit, quàm Grecorum interpretum. Crateres autem vocabantur etiam Ætnæ ſpiracula ignem expirantia, atque adeo aliorum locorum ardentium. Sed & in Italia ſinus à vaſis ſimilitudine inter duo promuntoria Miſenum & Mineruium ſitus, ex reducto rotundoque receſſu nomen crateris obtinuit, vt Strabo docet his verbis, μέχρι μὲν δεῦρο Strabo lib. 5. ἔχει τέλος ὁ κόλπος, ὁ κρατὴρ προσαγορευόμενος, ἀφοριζόμενος δυσὶν ἀκρωτηρίοις βλέπουσι πρὸς μεσημβρίαν, τῷ τε Μισηνῷ καὶ τῷ Ἀθηναίῳ. Id eſt, hîc finem accipit ſinus, qui crater appellatur, duobus promontorijs in meridiem conuerſis diremptus Miſeno & Mineruio. hunc ſinum, non vas aut poculum, ſignificari intelligo à Cicerone lib. 2. Epiſtolarum ad Atticum. *Inde (quoniam* Cic. 2. ad Atticum epiſt. Cùm à te auidè. *putas prætermittendum nobis eſſe hoc tempore cratera illum delicatum)* Cal. *Maij de Formiano proficiſcemur, vt Antij ſimus ad V. Nonas Maij.*

Surculum defringere, tenere lacinia, laſciuia. CAPVT XIIII.

De philoſophorum Peripateticorum & Academicorum in docendo inſtitutione Cicero differens libro 3. de Oratore, hæc verba adiungit, quæ oſcitantem & aliud agentem præteruolarent, attentioniſque perdiligentis, vt intelligantur, indigent, *Etiam hac inſtituendo diuiſione vtuntur:* Cic. 3. de orat. *ſed ita, vt non iure aut iudicio, vt denique recuperare amiſſam poſſeſsionem, ſed vt ex iure ciuili ſurculo defringendo vſurpare videantur. Nam illud alterum genus, quod eſt temporibus, locis, reis definitum, obtinent: atque ad ipſum lacinia.* Quorum verborum hanc ſententiam eſſe puto: Academici & Peripatetici non vltra conſultationem partiuntur: eam tamen vſurpant, & ſibi vindicant in inſtituendo, cùm theſes declamare ſoleant. ita quod oratorum proprium eſt, non legitimo XII. tabularum iure vindicant, non iudicio recuperatorio repetunt, ne prætorio quidem interdicto, quo in poſſeſſionis cauſis iudicia ordinantur, amiſſam poſſeſſionem recuperant: ſed tanquam quadam, iuriſconſultorum auctoritate, introducta vi feſtucaria, qua in locis conſitis quadam ſolemnitate ſurculum defringebant vindiciarum loco, qui ſuam rem eſſe contendebant, Peripatetici & Academici conſultationes ſibi adſciſcunt & vſurpant. quod enim dicit ex iure ciuili, id interpretor ſe-

tor ſecundum ius ciuile, quod introductum eſt prudentium interpretatione. Surculum autem defringere, eſt ſurculum de agro, vel arbore potius frangere. Tale eſt illud Maronis,

2. Georg. — *aut ſumma defringe ex arbore plantas.*

Cap. 40. li. 1. de re ruſtica. Cic. pro Cecinna. & Varronis, *& quæ de arbore transferas, vt ea deplantes potius quàm defringas:* & Ciceronis pro Cecinna, *non fuiſſe armatos eos, qui prætereuntes ramum defringerent arboris.* Magni in literis viri hunc locum audiunt de ea vſurpatione, qua vſucapio interpellatur, quibus cur non aſſentiar, hæc cauſa eſt, quòd cùm declamitarent conſultationes philoſophi, nou interrumpebãt Cic. 3. de Oratore. vſucapionem, verum rem ſibi vltro vindicabant. Iam tenere lacinia hîc accipiunt, pro tenere aliqua parte lacerata, non vniuerſa poſſeſſione. Ego opiner id eſſe obtinere per vim, vt quos inuitos apprehenſa veſtis lacinia Aſinaria Sc. Perfidiæ. retinemus. Plautus Aſinaria,

Lachrumantem lacinia tenet lachrumans.

Aſinaria Sc. Cur me retẽtas. ſequitur enim paulò poſt: *cur me retentas?* Sed non ſuſtineo mihi conſcius eſſe diſſimulatæ alterius ſcripturæ, ſi cui fortè ea probabilis videri poſſit, Cic. 3. de Oratore. quæ & mihi ſummè placet. ea eſt, *atque id ipſum laſciuia.* Nam per laſciuiam & iniuriam alienum aliquando inuadimus, & tenemus. Simile eſt Varro lib. 1. re ruſtica ca. 34. illud Varronis, *ac viatoris prætereuntis laſciui non metuet facem ardentem:* quod à Budæo viro doctiſſimo perdiligenter & accuratiſſimè obſeruatum eſt, & explicatum.

Quædam in oratione in Piſonem obſeruata, iurat qui abit magiſtratu, eiectum cadauer, conſul campanus, permutatio, maialis, lautumarius, Iupiter Vrius.

CAPVT XV.

ORATIO Ciceronis in Piſonem longè omnium acerrima eſt. nam iuſto odio accenſus Cicero in inimicum, omnes frænos eloquentiæ ſuæ laxat: & quo altius deſcendunt iniuriæ, quàm benefacta, eo etiam in vlciſcendis iniurijs, quàm beneficio agnoſcendo magis eloquentia apparet. Eam orationem cùm hiſce diebus euoluerem, interea quædam annotaui, Cic. in Piſonẽ. quæ in hoc album conieci, ſi cui forte vſui eſſe poſſunt. Neminem dicit queri Syrum neſcio quem de grege nouitiorum factum eſſe conſulem: quo ſignificat integumento frontis, ſupercilij ſeueritate, & aſſimulatione virtutis, homines à Piſone in errorem inductos eſſe, de eoq́; queri, non de colore qui non ingenuus, ſed ſeruilis eſſe videretur. Non enim ſeruilis ille Piſonis color & indoles, ſed ſimulata grauitas & ſeueritas homines fefellit. Ex Syria Delum deportabantur multa ſeruitia ad mercatũ

ind

nde Romam & alia in loca, vt auctor eſt Strabo· Fumoſas in ea oratione magines appellat, ex familiæ antiquitate. Nam imagines hominum alicu-us familiæ honoratorum in atrio in ſuis collocatæ armariis erant, quæ, cùm in atrio focus eſſet, idcirco vetuſtate fumoſæ reddebantur. Emēdan-dum autem puto, *Attamen ea quæ ſunt longè diſiuncta comprehendam.* vulgò ac tamen legimus. Quid eſt, quod ait? *cúmque is tantummodo vt iurarem per-mitteret.* in eierando magiſtratu, iurare ſolebant in concione, ſe nihil con-ra leges feciſſe: vt Plinius in Panegyrico ſcribit, cuius verba ſunt, *Itaque & abiturus conſulatu iuraſti te nihil contra leges feciſſe.* Cùm igitur id tum iu-are Cicero deberet, & multa de ſuis rebus dicere vellet, tribunúſque eum prohiberet concionari, iurauit ſua vnius opera rempub. ſaluam eſſe. Auctore autem Aſconio pro Luſcellio & Mario Coss. L. Iulium & C. Martium legendum eſſe intelligimus: vt & pro, *magnos ludos*, magiſtros udos. mox lego, *tu cum in iij. Cal. Ianuarij compitaliorum dies incidiſſent.* Nam compitalia feriæ non erant ſtatiuæ, non putem autem in Calendas anuarij incidiſſe: certè quam propoſui ſcripturam, veterum librorum eſt. nec multò poſt pro, *iudiciū rationémque cenſoriam.* Quos intelligimus con-nexos funeribus dies? nempe coniunctos & proximos illis calamitatibus. in Aſconio eadem ſignificatione continentes reperio. Cur dicitur foris eſſe Gabinius? nimirum qui domi non eſſe diceretur flagitatoribus, cùm ſoluendo non eſſet, quo genere dicēdi etiam ad Atticum eſt vſus Cicero. Quid eſt æquatum præbere conſulatum? nempe magiſtratus auctoritate non vti, & ſe ſuperiorem alio non gerere. *Quis hoc fecit vlla in Scythia ty-rannus?* lego exacto tempore, non facit. Eiecta cadauera quæ ſunt? nempe quibus honos ſepulturæ non tribuitur, quod vltimæ cenſebatur apud ve-teres ignominiæ, & qui propter paupertatem, cùm ſumptus deeſſet fune-ri, è cellis eiecti mortui à ſandapilariis in exquilinū buſtum puticulóſque portabantur in arcis. non prætereibo Iſidorum paulò poſt pro, *quem in hoc animali inuenire non poſſem*, ſcribere, *in hoc maiali.* Maiales autem vocantur ſues caſtrati: in antiquo lexico maialis exponitur δέλφαξ. Ab excuſis au-tem codicibus, in quibus laternario ſcribitur, veteres diſcrepant: in qui-bus deſcriptum eſt, *cum altero Catilinæ lautumario.* Quas enim Græci lato-mias, Latini lautumias, vt Varro, Plautus, alij appellarunt. Ita carcer qui-dam Romæ vocabatur, quòd in eo lapidicinæ aliquando fuiſſent. Ergo cùm lautumariū Catilinæ dicit, vnum eſſe dicit è ſceleracis illis Catilinæ aſſectatoribus & gregalibns, qui ſæpe coloni carceris fuiſſent. Quis eſt orbis ſaltatorius? cùm videlicet qui ſaltant, ſe in orbem circumagunt: ver-ſum Plautus appellat in Sticho his verbis,

Qui Ionicus, aut cynædicus, qui hoc tale facere poßiet?

Strabo li.14. | Cic. in Piſonē. | Ibid. | Plin. in Panegyrico. | Aſcon. in Piſonem. | Cic. in Piſonē. | Ibid. | Ibid. | Plautus Sticho Sc. Qui Ionicus.

Si isto vorsu me viceris, alio me prouocato.

Cic.in Pifonē.
Afcon. in Pifonem.

Paulò poft, *in toga prætexta*, non in toga & pretexta. Lego, non longè, *arma in templum Castoris*, non in templo. Campanum confulem Afconius interpretatur, quòd Pifo conful Capuam veniffet: ego, pace tanti viri, aliter fentio: exiftimoq; campanum confulem hîc duumuirum dici. mouent me illa Ciceronis pro Seftio verba de Pifone, *capillo ita horrido, vt Capua, in qua ipse tum imaginis ornandæ causa duumuiratum gerebat, Seplasiam sublaturus videretur.* Primo enim illo anno, quo deducta eft Capuam colonia à Cæfare, duumuir Capuæ factus eft Pifo, qui anno fequenti fucceffor Cæfaris in confulatu fuit. meæ fententiæ fauent & illa mox verba, *Gabinium denique si vidissent duumuirum vestri illi vnguentarij, citius agnouissent.* non multò poft, pro *lutulente Cæso*, fcribo, lutulente Cefoni. Quo fenfu accipimus miram fuiffe Reip. æquitatem? nempe intelligimus æquo animo Rempub. fuiffe, nihilque follicitam & anxiam fuiffe, nec iniquè tuliffe. *Consulem tu te:* malim, vt in bonis libris, *consulem tum te.* & mox, *tamen cupere diceretis*, lego fine particula inficiatrice. non longè hinc, *at ominibus saltem bonis*: non hominibus. in veteri lego pro, *non vt tu mox dicere ausus es*, non vt tu infuper. quid igitur fi Infuber? præfertim cùm ex Infubribus Pifo, vt ei Cicero apud Afconium obijcit, genus duceret. fed hæc coniectura eft, quam nec amplector, nec alijs commendatam volo. vulgo circunfertur editum, *vos rogatores, vos distributores, vos custodes fuisse tabulatum* quod & inculpatæ fidei libri exhibent: quidam tamen, *vos rogatores, vos diribitores, vos custodes tabellarum fuisse*, legunt. Erant autem in comitijs, tum cùm tabella fuffragia ferebantur, rogatores, qui rogabant quam quis tabellam vellet: diribitores, qui tabellas diribebant, id eft diftribuebant, quos hîc diftributores vocat: cuftodes tabularum, qui dum tribus vel centuriæ fuffragia ferebant, & dum fuffragia dirimebantur, dum fortitio fiebat, ne quid fraudis fieret, obferuabant, quíque numerum fuffragiorum & punctorum annotabant, qui & ad tabulam poni dicebantur. Vltra pergenti legendum, *appellatus est hic vulturius illius prouinciæ*, id eft vultur & direptor ac depeculator. mox, *ne tum quidem Paule noster tabellas.* fic enim malim quàm tabulas. & infra, *quam aut te videri pudentiorem*, libri fcripti habent, non prudentiorem. Infra lego, *non senatum? non ciuitatem? cruentare corpus suum?* Nam Phrygijs numeris in facris Cybeles ftimulati, & in furorem acti, fe fauciabant & cruentabant. Simile illud Flacci,

Cic. pro Seftio.
Cic.in Pifonē.
Ibid.
Ibid.
Ibid.
Ibid.
Horat. Sat. 3. li. 2.

Hunc circuntonuit gaudens Bellona cruentis.

Quę funt permutationes ad Tufculanum extruendum? ego permutatas intelligo pecunias prouinciales in nummum Romanum, & Romam miffas.

id enim

id enim plerumque permutatio significat, Græcè dicitur ἀλλαγὴ: exempla passim occurrunt. simile est illud pro Rabirio. *At permutata pecunia aliquando est?* Infra, *ac meus quidem is fuit*, legendum censeo, non at. Quamobrem se lacessitum dixit sponsione, ni esquilina introisset, à Pisone? nescio quid fellis hic latere suspicor: vt quoniam inquilinus est, qui incolit: exquilinus sit qui extra vrbem colit, & habitat. quo fortasse, nec tamen affirmo alludens, Ciceronem exulem & vrbe eiectum Piso perstrinxerat. Paulò post pro, *non euersæ per te, sed perditæ ciuitatis*, malē sed proditę ciuitatis. pro, *licet themista sapientior*, libenter legerim, *licet tu in isto sapientior*. non
1 longè hinc pro, *afflictorem & proditorem*, libri veteres habent, *afflictorem & perditorem*. Calices Placentinos infra, fictiles appellat, qui minoris erant pretij, quàm Surrentini & Saguntini. Scribo, *ipse solus: bibitur vsque dum de solio ministretur*. Nam superlatione oratoria dicit Pisonem cum suis gregalibus, eousque bibere solitum, dum exhaustis omnibus vasis vinarijs & aquarijs, ad lauationem, & aquam aluei, qua antequam accubarent lauerunt, deueniatur. Auum suum quod reuixisse dicit, intelligit præconem Mediolanensem è Gallia togata: Galli autem cantus in memoriā ei auum redigebat, quòd gallicinium quoddam præconium esse videatur. mox lego, *Est quidam Græcus*: Philodemus autem significatur, cuius Horatius meminit in Sermonibus, *Gallis hanc Philodemus ait*. huius aliquot hodieque amatoria epigrammata in ἀνθολογία ἐπιγραμμάτων Græcorum reperiuntur. Infra distinguo, *& tanta ciuitas: se reuocare*: &, *conuiuiorumque adulteria*, sine distinctione: infra lego, *impurissimæ & intemperantissimæ*.

Cic. pro Rabirio. *Cic. in Pisonē.* *Ibid.* *Saty. 2. li. 1.*

2

Nunquam istam imminuam curam inficiando tibi:

2 versus est senarius è poëta aliquo vetere. sciebat autem Piso se propter coniunctionem Cæsaris à Cicerone accusatum non iri, quo minus erat veritus interrogare Ciceronem, cur suum nomen non deferret. mox, vt *languet*, sic etiam, *versatur*, legendum est, non versetur. & postea, *cum trecentis talentis*. infra, *in seruitutem abduxerunt, matres familias abripuerunt*. De
3 Ioue Velsuro nihil vnquam legi, fereq; adducor, vt Vrium à secundo vento legam, & intelligā fanum Iouis Vrij, quod erat in ore & faucibus Ponti Euxini. Cicero in Verrem, *Quid? ex æde Iouis religiosissimum simulachrum Iouis Imperatoris, quem Græci Vrion nominant, pulcherrimè factum nonne abstulisti?* Arrianus, τὸ ἱερὸν τοῦ διὸς τοῦ οὐρίου διέχει ἀπὸ βυζαντίου σταδίους εἴκοσι καὶ ἑκατόν. Va-
3 sarij nomine intelligitur omnis illa supellex omneque instrumentum, quo magistratus in prouinciam proficiscens instruebatur: hodieque nobilium clientes vasalli, tanquam in vasario eorum sint & vasa eorum censeantur, appellantur. Eo nomine attributam pecuniam Romæ fœnori occuparat Piso, quod est in quæstu reliquerat. Ad hunc locum respexit in Alexan-

6. in Verrem. *Arrianus in periplo Euxini ponti.* *Cic. in Pisonē.*

Lamprid. in Alexandro. dro Lampridius, *Iudices cùm promoueret exemplo veterũ, vt & Cicero docet, & argento & neceſſarijs inſtruebat, ita vt præſides prouinciarum acciperent argenti pondo vicena, phialas ſenas, annulos binos, equos binos, veſtes forenſes binas, domeſticas ſingulas, balneares ſingulas, aureos centenos, cocos ſingulos.* Pro Fuſidio, Cic. in Piſonẽ. legendum Fufidium. Cùm de armorum officina Cicero diſſerit, quid tandem eo in loco ſibi vult illud, pellium nomine? ego papiliones & tentoria Cic. in Lucull. intelligo, quæ olim è pellibus fiebant. Cicero in Lucullo, *vt non mul-* Liuius li. 5. ab vrbe cond. *tum Imperatori ſub ipſis pellibus otij relinquatur.* Liuius, *militem Romanum in opere ac labore niuibus ac pruinis obrutum, ſub pellibus durare.* Lege, *edilitius reiectus?* pro, *Tharſum* perſpicuè Thaſum emendandum eſt. & mox, *Autobulo.* &, *in villa Leucadia, quæ fuit vxoris Ægiſti, iacuiſti mœrens aliquot dies?* Ægiſtus autem nomen eſt proprium. Mox etiam pro *Beroa*, Beroeam corrigo: & pro, *vtinachorum centum talenta*, auctoribus libris ſcriptis lego, *vt in Achæorum centum talentis.* Mox emendo, *Arſinoam, Stratum, Naupactum.* Nam illud *Thracum*, quod obtinuit, planiſſimè mendoſum eſt, vt & *Neopactum.* Arſinoë autem illis in locis ponitur à Stephano: cuius loco aliquando quodam nouitatis ſtudio ductus, Trachinium, vt opinabar, non inuita Minerua corrigebam. Pro, *ex oppidis Aggrinarum*, quis non videt eſſe legendum Agrianum? qui & Agræi auctore Stephano vocantur. ma-Horat. lib. 1. Od. 16. ris Adriani oras vt Horatius dixit, qui ſcripſit, *Siue mari libet Adriano.* libri Cic. in Piſonẽ. tamen ſcripti diſertè & literatè habent hic Adriatici. Infra lego, *non enim legetur quiſquis voluerit.* Et infrà, *dum de te quinque & ſeptuaginta tabellæ deribeantur:* non deripiantur, quod eſt, diſtribuantur iudicibus, qui de te ſententiam laturi ſunt. Quos Cicero Bullienſes vocat Illyrici populos, Ste-Plinius c. 23. Lib. 3. phanus Bullidenſes vocat, Strabo & Plinius Bulliones. *Nulla ex trinis æſtiuis gratulatio*, haud paulò concinnius legitur in ſcripris libris, quàm in excuſis ſine præpoſitione: in quibus & illud ſic exaratum reperi, *tum tu ipſe de te feciſſe videri pronuntiaſti*, quæ verba veterem iudicandi formulam præ ſe ferunt. non enim pronuntiabant iudices reum feciſſe, ſed feciſſe videri. Infra lego, *dicere audes, neque in tabellis.* in orationis clauſula, quid eſt diſcriminis inter ſordidatum & ſordidum? nimirum quod ſordidatus ſit, qui ſordida & reorum veſte obſoleta amictus eſt. ſordidus, qui ſordibus & illuuie ſqualidus eſt. Hæc ego breuiter, & ſtrictim, è multis pauca, vt properans & aliud agens, delibaui & attigi: ſi quis propius inſpiciat, eiuſdem generis, ſat ſcio, quàmplurima reperiet, qnæ ſi quis à me præterita quereretur, alienæ à me induſtriæ, qui eam excitare volo, eadem opera aliquid relinqui conquereretur.

Vrbs

Vrbs Memnonia, Propertius explicatur.

CAPVT XVI.

De longa profectione, & itinere immenſo dixit Propertius, Eleg.6.li.1.

Vlteriuſque domos vadere Memnonias.

Sed niſi Memnoniæ illæ domus cognoſcantur, quam longè abſint intelligi non poterit: & ſunt qui putent Thebas Ægyptias ſignificari, vbi Memnonis ſtatua dicebatur quotidie exorientem ſtrepitu ſalutare auroram, quas & longiſſimè ab Italia diſtare notum eſt. In alia tamen ſum ſententia, & puto Suſa ſignificari, quæ Memnonia vrbs dicebatur vt Herodotus eſt auctor. ex Ionia autem iter illuc trium erat menſium, vt ab eodem enumeratis ſigillatim manſionibus & paraſangis deſcribitur: noſque eius ſecuti auctoritatem, velut ſenatuſconſulto ita ſe rem habere decernimus. verba autem Herodoti ſubſcribam, καὶ δὴ λέγω σταδίους εἶναι τοὺς πάντας ἀπὸ θαλάσσης τῆς ἑλληνικῆς μέχρι Σούσων (τοῦτο γὰρ μεμνόνειον ἄστυ καλέεται) τεσσεράκοντα, καὶ τετρακισχιλίους, καὶ μυρίους. Iterum, ἐκ Σαρδίων στάδιά ἐστι ἐς τὰ βασιλήια τὰ μεμνόνεια καλεόμενα, πεντακόσια καὶ τρισχίλια καὶ μύρια. Nec tamen id ſcribendum mihi putaſſem, niſi doctiſſimos interpretes velut in biuio hæſitantes reperiſſem, & hanc & illam viam ſequi animaduertiſſem, cùm vna erroris ſit, altera itineris recti. In eadem autem elegia dilutæ mihi videtur & frigidæ, non argutæ ſententiæ quod ſcriptum eſt, Herodot.li.5.

Lydia Pactoli tingit aratra liquor. Eleg.6.lib.1.

quid? arantur ſegetes aquis natantes, fluminibus ſolitum egreſſis alueum? An potius imbre madentes aratro proſcinduntur? nunquam tam imperitum agriculturæ cenſuerim poëtam ingenioſum & amœnum, & feracis agri alumnum fuiſſe. propius vero ſit ab eo ſcriptum eſſe, quod in peruetuſto libro cuiuſdam, vt ita dixerim, ſanctioris ærarij reperi,

Lydia Pactoli tingit arata liquor. Propert.eleg. 6.lib.1.

vt arata ſint, quæ & culta & arua ſolent à ſcriptoribus vocari. & in Beroaldi codice arata ſcribitur, vt aratra alios maluiſſe equidem mirer. Vide autem quàm moroſus & faſtidioſus ſim, cuius ne ſtomacho quidem nec palato gratum eſt quod ibidem ſcribitur,

Et tibi non vnquam noſtros puer iſte labores
Afferat, & lachrymis omnia nota meis.

illud enim *omnia nota*, vt amaros cibos auerſamur: etſi non me animi fallit verbo tam vniuerſo & longè lateque patente aliquem exiſtimaturum magnam quandam vim contineri & exprimi. tamen quod tam vagum eſt & diffuſum rem nullam aſſignat menti noſtræ, quam ſibi proponat, vt cùm omnia dicat, nihil ferè loquatur. puto igitur *omina nota*, legendum,

idq́ue eo magis, quòd labores antè dixerit, quibus cum omina, quæ hîc mala ſignificabunt, optimè coniungentur. neſcio autem quonam fato & omine vſuuenire ſolet, vt omina ferè in ſcriptoribus in omnia degenerẽt: niſi quod literarum numerus & ſimilitudo aptam huic mutationi & lapſui occaſionem præbere fermè videtur. animaduertendum igitur diligenter & acriter eſt, necubi nobis obrepat nec opinantibus inducta vniuerſitatis falſa perſona, pro germano nomine ominationis. placet & adſcribere corollarij loco verſum lib. 4. qui ſtellatus in bonis libris eſt, & propè conclamatus, & variè cruciatus à Grammaticis, qui ne nunc quidem effugiet tortorem: *Si te eoa dorozantum iuuat aurea ripa*. legendum puto, *Si te eoa Doroxanium*, vel Dorozanium. nomen enim eſt proprium amicæ, vt Acanthis lenæ. Doroxantum legerem, niſi hanc nominis formam mulieri non conuenire crederem. ſenſus eſt, ſi delectaris auro indico, & eo abundare vis.

Proper. li. 4. eleg. 5.

Domus incepta fruſtra, apud Catullum, domus imperfecta apud Valerium Flaccum, depſere. CAPVT XVII.

OLIM, qui vxorem ducebant, domum ædificabant: ex quo & credo natum illud Heſiodium,

Heſiod. lib. 2. oper. & dier.

Οἶκον μὲν πρώτιστα, γυναῖκά τε.

Nam & apud Theocritum, quæ à Satyriſco mulier efficitur, & loco vxoris habenda eſt, eum interrogat domúmne ſibi ſit ædificaturus, idq́ue ipſi pollicetur.

Theocritus in colloq. Daphnidis & puellæ.

Τεύχεις, inquit, θαλάμους, τεύχεις καὶ δῶμα καὶ αὐλάς.

Reſpondet, Τεύχω σοι θαλάμους.

Et apud Homerum, cùm anno nondum vertente ad Ilium vxore ducta profectus eſſet Proteſilaus, ſcribitur, καὶ δόμος ἡμιτελής: (quanquam id à quibuſdam de coniugio exponitur, vt domus labẽs, lib. 4. Maronis.) & à Valerio Flacco Homeri imitatione lib. 6. *Coniunx miſeranda Caico Linquitur & primo domus imperfecta cubili.* Quibus ſcriptorum antiquorum locis, veluti ardentibus funalibus tenebrę tricliniorum, ſic etiam obſcuritas nubilumq́ue omne diſcutitur è Catullo ita ſcribente,

Homerus Iliad. β.

Valer. Flacc. lib. 6.

Ad Mallium.

Coniugis vt quondam flagrans aduenit amore
Proteſilaeam Laodamia domum,
Inceptam fruſtra, nondum cùm ſanguine ſacro
Hoſtia cæleſtes pacificaſſet heros.

Ecce fruſtra inchoatam domum dicit Catullus, nec perfectam fuiſſe, quòd ante incipiendum opus, deos ſacris non placaſſet Proteſilaus, ſed eis inuitis & iratis id ſuſcepiſſet. in alijs libris, ijſq́ue accuratis, *accepta fruſtra* ſcri-

bitur

bitur: ſed altera ſcriptura multis nititur adminiculis. In Catullo autem eodem, ſecare aliquem dicitur tarda podagra, quod eſt, cruciare, quia qui ſecantur, magnis afficiuntur doloribus, vt ex efficiente effectum, ex antegreſſo conſequens intellexerit: non quòd articularis morbus ſecet, ſed quòd cùm ſectionem dolor ſequatur acerrimus & acerbiſſimus, qui idem adiunctus podagræ eſt, qui ab ea cruciantur, velut ſecari ſe putent, ac æquè angantur, ac qui ferro vel lacerantur vel fodiuntur. Apud eundem, *quod voluit fecit*, id eſt, vt voluit, patruum mutum & elinguem reddidit: quod eo addidi, vt minus ingenioſis ſenſus pateat. Scaliger autem adoleſcens eruditus, non malè putat, quod aliquando me ex eo audiſſe recordor, legendum eſſe, *patrui perdepſuit ipſam vxorem*, non perdeſpuit. Nam depſi mulier non inſcitè dicitur, quæ ſubigitur. Iam quod ſcribit,

Ad Amicam.

Catull. in Gell.

Catul. de Arrio.

Credo ſic mater, ſic liber auunculus eius.

Ex eo opinor ſcribit, quòd Arrius apud matrem auunculumque educatus fuiſſet, vt verſimile ſit, ab eis illas aſpirandi ineptias traxiſſe. Quintia autem illa (quam multis formoſam dicit videri, venuſtam tamen & formoſam negat, aut Leſbiæ comparandam) erat, vt opinor, amica Calui, ſed diſſimulato tectoque nomine Quintilia vocata, vt infra,

Catullus de Quintia & Lesbia.

Catul. ad Caluũ de Quintilia.

Certè non tanto mors immatura dolori eſt
Quintiliæ quantum gaudet amore tuo.

Explicatus Lucani locus. CAPVT XVIII.

IN verſibus illis, quos à Nigidio ex aſtrorum prudentia fingit cani Lucanus doctiſſimus & elegantiſſimus poëta (nec enim moueor hominum huius ætatis iudicio malè & malignè de tanto poëta exiſtimantium, cùm eis antiquorum veriora & ſinceriora iudicia fortiter opponere poſſim) veruntamen in verſibus illis ita ſcriptum eſt,

— ſummo ſi frigida cælo *Lucanus li. 1.*
Stella nocens nigros Saturni accenderet ignes,
Deucalioneos fudiſſet aquarius imbres,
Totaque diffuſo latuiſſet in æquore tellus:
Si ſæuum radijs Nemeæum Phœbe leonem
Nunc premeres, toto fluerent incendia mundo.

Quibus ego verbis interpretor ab eo ſignificari deflagrationem mundi & eluuionem, quas longinquis temporibus, ſtatis tamen & naturæ notis, ſed hominibus ignotis euenire, & porticus & ambulationes Lycei affirmant: etſi aliter vtraque ſecta. nam Stoici vniuerſum mundum aut in aquas liqueſcere, aut in ignes exardeſcere exiſtimant: Peripatetici partibus

tantum terræ iſta cenſent accidere, vt Deucalionis ætate vſuuenit, vt alij dicunt Theſſaliæ, vt Ariſtoteles Theſprotiæ, ingens aquarum eluuies, quam Græci κατακλυσμὸν vocant, vt deflagrationem ἐκπύρωσιν. Ac ſolet vſuvenire inundatio magni anni hyeme, cùm omnes erraticæ ſtellæ coniunctæ ſunt in hiberno ſigno, vt piſcibus aut aquario: exuſtio magni anni æſtate, cùm omnes errones in vnum conuenerunt æſtiuum & ſolſtitiale ſignum, vt leonem aut cancrum. Olympiodorus, συμβαίνει δὲ τὴν θάλατταν ἠπειροῦσθαι καὶ τὴν ἤπειρον θαλαττοῦσθαι διὰ τὸν μέγαν καλούμενον χειμῶνα καὶ τὸ μέγα θέρος. μέγας δέ ἐστιν ὁ χειμὼν, ἡνίκα πάντες οἱ πλάνητες ἐν χειμερινῷ ζῳδίῳ γένωνται ὑδροχόῳ ἢ ἰχθύσι. μέγα δὲ ἐστὶν θέρος, ὅταν πάντες ἐν θερινῷ ζῳδίῳ γένωνται, ἢ λέοντι ἢ καρκίνῳ. Lucanus tamen non omnium errantium coniunctionem in carmine collocauit, ſed frigidam Saturni ſtellam, & ſuo frigore aquarum fœcundam in hyemali ſidere poſuit: & æſtatis ardoriſque auctorem effectoremque ſolem in aſtro feruenti candentique metatus eſt, indicans eam oſtendi portendique rerum in mundo mutationem & viciſſitudinem, vt vel vnus in brumali ſidere frigidus erro aquis omnia obruere poſſit: contraque vnus in ſolſtitiali ſigno micans & æſtuans ſol, omnia torrens ignibus cremare poſſit. ferè neſcio quid tale ariolor Lucanum exprimere voluiſſe, & poëtico fuco coloraſſe.

Ariſtot. lib. 1. meteor. c. 14.

Thracis in thracem compoſiti ſtatura, ore aperto in mare deſilire, Seneca emendatur. CAPVT XIX.

Seneca lib. 4. nat. quæſt. in præfat.

AIT Seneca lib. 4. quæſtionum naturalium, *Te longiorem Fido Anneo iurabo, & Apollonio pycta, quamuis ſtaturam habeas Tetiſi threcæ incompoſiti:* quæ adulationem impudenter mentientium aſſentatorum indicant, gigantum proceritatem nanis & pumilionibus attribuentium: ſed verba tamen iſta conſiderãti mihi percuſſit animum, nunquidnam ab eo ſcriptum fuiſſet, *quamuis ſtaturam habeas threcis in threcem compoſiti.* Nam in amphitheatralibus muneribus thraces, qui & threces plerunque vocabantur, inter ſe committebantur, qui cùm exiguam haberent parmam, ſe totos velut in eam colligebant, ne vulneri paterent, & ſtaturam incuruando corpore minuebant, quod non feciſſent, ſi maioribus & longioribus ſcutis vſi fuiſſent. qui igitur paruus & breuis eſt, ille ſimilis non illepidè threci in threcem compoſito dicitur. Ac mediusfidius lineamenta apographorum vetuſtorum, ſiquid iſtud refert, effigiem neſcio quam huius ſcripturæ reddere videntur. Thraces autem ſolitos eſſe peltis, id eſt cetris vel parmis pugnare, docet ita Ariſtophanes in comœdia, quæ Acharnes eſt inſcripta de thracum auxilijs loquens, καταπελτάσονται τὴν Βοιωτίαν ὅλην.

Illud

Illud eo libro est pereleganter perque scitè dictum, *nec in mare aperto ore desilui.* Solent enim homines in maxima desperatione se ore hiante in profundum abijcere, vt celerius strangulato aquis spiritu moriantur: id πρὸς κῦμα χανεῖν, id est ad aquam hiare, Græci dicere solent. *Dignissimum*, ait idem, *quod consecrari mallet, quàm conteri, pedes abstulit.* hîc pedes abstulit valet, cursum orationis tuæ inhibuit, eique pedes ademit, ne sic adblandiretur. nec enim sine pedibus incedere quisquam posset, vel currere: aut tibi sic indulgenter liberaliterque laudanti, & per assentatorias laudes decurrenti pedes abstulit, ne pergeres in eo incepto. eam mihi videtur continere sententiam locutio illa, quam ne attigissem quidem, nisi mihi aliquantum negotij exhibuisset, & futurum essem supicatus, vt alijs esset paulò indoctioribus molesta, nec satis percepta. *Frugalitatem laudare cœpisti, qua sic à nummis resiluit, vt illos habere nec damnare videatur*, legendum in eo potius crediderim, quàm vt euulgatum est, *à nobis*. Nam illos habere antiqui codicis fide à nobis receptum est. Seneca præfat. lib. 4. nat. quæst. Ibid. Ibid.

Mortarium, marsupium lauare, lauare latrinam, Varronis locus. CAPVT XX.

MORTARIVM, in quo aliquid teritur, suspicor sic quasi moretarium vocari, quòd in eo moreta intritæque fiebant. itaque & in nonnullis auctorum locis, & libris vetustate exoletis moretarium scriptum reperimus interdum: vnde contractum in mortarium vocabulum tandem est ipso vsu: velut à morte tamen non desunt earum rerum quæ teruntur, qui putent appellatum. Vt apud Horatium iaculatus arces, est quod Græcè dicitur ἔβαλεν, id est ferijt: sic apud Plautum in Truculento, sin rete iecit, id est, si rete pisces cepit: vnde & bolus dicitur. quanquam etiam, ne dissimulem, simpliciter pro rete iecit in aquam, explicari potest. *si*, inquit, *iecit rete, piscis ne effugiat, cauet.* Lauare aluum marsupio pereleganter à Varrone dictum est, pro marsupium exhaurire. quæ enim eluuntur, ea mera inaniaque relinquuntur, cùm alioqui eluere pro consumere solerent frequentare veteres: sed nihil melius quàm elegantiam verborum Varronis, velut purpuram quandam hîc assuere. *Et Hymenæus*, inquit, *qui primo lauere aluum marsupio solet.* hîc significat sumptuosas esse nuptias, maritósque earum primo statim auspicio impendiis inaniri. Id à Varrone scriptũ est in ἀνθρωποίαις. Latrinam lauare, est in latrinam siue balneum priuatum aquam ferre. Plautus, Horat. od. 2. lib. 1. Plaut. Truculento Sc. Non omnis ætas. Varro apud Non. in Lauit.

Non magis curo, quàm ancillam, quæ latrinam lauat. Plaut. Curculione Sc. Quod hominis.

Atque hoc erat, vt è Plauto apparet, ministerium vilissimum. Pomponius

apud

Pomponius apud Non. in Lauit. apud Nonium, *hæredem ita velim facias:iampridem volo,latrinam laui*: quod quidem alio quodam ſenſu,quàm illud Plautinum dictum videtur. Quod dij meliora dicunt Latini veteres, cùm mali aliquid votis deprecantur & amoliuntur, valet dij ferant meliora. Tibullus, Eleg. 4. li. 3.

Dij meliora ferant, nec ſint inſomnia vera.

Pacuuius, dij meliora monerint, pro dij monuerint meliora, ſcripſit auctoribus grammaticis. Eſt Græcè Varronis libri inſcriptio apud Nonium in velitibus & anteſignanis: ſed ita vitiata corruptáque, vt intelligi poſſe deſperetur: ego eius veſtigia rimatus in ſcriptis libris, eruiſſe videor ſcribendam eſſe in hunc modum, ἀλλ' οὔ μοι ἔνευσε, περὶ μαρτυρίας. Nam ſolent interdum nutu homines teſtium fidem & religionem ſolicitare,dum ſuperciliis tacitis ad aſſentiendum vel diſſentiendum impellunt.

Varro li. 6. de ling. Lat. Feſt. lib. 11. Non. in Monerint.

Allegoria Horatij explicatur, caluaria, ceſpes.

CAPVT XXI.

Od. 18. lib. 1. NISI erro toto cælo, Horatianus ille locus allegoria totus eſt figuratus & mutatus:

Non ego te candide Baſſareu
Inuitum quatiam: nec varijs obſita frondibus
Sed diuum rapiam, ſæua tene cum cum Berecyntio
Cornu tympana.

Nam de ebrietate hîc loquitur ſub integumento bacchanalium, cùm ebrietas etiam bacchanal quoddam videri poſſit: ſe autem dicit ad ebrietatem vſque nolle compotare. Nam qui eo vſque progreditur, is Bacchum inuitum quatit. ille enim nobis non inuitus ſua indulget munera temperatè vtentibus: non æquo animo vino nos obrui patitur. Quod autem quatere dixit,ad ſacra Bacchi alluſit,quæ recondita in ciſtis è templis vrbanis in montes ſolitudineſque ad orgia celebranda à Bacchis portabantur. vnde Maro, *Bacchatámque iugis Naxum*, dixit: & lib. 4. Aen. 3.

Aen. 4. *—qualis commotis excita ſacris*
Thyas, vbi audito ſtimulant trieterica Baccho
Orgia, nocturnúſque vocat clamore Cythæron.

Plautus Pſeudolo Sc. Si ex te tacente. Et quia ſacra illa furioſo tumultu & perturbato impetu commouebant, idcirco dixit Plautus, *Scis, vbi mea commoui ſacra, quas turbellas ſoleam dare.* Non igitur,inquit, te commouebo, nec obſita frondibus ſacra tua ſub diuum rapiam, id eſt, ebrius non bacchabor, nec inſaniam, vt qui ſacra tua ſolent Bacche pater è templis rapere ſub diuum in ſaltus & montes. tegebantur autem orgiorum ciſtæ hedera & pampinis.

Horat. Od. 18. lib. 1.

—ſaua,

— *ſæua*, inquit, *tene cum berecyntio Cornu tympana*,

id eſt noli me adflare ebrietatis furore, vt tympano ſacrorum tuorum, & cornu audito ad amentiam adiguntur bacchæ, & myſtæ tui fanatici & enthei redduntur: vnde & Lucretius ſcripſit, Lucret.li.2.

Et phrygio ſtimulat numero caua tibia mentes.

Amentiam autem illam ebrietatis, quæ vitia conſequantur continuò enumerat, quæ proculdubio fidem faciunt figurato eſſe iſta inuolucro obducta, quod in eam ſententiam, quam expoſui, arbitror euoluendum. At verò vt hic ſenſus quadam nebula immutationis tenebricoſus eſt, ſic in ſequenti cantico vnius verbi quadam velut caligine circunfuſus minus apparet, cùm ſcribitur,

Et vultus nimium lubricus aſpici. Horatius Od. 19.li.1.

Non ſum ſolitus ingenij famam aucupari reprehendendis aliorum explanationibus, quod nec nunc faciam: tantum quid mihi videatur aperiam, vultus igitur lubricus aſpici, vultus eſt politiſſimus, nitidiſſimus, & pulcherrimus aſpectu. Nam quæ ad læuorem perpolita ſunt, & æquato nitore nihil habent in ſummo aſperitatis & inæqualitatis, lubrica etiam protinus efficiuntur. Sic & in illo,

Lubrica naſcentes implent conchylia lunæ, Saty.4.li.2.

Introrſum limpida interpretantur veteres. Sunt tamen conchylia foris teſtæ ferè leuis, quam oſtrea plerunque habent aſperam. Libet hic ob oſtrea aſpera adſcribere verſus è phagiticis Ennij ab Apuleio in priore apologia citatos, ſed nemini ferè intellectos ob vocum deprauationem, quas emēdare ſi vno aut altero loco potuero, ſtudioſi boni conſulant:

Omnibus at Clupeæ præſtat muſtela marina: Ennius apud
Mures ſunt Æni, aſt aſpra oſtrea plurima Abydi: Apuleiū Apolog.1.
Mus Mytilenæ eſt, pecten aperque apud Ambraciæ amnes:
Brunduſij ſargus bonus eſt: hunc magnus erit ſi,
Sume: apriclum piſcem primum ſcito eſſe Tarenti:
Surrenti fac emas glaucum, & Cumas apud: at quid
Scarum præterij cerebrum Iouis penè ſupremi?
Neſtoris ad patriam hic capitur magnuſque bonuſque.
Melanurum, turdum, merulámque, vmbrámque marinam?
Polypus Corcyræ, caluaria pinguia Atarnæ,
Purpura, muriculi, mures, dulces quoque Echini.

Legi & hiſce diebus in Gellio manuſcripto, *cephalæaque Atarnæ*, quæ vt opinor, Ennius caluaria appellat: ſunt autem ſalſamenta è capite thynni. Nam illic cetariæ erant: niſi quis cephali pulpas intelligat, quod non arbitror. verius omnino ſit apud Ennium caluaria marina eſſe, quorum apud

Apule-

Horat.od.19. lib.1.

Apuleium ipſum mentio eſt.

> *Híc*, inquit, *viuum mihi ceſpitem, hîc*
> *Verbenas pueri ponite, thuráque,*
> *Bimi cum patera meri.*

Veteres interdum ceſpititias extruebant aras, cùm altare deerat, aut ceſpitem in terra aggerata ponebant, vbi & ex tempore ſacrificabant. Quin & ceſpes pro ara erat, & aræ imponebatur, reique diuinæ neceſſarius habebatur. Prudentius,

Prudentius hymn.5.περὶ στεφάνων.

> *Hoc nanque decretum cape,*
> *Aut thure & ara, & ceſpite,*
> *Precanda nunc eſt iam tibi.*

Solebant autem aras coronare & ornare fronde felici, vt myrto, aut oliua, quam verbenam vocabant: ſed & thus adolebant, & vinum è patera libabant. ex illa conſuetudine verbenis aras tegendi Maro ſcripſit, lib. 3. Æneid.

Aen.3.

> *Acceſſi, viridemq́ue ab humo conuellere ſiluam*
> *Conatus, ramis tegerem vt frondentibus aras.*

Lactantius li. 6.c.24.

Et Lactantius ex eo ritu dixit, *ad quod ſacrificium neque verbenis opus eſt, neque fibris, neque ceſpitibus quæ ſunt vtique vaniſſima.*

Sacra inferis facta ſoluunt amores, menſæ remotæ, caudam remulcere, aures demulcere, Marica.

CAPVT XXII.

Vt qui amœna luſtrant oculis diuerſa loca voluptatem non vulgarem capiunt: ſic & percurrendo Maronis vireta varia, egregia oblectatione perfruar:

Aen.7.

> *— oſſaq́ue nomen*
> *Heſperia in magna (ſi qua eſt ea gloria) ſignat,*

cur à Marone dictum eſt? opinor quòd ſepulchra quædam ſunt ſine nomine ignobilium capitum & ingloriorum. At verò Caietæ ſepulchrum memorabile fuit poſteritati, nomenq́ue habuit. ſic & Ouidius cecinit,

Ouid.12.Metamorph.

> *— tumulo quoque nomen habenti*
> *Inferias dederat cum fratribus Hector inanes.*

verius tamen vtrobique crediderim de nominis inſcriptione; quod in tumulo incidebatur: quod non item in vilium & ignobilium hominum buſtis fieri ſolebat.

4.Aen.

> *Sacra Ioui ſtygio, quæ rite incepta paraui,*
> *Perficere eſt animus.*

hic quæſtio eſt, cur dijs inferis rem diuinam facere Dido velit? ſed facile

est eam quęstionem è Silio Italico soluere. censebant enim veteres sacris infernis amores & curas solui. sacra igitur inferna soluendis amoribus simulare prætexuit, consilium moriendi dissimulans, & fallere cupiens. verba sunt Silij, *Silius lib. 8.*

Nigro forte Ioui, cui tertia regna laborant,
Atque atri sociæ thalami noua sacra parabam,
Queis ægram mentem, & trepidantia corda leuaret
Infelix germana thori.

Quid est, quod ait, *exempta fames epulis, mensǽque remotæ?* ego hîc mensas intelligo fercula & magidas & lances. Nam saturis conuiuis remouentur. *1.AEn.*

Quid verò apud eundem est, *caudámque remulcens?* ego, vt pretermittam quid alijs videatur, esse puto caudam reflectens. sic enim lupi & canes timentes reflectunt caudam, vt eam sub verenda reducant. sic & demulcere aures pro demittere dixit Lactantius, *& tamen videmus in alijs animantibus quædam signa lætitiæ, cùm ad lusum gestiunt, aures demulcent rictum contrahunt, frontem serenant, oculos in lasciuiam resoluunt.* Nam aures demulcere, id est, quod Flaccus dixit, *11.AEn.* *Lactantius de ira dei c.7.* *Od.13 lib. 2.*

— illis carminibus stupens
Demittit atras belua centiceps Aures.

— Ver magnus agebat
Orbis, & hibernis parcebant flatibus Euri: *2.Georg.*
Cùm primum lucem pecudes hausêre, virumq́ue
Ferrea progenies duris caput extulit aruis.

horum versuum interpretationem cuius expositione fidelius & commodius explicari posse censemus, quàm doctissimi Lactantij ita scribentis? *Illud hoc loco præterire non possum, quod errantes philosophi quidam aiunt, homines cæteráque animalia sine vllo artifice orta esse de terra, vnde illud Virgilianum est,* *Lactantius li. 2.c.11.*

Terrea progenies duris caput extulit aruis.

Et ij maximè fuerunt in ea sententia, qui esse prouidentiam negant. Addit idem, *non erant*, inquit, *in principio mundi hyems & æstas, sed perpetua temperies, & ver æquabile.* Nympham quandam Laurentem Maricam vocat Maro, quæ Minturnis colebatur, nominat & Horatius. ea Circe erat interprete Lactantio, cuius verba sunt, *Nam & Romulus post mortem Quirinus dictus est, & Leda Nemesis, & Circe Marica.* *Lactantius li. 2.c.12.* *7.AEn.* *Horat. lib. 3. od. 17.* *Lactantius c. 21. lib. 1*

Nunc pateras libate Ioui, precibúsque vocate
Anchisem genitorem. *7.AEn.*

hîc, si Lactantio credimus, consecratur Anchises à filio. *Anne*, inquit, *potest aliquis dubitare, quomodo religiones eorum sint institutæ? cùm apud Maronem legat Æneæ verba socijs imperantis: Nunc pateras libate Ioui, Cui non tantum* *Cap.15.li.1.*

 immor-

5.Aen. *immortalitatem, verumetiam ventorum tribuit poteſtatem:*

Poſcamus ventos, atque hæc mea ſacra quotannis
Vrbe velit poſita templis ſibi ferre dicatis.

Auiarium Varronis, tabula literaria, phalerum.

CAPVT XXIII.

DESCRIPTVM eſt lib. 3. de re ruſtica à M. Varrone elegantiſſimè auiarium verbis non affectatis, nec ambitioſis, ſed proprijs & ſuis, ſignificanter rem exprimentibus: non dubito tamen, quin ea tota deſcriptio plæriſq; illuſtrationis indigere videatur, in nonnullis locis hęrentibus, nec ſententiam aſſequentibus. quo faciendum putauimus, vt pro noſtra virili operam ſumeremus, vt lucis aliquid afferremus, ſi modo id conſequi pote-
Varro lib. 3. rimus. directum dicit eſſe fluuiũ ab inſula ad muſeum: in quo muſeum ap-
de re ruſt. c. 5. pellat, locum muſis & ſtudijs conſecratũ: proinde de Caſinate fundo Var-
cic. 2. Philip. ronis ita ſcribit 2. in Antoniũ Cicero, *ſtudiorum enim ſuorum M. Varro voluit eſſe illud, non libidinũ diuerſorium.* muſeum autem illud erat in ſumma inſu-
Varro c. 5. li. 3. la: inſula naſcebatur ab imo fluuio, vbi confluebat altera amnis, vt Varro loquitur, pergebatque rectà ad ſummum flumen, vbi erat muſeum. legendum igitur eſt, *ab imo fluuio*, non à vinio, vt receptum in exemplaribus vi-
Ibid. deo, quod facilis eſt coniecturæ, cùm paulò poſt ſubijciat, *ſummum flumen.* imum fluuium appellat, imam partem fluminis villam alluentis, & è villa exire parantis: ſummum flumen, ſuperiorem vocat partem fluminis in vil-
Ibid. lam influentis. circum ripas fluuij ambulatio erat pedes lata denos, ab ambulatione in agrum verſus, ornithonis, id eſt auiarij, locus. in agrum verſus autem dicit, à flumine verſus agrum progrediendo, & ab ambulatione
Saty. 8. li. 1. recedendo, vt in ſepulchris dici ſolebat, quemadmodũ oſtendit Horatius,

Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum Hic dabat.

ait locum ornithonis deformatum ad tabulæ literariæ ſpeciem cum capitulo, id eſt deformatum eſſe in figuram quadratam oblongam. Nam talis erat tabula literaria: tamen præterea tabulæ accedat extra quadratum, capitulum quoddam rotundum, quod capitulum rotundum in auiario tholus erit. Tabula literaria eſt, in qua pueri literas faciunt, id eſt ſcribunt, &
Plaut. Bacchi. literas diſcunt. Plautus,
sc. Nunc experior.

Ex templo puer pædagogo tabula dirumpit caput.

Varro c. 5. lib. 3. ſubijcit, *forma quæ quadrata eſt, patet in longitudinem p. lxxij.* ita fit, vt cùm pateat in latitudinem p. xlviij, fit longior quàm latior. addit, *Adhæc ita vt in margine quaſi infimo tabulæ deſcripta ſit ambulatio ab ornithone plumula.* hæc verba multos malè vrunt: animaduerto nonnullos exiſtimare hîc ſigni-

ſignificari pterygium: ſed probabilius, quod ſagaciter excogitauit vir doctiſſimus & clariſſimus Æmarus Ranconetus, numeros pedum hic deſiderari, qui in iſtud vocabulum confuſi librariorum incuria ſunt. ille igitur, cuius ſententiæ ſubſcribo, legendum putat *p.viij.la.* ex his enim notis plumula ſuppletis elementis facta eſt. hìc longitudo non ſcribitur, quæ è latitudine formæ quadratæ ſatis intelligitur: ſummam tamen latitudinis huius ambulationis ad liquidum vix affirmare audeo, deſiderari tamen intelligo. Ait Varro, *qua iter in aream eſt*: vbi bonis in libris, *qua introitus in aream eſt*, legitur. Aream autem ornithonis intelligo, quam paulò poſt nominabit. *Porticus*, inquit Varro, *ſunt primoribus columnis lapideis, intermedijs arbuſculis humilibus ordinatæ.* primæ, inquit, columnæ ſunt lapideæ, quibus interpoſitæ ſunt mediæ arbuſculæ, ſpeciem columnarum & vicem intus exhibentes. locus macerie totus erat dextra & ſiniſtra concluſus, & à ſumma macerie reti canabino tectę porticus ad epiſtylium columnarum & ab epiſtylio ad ſtylobatem, id eſt ad illarum baſim & ſedem, ad illarum crepidinem. inde enim non eſt maceries vlla, vt reti ſit opus, ne effugiant aues. nam locum macerie clauſum dixit dextra tantum & ſiniſtra. hæ autem porticus ſunt auibus oppletæ. *ſecundum ſtylobatis interiorem*, inquit, *partem*. exterior enim ad ambulationem ſpectat: interior ad aream. duæ ſunt in area piſcinæ, quæ è medio eius oriuntur, inter quas anguſta eſt ſemita in tholum: tholum autem vocat locum rotundum columnatum, id eſt, vt dixit, capitulum ipſum literariæ tabulæ. extra tholi columnas eſt ſilua, quæ è tholo cerni poterat, cùm tholus pro maceria columnas haberet, & reticulatus eſſet. tholi columnæ exteriores, id eſt, ad ſiluam pertinentes, lapideæ erant: interiores abiegnæ. Cæterùm, quemadmodum Varro ſcripſit, *Inter columnas exteriores*, ſic ſcribendum cenſeam, *inter interiores columnas*: & paulò poſt, *intra has & exteriores*, & ſupra, *vt perſpici in ſiluam poßit*. tholus autem cùm ſpeciem ſemicirculi habeat, proinde extructi in eius ambitu mutili, qui ſedes auibus præbebant, ſpectacula & foros theatri referebant. itaque θεατρίδιον vocauit Varro. Addit ſubter ſtylobatē, id eſt ſubter baſim columnarū illarū, quę ſunt vltra piſcinas propinquantque tholo, lapidem eſſe altum pedē & dodrantem à falere: phalere vocans crepidinem lapideam ſtagnum ambientem, nomine à candore lapidis impoſito. Nam φάληρον Græci candidum appellant. Normani populares mei hodieq; maris editiores margines & rupes mare claudentes phaleſas vocant. puto tamen, cùm in hac deſcriptione naualia nominet, imitetúrque portus vrbium vocum vſurpatione, Phalerum eſſe ſcribendum. Sic autem Athenis quidam portus vocabatur. Phalerum Varroni à ſtagno ad duos pedes altum eſt, latum ad quinq;, vt in culcitas, inquit, & columellas con-

[Right margin notes: *Varro c.5. li.3.* (beside "qua introitus in aream eſt"); *Ibid.* (beside "ſecundum ſtylobatis interiorem"); *Ibid.* (beside "inter interiores columnas"); *Ibid.* (beside "Addit ſubter ſtylobatē")]

uiuæ pedibus circumire poſſint. hîc ego obſeruo legendum videri, *& columellam*, ſingulari numero. Nam infra dicit, *in inſula eſt columella*: aut certè columellas cùm dixit, numero abuſus eſt, quod non perinde rarum. Culcitas autem propter lectulorum diſcubitoriorum ſimilitudinem dicit. Naualia vocat, ad ſimilitudinem eorum locorum, in quibus ſecundum flumina aut mare naues ædificantur, aut in hibernis menſibus quo ſubducebantur, marginis partem ipſius ſtagni. In inſula ſtat columella, quæ intra ſe continet axem, is rotam radiatam ſuſtinet, id eſt radios habentem, quibus manus pueri prehenſis rota verſabatur. ad extremum, vbi orbile ſolet eſſe acutum, eſt tabula cauata, vt tympanum, id eſt extremi radij ſuſtinent tabulam cauatam, in qua ponuntur cibi, vt verſatione rotæ ad conuiuas fercula omnia admoueantur. orbile autem ea forma dicitur, qua apud Catonem molile, id quo mola mouetur, vel id quod molam molitur, & librile ſcapus libræ. eſt autē orbile rotunditas ipſius orbis, qui acutior eſt in fine: hic contra tabulam tympano ſimilem habet. ex ſuggeſto phaleris, vel, vt potius legendum eſt, phaleri, id eſt ex eminentia, prodeunt anates in ſtagnum: ſuggeſtum autem phaleris, cùm illic conuiuabantur, peripetaſmatis, vt triclinium aliquod ornabant. ſequitur, *ex orbi ligneo menſaque*, vbi nonnulli, *ex orbili*, emendant: ſed orbem retineo, & defendo. orbes enim habebant in triclinio, quibus imponebant ahena & vaſa. Cato, *orbem, ahena duo*. Iterum, *orbem, aheneos duos, menſas duas*. Igitur legendum cenſeo, *ex orbi ligneo, menſaque, quam dixi in primis radiis eſſe, epitoniis verſis ad vnumquenque, factum ſit vt fluat in conuiuam*. Intra tholum hemiſphærium erat, cuius in ſumma parte horologium erat, veſpero ita circumeunte, vt horas diſtingueret: in medio hemiſphærij deſignati erant octo venti ſuis locis & regionibus diuiſi: in hemiſphærio medio erat ventorum orbis, id eſt circulus, qui cardinem id eſt centrum ſemiglobi ambibat, vt Athenis fecerat in horologio Andronicus Cyrrheſtes, vt ſcribit Vitruuius, cuius è libris & Stephano Byzantio, hic Cyrrheſtes legendū cenſeo non Cypreſtes. Nam Cyrrheſtes vocabatur, quòd eſſet è Cyrrho vrbe Syriæ. hęc ego vtcunque adumbraui, quę qui & ingenio meliore ſunt, & doctrina ſuperiore, & otio maiore abundant, perpolient, atque illuſtrabunt.

Cato. cap. 10. & 11. — *Varro lib. 3. c. 5.* — *Cap. 11. & 14.* — *Varro lib. 3. c. 5.* — *Lib. 1. cap. 6.*

Semurius campus, paraſitus Apollinis, Martialis explicatur.

CAPVT XXIIII.

Lib. 9. epigr. 43.

VERSICVLVS Martialis eſt, de quo magna animorum contentione, & magno partium ſtudio Sipontinus & Domitius depugnarunt, cùm alter velut pro aris & focis dimicans, myrinis pertinaciter defenderet: alter

alter pari manu prælium conſereret, & murinis tueretur, affirmaretque, *campis diues Apollo,ſic murinis,*legendum eſſe. eorum rationes ſtudioſis notas eſſe confido: certè in promptu ſunt, nec à me cõmemorabuntur, cùm eis prætermiſſis, ſic quoque tamen ſatis chartæ periturum ſit. Ego, etſi inuitus facio, vt à tantorum virorum ſententia diſcedam,neutri tamen,vt quod ſentio ingenuè loquar, aſſentior, legendumque arbitror,

Campis diues Apollo ſemurinis.

Nam vtriuſque ſcripturæ contumaces repugnant ſyllabæ, vt ne alia argumenta conſecter: & ſe murinis in quibuſdam exemplaribus legi teſtificatur Domitius. Semurium autem campus erat Romæ propinquus,in quo, vt reor, templum erat Apollinis. Cicero in Antonium, *Quis eſt iſte ordo?* Cic.Philip.6. *multi fuerunt multis in legionibus per tot annos: his quoque diuiſit ſemuriũ.* Macrobius de Acca Larentia, *poſt exceſſum ſuum pop. Romano agros Thuracem,* Macrob.li.1. Satur.c.10. *Semurium, Lincerium & Solonium reliquiſſe.* In eodem Martiale ſenſus non ſatis perſpicitur in illo verſu, qui in Epitaphio Latini poſitus eſt, Lib.9.Epigr. 29.

Vos me laurigeri paraſitum dicite Phœbi.

Sed interpretationem è Verrio Flacco elicere perfacile eſt, qui quærit, quamobrem ſalua res eſt, dum ſaltat ſenex, Apollinis paraſiti in ſcena dictitent? vnde colligere licet ſic appellatos fuiſſe mimos, & hiſtriones, præſertim cùm ſe Latinus hiſtrio optimus ita vocet in epitaphio.aliquando paraſitos Apollinis interpretatur Verrius mimos ſecundarum partium, quòd ludis Apollinaribus in mimis ferè eſſent paraſiti illarũ partium actores. Pompeius, *Verrius,*inquit,*paraſitos Apollinis ait ita appellari,quòd Caius* Fest.Pomp.li. 17. *Volumnius, qui ad tibicinem ſaltarit, ſecundarum partium fuerit, qui ferè omnibus mimis paraſitus inducatur.* in antiqua inſcriptione paraſiti Apollinis eſt mentio,AGILIO SEPTENTRIONI SACERDOTI MOSCHI DEI, APOLLINIS PARASITO, ALVMNO FAVSTINÆ AVGVSTÆ. Eſt & minutum duobus verſiculis epigrammatium non enucleatum ſatis ab enarratoribus,

Archetypum Myos argentum te dicis habere, Lib.8.epigr. 38.
Quod ſine te factum eſt, hoc magis archetypum eſt.

Ego argutiam iocumque epigrammatis latere puto in vocabulo factum eſt: hoc ſenſu,dicis te habere toreumata argentea operis antiqui,quæ quidem magni ab omnibus olim æſtimabantur: iocans Martialis ait, tu iſta verboſa oſtentatione argenti tui, & iactatione ventoſa multum detrahis pretio, & efficis, vt vaſa tua conuiuis moleſtiæ & tædio ſint, adeo vt argentum factum, id eſt vaſa, argenti enim facti nomine vaſa cenſentur argentea: ſi ſine te ſit, & ſi abſis, ſit magis archetypum, id eſt pluris cenſeatur antiquiuſque videatur.

Terra materina, inſpicare faces, ſpicare haſtile.

CAPVT XXV.

Cap. 34. NON leuis eſt controuerſiæ, quæ ſit terra materina apud Catonem ita ſcribentem. Ager *rubricoſus & terra pulla materina, rudecta, arenoſa*. Ego materinam putauerim à materia deduci, eoque verbo intelligi duram, ſolidã & propè ligneam, qua in notione nomen materiæ poni non eſt infrequens. ſcio fuiſſe quibus videretur macerina legi debere pro macra: ſed priorem lectionem vt ſinceriorem libenter aſſeruerim, nec vicariam iſtam introduci permiſerim. ſed huic capiti ſupplementum ex eodem Catone quærendum eſt, ne nimis abortiuum & breue videatur. *Nucleos*, inquit
Cap. 37. Cato, *ne in ſegetem indideris*: hoc, vt ſuſpicor, præcepto cauet, ne in ſegete nuclei ferantur, quo arbores, quæ ſegeti nocere & officere ſolent, proueniant. Nam & locum occupant, & ſolum exugunt, & vmbra enecant.
1. Georg. Quod Cato mox ait, *Faculas facito*, libro 1. Georg. Maro ſignificauit cùm ſcripſit,

—ferroque faces inſpicat acuto,

vbi inſpicare Seruius explicat, ad ſpici & ariſtarum ſimilitudinem incide-
Eclog. 8. re. Nam & alio loco Maro,

Mopſe, inquit, *nouas incide faces*,

Gratius de venatione. Hac enim ratione faculæ fiunt. ſpicare tamen Gratius pro ſpiculo & ferro aſperare poſuit,

Quid Macedum immenſos libeat ſi dicere contos,
Quam longa exigui ſpicant haſtilia dentes.

Longas enim & ſuperuacuas Macedonum ſariſſas exiguo præfixas eſſe ferro dicit. Inde putauerim apud nos haſtam Macedonicam picam quaſi ſpicam vocari, quòd ferro ſpicata ſit exiguo. Inde picare tanquam ſpicare dicimus. Sed quoniam hoc è Gratio protuli, continere me non poſſum quo minus ei ſubſidium opemque feram in proximis his verſibus,

Ibid. *Aut contra vt tenero deſtrictas cortice virgas*
Prægrauat ingenti pernix Liuania cultro?

etſi quod dicam coniectum potius, quàm affirmatum poſuerim, vt ſuſpectum potius quàm exploratum afferri homines exiſtiment, ne nimium aſſeuerando in errorem homines traham, cùm ſciam ſolo vultu quoſdam aſſenſionem mereri. Ego hîc legendum conijcio, *pernix Albania cultro*. ſed vt dixi, conijcio tantum, non etiam affirmo. Nam de Liuania nihil quicquam vnquam legi.

Catullus explicatur, aſcalabotium, armilauſa, ſenex recoctus, ſcriba è quinqueuiro. CAPVT XXVI.

TANDEM

TANDEM aliquando Manutius & Muretus omni eleganti perpoliti eruditione in Catullo conſtituerunt veram lectionem, & eam in ſuis ſedibus collocarunt. Salicippium enim auctoritate Senecæ fugitiuum retraxêre, & hero reddidêre ſuo: dicit enim Seneca, Caluum cùm perpuſillus eſſet, imponi ſe ſupra cippum iuſſiſſe, vt ex eo ſalicippium finxiſſe Catullus videri meritò poſſit. in Seneca tamen ſaliputium legitur, quod verbum ſignificare poſſet, ſalum eſſe putum, quæ parua auicula eſt, modò non in *puto* contumacior ſyllaba repugnet: vnde & ſalipuſium quidam legunt, quidam ſalipullium, vt ſali auiculæ puſionem & pullum. locus iſte non ſic abibit, ſed ſentiet ſceleratam manum qua violabitur. Quod de cippo à Seneca dicitur, poſtea factum eſſe animaduerto, vt inde emendatio Catulli petenda non videatur eſſe. Lego igitur, dij magni aſcalabotion diſertum. quod vocabulum fortaſſe ruſticus diminuerat, & deprauarat malè pronuntiando, & ſalaputium dixerat. Nam & à Græcis ipſis laceſſitur, & καλαϐώτης & καλαβώτιον dicitur interdũ, quo nomine ſignificatur ſtellio. Reliqua in eo epigrãmate obſcuriſſima ſunt, vt qui lucem eis afferat, Cimmerias tenebras illuſtrare videatur. Sed nulli vnquam fuit fraudi aliquid in bonis literis tentare: & ſæpius qui iacit, venerẽ tandem facit: etiam ſpargẽda beneficia ſunt multa, vt vnum tandẽ bene ponatur: & multa inepta ſunt multa...

Catull. epig. 50. — *Seneca lib. 5. controu. 20.* — *Catul. epig. 50.*

ptienda, vt prudenter aliquid dicatur. homines igitur alij fortaſſe, ſi nihil fecero, nec lucem aliquam diſpexero, oculatiores erunt, & ſi non vnus & alter, at tertius vel quartus facẽ prætulerit. *Othonis caput oppido eſt puſillum* cùm Catullus ait, puto ſignificari Caluum tam puſilla breuique ſtatura, comparandum eſſe paruulo capitulo Othonis. Nam hæ ſuperlationes in re ridicula viſitatæ & tritæ eſſe ſolent. mox itaque confertur cruri ſemilauto ruſtici heri, vt ne toti quidem comparari cruri videatur, ſed ei parti, quæ lauta ſit, altera parte illota. Nam, *heri ruſtica ſemilauta crura*, ſcribendum reor. Quod ſi quid hîc mutandum eſſet, legerem, *heri ruſtica & armilauſa curta*. ſic breuis veſtis quædam ab Iſidoro explicatur, & à Paulino vſurpatur: nos tamen hac licentia hîc non vtimur. Quod autem omnem ſuperiectionem veri ſuperat, à nobis tamen in ſermone communi vſurpari ſolet, cùm perpuſillum ſignificamus: hominis enim (honos ſit auribus) crepitum eſſe iocamur, eodem modo Catullus Libonis peditum & crepitum alludens dicit eſſe Caluum. ſed hos iocos frigidiores, cùm videret ſeuerioribus fortaſſe non placituros, & perſonam quæſiuit, cui eos attribueret, & ad veniam dixit in clauſula,

Ibid.

Sed non omnia diſplicere vellem
Tibi, & Suffetio ſeni recocto.

id eſt tibi homini ſerio, & Suffetio veteri ſeni: tibi ſeuero & acri iudi-

cio prædito,& Suffetio homini multo rerum vſu trito, nimiumq́ue graui. quibuſdam videtur tranſlatio eſſe ducta à metallis, quæ recoquendo meliora & puriora fiunt, omniq́ue ſcoria liberantur & aliena materia. ſed hîc potius ab his ferramentis dicitur, quæ cùm inueterarunt, recoquuntur, vt reficiantur ac reformentur, aut in aliam ſpeciem mutentur. Itaque quod multi temporis eſt exponitur à Seruio. Horatius,

Saty.5.li.2.

— plerunque recoctus
Scriba ex quinqueuiro, coruum deludet hiantem,

id eſt, qui ſæpe factus & refectus eſt ſcriba. ſic recoxiſſe Peliam dicitur Medea, id eſt reformaſſe, atque renouaſſe. vt recoctus ſenex ſit hîc, annoſus, antiquus, longæ ætatis, & plurimi vſus multis in rebus tritus & verſatus, ideoq́ue ſeueri & acris iudicij. Quinqueuirum primi nominis iuriſconſulti, vt hoc etiam appingam, in Horatio ſignatorem explicant, quod quinque ſignatores adhiberi ſolebant: ego verò puto nomen eſſe magiſtratus, vt in colonijs deducendis & agris aſſignandis. Nam triumuiros, quinqueuiros, decemuiros, vigintiviros, legi aſſignatores agrorum fuiſſe.

Cic. in Lucull. Cicero quinqueviri meminit in Lucullo, *neminem eſſe prætorem, imperatorem, neſcio an ne quinqueuirum quidem quenquam, niſi ſapientem.* ſed & quin-

Lib. 2. aduerſ. c. 19. que viri de exilio iudicabant, vt elegantiſſimè docuit Pithœus. Erant & quinqueuiri menſarij, & quinque viri muris turribuſq́ue reficiendis, quod paruum erat & exiguum munus. Sed qui ſcribæ ſæpe fuerant & quinqueuiri, veteratores & callidi habebantur. Scribis qui ſunt γραμματεῖς, poſtea adiecti ſunt cancellarij, qui erãt, vt vetus criticus explicat, ἀντιγραφεῖς. Erant & quinqueuiri cis & vls Tiberim, quorum non admodum magnum mu-

Saty. 5. li. 2. nus erat, cùm quidam magiſtratuum vicarij forent, de quibus Horatium potiſſimum locutum eſſe credo: ac fortaſſe Corannus ſcriba & quinqueuir fuerat.

Catullus explicatur, cuniculoſa Celtiberia.

CAPVT XXVII.

LICENTIAM epigrammaton quiſpiam fortaſſe Catullum putaret v-

In Egnatium epig. 37. ſurpaſſe, nec mendacio temperaſſe cùm ſcribit,

Nunc Celtiberus, Celtiberia in terra,
Quod quiſque minxit, hoc ſibi ſolet mane
Dentem, atque ruſſam defricare gingiuam,

quod quidem & ipſe exiſtimaſſem, niſi illa in terra illam viguiſſe lotio ſibi

Strabo lib. 3. dentes defricandi conſuetudinem ſpurciſſimam apud Strabonem reperiſſem, cuius ego verba adſcribam, ne vanitatis poëta, & mendacij inſimuletur à quoquam. εἰ μή τις οἴεται πρὸς διαγωγὴν ζῆν τοὺς οὔρῳ λουομένους ἐν δεξαμεναῖς

ξαμένας παλαιουμένῳ, καὶ τοὺς ὀδόντας σμηχομένους, καὶ αὐτοὺς καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν, καθάπερ τοὺς Καντάβρους φασὶ, καὶ τοὺς ὁμόρους αὐτοῖς. Apuleius in Apologia, Ruſſam pumicare gingiuam in Catullo legiſſe videtur, cùm præſertim ita ſcribat, *Quem multo æquius erat ſputciſſimo ritu Iberorum, vt ait Catullus, ſua ſibi vrina dentem atque ruſſam pumicare gingiuam.* Non temerè eſt quod paulò ante Celtiberiam cuniculoſam vocat, quod ad cuniculos metallorum inſcitè referri à nonnullis intelligo. abundat enim cuniculis tota Hiſpania, qui ſuffodiunt terram, meſſes populantur, radices exedunt ſtirpium. Strabo, τῶν δὲ ὀλετηρίων θηρίων σπάνις, πλὴν τῶν γεωρύχων λαγιδέων, οὓς ἔνιοι λεβηρίδας προσαγορεύουσι. λυμαίνονται γὰρ φυτὰ καὶ σπέρματα, ῥιζοφαγοῦντες. καὶ τοῦτο συμβαίνει καθ᾽ ὅλην Ἰβηρίαν σχεδόν. διατείνει δὲ καὶ μέχρι Μασσαλίας. ὀχλεῖ δὲ καὶ τὰς νήσους. Sed & in adiuncto epigrammate ita interpungendum crediderim,

Apuleius apolog. I.

Strabo lib. 3. Geogr.

— ſic meos amores,
Paulum quid libet alloquutionis,
Mœſtius lachrymis Simonideis?

Ad Cornificium epigr. 36.

hoc ſenſu. Itáne verò allocutio breuiſſima, eaque mœſtiſſima potuit conſolari meos amores, qui me acerrimè miſerrimeque exercent & angunt, moleſtiaſque exhibent grauiſſimas? ſiccine tu tui miſereris ſodalis? itaque per reticentiā ſubaudiendū eſt, ſolaretur. Simonidem autē poëtam θρήνους ſcripſiſſe refert Suidas, & eum in rerum triſtiū tractatione excelluiſſe refert Fabius, & ſcripſit eum ſignificans Horatius,

Quintil. li. 10. c. I.

Sed ne relictis muſa procax iocis,
Ceæ retractes munera næniæ.

Horat. Od. I. lib. 2.

Vir tamen doctiſſimus & de Catullo optimè meritus Muretus deeſſe aliquid putat: cuius ego iudicio tantum tribuo, quantum mihi arrogare non auſim. Quare ne hîc quidem ei refragari velim: tantum quomodo integritati ſententiæ conſuli poſſet excogitare libuit, ſi cui fortè probari quod excogitauimus, poſsit. Decoctor autem Formianus apud Catullum, ſi quis me roget qui ſit, reſpondeam Mamurram Formianum eſſe, cuius Acme aliquando amica fuit.

De Acme epigr. 39.

Obſidium, claſsicines, noctulucus, internuculus, camelaſia, camelaſium. CAPVT XXVIII.

VIDETVR M. Varro cenſuiſſe obſidium ſcribi & obſcidium, vt diſſidium & diſcidium. Nam vel ab obſidendo ait dici, vel ab obſcindendo. Quod enim ſcribitur ab abſcindendo, ipſo ſtatim refellitur literarū ſono, nec tam rationis intelligentia, quàm auris perceptione eius mendacium tenetur. vt autem duplicarios vocat, quibus ob virtutem duplicia cibaria daban-

Varro li. 4. de ling. Lat.

Ibid.

Vegetius li.2. c.7. dabantur: ita armaturas duplares Vegetius appellat, quæ consequebantur duplas annonas, simplares, quæ simplas. Duplicarij etiam explicantur in

Varro lib. 4. de ling. Lat. vetusto lexico διμοιρῖται. Non longè hinc lego, *Et classicines à classe, qui tum cornu vtuntur, cùm classes comitiis ad comitatum vocant.* Quin & sine præpositione comitatum vocant, in optimo libro scriptum erat, supini significatione à comitare, quod esset simul ire. Ciceroni quoque & Gellio comitatus significat comitia. Qui classicos hîc legunt, eo falli videntur, quòd

Varro lib. 5. de ling. Lat. lib. 5. Varro scribit, *classicus canat*, sed tum classicus pro classicum ab eo vsurpari videtur. Signa enim & classica & cornua, canere dicuntur. Classicines etiam classicarij vocantur, & à vetere grammatico σαλπιγκταὶ explicantur: attamen si classicus cui placet, non repugnabo. Lego non longè, *opulentus ab ope, cui est opimè, &, ab eodem fonte copis, &, quæ omnia vltima huic*

Ibid. *rei.* Cæterùm vinum legere in Varrone, est vuas legere: & in explicando venatoris vocabulo, quod inuentum & aduentum ait, significat in eo inesse notationem inueniendi & adueniendi. Sed illud Varronis vitiosum esse videtur, quod nostro marte, quando nullum in libris vel publicis, vel

Ibid. priuatis reperimus subsidium, sanare conabimur. Verum antè vitium proponamus, cui medicinã adhibere volumus, *& peculatoriæ oues aliúdue quid.* Arbitror scripsisse Varronem, *& peculia à pecore, oues aliúdue quid.* Plautus

sc. Nequeon' ego. confirmabit nostram scripturam, qui in Asinaria ait,

Etiam epilio qui pascit, mater, alienas oues,
Aliquam habet peculiarem, qui spem soletur suam.

Varro li. 3. de ling. Lat. Lego, *pecus ab eo quod pascebant, à quo pecora vniuersa.* videtur Varro dicere pecus pecoris à pascendo nomen habere, pecus pecudis à pede. Non longè hinc lego, *Hinc est qui Græcis* ὗς *sus quòd* σῦς *bos quòd* βοῦς. Lego etiã *vitulus quòd Græcè antiquitus* ἰταλὸς, quæ vox, vt ait Hesychius, taurũ significat.

Cap. 1. lib. 11. Apud Gellium Varro lingua veteri Græca ἰταλοὺς boues significasse dicit.

Varro li. 4. de ling. Lat. Reperio deinceps, *porcus, quòd Sabini dicto, à primo porcopor, inde porcus,* hoc sensu, Sabinus dicere solet, id est Sabini, porcopor, id est porci puer & fœtus. Alij legunt oppidò quã eleganter, *quod Sabini dicunt deaprino porco porcus, inde porcus,* vt à Sabinis catulum apri porcum fuisse appellatum intelligamus. si aprunum legas nihil intererit. Lego etiam, *nisi quòd vt tuba & cor-*

Ibid. *nua signum cùm dant, canere dicuntur: quod hic item & noctulucus,* id est interdiu & noctu. Nomẽ est fictũ compositumq́; è duobus aduerbijs noctu & lucu, vt è per & diu, perdius. Erit fortasse qui noctu lucu legendũ censeat, cui liberũ esse iubebo hac conditione, modò noctulucus legendi alijs potestatẽ non eripiat. Quoddã vocabulum suscitauit rediuiuũ in Apuleio & Petronio Petrus Pithœus omni liberali eruditione ornatus, & antiquitatis ignoratę quasi Pythius alter oraculis suis enarrator & illustrator maximus, quod

quod vocabulum propter ſoni vicinitatẽ animo inceſſit meo. Eſt autem internuculus. Apuleius, *At enim internuculos recens cognitos*. Petronius, *video quoſdam internuculos nudáſq; meretrices furtim conſpatiantes*. Cenſeam potius duabus vocibus inter nuculos legendũ, & meritorios ſignificari pueros, concubinos, qui nondum reliquêre nuces, ſed etiamnum inter eas verſantur. Nam à Catullo ſcribitur, *Concubine nuces da*. Reperio, *Camelus ſuo nomine Syriaco in Latinum venit*. Latium tamen quod editur, egregiè placet. huius animalis nomen mouet me, ne ita camelariam amplectar, vt Camelaſiam eijciam, præſertim cùm nobiliſs. Iuriſconſultus Ludouicus Ruſardus certiorem me fecerit apud Marcellinum libro 17. Camelaſium reperiri, vt camelaſia ſit munus, camelaſium indictum eo nomine tributum. Ego ideo camelaſiam probare non poteram, quod iſtam declinationem deducere non poteram, vt nec Budæus ſine controuerſia omnium doctiſſimus potuerat. Nunc verò, vt ab ἵπποσ ἱππάζειν & ἱππασία deducitur, ita quaſi à κάμηλος καμηλάζειν declinetur, καμηλασίαν rectè deriuari cenſeo.

In Epithalamio Iuliæ & Mallij.

Marcellin. li. 17.

Catullus explicatur, diuidere alio mentem, ferre reditum, columina, pinea theda. CAPVT XXIX.

BONI ominis cauſa olim in cubiculi ſella, & in lectulo geniali nouam nuptam matronæ vniuiræ, quæ pronubæ erant, collocabant, vt ſpes eſſet & augurium perpetuas nuptias fore & ſingulares. (Nam perpetuitatem, non paupertatem, in Feſto lego, qui hoc ſcribit:) nec vnquam vel diuortio, vel alijs nuptijs locum futurum. Ad eam conſuetudinem reſpexiſſe crediderim Catullum, cum in epithalamio cecinit,

Catull. in Epithalamio Iuliæ et Mallij.

Vos vnis ſenibus bonæ
Cognitæ bene fœminæ
Collocate puellulam. Quod ſubiungit, *ibid.*
At marita tuum tamen
Celites, nihilominus Pulchra res, neque te Venus Negligit.

Hanc, vt opinor, habet ſententiam. etſi confiteri amorem præſertim coniugalem honeſtum eſt, tamen nouæ maritæ eſt honeſtum & decorum eum diſsimulare & celare: neque id minus eſt Veneri gratum & acceptum, quàm cùm nouus maritus apertè ſuum profitetur & præ ſe gerit amorem. nec enim eam negligit quæ id facit, ſed charam habet & iuuat.

Catull. in carmine nuptiali.

Nos alio mentes, alio diuiſimus aures,

valet, & animum alijs rebus intendimus, & aduertimus, & aures alijs ſermonibus præbuimus. Simile eſt illud Maronis, *4. AEn.*

Atque

Atque animum celerem nunc huc, nunc diuidit illuc,
In partésque rapit varias, perque omnia versat.

Mox committere animos, est animos in commissionem & certamen adducere, & ad contentionem comparare: vnde commissiones gladiatorum dicebantur, cùm paria comparabantur.

Catul. in car- *Quare nunc animos saltem committite vestros.*

mine nuptial. Reditum ferre, pro redire candidissimus & nitidissimus iste scriptor non Catul. de Berecynth. semel dixit. vt, *rursus reditum ad vada tetulit.* Iterum, *reditum in nemora ferat:* & de coma Berenices, *si reditum tetulisset.* *Vbi cerua siluicultrix.* de Græco effictum & expressum videtur, ὑληνόμος: ibi & arbores appellat columina, cùm scribit: *egò vitam agam sub altis phrygiæ columnibus*, id est sub altis Idæ arboribus. In epithalamio autem vbi legebatur, *pineam quate tedam*, emẽdauit Parthenius, spineam, cùm è spina fieri solitas esse tedas nuptiales Cap. 18. li. 15. scribat Festus & Plinius: sed à veteri scriptura stat auctoritas Maronis in Virgil. in Ciri. Ciri hoc versu,

Pronuba nec castos accendet pinus honores:

Et Varronis, cuius verba sunt, *Confluit mulierum tota Roma, quæ noctu nube-* Apud Non. in Fax. *re solita etiam nunc pinea fax indicat.* Idem tamen Varro apud Nonium ita scribit, *Cùm à noua nupta ignis in face afferretur foco eius sumptus, cùm fax ex pinu alba esset, vt eam puer ingenuus ferret*: vbi è spina alba videtur legendum: sed olim è spina fuisse videntur, postea fortasse è pinu, nisi si quis in Marone spinum pro spina scribendum credat, sed suspicor, vt dixi, apud priscos fuisse spineam, postea pineam facem, aut sine discrimine modò ex hac, modò ex illa stirpe.

ADRIANI TVRNEBI ADVERSARIORVM LIBER VIGESIMVSSECVNDVS.

Patimur manes, spirantia molliter æra, turba sonans, portus Velini, ripæ virides apio, Eridanus.

CAPVT I.

NON eminentem in fronte sententiam suam, sed in recessu abditam, & in interius penetrale remotam continet Hemistichium Maronis, 6.AEn.

Quisque suos patimur manes.

Hîc neminem reprehendere constitui, sed quid sentiam vt adhuc feci, proferre. ego igitur sic intelligo, Cùm infesti mortuorum manes viuis esse quibusdam censerentur, à quibus illi in vita læsi fuissent, & eos pœnis exagitare, vt à Marone scriptum est, 4.AEn.

Et cùm frigida mors anima seduxerit artus,
Omnibus vmbra locis adero, dabis improbe pœnas:

Et ab Ouidio, *Tunc quoque factorum veniam memor vmbra tuorum,* Ouid in Ibin.
Insequar & vultus ossea forma tuos.

Eodem quoque modo cùm apud inferos supplicia pœnasque luant animi, eos dici suos pati manes, vt quidam in vita à lemuribus & laruis vmbrisque vexantur. Ausonius eodem modo locutus est, Ausonius Ephemeride in precatione matutina.

— tormentaque sera Gehennæ
Anticipat, patiturque suos mens conscia manes.
Excudent alij spirantia mollius æra. 4.AEn.

Dictum arbitror, quòd cùm rigor sit in materia æris, tamen tante arte simulachra statuæque à Græcis ducentur, vt deposita metalli duritie & rigore, in mollitudinem viui animantis æs concessurum sit. Horatius, Horat. de arte poët.

Et molles imitabitur ære capillos.

Callistratus, εἶδες ἂν ὅτι καὶ στερεὸς ὢν εἰς τὴν τοῦ θήλεος εἰκασίαν ἐμαλάττετο· Horatius, saty. 3. li. 2.

Quid sculptum infabre, quid fusum durius esset.
Conuentus trahit in medios turbamque sonantem. 6.AEn.

ſic de animis & manibus loquitur, quos ſtridere & ſonare etiam dicit Homerus, — ἐφοίτων ἄλλοθεν ἄλλος Θεσπεσίῃ ἰαχῇ.
Lib. vlt. Odyſ. Iterum, — ταὶ δὲ τρίζουσαι ἕποντο.

6. AEn. Maro reprehenditur in Hemiſtichio, *portúſque require Velinos*, vt apud Gel-
Cap. 16. li. 10. lium ſcriptum eſt, quòd multis poſtea annis Velia condita ſit: ſed excuſari poteſt ex vocabuli notatione & ſignificatione, quòd velinus ſit paluſtris. igitur perinde eſt ac ſi diceret, require portum paluſtrem, vbi meum
4. Georg. reperies cadauer. Velinus enim ab ἕλος deducitur. Ait Maro, *Et virides apio ripæ*. hîc ripę ſunt ἄνδηρα. Nam cùm hæc vox ripas ſignificet, etiam certam horti partem nominat, vt opinor coronas & ambitum & puluinum. In
In Veſpis. ambitu autē & coronis hortorum ſeri ſolet apium, ex quo Ariſtophanes,

Οὐδὲ μὴν οὐδ' ἐν σελίνῳ πȣ̃στιν οὐδ' ἐν πηγάνῳ.

Dicit eum nondum in apio eſſe, qui nondum in ingreſſu eſt, quòd in primis hortorum coronis ſeri ſoleat. ſi quis tamen ſimpliciter ripas audiat,
6. AEn. dijs bene iuuantibus faciat. ait Maro,

Plurimus Eridani per ſiluam voluitur amnis.

vt in cælo conſecrarunt Eridanum aſtrologi, ſic & in Elyſijs ponit eum campis Maro, vel cæleſtis illius Eridani imitatione, vel patriæ commen-
4. AEn. datione inductus, cùm ſit in Italia fluuiorum rex. Sic Catonem vmbris dare iura ſcripſit, ne Græci tantum exercendis inferorum iudicijs præfecti viderentur, intereſſe putans ad patriæ ornamentum & Catonis laudem, hominem Romanum illic iudicare.

6. AEn. *— quiq́ arma ſecuti*
Impia, nec veriti dominorum fallere dextras.

Id propter Menam, in quem & inuehitur Horatius, dictum videri poteſt, qui cùm eſſet libertus Sexti Pompeij, à patrono defecit, & ad Auguſtum prodita claſſe tranſijt. Quod igitur ſeruus fuiſſet Pompeiorum familiæ, dominum ab eo proditum poëta ſcripſit.

Frumentum, exta ollicoqua, exar, panus, eſſetur, thrion, orchitis, in Varrone. CAPVT II.

PLERIQVE admiratione quadam obſtupeſcunt, defixiq́ue hærent
Varro lib. 5. de ling. Lat. in veſtigio velut amentes inopeſq́ue conſilij, incredibile cenſentes quod
Nicander in Alexipharmac. à Varrone ſcribitur, rutam & radicem verba eſſe origine & domo Græca: ſed profectò mirari deſinent & ad ſe redibunt, ſi ῥυτὴν à Nicandro vſur-
Varro lib. 4. de ling. Lat. pari intellexerit & ῥάδικα: quanquam poſterius hoc verbum baculum & virgam in Nicandro ſignificat. Lego autem mox in Varrone, *braſica, vt præ*

vt præfica, quòd ex huius ſcapo minutatim præficatur. veteres prẹficare pro prẹſecare dicebant, quam ſcripturam flagitat analogia braſicæ. ſic in Rudente à Plauto ſcriptum eſt, *exicáſque arundinem.* mox fructum à ferendo de- [Plaut. Rudẽte sc. Et vos à voſtris.] ducit, antè videbatur à fruendo, niſi quis locum è loco caſtigandum putet: aut Varro libera quadam interpretandi licentia vtatur, & vnde commodum eſt, natales verborum repetat: locum hunc tamen non ſine labe & vitio eſſe credo, huncque in modum lego, *fructus à ferendo: res hæ, quas fundus, & hæ quæ in fundo ferunt, vt fruamur.* [Varro lib. 4. de ling. Lat.] Locus qui è veſtigio ſequitur, in excuſis exemplis ſanioſus eſt, & chironio vlcere fœdatus, quem tamen ſic perſanari poſſe librorum, non iſtorum formulariorum, ſed priſcorum medicina credo, *Etiam frumentum, quod ad exta ollicoqua ſolet addi ex mola, id eſt ſale & farre molito.* [Ibid.] vlcus ferè ſanatum eſſe è Feſto docere poſſumus. is [Feſtus li. 1.] enim, *aulicoqua*, inquit, *exta dicebant, quæ in aulis coquebantur, id eſt elixa.* Nam ſæpenumero torrebant. Maro, [2. Georg.]

Pinguiáque in verubus torrebimus exta colurnis.

In aruige hoſtia elixabant. Varro, *hæ ſunt quarum in ſacrificijs exta in olla, non in veru coquuntur.* hinc & olla extaris apud Plautum in Rudente, [Plaut. Rudẽte Sc. Et vos à voſtris.] & in antiquo lexico extar exponitur olla, vbi exta coquebantur: vt extalis ἀρχὸς, vt & hoc interea inſeram. lego mox, *cum aquæ ferunti inſipitur.* In vetere tamen lib. inſipatur reperio, vt diſſipatur & obſipatur. ſed inſipiat Cato dicit, [Cato c. 75.] & Feſtus inſipere interpretatur farinam iacere pulti. Lego continuò, [Feſtus li. 17.] *Panis, quòd primo figura faciebant, vt mulieres in lanificio panus: poſteaquam ei figuras facere inſtituerunt alias, à pane & faciendo panificium cœptum dici.* [Varro li. 4 de ling. Lat.] Panus in lanificio eſt tramẹ inuolucrum, quod tumet rotundumque eſt: à qua ſimilitudine panis eſt appellatus. ſed & panus tumor eſt inguinum. Reperio non longè in veteribus libris, quod lectoribus diiudicandũ relinquo, *niſi ab eo, quòd Græci* χρόνδω: mox, *tritum ex ſpicis.* Lego, *Nam id* μελίνη: eſt tamen alijs μελίνη panicum, milium κέγχρος: nonnulli μελίνην genus milij cenſent, quos ſequitur Varro. Lego deinceps, *libum, quòd vt libaretur, priuſquam eſſetur, erat coctum.* Ait libi partem primum ſolitos eſſe veteres libare, reliquum deinde comeſſe, atque ex eo à libatione nomen adeptum eſſe. Eſſetur igitur eſt comederetur. Lego mox, *à globo farinæ dilatato item in oleo cocti, dicti à globo, globi.* Lego mox antiquitatem ſecutus, non iſtorum recentium exemplarium nouitatem, *vt thrion & placenta.* thrion ab Athenienſibus iucundum quoddam edulium vocabatur, quod frondibus ficulnis, quæ θρία Græcè vocantur, inuoluebatur. Sunt & ἴτρια Græcis lagana, ſi quis fortè hoc loco ita legendum putet. Reperio & in veteribus li- [Ibid.] bris, *ab eo quòd pulmentum, vt* Plautus, *hinc pulmentariũ dictum. Hoc primum,* inquit, *debuit paſtoribus caſeus.* pereleganter ait caſeum hoc paſtoribus

 debuiſſe

debuisse, vt eorum esset pulmentarium, id est obsonium quod cum pulte vel pulmento comessent, vt cum pane obsonium edimus. Lego, *quæ minus cruda esse poterant, decoquebant in olla, ab olla olera dicta.* dicit autem quæ non poterant comesse cruda. Lego, *quod è terra erueretur, ruapa, vnde rapa.* Mox legendum, *olea grandis orchitis, quòd ea attico orche minor.* Nam orchitis etsi magna est, est tamen minor orche, olea quadam attica. Orchas etiam vocatur hæc, eiusq́; mentio est apud Maronem, & Festum his verbis, *Orchitis genus oleæ, ex Græco dictum* ὄρχεις, *quòd sit magnitudine instar testiculorum.* In antiquo lexico scribitur orchæ ἐλάαι ἐπιμήκεις. quidam hic antiquitus legunt.

Ibid. | Ibid. | 2. Georg. | Festus li. 13.

Metabus, Opis, Messapus, Atinas, Tiburtus, Halesus.

CAPVT III.

MVLTA antiquæ Italiæ nomina vetera suo poëmati inseruit Maro, vt morientem eorum memoriam renouaret. Camillæ patrem Metabum dicit fuisse, eumq́ue Priuerno pulsum profugisse. Metabus Metaponti conditor fuit, quam vrbem etiam barbari Metabum appellabant. Stephanus, μεταπόντιον, inquit, πόλις Ἰταλίας ἡ πρότερον σίρις, ἀπὸ μεταβοῦ τοῦ σισύφου τοῦ αἰόλου. τὸν γὰρ μετάποντον οἱ βάρβαροι μέταβον ἔλεγον. Cæterùm quod Metabum dicit profugum extorremq́ue fecisse ad Amasenum fluuium, videtur doctissimus poëta ex historia Pyrrhi regis Epirotarum sumpsisse: tantum poëtico iure ad prodigium fabulosius aliquanto reddisse. Puerum enim Pyrrhum seruare conantibus idem fluuij obex oppositus fuit: ac puer ægrè est traiectus, vixq́ue hostes sequentes contentissimo impetu præuenit. Vnam dicit doctissimus poëta Opim è sacra Dianæ caterua, opinor illam intelligens cateruam nympharũ, quas Diana ab Ioue patre petiuerit, cuius mentio est apud Callimachum,

Lib. 11. Æn. | ibid. | Ibid. | Callimachus in Artemin.

Δὸς δέ μοι ἑξήκοντα χορήτιδας ὠκεανίνας,
Πάσας εἰνέτεας, πάσας ἔτι παῖδας ἀμίτρους.

Sed & Opis nomen ex historia vel fabula depromptum est. Opis enim & Hecaerge & Loxo ex Hyperboreis, vel vt Callimachus scribit, ex Arimaspis, qui & Hyperboreis annumerãtur, Delum primitias ferentes peruenerunt. Callimachi carmina sunt,

Hymn. in Delon.

Πρῶταί τοι τάδ' ἔνεικαν ἀπὸ ξανθῶν ἀειμασπῶν
Οὖπίς τε Λοξώ τε, καὶ εὐαίων Ἑκαέργη.

Æn. 7. & 12. Messapus autem ille equorũ domitor, Græcus fuit Anthedonius, ex cuius nomine & in Bœotia prope Anthedonem mons messapius nomen inuenit. Is in Iapygiam Italiæ regionem è Græcia cùm demigrasset, regioni Messapiæ vocabulũ indidit. Quod si quis quo auctore freti ista scribamus, roget,

roget, is ſciat Strabonem lib. 9. auctoritatem non defugiturum: id & à Solino aliena etiam fide proditur. Sic enim ſcribit, *Licinio placet à Meſſapo Græco Meſſapiæ datam originem, verſam poſtmodum in nomen Calabriæ.* Meſſapum tamen imperaſſe Phaliſcis dicit Maro. *Fugit*, inquit Maro, *acer Atinas*. hunc Atinatem nomine vbis Atinæ vocauit, vt opinor: vnde Atinates populi. nominibus enim celebribus ſuum poëma diſtinguit. Strabo lib.9. Solinus cap.8. 11. AEn. 7. AEn.

Tum gemini fratres Tiburtia mœnia linquunt,
Fratris Tiburti dictam cognomine gentem,
Catilluſque acerque Coras Argiua iuuentus.

Catilli, qui Amphiarai filius erat, filij fuerunt Tiburtus, Catillus, & Coras. Tiburtus, qui idem & Tiburnus dicebatur, & Tiburi pro numine colebatur, cui etiam lucus erat ibi ſacratus ab Horatio memoratus, in quo & Tiburti lucus, & Tiburni reperitur in exemplaribus, vtrunque rectè, cùm heros ille duobus nominibus vocaretur: oppidum Tibur condiderat, vt ait hic Maro, & refert Solinus. Horatius tamen videtur exiſtimare Tibur à Catillo conditum fuiſſe, cùm Tibur mœnia Catili vocet: & Catonis ſententia fuit, eam vrbem poſitam à Catillo Arcade præfecto claſsis Euandri fuiſſe. *Curru*, inquit, *iungit Haleſus equos*. Haleſus Faliſcorum conditor fuit. Ouidius, Od.7.li.1. Maro 7. AEn. Solinus c.8. Od.18.lib.1. 7. AEn. Ouid.3.amor. elige.12.

Argiua eſt pompæ facies, Agamemnone cæſo,
Et ſcelus, & patrias fugit Haleſus opes.
Iámque pererratis profugus terráque maríque,
Mœnia fœlici condidit alta manu.
Ille ſuos docuit Iunonia ſacra Faliſcos:
Sint mihi, ſint populo ſemper amica ſuo.

Hæc, quorum mihi in mentem veniebat, pauca è multis adnotaui. ſcio enim, ſi quis in hoc ſtudium incumbat, multo plura apud diuinum poëtam eſſe reperturum: ſed nos iſta, vt comici verbo vtar, velut edecumaſſe ſatis habuimus.

Incubare, ſemina de cœlo decidua, ſtellæ errantes non ſunt in cœlo Stoicis. CAPVT IIII.

SI quis Plinianam lectionem ad veteres reuocet codices, & tanquam obſignatis tabellis agat, is reperiet legendum in eo eſſe, *infinitus & finito ſimilis*. cùm enim de amplitudine mundi diſſerat, in finitas quàm finitio & terminus ſententiæ commodius reſponderit. nec me decreta Ariſtotelis perturbant, ad quæ iſta quidam reuocare conantur. Nam ab Ariſtotele non rarò Plinius recedit. itaque quantúmvis ille neceſſarijs & pugnacibus cap.1.li.2.

 aggreſſi-

aggreſſionibus infinitatem euertat: Plinium tamen in ſententiam non perduxit ſuam. quid quod *aut ſi vna omnes incubarent*: non, vt inoleuit, *incubaret*, vno conſenſu in exemplaribus ſcriptis reperimus? quod & medius fidius non arbitror expungendum, vt ſit, ſi vna continerentur natura, & tanquam in vna natura cubarent. Quod autem Plinius ait: *Quaſi non eadem quæſtione ſemper in termino cogitationis occurſura, deſiderio finis alicuius*: hanc ſententiam continet, proinde quaſi cogitatio quicquam complectatur infinitum, cùm finẽ & oram deſideret ſemper, vt ea quæſtio ſit in termino & fine ſemper occurſura. Veterum quorundam opinio fuit omnium rerum & animaliũ ſemina de cælo delabi, qua ex ſententia ſcripſit Plinius, *Quoniam inde deciduis rerum omnium ſeminibus innumeræ in mari præcipuè, ac plerunque confuſis monſtrificæ gignantur effigies.* Et initio lib. 9. *in mari autem tam latè ſupino molliq́ue ac fertili accremento accipiente cauſas genitales è ſublimi, ſempérque pariente natura, pleraq́; etiam monſtrifica reperiuntur, perplexis, & in ſemet aliter atque aliter, nunc flatu nunc fluctu, conuolutis ſeminibus, atq; principijs.* De cælo tamen quicquam cadere in iſtam terrarum orbis & maris plagam, præter calorẽ & lumen, non facilè crediderim. Iam & fiducia veterum macrocolorum lego, *eadémque ex omnibus necti, & eidem omnia innecti.* cùm enim tellus ligata nexaque ab omnibus ſit, ea etiam viciſſim ei colligata & innexa dicit. ergo innecti aliquanto melius eſt, quàm inniti: etſi hoc à me non exdecuriatur. Non putat in cælo eſſe Plinius ſeptem errones, ſed citra cęlum in aëre pendere: quam opinor Stoicorum fuiſſe ſententiam. Solem principale regimen naturæ cùm dicit, τὸ ἡγεμονικὸν intelligit: quod quidem id eſt, quod in re quaque principatum dominatumq́ue habet, vt in bellua appetitus, in homine mens & ratio, in rerum natura, vt Plinio videtur, Sol. Quod homines dicit Genios & Iunones ſibi adoptare, ita intelligendum eſt, vt Genius virorum ſit, Iuno Mulierum. ea numina ſibi quiſque priuatim peculiaria adſciſcebat, eorumq́ue tutelæ ſe commiſſum & creditum putabat. *Deus eſt*, inquit, *mortali iuuare mortalem.* rerum naturæ numen eſt Sol, aut deus is qui totus ſenſus eſt, totus auditus, totus mens, effigiemq́ue & formam nullam habet, vt diſſeruit: ſed mortali ille deus eſt, à quo iuuatur, & beneficijs augetur. *Alij in ipſo Capitolio fallunt & fulminantem peierant Iouem*: vt ſanctiora eſſent pacta conuenta, ſi quando iuriſiurandi religio interponenda erat, interdum in ipſo Capitolio fiebat, velut præſente & audiente deo, qui telum triſulcum in periuros gerere cenſebatur. Quod autem ſcribit Plinius, ſidera exiſtimare vulgus ſingula nobis attributa, ex hac vulgi opinione, quam poëtæ plerunq́ue ſectantur, nec errores tantum ipſi libenter ſerere, ſed etiam ſatos fouere & propagare ſolent, Papinius ſcripſit,

Marginal notes (in order): Ibid. — Ibid. — Cap. 3. li. 2. — Cap. 2. li. 9. — Cap. 5. li. 2. — Cap. 6. li. 2. — Cap. 7. li. 2. — Ibid. — Ibid. — Ibid. — Statius li. 1. ſilua 1.

Perpe-

Perpetuis frænis, atque vni ſeruiet aſtro. Iterum,
— vna locum ceruix dabit omnibus aſtris.

Hoc tamen etiam adulatoriè dictum eſt à poëta, deos Domitiani propinquos eſſe: & Domitianum fore aſſentatorio blandimento cantatum.

Abuſus, eludere, alludere, deludere, diludia.
CAPVT V.

SALTVATIM, quædam è Ciceronis Topicis collecta hîc ſubnotabimus. de agro compaſcuo quod ait, ex eo pendet, quod in colonijs genus quoddam ſubſeciuorum vel ab aſſignatore vel à vicinis interdum relinquebatur, ad pecus communiter compaſcendum, vt è Flacco Siculo intelligimus. Cùm vſum dicit, non abuſum legatum, nomen abuſus in conſumptione ponit. Eſt enim abuti rem conſumere. Plautus Aſinaria, *vbi quæ dedi? abuſa*: ſic abuti operam Terentius, pro conſumere dixit: vt ante eſt à me obſeruatum, & nunc repetitum, vt pleraque. non enim fieri poteſt, quin cùm hanc varietatem ſectemur, & per auctores erremus, plæraque ſæpius vel de induſtria vel inuiti vel obliti repetamus, & velut pridianos cibos reponamus. *Si,* inquit Cicero, *paterfamilias vxori ancillarum vſumfructum à filio, neque à ſecundo hærede legauit, mortuo filio mulier vſumfructum non amittet.* his è regione contraria in oratione pro Cluentio ſcribit, vt ius eo tempore nondum ſatis conſtitutum & conſtabilitum fuiſſe, ſed nutaſſe & variaſſe inter diuerſas Iuriſconſultorum ſententias ſciamus. Eius porrò verba ex ea oratione ſunt iſta: *Itaque & teſtamento legauit grandem pecuniam à filio, ſi qui natus eſſet: à ſecundo hærede nihil legat.* Fortaſſe etiam nominatim diſerteque perſcriptum in teſtamenti tabulis hoc erat, ei à ſecundo hærede nihil legari, non item in Topicorum ſpecie. Quod in ambitu ædium ſcribit ex ſententia Scæuolæ Cicero, *quoad parietis communis tegendi cauſa tectum proijceretur, ex quo in tectum eius, ædes qui protexiſſet, aqua deflueret:* intelligendum videtur de eo tecto, quod parieti communi ita impoſitum eſt, vt deuexum ſit in impluuium eius, qui protexit. Nam ſi ita imponeretur, vt in vicinum deuexum eſſet, ſeruiret vicinus, aquamque exciperet, quod æquum non eſſet. hoc genus protectorum ſimile eſt appendicibus à Gallis appellatis. ita fit vt pluuia cadat in tectum eius, qui protexit, id eſt, in illam deuexitatem protecti eius, non in tectum vicini, ſi forte ex altera parte & ipſe vicinus tectum impoſuit parieti communi. Conformatio inſignita in intelligentia, eſt ſpecies & forma in animo impreſſa, & quoddam ſimulachrum. *Littus,* inquit, *definiebat Aquilius, qua fluctus eluderet.* eludere de gladiatoribus dicitur, qui gladios armaque ſua ventilant,

Cic. in Topicis.
Sic. Flaccus de condit. agror.
Aſinaria sc. vnum ipſorũ.
In Andriæ prologo.
Cic. in Topic.
Cic. pro Cluẽt.
Cic. in Topic.
Ibid.

vt & reciprocus fluctus in littore videtur lusitare alterno accessu recessúque. eludere etiam dicuntur gladiatores, cùm aduersario victo arma mouent victoria læti. at delusisse dicuntur, cùm, vt in digladiando fit, aliquod membrum luxarunt, aut læserunt, vt iam ludere non possint: aut cùm caussarij facti sunt, vt interquiescere cogantur, nec spectaculum sui dare possint. [Cap.27.li.36.] Plinius, *Luxatis potus medetur, vt licet videre gladiatores, cùm deluserunt, hac iuuari potione.* At diludia interualla sunt & intermissiones ludendi, vt [Epist.19.li.1.] apud Horatium, *— diludia posco.* Aqua autem non tantum eludit, sed etiam alludit: Ouidius, [Metamorph. 4.]

Huc it, & hinc illuc, & in alludentibus vndis
Summa pedum, talóque tenus vestigia tingit.

Equa quæ frænos recipere solet, est equa domita, in qua ius est postliminij. sic apud Maronem de domitis leonibus Cybeles,

— biiugique ad fræna leones.

[Cic.in Topic.] Cùm autem de inductione loquitur, ἐπαγωγὴ melius, quàm παραγωγὴ legi censerem. in argumentationibus antecedentium & consequentium repugnantiúmque, primum vocat, quod ἡγούμενον appellabant, annexū quod ἑπόμενον, connexum quod συνημμένον. denique totam illam argumentandi rationem è Stoicorum commentarijs interpretatam reperiet diligens lector apud Laërtium in Zenone. [Laërtius in Zenone.] Nam & Cicero Stoicorum fatetur esse, quos dialecticos appellat, vt Peripateticorum, quæ de definitione præcipit, quos veteres vocat, cùm Stoici noui philosophi veteri sectæ succreuerint. [Cic.in Topic.] cumque scribit, *in quo est ferè dialectica tota*, id de dialectica Stoicorum intelligendum, quæ iu ijs generibus conclusionum tota penè consumebatur.

Tergus, proficiæ, magmentarium, mactea, pannuellium, Varro emendatur. CAPVT VI.

NON definam Varroni molestus esse, eiusque vulnera vlcerare, aut [Varro lib. 4. de ling.Lat.] cicatrices obductas rumpere & aperire. inuitus tamen, qui sanandi potius animo malum eius attingam quàm lædendi. Emendo igitur, *& vt crudum nimium habet humoris.* Mox, *Tegus suis, ab eo quòd tegit, vt perna à pede, sueris à nomine eius: offula, ab offa minimæ sueræ.* Apparet è deriuatione Varronis veteres non tantum tergus, sed etiam tegus dixisse. Certè apud Plau- [Plaut. Captiueis sc. illic hinc.] tum in Captiuis hic versus trochaicus tegoribus postulat,

Dij immortales, vt ego callos detruncabo tegoribus,

[Cato de re rustic.ca.62.] Attamen si in Varrone tergus placet, detracta litera deductio eius fiet. Iam sueris pro suis dixerunt veteres, & bouerum pro boum. Cato, *quot iuga*

iuga bouerum? fuera quoque eſt ſuilla caro priſca voce. Vt autem inficium eſt quod infectum, id eſt infecta caro: ſic proficium profectum: ſed & proficias dicebant. Arnobius, *Quod ſi omnes has partes, quas proficias dici-* Arnob. lib. 7. *mus, accipere dij amant.* præſicias enim, quod in eo ſcribitur, vitioſum & aduerſ. gent. improbandum puto. Quiddam ex antiquo codice ſubſcribam, quod haud ſcio quam vendibile futurum ſit, eius æſtimationem & indicaturam arbitrio lectoris relinquo. *murtatum à murta, quòd ea large fartis. Quod fartum inteſtinum craſſum Lucanicam dicunt.* Exponi commodè poſſet, quòd murta large & affatim fartis & farciminibus ſolet addi. Nam multa farta vel farcimina mox enumerat lucanicam, fundulum, longanonem. Lucanica porrò eſt, vt in antiquo reperio lexico, ἀλλάντιον. Libet & locum Arnobij de Ibid. his farciminibus adponere. *Quid inquam ſibi volunt apexabo, inficia, ſilicernium, longauo? quæ ſunt nomina & farciminum genera hirquino alia ſanguine, comminutis alia inculcata pulmonibus.* Reperio mox τυφλοέντερον vno verbo, Varro li. 4. de & licet ſic iungere, vel diuidere in duas voces τυφλὸν ἔντερον. Mox reperio, ling. Lat. *longano, quòd longius, quàm duo illa.* ſcribitur variè hoc nomen, longano, lon- Ibid. gabo, longauo, longao etiam ſæpe apud Cęlium Aurelianum. Lego mox: Ibid. *augmentum, quod ex immolata hoſtia,* & mox *in iecore imponendo augendi cauſa.* Ita enim loquuntur libri certiſſimæ fidei, & Arnobius appellat, *inficium* Arnob. lib. 7. *ſolum, omentum ſolum, augmentorum adijciatur in cauſam.* Quod inde ſequitur mox, incorruptum ſincerumque non eſt, nos eius vitium ſarcire conabimur, vbi antiquitatē ſcripturæ repræſentauerimus. *Itaque propter hoc men-* Varro lib. 4. *tarea fana conſtituta ſunt certis locis, quo id imponeretur.* Ego magmentaria le- de ling. Lat. gendum puto. Sunt autem magmentaria fana, vaſa ſacra, quibus magmenta & exta ſacra impoſita aræ inferebantur. itaque libentiſſimè magmentarium, ἐφ' οὗ τὰ σπλάγχνα ἀναπιθέμενα τοῖς βωμοῖς προσφέρονται. Cæterùm in vetere inſcriptione magnentum ſcribitur, vt in multis editionibus Varronis, Feſto magmenti auctoritatem tuente. verba inſcriptionis, SI QVIS HIC HOSTIA SACRVM FAXIT, QVOD MAGNENTVM NE PROTOLLET, IDCIRCO TAMEN PROBE FACTVM ESTO. In Arnobio Arnob. li. 7. etiam magmentum ſcribitur, *non magmenta, non augmina, non mille ſpecies.* Lego deinceps, *mactea ab eo quòd Græci μακτύαι.* Macteæ etiam à Suetonio vocantur in Caligula ſcribente, *& multis venenatas macteas miſit.* Ab Cap. 38. Arnobio, *fruſtilla hæc paruula pro ſuauibus macteolis ſumunt.* Mactya in Mar- Arnob. lib. 7. tiale ſcribitur Græcorum more. hoc nomine, vt ait Athenæus, omne ſci- Martialis lib. tamentum, & omnis cupedia iucundumque & pretioſum edulium cenſe- 10. epigr. 59. tur, cùm tamen initio eſſet quædam maza. Itaque vtriuſque eſt eadem ori- Athenæus lib. 14. go. Lego non longè hinc, *ſubtemen quòd ſubſit ſtamini:* Item, *trama, quòd* Varro lib. 4. *trameat frigus id genus veſtimenti.* trameat enim ad originem propter ſoni de ling. Lat.

affini-

affinitatem exiſtimo quam tranat accommodatius. Lego, *vbi ea fecit, panuellium, dictum à panno & voluendo filo.* Eſt igitur panuellium, vt declaratur in lexico antiquo, πηνίον, radius ſcilicet, aut fuſus, cui filum inuoluitur.

Flauus Tiberis, piceus ſudor, thebana mater, hyæna.

CAPVT VII.

CVM Tiberim conſtet albicantes habere aquas, ex eoque Albulam olim vocatum fuiſſe, non indignum eſſe quæſitu videatur, cur eum flauum
9.AEn. Maro appellarit libro 9. ſic ſcribens,

— ille ſuo cum gurgite flauo Accepit venientem.

in quo non tam attendendam vocabuli vim quidam cenſent, quàm tranſumptionem exiſtimandam. cùm enim homines flaui pulchri videantur, ex eo dicunt factum eſſe, vt flauus pulchrum ſignificet, qua notione hîc
Catull. ad Iunam. accipiendum eſſe, vt & apud Catullum,

Flauus quam molli præcurrit flumine Mella.

Sed & Heſychius doctiſſimus nomenclator ξανθὸν flauum, & pulchrum e-
7.AEn. tiam interpretatur. Verius ſit tamen ob arenam ita vocari, vt apud Maronem, *— & multa flauus arena.* Horatius,

Od.2. li.1. *Vidimus flauum Tiberin retortis.* Item,

Od.3. li.2. *Villáque flauus quam Tiberis lauit.*

9.AEn. Illud quoque quærendum videtur, cur piceum ſudorẽ eodem loco Maro dixerit,

— tum toto corpore ſudor
Liquitur, & piceum, nec reſpirare poteſtas,
Flumen agit.

Flumen enim illud ſudor eſt. ego hîc per tranſumptionem interpretor piceum, nigrum, & ex eo multum. multus enim humor nigricat, qui paucus pellucet & limpidus eſt. Vmbo autem, quo paulò antè vocabulo Maro vtitur, de Græco deflexum eſt, mutata leuiter ſignificatione. Nam ἄμβων Græca dictio eſt. Atrum porro timorem dicit per metalepſin etiam fœdum turpem, moleſtum, odioſum.

Ibid. *Immiſitque fugam Teucris atrumque timorem.*

ex eo, vt opinor, quòd atra quæ ſunt, inauſpicata & funeſta & iniucunda erant. ſic Flaccus,

Od.11. li.4. *— minuentur atræ Carmine curæ:*

Inuiſæ, odioſæ, moleſtæ. alio loco,

Od.1. li.3. *Poſt equitem ſedet atra cura,*

id eſt moleſta. &, *— at ſimul atras ventum eſt Eſquilias,*

Saty.6. li.2. id eſt odioſas mihi, & moleſtas ob negotia. ſic, *atrum*

Deſi

Desinat in piscem mulier formosa supernè De arte poët.

dixit, pro turpi, & fœdo. Illud autem,

Et lætum socijs abluta cæde remisit

Maro ait, quòd homines cæde contaminati aqua se abluere & purificare 9. AEn. solerent, & Romanis post victorias de hoste partas exercitum ad expiandam cædem lustrare solemne erat. Cæterum, *Thebana de matre nothum Sarpedonis*, Ibid. quod scribit non de matre Græca, sed Asiana accipiendum reor: cùm in Cilicia Thebæ essent. In eo autem versu, Ibid.

Quos Iouis eduxit luco siluestris hiera,

Non satis perspicio quæ sit ratio syllabæ in postremo verbo, in quo contra naturam videtur media tendi: & cùm nescio quod hîc miraculum latere subodorer, parum abest quin, quemadmodum legimus à cerua, cane, lupa, quosdam nutritos, sic à siluestri hyæna educatos esse suspicer. Certè in hanc coniecturam tam prono labor animo, vt tametsi temerariam sententiam, tamen more hominum incontinentis linguæ, eam apud me premere continereque non potuerim, coactusque sim huic chartæ eam mandare: etsi vix spero eam commendari posse approbarique hominibus doctis. Sanctissimè autem & religiosissimè colebatur à Troianis Iuppiter cognomento Idęus, & apud Homerum Iudpiter ἴδηθεν μεδέων sæpenumero dicitur & inuocatur: ei lucus erat in Ida monte, vbi educati fuerant Pandarus & Bitias, & templum habebat ibi in alto Gargaro.

Suadela, venustus, inuenustus, rex Cappadocum, Horatius explicatur. CAPVT VIII.

NVLLA re homines melius commendari hominum opinioni quàm diuitijs, & facilius vxorem dotatam & fidem amicosq; comparare, quàm si copiosi & locupletes nummatique sint, cùm declararet Horatius, sic Epist. 6. li. 1. scripsit,

Scilicet vxorem cum dote, fidemque & amicos
Et genus, & formam regina pecunia donat:
Et bene nummatum decorat Suadela Venusque.

In quo cur Suadelæ & Veneris mentionem fecerit, in quæstionem venire potest: quod, vt enucleem, arbitror ab eo factum, quia nuptiarum mentionem induxerat, quibus Venus & Suadela præsunt: quod è meo quidem penu non depromptum est, sed ex instructissimo cellario Plutarchi ita scribentis, ἢ ὅτι πέντε δεῖσθαι θεῶν τοὺς γαμοῦντας οἴονται, διὸς τελείου, καὶ ἥρας τελείας, καὶ ἀφροδίτης, καὶ πειθοῦς, ἐπὶ πᾶσι δ' ἀρτέμιδος. Plutarchus in Problemat. Phurnurus etiam scribit, assidere Veneri Gratias, Suadelam, Mercurium, quòd Suadela oratione & gratia ama- Phurnutus li. de nat. deor. c. de Venere.

tores

tores pelliciat. Qui igitur nummatus eſt, eum, inquit, decorat Suadela & Venus, eaſque propitias habet & faciles; vt vxorem cum grandi dote facilè inueniat, cùm omnibus placeat gratuſque ſit. Itaque quia Venus conciliare gratiam videtur, cui in amoribus ex ſententia ſuccedit, venuſtatis plenus dicitur, cui non ſuccedit ex voto, inuenuſtus dicitur, vt Pamphilus in Andria loquitur de nuptijs, quas non optabat, quæ eum à Glycerio diſtraherent, sc.5.act.1.

Adeon' hominem eſſe inuenuſtum aut infelicem quenquam, vt ego ſum?

sc.act.5. Et Pamphilus alter in Hecyra, cui optata inſperatò euenerant de vxore,

Quis me eſt fortunatior? venuſtatiſque adeo plenior?

Epiſt.6.li.1. Cæterum in eadem Horatij epiſtola,

Quid maris extremos Arabas ditantis & Indos?

de gemmis, & vnionibus intelligo, quorũ pretioſiſſimus erat cenſus ex India & Arabia. quod ſi quis merces Indicas, & Arabiæ aromata, quæ maritimis aduehebantur curſibus accipiat, cum eo non litigabo: tantum dicam, littorales gemmas & vniones maris potius diuitias videri, quàm quæ mari importantur mercimonia. Delitiæ autem Romanę quantopere margaritas deperirent iniuria quærit, qui Latinos libros euoluit. At verò, *Qui timet his aduerſa*, valet, qui timet paupertatem & exploſionem & ſibilos in theatro, & inhonoratus eſſe, miratur diuitias, plauſum, ambitionem & honores. Iam illud, Horat. epiſt. 6.lib.1.

Ibid. *Improuiſa ſimul ſpecies exterret vtrumque,*

cùm ait, eos qui cupiunt & metuunt dicit perturbatione agitari, ex improuiſa ſpecie nata, quæ Cyrenaicorum philoſophorum ſententia fuit: perturbationes naſci ex inopinatis & inſperatis bonis maliſque, vt auctor eſt Cicero in 2. Tuſc. Rex autem Cappadocum, mango eſt & venalitiarius, qui mancipiorum greges venalium habet, vt apud Perſium, Ibid.

Saty.6. *Cappadoces rigida pingues pauiſſe cataſta.*

Qui quidem eget æris, eoq; ſeruitia veterana & nouitia vendit: vel potius ait venalitiariòs, qui ſeruitio abundant, ferè parum nummatos eſſe, nec ei qui pecunioſus velit eſſe, hoc genus quæſtus eſſe ſectandum, quem quidem ſenſum veriorẽ & congruentiorem iudico. non longè abieris, trans pondera dextram porrigere, negotium exhibebit. opinor autem dici, ſi quis honorum ambitioſus ſit, debere ſeruum nomenclatorem comparare, qui dum prætererunt plauſtra & ſarraca onuſta grandibus ſaxis & magnis trabibus, cogat magno cum periculo manum trans ea tranſmittere ad eum prenſandum ſuffragatorem, qui in aliqua tribu ſit gratioſus. Sed verius tamen eſt hic porrigere manum, eſſe ſalutare: ſed porrectio illa periculoſa eſt, ponderibus ſaxorum & materiæ in pauſtris prætereuntibus. Epiſt.6.li.1.

Vmbo,

Vmbo, tubi, varicare, cilliba, cillibantum, anglones, lauatrina, trulla, matellio, nanus, barbatus, magida, cyliceum, Varro emendatus. CAPVT IX.

HOC quoque caput multum antiquo Varronis exemplari debebit, è quo multa deſcribet: an autem qui legent debituri ſint, è rerum merito æſtimabunt: nec enim magnopere hæc vendito vel oſtento. Scribo igitur, *ſcutum à ſectura, vt ſectum, quòd à minutie confectum ſit tabellis.* hæc profectò ſcriptura eſt aliquanto enodatior, quàm vulgaris & promiſcua. *Varro li. 4. de ling. Lat.* Deinceps lego, *Vmbones, à Græco, videlicet quòd ambones.* Sic emendaui, quod *aut* in exemplari veteri non reperiſſem, neque deſiderari ſenſiſſem. Illud niſi fallor egregiè ſcriptum eſt in libris, qui publico carent, *Similiter quod ſit ab homine pilum, qui hoſtem feriret, vt pilum.* Dici pilum cenſet, quòd vt pilo in mortario aliquid feritur & tunditur, ita hoſtis feriatur. Non deeſt qui, *ab omine*, ſcribat. In enucleatione loricæ, quæ tanquã lorita dicta eſt, vt lingulaca tanquã lingulata, ſcriptura vetus partim plena eſt, partim confuſa. Apertè enim ſcribitur, *poſtea ſubcidit.* Vox proxima eſt obſcurior. Cæterũ, *Galli è ferro*, nullo modo mihi probatur. Quo enim pacto togatorũ doctiſſimus ignorare potuit priſcos Gallos nudo ferè corpore & inermi prælia ſolitos inire? & multis antè ſeculis in Gręcia loricas ferreas fuiſſe, cùm tam ſæpe Græcos, χαλκοχίτωνας Homerus appellet? Lego igitur, *poſtea ſuccidit, quòd alia è ferro ſubijt vocabulũ ex annulis ferrea tunica.* At cùm ait, *quos etiam nunc ita appellant tubicines ſacrorũ*, ſignificat à ſacrorum tubicinibus tubas appellari tubos. Mox cùm ait, *quòd ea varicare nemo poſſet*, intelligit nemo poſſe tranſire & tranſcendere. Vetus lexicon, varicat, ὑπερβαίνει exponit. Varicari alij legunt eodẽ ſenſu. Vetus liber, *menſam eſcariã cillibam appellabãt.* Pompeius, *cillibæ nenſæ erant rotundæ.* hîc tamen cibilã edunt, quòd eam à cibo dictam Varro autumet: *Feſtus li. 3.* quaſi verò non literæ & ſyllabæ tractentur & traijciantur ſæpenumero, vt antè ipſemet dixit. Erãt & menſæ triangulę, quas anglones Næuius vocabat. Vetus lexicon anglones, τράπεζαι τρίγωνοι, ὡς καὶ βίος. Sunt & apud Gręcos κιλλίβαντες velut menſæ tripedes & machinæ, vnde cilliba potius deducta videretur. Trulla autẽ dicitur à trua, quaſi truola per diminutionẽ. Trulla vas potorium erat, trua vas aquarium, quo è culina aquam calefactam in lauatrinam, id eſt domeſticum balneum fundebant. Lego igitur, *vt truola, hinc trulla: truæ quæ è culina.* Lego mox, *ab eodem eſt appellatũ trulleum. ſimile enim figura, niſi quòd latius eſt, quod concipit aquam, & quòd manubrium cauum non eſt, niſi in vinaria trulla. acceſſit matellio.* *Varro lib. 4. de ling. Lat.* Hîc diſtinguit trulleum à trulla, quòd quanuis trulleum ſimile ſit trullæ,

tamen ſit latius & capacius, & vas aquarium, trulla vinaria: diſtinguit & manubrio. *Ibid.* Lego, *à matula dictus, qui poſtea quam longius à figura matulæ diſceßit, eſt ab aqua aqualis dictus.* Ex hac ſcriptura eſt facile intellectu quod vas apud antiquos matellio fuerit, cui rei ſeruierit. Eſt & aquimanile vel aquiminale vas, quod, vt reperio, Græci χέρνιβον vocant. Mox reperio & laudo, *Ibid.* *vas aquarium vocant futim.* Lego deinceps è Pompeio, *quo poſtea acceßit nanus cum Græco nomine, & cum Latina figura barbatus.* Nam Pompeius ait nanum à Gręcis vas aquarium appellari humile & concauum, quod à Latinis vulgò diceretur ſitulus barbatus. Et in antiquo lexico ita ſcribitur, *barbatus,* νάννος τὸ σκεῦος. Lego, *vbi aſſa ponebant magidam aut langulam:* magis à Polluce nominatur ita ſcribente, *Pollux lib. 6. c. 12.* αἱ δὲ ἐπιτιθέμεναι καὶ αἱ ῥόμεναι τράπεζαι, ἃς νῦν μαγίδας καλοῦσιν. In catino igitur ponebantur iurulenta, & pulmenta, in lance aſſa. Lego mox, *Menſa vinaria rotunda nominabatur cilibantum.* In vetere tamen libro extat cilibanum. Deducerem à Gręco libentius, quòd, vt dixi, κιλλίβαντας vocent tripodes in quibus milites fatigati reponebant ſcuta. Ariſtophanes, τοὺς κιλλίβαντας οἶσε παῖ τῆς ἀσπίδος. Sed & menſæ tripedes ſic vocabantur. *Varro li. 4. de ling. Lat.* cùm autem Varro *à cyliceo* dicit, eo nomine intelligo repoſitorium poculorum, quod Græcè κυλικεῖον dicitur, vt ſcribit Athenæus: *Athenæus lib. 11.* vetus Lexicon vaſarium κυλικεῖον exponit. Lego igitur, *à poculo cylice: à quo illa capis & minores capulæ, à capiendo.* Illam enim menſam à poculo cylice nomen habuiſſe dicit: deinde vnde capis dicatur exponit.

Menis, cornua librorum, ſepulchrum voce vocantis.

CAPVT X.

VETERES, vt in calce librorum coronidem adpingebant, ita, vt ſuſpicor, in fronte lunulam ad ornatum deſignabant. huius ſuſpicionis cauſam nobis Auſonius præbet ita ſcribens,

In cõmemorat. profeß. Burdigalenſ. 26.

Quos legis à prima deductos menide libri,
Doctores patriæ ſcio fuiſſe meæ.

Menis autem lunula eſt, quæ cùm corniculata ſit, idcirco & cornua Latini ea ornamenta librorum vocauēre. *Eleg. 1. lib. 3.* Tibullus,

Atque inter geminas pingantur cornua frontes. Onidius, *Faſt. 1.*

Candida nec nigra cornua fronte geras.

Epigr. 108. Sed & in fine cornua ponebantur, vt ex 11. Martialis conſtat. Idem lepidiſſimus poëta Auſonius *Epiſt. ad Theonem.* Charinos vocant nummos vel ſtateres aureos, à Charino imperatore ſignatos. Nam vt Philippi nomen habebant ſolidi aurei à Philippo percuſſi: ſic conſentaneum eſt qui forma Charini ſignati ſunt, vt Charini nomen habeant. ſed è chartis Auſonij nomē illud penè fugit litteratura antiquitate ferè conſumpta, *Ergo*, inquit, *aut prædictos iam*

nunc reſcribe Charinos. Sed cùm in Græcia Philippi ſtateres & Darici celebratiſſimi fuerint, & paulò antè dixerit,

Biſſeptem rutilos regale numiſma Philippos. Epiſt. ad Theonem.

reſcribe Darios neſcio quo animi augurio & ariolatione legendum libétius videor ſomniare, vt & mox.

Aut alios à me totidem dabo.

Qua in ſententia eſt & Pithœus eruditiſſimus fori patronus. Imo verò vt euigilaui, torporemque ſomnij diſcuſſi velut nebula diſcedente, clara iam luce, *reſcribito nummos*, legendum indubitanter exiſtimaui: quod & affirmare non verebor, ſi qui meæ ſententiæ album calculum addat, doctum aliquem inuenero; cum *ntos* eſſe nos: id eſt nummos breui nota ſcriptos crediderim. idem cùm ait,

—tabulam medico pugnante notatam, Ibid.

arbitror eum dicere, tabellas cautionis, & ſyngrapham manu inuita exaratam fuiſſe & repugnantibus digitis, quorum vnum nominat medicũ vocatum. Sed quidnam eſt? *Expoſitum ſubter paradas tectóque iacentem.* legendum aliquando credidi, *paſtadas expoſitum ſubter*, id eſt ſub quadam ipſius nauis ſcena & vmbraculo: placet tamen, *expoſitum ſubterpardas*, id eſt ſub belluatis iacentem & Babylonicis peripetaſmatis. Pardas autem fœminino genere pantheras & pardos intellexit. Sed cùm in vetere lexico repererim paradam eſſe lapatium, fortaſſe inde textum vmbraculum intellexit, vel peripetaſma, hac herba diſtinctum atque variatum: ſolent enim herbæ eis intexi: pardos legat etiam qui volet. Lego in ea epiſtola, *vnus Domnotoni te è littore*: & in proximo epigrammate, *Vnius maſſæ quis putet has ſpecies?* Idem poëta conſuetudinẽ manes mortuorum ad tumulum vocandi commemorans, & qui ſepulchro carebant, nomen ciendo velut humandi, Maronem illuſtrat lib. 3. Æneid. ſic ſcribentem, 3. Aen.

—animamque ſepulchro
Condimus, & magna ſupremum voce ciemus. Et lib. 6.

Tunc egomet tumulum Rhetæo littore inanem 6. Aen.
Conſtitui, & magna manes ter voce vocaui.

Iuuat illuſtratores verſus Auſonij iſtis adiungere, vt vatem vatis interpretem intelligamus eſſe, nec eos malè operam ponere, qui ex antiquis antiquorum explicationes venantur: In Parentalibus.

Hoc ſatis & tumulis, ſatis & telluris egenis:
Voce ciere animas, funeris inſtar habet.
Gaudent compoſiti cineres ſua nomina dici:
Frontibus hoc ſcriptis & monumenta iubent.
Ille etiam mœſti cùm defuit vrna ſepulchri:

Nomine ter dicto penè sepultus erit.

In Her. tumul. 13. Iterum, de Deiphobo,

Non habeo tumulum, nisi quem mihi voce vocantis
Et pius Æneas & Maro composuit.

Ex eodem Ausonio conijcimus fritillum turriculam fuisse cauam gradus intus excisos habentem, vt incertior & minus fallax minusque artificiosus esset iactus tesserarum, néue aleator collusorem fallere posset. πύξις exponitur à vetere critico.

In cōmemor. profess. Burdig.

Vidimus (inquit) *& quondam tabulæ certamine longo,*
Omnes qui fuerant enumerasse bolos:
Alternis vicibus quos præcipitante rotatu,
Fundunt excisi per caua buxa gradus:
Narrantem fido per singula puncta recursu,
Quæ data per longas, quæ reuocata moras.

Licebat autem ex ijs, quæ iecerant, liberè quædam reuocare, & reliqua dare, in quo ars erat: ita arte quod malè ceciderat, corrigebant.

Tollere natos, nouus orbis, Itargus, positus, euersi fasces, euersa pharetra, matutus, laurea in templis deposita.

CAPVT XI.

SOLEBANT patres liberos, simul ac nati erant, è terra tollere: vnde & tollendi vocabulum de liberis frequenter vsurpatum existimo natum: qui autem non tollebatur, vt abdicatus & proiectitius habebatur, idque vt inominatum & inauspicatum erat. Papinius infantem seruum, quem charissimum habuit, & libertate donauit ante mortem, qua decessit acerba, sustulisse se dicit, sic scribens,

Papinius li. I. epicedio in filium.

— meus ille meus: tellure cadentem Excepi.

Ouid. in Ibin. Ouidius autem cùm dicit in Ibin,

Cyniphiam fœdo corpore pressit humum.

natum significat. humi enim, qui nati erant deponebantur, vt & ille superior Papinij locus satis planum facit, & nominatim dicit Tertullianus, cuius verba subscribam, *dum prima etiam constitutio infantis super terram statim edeæ sacrum est.* Antè recordor me scripsisse Proserpinam etiam Iunonem infernam vocatam fuisse: dicitur & Diana inferna, propter Hecatem, vt reor, quæ etiam Diana est & Proserpina: vnde,

4. AEn. *Tergeminámque Hecatem, tria virginis ora Dianæ.* legimus.

Papin. epicedio in patrem li. 5. filuar. scripsit enim idem Papinius,

Detulit infernæ vates longæua Dianæ,

Procul-

Proculdubio Proſerpinam intelligens. Cinctutos lupercos in Ouidio explicauimus & è Plutarcho: noſtræ fauet ſententiæ carmen Papinij quod ſubſcribam, *Ibid.*

Verbera ſuccincti formidauêre luperci.

Nam quos ille cinctutos, hic ſuccinctos appellat. Toga virilis, quæ & pura dicebatur, quòd purpura careret, candida erat, vt è Papinij verſu liquet, *Papinius li. 5. ſiluarum Criſpinũ ad protreptico 9.*

— albentíque humeros induxit amictu.

Sic & clypei tironum, vt, *parmáque inglorius alba.* Vt Americam nouum orbem appellare ſolemus, ita Auguſti imperio Germania Romanis armis penetrata, nouus orbis vocabatur. Ouidius, *fluminàque & montes, & nomina magna locorum:* *Æn.* *Ouid. epiſt. ad Liuiã de morte Druſi.*

Et ſi quid miri vidit in orbe nouo. Iterum,

Et modo Germani Romanis cognitus orbis. *Ibid.*

ſic & Britannia alter orbis cenſebatur. Mortui κεῖσθαι dicuntur, quod eſt iacere: etiam poſiti dicuntur, vt cùm poſiti ſunt in pheretro, aut in pyra. Ouidius, *Ibid.*

Téne ego ſuſtineo poſitum ſcelerata videre? Iterum, *Ibid.*

Nec iuuenis poſiti ſupremos deſtrue honores.

quomodo & illud Maronianum explicari poteſt, *2. Æn.*

Sic ô ſic poſitum affati diſcedite corpus.

quaſi diceret, me hîc vt mortuum & iacentem relinquite. In funere veteres euerſos gerebant magiſtratuum faſces: cuius conſuetudinis vſurpationem in megiſtanum exequijs & procerum ſæpe videmus. Ouidius, *Ouid. ad Liuiã de morte filij.*

Quo primum vidi faſces, in funere vidi:

Et vidi euerſos indiciúmque mali.

Et in elegia in Tibullum, *Ouidius lib. 3. Amor. eleg. 8.*

Ecce puer Veneris fert euerſámque pharetram,

Et fractos arcus, & ſine luce facem.

Senes vocantur maturi, vt, *maturúſque ſenex,* apud Flaccum: & *æui maturus Aceſtes,* apud Maronem. Nam & Græcos πεπείραν pro anu dixiſſe annotat Heſychius: & anus apud Ariſtoph. ait, *De arte poët. 5. Æn.*

Οὐ γὰρ ἐν νέοις τὸ σοφὸν ἔνεστιν, ἀλλ' ἐν πεπείροις.

Ouidius, *Quid numeras annos? vixi maturior annis.*

id eſt ſenior: ſequitur enim mox, *Ouid. ad Liuiam de morte filij.*

Acta ſenem faciunt: hæc numeranda tibi.

Quem omnes alij fluuium Germaniæ vocant Viſurgin, Ouidius Itargum videtur appellaſſe hoc verſu,

Decolor infecta teſtis Itargus aqua. *Ibid.*

Laureas imperatores, quas re bene geſta, victiſque hoſtibus reportabant è

Iul. obsequēs de prodigiis. prouincia, deponere in Capitolio solebant in templo Iouis. Iulius Obsequens, *Cùm in agro Pistoriensi Antonius Catilinam deuicisset, laureatos fasces in prouinciam tulit. ibi à Dardanis oppressus amisso exercitu profugit. Apparuit eum hostibus portendisse victoriam, cùm ad eos laurum victricem attulerit, quam in* Ouid. ad Liuiā de morte filij. *Capitolio debuerat deponere.* Ouidius,

Auctorisque sui perfertur imagine mœsta,
Quæ victrix templis debita laurus erat.

Fœnus præstituta die dabatur & mutua pecunia, interdum nulla die præstituta. itaque creditori, quandocunque collibitum erat, repetendi ius e- Ibid. rat. hinc de vita scripsit Ouidius,

Vita data est vtenda: data est sine fœnore nobis
Mutua, nec certa persoluēnda die.

Cic. I. Tusc. hanc est à Cicerone mutuatus sententiam, qui 1. Tusc. scribit, *At ea quidem dedit vsuram vitæ tanquam pecuniæ, nulla præstituta die:* quod & Plutarchus imitatus est.

Sceptrum hasta, cybæa, sertus, Marsia causidicus, vittata templa, ornatæ frondibus & lucernis fores.

CAPVT XII.

VT *sceptrum hoc, sceptrum dextra nam fortè gerebat.*

12. AEn. scribit Maro 12. Æneid. quem locum ex Homero esse decerptum, & tanquam noua veste oratione Latina ornatum, neminem fallit: sed cùm hic sceptrum omnes intelligant scipionem, quem manu gerebant reges, quòd I. AEn. & Homerus dixerit, ἐν παλάμης φορέουσιν, & Maro eodem loco: & alio, *sceptrum Ilione quod gesserat olim.* etsi illud Homeri de hasta intelligi etiam potest, non hoc Maronis, cùm, vt opinor, hastam gerere mulieres solitæ non sint: tamen quis ab hac recepta & comprobata opinione discrepet refe- Iustinus li. 43. ram. Belli Troiani tempore putat Trogus, vt in compendio Iustini legimus, sceptra regum hastas fuisse. eius adeo verba subijciam, *per ea,* inquit, *adhuc tempora reges hastas pro diademate habebant, quas Græci sceptra dixêre.* Euripid. Hecuba. Itaq; apud Euripidem in Hecuba λαὸν εὐθύνων δορὶ, non in aliam sententiam accipio, quàm vt hastæ nomine sceptrum intelligatur. addit & Iustinus, Iustinus li. 43. *Nam ab origine rerum pro dijs immortalibus veteres hastas coluêre: ob cuius religionis memoriam adhuc,* inquit, *deorum simulachris hastæ adduntur.* quod ad 12. AEn. illud Maronianum,

— nunquam frustrata vocatus Hasta meos,

etiam explicandum facit, quod antè me attigisse recordor. Sed quid vetat sententias vacillantes & nutantes, velut tecta ruentia multis tanquam tibicinibus

cinibus fulcire. Nunc aliud etiam, ſi placet, explicemns. De cybæa naui, quæ apud Ciceronem in Verrem eſt, multiſque negotium exhibet, credo mihi vitio non dabitur, hîc aliquid adſcribere. κύπαι, inquit Heſychius, εἶδός τι νεώς. Ergo cybęa quaſi cypęa dicta eſt: vnde & cupa Latinum nomen. Nam & κύββα eſt poculum. horum autem omnium eadem origo eſt, cùm leuis mutatio ſit tenuium in medias, quam qui non concedit, nimis præter æquum & bonum iniquus eſt & imperioſus. Eſt igitur Cybæa nauis oneraria rotunda, vt cupæ nomen oſtendit. Græci autem nauigia oneraria, rotunda, id eſt στρογγύλα ſolent appellare. nos & aliud adiungemus. Seruius in illum Maronis locum: *Conſertum tegmen ſpinis*, niſi in editionibus eſt mēdum, legiſſe videtur in Terentij Eunucho, ſertum, vbi hodie ſentum excuditur: quod & antè auctoritate veterum etiam defendimus: veruntamen in Seruio ſic legitur, *conſertum tegmen ſpinis, illigatum ſpinis: hinc eſt in Terentio, Video quendam ſertum.* nos delectat varia ſcribere. Igitur, *ipſe poteſt fieri Marſia cauſidicus*, non ſine quodam naſo à Martiale dictum reor. conſtat autem Marſiam bardum & hebetem fuiſſe, qui de muſica cum Apolline certare auſus pœnas dederit. Sed & in vrbe Roma Marſiæ ſtatua erat in foro, vt hîc quoque ſenſus lateat ſtatuam effici cauſidicam poſſe, & ſaxeum Marſiam Rhetorem. Horatius,

Cic. 4. & 7. act. in Verrē.

3. AEn.

Martial. li. 2. epig. 64.

Saty. 6. li. 1.

— Marſia, vultum
Qui ſe ferre negat Nouiorum poſſe minoris.

Plinius, *cuius luxuria coronatum Marſiam literæ illius dei gemunt*. Seruius refert Marſiam in ciuitatibus ſignum fuiſſe libertatis, qui erecta manu teſtabatur vrbi nihil deeſſe.

Cap. 3. li. 21.

Seruius lib. 4. AEn.

Hoc amet, hoc ſpernat promiſſi carminis auctor,

Horat. de arte Poët.

intelligitur à Seruio libro 4. Æneid. vt quædam probet, quædam ipſe improbet & notet auctor: vt, *auri ſacra fames*, hîc auaritia ſugillata eſt,

3. AEn.

Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis?

4. AEn.

exclamatio eſt in amorem. Sic Horatium Seruius interpretatur. Apparet veteres ſolitos eſſe templa deorum, quæ magno honore colebant, præſertimque diebus feſtis, vittis ornare. Maro,

Ibid.

Præterea fuit in tectis de marmore templum
Coniugis antiqui: miro quod honore colebat,
Velleribus niueis, & feſta fronde reuinctum.

Hoc Seruius de poſtibus, quos nuptæ laneis vittis ornare, antequā ingrederentur, ſolent, intelligit: noſtræ patrocinatur ſententiæ Papinius ſic ſcribens,

Pande fores ſuperûm, vittatáque templa Sabæis
Nubibus, & pecudum fibris ſpirantibus imple.

Papinus li. 4. ſiluarum ad Iuliū Menecratem.

Papinij auctoritate ſubnixus videor non temerè facturus, ſi à Seruij expli-

catione recedam. Solebant & ferijs suas domos ornare frondibus & lucernis. Tertullianus, *plures iam inuenies ethnicorum fores sine lucernis & laureis, quàm Christianorum.* ex his facilè illud Persianum declaratur, Saty. 5.

— vnctáque fenestra Dispositæ pinguem nebulam vomuêre lucernæ.

Exponitur prima Ode Horatij, Attalicæ conditiones, Myrtoum mare. CAPVT XIII.

PRIMO cantico Horatius, quo sua exorditur carmina, suffragium Mæcenatis eblandiri conatur, ambitque vt inter Lyricos ab eo in bibliotheca dedicetur: siue suos velit libros librariæ forulis in Lyricorum colonia reponi, siue inter Lyricos statuam sibi poni petat.

Sunt quos curriculo puluerem olympicum, Collegisse iuuat:

cùm ait, significat aliquos studio equorum alendorum teneri ob victorias Olympiacas, quod ἱπποτροφεῖν, & τεθριπποτροφεῖν dicebatur. Nam cùm quinto quoque anno Olympia committerentur, quod Olympiorum causa fiebat, etiam intelligendum est. Victoria autem curulis certaminis in ludis Olympicis erat omnium nobilissima, vt ex Herodoti plurimis locis, & è Pindaro intelligi potest. Eodem ferè quo Horatius modo Virgilius dixit, (3. Georg.)

Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ Pascit equos.

(Horat. Od. 1. lib. 1.) Attalicas autem conditiones vocat, regnum Asiæ opulentissimæ. Non si, inquit, regnum ei opulentis Asiæ, cui imperauit ditissimus Attalus, dares, de proposito demoueres. Sic Cicero, velim Syriæ conditione, scripsit. (Cic. ad Attic. li. 2. epist. 4.) Attalicas autem conditiones, ingentes & opulentissimas intelligit, ob Asiæ opes, vt alio loco, (Od. 10. li. 2) *nec Attali regiam ignotus hæres occupaui.* Myrtoi autē Pelagi & Icarij vt periculosorum mentionem facit, quòd cùm Ægæum mare omnium esset vndosissimum, vt in Periegesi scribit Dionysius, (Dionys. in Periegesi.) eius partes erant. Nam Eustathius ait, Icarium esse μέρος τι τοῦ αἰγαίου, de cuius fluctibus Homerus, (Homer. Iliad. β.)

Κινήθη δ' ἀγορὴ, ὡς κύματα μακρὰ θαλάσσης,
Πόντου Ἰκαρίοιο.

(Cap. 11. li. 4.) De Myrtoo Plinius, *Ægæi pars Myrtoo datur.* Icarijs autem fluctibus Africum luctari dicit, qui creber procellis ventus à Marone dicitur: (Lib. 1. AEn.) Vulturno tamen & Austro potissimum agitari pelagus Icarium dicit Homerus, (Homer. Iliad. β.)

— τὰ μέν τ' Εὖρός τε Νότος τε,
Ὤρορ' ἐπαΐξας πατρὸς Διὸς ἐκ νεφελάων.

Corruere, tragula, chamulcus, sclodia, Varro emendatur. CAPVT XIIII.

VAR-

VARRONEM, vt ſemel arripui, teneo, occidoq́ue, non tam medius-fidius legendo: nam id optat, quàm malè improbeq́ue caſtigando & interpretando. ſed ei durandum eſt & patienter ferendum. Dentalia ſtatim illi eruam, dentes inſeram. Nam in eo lego, *raſtri quibus dentatis penitus e-* Varro lib. 4. *radunt terram, atque eruunt, à quo erutu raſtri dicti.* prior emendatio librorum de ling. Lat. eſt antiquorum, poſterior noſtræ coniecturæ, quæ, vt opinor, bonorum album merebitur calculum. Illud, *has faucillas chermoneſice dicunt faſces,* vel Ibid. vt alij ſcribunt, *Cherſoneſice*, vt alij conijciunt *Cherſoneſitæ*, vt in vetere libro reperio, *chermoneſioë dicunt:* illud inquam totum mihi videtur vt putre & vitioſum recidendum. hoc enim ſermonem Gallicum olet, & quicunque hoc ſcripſit, idioma vernaculæ linguæ Varronis ſcriptis admiſcuit. Nam *faucilla* vel *falcilla* verbum merè Gallicum eſt. pro, *r & s inter ſe ſæpe* Ibid. *locum commutant*, legendum videtur, *l & s*. Nam à pinſo pilum deducit, ſ, mutato in l. Quod ait, *Inde poſt in vrbe Lucilij piſtrina & piſtrix,* propter ver- Ibid. ſus hos fortaſſe Lucilij dixit, Lucilius apud Feſt. lib. 11.

Piſtricem validam, ſi nummi ſuppeditabunt,
Addam, quæ empleuron, memphulas quæ ſciat omnes.

Scribitur in antiquo libro, *molæ à moliendo.* Nam & mox, *eo coniecta moliun-* Varro li. 4. de *tur* dicit: tamen molendo & moluntur, minimè me offenderet. Lego, *ab* ling. Lat. *eo quòd eo ſpicas aliúd ve corruebant*, id eſt eo conijciebant. Nam in meſſorias corbes ſpicas defectas congerebant. Varro, *ac de ſingulis ſecant inter ſpicas,* Cap. 50. lib. 1. *& ſtramentum: ſpicas conijciunt in corbem atque in aream mittunt.* Tragula eſt de re ruſt. ea quæ à Marone per epentheſin trahea dicitur pro traha, terendis frugibus apta, illo verſu,

Tribuláque, traheæq́ue, & iniquo pondere raſtri. 1. Georg.

Ac tragula dicitur tanquam trahula, vt & à Plinio piſcatorum verricula Plinius li. 9. tragulæ vocantur, ſine controuerſia à trahendo nomen adeptæ. Eſt & humile ploſtellum quod trahitur, ſclodia, vt reperio in antiquo lexico Latino Græco, χαμȣλκὸς, Chamulcus etiam à Marcellino dicitur: haud ſcio an noſtrum chamium inde nomen inuenerit, & certè inueniſſe probabile eſt. Reperio extemplo in vetere libro, *Vehiculum, in quo faba aliúd ve quid* Varro li. 4 de *geritur, quòd è viminibus vietur, aut eo vehitur breui, eſt vehiculum dctum. Eſt* ling. Lat. *alijs videlicet arcera, quæ in duodecim tab. appellatur.* Videtur Varro duplicem tradere vehiculi originem à viendo & vehendo, quarum altera in libris extabat, altera non comparebat, quæ nunc vtcunque reſtituta eſt. Lego, *vbi habeant tuto.* Varro enim non infrequenter habere pro habitare vſurpat. Lego mox, *oppida quòd opi muniebant, mœnia dicta, quo mœnitius eſſent: quòd exaggerabant, aggeres dicti, & quod contineret aggerem, mœrum, quod mu-* Ibid. *niendi cauſa parabatur, munus: quòd ſepiebant oppidum eo mœnere, murus.* Hæc deſcri-

deſcripta ſunt accuratè & ſedulò è libro, vt ita dicam, cellario: quin & antiquitatem ſummo ſtudio expreſſi. Haud paulò veriora & certiora reperiet iſta, quàm quæ proſeminata ſunt per editionum exemplaria, qui intelligentis eſt iudicij. Reperio, *Etruſco ritu multi*: nec tamen multa improbo. Mox, *& introrſum factam murum*. Nam in ſulco ducendo glebæ terræ, quæ in interiorem partem aratro excitatæ erant reiectæ, murus dicebantur. Lego è veſtigio, *poſtea qui fiebat orbis, vrbis principium*. & mox, *qui quòd erat poſt murum, pomœrium dictum eius, quo vrbana auſpicia finiuntur*. Lego mox, *& circum Ardeam & circum Romam*. Lego, *vt Roma, Coloniæ, & vrbes conduntur*. Reperio, *Angiportū, ſi id anguſtum*. ſed hoc perexiguum eſt ſyllabæ additamentum. Item, *& quæ vendere vellent, quo ferrent, forum appellarunt. Vbi quid generatim, additum ab eo cognomen*. Sed hoc caput ſatis excreuit, ſatiſque moleſtiæ Latinorum doctiſſimo exhibuit: eius tandem ſatietur ſupplicio atque cruciatu.

Ibid.

Ibid.

Ibid.

Croco picta veſtis, ſplendens purpura, domus Æneæ, pater Romanus, Rhamnes. CAPVT XV.

CVM in omnibus poëtis, tum in Marone nihil vt in expeditione ſubitò curſimque prętereundum eſt, nec lectorem expeditum & curſorem, ſed cunctatorem & in ſingulis hærentem deſiderat, cùm otioſum in eo nihil ſit, aut temerarium. id apparet ex illo verſu,

9. AEn. *Vobis picta croco, & ſplendenti murice veſtis*:

quo verſu ſignificatur parum virilis cultus. Nam crocotum melierum erat, vt ex Ariſtoph. notum eſt, ſcribente in Ranis,

Ariſtoph. Ranis. Ὁρῶν λεοντῆν ἐπὶ κροκωτῷ κειμένην.

quòd enim Bacchus & quæ eſſent muliebris ſexus propria, & fortiſſimorū virorū miſcuiſſet, illuditur. ſed & ſplendens purpura probro dabatur à ſeuerioribus, vt apparet ex oratione pro Cælio, *ſi quem etiam minimorū botum aliquid offendit, ſi purpuræ genus*. Plutarchus in Catone, ἐπεὶ πορφύραν ἑώρα τὴν κατακόρως ἐρυθρὰν καὶ ὀξεῖαν ἀγαπωμένην, αὐτὸς ἐφόρει τὴν μέλαιναν. Adtexam & aliud, quod non, vt ſcirpus, erit ſine nodo,

Cic. pro Cælio.

Plutarchus in Catone.

9. AEn. *Dum domus Æneæ Capitoli immobile ſaxum*
Accolet, imperiumque pater Romanus habebit.

hîc ego domum Æneæ familiam Iuliam ſignificare puto, è qua Auguſtus erat: domus autem Auguſti in palatio erat, vt ſcribit Victor, vnde non incolebat, ſed accolebat Capitolij immobile ſaxum. Ad domum autem Auguſti locus erat, qui ſedes imperij Romani eodem Victore auctore dicebatur. Etſi autem de toto Capitolio intelligi non ineptè poteſt, quod de

Victor de vrbis Romæ regionib.

ſaxo

ſaxo immobili cecinit, tamen Grammaticis ad Terminum, qui non potuit exaugurari, referri magis placet. At verò pater Romanus, eſt Imperator, cùm præſertim imperatores patres patriæ decerentur, & hunc tutulum Auguſtus conſecutus ſit, & pater nomen dignitatis ſit. Auſonius in eam ſententiam videtur accepiſſe, qui ad Theodoſium ſcribens Maronem imitatus ita dicit, *Auſonius ad Theodoſium.*

Tu modo te iuſsiſſe pater Romane memento.

Apud eundem poëtam, quod eſt,

Ora puer prima ſignans intonſa iuuenta, 9. AEn.

in eo iuuenta lanuginem erumpentemq́; barbam ſignificat, vt & ἥβη Græcè. *— criſtáſque rubentes Excipiam ſorti.* Ibid.

id eſt, extra ſortem tibi dabo, nec in ſortitionem prędæ mittentur, nec ſortitò cuiquam attribuentur: ſed tibi extra ordinem cedent.

Rhamnetem aggreditur, qui fortè tapetibus altis Ibid.
Extructus,

gaudet poëmati ſuo Latina intexere nomina Virgilius. propter enim equites Rhamnes, hîc Rhámnitis nomen ſinxit: ſed & Homeri imitatione Rhamnes in tapetibus dormit. mox Remum in poëmate ponit, quod nomen finxit de nomine Remi, qui frater conditoris Romæ fuit. ſed & Lamum, à quo Lamiarum familia, vt apud Horatium, Od. 17. li. 3.

Æli vetuſto nobilis ab Lamo.

Lamus etiam, vt Heſychius ſcribit, regio erat Læſtrigonum, & indigena heros, à quo regio nominata. Etiam Fadum, ob Fadiorum familiam poſuiſſe in poëmate videtur: & Cædicum ob Cædicios: Serranum ob Serranos. Numam & Numanum, ob Numam regem & Numanos. Salmonem verò ob vrbis Italicæ nomen: vt & *Priuernum*, ob vrbem cognominem. Capyn ob Capuam: Equicolum, ob Equicolos populos. Iam quod ait, *— natos ad flumina primum Deferimus,* è Germanorum traxit conſuetudine, qui aquæ Rheni arbitrio explorabāt, partus eſſétne legitimus an nothus, qua de re epigramma extat. 9. AEn. Ibid.

Delicata, delicatus, mandatores, Iani, Tranquillus emendatus. CAPVT XVI.

CVM apud Tranquillum Veſpaſianus eſſe natus in Sannijs dicitur, vbi locorum dicatur, quis non quærit? & tamen nemo, quod ſciam, probè inuenit: nec inueniri poteſt, quod nuſquam eſt. ego conſulto antiquo libro, cùm repererim ſamnis, non dubito quin in ſauinis librarius ſcribere voluerit, vel potius Sabinis. Sabinus enim erat Veſpaſianus, vbi & æſtiuare ſo- *Suetonius in Veſpas. c. 2.*

uare ſo·

uare ſolebat, vt & plerunque Titus eius filius. ſcribendum in eodem imperatore, Sabratenſis pro Sabracenſis, à Sabrata vrbe Africæ, veteri libro, & Plinio aſtipulatoribus. delegata autem quæ dicitur, delicata appellari debet, vt amica & concubina, quæ olim in delicijs fuerit. Nam ferè meretrices & concubinæ libertinæ erant. Sic in veteri inſcriptione reperio. TEIÆ EVPHROSYNÆ RVFINÆ V. V. DELICATÆ. Sic in vita Adriani imperatoris Traiani delicati, pueri ſunt, quos in delicijs habebat. Illud etiam ſic ſcribendum eſt: fides autem penes optimos codices fuerit, *medicus dentem ei oſtenderet tantum quod exemptum*, pro quo ſubditiuum eſt, *recenter quidem exemptum*, indignum mediusfidius elegantia & ſententia Tranquilli. Fauor archimimus etiam vindicibus ijſdem libris aſſeritur, quod expunctum locum ceſſerat Fauoni. In Tito delatores & mandatores legimus. ſed qui mandatores ſunt? an qui accuſationem alicuius cuipiam mandabant, & accuſatorem inſtruebant? & fortaſſe verum ſit, cùm ita vſurpetur à iuriſconſ. libri tamen optimæ notæ amandatores habent, vel amendatores. Hoc quiſpiam putaret emendatores eſſe, vt honeſto ſic vocabulo delatores quidam vocarentur, quòd ſcelera & crimina emendare vellent & corrigere. puto tamen veriſſimum eſſe mandatores, qui accuſatores ſubornabant & inſtruebant, & in exilium homines hac ratione calumnia oppreſſos pellebant. Studium armaturæ Threcum, in archiuis bibliothecarum reperio, pro Thracum: vtrunque vſitatum, & vſurpandum. ſed hoc, quod vt inſolentius quiſpiam fortaſſe ſummouendum putaret, teſtimonio adiuuandum fuit. Dimotis pallulis etiam in iuratiſſimis antiquitatis libris reperi. quidni enim vela odducta lecticę pallulę vocari queant? quod ita à me affirmatur, vt tamen plagulis de ſuo iure nullam controuerſiam faciam, ne momenti actionem mihi intendat, & à Prætore reſtitui petat, ſi à me deijciatur: tantum doceo conſortem ei eſſe, qui de eo Tranquilli loco ambigere poſſit. In Domitiano reperio *inter ſacrificulos variæ ſuperſtitionis*, cùm hodie vanæ legatur, quod & à me probatur: ſed varia etiam eſſe potuit illa religio, variuſque cultus & cerimonia variique cultores, vnde & facilior Domitiano latebra. Lego etiam, *ecquid ſciret cur ſibi viſum eſſet*, non vt in codicibus publicatis. Quem dicit fiſcum Iudaicum fuiſſe acerbiſſimè actum? ſignificat tributum quod Iudæi omnes, qui in imperio Romano erant, ſoluebant. nam viritim binæ dragmæ exigebantur ab ijs, qui Iudaicam religionem colebant, Iouis Capitolini nomine, vt Dio refert. Lego, *vt cuidam inſcriptum ſit* ἀρκεῖ, quod eſt ſatis eſt, & ſufficit, neque plures Ianos aut arcus erigi tibi pati debes. In veteri eſt arci ſcriptum. Ianos autem ἀψῖδας appellauit Dion in Nerua. Lego etiam, *eadem me tamen manent capillorum fata*. hanc lectionem quid attinet lectori com-

Ibid. *Ibid.* *Cap. 5.* *Cap. 19.* *Suetonius in Tito c. 8.* *Ibid.* *Cap. 10.* *Sueton. in Domitian. c. 1.* *Cap. 4.* *Cap. 12.* *Cap. 13.* *Cap. 18.*

commendare, quam deprauata satis comprobat, & conciliat intelligentiæ Paucos istos locos è vita trium imperatorum carptim collegi: qui & ingenio meliore sunt, & iudicio sagaciore, & otio maiore, multo plures eruēt suo marte etiam absque librorum auxilio: sed his tamen vtcunque à me emendatis leuati labore erunt, & in aliis erroribus ingeniū experiri suum debebunt, si tamen hoc sumus assequuti, vt doctis hominibus ista probari possint: quod optandum multo magis est nobis, quàm vllo modo sperandum.

Lautumia, armilustrum, Murtis, Murcia, viocuri, fusum, Varro emendatur. CAPVT XVII.

Nos & hoc capite operam nostram Varroni locabimus, vt partim in eo quædam enucleemus, partim, si possimus, à mendarum deformitate liberemus. Cùm ait macellotas hortorum, θύρας id est ianuas & fores subaudiri debere existimo. cùm μακέλλους ait, eo nomine septa, claustra, & munimenta intelligit. Ait Varro, *ad Corneta, forum Cupedinis à Cupedio*: vbi in [Varro li.4.de ling.Lat.] chirographo reperio à fastidio, quod à fastidiosis & delicatis expetuntur lautitiæ ciborum & cupediæ. Cupedius tamen magis probatur, à quo appellatum sit illud forum, qui in libro Varronis rerum humanarum, Cupes appellabatur. Illic enim fori Cupedinis & Macelli appellationes ductas narrabat, à Numerio Equitio Cupe, & A. Manio Macello latronibus. *Nec* [Ibid.] *quod is Cornelius stilo secutus*, cùm ait, indicat Cornelium historicum stilo & scripto non idem scripsisse. alij non sanè ineleganter emendant, Ælius Stilo secutus, & infra eodem modo legendum censent, *Ælius & Lutatius*, quorum ego sententiæ subscriptorem adstipulatoremque libenter me tulerim: quanquã Cornelius à me non improbatur. Lego autem, *scribunt eum* [Ibid.] *locum esse fulguritũ*, vt antè fulguritum exposuit fulgure ictum. Scribo mox, *Quòd Syracusis, vbi de causa custodiuntur, vocantur latomiæ, exinde lautumia* [Ibid.] *translatum*. Latini enim pro latomijs lautumias dicebant. verba enim cum solo & regione etiam nonnihil speciem plerunq; mutant. Ita Latinos pronuntiasse hoc vocabulum è quinto controuersiarum Senecæ apparet, vbi [Seneca lib. 5. controu. 23.] scribitur, *Ne quenquam vestrum decipiat nomen lautumiæ minimè lauta res est.* Lego autem non longè hinc, *itaque dictũ in Cornicula militis aduentu*. quod [Varro li.4.de ling.Lat.] perspicuè rectũ est. Sequitur mox Trochaicus, in quo miles ille, quem circumeunt ludentes, vocatur figuratè circus. Armilustrũ porrò circus maxim⁹ erat, armilustriũ armorũ lustratio. Vetus lexicon, armilustriũ ὁπλοκαθάρσιον, ὁπλοκάθαρμος. Lego mox, *quòd à muri parte pinnis turribusq; carceres olim fuerũt, scripsit poëta*: aut vt in vetere reperio editione, à *Murtis parte*. Nã ille [Ibid.]

pinnæ & turres oppidi quandã ſpeciem præ ſe ferebãt. Equidem poſteriorem ſcripturam veriorẽ melioremq́; credo: ſed priorem tamen damnare non auſim. Lego mox, *intimus circus ad Murtim vocatur, vt Procilius*: vt modo, *à Murtis parte*. Venus autem primum Murtea, poſtea Murtia vocata
Plinius li.29. cap.15. Arnob.lib.4. eſt. Plinius, *Quin & Ara vetus fuit Veneri Myrteæ, quam nunc Murtiã vocant*. Eſt & Arnobio Murcia ſegnium dea. Murtiæ meminit Tertullianus in libro de Spectaculis, quam eſſe marmoris deam dicit, vbi fortaſſe marcoris ſcribendum eſt. *Murtiam enim deam marmoris volunt, cui in illa parte ædem vouêre*. Reperio, *ludis tauriis*, quod vt leue & exiguum, vt multa alia,
Varro lib.4. ſanè præterire debui, & piget adſcripſiſſe. ſic diſtinguo, *qui ad ſenatũ miſſi, is græcoſtaſis, à parte vt multa*. In vetere libro reperio, *ab argula ſeu quòd*, vt legẽdũ videatur *ab Argu lapſu*, vel potius, *ab Argula ſeu Argo*. Nã vtroq; modo vocari potuit. Immo ab argila ſeu Argo. Inuenio in antiquo codice, *Publius & Coſconius, quòd ab his viocuris dicũtur ædificati*: viocuri autẽ ſunt curatores viarũ. Antè hãc vocẽ vſurpauit Varro, *Quis enim nõ videt, vnde aurifodinæ & viocurus?* In antiquo lexico ſcriptum eſt, *viaculus* ὁδῶν ἐπιμελητὴς, ſed vel viarius vel viocurus in eo ſcribẽdũ cẽſeo. Vicus Publij à Rufo collocatur in ea vrbis regione, quæ Via Lata dicebatur. Vicus publicus in Alta ſemita. Lego mox, *Cliuus proximus à Flora ſuſus verſus*. ſuſus pro ſurſum hîc di-
Varro lib.4. Cato de re ruſt. cap.157. Victor de vrbis Romæ regionib. citur, vt ſuſum apud Catonem, *ita ſubducito ſuſum animam, quamplurimum poteris*. Capitolium vetus à Victore in Alta ſemita ponitur iuxta templum Floræ. Cùm ait, ante cellam eſſe prodomon, poſt cellam opiſthodomon, templum in tres partes diuidit, mediamque, vbi eſt dei cella, quam hodie chorum dicimus, vocat: quæ antecedit, πρόδομον: quæ ſequitur, ὀπισθόδομον.

Senior, fungi lucernarum, ſcindulæ, Graia ſtatio.

CAPVT XVIII.

IAM *ſenior, ſed cruda deo viridiſque ſenectus,*

ſcribit Maro de Charonte lib.6. Æneid. hîc ſeniorem quiſpiam intelligeret, qui iam 45. annum exceſſit. Nam ab hac ætate ſeniores dicebantur apud Ro. In iuniores enim & ſeniores diuidebantur Ro. quam in ſententiã diſcedere videtur Seruius: mihi tamẽ videtur eſſe, qui progreſſiore eſſet
6. Aeneid. ætate, cùm ſcribat, *cui plurima mento canicies inculta iacet*, ſed ætatem bene ferret, vt ſenectus cruda videretur & viridis: cruda autem eſt non matura, ſed viridis adhuc. Nam matura dicitur in ijs, qui ea propè confecti ſunt.
De arte poët. 5. Aen. Horatius, *maturúſve ſenex*. Virgil. *æui maturus Aceſtes*. Crudam ſenectutem, quæ ante diem venit, vocat Heſiodus, cùm ait, καὶ ὠμῷ γήραϊ δῶκεν· vnde & ὠμογέροντες.

Nec

Nec nocturna quidem carpentes penſa puellæ, 1. Georg.
Neſciuêre hyemem, teſta cùm ardente viderent
Scintillare oleum, & putres concreſcere fungos.

Hic fungi variè exponuntur: Plinius, vt Seruius refert, ait cùm humidus aër eſſe cœperit, fauillam, quæ cum fumo egredi ſolet, prohibitam craſſitudine aëris, in lucernis reſidere. ita Plinio fungus, fuligo eſt & fauilla remanens, quæ atram quendam fungi imaginem in lucerna reddit: ac eius ſententiam veriorem eſſe crediderim, cùm & Ariſtophanes ſcribat, ὕδωρ ἀναγκαῖον ἔχει τὸν θεὸν ποιῆσαι. ἔπεισι γοῦν τοῖσι λύχνοισιν οὗτοι μύκητες. vbi interpres ſcintillas eſſe dicit, quæ ab ellychnio emicant: quod idem & Arati enarrator ſcribit. ac ſanè cùm crepitat vuido aëre lucerna, ex oleoque flamma aliquid expuit micans, ſcintillæ fiunt, ſed quæ reſidentes in naſo lucernę, mixta fuligine, quam flamma immiſcuit, atrum quendam efficiunt fungum. ita fit, vt quamuis diuerſa ſentire videantur, ad conſenſum tamen concordiamque reuocentur. Hoc autem caput, vt diſcolor ſit, pittacia ei aſſuam ex Vitruuio, apud quem libro 2. pro ſcandulis, ſcindulæ legi debent, & Iſidori auctoritate, & veteris libri: quod idem apud Cæſarem, Plinium, Palladium faciendum cenſeo ex aſtipulatione veterum librorum. Populi autem, quos in Ponto dicit vſos eſſe materiatis ligneiſq; ædificijs, hi ſunt qui μοσυνοικοι vocantur à Græcis, quorum ædificia μόσυνες appellabantur. Quænam eſt quam dicit Rhodi fuiſſe Graiam ſtationem his verbis? *circa eum locum ædificium ſtruxerunt, & id erecta Graia ſtatione texerunt.* Romæ locus dicebatur Græcoſtaſis Senaculo ſubſtructus, vbi nationum legati conſiſterent, qui ad ſenatum eſſent miſſi. Similem Rhodi locum fuiſſe crediderim de Romanorum fortaſſis exemplo, appellatumque à Vitruuio Graiam ſtationē. Sed ne quis putet ſolos habendos eſſe coniectores, qui ſomnia interpretantur, nos in ijs etiam numeret, & vt illi raro ad verum perueniunt, ſic nos exiſtimet exili plerunque impelli ſuſpicione, vt hoc vel illud ſentiamus: ac tandiu nobis hæc placebunt, dum vel meliora inueniamus, vel potiora eliciamus. Interim fraudi non debet eſſe mihi ſimplex & aperta ſententia, quam diſſimulando, & apud me premendo, vt calumniam fugere potui, & tutior eſſe: ita vel minus iuuare bonam iuuentutem, vel non oſtendere in quibus experiri vires ingenij ſui doctiores debeant. ſed nimirum calumniam nimium metuendo, ipſe quodam modo me calumnior: & præſtat ſecurè alienam in ſe expectare maleuolentiam, quàm ante tempus anxietate ſe conficere.

Seruius in 1. Georg.

Ariſtoph. in Veſpis.

Vitruuius ca. 1. li. 2.

Ibid.

cap. 8. li. 2.

Lucretius emendatur, putei Orci, cælum cruentum.

CAPVT XIX.

Lucret.li.6. VERSVS eſt libro ſexto Lucretij inſigniter maculoſus,cùm de Auerno diſputat. *Is locus eſt Cumas apud, Etruſcos & montes, Pompeij calidis vbi fumant fontibus aucti.* Quis enim in Ethruria putet eſſe Auernum, quem in Campania vno ore omnes eſſe fatentur, neque eſt quiſquam qui ignoret, niſi qui nondum ære lauatur: in libris æui veteris reperio ſcripturam, quæ Sibylla egere videatur, *ecriſui per montes*: quam cùm ego omnem in partem verterem, ſuccurrit ſcriptum fuiſſe videri mutatis aliquot apicibus, *& Veſui per montes*. ſed ne hoc quidem ſatis placuit, quòd immutatio ad Ouidianam penè metamorphoſin referri poſit: ſecunda nauigatione, vt in prouerbio eſt, placuit tentare pelagus, & aliud quiddam probabilius periclitari, quod eodem modo ac voces veteris codicis in auribus ſonaret. puto igitur Lucretium ſcripſiſſe, *ocris vipera montis.* Ocrem enim Pompeius,quæ vox Græca eſt,aſperum interpretatur,& montis epithetum perſpicuè fatetur: neque explicandam eam vocem ſuſcepiſſet, ſi à nullo Latino auctore vſurpata fuiſſet. Credo autem Auernum viperam dici, ob loci peſtilentem naturam, & venenatam diritatem, non minus noxiam & exitioſam, quàm aſperrimi ſit montis vipera. Nam etſi viperæ ſunt omnes vno nomine letiferæ, tamen locorum conditione virus earum importunius eſt & tetrius. Illud mox etiam inſincerum inquinatumque eſt,

Ibid. *Ianua ne potius Orci regionibus eſſe Credatur.*

verſus enim laborat, & vetus etiam diſcrepat inſtrumentum; in quo inuenio, *Ianua ne poteis.* exiſtimo ſcribendum, *puteis*, quod erit, ne putetur in illis regionibus eſſe ſpiraculum,&,vt ita dicam,veſtibulum puteorum Orci: proinde quaſi, vbi graueolentes aperiuntur fauces, cùm vel omnis dirus odor ab inferis manare videatur, vel certè opinio eſſet puteos & lacus inferorum fœditate odoris ſpurciſſimos eſſe,eas æſtuarium quoddam Orci

Ibid. exiſtimare par ſit. Eſt & illud ſpurium, *in ſummo ſunt vertice item crateres*: quidni enim nothum appellem, quod ſi non pellicatu, certè ſuppoſitione tamen ſurrepſit in liberorum locum? ego cùm reperiam vertigeni, & intelligam, r, elementum ſepenumero in libris ſcriptis ſedem occupare literæ n, ventigeni legendum ſuſpicor, hucque adducor, quia fauces illas Ætnæ certò ſcio ventos & auras effundere: & poëtæ atris ſpeluncis ventos incluſos fingunt, quia inde eorum materia emanat, qua mons Ætna exuberat, igne venas ſulphuris & bituminis in fumum animalem tenuante atque mutante. ſuſpicatus & aliquando ſum *vertice enim* legi non inconcinnè poſſe. Licet autem inter grammaticos huius ſuperioriſque memoriæ Pierius patricius eſſe videatur: tamen illo ſuæ dignitatis & literarum

Ibid. faſtigio nunquam mihi perſuadebit ſcripſiſſe Lucretium,

An

An cælum nobis vltro natura corruptum?

Nam ſi ita impunè liceret ſyllabarũ leges violare, quis non carmen pangeret? quid nobis præceptis opus eſſet? Scriptum fuiſſe puto *cruentum*, id eſt vitiatum, corruptum, peſtiferum, inquinatum. Nam & cruentare pro inquinare dixit, Lib.4.

Fluminis ingentes fluctus, veſtémque cruentent.

Nihilo ſecius & illud eidem non aſſentiar, Lucretium ſcripſiſſe, Lib.3.

Præter enim quàm quòd morbi eſt, cùm corpus ægrotat.

Nam & hîc leges antiquantur ſyllabarũ, & in antiquo exemplari reperio,

Præter enim quàm quòd morbis cum corporis ægrit.

quomodo planè legendum cenſeo. Addam porrò & alium eiuſdem poëtæ locum de Titio: ſic enim ſcribitur, Ibid.

Quod non ſola nouem diſperſis iugera membris Obtineat,

hic diſpeſſis quàm diſperſis mallem: ſed hoc tamen coniectarium & arbitrarium accipi velim.

Cinctus Gabinus, in medio tenere, Meduana, fulmen ſine nube.

CAPVT XIX.

DE cinctu Gabino quid à Grammaticis tradatur, omnibus qui literas amœniores amant, eſt ferè notum: ſed quod ab illis tacitum eſt, hîc adſcribemus. obſeruauimus enim Romanos magiſtratus, & pontifices eo cinctu vti ſolitos, cùm belli cauſa operabantur ſacris, ſe deuouebant pro exercitu, portas Iani aperiebant, aut amburbia faciebant: denique cùm rei ſacræ operam dabant belli cauſa, & cerimonia quadam ſacra defungebantur. Lucanus, Lucanus l. 1.

Turba minor ſequitur ritu ſuccincta Gabino. Virgil. 7. AEn.

Ipſe Quirinali trabea cinctúque Gabino

Inſignis, reſerat ſtridentia limina conſul.

& Liuius de conſule Decio, qui ſe deuouebat, *Ipſe incinctus cinctu Gabino, armatus in equum inſiluit.* interpres Perſij de Penatibus ita ſcribit, *habitu Gabino dij penates formabantur, inuoluti toga ſupra humerum ſiniſtrum & ſub dextro.* Quod orſi ſumus caput è Lucano pertexemus. nec enim ſatis conſtat, quid dicat his verbis, Lib.8. ab vrbe cond.

Quid miſcere iuuat vires, orbemq́ue tenere Lucan. lib. 1.

In medio?

Ego in medio tenere ſuſpicor eſſe, non ſuum, neque proprium poſſidere, ſed cõmune. orbis enim Romanus inito triumuiratu neque Cæſaris erat, neque Pompeij, neque Craſſi: ſed conſortium eorum trium commune. ſic Maro dixit, 1. Georg.

— in medium quærebant, ipsáque tellus
Omnia liberius nullo poscente ferebat.

Ad huiusmodi paruulos obices eo magis offendi solet, quòd imprudentes plerunque fallant, nec attendentes. cùm enim verba de medio sumpta sint, certo tamen elocutionis genere conformata, & nescio quid aliud quàm prima fronte præ se ferunt, intus tegant, hominibus imponunt incautis, sensúsque eorum sui furtum facit. Libro 1. Lucani quinque versus additi sunt in Belgica editione, quorum quatuor in vno duntaxat exemplari reperi, vt eo nomine mihi penè pro spurijs suspecti sint. confido autem me eos & melius ordinaturum, & fidelius exhibiturum, *Lucan. li. 1.*

Pictones immunes subigunt sua rura, nec vltra
Instabiles Turones circumsita castra coërcent,
In ripis Meduana tuis marcere perosus:
Andus iam placida Ligeris recreatur ab vnda:
Inclyta Cæsareis Genabos dissoluitur alis.

hodieque illis in lobis Meduanam fluuium retinere nomen audio. Vt autem antiqui maxima & certissima putabant diuinitatis argumenta habere tonitrua, quæ puro & innubilo cœlo fremebãt: vnde & Horatius scripsit, *Od. 34. li. 1.*

Namque diespiter plærunque per purum sonantes
Egit equos celeremque currum:

sic & fulmina, quæ nitido claroque cœlo mittebantur, magnam opinionem diuinitatis ostendere, & certam præsagij fidem affirmabant, vt apud Ciceronem, *Lib. 1. de diuinat.*

Aut cùm terribili percussus fulmine ciuis
Luce serenanti vitalia lumina linquit.

Eodem modo & Lucanus in prodigijs ciuilibus hoc posuit, *Lucanus li. 1.*

Emicuit cœlo tacitum sine nubibus vllis Fulmen.

Compluuium, buccina, lectica, lectus, pollulus, gaunaca, multa, Varro emendatur. CAPVT XXI.

HÆC quoque pagina Varroni impendetur, neque fortasse impendij pœnitebit. Scribit Varro, *susum, qua compluebat, compluuium*. Ecce hîc rursum susum vsurpatur: compluuium autem in glossematis antiquis inuenio Græcè exponi, κατάκλυστρον καὶ μέσαυλον. Distinctio Varronis compluuium ad tectum collocat, impluuium ad solum, cùm alterum superius sit, alterum inferius. Atque in vrbe ferè compluuium & impluuium erat, quod in villa chors. Interpungo non longè, *ab hyeme hiberna, hibernum domus vocarunt*. Paulò post quod à Varrone scribitur, *Quòd ea pecus in bucitatum antiquum*

Varro li. 4. de ling. Lat.

Ibid.

quum oppidum exigebat, ne quid diſſimulem aut celem, equidem non intelligo, nec quenquam adhuc conueni qui intelligere ſe fateretur. hîc Bucicitatum neſcio quod oppidum nunquam fando auditum emendatores cõdunt: ego potius ſcripturam falſariam puto, ſcribendumq́ue in buccina tum, vel potius vno verbo imbuccinatum antiquum oppidum exigebat. Varro de re ruſtica, *Subulcus debet conſuefacere, vt omnia faciant ad buccinam: primò cùm incluſerunt, cùm buccinatum eſt aperiunt, vt exire poßint in eum locum, vbi hordeum fuſum in longitudine ſit.* Huius etiam conſuetudinis in hiſtorijs Polybius meminit. Eſt qui, in bu citatum, id eſt, potum citatum interpretetur. Lego, *vt ſit operta ſemper, niſi cùm bellum ſit.* Non longè hinc legendum videtur, *lecti quòd ne eſſent in terris, ſublimes in his ponebant.* Nam lectica ſubſternitur, lectus ei imponitur, vt pheretro mortui lectus. Iterum, *Quo eam lecticam inuoluebant, quòd ferè ſtramenta erant è ſegete, ſegeſtria appellarunt.* Rurſum, *poſteaquam tranſierunt ad culcitas, quòd in eas acus, aut tomentum aliúdue quid calcabant.* Opinor non inuita omnino Minerua ita me correxiſſe. Nam vox acus bellè conuenit ſententiæ, & vnius tantum clementi mutatione opus fuit. Mox ita lego in antiquo libro, *puluinar vel à pluribus, vel à pollulis declinatum.* poſterius vtique veriſſimum. Puluinaria enim pollula & exigua ſunt culcitis comparata: ſed & ea habere plura patresfamilias ſolent. Cato, labellum pollulum pro paruo eodem modo dixit. Poteſt & dici ſic vocatum vel à pluribus hominibus, vel à pollulis: idq; conſentaneum magis eius voluntati videbitur. pro pluribus, plumis edunt formularij libri, quos non reprehendo. Lego mox, *vt ſagum, Rheno, Gallica: gaunace, amphimallum, Græca.* quod additum eſt, maius ſagum, interpretatio eſt hominis ineruditi. Heſychius, χαυνάκαι στρώματα ἢ ἐπιβόλαια ἑτερόμαλλα, id eſt, gaunacæ ſunt ſtragula aut operimenta altera parte villoſa. Eſt & gaunace genus pallij ad induendum. Lego, *ab hac ſimilitudine torulus, & qua ſimplici ſcanſione.* Reperio, *quod gerit in inferiora ſuperiorem.* de hoc gradu ſic alio loco Varro loquitur, *omnes lectos haberemus domi ad vnam formã, & aut cum fulcro, aut ſine eo, nec tum ad triclinarẽ modum, tum cubicularem.* Videtur ſcribendũ, *à duobus decußibus viceßis, quod dici ſolitum à duobus, biceßis.* Lego, *ſemis vt ſemias*: interpretatio Varronis hanc ſuggerit lectionẽ, vel, *vt ſemi.* Lego in antiquo libro, *Nam Græcè, vt à ſe, domum, vt alij* δῶμα: vt prius vocabulum ſiculũ intelligamus. Lego mox, *cum minus refectum, quàm quanti conſtat.* Nam re factum probare non poſſum. Lego, *ſi amplius exolueret quàm quanti eſſet emptum.* Lego, *quòd ſingulæ dicuntur appellatæ eſſe: multæ, quòd vnum dicebant multa.* ſenſus eſt, cum ſingulæ olim hæ appellarentur, multæ à populo dicebantur: vnde & nomẽ adeptæ ſunt, quòd vnum dicebant multa. quod quidem ex eo probat, quòd ruſtici prima vrna addita dicere

Cap. 4. li. 2.
Varro li. 4.
Cap. 10.
Varro lib. 4. de ling. Lat.
Varro li. 1. de analogia.
Varro lib. 4. Ibid.

ſolebant multa: id autem, vt opinor, faciebant ominis gratia, copiam & multitudinem ominantes. Lego igitur, *cùm in dolium aut culeum vinum addunt ruſtici.* Lego, *pœna à pœniendo, aut quòd poſt peccatum ſequitur.* pœnire, pro punire antiqui dicebant. Reperio, *prædia primum à præda, quòd ob rectè quid factum conceſſum ſit: Datum quod reddatur mutuum*: tamen quod obtinuit, *præmium à præda*, loco non moueo, & præfero. *Quòd Siculi* μοῖτον. *Itaque ſcribit Sophron* μοῖτον ἀντιμῶ. Id erit mutuò redhonoro, vel mutuum colo.

Ibid.

Clazomenæ apud Auſonium, humilis pes, Chium & Ammineum miſcere. CAPVT XXII.

Epig. 129. VERSVS eſt obſcœnus ille quidem, ſed & perdifficilis Auſonij poëtæ,

Et teris incluſas pumice Clazomenas.

in quo lepos ineſt, quòd & Clazomenæ vrbis nomen ſignificant: & Clazomenij quoque obſcœni habebantur: ſed & nates pathici ſic appellat, quòd frangantur inceſta & nefanda Venere. nam κλάζεσθαι eſt frangi & diuidi. Vt bona ætas iuuenta eſt, ita deterior ſenecta: Auſonius, *Tu melior peiore æuo*, id eſt in ſenectute: ſic melior ſexus, eſt virorum. Papinius lib. 1. Thebaidos, *ſexus melioris inops*: deterior ſexus, fœminarum. Planus pes eſt area: humilis pes eſt locus cuius area humilis eſt: Auſonius,

Auſonius in Moſella. Papin. lib. 1. Thebaidos. Auſonius in Moſella.

Quinetiam riguis humili pede condita pratis.

Thermarum & balnearum ſudationes ſic veteres ædificabant, vt per tectoria earum tubi eſſent caui vndiq;, per quos ex hypocauſto erraret flamma, & omnia latera calefaceret: quod & à Iuriſconſultis ſcriptum eſt, & ab Auſonio expreſſum in Moſella,

Quid quæ ſulfurea ſubſtructa crepidine fumant
Balnea, feruenti cùm Mulciber hauſtus operto,
Voluit anhelatas tectoria per caua flammas,
Incluſum glomerans æſtu expirante vaporem?

Epiſt. 5. ad Vrſulum grammatic. Eleganter Auſonius Græcæ linguæ & Latinæ profeſſorem, ad vinum alludens, Chium miſcere dixit & Ammineum. Chium enim vinum Græcum eſt, Ammineum Latinum. Ita lepida & iucunda tranſlatione, quod voluit, ſignificauit, ornatiore verſu, quàm ſi rectè aperteque rem ſuo appellaſſet vocabulo. Quod eſt apud Marcum Tullium pietatem ſæpe lædi vultu, eo reſpexit Paulinus ad Auſonium ſcribens,

Cic. pro Roſc. Amer.

— ipſo te lædere vultu
Semper, & incauta timui violare figura.

Multi putant à Iuuenale ſignificari Quintilianum fuiſſe conſulem, cùm ſcribit, *Quintilianus habet ſaltus: exempla nouorum*

Iuuenalis ſatyr. 7.

Tranſi

Transi fatorum, fœlix, & pulcher & acer
Appositam nigræ lunam subtexit alutæ. Et mox, Ibid.
Si fortuna volet, fies de Rhetore consul:
Si volet hæc eadem, fies de consule Rhetor.

Tamen cùm id apertum non sit, malim quod Ausonius scribit existimare, donata ei fuisse consularia ornamenta: ita enim ad Gratianum scribit, *Quintilianus consularia per Clementem ornamenta sortitus, honestamenta nominis potius videtur, quàm insignia potestatis habuisse.* Vt idem Iuuenalis scribit, Auson. in grat. actione.

— sic veniunt ad miscellanea ludi. Saty. 11.

Variè enim multa è multis hoc capite miscuimus, quod & agnoscimus, nec culpam negamus.

Luna rubens, vehiculum lunæ, ludi veniunt ad miscellanea, arcus bibit, cornix vocat pluuiam, iota longum, comere. CAPVT XXIII.

EXISTIMATVM est à veteribus lunam carmine magico sollicitatam rubore suffundi, velut verecundantem, aut etiam noctu veneficarum facta cernentem: Horatius, Saty. 8. li. 1.

— lunamque rubentem,
Ne foret his testis, post magna latere sepulchra.

Quod & in defectu quoque ei euenire veneficijs credebant. Ouidius, Ouid. 2. Amor. Eleg. 5.

Quale rosæ fulgent inter sua lilia mistæ:
Aut vbi cantatis luna laborat equis. Papinius, Papin. lib. 1. Thebaid.
— qualis per nubila Phœbes
Atracia rubet arte color.

Lunæ autem bigas tribuunt, soli quadrigas poëtæ: Manilius, Manilius li, 5. c. 1.

Quadrijugis vt Phœbus equis, & Delia bigis.

Equorum vehiculum aliqui: vt Ouidius, 4. Fastorum.

Vt solet in niueis luna vehetur equis.

Ausonius, iuuencarum, Auson. epist. 4.

Iam succedentes quatiebat luna iuuencas.

Sed quia nouissimè in superioris capitis clausula è Iuuenale posuimus, Saty. 11.

— sic veniunt ad miscellanea ludi:

hoc apud eum quid sit explicemus. equidem ad ludos miscellos puto respexisse poëtam, ita tamen, vt significet nos conturbare & deficere, soluendoque non esse, & ad paupertatem redigi, & omnia miscere. Nam conturbare dicebantur, qui soluendo non erant. *Sic*, inquit Iuuenalis, *Pedo conturbat, Matho deficit.* Cùm enim omnia miscentur, omnia etiam conturbantur. Saty. 3.

bantur. Nos & alia è veteribus addamus poëtis, quando eos peruagamur, & vagi noſtri erroris hæ literæ ſunt indices. Putauerunt antiqui cornices pluuiam voce augurantes, eam non tantum præſagire, ſed etiam vocare: qua ex opinione ſcripſit Maro,

1. Georg. *Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce,*
Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena.

Lib. 5. Apparet id aliquanto apertius è Lucretio ita ſcribente,

— Cornicum vt ſecla vetuſta,
Coruorumque greges, vbi aquam dicuntur & imbres
Poſcere, & interdum ventos auraſque vocare.

Credidit & vetuſtas arcum, qui Iris appellatur, aquam ſuis cornibus haurire è fontibus & bibere. Hinc illud Maronis, (1. Georg.)

— Et bibit ingens arcus. Et Plauti, (Curculione Sc. Flos veteris.)

Ecce autem bibit arcus, pluet credo hercle hodie:

ſed omnium apertiſſimè Vitruuius, *per calorem videmus non minus aquæ vapores à fontibus ad nubes per arcus excitari.* (Cap. 4. li. 9.) Veterum quoque opinio fuit magico carmine angues inflatos rumpi, & crepare diſſilireque cogi: Maro, (Eclog. 8.)

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Manilius, (Manilius li. 1. in præfatione.)

Conſultare fibras, & rumpere vocibus angues.

4. AEn. *Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum,*

quo ſenſu dici debeat, ſi quis fortè quærat: exiſtimem eſſe ſtellis confixum & confertum: idque auctore Lucretio, qui ſcribit, (Lib. 5.)

— ſtelliſque micantibus æthera fixum.

Qui locus eandem, quam Maro, ſentētiam exprimit, ac pro interprete eſt. Iota longum appellat eam partem Auſonius, qua viri ſunt, quæ ſuo nomine non poteſt honeſtè appellari. *Quid imperite, ρ putas ibi ſcriptum, Vbi locari iota conuenit longum?* (Auſon. epig. 126.) Nam loquitur de mulierum natura. Si lapides non iuro deos, cùm idem poëta ſcribit, ſignificare videtur antiquorum Idola ad contemptum, vt & ea & finales terminorum lapides Lucretius vocat. (Lib. 5.)

Nec pietas vlla eſt, velatum ſæpe videri
Vertier ad lapidem, atque omnes accedere ad aras.

Nam qui precabantur, vertere ſe ſolebant dextrouerſum, vt apud Comicum Plautum ſcriptum eſt. (Plautus Curcul. Sc. Quo te hoc.) ſic ſtipitem ligneum Idolum vocauit Prudentius, (Hym. 10. περὶ στεφάνων.)

Quos lana terret diſcolor in ſtipite.

Frequentare ſolet Auſonius comere pro ornare, quod quia tritum non eſt alijs, & lectori negotium fortaſſe faceſſeret, obſeruandum putaui, & exemplis duobus probandum,

Auſon. epig. 1. *Come ſerenatam duplici diademate frontem.* Iterum,
Auſon. Edyll. 5. *Tu quoque qui Latium lecto ſermone Terenti*

Comis, & adstricto percurris pulpita socco.

Sertum hoc discolor est è varijs poëtarum floribus confectum, quod vtinam non tantum varietate, sed etiam odore placeat.

Cyrnææ taxi, purum numen Iouis, funis eat retro, sal beticus, succurrere lunæ. CAPVT XXIIII.

Hic miscere paramus velut quoddam circæum poculum varijs succis scriptorum medicatum: nisi quòd vt opinor, malo veneno neminem tollet, aut in belluam mutabit aut monstrum.

Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos, Eclog. 9.

canit præstantissimus nominis Latini poëta: ac non dubito quin alicuius boni auctoris fide fretus & fiducia id scripserit: tamen mel sardoum scribunt locupletissimi in literis testimonij viri buxi potius, quàm taxi sapore infectum & vitiatum esse, vt Diodorus, cuius verba subscribam, φύεται δὲ κατὰ τὴν νῆσον ταύτην καὶ πύξος πλείστη, καὶ διάφορος, δι' ἣν καὶ τὸ μέλι τὸ γινόμενον ἐν αὐτῇ παντελῶς γίνεται πικρόν. Diod. lib. 6. Insimulare summum poëtam vel negligentiæ, vel vanitatis, non ausim: ab eius tamen sententia Diodorus, qui & ipse multos, vt opinor, testes suę sententiæ producere potuisset, recedit. nos tamen neutrum accusemus, & vtrunque verum scripsisse censeamus. Cùm Horatius scribit, Od. 10. lib. 3.

— & positas vt glaciet niues
Puro numine Iuppiter:

sæpenumero legendum putaui, *puro lumine*, magno tamen errore, præsertim cùm lumen audiri non possit: verius est, posita glacie & Aquilone spirante, cuius flatus auditur, intelligi purius & liquidius & frigidius esse cælum, quod experimur diebus glacialibus toto cælo per aëris æthram sudo, & stellas annumerante nobis omnes. Itaque hîc Iuppiter est aër, de quo tamen vt deo loquitur numen appellãdo. versus paulò post obscurissimus sequitur,

Ne currente retro funis eat rota. Ibid.

Arbitror dici cauendum ei esse ne fœlix & secundus ipsius mutetur cursus in diuersam fortunam: ne scilicet funis, id est funalis equus, retro eat, & in diuersum feratur, eum sequente rota & curru, quo ipsa vehatur, cursu præcipiti. Interpretationem confirmat Ausonius hoc versu,

Funis & ad quartum det tibi Castor equum. In Heroum tumulis epig. 29.

Qui sint Betici sales apud Serenum ambigitur. ego Hispanos puto, quamuis syllaba contumaciter refragante. Ego enim puto primam sylabam à priscis semper productam: sed à sequentibus interdum etiam correptam.

Sal, inquit Serenus, *niueum sumes, Beticum quem nomine dicunt.* Serenus cap. 65.

Ausonius, *Qua Betis Oceanum Tyrrhenumque vrget Iberus.* Epist. 15.

Sæpe

Sæpe mihi venit in mentem quærere cur diſſono æris crepitu ſe veteres crederent lunæ laboranti opem ferre? Inde æra auxiliaria lunæ dixit Ouidius, & Iuuenalis,

Saty.6.

Vna laboranti poterit ſuccurrere lunæ. Et Manilius,

Manilius li, 1. c.2.

Seraque in extremis quatiuntur gentibus æra.

Sed hoc idcirco veteres feciſſe crediderim, quòd lunæ minus nocere crederent verba veneficarum, à quibus eam in defectu deripi credebant, ſi ab ea non exaudirentur. Ita clamore & crepitu æris obſtrepébant. D. Ambroſius, *quòd cùm requirerem quid ſibi clamor hic velit, dixerunt mihi, quòd laboranti lunæ veſtra vociferatio ſubueniret, & defectum eius ſuis clamoribus adiuuaret.* Iterum, *Tunc inquam, apud vos turbatur carminibus globus lunæ, quando calicibus turbantur & oculi.* Atque inde labores Lunæ vocati ſunt, & laborare dicebatur, quòd carmine veneficarum ſollicitata malo afficeretur & deduceretur. Ambroſius eam opinionem reprehendens, *vides*, inquit, *ergo quoniam luna non laborat carminibus, ſed laborat obſequijs.*

Varro emendatur, axamenta, conregione, teſca, arbor fera, concha cerula. CAPVT XXV.

Nos qui iſtas auctorum veluti ſpinas calcamus, & tanquam per rubos & ſentes nudo veſtigio incedimus, niſi libri temporis iniuria & hominum incuria, hiſce errorum vepretis obſiti eſſent, iaceremus, nihilq́; omnino eſſemus. Nunc noſtra ærumna cogimur aliorum laborem leuare, & in libris odioſè & moleſtè ad nauſeam vſque inculcare, ſic ſcribendum puto, ſic legendum, ſic corrigendum. Hîc ob vberem mendarum meſſem aliquot Varronis comprehenſiones continenter perſcribam è lib.6. de lingua Latina, ne longior ſim errores ſigillatim percenſens, & ſcribo, ſæpe iterans. *Nam repens ruina operuit: vt verbum quod conditum eſt, ex quibus literis oportet, inde poſt aliqua dempta: ſic obſcurior fit voluntas impoſitoris. Non reprehendam igitur in illis, qui in ſcrutando verbo literam adijciunt aut demũt, quo facilius quid ſub ea nocte ſubſit, videre poßint. Etenim quo facilius obſcura opera Myrmecidis ex ebore oculi videant, extrinſecus admouent nigras ſetas. Cùm hæc adminicula addas ad eruendam voluntatẽ impoſitoris, tamen latent multa. Quod ſi poëticè, vt in carminibus ſeruauit multa priſca quæ eſſent, ſic cur eſſent, poſuiſſet, fœcundius poëmata ferrent fructum. Sed vt in ſoluta oratione, ſic in poëmatis verba omnia, quæ habeant* ἔτυμα *poßunt dici. Nec multa habeo, quæ non erunt in lucubratione literæ perſecutæ. Multum licet legeret, Ælij hominis in primo in Latinis literis exercitati interpretationem carminum Saliorum videbis & exili litera expeditam, & præterita obſcura multa. Nec mirum, cùm non modo Epimenides*

Varro lib. 4. de ling. Lat.

ſomno

somno post annos l, experrectus, à multis non agnoscatur, sed etiam Teucer Liuij
post annos xij. à suis qui sit ignoretur. Hæc è mendosa veteris libri literatura
reconcinnata sunt, quæ, vt in subluſtri nocte, qua eundum sit videmus, ita
nobis oſtendit, quis eſſet orationis curſus, quæ via. Carmen autem Salio-
rum initium poëtices apud Romanos Varro dicit, quod obſcuriſſimum,
erat. Eius meminit Flaccus, *Iam saliare Numæ carmem.* Erant & axamenta *Epist.1.lib.2.*
carmina quæ à Salijs componebantur in honorem ſingulorum deorum,
vt Iouialij verſus, Iunonij, Mineruij, ab axo, quod eſt nomino, appellata.
Vetus lexicon interpretatur verſus in honorem Herculis, qui in eius ſacris
1 canebantur. Axamenta, στίχοι ἐπὶ θυσιῶν ἡρακλέους. Sed vt ad ſolitas nugas &
næniás reuertar, ſcribo, pro *vt quia quare ad medendum: vt quæri à qua re sit* *Varro li. 6. de*
ad medendum. Infra etiam lego, *& satisfacit grato.* *ling. Lat.*

Vnus erit quem tu tolles in cerula cæli *Templa,* *Ibid.*

Verſus eſt ex Ennij annalibus de Rumulo in numerum deorum referendo,
quem paulùm mutatum elegantiſſimè vſurpauit in Metamorphoſi Oui- *Ouid. lib. 14.*
dius, *Metamorph.*

Tu mihi concilio quondam præsente deorum
(Nam memoro, memorique animo pia verba notaui)
Vnus erit, quem tu tolles in sidera cæli
2 *Dixisti: rata sit verborum summa tuorum.*

Deinde non longo hinc interuallo lego, *id est, vt ait Næuius, hemisphærium,* *Varro li. 6. de*
vbi concha cerula septum stat. hîc eleganter concaua cæli conuexitas more *ling. Lat.*
tegumenti & conchæ concamerata & curuata intelligitur. Et quia ad cæ-
lum pertinet Cæleſtis dea à Tertulliano, Spartiano, alijs memorata, nec
quæ ſit intelligitur, dicam hic obiter Vraniam eſſe. Dio τὴν οὐρανίαν τὴν τῶν *Dio in Auito.*
χαρχηδονίων ἐπελέξατο. In verbis quibus templa concipiebantur magna apud
Varronem eſt obſcuritas ob dictionis vitium. Ego eam formulam totam
ſic puto concipiendam eſſe. *In arcæ sic: templa tescáque mi ita sunto, quoad ego* *Varro li. 6. de*
ea esse velim, qua nuncupauero: Olla fera arbos, quisquis est, quam me sentio di- *ling. Lat.*
3 *xisse, templum tescumque esto in sinistrum. Olla fera arbos, quidquid est, quod me*
sentio dixesse, templum tescumque esto in dextrum. Intra ea conregione, conspicio-
ne, cortumione, vtique ea rectissimè sensi. fera arbos hîc dicitur, vt fera vitis
quodam in Nonij loco. Teſcum autem rectiſſimè emendatum puto, cùm
Varro ipſe vltro mox teſca interpretetur, & teſca à tuendo vt tueſca dicta
cenſeat. Nam teſtū, quod hîc incubabat, exturbandū eſt præceps. Cōregio-
nem augures vocabant regionē intra fines comprehenſam Lego mox, *qua*
oculi conspiciāt, id est tueamur. Et, *ideo dicere tum cùm templum facit, augurē con-*
spicione, qua oculorū conspectu finiat. Quod cùm dicunt conspicionē addunt cortu-
mionē, dicitur à cordis visu. Quod ad id templa vt sint tesca, aiunt sancta esse, qui

gloſſas ſcripſerunt,id eſt falſum. Dextra cùm legeretur,teſca ſcribendum eſſe ratus ſum, verba Varronis & explicationem ſecutus. Lego mox, *eſſe templum, eſſe factum.* Lego, *vnde ignis claret mortalibus diuus.* Eadem ferè verba apud Ciceronem prima Tuſculana extant.

Varro lib. 6. de ling. Lat.
Cic.1.Tuſcul.

Barcæi, magna imago. CAPVT XXVI.

4.AEn.

NON de nihilo à Marone ſcriptum eſt,

— lateque furentes Barcæi,

ſed ex eo, quòd olim plurimum in Africa potuerint, vt & Cyrenæi, & in re militari floruerint. de ijs ita Æneas ſcribit, κυρηναίους καὶ βαρκαίους λέγεται καὶ ἄλλας τινὰς πόλεις τὰς ἁμαξηλάτους τε ὁδοὺς καὶ μακρὰς ἐπὶ συνωρίδων καὶ ζευγῶν βοηθεῖν. Sed & Sophocles in Electra eos equitatu valuiſſe, & currus ad ſacra Græciæ certamina miſſitaſſe dicit. Nam cùm dixiſſet, — δύο

Sophocles in Electra.

Λίβυες ζυγωτῶν ἁρμάτων ἐπιστάται.
Μέτωπα συμπλαίουσι βαρκαίοις ὄχοις·

vtrunque tamen poëtam non crediderim temporum incorruptam ſequutum fidem, quòd exiſtimem nondum Troianis temporibus opes Barcæorum floruiſſe: ſed citerioribus & recentioribus, Græcoſque eos & Cyrenæos eſſe numeratos, ideoq; ad ludos Græcorum admiſſos fuiſſe. At verò,

Et nunc magna mei ſub terras ibit imago,

4.AEn.

ex opinione illa dictum eſt, qua Idolum quoddam noſtrique ſimulachrum ad inferos deſcendere cenſebant, vt ex Ennio ſcribit Lucretius. Iam cùm tempore nocturno vmbras & ludibria ſpectrorum videmur videre, ea metu perterritis magna obiciuntur: & opinio erat manium ſpeciem magnam eſſe. inde magnam imaginem dici reor.

Lucret. lib. 4.

Vitruuij cochlea, inuoluti canales. CAPVT XXVII.

DESCRIBITVR à Vitruuio elegantiſſimè cochlea ad aquam hauriendã accõmodata, etſi eam non admodũ altè tollit. quia autẽ & iucundum eſt cognitu, & vitę refert, inuenta ſuis aſſignare auctoribus. ſic enim homines, cùm ſperant nominis immortalitatem ſuis ſe inuentis adepturos, libentius ea vulgant, & ſtudioſius exquirunt, quæ vitæ ſunt ex vſu, gratam poſteritatis memoriam expectantes, annotare mihi hîc libuit eius inuentorem fuiſſe Archimedem, atque ea machina ſolitos olim Ægyptios irrigare ſuos agros. Diodorus lib. I. τῶν δὲ ἀνθρώπων ῥαδίως ἅπασαν ἀρδευόντων διά τινος μηχανῆς, ἣν ἐπενόησε μὲν ἀρχιμήδης ὁ συρακούσιος, ὀνομάζεται δὲ ἀπὸ τοῦ σχήματος κοχλίας. Non enim puto quenquam dubitare, quin quam

Diodorus li. 1.

Vitruuius

Vitruuius appellat cochleam, ſit ille Archimedis κοχλίας. In ea autem deſcriptione animaduertendum eſt Vitruuium dextra & ſiniſtra cum accuſatiuo coniungere, atque ita eloqui, vt poſtridie Calend. effari ſolemus. ſic enim ſcribit, *Dextra autem & ſiniſtra cochleam tigna collocantur.* Atque ita eum etiam lib. 10. loquutum animaduerti, *qui dextra ac ſiniſtra canalem figuntur.* lineis porrò rectis octo in perpetuam ductis longitudinem, totidem tranſuerſas obliquè decuſſantes inducit, ſingulis decuſſibus ad finem peruenientibus, cum octauam à prima lineam attigere, eo ambitu & flexu, vt tum finem tigni æquent: decuſſium puncta qua traijciunt lineas longitudinis, in ipſis notantur lineis, & per puncta flexuſque decuſſium ſerpunt regulæ ſuis inuolutionibus, quas ἕλικας Græci vocant. ſic inuolutos faciunt canales cùm ait, intelligit ἑλικοειδεῖς.

Vitruuius ca. 11, lib. 10.

Valerius Flaccus emendatus, tondere reduces, amplecti limina. CAPVT XXVIII.

HISTORIÆ non conſentiunt verſus Valerij Flacci,

Amphitrioniaden tegeæo limine Cepheus
Iuuit, & Amphidamas: at frater plenior annis
Maluit Anchæos vellus contingere Phryxi.

Lib. 1. Argon.

Falſum enim eſt anchæum fratrem fuiſſe eorum, qui eius erant patrui, nec illis erat annis plenior, ſed contra natu minor. Cùm igitur conſtet ex Apollonio, ad cuius exemplar Flaccus properat, Lycurgum Anchæi patrem eorum fratrem fuiſſe natu maiorem, legendum puto,

— Anchæo vellus contingere Phryxi.

Cùm enim Lycurgus iam ſenior eſſet, pro ſe vicarium, qui nauigaret cum Argonautis, dedit filium Anchæum. Apollonius, τρίτατός γε μὲν ἔσσετ' ἴσαν ἀγκαῖος τὸν μὲν ῥα πατὴρ Λυκόοργος ἔπεμπε τῶν ἀμφοῖν γνωτὸς προγενέστερος. In eo etiam legendũ ſuſpicor, ſed ſuſpicor tantũ, *Thetidíque iuuencam Deijcit Anchæus.* Nam fœminis deabus fœminę ſolebãt hoſtię immolari. Cùm autem à poëtis Gręcis Neptunus cognomẽto γαιήοχος, ſæpenumero appelletur, hanc appellationem mihi videtur circumloqui voluiſſe Flaccus, cùm dixit,

Apollonius li. 1. Argon.

Flaccus lib. 1. Argon.

— ô qui ſpumantia nutu
Regna quatis, terráſque ſalo complecteris omnes.

Ibid.

Efferor & quodam in eo legendi ſtudio,

Concuſſóque ratem gauderem pellere remo.

Ibid.

Nam *tollere* non æquè ſenſui conuenire puto: & facilis & lubrica fuit erroris occaſio in vicinitate verborum, quæ ſola diſtant ſyllaba. ait Flaccus,

Ibid. *Tectus & Eurytion seruato colla capillo,*
Quem pater Aonias reducem tondebit ad aras.

Quidam olim, quandiu peregrè erant, comam alebant intonſam, reduces & ſoſpites domi eam tondebant: quod apud Ægyptios obtinebat. Diodorus lib. 1. Diodorus libro primo, τὸν ὄσιριν εὐξάμενον τοῖς θεοῖς θρέψειν τὴν κόμην, μέχρις ἂν εἰς Αἴγυπτον ἀνακάμψῃ, τὴν πορείαν ποιεῖσθαι δι' Αἰθιοπίας, δι' ἣν αἰτίαν μέχρι τῶν νεωτέρων χρόνων ἐνισχύσαι τὸ περὶ τῆς κόμης νόμιμον παρ' Αἰγυπτίοις, καὶ τοὺς ποιουμένους τὰς ἀποδημίας μέχρι τῆς εἰς οἶκον ἀνακομιδῆς κομοτροφεῖν. Illud meritò etiam doctis ſuſpectum eſt, Flaccus lib. 1. arg. *hinc in terras Latiúmque profundum eſt iter.* Latium dici profundum accummodatè & appoſitè non poſſe credo: ſed latum profundum, pro lato pelago ſententiæ reſponderet, vt ex illa rupe inter eſſe dicat in terras & vaſtum mare. non me igitur mouebit auctoritas eorum, qui latium velut de loco ſuperiore concionantes perſuadere conantur nobis, latumque recipiam atque defendam. Et poſtes domorum, & portarum limina amplecti ſolebant, qui profugi exulatum ibant, aut peregrinatum diu abfuturi domo: ijdem etiam reduces oſculari & amplecti ea ſolebant: Flaccus,

Ibid. *— patriæque amplecti limina portæ:*

quod & faciebant in patriæ imagine & aſſimulatione, vt in colonijs, vt apud Maronem Æneas, 3. Aen.

— Scææque amplector limina portæ.

Lib. 1. Arg. Legendum autem puto in eo poëta,

— oritur clamor, dextræque ſequentum
Verba ducis:

Nam dextra verſum lædit. Legerem etiam non inuitus,

— & largus Phlegethontis operti *Stagnat honos:*

Latices enim attulerat auernales, ſimulatos tamem, cùm in ſacris ſimulata pro veris habeantur. Cùm autem Phlegethon ſub terra lateat, opertum ideo quàm apertum mallem, niſi ſi quis eius fluenta eſſe carmine & ſuſurro magico aperta & patefacta dicat. ſed omnino illud alterum neſcio quo modo me quadam tacita illecebra magis trahit. ſimile eſt autem Maronianum iſtud, 4. Aen.

Sparſerat & latices ſimulatos fontis auerni.

Lib. 1. Arg. Lego etiam, *— rebuſque abciſa ſupernis,* non acciſa.

Conceptio, poteſtas naturalis, ſpecies, feruores, redundantes, ſpecies ſuperior, viſitatio. CAPVT XXIX.

VOCES quaſdam apud Vitruuium lib. 9. declarare libet, non illas quidem ignotas paulò literatioribus, ſed tamen vulgo iuuentuti non

Vitruuius ca. 4. lib. 9.

Lucret. lib. 5.

Cap. 4. lib. 9.

Ibid.

Lucret. lib. 5.

ſatis perceptas. conceptio comprehenſio eſt, & complexio, vt cum ab eo mundus definitur omnium naturæ rerum conceptio ſumma. mundus enim ſua amplitudine rerum ſummam complectitur, continet, arcet. Naturalis poteſtas eſt natura: *Nanque*, inquit, *in his locis naturalis poteſtas ita architectata eſt*: quo genere circuitionis Lucretius vtitur, & ferri poteſtatem, pro ferro dicit. Mirum autem eſt ita machinatum Vitruuium exiſtimaſſe motu cælum cieri, vt orbiculo, qui polus dicitur, cuſpidem & cardinem axis recipiente conuertatur: proinde quaſi non iſta ſint omnia in aſtrologorum commentis poſita, & cogitatione hominum ficta. Ita tamen eum exiſtimaſſe tanquam conſignatis ipſius tabellis demõſtrare licet. *Circum eorum cardinum orbiculos, tanquam circum centra, vt in torno perfecit, qui Græcè poli nominantur, per quos peruolitat ſempiterno cælum.* niſi, quod imagine quadam animi effingimus, ſcriptione eum voluiſſe exprimere dicamus. Maiorem circinationem rotæ, maiorem ambitum appellat, de Saturno loquens: *tanto maiorem*, inquit, *circinationem rotæ percurrendo, tardior videtur.* In quo ad curricula quædam videtur reſpexiſſe, quibus deos poëtæ, & ſidera ipſa comminiſci ſolent ferri: quanquam & rotam Solis pro Sole Lucretius dixit, quòd rotundus ſit. Nam rota rotunditas eſt, vt non longè hinc apud Vitruuium, *quarta decima die plena rota totius orbis mittere ſplendorem.* Iterum, *quot menſibus ſub rotam ſolis radióſque*, Iterum, *ſubire rotam radióſque eius.* Speciem pro acie oculorum dixit: *Ergo*, inquit, *ſi tantis interuallis noſtra ſpecies poteſt.* Idq; perbellè hoc ſignificare poteſt, ſi ad ſuam redigatur originem. Diuinitates vocauit aſtra cæleſtia & diuina, quòd ea credo pro dijs haberent & venerarentur: *quid ita*, inquit, *diuinitatibus ſplendoribuſque aſtrorum iudicamus obſcuritates obijci poſſe?* Deſiderare etiam pro quærere. *Fortaſſe*, inquit, *deſiderabitur quid ita ſol quinto à ſe ſigno.* Feruores aſtra dixit: *Faciat*, inquit, *in his feruoribus retentiones.* Alias huic & Ciceroni feruor eſt æther & calor. Redundationes vocat recurrentem quendam & renitentem impetum, velut vndam, qua obruantur & ſuperentur ſtellæ, quæ quamuis contra mundi conuerſionem nitantur, tamen mundi impetu ſuperatæ quotidie occidunt atque præcipites merguntur: ſic autem ſcribit, *ſed cæli verſatione redundationibus referuntur quotidiana temporis circulatione.* Legere tamen mallem è veteribus libris, *ſed cæli verſationibus redundantibus*, id eſt ſuperantibus: vel cæli verſationis redundationibus. ſpecies etiam ab eo vſurpatur, cùm res aliquam in partem conuerſa ſpectat. Nam cùm de luna dixiſſet, *ſuperiora ſpectat*: ſubiecit, *totum lumen ad ſuperiorem ſpeciem retineri*, id eſt totum eius ſic retineri lumen, vt ſurſum ſpectet. Hęc nouitas vſurpationis non indigna relatu fuit. Viſitatio eſt quæ à Græcis φάσις vocatur, quod in luminibus lunæ verbum frequentiſſimè vſurpatur à Græcis.

visitationem, inquit, *facit tenuem extremæ rotundationis*, id est tenuiter & exiliter eius extremitas cernitur. Hæc properans ad lucernam serò elucubraui, & adolescentibus impertire volui. boni ergo consulant qualemcunque opellam.

Depesta, simpulum, Epichysis, bura, ornatus mulieris, capital, Varro emendatur. CAPVT XXX.

LIBER tanquam venari in Varronis saltu: & dumos interim ex eo excidere & extirpare: sic enim errores, qui vt spinæ, in eo omnia occupant, appellauerim. Emendo igitur in eo, *Eo quòd pateant latius, ita dictæ*: nec hîc testimonio librorum antiquorum opus esse credo, cùm vox ipsa ita legendum esse clamet. Lego mox, *Pocula à potione, vnde potatio, & etiam poma, quòd hæc poscunt potum à πότῳ, quòd πότος potatio Græcè. origo potionis aqua*: in libro tamen antiquo scribitur, & *etiam poßtea, hæc possunt à πότῳ*, vt fortasse librarius scribere voluerit, & *etiam posca*, sed hoc alijs iudicandum relinquo. Reperio mox & probo, *item dicta lepestæ, quæ etiam nunc. Lepista*, inquit Festus, *genus vasis aquarij*: vt & apud Nonium Varro loquitur, *Lepistæ etiam nunc Sabinorum fanis pauperioribus plerísque aut fictiles sunt, aut æneæ*. Varronis libri quidam formis excusi, & quem habui manu exaratum, flepestæ exhibent abundante litera, cùm lepestæ scribendum sit: vel potius f & l, efficiunt coniuncta d, legendumque, vt arbitror, depestæ. Si depestæ scribas, origo à δέπαστρον repetetur, cuius meminit Athenæus: vel à δεπάστῃ, quod se legisse Varro profitetur: vnde & lepesta deducetur mutato d in l, vt in ὀδυσσεὺς Vlysses, & in reduuia, reluuia: vel à δέπας. sed & sine mutatione elementi illius commodè asciscetur & elicietur à λεπαστῇ cuius mentio est apud Athenæum & Hesychium. Lego deinde, *quî vinum dabăt, vt minutatim funderent*: Et mox, *qui minutatim sumebant*. erat igitur guttus & gutturnium, vas vinarium, à quo vinum fundebatur in simpulum, quod pro cyatho erat: è simpulo in calicem. Nam potionem cyathis & antè simpulis metiebantur. Cęterùm epichyseos, quę gutto postea successit, meminit his verbis Athenæus, ἐπὶ δὲ τῷ τρίποδι ψυκτὴρ χαλκοῦς ἐπέκειτο καὶ κάδος καὶ σκάφιον ἀργυροῦν δύο κοτύλας χωροῦν, καὶ κύαθος, ἡ δ' ἐπίχυσις χαλκῆ, id est, In tripode frigidarium æneum positum erat, cadus, schaphium argenteum duarū capax heminarū, cyathus, epichysis autem ænea. Epichysis est vocata, quòd funderet vinum in cyathum. Quod autem mox ante balneum scribit, intelligit lauatrinam. Nam balneum domesticum & priuatum est, balnea publica. Imburi hodie ferè nomen retinemus. Nam hamulas sacerdotales, buras & buretas vocamus: sed & populares mei Andeliacenses anates, buras

Varro lib. 4. de ling. Lat.

Fest. lib. 10.

Athenæus lib. 11.

buras appellant. Imburum autem potius à bura dictum cenfeas, fi fonum
audias, quam ab vruo, fed, vt diximus, literæ & mutantur & tranfponun-
tur fæpe in origine vocum perueftiganda. Bura, quę buris à Marone voca- 1. Georg.
tur, temo eft ille longus aratri, qui & inter boues eft protenfus. vocatur &
curuum & vruum. Lego protinus, *quòd in eo calda plus apponebatur:* Nam Varro lib. 4.
eo poculo caldam potionem ducebant plerunque. Pultem qui fcribunt, de ling. Lat.
obliuifcuntur calicē vas effe potorium. Lego quamproximè, *fedile, folium,*
fellæ. Hinc enim, inquit Varro, *maximè fumitur quod eam deceat*, fic editiones, Ibid.
& rectè: reperio tamē, *quod eam doceat*, quod tum ad monditiam referetur:
nec tamen æquè placet. Eleganter hæc defcribit Tertullianus in libro de
Habitu mulieris, *habitus fœminæ duplicē fpeciem circunfert, cultum & ornatum.*
Cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant: ornatum, quem immundum
muliebrem conuenit dici: ille in auro & argento, & gemmis & veftibus deputa-
tur. iste in cura capilli & cutis & earum partium corporis, quæ oculos trahunt.
Lego mox, *veftis à velis, vela ab eo, quod velius lana tonfa vniuerfa ouis, id di-* Ibid.
ctum quòd vellebant: lanea ex lana facta. quærit enim vnde dicatur veftis la-
nea, nifi fallor. In laneis numerantur veftibus birri, vt Atrebatenfes, qui
beri non funt dicendi, quòd in Gallia fericum non texeretur: fic birri Ca-
nufini dicendi funt, non beri, è lana Canufina, quæ rutuli erat coloris: ac
birri Canufini & Atrebatenfes lautiores & elegantiores erant. Lego è ve-
ftigio, *item texta fafciola, qua capillum in capite alligarent, dictum capital, à ca-*
pite. Interpunctio malè interpofita fenfum corruperat, qui nunc poftlimi-
nio reftitutus eft. Capital autem dicit Pompeius fuiffe linteum quoddam, Feft. lib. 3.
quo in facris vtebantur. Varro ait eo mulieres omnes vfa fuiffe. rica ope-
rimentum eft capitis in Varrone, quo in facris caput mulieres velabant.

Emendatus Suetonius in Caligula, verbenatus, deceris, Gelotiana.

CAPVT XXXI.

SPICAS aliquot è fegete Tranquilli in Caligula legemus, non vt fa-
cto ex eis ferto velut primitias Cereri facremus, fed vt Apollini dicemus.
Abundè arbitror, inquit, *patere:* in veteribus libris abundè arbitror parere, Cap. 8.
quod eft apparere, lego: quod negligendum non puto. antiquarius enim
eft Tranquillus, & verbis vti antiquis non reformidat. parere etiamnum
in Iurifconfultorum & iudiciorum formulis remanet. hoc igitur non indi-
gnum admonitu credidi, etfi vfitatam tritamque fcripturam condemnare
non aufim. *alterum qui fe periturum ea de caufa vouerat, cunctantem pueris tra-* Cap. 27.
didit verberatum infulatumq;. me reum culpę nullo piaculo foluendę exifti-
marem, nifi ftudiofis teftatum relinquerem, quid in codice vetuftatis vlti-

mæ legerim, *verbenatum infulatumque.* Nam verbenæ & infulæ ſacris & votis conueniunt, non verbera: auſimque omni ſponſione contendere, &,quod ſtultiſſimum ſacramentum noſtri dicunt,in capitis periculum iuſ-
Cap.30. iurandum dare, hanc veram eſſe ſcripturam. *notóſque iam præcepto ita fieri, vt ſe mori ſentiat*: aliquanto melius, *Ita feri*, quod eſt ita percute & cæde, vt ſentiat ſe mori:nec verò commentum hoc meum eſt, ſed eorundem libro-
Cap.18. rum antiquorum teſtimonium. Lego in Tranquillo,*commiſit & ſubito,cum è Gelotiana apparatum Circi proſpicientem.* Gelotiana domus erat, vt ex inſcriptione vetere liquido conſtat,in qua ſcriptum eſt, SIMPHORO TESSERARIO SER. CÆSARIS DE DOMO GELOTIANA. Lego non
Dion li. 58. longè hinc è Dione, ex Homero, antiquiſque libris, *Nam vox comminan-*
Cap.22. *tis audita eſt,* ἤ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγὼ σε. *Arguebat & perperam editos cenſus, quibus po-*
Cap.38. *ſtea quacunque de cauſa quicquam incrementi acceſſiſſet.*vulgo,*Et quibus* edunt, coniunctione ſenſum perturbante, cùm dicat, eos argutos fuiſſe, quòd malè fortunarum ſuarum cenſum in profeſſione edidiſſent, quibus poſt luſtrum conditum & cenſum actum aliqua acceſſio poſtea bonorum
Cap.37. accreuiſſet. *fabricauit & de cedris liburnicas.* Ego bonorum librorum teſtimonio adductus lego, *deceris liburnicas*: vel ſi Græcè mauis δεκήρεις, id eſt decemremes. Naues enim ingentis magnitudinis intelligit, quæ thermarum & tricliniorum capaces eſſent, quales à regibus Ægypti & Macedoniæ fabricatas refert Athenęus.laxitas autem & capacitas decemremis triclinia & conclauia & thermas complecti poteſt. emendatores cùm deceris legiſſent, nec animaduertiſſent vocabulum eſſe Græcum, d literam inter ſeruêre, pretium materiæ ſequuti, cùm amplitudinem ſignificaret
Cap.50. Tranquillus. *ſtatura*, inquit, *fuit eminenti, pallido colore.* in veteribus membranis reperio,*expallido colore.* ex enim præpoſitio vim & poteſtatem ver-
Plin.li. 12. c. 17. bi amplificat,vt apud Plinium in exalbido. *Item*,inquit,*Romæ cella palatina Atrienſis*: lego, *cella palatini Atrienſis.* cella atrienſis de cælo icta porten-
Cap.57. dere periculum domino videbatur. quod emendationem noſtram confirmat: quanquam noſtra non eſt, ſed veterum librorum. neque id cùm affirmo, antiquorum codicum auctoritatem ementior, in quibus perſpicuè planéque ſic ſcriptum reperitur.

Coprei, obſecratio, Procurator ducenarius, Suetonius emendatur. CAPVT XXXII.

CONCHAS & vmbilicos veluti ſi legerem in littore, ſic mihi videor
Suetonius in Claudio c.4. è Tranquillo quoſdam legiſſe calculos, ac verius ſcrupulos, in vita Claudij imperatoris, de quibus exiſtimabunt eruditi, quorum iudicio & poteſtati

ſtati iſta permittimus. Lego, μὴ προϋποκειμένου ἡμῖν, non vt aſſolet προϋποκει-μένων: quod, etſi non magnum eſt: magnum tamen parit errorem. &, *extra ordinem adijceretur cenſuit*, non addiceretur. hinc obrepſit menda, quòd in vetuſtis exemplaribus adiceretur, pro adijceretur plerunque ſcribi conſueuit. *Interdum ferula flagróue velut per ludum excitabatur à tropeis: ſolebant & manibus ſtertentis ſocci induci.* locus iſte miſerum in modum & interpretes, & ne quid diſſimulem, meipſum cruciauit. de quibus in equuleo per tormenta quæritur, non miſerius habentur: ſed cùm in exemplari fideliſſimo legerim à copreis, ſic exiſtimo legendum, *à copreis ſolebant & manibus ſtertentis ſocci induci*. i. ſtercorarijs, vt Græco verbo Tranquillum vſum opinemur ob rei fœditatem, quod ſtercore obliti eius manibus ſocci inducerentur, vt etſi diritate odoris non expergiſceretur, tamen ab alijs experrectus, ſibi alui proluuie faciem ſublineret, eam ſoccis defricans. Lego etiam, *quod per circum duceretur*: &, *Neapolitano certamine docuit.* Certamen autem eſt qui Græcè dicitur ἀγὼν. Lego etiam, *magno omnium fauore indulſiſſe rudem*. malè poſita interpunctio ſenſum corrumpit. Lego etiam, *vtque dira aui in Capitolio viſa, obſecratio haberetur, eámque ipſe iure pontificis maximi pro roſtris pop. præiret, ſummotáque operariorum ſeruorúmque turba.* obſecrationem appellat, precationem quam pontifex ipſe præibat. pop. ſubſequenti verba præeuntis. Atque hinc Valerio lux affertur de cerimonijs antiquis diſſerenti. Sed qui ſunt procuratores ducenarij? ego eos credidérim, qui ducenariæ id eſt ducenteſimæ colligendæ præerant, quam διακοσιοστὴν appellat Dio. fortaſſe quis à numero vocari cenſeat, cum ducenarius ſit διακοσιοστός. alius à ſalario ducenario, quæ viderur ſententia eſſe Dionis lib. 53. Lego non longè hinc, *Aut vti nunc prætura functi*. Ramenta quędam videor & minutias atomis Epicuri magis indiuiduas conſectari: ſed quid hæc quamuis minutula cognoſcere nocuerit? ne illud quidem prætermittam, etſi pluma leuius, *ac ne ſingulatim minora quoque enumerem*: non quo mihi non probetur recepta lectio, ſed quòd latere diutius in vmbra & ſitu veterem ſcripturam nolim. non longè hinc, *præterea linguæ titubantia.* &, *flatum crepitúmque ventris*: &, *quod in proxima Martis æde.* &, *etiam in geſtatione ludere*. ſunt hæc omnia vnius aſſis, aut etiam minoris: ſed quæ tamen ſententiæ auctoris conſulunt, vt quæ in eorum locum inuaſeruut, officiunt. Lego mox, *& meridie dimiſſo ad prandium populo perſederet.* Nam præſideret, quod ſuccidaneum eſt in eius locum, minus ad ſententiam accommodatum eſt, ſi quis propius inſpiciat. Lego item, *ſi automatum vel hegma vel quid tale aliud*: nec longè, *quaſdam inſidias temerè delatas*: non vt nunc, delectas: & *cocta vendentes*, non vt paſſim, *coacta.* Item, *& ad aleæ uſum admoneri*, non vt hodie admoueri. Ligi & in eodem peruetuſto codice,

Cap.6. Cap.8. Cap.11. Cap.21. Cap.12. Suetonius in Claud.c.24. Cap.29. Cap.30. Cap.32. Cap.33. Cap.34. ibid. Cap.35. Cap.38. Cap.39.

Cap.40. dice, *quid? ego tibi telæ Genius videor?* vbi alij libri partim Telegonius, partim Theogonius habent. omnibus rebus Genium antiqui præficiebant. Erit igitur telæ Genius dictum, pro infimo & abiecto: vt Iouis contra Genius diceretur, de eximio & præſtantiſſimo: aut, ſi nomen proprium eſt, quod & magis placet, Telegonius viri nomen erit humilis & Ibid. deſpicandi: niſi quis à Telegono parricida Tuſculi conditore deducat. Lego mox λάλει καὶ μὴ θίγγανε, ex antiquis & archetypis libris, quod eſt loquere, ſed verberibus parce. cuius in locum ſubdidêre λογιώτατος. parum autem pro dignitate & imperio loquebatur Claudius iſta vſurpans, quaſi plagas & verbera vereretur, vt iure inconſiderati hominis verba à Tran- Cap.43. quillo notentur. Lego infra, *Græca inſuper voce proſecutus* ὁ τρώσας πείσεται hoc ſenſu, qui te læſit, pœnas dabit, non malè etiam, ἰάσεται quis legeret. Scio me his colligendis operæ pretium non feciſſe, nec hæc magni æſtimo, nec ex hoc muſtaceo lauream quæro: tantum bonos iuuenes his adiuuare conor.

Annonæ incendium, fames ignea, parua dictu, viuendi cauſa. CAPVT XXXIII.

Quintil. Decl. 12. ROMANI magnam caritatem annonæ eloqui ſtudentes, ab incendio igneq́;, quo nihil vehementius & acrius eſt, mutuò verba ſumebāt. Quintilianus, *Etiam ſi quid reſidui erat, vt carius quidam venderent, ad annonæ incendiũ ſuppreſſum eſt*: id eſt, vt annonæ augeretur pretium, ingraueſceretq́ue caritas. Idem, *poſtquam omnem patientiam vicerat ignea fames*, id eſt acerrima Varro lib. 3. de re ruſti. ca. 2. & vehementiſſima. M. Varro, *aut collegiorum cœnæ, quæ tunc innumerabiles excandefaciebant annonam macelli.* Iterum, *aut collegiorum epulas, quæ nunc innumerabiles incendunt annonam.* Manilius lib. 4. loco valdè corrupto, ſed Manilius lib. 4. c. 1. vt exiſtimo ſic reſtituendo,

Et grauia annonæ ſpeculantem incendia, ventis
Credere opes.

Quintil. declamat. 13. Idem Fabius, vt ex eo hoc caput creſcat, parua dictu, eleganti antiquitatis dictione vſurpat, in excuſatione eorum, quæ ob humilitatem & vilitatem exiguitatemq́ue & contemptum vix erant nominanda. ſic enim ſcribit Plin. li. 2. cap. 27. *auidas longè fugare volucres, & arcere parua dictu animalia.* quod ſanè non ſcripſiſſem, niſi eodem modo Plinium loqui animaduertiſſem: cuius è ſecundo libro hæc verba ſunt, *aruſpicum prædicta, atque etiam parua dictu in auguriis ſternutamenta & offenſiones pedum.* Dicit enim, quæ tam humilia ſunt, & ſpernenda, vt vix nominanda appellandáque ſint, tamen in augurijs haberi, vt alicuius momenti & ſignificationis. Idem etiam vitæ cauſam peculia-

peculari quadam ratione, pro facultatibus aut copijs, quibus vitam noſtram ſuſtentamus, dicit. *Audete*, inquit, *nunc laceſſere diuitem, quibus vitæ cauſa ſupereſt.* ſecus viuendi cauſam vſurpaſſe Iuuenalis videtur, *saty.8.*

Et propter vitam viuendi perdere cauſam.

id eſt probitatem & integritatem vitæ. Sed, vt excuſatione & ipſi vtamur, nos quoque parua dictu ſcituque, & fortaſſe puerulis nota, noſtras chartas malo linentes atramento, hîc pangimus: ſed grauibus non conſtaret ſuum fortaſſe pondus, niſi leuium cōparatione creſceret. hæ noſtræ nugæ aliorum ſeria ſcripta ſuperciliofis hominibus, qui ſoleis plumbũ ſuppingunt, & pileo metallum addunt grauitatem affectantes, facilè commendabunt.

ADRIANI TVRNEBI ADVERSARIORVM LIBER VIGESIMVSTERTIVS.

Indutui, Amictui, asbeſton, manibula, oppilatur, coum, Varro emendatur. CAPVT I.

NON deſinam animo morem gerere, & Varronis librum excutere, vt & ſæpe iam feci: qua quidem in re, vt nihil profim alijs: neque enim tantum mihi ſumere auſim, vt profiteri audeam à me aliquam ad alios permanaturam vtilitatem, certé me oblectauerim. In eo igitur ſcribo, *Prius deinde indutui, tum amictui quæ ſunt tangam.* *Varro lib.4. de ling. Lat.* Induit, quod corpus ita integit, vt ei adhæreat, & comprehendat, capitium, tunica, ſubucula: amicit, quod corpori circunijcitur, vt ricinium pallium: addunt Iuriſconſulti, quæ præcingunt, & alia, quorum verba ſunt, *quæ induendi, præcingendi, amiciendi, inſternendi, inijciendi accubandi ve cauſa parata ſunt.* *L. veſtis ff. de aur. & arg. leg.* Præcingunt, quæ ad medium corpus aut pectus hærent, nectuntur, ligantur, conprehendunt, vt ſtrophium, zona, caſtula. Nonius *Nonius in caſtula.* *caſtula*, inquit, *eſt palliolum præcinctui, quo nudæ infra papillas præcingebantur.* Indutui autem & amictui veteres dicere ſolebant. Nonius, *caſtula, eſt palliolum*

Cap.60.li.1. *liolum præcinctui.* Varro de re Ruſtica, *oleas eſui optimè condi.* Apuleius in Flo-
Apuleius li.2. Floridorum. ridis, *habebat indutui ad corpus tunicam interulam.* Rurſum, *habebat cinctui bal-*
Varro lib. 4. de ling. Lat. *teum.* Varro hoc loco, *vt veteres loquebantur, indutui comprehendit.* Aſbeſton
autem linum eſt, quod igni non conſumitur, ſed ardendo niteſcit & mun-
Cap.1.li.19. datur. Plinius viuum appellat. Sed aſbeſton cùm Varro dicit, lintea ex eo
facta intelligit, atque adeo veſtimenta. Plinius, *Inuentum iam eſt etiam quod ignibus non abſumeretur, viuum id vocant: ardentéſque in focis conuiuiorum ex eo vidimus mappas, ſordibus exuſtis ſplendeſcentes igni magis, quàm poſſent aquis. Regum inde funebres tunicæ corporis fauillam à reliquo ſeparant cinere. Naſcitur in deſertis aduſtíſque ſole Indiæ, vbi non cadunt imbres, inter diras ſerpentes: aſ-ſueſcítque viuere ardendo: rarum inuentu, difficile textu, propter breuitatem: ruf-fus de cætero color ſplendeſcit igni. Cùm inuentum eſt æquat pretia excellentium*
Varro li. 4. *margaritarum: vocatur autem à Græcis asbeſtinum ex argumento naturæ.* Lego
mox, *amictui dictum, quod amiectum, id eſt circumiectum, à quo etiam quòd veſtitu ſe inuolunt, circumiectui appellant*: amictui & circumiectui
more veteri à Varrone dictum elegantiſſimè cenſeo. huius elegantiæ
ignari has exterminauerunt locutiones, & ſeculi noſtri balbutiem inuexe-
runt. Cæterùm Varro ricinium quaſi reijcinium dictum interpretatur: pal-
Ibid. lia quaſi parilia extrita ſyllaba ri. Lego igitur, *re excluſum propter leuitatem.*
Vetus liber, *reliculum* habet mendoſè: ſcribere fortaſſe voluit librarius ſcri-
ba, *ri reiiculum. Parapechia, chlamydes,* rectè legi arbitror, & per ſummam
iniuriam hinc ablegata arbitror. Lego, *pala à pangendo*: quidam libri *à pa-gendo*, & fortaſſe ſic veteres locuti ſunt. Lego, *rutrum, ruitrum, à ruendo,*
Varronem etiam ferè conijcio ſcripſiſſe, *aratrum, quod arruit terram*, id eſt
Varro de re ruſt.li.1.c.35. quod terram iuxta ruit & iacit. Varro de re ruſtica, *terra arruenda puluinos fieri*: vel, vt ſcriptum in omnibus eſt, aruit, etit à ſe ruit & amouet. Cùm
autem ait, *vomit eo plus terram,* more ſuo loquitur, vt antea, *quòd eo plus cal-*
Varro lib. 4. de ling. Lat. *da adponebatur.* Plus erat ſæpius, hîc magis & amplius. Lego paulò poſt,
& in ea tranſuerſa regula, manibula, accommodatè & appoſitè ad etymolo-
Ibid. giam Varronis, cùm à manu bubulci dictam interpretetur. Lego etiam,
qui quaſi eſt temo inter boues, bura à bubus. Interpuncta hanc notationem pe-
remerant, quæ nunc vt exiſtimo viget & floret. Ait Varro, *alij à curuo cur-uum appellant.* Sunt qui emendant, *vtrum appellant.* vtrum enim eſt aratri
curuatura. Nos tamen noſtras manus ab iniuria hic continebimus. lego
continuò, *ſub iugo medio cauum, quod bura extrema oppilatur, vocatur coum, à cauo.* Cauum iuquit Varro, in iugo medio, quod extremitate buræ & te-
Feſtus Pomp. lib.3. monis indita ei & inſerta oppletur & clauditur: id enim eſt hoc loco op-
Varro li.4. de ling. Lat. pilatur, coum vocatur. Pompeio tamen coum lorum eſt, quo temo buris
cum iugo colligatur, à cohibendo dictum. Quid ſi ſcribendum in Varro-
ne? *Vt*

ne? *Vt eruant quæ in terra ſerpunt ſirpices, poſteas detrito. à quibus dicti raſtelli, vt irpices, ſerræ leues.* hæc fideliter ſunt de libro vetere deſcripta, præterquam quòd ſerpunt pro ſunt feci, quod mihi videtur etymologia poſtulare. Scribunt etiam libri editi, *à quibuſdam dicti*, poteſt tamen, *à quibus*, non incommodè explicari & intelligi de his, quæ in terra ſerpunt, à quorum abraſu ſunt raſtelli dicti.

Fecunda gens Menenij, meniæ, mentem niſi exciperet dominus, in Horatio explicantur. CAPVT II.

HOC *quoque vulgus Chryſippus ponit fecunda in gente Meneni*, ab Horatio perbellè ænigmatis more dictum eſt, de ſuperſtitioſis, quos Chryſippus numero ſtultorum habet. Saty 3.lib.2. Nomina autem familiarum Romanarum quædam græcanica erant, vt Æmiliorum, Pompeiorum. ſic & Meneniorum. Nam & ἀιμύλος Græcum verbum eſt, & πομπὴ: & μενήνιος, qui tanquam frænis ſtultus habeníſque paret, ad nutúmque & voluntatem aliorum flectitur: vel à μηνίω deducitur, qui ira & cupiditate nimium intemperantérque effertur, ideóq; inſanit: aut à μέμηνα, quod eſt inſano, vno elemento mutato ad euphemiſmũ. manię etiam & menię & menenię vicina nomina ſunt, quę in ſtultitia & ineptijs ponebãtur: vt gens Menenij ſit natio ſtultorũ, quę longè lateq́ue patet, neque vnius prouinciæ finibus continetur, ſed orbis terrarum, qua ſol vtrunque recurrens aſpicit Oceanum, amplitudine ſpatiatur. Ita ex familiæ nomine & veriloquio luſit poëta. Quidam etiam Menenium fuiſſe ea tempeſtate hominem inſanum ſuſpicantur: eſt & apud Halicarnaſſeum lib. 9. conſul Menenius, qui ab hiſtorico ſtultitiæ inſimulatur apertiſſimè. Inexplicabile autem videtur nonnullis quod de libertino ſcribit Horatius,

— *mentem niſi litigioſus* Ibid.
Exciperet dominus, cùm venderet.

ſerui enim, inquiunt, non libertini venire ſolebant. Ego hoc explicatu facile puto: conſtat enim eum ante ſeruum fuiſſe, & emptitium Horatius ponit. Cum ergo dominus, ei qui emptum poſtea manumiſit, eum ſanum eſſe furtis noxiſque ſolutum ſponderet, aliáque præſtaret & caueret, quæ in mancipijs alienandis prętari ſolent, mentem excepit. Mutatio igitur temporis eſt, pro excepiſſet cùm vendebat. *Quid tam*, autẽ *magnum*, vt in libro antiquo vidi, mallem, quam quiddam, vt intelligatur, non eſſe magnum dijs & operoſum vnum hominem ſeruare, & morti ſurripere. In gelida autem fixum ripa dicit, ex antiquorum ritu, qui ſacris operaturi, ſe in flumine purificabant. Mater, inquit, quæ votum fecerit Ioui, vt eo ſe ream liberet, filiũ nudum, vt vouit, viuo flumine perfundet ſacrorũ cauſa, vt caſtus &

Horat. Saty. 3. lib. 2.

Ibid.

purus rem diuinam Ioui faciat, morbúmque reuocabit, quo liberatus erat.

Alpina gesa, si qua fides sub ima tellure, sedere, funeris vmbræ,
Tyro despectus, matrona moueri iussa diebus festis.

CAPVT III.

Hoc capite non sedentariam operam, sed huc illuc excurrentem studiosis nauabimus: & aliquid in excursu vago & errabundo decerpentem. apud Maronem,

Virgil. 8. Æn. *— duo quisque alpina coruscant Gesa manu,*

non absque ratione è doctrina interiore deprompta dictum est. constat enim materiam campestrem esse molliorem & teneriorem, montanam duriorem atque rigidiorem, & hastilibus aptiorem. Nam & montium siccior & aridior habitus, lignum magis durat & adstringit, & ventis ibi ad soliditatem & firmitatem tunduntur arbores. Itaque Homerus, cuius æmulatione hoc Virgilius protulit, cæsam fuisse ait hastam Achillis è vertice Pelij montis bonitatem materiæ demonstrans: & ἔγχος ἀνεμοτρεφὲς appellat, criticis durum & rigidum hastile interpretantibus.

Ibid. *— Et te*, inquit idem Maro, *Catilina minaci Pendentem scopulo.*

ibi ex opinione viuorum & sensu, ad mortuum hominem & ad Orcum demissum pœnam transfert acerbissimam, vt illic quoque honore sepulturæ careat, & in sublimi scopulo insepultus pendeat: quæ & apud Tragicos imprecatio immanissima habebatur, vt apud Ciceronem in Tusc. disputationibus è vetere poëta, (Lib. 1. Tusc. quæst.)

Ipse summis saxis fixus asperis,

Euisceratus latere pendens saxa spargens tabo, sanie & sanguine atro, quibus in trochaicis (eum enim modulum olent hæc verba, vt & è versibus, qui non longè hinc etiam consequuntur coniectura capi potest, *neque sepulchrum quo recipiat*) legendum videtur,

Visceratus, latere pendens saxa spargens tabida Sanie.

Visceratus autem erit, dilaniatus, discerptus, laceratus. Illud verò attendendum libro 6. Æneidos, (6. Æn.)

Per superos, & si qua fides tellure sub ima,

valere, per superos & per inferos per superos, & si quod apud inferos iusiurandum est, religiosáque affirmatio & asseueratio. Eodem lib. euantes orgia, orgia celebrantes dixit. Et funeris vmbras, adumbrationem sepulturæ in inani sepulchro. *— Luco*, inquit lib. 9. *tum forte parentis* (9. Æn.)

Pilumni Turnus sacrata valle sedebat:

ibi sedebat accipiendum reor, de eo, qui mortuis feriatur. Nam tametsi ritu Romano deus postea est habitus Pilumnus: tamē à Turno pro mortuo

colitur. ſic denicalibus ferijs reſideri mortuos ſcripſit Tullius,& Heſychius καθέδραι, inquit, πένθους ἡμέραι ἐπὶ τετελευτηκόσιν: Idem, *ſedémque petit Euandri*, dixit pro petijt, vt, *malo me Galathea petit*. Itaque propter coitum vocalium, vltima alias breuis, producitur. Ait idem,

Cic. lib. 2. de leg. — 9. AEn. — Eclog. 3.

— dum per mare magnum Italiam ſequimur fugientem. 5. AEn.

vbi nequaquam ſequar Seruium, qui procelloſum interpretatur, vt & in Lucretio, *Suaue mari magno*: ſed mare magnum etiam internum dici reor, vt appellat plerumque Homerus ἅλα δῖαν, quod veteres critici mare magnum explicat. vt & Maro Homeri, vt ita dicam, aſſecla: idque nos antè docuiſſe recordamur.

Lucret. lib. 6.

— Non antè Tyro deſpectus Hiarbas, 4. AEn.

valet contemptus à Tyro, & per denominationem à te Tyria muliere. non enim aſſentior Seruio, qui Hiarbam facit Tyrium, quem è Trogo, & hoc 4. lib. conſtat Afrum fuiſſe.

Aut, inquit, *ante ora deûm pingues ſpatiatur ad aras,* Ibid.

dicit more Romano, quo matronæ ante aras faculas tenentes geſtu graui ſaltationémque ſeueram & verecundam imitante mouebantur & ferebantur: quod Horatium intellexiſſe puto, cùm in Arte ſcribit,

Vt feſtis matrona moueri iuſſa diebus.

atque hoc potiſſimum adſcripſi, quo Horatij ſenſus enuclearetur, non omnibus perinde clarus atque illuſtris.

Naſcuntur qui honores adipiſcuntur, naſcuntur qui ab exilio redeunt, Cicero emendatur. CAPVT IIII.

NON ſolum ſe naſci veteres eo die credebant, quo in lucem exibant, vitámque accipiebant, ſed etiam cùm in Repub. honores ampliſs. vt conſulatum conſequebantur, qua quidẽ ex opinione à Cic. in oratione poſt reditũ ad Quirites dictum exiſtimo, *à parentibus, id quod neceſſe erat, paruus ſum procreatus, à vobis natus ſum conſularis*. ſed & clarius multo apud Salluſtium in oratione Cottæ his verbis: *nam ſi parricida veſtri ſum, & bis genitus hîc, deos penates meos, patriámque & ſummum imperium vilia habeo.* Et qui ab exilio reuertebantur, tanquã renaſci videbantur: certè diem, quo redibant, natalem reditus ſui vocabant. Cicero ad Atticum, *Ad quæ recuperanda per fortunas incumbe, vt facis, diéque natalem reditus mei cura, vt in tuis ædibus amœniſſimis agam tecum & cum meis*. Sed in illa oratione Ciceronis quædam è vetuſtis ſcidis attingere placet. Nam vbi legitur hodie, *Reliquæ meæ fortunæ recuperatæ plus mihi nunc voluptatis afferunt, quàm tunc incolumi afferebãt:*

Cic. ad Attic. lib. 3. epiſt. à Cæcilio.

 planè

planè diſertéque in eis & ſine vitij vllius aut lituræ ſuſpicione, *quàm tunc incolumitates afferebant*, ſcriptum extat: quam quidem ſcripturam veram eſſe emendatámque confido, præſertim cum incolumi illud cum reliquis fortunis incõmodè coniungatur. Nam inculumis ſuis integris fruebatur, non reliquis reſiduiſq; fortunis. Incolumitates igitur vocat ſecundã & proſperam fortunã, facultatéſq; ſolidas & incolumes ſaluáſque. Illud verò fœdatũ etiam maculoſumq; ſolœciſmo eſſe videtur, *tantũ hoc tempore vniuerſo cuncta pop. Rom. debemus*, vt in ſcidis illis reperi, *tantum hoc tempore vniuerſum cuncto pop. Rom. debeamus*, rectè vt exiſtimo concinnéq; ſcriptum eſt. In editionibus publicatum eſt, *Non L. Dalmaticus conſularis*: in bibliothecis ſanctiſſimis, *non Diadematicus conſularis*. Idq; optimè vel Plinio teſte. *Permulti Metelli*, inquiunt editiones, *aut Metellorum liberi*. quid? Metellorum liberi non ſunt & ipſi Metelli? reperi *Metellarum*. nam de ſororum filijs intelligendum eſſe arbitror, de quibus proximè dixerat, *non ſororum filij Luculli, Seruilij, Scipiones*. Sunt hæc parua, & multo quàm loquor minora: quæ tamen ſine librorum ſubſidio & fiducia, nemo quantumuis doctus mutare auderet: & tamen interim velut captus & deprehenſus ibi hæreret & teneretur. volui igitur meum & aliorum æſtum leuare, & tollere etiam ſi poſſem, vt ex his locis expeditè & facilè ſine vlla animi moleſtia velut curſum teneamus, nec in ſalebra moremur.

Vittæ virginales & matronales, præpetes, magnæ aues, ſuper, gaudia alieno vultu, ridere malis alienis, cornua amnium. CAPVT V.

RECORDOR me vſpiam legiſſe quaſdam fuiſſe vittas virginales, & alias matronales, quòd alio virgines cultu capitis & ornatu quàm nuptæ
Propert. eleg. 12. lib. 4. matronæ vterentur: argumento eſt illud Propertianum,

Vinxit & acceptas altera vita comas.

Virgil. 2. Aen. Id eſt poſtquam nupſi: & Maronianum,

Virgineas auſi diuæ contingere vittas.

hinc Valerius Flaccus, ex quo quædam hoc capite explicare conabimur, lib. 8. exponendus eſt, cùm ſcribit,

Vltima virgineis tum flens dedit oſcula vittis.

Erat enim mox nuptura Medea. Poëtis eſt prepes ſæpenumero, qui à Græcis vocatur οἰωνὸς, id eſt auis rapax, vt aquila & accipiter, quòd volatu valeant: Maro, 5. Aen.

— quem præpes ab Ida
Sublimem rapuit pedibus Iouis armiger vncis.

id eſt, auis armigera: ſed & in Marone tantum accipi & exponi poteſt armiger volans. at multo clarius ita à Valerio vſurpatur eodem libro, Lib. 8. Argon.

Ecce

Ecce autem pauidæ virgo de more columbæ,
Quæ ſuper ingenti circundata præpetis vmbra,
In quemcunq́ue tremens hominem cadit.

Nomen habere videntur præpetes à προπέτεσθαι, quod eſt præuolare: ſed Græcum præuerbium in Latinum mutatum eſt, præpetéſque non propetes dicuntur. Hæ aues à Latinis magnæ vocantur: Plautus, Plaut.Rudente Sc. Exi è Phano.

Téque ambuſtulatum obÿciam magnis auibus pabulum.

Vt Græci præuerbia pro uerbis interdum pereleganter ponunt, vt μέτα pro μέτεστι, πάρα pro πάρεστιν: ſic & Valerius ſuper pro ſupereſt: Lib.8.

Nec ſpes vlla ſuper.

& ante eum Maro, 3.Aen.

O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago.

quanquam aliter à Seruio explicatur: ſed ab eius recedere iudicio non eſt fortaſſe piaculare. Primam belli facem & cauſam inter Aſiam & Europam dicit fuiſſe Medeam lib.1. Herodotus ab Iaſone raptã, eius enim Alexandrum imitatum poſtea exemplum fuiſſe, viceſque reddidiſſe. Id etiam indicat Valerius Flaccus lib. 8. tantum commutat in eo perperam pro committat legitur: eius verba ſunt,

—nec Marte cruento
Europam atque Aſiam prima hæc committat Erynnis.

Qui non ex animo ridet, neque ex hilaratur: ſed coacto tanquam & inuito vultu renidet: non ſuo, ſed alieno vultu gaudere dicitur, vt apud Valerium, Lib.8.

Errantéſque genæ, atque alieno gaudia vultu.

Sic & Horatius, Saty.3.lib.2.

Cùm rapies in iura malis ridentem alienis.

Non enim ſuis ridere malis videtur, qui inuitus lætitiam ſimulat, cùm eius priſtinus non agnoſcatur vultus, nec priſtinus ridentis habitus. Etſi cornigeri amnium dei finguntur, vnde & tauriformis Aufidus ab Horatio dicitur: Od.14.li.4. tamen etiam cornua amnium, ipſorum oſtia & ora dicuntur, vt apud Maronem, *Renúſque bicornis.* Exit enim duobus oſtijs in Oceanum: ſic & Valerius, Lib.8.Argon.

Haud procul hinc ingens ſcythici ruit impetus Iſtri,
Fundere non vno tantum quem flumina cornu, Accipimus

Nam ſeptem, vt ait, exit alueis in Euxinum Pontum. Mentio autem apud Maronem eſt Morinorum & Reni, quòd imperãte Auguſto Carinas Morinos & Sueuos dauicerit, de ijſque Auguſtus triumpharit, vt à Dione ſcriptum eſt libro hiſtoriarum 51. Dicet quiſpiã, at enim his in rebus multi monitore te non egent? quod equidem fateor: ſed fortaſſe illis multo plures egent doctore, quibus conſulendum eſt. Lib.8.Aen.

Libera toga, ad lecticam homines, Campana supellex, arma votiua portæ suspensa, caprificus sepulcri, bustum cædere saxis. CAPVT VI.

Lib.4.eleg.1.

MARTIS *& ante deos libera sumpta toga est*, cùm scribit Proper. togam significat virilem, qua sumpta excedebant è magisterio pædagogorum & tutoris auctoritate, & suæ libertati permittebantur, vt è Persiano loco memini me scribere: eam etiam vestem liberalibus induere solebant pueri in Liberi honorem, vel liberæ vitæ significationem: atque eo die prodibant cultu tironum sumpta toga pura, id est virili. Ouidius,

Ouid. 3. Fast.

Restat vt inueniam, quare toga libera detur
Luce geri pueris candide Bacche tua.
Siue quòd ipse puer semper iuuenísque videris,
Et media est ætas inter vtranque tibi:
Seu quia tu pater es, patres sua pignora natos,
Commendant curæ numinibúsque tuis,
Siue quòd es Liber, vestis quoque libera per te
Sumitur, & vitæ liberioris iter.

Lib.4.eleg.2.

Da, inquit Proper. *falcem & torto frontem mihi comprime feno.* Veteres cùm istis quæ vulgo ferimus capitijs & peleis carerent, sed vel nudo capite essent, vel caput cucullo vestis operirent, idcirco in magno æstu qui fenum secabant aduersus ardorem solis capud torto feno tegebant. itaque ex torto feno fenisecem Propertius significauit. *Sobrius ad lites*: sobrius si sim, ad lites agendas me accommodatum, & quendam causidicum putabis. Itaque hîc ad lites dicitur, vt mox: P*astorem ad baculum possum curare*, quod est pastorem me dixeris, si pedum habeam. sic canes ad venandum pro venaticis canibus dixit Terentius: homines ad lecticam pro lecticarijs Catullus. Lygdamus ad cyatos, pro pincerna, Propertius,

Ibid.

Andria Sc. 1. act.1.

Epig.10.

Propert. li.4. eleg.9.

Hortorum in manibus dona probata meis.

Lib.4.eleg.2.

Apparet ab olitoribus cultum fuisse Vertunnum, & ab eis ipsi libata fuisse hortorum munera. quare scribit in horto Columella,

Lib.10.de cultu hortor.

Mercibus & vernis diues Vertunnus abundet.

Nam malè Portumnus vulgo scribitur. præerat & mercaturæ vendendísque mercibus.

Eleg.2.lib.4.

At tibi Mamuri formæ cælator ahenæ,
Tellus artifices ne terat osca manus.

Signum alienum Vertumni cùm à Mamurio factum sit, gratus deus ipse Vertumnus optat, ne vnquam Mamurius è luto fictilia signa faciat, sed semper nobiles ex ære statuas & formas ducat, ne figlinæ luteæ vilitate

tantus

tantus artifex dedecoretur. Osci populi erant Campanię, vbi figlinæ erant, vnde ab Horatio scriptum est,

Vilis cum patera guttus Campana supellex, satyr.6.li.b1.

id est fictilis. *Omnibus heu portis pendent mea noxia vota.* Propert.eleg. 3.lib.4.

qui militatum ibant, eorum vxores aut propinqui vota in portis vrbis suspendere, id est suspensa tabella voto se obligare interdum solebant reditum optantes & ominantes: sed & ijs reducibus vota soluebant, quæ suspensa tabella susceperant, illi portæ per quam redierant: Propertius,

Armáque cùm tulero portæ votiua Capenæ, Eleg.3.lib.4.
Subscribam saluo grata puella viro.

In eodem libro equidem lego, Eleg.1.li.4.

Iam bene spondebant tunc omnia. &,
Vmbráve quæ magicis mortua prodit aquis.

Ex eodem poëta discimus veteres optasse caprificos sepulchris eorum quos oderant.

Vrgeat, inquit, *hunc supra vis caprifice tua.* Eleg.5.li.4.

quo & illud pertinet,

Ad quæ discutienda valent sterilis mala robora ficus.

Sed & è tumulis eorum, quos habebant caros, sentes & dumos excidere purgareque solebant. Propertius, Eleg.7.lib.4.

—pelle ederam tumulo.

Cædere & saxis busta eorum solebant, qui inuisi fuerant. Propertius, Eleg.5.lib.4.

Scabris hoc bustum cædito saxis.

eodem Maronis illud pertinet,

Monte sub hoc lapidum tegitur Ballista sepultus.

Hæc ego veluti libamenta ex amenissimo politissimóque poëta leuiter carpens, Mineruæ dicaui, quæ nullis victimis melius placatur, quàm donis quæ è doctissimis auctoribus sumpta ei consecrantur.

Lanuuium, erythia, honoratis aquis vehi apud Propertium. CAPVT VII.

SVBOBSCVRVM est, quod à Propertio cantatur, Eleg.9.lib.4.

Lanuuij ad portas hei mihi solus eram.

Hîc, etsi ad nomen municipij, quod Lenuuium vocabatur, respexit, tamen obscœnam mulierũ partem, velud quodam lanitio vel lanugine hirtam, intellexit. Eleg.10.lib.4.

Amphitryoniades qua tempestate iuuencos,
Egerat à stabulis ô Erythræa tuis.

Hic lego ô Erythia tuis. ſic enim inſula Gerionis in Oceano vocata fuit omnium ſcriptorum conſenſu, non Erythræa, *Ecce boues illuc Erythreidas applicat heros*, æquè deprauatum lib. 1. Faſt. affirmauerim & ſine dubita-
Propert. eleg. 12. lib. 4. tione Erytheidas legendum contenderim. *Et tamen emerui generoſos veſtis honores.* hinc apparet, illis quæ pepererant, honorem quendam in funere veſtis conceſſum fuiſſe, qui alijs ſterilibus non tribuebatur, cum alioquin fœcunditas legibus Romanis prerogatiua & priuilegio ornata eſſet, vt iura trium & quatuor liberorum oſtendunt. veſte autem cadauera tegebantur, vt è lib. 2. Ciceronis de Legibus conſtat. fœcundis igitur matronis honoratior quædam veſtis, quàm ijs quæ nunquam pepererant, in funere concedebatur vel lege vel more.

Propert. lib. 4. Eleg. 12.

Cuius honoratis oſſa vehuntur equis.

Ita ſi legatur, eam intelligemus elatam triumphali ſepultura: ſi vehantur, eam ſibi ob vitam integrè caſtéque actam triumphalem ſepulturam optare, quam ſanctimonia ſit promerita. Sic & lib. 3. Propertius ſcribit,

Propert. lib. 3. Eleg. 1.

— & ame Nata coronatis Muſa triumphat equis.

Hîc tamen veteres libri vehantur aquis non equis habent, hoc ſenſu, ſim digna, quæ ob vitæ merita per honoratas aquas in elyſium transferar. Nam de oſſibus vt de ſe loqui videtur: atq; hic ſenſus melior omnino eſt,
Eleg. 7. lib. 4. Propertio præſertim ſcribente,

Ecce coronato pars altera vecta faſello,
Mulcet vbi elyſias aura beata roſas.
Qua numeroſa fides, quáque æra rotunda Cybelles,
Mithratíſque ſonant lydia plectra choris.

Æra autem rotunda vocat cymbala: eáq; vera ſcriptura eſt, non, vt editur, *quáque errat turba Cybelles.*

Nouus annus, mortuaria gloſſaria, Cicero emendatur.

CAPVT VIII.

NOVVS annus non vno modo dici videtur. Eſt enim ſæpenumero
Ouid. 1. Faſtorum. initium anni, vt nouum ver, noua æſtas, veris & æſtatis initium. Ouidius,

Dic age, frigoribus quare nouus incipit annus?

Nouus etiam annus interdum pars illa anni eſt, quæ nouas fruges nouoſq;
Eleg. 1. lib. 1. fructus parit: Tibullus,

Et quodcunque mihi pomum nouus educat annus,
Libatum agricolæ ponitur ante deum.

Lib. 18. c. 1. ſic æſtatem noui anni dixiſſe videtur Gellius, quòd æſtas nouas fruges afferat: eius verba ſunt, *Ambulabamus autem in littore, cùm iam adueſperaſceret*

æſtate

æstate anni noui. erat & annus nouus primus annus imperij alicuius imperatoris. Seneca, *quid actum sit in cælo ante diem tertium Idus Octobris Asinio Marcello, Acilio Auiola coss. anno nouo, initio seculi felicissimi, volo memoriæ tradere.* quo fortasse modo Gellianus explicari debeat locus. sed quia in mentionem Gellij incidi, eo in libro, vnde exemplum superius deprompsi, legimus philosophos mera esse mortuaria glossaria, quo verbo acriter philosophos pungi intelligo, vt loquaces, & inanium verborum funditatores, præficísque similes, quæ in mortuos næniam argutam & nugacem canebant. Simile est illud Plauti,

De morte Claudij Cæs.

Gell. lib. 18. c. 7.

Hæ non sunt nugæ, non enim mortualia.

Plaut. Asinar. sc. Agedum istum.

Nam mortualia nænias illas in mortuos ineptas appellat. glossaria mortuaria in Gellio per diminutionem linguas audio ad contemptum, vt ita dicam, præficales. Ex eodem libro aliud intelligimus esse in matrimonium conuenire, aliud conuenire in manum: vxores illæ quæ in mariti mancipio non erant, in matrimonium conuenisse dicebantur: quæ in potestate mancipióque & familia mariti erant, matresque familias & habebantur & vocabantur, eæ in manum conuenisse dicebantur. lib. autem. 1. Epist. ad Atticum pro *Lentulus Clodiæ filius*, ex eodem illo Gellij lib. crediderim emendandum Clodiani filius. hæc enim illic Sallustij verba reperiuntur, *At Cn. Lentulus patriciæ gentis collega eius, cui cognomentum Clodiano fuit, perincertum stolidior an vanior, legem de pecunia, quam Sylla emptoribus bonorum remiserat, exigenda promulgauit*, qui hoc Sallustij loco fretus ad emendandum Ciceronis codicem accesserit, non leue suæ sententiæ pignus habere videatur.

Gell. cap. 6. li. 18.

Gell. cap. 4. lib. 18.

Cato explicatur, culeare labrum. CAPVT IX.

VINVM, inquit Cato, *indolijs hoc modo venire oportet, vini in culeos singulos quadragenæ dabuntur & singulæ vrnæ.* vinum vendere solebant culeari mensura, & admetiri, vt idem Cato indicat, qui labrum culeare parandum præcipit vinis ad metiendis. mensura culei quadraginta capit vrnas: sed auctuarij loco vna præterea additur. *vinum autem quod nec aceat nec muceat, id dabitur: in triduo proximo viri boni arbitratu degustato.* emptor, si non ita fecerit vinum pro degustato erit, nec emptor recusare poterit vinum, vel mucidum vel acidum vel vapidum, cùm intra triduũ non degustarit, quod facere ex lege debuit. *Quot dies per dominum mora fuerit quominus vinum degustet, totidem dies emptori procedent:* vt si mensem integrum per dominum mora fuerit, ne degustari possit, mensem etiam integrum illum habeat, & præterea triduum ad degustandum, quod ex lege venditionis concessum est. *vinum accipiat emptor ante Cal. Ianu. primas*, quod est ante initium proximi

Cato de re rustica cap. 148.

Cap. 154.

Cato ca. 148.

ximi menſis Ianuarij, id eſt illius Ianuarij qui primus & proximus veniet. ſi non antè acceperit vinum emptor, dominus qui vendidit vinum, admetitur etiam emptore abſente, cùm vt iuriſconſulti ſcribunt, venditori liceat vel effundere vinum, ſi diem ad metiendum præſtituit, nec intra diem admenſum eſt, modò antè teſtatò denuntiauerit. *Quod*, inquit Cato, *admenſum erit, pro eo domino reſoluito*, id eſt venditori ſoluito. Nam ſcribendum eſt domino, non vt in libris omnibus, dominus. *Si emptor poſtulauerit, dominus iuſiurandum dabit, verum feciſſe*, id eſt, iurabit venditor ſeſe verè & bona fide admenſum eſſe, nihilque dolo malo feciſſe. *Locus*, inquit Cato, *vinis ad Cal. Octob. primas dabitur*, à domino, id eſt, dominus vinum illud doliare vſque ad diem primum Octob. proximi aſſeruabit, eique locum præbebit: ſi diutius ſeruari velit emptor, locum conducat ad Ianuarias vſque Calend. *ſi non antè deportauerit emptor, dominus vino quod volet faciet*, quod eſt, etiam ſi velit, effundet. Nam tum, vt Vlpianus ait, per corbes menſuram facere & effundere licet. *veteres enim*, inquit, *hoc propter menſuram ſuaſerunt, vt ſcilicet per corbes venditor menſuram faceret, quo ſciret quantum ab emptore peteret, & quot culeos vendidiſſet*: idque faciendum ait, cùm menſura non apparet, quod eſt cùm venditor menſuram vini neſcit doliaris, videlicet vt cognito corbium vinariarum numero, effuſóque vino, intelligatur quantum vini perierit emptori, quantúmque debeat venditori.

L. 1. § licet ff. de peric. & com. rei vend.

Cato c. 148.

Ibid.

L. 1. §. vlt. ff. de peric. & com. rei vend.

Muſtacei, lauream in muſtaceo quærere, ſolum placentæ, tracta, balteus, enchytum, ſauillum, irneum, ſphærita.

CAPVT X.

HIC paſtorem agam & dulciarium, & opera quædam Catonis piſtoria explicare conabor, in ijs muſtacei ſunt, qui ex eo nomen ſunt adepti, quòd è muſto ſubigantur: præcipit enim Cato, vt farina muſto conſpergatur, deinde defingantur, id eſt formæ eorum fingantur. cùm coquuntur, ſubduntur lauri folia: vnde prouerbium apud Cic. eſt, quærere lauream in muſtaceo. Sunt & apud Athenæum muſtacea ex mulſo, & muſtacea ſeſamata, Placentæ confectio, latè deſcribitur: in ea eſt ſolum, quæ pars eſt ima, & tanquam fundamentum. ſunt tracta, ea ficta, farinacea, aut addita alia materia & impenſa, quæ imponuntur ſolo: quo verbo etiam vtitur Athenæus hunc in modum, εἰς δὲ τὰ καπύρια καλούμενα τρακτὰ μίξεις, ὥσπερ καὶ εἰς ἄρτον. Tracta autẽ vocantur à trahendo & tractãdo: tractam dicit fœminino genere Plinius, *decimo ad ſpeciẽ tractæ ſubigunt vuæ paſſæ ſucco*. ex eo placentam vulgo tartam traiecta litera tanquam tractam appellamus: tracta lanæ etiam inuenitur. Igitur in Catone ſcribendum eſt, *farinæ ſiligineæ l. II. vnde*

Cap. 121.

Lib. 5. ad Attic. epiſt. 20.

Athenæus lib. 14. cap. 76.

Athenæus lib. 3.

Plinius lib. 18. c. 11.

Cato cap. 76.

ſolum

ſolum facias, in tracta farinæ l. 4. Eodem modo aliquot interpunctionibus poſtea eodem capite ſic delinquitur. *vbi arebunt*, inquit, *componito pariter.* ſic enim lego, id eſt facies vt ante feceras, cùm in qualo poneres. *tum in ſingula tracta*, id eſt ſingula tracta tractabis & depſes & finges vt oportet. Itaque mox ſequitur, *vbi depſueris:* ſequitur, *vbi tracta erunt*, id eſt vbi erunt ficta, vt oportet: *focum calfacito & teſtum*, id eſt clibanum. Mox præcipit vt è libris duabus farinæ fiat ſolum tenue: ſubſcribit, *ibi balteum ponito.* Balteum autem vocat id quo cingitur placenta & ambitur: eſt autem ſolum, vel ſoli pars. Nam cum fingitur placenta poſitis tractis ita, vt in ſummo ſingula ſint, ſolum quod in imo latum erat, replicatum in metam ſurſum verſus colligitur: vnde ſcribit poſtea, *ſolum contrahito*: totáq; tracta cingit, & tractarum condimenta complectitur. Malim autem, *donec omnem caſeum cum melle abuſus eris*, quàm aduſus, quod eſt, donec omne mel omnémque caſeum conſumpſeris. Nam à priſcis abuti ſic plerumque vſurpatur. Legi mox fortaſſe poteſt, *ornatóque focum bene primo.* ſpiram deſcribit, cui ſolum ſubijcit, deinde tracta in ſpiram conuoluta more reſtis per ſolum ducit: talis ferè eſt apud nos ſpecies panis, quæ briocha dicitur. tracta autem cùm veluti regulæ in longum por recta ſternuntur in ſolo, tum opus illud piſtorium ſtrues dicitur. Scriblita eſt appellata quaſi ſcribilita, id eſt ſcribi- Cap. 78.
lata: Plautus integram vocem vſurpauit, *Dum ſcribilitæ æſtuant, occurrite.* Ex Plaut. Pœnulo in prologo.
eo fortaſſe ſic appellata eſt, quòd qui eam fingit, tanquam ſcribit, aut quòd eſſet notis quibuſdam ſignata, & tanquam ſcripta videretur. Globuli, vel Cap. 79.
globi, noſtris notiſſimi ſunt, & quotannis Hilaribus ſub quadrageſimam fiunt. ἐγχύτων πλακουύτων mentio eſt apud Athenæum, & apud Heſychium. Athenæus lib. 14.
hæc placenta ſuum quoddam operimentum habet, quod dicitur κρηπίς. nam κρηπίς, vt ait Heſychius, λέγεται καὶ τὸ ἐπίθεμα τῶν ἐγχύτων πλακόυντων. Apud eundem Enchymata ſpeciem placentæ reperio. veteres libri Encytum ha- Cap. 80.
bent ſine aſpiratione, cùm eam ſæpe dictionibus Græcis Latini detrahant: qui tamen aſpirant probabiliores ſunt, ſequunturque originem Græcam. Enchytum autem dicitur, quòd infunderetur, cùm eſſet aliquanto liquidius. Nam infundebatur in calicem pertuſum in vnguine poſitum. Irne- Cap. 81.
um ab irnea, cuius poculi mentio eſt apud Plautum, vt irnellæ apud Verrium, appellatum eſſe puto. ſcribit enim in irneam eſſe indendum, & in olla coquendum. ſphærita, vel detracta aſpiratione ſphærita, quod minus Cap. 82.
probo, placentam ſignificat ſphæras id eſt globos habentem, qui multi in ſolo placentæ componuntur. Sauillum à ſuauitate nomen habet. noſtrum Ca p84.
enim ſuauium appellare ſolemus noſtras delicias. ſauij diminutiuum eſt ſauillum, vt & ſauiolum. Sunt & operis piſtorij multa nomina apud Athe- Athenæus li. 14.
næum, eorumque multa Latina, deprauata tamen nonnulla. ſcribit placentarum

tarum ſpecies multas, in ijs Tarentinam, Craſſianam, Siculam, cruſtum, dubiam, guttatam, Montianam, cruſtum Cœrianum, cruſtum tutatum, vel titulatum, cruſtum Tabonianum, muſtacia è mulſo, muſtacia ſeſamata, cruſtum purum, goſgloanium, Paulianum, enchytum, ſcriblitam, ſubitellum, ſpiram: nominat & Catillum ornatum, quem & deſcribit: deſcriptionem ex eo quæret qui volet.

Impetrita, depulſoria, depulſa, occentare malum carmen, recanere, præfiſcine, mu, tintinaculi. CAPVT XI.

Plin. lib. 28. cap. 2. VERBA Plinij ſunt lib. 28. nat. hiſt. in publicis editionibus peruulgata, *præterea alia ſunt verba impetrantis, alia depulſoris, alia commentationis*, quæ, quòd mihi prima ſpecie neſcio quid obſcuritatis offerebant, cum vetuſtis codicibus collata longè alia reperi, & vt ſpero integriora, *Præterea alia ſunt verba impetritis, alia dipulſoriis, alia commendationibus.* Nam impe-
Valerius lib. 1. cap. 1. tritum etiam Valerius dixit lib. 1. vt antea notaui, *cùm inquirendum vel extis*
Ibid. *vel ſortibus, impetrito.* Quæ autem Plinius depulſoria dixit, depulſa Valerius vocauit: *Portentorum depulſa, Etruſca diſciplina explicari voluerunt.* Commendationem, quod vnum de meo repoſui, cùm in libris etiam ſcriptis
Ibid. commentationis perſcribatur, Valerius ſignificauit, cùm ſcripſit, *cùm aliquid commendandum eſt, precatione.* Veteres cùm res certas, vt nomina, ſpeciem ſimulachrum, teſtas, calices ouorum, acu aut ſtilo, aut graſio per fora-
Ouid. 3. amor. eleg. 6. bant, hoc velut veneficio & maleficio aliquos lędi exiſtimabant: Ouidius,

Sagáque phœnicea defixit nomina cera,
Et medium tenues in iecur vrget acus.

Itaque hoc ſibi ne eueniret, ſolebant putamina cochlearum & ouorum ipſi vel frangere, vel pertundere, occupantes & anteuertentes maleficium.
Plinius li. 28. cap. 2. Plinius, *defigi quidem diris precationibus nemo non metuit. huc pertinet ouorum, vt exorbuerit quiſque, calices, cochlearúmque frangi, aut eoſdem cochlearibus perforari.* Cùm autem in Plinio legatur eo in loco è duod. tab. *qui malum carmen incantaſſet*, non eſt dubium quin ex optimis D. Auguſtini codicibus de ciuitate Dei, & veteribus grammaticis emendandum ſit, *qui malum carmen occentaſſit.* Recanere eſſe videtur apud Plinium incantationem retorquere, & diſſoluere, quod & recantare fortaſſe dici poteſt. vt enim cantu rumpi angues priſci cenſebant, ſic angues ipſos exiſtimabant, ſi id præſentirent, recanere, & incantationem referre ac diluere. Verba Plinij ſunt, *non pauci etiam ſerpentes ipſos recanere, & hunc vnum illis eſſe intellectum.* Scribitur ibidem, *nam ſi menſa adſit, nullum ponere tranſlatitium videmus etiam, quoniam multas religiones pollere manifeſtum eſt.* Lego aſtipulatoribus antiquis libris,

anulum

anulum ponere tranſlatitium videmus: quinetiam multas religiones pollere. Antiqui pontifices multis epulis intereſſe ſolebant, in inaugurationibus, in ſacris multis: poſtea ad vſurpationem vetuſtatis epulatio in ſacris quibuſdam retenta eſt, id eſt, dicis cauſa. Plinius: *Si pontifici dicis cauſa epulanti, in menſa vtique id reponi adolerique ad larem piatio eſt.* In vetuſto eodem lib. Ophiogenes ex inſula Paro ſunt, non Cypro, vt in peruulgatis libris: libro tamen ſeptimo ea gens circa Parium in Helleſponto fuiſſe dicitur: ſed & legatus nomine eſt Euagon, non vt in receptis libris, Exagon: ſed id diiudicandum lectori relinquimus: nec enim interloquimur, tantum abeſt vt de eo definiamus. Videntur veteres ſyllabam mu ad depulſionem faſcini & inuidiæ malique, imo ad ſilentium ominandum imperandumque vſurpaſſe, ſi modo vetuſtis libris fides habenda eſt, in quibus quod ex Plinio ſcribam ſic exaratum eſt: eorum enim fidem appello, nec moror editiones: *quanquam illos religione mutuatur.* placet tamen etiam mutatur. ad faſcinum depellendum etiam veteres præfiſcine dicere ſolebant. Afranius, *Paula mea amabo pol tu ad laudem addito præfiſcine, ne puella faſcinetur.* Faſcinus deus faſcinum depellebat, cuius rei cauſa curribus triumphantiũ ſubijciebatur, vt faſcinum in auctores reijceret, eoſdémq; faſcinum recipere & inuidiã iuberet. Plinius, *& Faſcinus imperatorũ quoq; non ſolum infantium cuſtos, qui deus inter ſacra Romana à Veſtalibus colitur, & currus triumphantiũ ſub his pendens defendit medicus inuidiæ, iubétq; eoſdem recipere. Similis,* inquit Plinius, *medicina linguæ, vt ſit exorata à tergo fortuna gloriæ, carnifex.* Nam cum triumphante in curru ſeruus publicus, qui coronam ſuſtinebat, & carnifex cum tintinabulo & flagro erat. Romani autem cùm ſupplicium de ſeruis ſumebant, tintinabula ad plebẽ conuocandam, vt reor, adhibebant: aut arcendam, ne contaminaretur. Plautus,

Cap. 3. lib. 28. — *Ibid.* — *Cap. 4. lib. 28.*

Lanios accerſam duos cum tintinabulis. — *Plautus Pſeudolo Sc. Pſeudole non.*

Iterum, *Ne ego bilingues vos necem, niſi*
Ad tintinaculos voltis vos educi viros. — *Truculẽto Sc. Egon' tibi.*

Sic & ex crepitu plagarum vocauit: quanquam ad tintinabula quoque reſpexiſſe videri poteſt, cùm ea etiam adhiberentur, vt eſt auctor Zonaras. *Zonaras tomo 2.*

Auſpicia perennia, ex acuminibus, viri vocantur.

CAPVT XII.

QVÆ ſint auſpicia perennia apud Cicer. non temerè reperias qui optimè explicet, & quæ ex acuminibus: ſed locum ante adſcribere præſtiterit: *Nulla,* inquit Cicero, *perennia ſeruantur, nulla ex acuminibus, nulli viri vocantur, ex quo teſtamenta in procinctu perierunt.* Ego veram ſcripturam *Cic. lib. 2. de natur. deorũ.*

exiſtimaui aliquando peremnia, quomodo & in Feſto legebam, vtrobiq; auctoritate veterum librorum fretus. Nunc nihil intereſſe puto, cùm pe- *Feſtus li.14.* renne lenitatis gratia è peremni factum putem. Perenne autem, inquit Feſtus, auſpicatur, qui amnem aut aquam, quæ ex ſacro oritur, auſpicatò tranſit. Sic magiſtratus in Campum euntes, vt aliquid agerent, Petroniam in Tiberim profluentem auſpicatò tranſibant, quod genus auſpicij perenne vocabant. Idem militiæ in alijs amnibus, quos tranſibant, faciebant, eáque auſpicia ſimilia ferè erant ſacris, quæ Græci διαβατήρια vocabant. Auſpicia ex acuminibus quæ ſint, magis obſcurum eſt: ſunt qui ex agminibus emendent, quibus non aſſentior, arbitrorque quemadmodum augurabantur lætum portendi ſucceſſum, ſi ſigna vellenti ſignifero non reniterentur, ſed facilè promptéq; ſequerentur: ſin vix conuellerẽtur magno eius nixu, aduerſam denuntiari fortunam: ſic auſpicari ſolitos eſſe ex acumine ſpiculorum, pilorum, enſium ſuorum ſpem prælij & euentũ, ſi ſplenderet, ſi retuſum non eſſet, ſi non ſordidum, ſi non hebes, ſi horrorem quendam præ *Arnob. lib.2. aduerſ. gẽtes.* ſe ferret. Arnobius, *aut Martium diſcrimen obeuntes ſpem prælij ſumitis, & ex acuminibus auſpicatis.* Iam quod ait, nullos viros vocari, ex quo teſtamenta in procinctu perierunt, de eo ſic ſentio, cùm olim delectus habebatur, primi citari nominarique ſolebant boni ominis gratia, Valerius, Saluius, Statorius, Victor; quo quidem & ſalutem & victoriã ſibi ominabantur: quod idem, vt reor, milites in procinctu teſtamentum facturi imitabantur. Nam etſi impendente maximo mortis periculo, ſic teſtari ſolebãt, tamẽ viris bonorum nominum vocatis ſibi & ſalutem & victoriam auſpicabantur: ſed genus illud teſtamenti in deſuetudinem abijſſe & hîc dicit *Lib.2. Inſt. de teſtam. ordin. §. ſed vt nihil.* Cicero, & Iuſtinianus refert: viros tamen vocari priſco genere orationis, & religionis dixit, vt è Macrobio apparet ſic ſcribente, *Viros vocare ferijs, non oportet: ſi vocauerit, piaculum eſto.* Iterum, *vitabant veteres ad viros vocandos etiam dies, qui eſſent notati rebus aduerſis.* *Macrob. lib.1. Sat. cap.16.*

Commoſis, echinopus, Plinius emendatur, duo fundi apud Martialem. CAPVT XIII.

VT qui in diem, atque adeo in horam viuunt, incerti ſunt poſteri temporis, fortéque potius, quàm ratione victum parant. Ita mihi vſuuenit in hiſce ſcribendis, qui capite vno confecto, neſciam plerunque quid ſcri- *Plinius ca.7. li.11.* bere deinceps debeam. Nunc loca quædam Plinij attingam ex lib. 11. natur. hiſt. Igitur pro cõmoſi legendum arbitratus ſum ſæpe coneſin vel coniaſin, vt tectoriũ quoddam, & illitionem intelligeremus, quæ apes prima

fauis,

fauis, vt Maro dicit, ponunt fundamina. Sed & ita ab Ariſtotele ſcribitur, χαλοῦσι δὲ οἱ μελιτουργοὶ τοῦτο κόννησιν. Gaza tamen apud Ariſtotelem verba Plinij vt circunferuntur approbat, & μίτυν commoſin interpretatur, quando præter imum tectorium eſt & μίτυς apud Ariſtotelem, quæ commoſi reſpondere videtur. Commoſim tamen retineo auctoritate Heſychij adductus, in quo ſcribitur, κόμμωσις ὁ τοῦ σώματος ὡραϊσμὸς, καὶ ὑπὸ τῶν μελισσουργῶν ἡ τοῦ σμήνους διάχρισις. *Ceras*, inquit Plinius, *ex omnium arborum ſatorumque floribus confingunt, excepta rumice & chenopode*: ſcribo, & echinopode. ſic autem vocatur herba acculeata, Dioſcoridi, quod ſciam, non memorata: eius mentio eſt in veteri diſticho,

Lib.4. Georg.
Cap.8. li.11.

Ὡς ἂν ἐχινόποδας, καὶ ἀνὰ τρηχεῖαν ὄνωνιν,
φύονται μαλακῶν ἄνθεα λευκοΐων.

Plutarch. Sympoſ. deca. 1. problem.4.
Cap.10.

Struunt, inquit Plinius, *orſa ea concameratione aluei, textúmque vel vſque ad ſumma tecta deducunt*: ſcribo & ex veteribus libris & Ariſtotele, *ſtruunt orſæ à concameratione alui, textúmque velis à ſumma tela deducunt*: ſcribitur etiam, *ſtruunt orſus*. Ariſtotelis autem verba ſuperiorem conſtituunt lectionem, quæ equidem, vt clariſſimi philoſophi auctoritate recepta ſcriptura falſi condemnetur, adſcribam. ἄρχονται δὲ τῶν ἱστῶν ἄνωθεν ἀπὸ τῆς ὀροφῆς τοῦ σμήνους, καὶ κάτω συνυφαίνουσιν ἕως τοῦ ἐδάφους ἱστοὺς πολλούς. *Limitibus*, inquit Plinius, *binis circa ſingulos arcus, vt aliis intrẽt aliis exeãt*: ſcribo, *circa ſingulos actus*. atq; hic licet, ſi quis acrior animaduerſionem & notationem cenſoriam diſtringat, Plinium reprehendere, lapſum ignoratione Ariſtotelis ſententiæ. Nam Ariſtoteles ſcribit fauos ſtrui ſimilitudine poculorum geminos habentium fundos, & in diuerſa patentium, quæ pocula Græci vocant ἀμφικύπελλα: ea Martialis intellexit cùm dixit,

Ariſt. lib. 9. de hiſt. animal. cap.11.
Plin. cap. 10. lib.11.
Lib.8. epig.6.

Hi duo cenſentur longæuo Neſtore fundi.

aliam tamen ſententiam reddidit Plinius. Verba Ariſtotelis ſunt, περὶ μίαν γὰρ βάσιν δύο θυρίδες εἰσὶν, ὥσπερ ἡ τῶν ἀμφικυπέλλων.

Ariſt. de hiſt. animal. lib. 9. cap. 11.

Maro explicatur aliquot locis, honos, conſidere luctu, duplicari dolore, Drances refert Ciceronem, coruſcare, iam melior, iam diua. CAPVT XIIII.

NOBILES Grammatici hæſitant in his Virgilianis verſibus, Lib. 12. AEn.

Sunt tibi regna patris Dauni, ſunt oppida capta
Multa manu, necnon aurúmque animúſque Latino eſt.

Illis enim videtur ab re hîc animus & aurum à Latino oſtentari. Itaque comminiſcuntur ſententiam nullo modo probabilem, & eo à me medius-

fidius omiſſam. Ego verò putem Latinum ducere, nec ſibi Turni affinitate opus eſſe, nec viciſſim Turno Latini, cùm vterque alterius ſubſidio carere facilè poſſit. Nam ſiue Turnus opes his nuptijs ſibi quærit, ſatis per ſe potens eſt regno Dauni, & oppidis multis bello partis: ſiue præſidium quærit Latino & opes, Latinus ſatis opulentus eſt & nobilis, etiam abſque his nuptijs: vt vterque altero carere commodè & facilè poſſit.

Maro lib. 12. AEn. *—per ſi quis Amatæ Tangit honos animum.*

cum dicit Maro, more Latino loquitur, & dicit, ſi quid Amatæ cauſa facere vis. Nam cùm dicunt ſe alicuius cauſa aliquid facere, ſæpenumero ſe honoris eius cauſa facere prædicant: hócque genus loquendi & apud Ciceronem & Plautum reperire licet.

Lib. 11. AEn. Quod autem de Drance Maro ſcribit, Ciceronis perſone mirificè conuenit, vt non dubitem in eius imaginem Drancis perſonam à Marone inſtitutam eſſe & inductam.

Ibid. At verò, *Conſediſſe vrbem luctu*, dictum eſt, quòd triſtes qui ſunt, plerunque ſedent: & Græci καθίζειν κλαίοντα· i. flentem reddere, dicere eodem modo fere ſolent.

Ibid. Apud eundem poëtam lego, *Duplicátque virum transfixa dolore.*

Homerus Iliad. β. magnus enim dolor nos duplicat & curuat. ſic Homerus, ἱδνώθη δὲ πεσών: & de Therſite, πλῆξεν, ὁ δ' ἱδνώθη. Reprehendunt critici Maronem hoc verſu,

12. AEn. *Pilumno quos ipſa decus dedit Orithya.*

neque enim veriſimile aiunt aut probabile Pilumno Italo notam fuiſſe Orithiam Atticam puellam, quam Aquilo in Thraciam rapuerit. Sed eorum pace dixerim, hîc potius laudandus, quàm reprehendus Maro eſt. ſciebat enim nobilitatam equis Thracen olim fuiſſe, cùm ſcribat Heſiodus,

ὅστε διὰ Θρήκης πωλοτρόφου:

Homer. Iliad. χ. & equos Rhæſi tantopere celebret Homerus, qui etiam ſcribit Aquilonem cum armento equarum Dardani congreſſum ſobolem genuiſſe generoſiſſimam. nihil igitur hîc aliud ſignificat Maro, quàm ex illo generoſo ſemine Turni equos fuiſſe, & Thracios ſatu eſſe, cùm Thracij equi præ cæteris cenſerentur: proinde alio loco ſcribit etiam de Turni equo,

9. AEn. *—maculis quem Thracius albis Portat equus.*

Cùm autem Pilumnus deus fingatur, dea Orithya, quidni alter alteri notus eſſe potuerit? non enim vt de mortalibus, ſed de dijs poëtam loqui cenſendum eſt: etſi in eis nihil re vera diuinitatis fuerit. quidni enim poëta ius ſuum retineat, & in numerum deorum referat eos, qui ea tempeſtate hominum opinione cœlitum numerum explebant? Illud etiam inenodabile critici cenſuerunt, quod eo in libro Turnus loquitur.

12. AEn. *—neque enim Turno mora libera mortis.*

quod tamen enodatu non eſt difficile in hanc ſententiam: mihi non vtrum velim liberum eſt, ſed pugnam detrectare non poſſum: vt ſi cadendum eſt

& op-

& oppetendum, differre non possim. Ac sic loqui solent, qui obstinato animo in pericula rapiuntur: negant enim sibi licere periculum fugere.

In medióque focos & diis communibus aras. 12. AEn.

sunt foci etiam & aræ priuatæ, vt apud Ciceronem pro domo, *omnium ciuium salus, vita, libertas, aræ, foci, dij penates, bona, fortunæ.* sed quos à poëta illic dici deos communes audimus? neque enim de ijs satis enarratoribus constat. ego communes putem deos dici, deos illos, quorum simulachra in gramineis aris erant posituri, vt eorum interuentu & religione sanciretur fœdus: at communes vocantur, quòd eorum sacramento & religione commutiter vtraque pars fœdus esset percussura, & eorum numinibus statura, vt dij sint communes Troianis & Latinis in fœdere iungendo. crispare Maroni est quod Homerus dicit πάλλειν vt,

Bina manu lato crispans hastilia ferro: Ibid.

cùm ab Homero etiam scribatur,

Αὐτὰρ ὁ δοῦρε δύω κεκορυθμένα χαλκῷ πάλλων.

hoc enim è Græco poëta fœneratus est Maro, vt & totum de fœderibus & singulari Æneæ & Turni certamine locum. alio loco coruscare dicit Maro vt, *—oditque moras, hastamque coruscat.* Ibid.

Iam melior iam diua precor,

in Æneæ precatione, aliter exponendum arbitror quàm interpretibus placere animaduerto. Nam cum infesta esset Troianis Iuno, proprium autem deorum sit bonos esse, precatur vt animum mutet in Troianos, & eis bona esse velit, quod ea arte dicit, quasi quæ mala sit, à diua degeneret: perinde acsi diceret, ad te redeas, & te deam esse memineris cuius proprium est non nocere. Cùm autem illius Mars esse vidiatur, qui victoriã obtinet, idcirco à Virgilio dictum existimo,

Sin nostrum annuerit nobis victoria Martem. Ibid.

nam illorm esse videtur, quibus fauet. id igitur est, si nobis fauerit victoriamque dederit: contra non videtur esse illorum, quibus aduersatur, quíque vincuntur. hæc ideo dixi, quòd non satis accõmodatè explicata à Seruio viderem. Vis deum inferna, circunloquutio est pro dijs infernis, vt odora canũ vis, pro canibus, fluxitque à poëtis Græcis à quibus dicitur ἲς πριάμοιο pro Priamo. Ibid. *— circúnque atræ formidinis ora* Ibid.

Iræque insidiæque dei comitatus aguntur.

cùm Maro scripsit, Homerũ æmulatus est, qui comites attribuit Marti, terrorẽ, pauorem, & contentionẽ: sed personas summutauit Maro, posuitque insidias & iras versus Hemeri est, Homerus lib. 4. Iliad.

Δεῖμός τ' ἠδὲ φόβος καὶ ἔρις ἄμοτον μεμαυῖα,

Ἄρεος ἀνδροφόνοιο κασιγνήτη ἑτάρητε,

8.Aeneid. quem locum etiam imitatus eſt his verſibus,

— ſæuit medio in certamine Mauors.
Celatus ferro,triſtéſque ex æthere diræ,
Et ſciſſa gaudens vadit diſcordia palla,
Quam cum ſanguineo ſequitur Bellona flagello.

12.AEn. *Iámque aderat Phœbo ante alios dilectus Iapix.*

ſic excudi ſolet in Marone:Iapidem tamen Auſonius ſcribit,vt in Marone legiſſe videatur Iapis.Eius verſus eſt,

Epig.21. *Idmona quod vatem,medicum quod Iapida dicunt.*

Sidus,terra Pythagoræ,cuſiones,Varro emendatur.

CAPVT XV.

IN ſideris exponenda notatione, quis non, vt ita dicam, Varronis libros eſſe ſideratos putet? ſed morbum quo afflati ſunt, ſanare conabor,
Varro lib. 6. de ling. Lat. hunc in modum:*Sidera,quòd quaſi inſidunt,atque ita ſignificant aliquid in ter-*
3. Georg. *ris perurendo,aliáue qua re,vt ſignum cadens in pecore.*Notum eſt autem è Marone ſolitos eſſe veteres ſigna ſuo pecori inurere,

Continuóque notas,& nomina gentis inurunt.

Mihi videor his in capitibus chirurgiam quandam exercere ſanandis vlce-
Varro li.6.de ling.Lat. ribus,& interdum ſanis vlcerandis carnificinam. Mox ſic lego, *Terrarum anfracta reuiſam,anfractum,eſt flexum,ab origine duplici dictum.* Nam ait anfractum deduci ab ambio & frango,quæ duplex origo eſt,non ſimplex.nihilo ſecius & illud ita ſcribo, quando cuculi more toties nobis ſcribo & lego occinendum eſt.*Quæ vocitatur* ἡ χθὼν πυθαγόρα· ſi homo diſpāſis brachijs & pedibus diductis ſtatuatur, & in verendis circini pes collocetur, rotundationis linea per extremas manus & extremos pedes curret.Ita genitalia centrum erunt, quæ hic vocatur Pythagoræ terra, machinatione geometrica inuento hominis centro, id eſt inuenta minoris mundi terra, quæ officina eſt procreationis,vt in maiore mundo terra ortus regio. Cæ-
Cic.lib.2.de de Diuinat. terùm vt hoc,quod perleue eſt addam,apud Ciceronem,*Certum terrarum obſides,*legitur:hic,*obtines.* Lego deinceps, *Sed quòd vocant Delphis in æde*
Varro li. 6. de ling. Lat. *foramen,ad latus eſt quiddam,vt theſauri ſpecie,quod Græci* ὀμφαλὸν *vocant, quē Pythonis aiunt eſſe tumulum,abeo noſtri interpretes* ὀμφαλὸν *vmbilicum dixerūt.* hæc locupletior eſt ſcriptura, quàm editio: & videri poteſt erraſſe oculus & tranſilijſſe repente ad poſteriorem vocem ὀμφαλὸν, omiſſo verſu toto,
Ibid. quem prior vox poſt ſe trahebat. Lego mox, *exuperātum virûm.*Nam *exuberantium* non conueuit verſui:*exuperantum* interpretor,procerorum,altiſ-
8.AEn. ſimorum, vt,*forma ſuperante iuuencas,* dixit Virgilius: niſi quis fortiſſimos
Varro li.6. intelligat.Lego mox,*Myſtica dextra vada præuecti.*At verò quod ſequitur,

Areopa-

Areopagitæ,qui dedêre quam pudam, ne dicam dolo, nullo modo intelligo: & emendare corrupta,quæ ſententiam non abſoluunt,hominis eſſet, qui diuinitus ſciret. *Pudam*,enim illud quid ſit neſcio:coniecturas tamen meas ſubſcribam:exiſtimaui interdum legendum,*qui dedêre æquam, piam*: interdum *æquam,bonam*,interdum *æquam, putam*, interdum *æquam palam*: nulla alternanti potior ſententia viſa eſt,vt per parodiam Maronis verſum vſurpem. Addam & in exemplari quod habui,*Areopagitæ*, tãtum ſcriptum fuiſſe. Lego mox,*qua pontus Helles clauſtra.* ita legendum apparet ex Oratore Ciceronis. Interpretatur autem Varro cur poëta clauſtra dixerit, atque id vel è ponte Xerxis,vel ex anguſtijs & faucibus vtrinque Propontidem includentibus factum eſſe dicit. Lego etiam,*cum motũ vento non eſt.* Videtur mox legendum: *Conferre queant ratam æratam,qua per mare ſudantes eunt,atque ſedentes.* Sanè *queant*,è veteri libro eſt, reliqua coniecturæ meæ. Lego etiam,*cornutam vmbram iaci*. Lego mox,*curua. Muſas quas memorant, noſce Caſmenas:Caſmenarum.* Et quandoquidem ſemper pernox & perdius lego vel ſcribo. Etenim tam frequenter iſta in ore verba habeo, vt iam ſtilus meus alia ſcribere ferè neſciat:mox lego, *Coſculo doloſi eſo. Omnia verò ad epulum coëmiſſe iam cuſiones: Duonus è ruſe Diuius Ianúſq; venit.* Ne quem fallam,aut circunueniam, pro ad patula, ſcripſi ad epulum vel epulas,ne quis quantum iuris mihi ſumpſerim ignoret: alij ſanè quam ingenioſè legunt, *omnia ad patula*:ſed quod interpretari commodè non poſſim:legi tamen aliquando in templis captata omnia, vt etiam fortaſſe ſub dio etiam captarentur:verbum tamen coëmiſſe non conuenit ſenſui. In libro antiquo reperio,*omnia ad patula*: &,*duonus ceruſes.* Cuſiones ſunt curiones, ruſe rure. Duonus autem Diuius & Ianus videri poſſunt vocabula Curionum,quod tamen in re tam priſca & obliterata affirmare non auſim.

4. Aen. — Varro lib. 6.

Seſquiſenex,ambe,Caſinum,cumerum,paluda,fictor,
Varro emendatur, CAPVT XVI.

EXTAT apud M. Varronem perlepidum pérque venuſtum Papinij epigrammatium in adoleſcentem Caſcam,ſed quibuſdam tamen locis inquinatum atque maculatum: ego creta quadam cimolia eius maculas detergere conabor, proponãque id,quemadmodum ſcribi debere cenſeam.

Ridiculum eſt cùm te Caſcam tua dicit amica, Varro li. 6. de ling. Lat.
Fili potoni ſeſquiſenex puerum.
Dic tu illam puſam: ſic fiet mutua muli:
Nam verè puſus tu, tua amica ſenex.

Cùm Inueniſſem in vetere libro, *potonis eſqui ſenex*, exiſtimaui potoni ſeſ-

quiſenex legendum,id eſt, pluſquam anus. Senex enim de muliere etiam dicitur,vt,*tua amica ſenex.* Sunt & duo iambici verſus oppido quam elegãtes. Manilij de Caſco Caſcam ducente, in quibus canore nuptiæ ſunt congruæ,conuenientes,concinentes. Quod autem ait Varro, *etiam nunc Caſinum forum vetus appellant*,intelligo oppidum Caſinum à Romanis appellatum fuiſſe forum vetus. Nam fori nomen multis indiderant oppidis, vt foro Cornelij,foro Sempronij,foro Liuij.ſequitur mox, vt in antiquis libris ſcribitur,*Item ſignificauit, in Attelanis aliquot pappum ſenem, quod caſnar appellant*.hic pappum ſenem eſſe ſuſpicor carduorum lanuginem, ſenilem hominum canitiem æmulantum,Grçci γήρειον appellant.editiones pupum habent, qui volet eas ſequatur. Ait Varro, *profectum verbum ab ambe*. hoc verbi ſollicitos & anxios habet grammaticos. Ego ambe puto eſſe circum, quod diminutum dicitur an, vt in anquiro. Integrum eſt & incolume in explicatione ancilium in libris antiquis. Nam editionum cenſores eum quoque locum violarunt atque læſerunt. *Ancilia dicta ab ambeciſu.* dicitur & ambu,vt in ambubaijs.Lego mox,*litera commutata ambagio dicta.* Ambiegna autem eſt circum quam duo ſunt agni. Lego mox, *vt ſigna canunt, canes appellatæ.* Lego deinde, *itaque dicitur in nuptiis camillus, qui cumerum fert.* Defenditur hæc emendatio Feſti auctoritate, vas iſtud quod in nuptijs ferebatur, cumeram appellantis, & camillum, quod &, vt ait,à camillo ferebatur opertum vtenſilia nubentis continens.Lego deinceps, *in quo quid ſit in miniſterio plerique extrinſecus neſciunt.* Cæterum ſubulo mihi videtur eſſe tanquam ſibilio: exponitur à vetere critico ἀυλητής. In verſu autem illo antiqui poëtæ,

Ibid. · *Feſtus li.3.* · *Varro li.6.de ling.Lat.*

Corpore tartarino prognata paluda virago,

etſi Varronem ſuſpicio & reuereor,parum tamen abeſt,quin putem eum hîc hallucinatum, qui quidem paludam plaudatam interpretetur, vocem ſecutus vitioſam. Neque enim Latini ſermonis conſuetudo pati hoc videtur poſſe, vt paludum pro paludato loquamur, & poëta ille ſcripſiſſe potius videtur, *prognata palude.* conſtat enim Mineruam ad Tritonidem paludem natam fuiſſe, vt ea ferè palude prognata videatur: ſed tamen fas non ſit à tanti ſcriptoris ſententia recedere. Cùm citat Platonem in quarto, ſignificat quartum Platonis librum, qui Phædo vocatur. Lego infra, *ſed lucæ,neque vrſi potius Lucani, quàm luci dicti.* Infra autẽ exiſtimo ita ſcribendum, *Qui enim vt haberet orationem, publicè ab vniuerſis tum legebatur,ab oratione orator dictus: cùm res maior erat, legebantur.* Infra vitioſiſſimè legitur in Saturnio carmine. Non enim verſus Saturnius eſt, qui eſt Iambicus hypercatalecticus, ſed verſus Ennij heroicus, vbi narrabat Numam menſas ſacras, quibus ad rem diuinam eſt opus, & ancilia Saliorum conſtituiſſe, eun-

eundémque liba instituisse ad rem diuinam, & fictores, qui sunt panifices, libariíque vocari possunt. In vetere inscriptione legi, DISCIPVLVM FICTORVM PONTIFICVM In vetere libro reperio, *argei sunt è scirpeis simulachra hominum xxiiij. ea quot annis de ponte sublicio.* Tutulati sunt qui in re diuina habent in capite tutulum, vt flaminicæ & pontifices. Lego autem, *queis habent vti velatos.*

Varro emendatur, cortina, casabundus, epicrocum, diabathra, osca, ferentarius amicus, carere. CAPVT XVII.

1 CVM Varro nominatim in libris de lingua Latina scribat, *vt in his qui sunt versibus plerique*, quod mox pedibus solutum liberumque creditur, ego modis & numeris vinctum ligatúmque censebo. sequuntur igitur statim duo claudicantes iambici, quos scazontes Græci vocant, Varro li. 6. de ling. Lat.

Volturnalem, Palatualem, Furinalem,
Floralem, Falacrem, & Pomonalem idem fecit.

Falacrem autem pro Falacrali posuit coactus versus lege. Lego mox, *quæ obscura sunt, eorum origo Volturnus.* Excipiunt non longè nomina piscium, vt ait Græca, sed nulli intellecta in versu Lucilij, quem ego sic legi debere
2 censeo, *Occidunt Lupe, saperdæ te & iura siluri:*
Sumina te, atque amiæ.

Notum est, ne testato agam, ex Horatio & Persio quam acris & vehemens fuerit in Lupum Lucilius: eum credo hoc carmine compellari. Etiam Lucilianum versum ita scriptum reperio, Persius saty. 1.

Quidam thynno capto corium excludunt foras. Varro lib. 6. de ling. Lat.

3 Antonius Augustinus vir & eruditissimus & optimè de literis elegantioribus meritus, Varronis verò vindex, assertor, patronusque vnicus habendus: immo verò eius potius Æsculapius existimandus, siue sola animi coniectura ductus, siue librorum auctoritate adductus, commodissimè cor-
4 uum legit. Lego paulò post Ennianum versum hunc in modum,

— caua quæque in
Corpore cæruleo cæli cortina receptat.

tantum è telo cæli feci: & in libro antiquo dubium erat ligneamentum primum, & ambiguæ inter c & t figuræ. hoc versu Ennius hemispherium
5 cæli cortinam appellauit, de similitudine cortinæ Appollinis, quæ, vt ait, nomem habuit à corde, quòd inde primę sortes existimatæ. Inuenio in antiquo exemplari, *Quid vnde inuitis sumpserint perduellibus?* quod & adscribendum putaui. Cæterum Opilius verborum enodator antiquorum fuit: is à Stella, quæ vesperi oritur, tempus vespertinum ipsámque vesperam,

vespe-

Catullus in in cariem nuptiali.

vesperum vocari credidit. At verò apud Catullum alia significatione dicitur, *Vesper adest iuuenes.* Intelligitur enim ipsa stella. Atque hic sensus erit editiones sequenti. Nam libri manualis literaturæ habẽt, *à quo eam Opilius*

Varro li. 6. de ling. Lat.

scribit vesperum, quod de stella liquidò perspicuéque intelligetur, non de suprema tempestate, quo sensu & in Catulliano ceso erit accipiendum, quiddam significabitur quàm tempus primum noctis. Eam stellam, vt libri sanctiores loquuntur, Græci vocãt δία ἑσπέριον. In XII. tab. lege, vt pe-

Catullus lib. 17. cap. 2.

ne notum est puerulis omnibus, è Gellio scribendum, *Sol occasus suprema tempestas esto.* Scribendum etiam omnibus approbantibus & scripturæ gra-

Varro li. 6. de ling. Lat.

tulantibus, *ea enim merces quæ Græcè dicitur λάβον.* Ennio in libro iuratissimè fidei versus iste tribuitur,

Risi egomet mecum Casabundum ire ebrium.

Casabundum autem, non cassabundum hac de causa scribendum censeo, quòd à cadendo deducitur à Varrone, vel, vt melius origo intelligatur, quòd à casare proficiscitur. quod continuò additur, *Diabathra in pedibus habebat, erat amictus epicroco*, de homine dicitur, cultum muliebrem & molliorem gerente. nam & Diabathra muliebria erant calceamenta, & color croceus in vestitu viris erat indecorus. Vbi porrò hodie in Plauti exemplaribus legitur, *lanam carpere*, M. Varro sine controuersia legit carere, quod est purgare, vt interpretatur, quo vocabulo vsum etiam dicit Næuiũ in Commotria: sed & vltro ipse ita carere vsurpat cùm hic scribit, *Cùm ex ea carent, quod in ea hæret, neque est lana. quæ in Romulo Næuius appellat osca ab Oscis.* Purgamenta & sordes lanæ per contumeliam & iniuriam summam Oscorum, qui obscœni habebantur, osca Næuius appellauit, vt Varro interpretatur. Scripturam veterem interpolant multi, aliíq; aliter euulgant: est qui scribat, *quod in ea est nequam, est lana.* est qui secus, *nequa est lana quam.* hæc excogitata & commentitia lectio, si cui probetur, significabit nequa lana, spurcam & impuram, quæ non sit aliqua, id est alicuius pre-

Sosipater lib. 1. art. Grammat.

tij. Nam Sosipater nequa dici pro nequam docet. Lego mox, *militibus si quis eorum deperisset:* &, *nam illum tibi ferentarium.* Ac videtur ferentarium

Varro lib. 6.

Plautus Trinum. sc. Minus quindecim.

amicum potius dixisse Plautus, qui subsidio & auxilio futurus sit, quam quomodo Varro interpretatur, qui inanis & sine fructu sit. sed Varroni vix reclamare audeo.

Schænicolæ, scraciæ, scrupedæ, strictabillæ, tantulæ, mitiones, strebula, axiciosus, Varro emendatur. CAPVT XVIII.

Varro li. 6. de ling. Lat.

VERSVS M. Actij extat apud Varronem subobscurus, *Non quasi nunc hæ sunt hic limaces liuidæ?* quem de meritricibus dictũ accipio, quas ad despicatum

ſpicatum limacibus comparari exiſtimo, & fortaſſe cum eo continuari debent elogia huius Iambici, *Diobolares, ſchœnicolæ, miraculæ*. Ac ſchœnicolæ quidem dicuntur quæ ſcœno vnguentario (ſic enim in Varrone legendum exiſtimo) nonnullam odoris gratiam accerſerent, quas & ſchœno delibutas ipſemet Plautus dixit. Verſus ſequitur ſuperioribus, vt appa- *Pœnulo sc.* ret adiungendus, ſed in ſcriptorum libris variè conceptus, cuius haud ſcio *Negotij ſibi.* an veriſſimam ſim formulam exhibiturus literatis. Quemadmodum tamen mihi videatur eſſe ſcribendus dicam, etſi ſcio perdifficile eſſe malignos calumniatorum morſus effugere, qui non tantum ſatis habẽt ipſi reprehendere, verum etiam clam ſubmittunt, & ſubornãt qui reprehendant. Lego igitur, *ſcratiæ ſcrupedæ, ſtrictabillæ, tantulæ*. tantulæ ſunt, paruę, breues, *Varro lib. 6.* vt apud Plautum, *Tantula tanta verba funditat*. ſcratiæ ſunt æquè deſpiciẽ- *Pœnulo sc.* dæ & contemnendæ ac ſcrea ſputaq́ue, ſic vocatæ quaſi ſcreaciæ. videtur *Negotij ſibi.* Varro ſcraciam explicare ſiccam. Nam in eo videtur legendum, *ſcracia ſic-* *Varro li. 6.* *cam ſignificat*, vel exiccam ſignificat. Nam cùm ſiccæ ſunt & arentes fauces, magno & difficili ſtrepitu & roncho velut troclea ſcreatum trahimus. *ſic adſignificat*, tamen non muto. Scrupedam Aurelius exponebat à ſcauro pede vel ſcauripedam. Nam ſic in Varrone lego: ſcaurus autem exponitur ϛρεβλόποις & σκαμβός σκέλος à vetere critico. Horatius quoque,

Balbutit ſcaurum prauis fultum malè talis, *Saty. 3. lib. 1.*

in Sermonibus ſcribit. Lego autem non longè, *ex eo ab Actio poſitum in curioſa. Itaq; eſt in Menalippa, reijcis abs te religionem ſcrupeam pone*. Actius, inquit, ſcrupeum pro curioſo vſurpauit in Menalippa, cùm religionem ſcrupeam dixit, quam poſt tergum reijciendam ait. Strictabillæ dicuntur non tam ambulantes, quàm ſummo pede vel talo terram ſtringentes, quod vſuuenit ijs quibus pedes lęſi ſunt, vel crura. non enim planum ponunt veſtigium pedis, ſed eius extremo tantum radũt ſolum, qui ijdem pedibus ſuis ægrè ſtant & inſiſtunt. A ſtringendo deducitur ſtrictare: à ſtrictando ſtrictillare per diminutionem, & per eandem iteratam ſtrictibillare vel ſtrictabillare vt à conſcribere, conſcribillare: vnde ſtrictabillæ ſunt appellatæ, vt Varro ait. Nec verò ſcriptura quam hic tueor mea eſt, ſed eorum librorum, quibus hodie ſolis teſtimonij, vt placet quibuſdam, dictio eſt. Lego autem in- *Varro li. 6. de* ſitelli tergo, *mulier es vxor, cuinam te ego noui, ſcio axicioſem:* & paulo antè, *a-* *ling. Lat.* *xicioſæ annonam è vili caram concinnant viris*. Reperio mox, *Quaſi Claudius ſcribit axicioſas demonſtrari conſupplicatrices, ab agendo axicioſas*. Mulieres rebus diuinis deditæ ſimpulatrices dicebantur, vt ait Feſtus. Idem ſcribit an- *Feſtus lib. 17.* tiquos axit pro egerit dixiſſe: vt apud Plautum addaxint, pro adegerint in *Feſtus lib. 1.* *Plautus Aul.* Aulularia reperitur: axiéſque refert eſſe mulieres in ædibus vna agentes, & *Sc. Exi inquã.* axicioſos factioſos: vt axies fortaſſe Pompeio mulieres ſint, quas axicioſas *Feſt. Pomp. li. 1.*

Varro

Varro vocat, quæ vna agunt cum alijs. Axitas etiam reperio in antiquo lexico exponi ἀποτελεσματικάς. Alij hîc actioſas vbique legunt, & ſuſpicatrices, non ſupplicatrices. Nos iſtam varietatem lectori potius proponimus, quàm noſtram ſententiam interponimus, quam tamen ſi quis requirat, putem Plautum axicioſam ſcripſiſſe. Varro autem Claudij non ſequi-
Varro li. 6. de ling. Lat. tur interpretationem, ſed eam affert, quam retulit Feſtus. Mox autem legendũ, *de ſtribula vt delumbos cœnabis Chærea. Stribula, vt Opilius ſcribit, circũ*
Feſtus lib. 17. *coxendices ſunt nobis.* Strebula Pompeius ait Vmbrorum lingua appellari partes carnium ſacrificatarum. Arnobius lib. 7. ferè vt Varro interpretatur ſic ſcribens, *Non enim placet carnem ſtrebulam nominare, quæ taurorum è coxendicibus demitur.* Etymologiam ei Græcam reddit Varro à verbo στρέφειν, quod eſt vertere. Legendũ quoque mox exiſtimo, *Scobinam ego lima actu-*
Varro li. 6. de ling. Lat. *tum abraſi.* Nam Varro limam interpretatur, quod non faceret, niſi eius poëta mentionem feciſſet, quam materiam & inſtrumentum & rem fabrilem dicit. Cæterùm cùm ſcribit actium dixiſſe perſonas diſtortas, oribus deformes, miriones, de perſonis hiſtrionum monſtroſis & deformibus intelligo, quod & de ſimilibus figmentis ridiculis accipi etiam velim.

Syntheſis, ſyntheſis ſeptenaria, prela veſtium, pædagogia.

CAPVT XIX.

Non dubito, quin hîc me virum imi ſubſellij homines dicturi ſint poſt probatiſſimos in omni genere elegantis doctrinæ viros tacere debuiſſe, & eis pedaria aſſentiri ſententia: id quod ſanè feciſſem, ſi mihi potius mea, quàm veterum ſenſa eſſent proferenda. De ſyntheſi quis non & hac & ſuperiori ætate ſcripſit? non tamen aſſentior ijs, qui viliorem eſſe veſtem dicunt, quibus oppono Tertullianum in libro de pallio, *vtique ſicut veſtigia cæſtuum vitia occupauit* (ſic enim illic legendum cenſeo) *ita & endromedis colorem aliqua mulitia ſyntheſi extruſit.* de Cleomacho loquitur, qui veſtitum Athleticum molli delicatóque cultu mutarat. Exiſtimo autem ſyntheſin elegantiorem & lautiorem fuiſſe veſtem, qua pop. Romano certis diebus publicè, vt Saturnalibus, vti licebat, cùm Romę quo quis veſtitu vellet, vti non liceret, togaſque ferre cogerentur. ſic audio Venetos ſenatores certo quodam togæ genere perputuò vti in publico, domi eoſdem ſericatos eſſe: qua veſte domeſtica ſi foris vterentur, capitis dimicationem ſubituros eſſe, & nobilitatem amiſſuros. eam veſtem ſyntheſin appellabant, quòd cùm ea rarò vterentur, domi compoſitam habebant in
Martialis lib. 11. Epigr. 9. arcis aut prelis. Martialis,

De palatinis dominæ quod ſerica prelis.

eorum eſt prelorum mentio apud Marcellinum,vocatque niſi fallor,preſſoria: ea tamen veſte domeſtica vtebantur,vt cùm conuiuiũ dabant. Martialis, Li.5.epig.120.

Vndecies vna ſurrexti Zoile cœna:
Et mutata tibi ſyntheſis vndecies.

Rurſus, *Frigus enim magnum ſyntheſis vna facit.* Ibid.

Zoilus veſtes oſtentabat, eas in conuiuio ſubinde mutans: quod & alio epigrammate Martialis planum facit, Li.2.epig.16.

Zoilus ægrotat, faciunt hanc ſtragula febrem:
Si fuerit ſanus,coccina quid facient?

Nam morbum ſimulabat,vt veſtem ſtragulam pretioſam oſtenderet. Septenas aut octonas veſtes in ſingulis arcis aut prelis habebant, quæ ſeptenæ aut octonæ veſtes, ſyntheſes propriè dicebantur: ſed &, vt Scæuola ſcribit, vniuerſa etiam veſtis, quòd, vt opinor, compoſita in veſtiario eſſet.Per tranſlationem ſeptenaria ſyntheſis Sagunti à Martiale dicitur,cùm ſeptem vaſa ſaguntina fictilia intelligat: & à Papinio: L.Titia §. ſẽproniæ ff.de aur. & arg. leg. Martial. li.1. epig.126. Papin.lib.4. ſiluar. in Riſu Saturnalitio.

Aut vnam date ſyntheſin, quid horres?
Alborum calicum atque caccaborum.

pro aliquot calicibus atque cacabis dixit: & cùm finxit illum horrere ſyntheſeos nomine audito, indicauit ſyntheſin caram pretioſamque fuiſſe. Aliud etiam attexam,quos hodie vernacula voce pagios nuncupamus,qui ferè ingenui & nobiles pueri ſunt in nobilium familia, eos, quod & doctis placet intellexi, nomen habere cenſeo à veterum pædagogijs, non à pagis,vt vulgo exiſtimari video.Nos autem,qui breuitate vocum delectamur,verbum ita imminuimus,vt tamen vetuſtatis notæ appareãt. Plinius, *puer in pædagogio miſtus pluribus dormiebat: venerunt per feneſtram (vt narrat) in tunicis albis, cubantémque detunderunt.* Eo vocabulo turpius interdum etiam vtebantur, cùm eo cœtum puerorum, qui in delicijs habebantur, ſignificarent. Tranquillus in Nerone, *ſuper ingenuorum pædagogia, & nuptarum concubinatus,Veſtali virgini Rubriæ vim intulit.* quo in loco corruptè perperámq; ſcribitur proagogia, vt & in ſuperiore Plinij loco pędagium. Plinius lib. 33. nat. hiſt. *Iam verò pædagogia in tranſitu virilitatis cuſtodiantur.* ſignificat enim puerorum, qui in delitijs habentur, cùm eorum forma exoleſcere incipit annis, & in virilitatem tranſire,tamen pulchritudinem cuſtodiri & prorogari ornamentis argenteis. Inſcitè autem illic ſcribitur, *Iam verò à pædagogis.* Lib.7.Epiſt. Et mihi diſcẽdi. Cap.28. Cap. 12.

Declauare, *pinus ſuccinctæ, clauæ.*

CAPVT XX.

Exponi video in Pandectarum titulo Arborum furtim cæſarum cingere, delibrare vel deglubere, quod tamen non eſt temere credendum: ſed Græcorum interpretatio iſta eſt, ζωννύειν eſſe περιελεῖν τ̃ φλοιόν: Græcis autem hîc fidem derogare non eſt nefas. nec enim crediderim verba Latina præſertim obſcuriora eis admodum intellecta fuiſſe. plus apud me ponderis habet & veterum exemplarium maieſtas, in quibus deglabare ſcribitur, & linguæ proprietas. Nam, etſi qui detrahit vndique corticem, tanquam cinctura amplecti arborem videtur, tamen cingere potius videtur, qui vndique amputat ramos & clauas, ſolúmque relinquit truncum & ſtirpem. mouet me Ouidius, qui pinus ſuccinctas dixit, quod eſt ſurſum & altè cinctas, quòd nullis à ſtirpe ramis ad ſummum cacumen obſideantur, ſed ſimplici ſtipite & caudice aſſurgant ſubſtrictæ. Lego igitur declauare, quod eſt clauas amputare. Nam clauas & clauulas in hac ſignificatione
Tit.10.lib.4. poſuerunt. Palladius, *Claua ſeri commodius eſt, quæ ſit manubrij craßitudine,*
Cap.40.lib.1. de re ruſtica. *longitudine cubitali.* Varro, *vt ſit de tenero ramo ex vtraque parte æqualiter præciſum, quas alij clauolas, alij taleas appellant.* 1 Iam nemo neſcit, quam ſæpe in veteribus monumentis librorum g pro c, b pro u commutetur. quod cum animaduerterem, & exiſtimarem potius ramalium & clauarum prætori in mentem, quàm libri veniſſe, declauare ſubſtituere malui, quam vel deglubere vel delibrare.

Mala manſio, robur, codex, numella.

CAPVT XXI.

L.item apud §. quæſtionem ff. de iniur. Ambigi video quæ ſit apud Iuriſconſultum mala manſio, quæ qui- 2
dem exprimi ad verbum Græcè poſſit κακὸς σταθμός. Ego eo nomine ſuſpicer, ſed ſuſpicor tantum, arcas in quas conijciebantur ſerui, de quibus quæſtio erat habenda, ſed & alij malefici interdum. Cicero pro Milone, *ſubitò arrepti in quæſtionem, tamen ſeparantur à cæteris, & in arcas conijciuntur, ne quis cum his colloqui poßit.* Arcæ autem illæ olim robuſteæ erant: 3
Lib.16. vnde & robur priſci appellabant. Feſtus, robur, inquit, in carcere dicitur locus is, quo præcipitatur maleficorum genus, quòd ante robuſteis ar-
Curgulione sc. Argentarijs. cis includebatur: quem locum etiam robuſtum carcerem Plautus vocauit. Ex illis etiam arcis ſontes interdum præcipitabantur & interficie-
Valer. Max. li. 6. c. 3. bantur: Valerius, *quinetiam familiares eorum, ne quis Reipub. inimicis amicus* 3
eſſe vellet, de robore præcipitati ſunt: niſi quis de alto ſtipite intelligat. Apuleius roboris meminit in apologia ſecunda ſcribẽs, *ò ſubtilitas digna carcere & robore.* erat & πεντεσύριγγον ξύλον, robur vel codex, vel cippus, cui manus & pedes inſerebantur caputq́;. Codicẽ à robore diuerſum eſſe cenſeo, cũ ſit

ligneus

ligneus ſtipes,quem alligati ſerui, qui deliquerant trahebant, cuíque inſidebant vincti,qui hodie apud nos appendi ſolet ſimijs.Propertius, Eleg.7.lib.4.

Codicis immundi vincula ſentit anus.

Iuuenalis, *Horrida quale facit reſidens in codice pellex.* 2.Sat.

ſignificat à matrefamilias ſeruam pellicem malè tractari, & in vinculis habitam lanificio perpetuo fatigari: quanquam non deeſt, qui *in codice reſidens*, interpretetur, vt Lacedæmonios in robore accumbere Cicero dicit, pro in robuſta quernáve ſede. vidi qui codicem in priuatis ędibus aduerſus improbos & nequã ſeruos id eſſe diceret, quod in carcere publico robur: quas omnes ſententias etiam volui referre, vt inter eas lectores iudicent. In vinculis etiam numerari ſolitam numellã ſcimus, quam putamus, vinculum fuiſſe ligneum, quo collum inſertum comprehenderetur. Nomen habere videtur inde, quòd qui eo vinculo conſtructi erant, nuere demiſſóq; capite eſſe cogebantur: quale Græcis vinculi genus κύφων fuiſſe videtur. numellam enim, quaſi nuellam, abundante litera m intelligo à nuo, vt luellam à luo. Ea qualis eſſet ſatis ex Columellæ verbis perſpicietur, qui ita ſcribit, *vbi poſſunt etiam numellæ fabricari, vt inſerto capite deſcendentibus per foramina regulis ceruix teneatur.* Sed vt eo, vnde primum profectus ſum, reuertar, arcas illas robuſtas exiſtimo ioculari vulgi vocabulo malas manſiones eſſe dictitatas, ſumpta tranſlatione à manſionibus, in quibus viatores conſiſtere ſolent, aut milites aut magiſtratuum comitatus. Cap.19.li.6.

Luere, Cluacina, myrtus hexaſtica, lutea.

CAPVT XXII.

LVERE inter cętera purgare eſt: vnde & mater Lua dea erat quæ luebat, id eſt purgabat, cui interdum ad luſtrandam hoſtium cædem arma & ſpolia incendebant. Sed & vt Luacina, Venus à purgatione dicta eſt Cluacina, quaſi colluacina. Cluere enim veteribus tanquam colluere & purgare erat. Plinius, *depoſitis armis purgatos in eo loco, qui nunc ſigna Veneris Cluacinæ habet. cluere enim antiqui purgare dicebant.* Tertullianus tamen à cloaca Cloacinam dictam cauillatur & Arnobius: ſic Murtia Venus tanquã Murtea dicebatur: ſed & Murcia murcidorũ & ignauorum dea erat. Sed quoniam in mentionem Plinij incidimus, eum ipſum ſi poſſumus, etiam in ſua myrto velut verbenis quibuſdam purgemus. ſcribit myrtum eſſe quandam noſtratem patulo folio, Tarentinam minuto, exoticam denſiſſimo ſenis foliorum verſibus. quis hîc non videt eſſe legendum hexaſticam, non exoticam, à ſex verſibus foliorum interprete ipſo Plinio, & archiuis antiquis approbantibus? Nam exoticam malè legi apparet eo, quòd Taren- Cap.29.li.15. Arnob. lib.2. & 8. Cap.29.li.15.

tina etiam exotica eſt, cùm ipſa noſtras non ſit. Addit eodem loco, *quin & virgei annuli expertes ferri inguinum tumori medentur.* in antiquis ſanctuarijs reperio, *quin & virgæ iaculi*, fortaſſe quòd è myrto iacula interdum fiebant, quorum haſtile virgam vocat: virgæ autem illæ, quæ nondum ſpiculatæ ferro fuerant, tumentibus mederi cenſebantur inguinibus.

3.Aen. *— crebris haſtilibus horrida myrtus,*

à Marone docitur: &,

— Iaculis increuit acutis, de eadem myrtea ſilua per tranſlationẽ vtrunque dicitur: vt & virgæ iuculi dici poſſint tamgrandes, vt ferro pro iaculis

7.Aen. aſperari poſſint: & alio loco. *Et paſtoralem præfixa cuſpide myrtum.*

Cæſar lib. 5. de bell. Gall. annulli tamẽ virgei perplacent. Altercantur eruditi ſitne in Cæſare de Britannis loquente, luteo an glaſto legendum? vtrũuis ſine vllo ſenſus & latinitatis diſpendio legeris. Apuleius enim Iſatin ab Italis luteam aut glaſtum vocari dicit. Ita cùm vtrunque vocabulum Latinum ſit, fraudi non debet eſſe hoc vel illud Cæſari intexere, diſceptatore & arbitro velut à prætore dato Apuleio: quanquam ſatius omnino ſit vetera ſequi exemplaria, in quibus vitrum ſcribitur.

Vitrea bilis, nacta, detonſa iuuentus, & quædam in Perſio explicata. CAPVT XXIII.

NON eſt oſcitanter prætereundum, cur à Perſio vitrea bilis dicatur 3. Satyra, cùm ſcribit, *— turgeſcit vitrea bilis,*

Finditur. ea eſt bilis ſplendida & clara, id eſt quæ ſe clariſſimè è ſplendo-

Saty.3.lib.2. re prodit, quæ & ſplendida bilis à Flacco dicitur: quidam tamen putant, quæ ſtatim euaneſcit & frangitur, etſi emicat & ſplendet, vt in verſu illo Publiano,

Fortuna vitrea eſt cum ſplendet frangitur.

verum, vt expoſui, eodem modo Græci ὑαλόεν clarum & pellucens appellant. ſcio & apud medicos eſſe putuitã vitream, quam quis hîc bilem vocari à poëta ſupicaretur: ſed id nimis longè repetitum eſſet. non ſunt tam ex

Perſius Satyr. 3. alto ducendi ſenſus, de quibus poëta nihil cogitarit. Liber autem mox ſumitur, vnde aliquid deſcribatur in charta: bicolor membrana chartæ eſt inuolucrum & tegumentum, & manuale exemptile. in charta autem ſcribebatur à diſcipulo. hoc ego obiter monui, vt Perſij ſententia pateret magis, quæ hîc obſcurior occurrit.

— An deceat pulmones rumpere ventis?

ſententiam hanc habet: téne adeo tumidum inflatumque & ſuperbi animi eſſe oportet, vel quòd longa ſerie ſis nobilis, vel patricia ſis ortus familia,

vel

vel ſenatoria, vel quòd ex equeſtri ſis ordine, & in traductione trabeatus ſpectantem ſalutes cenſorem? tuorum equorum faleris & ornamentis populum fallito, mihi nihil impones.

Non pudet in morem diſcincti viuere naccæ.

in antiquis libris nactæ ſcribitur, nec ab ratione. Nam fullones, qui nactæ vocantur, veſtimenta pedibus calcata ſaltu ſuo fullonio premunt, & denſant: ſed & veſtis à fullone dum cogitur, cōſiliari dicitur. id enim eſt νάσσειν Græcè, & νακτὰ vocantur coactilia. nacta igitur velut νάκτης erit: eodem verbo coactiliarius & pilearius accipi etiam poterit. Quod ſi à νάκος, vt apud Feſtum eſt, deducitur, vnico c ſcribi debet: ſed cùm ea litera duplicata reperiatur, ſuſpicio eſt poſteriorem eſſe t: nec officiet veriloquium, cùm etiam notatio νάκους à νάσσειν accerſi poſſit. vox hæc integra hodie eſt in Apuleio Aſini aurei lib. 9. *Maritus foris apud nactam proximum cœnitabat.* in ſecunda quoque apologia, *quid illi exiſtiment nactæ, non putabo,* legendum cenſeo, non nacti, vt editur: non deſunt tamen, qui nauci legant. in Horatio quoque ſcribendum,

Non quo fraudatis immundus nacta lucernis. Saty.6.lib.1.

ſed ſordidus, inquit Perſius, & nequam fullo, qui non eſt nauci, ignorantia & inſcitia peccat: tu prudens ſcienſque virtutem deſeris, quæ teterrima eſt animi labes & ægritudo: ac nolim alia ratione ab Ioue importuni & ſcelerati tyranni puniantur: tantum videant virtutem, & ea intabeſcant relicta. Equidem, inquit, ipſe à ſtudijs aliquando abhorrui, ſed pueritiæ inſcitia & laſciuia ætatis ludo deditæ delinquebam: tu neque inſcitiã excuſare potes, cùm philoſophiam didiceris: nec pueritiam prætendere, qui tantus es natu. Perſ. ſaty.3.

Grandia ſi nollem morituri. hoc genus exercitationis eſt quod apud Rhetores ethopœia dicitur.

— *inſomnis,* inquit, *quibus indetonſa iuuentus.*

ſcribendũ eſt, *quibus & detonſa iuuentus.* Erant enim Stoici tonſi ad cutem. itaque Stoicus ἐνχρῷ κουρίας à Luciano per irriſionem dicitur: & de illis à Iuuenale ſcribitur, Lucianus in vitar. actione.

— *Atque ſupercilio breuior coma,* ait Perſius, *& in quo dirigis arcum.* Iuuenalis ſat. 2.

quis non videt additamento literæ quod legendum ratione ſermonis id exigente, & aſſentientibus libris veteribus?

— *& metæ quam mollis flexus & vnde.* Perſ. ſaty.3.

in circo ad metam, qua inflectebatur curriculum, flexus dicebatur: à Græcis καμπτὴρ, vt & in ſtadio: & ipſa quoque flexio & luſtratio metæ flexus dicebatur. in luſtranda autem curru meta, in ipſóque flexu maxima aurigandi induſtria erat, maximúmque periculum imperitiæ. Ac certus

erat locus vnde cursum flectere oportebat, qui secus fecerat, rotam plerunque frangebat metæ impactam. Cùm autem curriculum vitæ humanæ simile sit curriculo circensi, per flexum metæ artem intelligit vitæ regendę atque moderandæ. mox dicit Persius hircosos cēturiones non adeo istam audire philosophiam, quæ vitæ præcepta tradit, vt eam vltro derideant. deinceps Persius, vt & initio Satyræ, in potores inuehitur, quos plerunque dicit intemperantia immaturam sibi accelerare mortem. Non est autem dubium quin, *faucibus exuperat*, legendum sit, non exuberat, lege versus id cogente. &,

Pers. sat. 3.

— crassísque tutatus amomis.

In portam, autem, est versus portam. Nam extra vrbem in pedes efferebantur, vrebantur, & sepeliebantur. Vbi de intemperantia vini locutus est, quæ lethales plerunque gignit corporis morbos, ad morbos animi transitionem facit, atque inspicere nos ait & explorare diligenter debere, num in animo nostro aliquis resideat morbus, & venas veluti tangere debere nostras. Alter id ceu de febri corporis accipiens, sibi nec pectus calere, nec extrema frigere, séque sanum esse refert. contra reddit, an cùm amore pecuniæ ferues, aut amore puellę formosæ captus es, cor & venæ tuæ rectè saliunt, & micant? id est an sanus es? immo verò à vitio animi morbóque laboras. itaque, *cor tibi rite salit*, per interrogationem legi debere censeo. es etiam, inquit, cuppes & ligurritor: ac si tibi plebeiæ ac paribiles apponantur epulę, fauces tuę vlcerosę sunt: timidus prętera & pauidus es adeo, vt tibi inhorrescant stantes capilli: & per iram de potestate insanus exis, qui quidem sunt animi certissimi morbi.

Alij, parasiti scorta vocabantur, catenæ singulariæ, ballistæ centenariæ & talentariæ. CAPVT XXIIII.

ARGVMENTVM fabulæ M. Actij Plauti, quam Captiuos inscripsit, bellum continet inter Ætolos & Aulidas: sed qui (malum) sunt isti Aulidæ? Est Aulis vrbs Bœotiæ coniuratione Græcorum in Troianos nobilis: sed eius municipes Aulidenses dicuntur: nec vnquam tantum ea vrbs potuit, vt bello Ætolos lacessere auderet. In argumento autem Comœdiarum res esse oportet, si non veras, at certè verisimiles. ego & fide librorum veterum, & auctoritate rerum adductus, legendum censeo, Alij. sic enim populos Elienses vel Eleos vocat. quos gessisse bellum cum Ætolis ex Polybio cognoscimus. Itaque in argumento,

Pater captiuos commercatur Alios,

Id est Eleos mercatur. eodem modo in prologo,

Cœpit

Cœpit captiuos commercari hic Alios. & paulò poſt,

Summóque genere captum eſſe equitem Alium,

aut, vt in quodam libro legi, Aleum, id eſt Eleum. ſic Alis eſt Elis, vt in illo verſu, *Medicus Menarchus emit ibidem in Alide.* Alidæ in eodem argumento ſunt Elei, *quia bellum Ætolis dixi cum Alidis* niſi quis Alijs legat. In ea Comœdia iocatur paraſitus ſe ſcortum dici à ſcurris & hominibus vrbanis cuius rei ea eſt cauſa, quam reddidit, quia in conuiuijs cum more Græco ſolerent talis ſortiri vices bibendi, talos mittentes ſcorta inuocabant ſua, ſuáſque amicas fauſti ominis cauſa: ab illa inuocatione paraſiti ſcorta appellari cœpêre, vt ſcurratur: ſed aliorſum, quia inuocati, id eſt non vocati venire in conuiuium ſolebant, cùm eſſent patrinarum affectatores. Itaque apud Plautum in Truculento, cùm dixiſſet Truculentus adoleſcens, *Plautus Trũculento ſc. Mirum videtur.*

Vel amare poſſum, vel etiam ſcortum ducere:

Reſpondet Aſtaphium,

Lepidè meccaſtor nuntias: ſed dic mihi,
Ain' paraſitum te poteſſe ducere?

qui verſus ſatis indicat paraſitos ſcorta vocatos fuiſſe. Quæ ſunt catenæ ſingulariæ in eadem fabula? nempe quæ ſunt ſingularum librarũ. Sic balliſtæ centenariæ, quæ ſaxa centum pondo iaciebant: Talentariæ, quæ talenti pondo: Lucilius, *Quid ſic balliſtas iactas centenarias?* Siſenna, *balliſtas quatuor talentarias.* In eadem fabula mox legendum eſt, *auis feræ conſimilis eſt.* Auis enim fera è cauea libenter euolat, neque poſtea redit. Hęc ex ea fabula ſtrictim attingere viſum eſt, ſi cui fortè probari poſſunt, in quam fortaſſe plura aliquando annotabimus: ſed hæc in præſentia ſatis eſſe confidimus, cùm iuſtam operam commentarij non ſuſcipiamus, ſed tantum hinc & inde aliquid leuiter delibemus.

Plaut. Captiuis ſc. Aduorte animum.

Apud Non. in Balliſtæ.

Ibid.

Lenis, bardaicus, ſaccare. Martialis explicatur. CAPVT XXV.

EXTAT Martialis epigramma luculentum & egregium ad Licianum, *Li. 1. epig. 17.* vt editiones loquuntur, vt libri ſuggerunt antiquæ fidei, quibus plurimum credo, meíſque in tribunalibus ferè eorum teſtimonio res multæ ſecantur, & lites decidunrur, ad Licinianum: in quo multa reperio partim corrupta partim aliter edita, quàm ſcripta: in quis & illud initio ſtatim,

Videbis altam Liciniane Bilbilin,

inuenio & agnoſco, cùm edatur ſemper Liciane, ſyllaba, vt ne quid aliud dicam, velut in eculeo diſtenſa. Rurſum pro *ſterilémque canum niuibus, effractis ſacrum Vadaueronem montibus,* in pergamenis exaratum inueni,

Senémque Catum niuibus,

vt Catus nomen mõtis sit canicie niuium albicantis & senis, audacia & lasciuia poëtis vsitata & frequenti: magis tamen mihi placet,

Senémque canum niuibus,

vt Vadauero intelligatur.

Et delicati dulce boleti nemus,

vbi hodie semper Botrodi excuditur, cùm literatè sciteque scriptum reperiam, ignauiæ fuisset omissioris & supinioris nimiúmque delicatæ parcere operæ, & annotare nolle. Mihi quidem nemus significare videtur quoddam, vbi delicati expetitíque hominibus Romanis boleti nascebantur ad instruenda mensarum fercula: verius tamen sit, siue boleti siue Botrodi legas, proprium nomen loci, non communem appellationem cibi esse. Botrodi etiam libro XII. mentio est. Scribit Martialis,

Tepida natabis lene congedi vada.

vbi legendum censebam, *Tepida natabis luce Congedi vada.* 1

non enim diebus frigidis, sed calidis natatione vtendum. mouebat coniecturam antiquus liber in quo scribitur, *Tepida natabis line*, quod quidem interpretabar luce. Verùm iurisconsultorum flos Cuiacius aduertit me vt propius scripturam veterem ruminarem, & line legerem, foliúmque significari crederem. Idem nomen in Nonio extat, sed per secundam scriptum vocalem, à quo & hoc è Laberio affertur, *Cum prouincias despoliauit, columnas monolithas, labella lenis.* Ita fit vt editiones culpandæ non sint, quæ lene ostentant. Sed & vbi edititij libri exhibent,

Nonius in Lenis.

Voberta prendenti feras, in manualibus patet,

Voberca prandenti feras, 2

Martial. lib. I. epigr. 17.

nec illepido sensu, vt dicat, tantam ibi copiam venationis esse, vt prope à prandentibus iaculo feræ in viuarijs configantur ad cœnationem accedentes. Etiam pro,

Auidam rigens Dircenna placabit sitim, reperio,

Auidam recens Dercelta: 3

Recens autem eleganter erit, rigens, frigens, quo significatu dicit Trallianus recentatum vinum à Latinis dici, quod nos Gallicè frigeras vel frigeratum appellamus, vt & frigerans Aganippe dicitur à Catullo. Inquit Martialis, *Mactabis & vernos apros.*

Catullus in Epithalamio Iuliæ & Manlij.

vbi lego vernas apros, id est indigenas natósque in tuis viuarijs: sed & in 3 epigrammate non longè distante monebo legendum esse,

Sic interpositus vitio contaminat vncto,

Lib. I. Epigr. 21.

aliquanto melius, vt mihi videtur, quàm quomodo per exemplaria prosemínatum est. In epigrammate quoque, vt suspicor, in Tongilium, quanto venustius

Li. 2. epig. 40.

venuſtius eſt? *Cecuba ſaccentur*: quam vt publicatum eſt, ſiccentur. Nam ſacco tranſmiſſa vina liquari ſolebant vt biberentur. In alio epigrammate libro 4.

Laſsi bardaici os quod euocati, Martial.li.4. epig.4.

non vt vulgo bardiaci ſcribo. ſic & in Iuuenale lego, *Bardaicus iudex datur,* Iuuenal. Saty. 16. id eſt militaris, Gallicus. Nam bardi apud Gallos ſunt cantores, & bardęa vel bardala alauda, vnde & Alaudarum legionariorum nomen. Bardaicus igitur eſt Galligus, & militaris, barbaruſque. eſt qui à Bardæis Illyrici populis deducat, qui & Vardæi vocantur.

Coclites, pici, ſeptem ſtellæ, reciproca, Thelis, peruulgare, Varro emendatur. CAPVT XXVI.

GESTIT animus in Varrone vbi ſcribitur, *hoc factitatum Ariſtoteles ſcribit in libro qui inſcribitur nomina barbarica*, ſcribere contra librorum teſtationem omnium, quod amētiæ fortaſſe videbitur multis nimium effrænatæ: veruntamen, vt dixi, geſtit animus ſcribere, νόμιμα βαρβαρικά. Nam vt opinor, Ariſtoteles de legibus & inſtitutis barbarorum ſcripſerat, non de eorum lingua: & Varronis verba neſcio quid tale demonſtrant. At quod ex Ennio affertur, *decem coclites, quos montibus ſcimus riphæis fodere*, de Arimaſpis intelligo vnoculis, qui Riphæos montes incolebant, & auraria metalla fodiebant, quæ rumor erat à gryphis cuſtodiri, quos Latini picos appellant. Ergo cùm in Aulularia ſcribitur, Varro li. 6. de ling. Lat. Ibid.

Pici diuitijs, qui aureos montes colunt: Sc. Pici diuitijs.

Gryphi intelligendi ſunt, de quibus ita Mela ſcribit, *Cryphi ſæuum & pertinax genus ferarum, aurum terra penitus egeſtum, mirè amant, miréque cuſtodiūt & ſunt infeſti attingentibus.* Quocirca cùm in Curgulione ſcribitur, Lib. 2. Sc. Beatus videor.

De Coclitum proſapia ted eſſe arbitror.

Non de Romanorum Coclitum familia, ſed Arimaſpis dictum intelligo, qui erant, vt hiſtorici ſcripſerunt, etſi, vt exiſtimo, falſò, vnoculi. Lego mox in Varrone, *Quod eſt apud C. Actium, Nocte intempeſta noſtram deuenit domū.* Varro li. 6. de ling. Lat. Locus enim eſt ſumptus è Bruto Actij. Verſus porrò qui de intempeſta nocte anapæſtici proferuntur, à duabus perſonis dicuntur: vna interrogat, *Quid noctis videtur?* altera reſpondet, *In altiſono cœli clypeo temo ſuperat ſtellas ſublimis, agens etiam atque etiam noctis iter.* Ibid. Atque hos verſus, vt ſcripſi, ita legendos arbitror, modulo nobis fauente, editiones condemnante. Scribo mox, *ad tempus deſignandum.* Septentriones autem ait, à Latinis vocari ſeptā ſtellas, ſic à Cicerone appellantur. 1. Tuſc. ita ſcribente, *Quarum altera, quam nos incolimus, ſub axe poſita ad ſeptem ſtellas.* Cic. 1. Tuſcul. Lego autem in Varrone, *noſtri eas ſeptem ſtellas, boues & temonem, & prope eas axem.* Nam Varro li. 6. de ling. Lat. mox oſten-

mox oſtẽdit triones eſſe boues, quaſi terriones ſed et de tritũ eſſe cẽſet: ex quo legẽdum arbitror, *vnde triones vt dicerent, et detritum.* Lego paulò poſt, *ad poſtremum perueneris.* &, *redito huc conticinio Reciproca tendens neruo equino concita tela*, quod ait, ita accipiendũ auguror, cùm arcus tenditur, ſagitta ad nos verſus trahitur, quæ mox, dum mittitur, in eam partẽ, vnde trahebatur redit, idque eſt quod reciprocum appellat. Ceterùm vbi Varro in Terẽtio legit, *ſcortatur, potat*, omnes vno conſenſu & cõiuratione editiones hodie, *obſonat* exibent. At in Plautino verſu lego.

Ibid.

Terent. Adel-phis act. 1. sc. 2.

Si vnum epityrum eſuriens apud illum in ſane edam.

quam ſcripturam, vt nihil aliud dicam, certè verſus ipſe flagitat, qui alioqui conturbatior erit. Non longè, *flexanima tanquam lymphata*, è libro Ciceronis de Diuinatione emendandum eſt. Mox etiam ſcribo, *ea Thelis illi mater.* Nam quæ Thetis à Græcis appellatur, eam Ennius Thelin vocabat Varro de re ruſtica, *nec continuo his quas melicas appellant falſo, quòd antiqui vt Thetin, Thelin dicebant, ſic medicam melicam vocabant.* Mox interpretatur Varro quod Pacuuius dixerat, *vt Bacchi ſacriscommota.* Nam Baccha in Cicerone pro Bacchi male legitur. In verſu poëtę, quem Varro profert, littus peruolgans, eſt littus pererrans, obiens, luſtrans, vt apud Lucretium,

Cic. lib. 1. de diuinat.

Cap. 9. lib. 3.

Lib. 2.

Multipléxque loci ſpatium tranſcurrere eodem
Tempore, quo cæli peruulgant fulgura cælum.

Quid ſi legamus? *rite perfectis ſacris, rectè vult accipi*: nos tamen alijs id iudicandum relinquimus.

Alij menſes, communis amicus, fiſtula ſilueſtris, colate amnes CAPVT XVII.

LVCVLETVM ſanè poëma eſt Manilij, etſi eius argumentum & materia inanis eſt, & in eo artificio conſumitur, quando mendax falſúmque quotidie experimur, & vt non experiamur, ex ipſis tamen artis primordijs intelligẽti doctóque facilè vanitas patere poſſit, cum omnia ad libidinem fingantur, ponantúrque pro ſuo tanquam iure. Sed de eius artis vanitate alias fortaſſe diſſeremus: nunc ad partes vocemus loca quędam libri quinti, eáque excutiamus. Victor Ponti pereleganter ab eo vocatur aries, quòd mare tranauerit, ſuperauerítque. *Vir gregis*, inquit, *& ponti victor.* Alios mẽſes appellat aliam cæli temperiem & conſtitutionem. Nam locis calidis & frigidis non ijdem videntur eſſe menſes, ſed diuerſi. Inquit enim,

Manil. lib. 5. c. 1.

— totúmque volet tranare profundum
Claſſibus, atque alios menſes aliúmque videre Phaſin.

Communem vocat amicum ſanè perquam ſuauiter eum hominem, qui ſolet

ſolet obire multa ciuium potentium limina, quotidianoque officio eos ſalutare: ſed cùm poëma illud nobile paſſim erroribus flagitioſis contaminatum ſit, opem ei ferre hoc certè loco conabor. ſic enim in eo legendum eſt, Manilius li. 5. c. 1.

Indelaſſato properantia corda vigore,
Inſtar erit populi, totáque habitabit in vrbe
Limina peruolitans, vnúmque per omnia verbum
Mane ſalutandi portans communis amicus.

Hodie nullo, vt mihi quidem videtur: ſenſu lagitur,

Inde relaxato properantia corde videre.

& — *totóque habitabit in orbe.* Fingit autem non illepidè nec inſcitè alatam eſſe noctem, cùm ait,

Ementita diem nigras nox contrahit alas.

At Tibullus eam imponit currui vehíque dicit ſequente ſtellarum choro, Eleg. 1. lib. 2.

— *iam nox iungit equos, currúmque ſequuntur*
Matris laſciuo ſidera fulua choro.

Paſtoritia fiſtula, quæ & ruſtica & ſilueſtris eſt, coagmentatis cera multis conſtabat cicutis: eam ſignificat Manilius, cùm ait, Manil. lib. 5. c. 1.

Paſtorémque ſuum generant, cui fiſtula collo
Hæreat, & voces alterna pes oſcula ducat.

Nam quot cicutæ erant, totidem erant oſcula, & vocum diſcrimina: fiſtulam ſilueſtrem vocat Firmicus Manilij verba æmulans & tanquam explanans. *Naſcuntur*, inquit, *hoc ſidere ouium paſtores, ſed qui ſilueſtri fiſtula modulantes, ruſtici carminis dulciſſimos modos edant.* Iugulas appellare videtur ſtellas, quæ ſunt in humeris & ceruice Orionis: quanquam propriè Varro iugulam dicit eſſe in Orione, qua iugulus eſt: totus tamen ſic vocatur Orion, Manilius, Ibid.

Nunc cancro vicina canam, cui parte ſiniſtra
Conſurgunt iugulæ,

In Firmico puto vitioſè ſcribi, *In prima parte cancri Oriuntur aſelli.* Sidus autem Orionis, vt illius artis vanitas tradit, venatores facit. Ita ſcribendum puto in Manilio,

— *quibus aſpirantibus ortum*
Te Meleagre canunt flammis latitantibus vſtum.

Venuſtè porrò eos, qui in amnibus piſcantur, retiáque tendunt piſcibus, ait colare retibus amnes, quòd per raras retium maculas & plagas, tanquam colatus fluuius tranſmittatur, & tranſfluat: nouitiæ tamen editiones exhibent *cælare*: ego *colare* tueor:

Et colare vagos inductis retibus amnes.

cola etiam in inſtrumento ſunt piſcatorio. Auſonius, Auſon. Epiſt. 21.

Et

Et iacula, & fundas, & vilica nomina lini,
Coláque, & insutos terrenis vermibus hamos.

Manil. lib. 5. Sed & quędam breuiter emendabo. *Ille cito motu* non vt editur, *monitus*. &,
— morbum virtutis nomine velant, non vt editur, vitant. &,
— tortósque in flexum ponere crines: &, *Pontibus impositis*, non *motibus*. Rursus, *Et leget in longo per cursus præmia circo*: &, *Andromedæque vocat genitor*. non *Andromedámque necat*. &, *hic alius finisset opus*, non *sic*. Rursus, *& biferus cetus*. Rursum, *Et quid de his sex signis pars quæque reducat*. Lego etiam,

Manil. lib. 6. Manil. lib. 5.

Engonasi ingenicli viuens sub origine constat.

hodie & coma signicula vocibus inanibus excluditur. Lego etiam,

Hauriet & mistris, sed frugibus ipse fruetur.

succus nemorum suauissimè ab eo sanguis viridis appellatur,

Et viridis nemori sanguis decedit.

Sed enim multo plures in eius poëtæ versibus errores hærent, quàm vt à me possit tam leui opera curari: quanquam interim etiam vereor, ne quid in eo vlcerem.

Sigillaria, Ausonius emendatus, runcina, liquor, cestus Iunonis. CAPVT XXVIII.

Arnob. lib. 6. INFERIAS ab inferendo dictas constare potest ex Arnobio, qui lib. 6. ita scribit, *Non denique vinum liquens paterarum effusionibus inferamus*: & Marone,

3. AEn.

Inferimus tepido spumantia cymbia lacte.

Sed ex eodem Aarnobij libro quędam obseruabimus. Mineruium appellat Mineruæ templum, vt & Dianium Dianæ templum etiam est, *In nono historiarum Antiochus memorat Athenis in Mineruio cecropem esse mandatum terræ*. Sigillaria pro signis vsurpat & sigillis, *Quinimo deos esse sigillaria ipsa censetis*. Erat & hoc nomine locus Romæ vbi libri resque aliæ promercales vænibãt & auctiones fiebãt. Ausonius, *pro quo si per sigillaria in auctione væniret, neque Afranius Nauci daret, nec Stichum suum Plautus offerret*. Sed & quia in Ausonium incidi, non omittam monere locum esse elegantissimum & facetissimum in eo deprauatum, quem Ludouicus Rusardus Iurisconsultus vir ingenij magni & iudicij egregiè emendauit. cùm enim hodie legatur, *super mensem meam facta est inuitatio, non illa de ludibrij conuiuio, vt Græco more biberetur. sed illa de Flacci ecloga*, corrigit ex oratione in Verrem, *de Rubrij conuiuio*, quæ quidem emendatio ita vera certaque est, vt si quis aliter sentiat, nihil sentiat. Runcina apud eundem Arnobium videtur esse instrumentum ad læuiganda & poliẽda ligna, vocatur à Græcis ῥυκάνη, vt in

Arnob. lib. 6. Ibid. Auson. Paulino Edyl. 16. Auson. Symmacho Edyl. 14.

vt in epigrammate, καὶ πέλεκυν ῥυκάναν τ' εὐαγέα. verba proferam Arnobij, *Dolata, effossa, terebrarum excauata vertigine, runcinarum læuigata deplanis.* Quod in Horatio explicaui seuerum vncum & liquidum plumbum de pœnis intelligendum non esse, sed de rerum coagmentis & vinculis, confirmatur auctoritate Arnobij verba ipsa Horatij vsurpantis, & eius sententiam explicantis. *Quid miserius his esse aut quid infelicius poterit, quàm si eos in basibus ita vnci retinent & plumbeæ vinctiones?* Est autem attendendum eum liquorem non pro humore, latice, aqua posuisse, sed pro mollitudine quadam & teneritate: *Liber*, inquit, *membris cum mollibus, & liquoris fœminei dissolutissimus laxitate.* sic & Martialis locutus est, vt in antiquis duobus reperi exemplaribus, sed huius significationis & notionis insolentes emendatores in eo decor scripserunt: Arnob.lib.6. Lib.1,od.35. Arnob. lib.6. Li.6.epig.13.

Et placido fulget viuus in ore liquor:

de statua Iulię loquitur. Quam porrò fabulam de Pygmalione signũ eburnum perditè amante scribit Ouidius Metamorpho. libro x. eam è Philostephano veram historiam esse cõmemorat Arnobius, qui Pygmalionem ait Veneris Cypriæ simulachrum impotentissimè amasse, & in suo cubili sæpenumero collocasse. Cestus non tantum Veneri, sed etiam Iunoni tribuebatur, vt ad amorem Iuppiter inuitaretur alliceretúrque. Sic enim Arnobius, *Iunonius ille cestus.* Et Martialis, Ouid.Metam. lib.10. Lib.6.

A te Iuno petat ceston & ipsa Venus.

Caliendrum, nisi mentitur editio, in eo est pallium, quod ante recinium vocarat. Nam de Ioue dixerat. *reciniatus Iuppiter atque barbatus, dextera fomitem sustinens pardolatum in fulminis morem*: Et non ita longè ea quæ antè posuerat recolligens ait, *caliendra, fomites, talaria.* Arnob.lib.6.

Quædam lib. 16. ad Atticum emendata.
CAPVT XXIX.

HISCE diebus primum mihi videre licuit exemplaria duo manu scripta epistolarum ad Atticum, vnum summo beneficio Memmij viri clarissimi & literarum patroni, alterum Lambini viri in literis primarij, & familiam, vt ita dicam, gregémque ducentis. Igitur lib. 16. quædam animaduerti, quæ & hîc adscripsi: vt, *Postridie iens ad Brutum in Nesidem hæc scripsi* quod quidem hodie aliter excudi scio. hoc quoque reperi, *Redeo ad meum igitur* ἔτι ἐῶμεν: hodie ἔλθωμεν celebratur: & ego ex eo coniecturam secutus & vestigia, θέωμεν aliquando faciendum interpollandúmq; credidi, neque coniecturę piget: attamen illud ἔτι ἐῶμεν, adhuc sinamus significabit, non malo abhorrentique sensu. Reperio etiam, *quam à Bruto Iulijs.* Cùm Epist.1.li.16.

autem in antiquis libris scribatur, *Ouius enim recesis multa quæ vellem: in his ne hoc quidem malum, in mandatis abunde* H S L X X *satis esse*: vnius elementi appositione lego, *Ouius enim recens: is multa quæ vellem*: vt dicat eum è Græcia paulò antè à filio venisse, & multa de filio narrare quę velit. Illud elegantissimè scribitur in optimis libris, vbi omnes & emendatores & interpretes, vt in lutosa voragine hęsère, *sed quoniam fursilla extrudimur*, quod loquendi genus antè obseruauimus. Dionysius Lambinus vir intelligentissimus & disertissimus, sic etiam emendandum mihi facilè persuaserat. Reperi etiam, *sed notentur eclogarij, quos Saluius bonos auditores nactus: in conuiuio duntaxat legant.* scio aliter edi, & quidem bono atiam sensu: sed nunquam fraudi fuit in lucem reuocare sepultam antiquitatem. Aliquando etiam, *sed vocentur eclogarij*, legendũ putaui. Illud verò supplemento vnius literæ elegantissimum erit: *Quod verò scribis te magis delectari O Tite, si quid, ages mihi scribendi alacritatem.* Hic auges legẽdum intelliget, qui quid velit perspiciet. *Lege arcano conuiuiis tuis*, lego auctore Charisio, qui & hîc arcano aduerbium esse obseruat, cùm esse loci nomen multi putent. At vbi eodem libro scribitur, *eiúque eo ipso die, quo oppidum Boream cepisset*, vix abstinere manus nocentes possum ab iniuria. Etenim cùm vrbem huius nominis in Hispania nullam reperiam, traiecta literula Eboram libentissimè legerim, quæ vrbs est Lusitaniæ: sed tamen istud à me potius addubitatũ, quàm decretum velim omnes existiment. At quod sequitur non longè, affirmare propè mihi liquet ita legendum esse, *O dies in auspicijs lepidè descriptos, & apte ad consilium reditus nostri.* Nam etsi lepidi in exemplaribus omnibus reperimus, tamen orationis consequentia lepidè postulat, cùm aptè mox sequatur. Quod subijciam, testor in antiquis libris me inuenisse nullo apice mutato. *Quid fugientem? periculúmne? at id nunc quidem, nisi fallor nullum est.* Sed & illud, *Nam si à Phædro nostro esses, expedita excusatio esset.* Iterum, *Si cui quid debetur.* Rursum, *nisi vt præsens me ipse defenderẽ.* Rursum, ἀσφάλειαν *habet is locus fugæ: an Romam?* &, *ast ægrè me tenui. Itaque perstringã sine vlla contumelia Siccæ aut Septimiæ.* Cæterum vallum Lucillianum, carmen satyricum intelligo, quo ceu vallo & fuste homines verberabat Lucillius: veteribus tamen in exemplaribus, *sine vallo Luculiano* scriptum patet. Lego etiam, *ex quo* ἄνθη *ipsa posuisti.* ante quidem in libris omnibus extat, sed cùm ipsa scribatur, & florentia mox sequatur, ἄνθη legendum esse suspicatus sum. Illud quoque sic scribo, *Attamen est ista loco bella, vt mihi videtur* εἰρωνεία *quòd eum percontor, ciues in acie? Illud etiam malo indignius esse hunc viuere, quàm quid indignius.* & isto loco, vt in editionibus, percontra scribitur in veteribus libris: ego ex eo percontor feci non inscitè, vt existimo. fortasse etiam scribendum, *méque Torquati negotio lusum iturum*

puto:

Li. 16. epist. 2.

Epist. 3 lib. 16.

Epist. 4. li. 16.

Epist. 5. li. 16.

Epist. 6. lib. 16.

Epist. 7. li. 16.

puto: quanquam hîc audacior paulò ſum. Reperio etiam negotium. Torquati videlicet negotium erat, ludere.

Min apud Auſonium quid, Tau, & quædam emendata.
CAPVT XXX.

LVDOVICVS Ruſardus ſummorum huius ætatis iuriſconſultorum gloriam vel ſuperat vel æquat: idémque non tantum ius & æquitatem curat, verumetiam dicendi elegantiam & orationis ornatum in amoribus & delicijs habet, & quantum ei ſupereſt ſubſeciui temporis, libenter in legendis & emendandis optimis ſcriptoribus ponit, atque conſumit. Is nuper certiorem me fecit in monoſyllabis Auſonij verſum deſiderari vnum, quem ſe reperiſſe in antiquiſſimo ait, cœciſque & lippientibus literis vix legendo lib. poſt.

Eſtne peregrini vox nominis an latij ſil? Auſon. Edyl.
Et quod germano mixtum malè lætiferum Min?

quem verſum deminio intelligo letali pharmaco & homines necãte, quod in argentarijs metallis reperitur. Verſus autem iſti titulum habent Grammaticomaſtix, eorúmque primus eſt. *In logodædalia.* Legendum autem ferè crediderim,

Friuola condemnas? nequam quoque cum precio eſt merx.

hac diſtinctione in expedito & facili ſenſus erit, quem aſſeqi arduum ante videbatur. Lego etiam, *replet te lætificum gau*, id eſt gaudium: diſtinctio quoque tenebras ex his verſibus diſcutiet.

Dic quid ſignificent catalecta Maronis? in his al
Celtarum poſuit, ſequitur non lucidius Tau.

Cùm ætate Auſonij al & Tau in Maronis catellectis vix intelligerẽtur, hodie curioſi nimiũ fortaſſe cenſeatur, quid illa valeant exquirere. Ego al, vt Germanorũ lingua, ferè crediderim Celtarum ſermone totum ſignificaſſe: Tau autẽ crucem. hodie quoq; Tau gallicũ in Maronis catalectis legimus. Literarũ nomina declinat Auſonius. Nam & betam dicit, & iotã, *diuiduum betæ monoſyllabon italicũ b.* Iterum, *Non formã aut vocẽ deltæ gero.* &, *gammæ vice functa prius C.* Rurſus, *Litera ſum iotæ ſimilis.* Lego autẽ, Ητα *quod Æolidũ, quodque e valet, hoc latiare e.* &, *legit attica gens o.* Lego etiam, *Atque alium pro ſe titulo replicata dedit Q. Anſis,* autem, *cincta duabus erit cum iota*, ſine dubitatione Auſonium ſcripſiſſe affirmandum, &, ſi neceſſe eſt, conceptis verbis iurandum eſt. Legendum etiam,

Meandrum flexúſque vagos imitata vocor ξ

Admonuit me & Ruſardus verſui,

Nota Caledoniis nuribus muliebre ſcelus ſtrix,

continuò ſubijci,

Vellera depectit nemoralia veſtifluus ſer.

At, *Iam pelago volitat mercator veſtifluus ſer,*

verſus pro adulterino eſt veruto confodiendus. Scio non defuturos qui hæc illudant, & vitilitigent, vt ingenia hominum promptiora ſint ad culpandum quàm ignoſcendum. Non enim ad laudandum dicam, ne nimium me & mea amare videar: ſed hominibus illis hæc non ſcribuntur, nec eorum vel reprehenſione offendimur, vel laude delectamur.

Vitruuij locus comparatus cum Græco ſcriptore, arrectaria, varæ, ſtratum, ſucula. CAPVT XXXI.

OMNES Vitruuij perſcriptiones ex auctoribus Græcis ſumptas eſſe confido: eis autem ipſe verba Latina velut aliam veſtem induit. id cùm ex alijs multis intelligi poteſt, tum verò ex ariete cognoſci. Nam quæ Athenæus ex antiquioribus ſcriptoribus tradit, ea Latinè conuertit. ſic autem Græcus ſcribit, κριὸν μὲν ἔφασκεν εὑρεθῆναι πρώτιστον ὑπὸ καρχηδονίων ἐν τῇ περὶ γάδειρα πολιορκίᾳ. χωρίον γάρ τι προκαταλαμβανομένων αὐτῶν καὶ καθαιρούντων εἰς ἔδαφος τὰ τείχη, νεανίσκους τινὰς οὐδὲν ἔχοντας ἄρμενον εἰς τὴν καθαίρεσιν, δοκὸν λαβόντας διὰ χειρῶν εἰσείειν εἰς τὸ τεῖχος, καὶ ῥᾳδίως ἐπὶ πολὺν τόπον καθελεῖν. ὅθεν συνιδὼν τὸ γινόμενον τύριός τις ναυπηγὸς, ᾧ ὄνομα ἦν πεφασμένος, ἐν τῇ πολιορκίᾳ, ἣν ἐποιοῦντο μετὰ ταῦτα πρὸς τὴν τῶν γαδειτῶν πόλιν, ἱστὸν στήσας καὶ ἄλλον ἀπ' αὐτοῦ πλάγιον ἀρτήσας παραπλησίως ταῖς τῶν ζυγῶν φάλαγξιν, ἔτυπτε τὸ τεῖχος ἕλκων ἐξ ἀντισπάστου τὸ πλάγιον. ἀπόρως δὲ τῶν ἔνδον διακειμένων διὰ τὸ ξένον τοῦ μηχανήματος συνέβαινεν αὐτὰ πίπτειν ταχέως. Γηρᾶς δὲ μετ' αὐτὸν ὁ καρχηδόνιος ὑπότροχον ποιήσας σχεδίαν, ἐπέθηκε πλάγιον τὸν κριὸν, καὶ οὐκ ἐξ ἀντισπάστων εἷλκεν, ἀλλ' ὑπὸ πλήθους ἀνθρώπων προωθούμενον. ἐποίησε δὲ ὑπότροχον σκέπασμα Γηρᾶς πρῶτος εὑρὼν, ὃ διὰ τὴν βραδυτῆτα χελώνην προσηγόρευσε. μετὰ ταῦτα δὲ ἐποίησάν τινες ἐπὶ κυλίνδρων προωθούμενον τὸν κριόν. καὶ οὕτως ἐχρῶντο. ἐπίδοσιν δὲ ἔλαβεν ἡ τοιαύτη μηχανοποιΐα ἅπασα κατὰ τὴν Διονυσίου τοῦ σικελιώτου τυραννίδα, κατά τε τὴν φιλίππου τοῦ ἀμύντου βασιλείαν, ὅτε ἐπολιόρκει βυζαντίους φίλιππος. εὐημέρει δὲ τῇ τοιαύτῃ τέχνῃ πολύειδος ὁ θεσσαλὸς, οὗ οἱ μαθηταὶ συνεστρατεύοντο ἀλεξάνδρῳ διάδης καὶ χαιρέας. διάδης μὲν οὖν αὐτός φησιν ἐν τῷ μηχανικῷ αὐτοῦ συγγράμματι εὑρηκέναι τούς τε φορητοὺς πύργους, καὶ τὸ λεγόμενον τρύπανον, καὶ τὸν κόρακα, καὶ τὴν ἐπιβάθραν. ἐχρήσατο δὲ καὶ τῷ ὑποτρόχῳ κριῷ. γράφει γοῦν τὴν κατασκευὴν αὐτοῦ οὕτως. τὸν μὲν οὖν πύργον τὸν ἐλάχιστόν φησι δεῖν γενέσθαι τὸ ὕψος πηχῶν ξ. τὸ δὲ πλάτος ἔχοντα πήχεις ιζ· συναγωγὴν δὲ τοῦ πλάτους εἰς τὸ ἄνω τὸ πέμπτον μέρος. τῶν δὲ σκελῶν τοῦ πύργου τὰ πάχη ἔχειν κάτωθεν μὲν τριπάλαιστα, ἄνωθεν δὲ ἑπταδάκτυλα. ἐγίνετο δὲ αὐτῷ ὁ τηλικοῦτος δεκάστεγος περιπτέρου οὔσης ἑκάστης χώρας. ὁ δὲ μέγιστος αὐτῶν πύργος τὸ μῆκος εἶχε πήχεις ρκ. τὸ δὲ πλάτος εἶχε

πήχεις κγ. τὴν δὲ συναγωγὴν καὶ οὗτος τὸ πέμπτον ἐλάμβανεν εἰς τὰ ἄνω μέρη. τῶν δὲ σκελῶν τὰ πάχη ποδιαῖα καὶ κάτωθεν τετράγωνα, εἰς ἓξ δακτύλους τὸ πᾶν συναγόμενα ἐπὶ τὰ ἄνω. ὁ δὲ τηλικοῦτος αὐτῶν πύργος ἐγένετο εἰκοσάστεγος, περιδρόμους ἐχούσης ἑκάστης στέγης κύκλῳ πλάτος γ, πηχῶν ἐχόντων εἰς τὴν ἐκβοήθησιν τῶν ἐμπυρισμῶν. ἡ δὲ πρώτη στέγη εἶχε τὸ ὕψος πήχεις ζς. ἡ δὲ δευτέρα ε. καὶ ἕως πέντε στεγῶν τὸ αὐτὸ ὕψος λαμβανουσῶν. αἱ δὲ ἐπίλοιποι τεσσάρων πηχῶν καὶ β παλαιστῶν τὸ ὕψος ἐγένοντο. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἐλάττονος πύργου ἡ διαίρεσις τῶν στεγῶν τὸν αὐτὸν λόγον ἐλάμβανεν. ἐβύρσουν δὲ αὐτοὺς ἀργαῖς βύρσαις. τῆς δὲ χελώνης τῆς τὸν κριὸν φερούσης ἡ ἐργασία ἦν ἡ αὐτή, μικρᾶς τε καὶ μεγάλης. ἡ δὲ μεγίστη ἐλάμβανε τὸ διάστημα τοῦ πλάτους πήχεις λ. τὸ δὲ μῆκος πηχῶν μ. τὸ δὲ ὕψος χωρὶς τῆς ἀετώσεως τῆς ἐφισταμένης ὕστερον πήχεις ις. τῆς δὲ ἀετώσεως αὐτῆς τὸ ὕψος ἀπὸ καταστρώματος ἐπὶ τὸ ὀξύτατον πήχεις ες. ὑπερέβαλλε δὲ τὴν μέσην στέγην ὁ ἀετὸς τοὐλάχιστον πήχεις β. παρακαταβαίνων ἐπὶ τὴν στέγην ἕως τῶν ἐπ' αὐτῆς δοκῶν, ὅπως ᾖ περίδρομος ἔγκυκλος. ἐξῆρε δὲ ἐκ μέσης τῆς στέγης πυργίον τρίστεγον. καὶ εἰς μὲν τὰς ἄνω στέγας ἐπίθει καταπέλτας, εἰς δὲ τὴν κάτω ὕδατος παράθεσιν ἐποιεῖτο. ἐγίνοντο δὲ αὐτῇ τῇ χελώνῃ ὀρθοστάται κύκλῳ περίδρομον ἐχούσης. ἴσα δὲ καὶ κριοδόχην ἐπ' αὐτήν, ἐφ' ἧς καὶ τὸν κύλινδρον ἐπετίθει, δι' οὗ περιωθούμενος ὁ κριὸς δι' ἀντισπάστων ἐνήργει τὴν χρείαν. ἐβύρσουν δὲ καὶ ταύτην ὁμοίως τοῖς πύργοις. τὸ δὲ τρύπανον χελώνην μὲν τὴν αὐτὴν τῷ κριῷ λαμβάνει, καὶ πᾶσαν τὴν κατασκευὴν ὁμοίως ἔχουσαν. τίθησι δὲ ἐπὶ τῆς κρηπῖδος σύριγγα παραπλησίαν τῇ ἐν τοῖς εὐθυτόνοις γιγνομένῃ καταπέλταις, καὶ πλάγιον ὀνίσκον ὁμοίως ἐκείναις ἔχουσαν. ἐκ δὲ τοῦ ἄλλου μέρους αὐτῆς ἀπὸ τοῦ ἄκρου τροχιλίας ἐμβάλλει δύο, δι' ὧν περιωθεῖ τὴν ἐπιτιθεμένην ἐν αὐτῇ κεραίαν. καὶ ἐπὶ τοῦ καταστρώματος δὲ τοῦ ἐν τῷ συριγγίῳ πυκνοὺς τίθησι κυλίνδρους, ἵνα εὐκίνητος ὑπάρχῃ. καὶ οὕτως ἐμβάλλει τὴν κεραίαν ἐν ᾗ κριοκοπεῖ ἐφελκόμενος αὐτὴν ἐκ τοῦ κάτω ὀνίσκου κειμένου. βυρσοῦται δὲ κύκλῳ σὺν ταῖς ἀψῖσι τὴν σύριγγα, ἵνα σκέπηται εἰς αὐτὴν ἡ κεραία ἔσωθεν. τοῦ γὰρ ἔργου καλῶς διατυπουμένου τούτου, τοῦ ἀρχιτέκτονος εὑρίσκεται εὐδοξία. κατὰ δὲ λόγον ἐκτιθεμένου τὰ συντάγματα μέγιστον ἕξει κλέος ἐν τοῖς ὑπομνήμασι. τὸν δὲ κόρακα οὐ φημὶ εἶναι ἄξιον κατασκευῆς. τὴν δὲ ἐπιβάθραν ὃν τρόπον δεῖ γίνεσθαι προειπὼν ἐν ἀρχῇ δηλώσειν, οὐδὲν διεσάφησεν, οὐδ' ὑπὲρ τῆς κατὰ θάλασσαν δὲ αὐτῷ προσαγομένων ἔργων δεδήλωται, ἀλλὰ καὶ ταῦτα παρεῖται. Hæc ſic Vitruuius inter- Cap.16.li.10.
pretatus eſt. Carthaginenſes ad Gades oppugnandas caſtra poſuerunt: cùm autem caſtellum antè cepiſſent, id demoliri ſunt conati: poſteaquam non habuerunt ad demolitionem ferramenta, ſumpſerunt tignum, idque manibus ſuſtinentes, capiteque eius ſummum murum continenter pulſantes, ſummos ordinum lapides deijciebant, & ita gradatim ex ordine totam communitionem diſſipauerunt. Poſtea quidam faber Tyrius nomine Pephaſmenos hac ratione, & inuentione inductus, malo ſtatuto ex eo alterum tranſuerſum vti trutinã ſuſpendit, & in reducendo & impellendo vehementibus plagis deiecit Gaditanorum murum. Cetras autem Chalcedonius de materia primum baſim ſubiectis rotis fecit, ſupraque compegit arrectarijs & iugis varas, & in his ſuſpendit arietem, coriiſque bubulis texit, vti tutiores eſſent, qui in ea machinatione ad pulſandum murum eſſent

collocati.Id autem,quòd tardos conatus habuerat, teſtudinem arietariam appellare cœpit. His tunc primis gradibus poſitis ad id genus machinationis,poſtea cùm Philippus Amyntæ filius Byzantium oppugnaret, Polydus Theſſalus pluribus generibus & facilioribus explicauit, à quo receperunt doctrinam Diades & Chæreas, qui cum Alexandro militauerunt. Itaque Diades ſcriptis ſuis oſtendit ſe inueniſſe turres ambulatorias, quas etiam diſſolutas in exercitu circunferre ſolebat: præterea terebram, & aſcendentem machinam,qua ad murum plano pede tranſitus eſſe poſſet: & etiam coruum demolitorem,quem nonnulli gruem appellāt. Non minus vtebatur ariete ſubrotato,cuius rationes ſcriptas reliquit. Turrem autē minimam ait oportere fieri ne minus altam cubitorum L X.latam X V I I. Cōtracturam autem ſummam imæ partis quintam. Arrectaria in turris imo dodrantalia,in ſummo ſemipedalia. fieri autem ait oportere eam turrem tabulatorum decem ſingulis partibus in ea feneſtratis. Maiorem verò turrē altam cubitorum C X X.latam cubitorum X X I I I.cōtracturam item ſummam quinta parte: arrectaria pedalia in imo,in ſummo ſemipedalia. Hanc magnitudinem turris faciebat tabulatorum X X. cùm haberent ſingula tabulata circuitionem cubitorum ternum: tegebat autem corijs crudis, vt ab omni plaga eſſent tutæ. Teſtudinis arietariæ comparatio eadem ratione perficiebatur. Habuerat autem interuallum cubitorum X X X.altitudinem præter faſtigium X V I. faſtigij autem altitudo ab ſtrato ad ſummum cubita V I I.Exibat autem in altum,& ſupra medij tecti faſtigium turricula lata non minus cubita X I I. & ſupra extollebatur altitudine quatuor tabulatorum,in qua tabulato ſummo ſtatuebantur ſcorpiones & catapultæ, in inferioribus congerebatur magna aquæ multitudo ad extinguendum ſi qua vis ignis mitteretur. Conſtituebatur autem in ea arietaria machina, quæ Græcè κριοδόχη dicitur, in qua collocabatur torus perfectus in torno, in quo inſuper conſtitutus aries,trudentium ductionibus,& reductionibus efficiebat magnos operis effectus: tegebatur autem is corijs crudis quemadmodum turris. De terebra has explicuit ſcriptis rationes. Ipſam machinam vti teſtudinem in medio habentem collocatum in orthoſtatis canalem faciebat,quemadmodum in catapultis aut baliſtis fieri ſolet, longitudine cubitorum l.altitudine cubiti,in quo conſtituebatur tranſuerſa ſucula. In capite autē dextra ac ſiniſtra trocleæ duæ,per quas mouebatur quod inerat in eo canali capite ferrato tignum. ſub eo autem ipſo canali incluſi tuti celeriter celeriores & vehementiores efficiebant eius motus. Supra autem id tignum quod inibi erat, arcus agebantur ad tegendum canalem, vti ſuſtinerent corium crudum, quo ea machina erat inuoluta. De corace nihil putauit ſcribendum, quòd animaduerteret eam machinam nullam

habere

habere virtutem. De acceſſu, qui ἐπιβάθρα dicitur, & de marinis machinationibus, quę per nauim aditus habere poſſent, ſcribere tantum pollicitum eſſe vehementer animaduerti, neque rationes earum eum explicuiſſe. Eleganter ſanè & luculentè iſta Vitruuius interpretatus eſt: quædam tamen & in exemplari Græco & Vitruuio deprauata cuipiam eſſe videantur, quę aliorum coniecturæ & iudicio permittimus, ipſi iudicare non audemus: tantum admonebimus eleganter σκέλη ab eo arrectaria Latinè dici, quæ tanquam crura ſurſum eriguntur. ἀντίσπαστον ductiones, & reductiones: σχεδίαν varas: ἐπιβάθραν, aſcendentem machinam, ſed & acceſſum: ἀέτωσιν faſtigium, κατάστρωμα ſtratum: κριοδόκην arietariam machinam. Non enim eis eſt aſſentiendum, qui machinamentũ putant ex ariete & trabe. Dicitur enim vt ἱστοδόκη· ὀνίσκον, id eſt aſellum, ſuculam. Iam qui ab eo Cetras Chalcedonius vocatur, ab illo auctore Græco Geras Carthaginenſis appellatur. Non eſt autem dubium, quin in vitruuio Polyidus ſcribi debeat, non Polydus.

M. Tullius non videtur ſatis fideliter locum Arati reddidiſſe. CAPVT XXXII.

M. TVLLIVS multos ſuis patrocinijs magnis criminibus liberauit, & in ciuitate retinuit: nunc verò, qui tam multos defendit, ſibi adſit, cùm à multis accuſetur inſcitię in Arati interpretatione. Quod enim Aratus interſatur ſe abſoluiſſe omnia ſidera hemiſphærij ſeptentrionalis, ſéque deinceps eſſe tranſiturum ad auſtralem plagam profitetur, id ille de delphino accepit, cuius eſſe quaſdam partes in citeriori regione, quaſdam in vlteriori refert. ſed ne calumniam tanto virò inferre videamur, & eius verſus & Arati proferamus, vt videamus ecquam fideli interpretatione eos reddiderit:

Illæ quæ fulgent luces ex ore coruſco,
Sunt inter partes gelidas Aquilone locatæ,
Atque inter ſpatium & læti veſtigia ſolis:
At pars inferio delphini fuſca videtur,
Inter ſolis itum, ſimul inter flamina venti,
Viribus erumpit ſummi quà ſpiritus auſtri.

Aratus autem ſic ſcribit,

Καὶ τὰ μὲν οὐ Βορέω καὶ ἀλήσιος ἠελίοιο
Μεσσυγὴς κέχυται· τὰ δὲ νειόθι τέλλεται ἄλλα
Πολλὰ μεταξὺ νότοιο καὶ ἠελίοιο κελεύθου.

vix habet alium quenquam fortaſſe M. Tullius, quàm me eruditionis ſuæ ſtudioſiorem fautorem: nihil hîc tamen video, quod pro eo dici poſſit,

nec quod Rhetores ſolent, colorem vllum comminiſci poſſum. hominem fuiſſe Ciceronem exiſtimo, qui hallucinatus ſit, quem, vt in Rep. ſic in literis quædam fefellerint: ſed & excuſatione ætatis veniam precari, & culpam deprecari poſſumus, cùm admodum adoleſcens Aratum conuerterit: niſi ſi quis hoc eo minus audiat, quòd ſenex Arati conuerſionem amaſſe & approbaſſe videatur, tam multis ex ea in libris de Diuinatione & Natura deorum verſibus memoriter pronuntiatis.

Vitruuij locus cum Græco ſcriptore comparatus, tranſtrorum planities, pluteus, arbuſculæ, capreoli.

CAPVT XXXII.

INDICI in Macrocola quædam ſereniſſimæ Reginæ Catharinæ, inſcripta Athenæo de machinis bellicis, in quibus Hagetoris Byzantijs teſtudinem inueni à Vitruuio exſcriptam. cùm autem iudicarem eruditis me gratum facturum, ſi Græcam deſcriptionem adponerem, eámque cum Latina deſignatione altera ex parte compararem, & intelligerem magnum lumen Vitruuio inde acceſſurum, ſuſcepi laborem tranſcribendi. ſic igitur ſcribit Athenæus, τῆς δὲ ὑπὸ Ἡγήτορος τοῦ Βυζαντίου εὑρημένης χελώνης γίνεται τὸ μὲν μῆκος τοῦ ἐσχαρίου πηχῶν μϛ. πλάτος δὲ κη. τὰ δὲ σκέλη τὰ ἐπὶ τοῦ ἐσχαρίου πηγνύμενα δ. συντίθενται ἕκαστον ἐκ β. σκελῶν συνημμένων τὸ μῆκος ἐχόντων πήχεις κδ. τὸ δὲ πάχος ε. παλαιστάς. τὸ δὲ πλάτος πηχυαῖα. τρόχοι δὲ γίνονται ἐν αὐτῇ η. δι' ὧν ἐνάγεται τὸ σύμπαν ἔργον. τὸ μὲν ὕψος αὐτῶν, εἰς πήχεις δς. τὸ δὲ πάχος πήχεις β. συμβάλλονται δὲ κατὰ πάχος καὶ πλάτος ἀμφαλλὰξ, καὶ δεσμεύονται λεπίσι ψυχρηλάτοις. στρέφονται δὲ ἐν ἁμαξίποσι. κίονες δὲ πήγνυνται ἐπὶ τοῦ ἐσχαρίου δωδεκαπήχεις πλάτος μὲν ἔχοντες παλαιστὰς γ. ὕψος δὲ δέκα δακτύλους. ἀπέχει δὲ ἄλλος ἀπ' ἄλλου κίων παλαιστὰς ζ. καὶ ἐπιζεύγνυνται ἐπ' αὐτῶν ἐπιστύλια κύκλῳ, πλάτος ἔχοντα παλαιστὰς δ. πάχος δὲ γ. ἐπὶ δὲ τῶν ἐπιστυλίων πήγνυνται συγκύπται τὸ ὕψος ἐξαιροῦντες πήχεις η. καὶ ἐπ' αὐτῶν δοκὸς ἐμπήγνυται πλαγία, εἰς ἣν πᾶσαι αἱ κορυφαὶ τῶν συγκυπτῶν πήγνυνται, καὶ γίνονται δύο πλευραὶ κεκλιμέναι. καὶ λοιπὸν τὸ πᾶν ἔργον σανιδοῦται καὶ σκεπάζεται παραπλησίως ταῖς χωστρίσι χελώναις. ἔχει δὲ καὶ μέσην στέγην ἐπὶ τῶν ἐπιστυλίων ἀναπαυομένην, ὅπως ἡ βελοστασία ἐπ' αὐτῆς εἴη. ἵστανται δὲ καὶ ὀπίσω τῆς κριοδόχης σκέλη δύο συμβεβλημένα ὄρθια ἐν μέσῳ τῆς χελώνης ἔχοντα τὸ μῆκος λ. πηχῶν. τὸ δὲ πάχος αὐτῶν πηχυαῖον. τὸ δὲ πλάτος τριπαλαιστιαῖον. ἐφαρμόζεται δὲ ἐπ' αὐτῶν περικέφαλον, καὶ μέσον ἄλλο διὰ τῶν σκελῶν διάπηγμα. καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ τε περικεφάλου καὶ τοῦ διαπήγματος πήγνυται ξύλον ὄρθιον, καὶ ἐφ' ἑκατέρου μέρους τοῦ ξύλου τοῦ παγέντος καὶ τῶν σκελῶν ἐμβάλλονται ὀνίσκοι τετορνευμένοι. ἐξ ὧν τὰ ὅπλα ἐξήρτηται τὰ ἀνέχοντα τὸν κριόν. ἐπὶ δὲ τοῦ ἐπικεφάλου καὶ τῆς κριοδόχης πήγνυται θωράκιον, ὥστε ἐν αὐτῷ ἀσφαλέστατα δύνασθαι ἑστάναι τοὺς ἐποπτεύοντας τὰ ἀποστελλόμενα ἐκ τῶν ἐναντίων πρὸς τὸν κριόν. τοῦ δὲ κριοῦ τὸ μῆκος πήχεις ρκ. ἐκ δὲ πτέρνης πάχος μὲν ποδῶν β. πλάτος δὲ ε. παλαιστῶν. εἰς ἄκρον δὲ συνῆκται αὐτοῦ, τὸ μὲν πάχος ποδιαῖον. τὸ δὲ πλάτος τριπαλαιστιαῖον. ἔχει δὲ καὶ στόμα σιδηροῦν ὅμοιον ἐμβόλῳ

ἐμβόλῳ προμήκει· τὸ δὲ σῶμα αὐλωτόν, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἕλικες ἀποτείνουσι σιδηραῖ προσηλω-
μέναι τῷ κριῷ δ. ἐπὶ πήχεις ι. ὑποζώννυται δὲ ὅλος ὁ κριὸς ὅπλοις ὀκτωδακτύλοις τρισί. καὶ
διαλαμβάνεται κατὰ μέσον ἐκ τριῶν διαλειμμάτων ἁλύσεσι πηχυαίαις. ὁ δὲ δεσμὸς ὁ ἐν μέσῳ
τὸν κριὸν ἔχων ἐπὶ παλαιστὰς πέντε λαμβάνει τὸν ἑλιγμὸν ἐν τῷ κριῷ. βυρσοῦται δὲ κύκλῳ
ὅταν ἑλιχθῇ βύρσαις ἀργαῖς. τὰ δὲ ὅπλα ἀποτεταμένα ἐκ τῶν ὀνίσκων τῶν ἐκ τῆς κριοδόχης
καὶ ἀνέχοντα τὸν κριὸν ἔχει τὰς ἀρχὰς ἁλύσεσι σιδηραῖς τετραπλαῖς πεπλεγμένας. καὶ περιβε-
βύρσωνται αἱ ἁλύσεις πρὸς τὸ μὴ ὁρᾶσθαι. γίνεται δὲ ἐπιβάθρα σανίδος ἐφηλωθείσης τῇ προσ-
φορᾷ τοῦ κριοῦ. καὶ ἐπὶ ταύτης γίνεται ἐκ σιτημοείων δίκτυον πεπλεγμένον ἔχον τὰς ὀπὰς πα-
λαιστιαίας πρὸς τὸ ῥᾳδίως ἀναβαίνειν ἐπὶ τὸ τεῖχος δι' αὐτοῦ. ἔχει δὲ καὶ παραδείγματα ἐξ ἑκα-
1 τέρου μέρους ὁ κριὸς ἐπὶ διστάταις κάσαις παραπλήσια. κινήσεις δὲ τὸ ἔργον λαμβάνει ἕξ. τὴν
εἰς τὸ ἔμπροσθεν. καὶ τὴν εἰς τὸ ὀπίσω. καὶ τὴν εἰς τὰ πλάγια, καὶ τὴν ἀνάνευσιν καὶ τὴν ἐπίνευσιν.
καθαιρεῖ δὲ ἀπὸ ἑβδομήκοντα πήχους ὕψος, καὶ εἰς τὰ πλάγια παρασύρει ἐπὶ πήχεις ἑβδομή-
κοντα. οἰακίζεται δὲ ὑπὸ ἀνδρῶν ρ. ἔχουσα τὸ σύμπαν βάρος τάλαντα τετρακισχίλια. Hæc
ſic Latinè explicauit Vitruuius. Cap.21.li.10.

Non mihi etiam videtur eſſe alienum,de teſtudine,quam Hagetor Byzā-
tius fecit,quibus rationibus facta ſit exponere. fuerat enim eius baſis lon-
gitudo pedum L X.latitudo X V I I I.Arrectaria,quæ ſupra compactionem
erant quatuor collocata, ex binis tignis fuerant compacta in altitudinibus
ſingulorum, pedum X X X V I. craſſitudine palmopedali, latitudine ſeſqui-
2 pedali. Baſis eius habuerat rotas octo,quibus agebatur: fuerat autem ea-
rum altitudo pedum vis :- craſſitudo pedum triū. ita fabricatæ triplici ma-
teria alternis contra ſubſcudibus inter ſe coagmentatæ,laminíſque ferreis
ex frigido ductis alligatæ. Hæ in arbuſculis ſiue hamaxopodes dicantur,
habuerāt verſationes.Ita ſupra tranſtorum planitiem,quæ ſupra baſin fue-
rat,poſtes erant erecti pedum X V I I I :-.latitudinis s :-.craſſitudinis.F.z.di-
ſtantes inter ſe.Is :-. ſupra eos trabes circunclusæ continebāt totam com-
pactionem,latæ pedem j :-. craſſæ s:- ſupra eas capreoli extollebantur al-
titudine pedum X I I. Supra capreolos tignum collocatum coniungebat
capreolorum compactiones. Item fixa habuerant lateraria in tranſuerſo,
3 quibus inſuper contabulatio circumdata contegebat inferiora. Habuerat
autem mediam contabulationem ſupra trabiculas vbi ſcorpiones & cata-
pultæ collocabantur.Erigebātur & arrectaria duo cōpacta pedum X X X V.
craſſitudine ſeſquipedali latitudine pedum I I. coniuncta capitibus tranſ-
uerſario cardinato tigno , & altero mediano inter duos ſcapos cardinato,
& laminis ferreis religato,quo inſuper collocata erat alternis materies in-
ter ſcapos & trāſuerſarium traiecta chelonijs & anconibus firmiter inclu-
ſa.In ea materia fuerunt ex torno facti axiculi duo , è quibus funes alligati
retinebant arietem.Supra caput eorum, qui continebant arietem , collo-
catum erat pluteum,turriculæ ſimilitudine ornatum, vti ſine periculo duo
milites

milites tutò ſtantes proſpicere poſſent, & renunciare, quas res aduerſarij conarentur. Aries autem eius habuerat longitudinem pedum C I X. latitudine in imo palmopedali, craſſitudine pedali contractum à capite in latitudine pes I. craſſitudine S:- Is autem aries habuerat de ferro duro roſtrum ita vti naues longæ ſolent habere, & ex ipſo roſtro laminæ ferreę quatuor circiter pedum X V. fixæ fuerant in materia. A capite autem ad imam calcẽ tigni contenti fuerunt funes quatuor, craſſitudine digitorum octo ita religati, quemadmodum nauis malus à puppi ad proram continetur, eíque funes præcinctorijs tranſuerſis erant religati, habentes inter ſe palmipedalia ſpatia. Inſuper corijs crudis totus aries erat inuolutus. Ex quibus autem funibus pendebant, eorum capita fuerant ex ferro factæ quadruplices catenæ & ipſe corijs crudis erant inuolutæ. Itẽ habuerat proiectura eius ex tabulis arcam compactam & confixam rudentibus maioribus extentis, per quarum aſperitates non labentibus pedibus faciliter ad murum perueniebatur: atque ea machina ſex modis mouebatur, progreſſu: item latere dextra ac ſiniſtra, arrectione non minus in altitudinem extollebatur: & in imũ inclinatione demittebatur. Erigebatur autem machina in altitudinem ad diſiiciendum murum circiter pedes. C. Item à latere dextra ac ſiniſtra procurrendo perſtringebat non minus pedes C. Gubernabant eam homines C. habentem pondus talentûm quatuor millium, quod fit CCCCLXXX. pondo. Hîc nos quoque tãtum admonebimus, egregiè vertiſſe Vitruuium ἐσχάριον baſin, ſed & compactionem, & tranſtrorum planitiẽ: & ἀμφαλλὰξ δεσμεύεσθαι λεπίσι ψυχρηλάτοις, alternis inter ſe ſubſcudibus coagmentari, & laminis à frigido ductis alligari: ἀμαξίποδας, arbuſculas: ἐπιστύλια trabes: συγκύπτας capreolos: θωράκιον pluteum, quod ſolent & Latini etiam loriculam ad verbum appellare. Multo plura animaduertent & obſeruabunt alij qui & numerós etiam ad verum exigent: nos ſatis habuimus vtriuſq; ſcriptoris dictionem proponere, cuius explicationem maioribus ingenijs relinquimus.

Cauſa cadere, magiſtri carmen apud Ciceronem, magiſter. CAPVT XXXIIII.

§. *Si quis agens instit. de action.*

EST Iuriſconſultis cauſa cadere cauſam amittere, vel interprete ipſo imperatore, qui ita ſcribit, *Si quis agens intentione ſua plus complexus fuerat, quàm ad eum pertinebat, cauſa cadebat, id eſt rem amittebat, nec facilè in integrũ reſtituebatur à prætore.* apud veteres tamen vt obſeruaui, cauſa cadere, plus petere erat: vt qui apud Ciceronem plus petit, quam lex in duod. tab. permittebat. Cicero, *cùm Hipſeus maxima voce pluribus verbis à M. Craſſo prætore contenderet, vt ei, quem defendebat, cauſa cadere liceret,* id eſt vt plus ei liceret pe-

1. *de Orat.*

ret petere, quàm in duod. tab. lege permiſſum erat. Rurſum, *Cn. autem Octauius homo conſularis non minus longa oratione recuſaret, ne aduerſarius cauſa caderet*, id eſt ne aduerſario plus petere liceret, quàm quod eſſe in actione. illi patroni verba Latina optimè tenebant & vſurpabát, ſed ignorantia iuris labebantur, cùm alter plus quàm lex permitteret, peteret, quod non licet. Itaque id ſi obtinuiſſet, litem perdidiſſet: alter nollet plus ſecum agi, quam lege liceret, id eſt nollet aduerſarium cauſam amittere. Itaque ex eo factum eſt, vt cauſa cadere ſit cauſam perdere. Nam & ſine cauſæ amiſſione interdum ſimpliciter plus petere eſt. Cicero pro Muræna, *Nam ſi tibi neceſſe putas etiam aduerſarijs amicorum tuorum de iure conſulentibus reſpondere, & ſi turpe exiſtimas te aduocato illum ipſum, quem contra veneris, cauſa cadere*, id eſt plus petere, idque obtinere. Subiungam eiuſdem libri primi de Oratore locum alium, quem & emendare & explicare conabor. *Vel ſi cauſam ageres militis patrem eius, vt ſoles, dicendo à mortuis excitaſſes, ſtatuiſſes ante oculos, complexus eſſet filium, flenſque eum centum viris commendaſſet: lapides mehercule omnes flere ac lamentari coëgiſſes: vt totum illud, vti lingua nuncupaßit, non in 12. tab. quas tu omnibus bibliothecis anteponis, ſed in magico carmine ſcriptum videretur.* Non dubito, quin cùm in omnibus libris veteribus magiſtri ſcriptum reperiatur, ea ſit ſincera germanáque ſcriptura, quæ non intellecta in magum degenerauerit. eam arbitror probatum iri bonis & intelligentibus, vbi explicata fuerit. Agit lege in hæreditatem teſtamento patris exhæres filius, non tamen nominatim exhæredatus, ſed alio hærede ſcripto, cùm ipſe militię mortuus exiſtimatus eſſet. Eam igitur cauſam ſi Craſſus egiſſet, carmen illud 12. tab.

Vti lingua nuncupaßit, ita ius eſto,

quo nexa, mancipia, teſtamenta, confirmantur: iniquum iniuſtúmque increpaſſet, neque tam legum carmen, quàm magiſtrorum bona debitorum proſcribentium, & à liberis debitorum ad alienos tranſferentium clamaſſet, præſertim cum eo teſtamento, veluti auctione, ad extraneũ bona tranſitura eſſent. Carmen autem magiſtri interpretor, tabellam, quam magiſter proponebat, & qua proſcribebat ſe alicuius bona venditurum. Eius enim olim, qui multis debebat latitabátque, neque defendebatur, creditores prætorem adibant, apud quem querebantur, bonorúmque poſſeſſionẽ petebant: quam & prætor dabat, atque in diem certam ea poſſidebant: quæ cum venerat, prætorem rurſus adibant, petebantque ſibi vt liceret vnum è ſuo numero deligere, qui bonorum venditioni præeſſet, qui magiſter dicebatur: is in compitis celebribus, & frequentibus vrbis locis tab. proponebat. ſe debitoris bona venditurum his verbis: Titius debitor noſter incidit in cauſam venditionis bonorum, nos creditores eius bona vendemus

Ibid.

Cic. pro Muræna.

1. de Orat.

demus: qui volet emptor accedat. hanc, vt opinor, proſcriptionem Cicero hîc appellat magiſtri carmen.

ADRIANI TVRNEBI ADVERSARIORVM LIBER VIGESIMVS QVARTVS.

Strigare in actu ſpiritus, apud Plinium, ralla.
CAPVT I.

VT clauus purpuræ ſolet veſtem ornare etiam pannoſam & vilem: ita hos meos operæ tumultuariæ & leuioris commentarios ceu quidam purpurei panni ornare, & illuſtrare ſolent munera tua Gulielme Peliſſeri, quę velut per interuala collocanda eſſent, vt ceu ſtellæ notarent opus & diſtinguerent. De diſciplina arandi hoc ſcribit oraculum Plinius, *in arando verſum peragi, nec ſtriare in actu ſæpius*: ſtriare iſtud odioſum & moleſtum tibi cùm occurreret, ei diffiſus libros veteres conſuluiſti, quod perlibenter pérque ſtudioſè facere ſoles, idque pari fœlicitate & ingenio. in ijs, *ſtrigare in actu ſpiritus*, reperiſti, & amplexus es, audaciámq; eorum admiratus es, qui omnia, quæ in auctoribus non aſſequũtur, expungunt, nouáſque ſcripturas veteribus damnatis inſtituunt. Ac ſanè ſtrigare vetuſtæ editiones, cùm religioſius adhuc ſcriptores publicarentur, habebant: poſtea nouæ quæ prodierunt, ſtriare ſummutarunt, ſic omnia fatis in peius ruere, & retro ſublapſa referri. Quid eſt autem ſtrigare in actu ſpiritus? id interpretor eſſe in agendo ſulco interquieſcere. Nam ſtriga Higino auctore in libello de caſtrorum metatione, ordo eſt & ſeries equorum in caſtris tedentium: vel, vt Soſipater ait, ſtriga caſtrenſe eſt vocabulum interuallum turmarũ ſignificans, in quo equi ſtringuntur. Vt autem in ſtriga quieſcunt equi, & vt in ſtrigam dum collocantur, ſtrigare dicuntur: ita quoque cùm in verſu, qui vno ſpiritu agendus eſt, ad interſpirãdum requieſcunt, ſtrigare dicuntur. Interpretationem tuam confirmas Senecę emendatione & teſtimonio, cuius hæc verba ſunt lib. 4. epiſtolarum, eadem, qua Pliniana, iniuria affecta, atque violata. *Itaque in vanum operoſos culpaue-*

Cap. 19. li. 18.

Soſipater li. 1. gram. inſtit.

Seneca lib. 4. epiſt. 31.

culpauerim: rurſus ad honeſta nitentes quanto magis incubuerint, minúſque ſibi vinci & ſtrigare permiſerint, admirabor & clamabo, tanto melior, ſurge & inſpira, & cliuum iſtum, vno, ſi potes, ſpiritu exupera. Eodem in Plinij capite, vbi ſcribitur, *purget vomerem ſubinde ſtimulus cuſpidatus rulla*: ſcribendum eſt, *rallo*, id eſt, rallo præfixus. Rallum autem ferramentum eſt, quo raditur vomer, & inhærente terra liberatur atque purgatur: nomen habet à radendo. poſſet & melius ralla legi, cùm præſertim reperiam in antiqui critici lexico rallam eſſe ξυστῆρα, quod & interpretationem noſtram confirmat. Cap.19.li.18.

Ero, puſula, puſtula. CAPVT II.

HIC me aſſertorem veterum librorum auctoritatis & vindicem contra primarios homines ipſáque literarum columina præſtare non verebor, à quibus video in Vitruuio, Plinio, Iuriſconſultis, berones vel perones legi. At ego in Vitruuio lego, *vti arcæ duplices latis tabulis & catenis colligatæ in eo loco, qui finitus erit, conſtituantur, & inter deſtinatas creta eronibus ex vlua paluſtri factis calcetur*: in iuriſconſulto, *quod ſi ſeparatim tabulis aut eronibus aut in alia cuppa clauſum vniuſcuiuſque triticum fuiſſet*: in Plinio, *id conſecutus eſt ille eronibus harenæ plenis molli cliuo ſuper capita columnarum exaggerato.* Qui berones his locis legunt ſaccos interpretantur. Erones autem accipio texta quædam ſtoriarum & tegetum more, in quibus interdum pauperes dormiebant, & fruges reponebantur: ſed & vaſa ſic viminea vocabantur tegetibus ſimilia & cophinis: φορμοὶ à Græcis dicuntur. hæc obſignabimus teſtimonio interpretis Terentiani, cuius hæc verba ſunt, Phormio non à formula, ſed phormione dicitur ſparteo, quem nos eronem dicimus triuialiter & pro conſuetudine. Vetus criticus eronem interpretatur κοίτην defendo & aduerſus eorum ſententiam rectè legi in iuriſconſultis, *veluti cùm argentum puſulatum fabro daretur vt vaſa fierent.* quas enim puſtulas vocamus, puſulas etiam ab antiquis vocatas inuenio: quod Pliniani codices vetuſtiſſimi locis infinitis oſtendunt, ſed faſtidio occurens vno contentus ero. *Eſt enim*, inquit, *tam feruentis naturæ, vt per ſe extra corpori impoſitum puſulas ignium modo faciat, & pro cauſtico in vſu ſit.* Puſula Columellæ ignis eſt ſacer, vnde puſuloſa vel puſiloſa ouis: u, autẽ & i, ſæpe inter ſe ſummutantur, vt optimus optumus. puſula igitur puſtula eſt, & puſula dicitur ignis ſacer, qui puſtulas paſſim qua depaſcitur attolit: noménque ex eo habet puſula quia pus continet. Puſtulatum igitur argentum & puſulatum vel puſilatum nihil differre exiſtimo, rectéque ſic appellari ſuſpicor: quin & poſtulatum, præſertim cùm u in o non rarò migret. Itaque in Tranquillo reperi ſcriptum, *exegítque ingenti faſtidio*

Cap.12.lib.5.

L. in naue ff. locati.

Plin.lib.36.ca. 14.

In prologo Phormionis.

L. In naue ff. locati.

Cap.8.li.26.

Cap.5.lib.7.

In Nerone ca. 44.

& acerbitate nummum asperum argentum postulatum, aurum ad obrusam: & in
Lib. 7. epigr. 85. veteribus libris Martial.

Argenti tibi libra postulati.

nec illis assentior, qui à postulando deducunt freti auctoritate Iuuenalis,

Saty. 7. *Accipe victori populus quod postulat aurum.*

sed postulatum & pusulatum interpretor, quod purum putum est, & pusula ac igne excoctum, quodque pustulas & tumores habet. Nos quoque in vernaculo sermone, perinde quasi posula pro pusula interdum diceretur, mutato p in b tumorem bosulam appellare solemus. verius tamen puto pustulatum argentum & pusulatum dici, quàm postulatum.

Scordiscus, scordiscarius, tractator, Iouis lances, oesus sit, loedi. CAPVT III.

MVLTA cuiusquemodi velut in chaos quoddam, hoc in caput confundemus. Coriarium apud. D. Hieronymum & sordiscarium legimus: atque alterum intelligimus, alterum ignoramus. ego codiscarium aliquãdo legi, vt eo nomine censeatur qui è pellibus vestes sarcinat. Nam pelles κώδια dicuntur à Græcis, & κωδίζμα & κωδιοκάδεια. Nisi si quis scortearium legere mallet. Nam quod alij comminiscuntur ad stomachum non facit. Nunc scordiscarium lego, præsertim cùm reperiam in antiquo lexico scordiscum esse ephippium, qui igitur talia strata vel coactilia facit &
Tacit. li. 2. & 13. tegumenta, is scordiscarius est. Quis est apud Tacitum librator? is nimirum qui machinas aptat, & ex eis missilia iaculatur, quod earum libret ictum, ac mediusfidius hodie tales sunt tormentarij bombardarum. est &
Plin. lib. 10. Epist. Intuenti mihi. librator apud Plinium in epistolis, qui aquam ducendam librat, quíque quo fastigio, aut in planicie, aut deuexitate, commodissimè deduci possit,
Li. 5. epig. 109. præscribit. apud Martialem scribitur,

Res petricosa est pontice bellus homo,

hîc & sensus nutare videtur, & versus vacillare. nam non conuenit bellum hominem dici petricosum, & secunda syllaba extendi se vetat: sed cùm Martialis dicat, quàm res sit intricata & implicata multis negotijs & officijs bellus homo, accedo vt suspicer, *res pertricosa est* legendum esse: vt id multis dicat tricis impeditum: quod quidem tam accommodatum ad sen-
12. Aeneid. tentiam est, vt si non scripserit Martialis, tamẽ scribere debuisse videatur.

Iuppiter ipse duas æquato examine lances,

Scripsit Maro Homerum secutus, quod & ab omnibus ferè Grammaticis obseruatum est: quod videtur dictum ex ea cogitatione & sententia, qua prisci censebant res mortalium ab Ioue velut libra quadam pensitari,

vnde & ὑψίζυγος à poëtis dicitur, velut ex alto cælo omnia librans & põderans. aliam tamen eius quoque adiectionis nouerunt expositionem antiqui Grammatici. Itaque Theognis Ioui tribuit libram hoc versu,

Ζεὺς γάρ τοι τὸ τάλαντον ἐπιρρέπει ἄλλοτε ἄλλως.

Tractatores videntur fuisse, qui manu membra tractabant, & leniter fricabant: Martialis, Li.3.Epig.40.

Percurrit agili corpus arte tractatrix.

Seneca lib. epistolarum nono, *Quidni ego feliciorem pũtem mutium, qui sic tentauit ignem, quàm si manum illam tractatori præstitisset?* Apud M. Tullium de legibus scribitur, *ijdem ad populum, quod cesus erit, ferunto.* Illud, *cesus erit*, eiusmodi est, vt balbutiat aliquid, nihil tamen planè disertéque eloquatur. ego, *quod oesus erit*, legendum suspicor, pro vsus erit. sic enim veteres loquebantur. sic paulò antè, *Ast quid erit, quod extra magistratus coeratione oesus sit*, id est curatione sit opus. sed & in vetustis codicillis, *Lœdis quod sine certatione corporum*, pro ludis reperisse me recordor in eodem Cicerone de legibus: in quibus etiam erat non ineleganter scriptum, *discerem, & tabellam videbo dari.* vbi hodie editum est, *iubebo*: quasi suffragiorum sit custos, aut diribitor futurus, quorum est videre, vt tabellæ dentur populo legem iussuro & vetituro. Seneca lib.9. epist.67. Cic.2.de leg. Ibid.

Tamus, Epona, alueoli, Remora. CAPVT IIII.

MERA non erit hæc potio, sed mixta & è multis temperata concinnatáque, vt circæum poculum, aut cinnus. in Columellæ hortulo politissimis descripto versibus extat hemistichium, Columel.lib. 10.

— iam thani sponte virescunt.

& libro naruralis historiæ 21. excusum reperio, *In Italia paucissimas nouimus, fraga, tanum, ruscum.* Pomponius tamẽ in Columella tamum agnoscit, cuius ego sententiæ cur calculum addam meum, hæc causa est, quòd & eum ita in bonis reperisse libris suspicor, & ita me apud Plinium inuenisse profiteor lib.19. *acuti tami, cunilæ.* vbi hodie excuditur tani. In Iuuenale sunt qui iusto propè sacramento contendunt esse legendum, Cap.15. Plin.lib.19. cap.12.

Solam Hippo & facies olida ad præsepia pictas. Saty.8.

sed eis prætexentibus & modulum syllabæ, & græculam vocabuli originem assentiri tamen nullo modo possum, quòd iutelligam Latinos ita quę Græca sunt interdum efferre, vt ortum eiurent suum. deinde etiam librorum antiquitate confirmo, nec Hippo nec Hipponam scribi oportere, sed Eponam, vt & in puluerulentis bibliothecarum Iuuenalibus inuenio: & in Prudentio, Prudent.in Apotheosi.

Nemo Cloacinæ, aut Eponæ ſuper aſtra deabus.

Plutarchus in parallelis, ἡ δὲ κατὰ χρόνον ἔτεκε κόρην εὔμορφον, καὶ ὠνόμασεν ἐπόναν. ἔστι Apuleius lib. 3. de aſ. aur. δὲ θεὸς πρόνοιαν ποιουμένη ἵππων. Quod idem & in Apuleio reperite licet. nunc igitur minimè controuerſum eſſe puto, quin legi debeat Epona. Verſus eſt Ennianus apud M. Ciceronem.

Cic. 1. de Diuinat. *Curabant vrbem Romámne Remámne vocarent.*

ſed enim in illis fugientibus & lucifugis libris legi,

— Romam Remorámne vocarent.

Quam mediusfidius veriſſimam & ſinceriſſimam ſcripturam reor. argumento locus erit, qui in Auentino monte à Remo Remora, vt ſcribit Feſtus lib. 16. Pompeius, vocabatur, & Remorinus vel Remurinus ager, qui Remi fuerat. Cic. lib. 2. ad Atticum epiſt. vlt. lib. 2. epiſtolarum ad Atticum ſcribitur, *vt nunc* τὰς τῶν κρατούντων. vbi verſus iſte ab eo ſignificatur è Phœniſſis Euripidis,

Euripid. Phœniſsis. Τὰς τῶν κρατούντων ἀμαθίας φέρειν χρεών.

Illud autem Iuuenalis,

Iuuenal. Saty. 1. *Cuius & alueolos & lænam pignerat Atreus,*

De poëta intelligitur, qui dum Atreum tragœdiam ſcribit, oppreſſus paupertate cogitur alueolos, id eſt lances ſuas & paropſides, vt Satyra quinta,

Illud enim veſtris datur alueolis, quod
Canna Mycipſarum prora ſubuexit acuta:

& lænam pignerare. i. pignori opponere & opignerare. Scrupulum affert non paucis, vt aliò tranſeam, quę ſit eorum verborum ſententia in Helio- Lamprid. in Heliogab. gabalo. Cum collatũ iniſſet, in populum non nũmos. Ego, ſi fas eſſet pio, Iouem lapidem iurare auderem vocem eſſe corruptam, legendúmque cõſulatum, vt & paulò ante, cecidit & humanas hoſtias. Sed mihi propoſitum non eſt multa, perſequi præſertim quę minuta ſunt. Illud, eo tempore quo Macrinus huius Antonini, multos ſuboffendit in eruendo ſenſu meritò laborãtes, ego auſim ſcribendum eſſe cõtendere, eo tẽpore conſobrinus huius Antonini. Erat enim Alexander Mameę filius, vt omnibus notum eſſe ſpero, conſobrinus Antonini. & mox, atque ſtultitia, non vt in excuſis, & qui item & pronubam, & non longo interuallo Claudium tonſorem non cenſorem, mox ad honores reliquos promouit commendatos ſibi pudibiliũ enormitate membrorũ: ac viceſimam hæreditatum mulionem curare iuſſit. non multo poſt, ſollicita de filio, multa de induſtria prętermitto, quæ non eſt operæ perſequi. Infra, remoti ſunt deniq; ab eo Hierocles, & Cordus impuriſſimi duo & improbi familiares. Hieroclem autẽ & hîc & paulò infra Dionis auctoritate corrigimus, & tuemur. Et mox, ne paterentur illũ ita deinceps viuere, non vt paſſim, diutius. Paulò poſt, primum conſultarũt de genere mortis, cũ alij vitalibus exẽptis necarẽt, alij ab ima

parte

parte perfoderent,vt mors esset consentiens:post hoc infra,affectato reti-
nuerat. item,amphitheatri instauratione.præterea,& lauacrũ quidem An-
toninus Caracallus mox,ob hoc sub vario Antonino.Lecti autẽ veteribus
duorum erant generum, cubiculares in quibus dormiebant, & cubabant:
& discubitorij, qui & triclinares dicebantur, in quibus discumbebant
cœnantes & prandentes.Proinde scripsit Lampridius, *hic solido argento ha-* Lamprid. in
buit lectos & tricliniares & cubiculares. Non longo deinceps spatio verba Heliogabalo.
sequuntur corruptissima,quæ sic mihi videntur integritati suæ restitui pos-
se, *vt pro nascentis apiastri fasce Laribus & fœno Græco exhiberet plenis faba-*
1 *tarijs & discis.* fabataria intelligo vasa, aut patellas, in quibus puls fabata
ponebatur, & Laribus offerebatur. suspicatus aliquando sum gabatarijs à
gabatis vasis legendum esse: sed id nimiæ audaciæ iure tribueretur. Con-
ditum eo in libro interpretatur Egnatius vnguentum diu asseruatum,ego
putem vinum esse aromaticis speciebus imbutum, cuius mentio est apud
scriptores Græcos, Latini vocabuli vsurpatione. Pro griles, grilos lego.
scribitur mox, deo Enanthino, fudisse: ego reponendum censeo, bal-
nea oleo œnanthino, qua de re qui mihi fidem non habet, Plinium con- Cap. 1. li. 13.
sulat, apud quem oleum & vnguentum œnanthinum reperiet. Zetæ
quæ sint in eodem libro quæstionis est? ego diætas interpretor: vt enim
2 pro διάπλευτος ζάπλευτος, dicitur: sic pro diæta zeta. reperio in Antonini
itinerario Hipponem Zarrhytum pro Diarrhyto, & apud Cyprianum
zabolum pro Diabolo.Est autem zeta vel diæta,ędificium vel membrum Plin. lib. 5.
domus, cœnationem & cubiculum babens. Plinius, contra mediam ferè Epist. Aniani curam.
porticum zeta paulum recedit. Sequitur mox, est in hac zeta dormitori-
4 um cubiculum,quod diem,clamorem, sonum excludit:iunctáque ei quo-
tidiana amicorumque cœnatio. supra lego, fertur & promisisse phœni- Lamprid. in
cem conuiuijs, vel pro eo libras auri mille, vt in prætorio eas diuideret. Heliogabalo.
mox subijcit,marinę aquæ columbos diuisit.nam diuisit lego non dimisit.
Scio multa esse alia in ea vita, quæ explanationis indigeant: sed nos modũ
3 adhibebimus & reliqua aliorũ industriæ relinquemus,aut in aliud tempus
differemus.

Lympha Mallia in Catullo,homines ad lecticam, Latinè loqui, verba Latina. CAPVT V.

5 NODVS est in versibus Catulli vindice dignus & enodatore: eos ver-
sus proponam, deinde quid sentiam eloquar,

Cùm tantum arderem, quantum Trinacria rupes, Catul. in Mal-
Lymphaque in Oetæis Mallia Thermopylis. lium.

Ac satis quidem apertũ est quę sit Trinacria rupes. Ætnam enim ardentem

ſignificari nemeni ferè ignotum eſt: aqua Mallia quæ ſit, non perinde conſtat. Fuiſſe autem natiua aquarum calidarum in Thermopylis lauacra, vel ipſo nomine Græco ſatis indicatur: tantum cur Malliam aquam vocet obſcurum eſt: ego cenſeam ex eo ſic appellatam eſſe, quòd L. Manlius cum Catone Cenſorio bello Antiochi per inuia & abrupta ad iugum Thermopylarũ euaſerit, quæ res victoriæ cauſa Romanis fuit. *Plutarchus in Catone Cenſorio.* Plutarchus, αὐτὸς δὲ λεύκιόν τινα μάλλιον ἄνδρα δεινὸν ὀρειβατεῖν παραλαβὼν ἐχώρει πολυπόνως καὶ παραβόλως ἐν ἀσελήνῳ νυκτὶ καὶ βαθείᾳ. Cùm igitur ad Mallium ſcriberet Catullus, quid mirum eſt aquam in Thermopylis nomine eius gentilis eſſe ab eo ſignatam, & hoc blandimento & aſſentatione quæſitam eius eſſe gratiam?

Epig. 12. Scribit idem Catullus,

At certè tamen inquiunt, quod illic
Natum dicitur, ære comparaſti,
Ad lecticam homines:

quem ego de lectarijs locum interpretor, quos habere ſoliti erant Bithyniæ reges, & inuenerant. *Cic. 7. in Verrem.* Cicero in Verrem, *Nam (vt mos fuit Bithyniæ regibus) lectica octophoro ferebatur, in qua puluinus erat pellucidus melitenſi roſa farctus.* Latinè loqui, vt aliud addam, quo ſenſu dici vulgo ſoleat, & ab auctoribus vſurpari, nemini puto ignotum: ſed tamen interdum eſt verè & ſimpliciter loqui, nihilque mentiri, nec ſupra verum rem efferre. *Cic. 6. in Verrem.* Cicero in Verrem, *non enim verbi neque criminis cauſa augendi complector omnia, cùm dico nihil iſtum eiuſmodi rerũ in tota prouincia reliquiſſe: Latinè me ſcitote, non accuſatoriè loqui.* Bene ſcilicet Latini de Latinis exiſtimabãt, eos ſimplices & ingenuos, minimeq; ſimulatos & fallaces mendacéſq; exiſtimabant: vnde illa loquendi ratio, vt exiſtimo, manauit. Sed & Martialis Latinè loqui dixit, pro ſimpliciter & apertè & ingenuè, & ſine diſſimulatione, & integumento verborũ loqui. Nam ſe Latinè dicit loqui, cùm obſcœna & laſciua *Lib. 1.* obſcœnis & laſciuis petulantibuſque verbis apertè proloquitur. Eius verba ſunt in epiſtola, *Si quis tamen tam ambitiosè triſtis eſt, vt apud illum in nulla pagina Latinè loqui fas ſit, poteſt epiſtola, vel potius titulo contentus eſſe.* Nam epigrammata ſine circuitu vllo apertè laſciuiunt, & petulanter loquuntur.

Lib. 11. epigr. 21. Et alio loco,

Cæſaris Auguſti laſciuos liuide verſus
Sex lege, qui triſtis verba Latina legis.

vbi verba Latina appellat, quæ apertè & ingenuè laſciuiam & flagitia enunciant, qualis eſt epigrammatum lingua. Simplicitatis enim Romanæ & Latinæ ducebant eſſe ſuis res vocabulis afficere. proinde clauſulam epigrammati Martialis hanc adſcribit, quæ interpretationem meam confirmat:

Ibid. *Abſoluis lepidos nimirum Auguſte libellos,*

Qui

Qui scis Romana simplicitate loqui.

Vox fusca, institorium, mitellita, Mazaces, cirrus, ascoma, synthesina, & quædam in Tranquillo emendata. CAPVT VI.

NON solum optimorum virorum vita ad imitandum nobis proponenda est, verumetiam sceleratissimorum & nefandorum ad fugiendum. Nam vt ex illorum laude dignitas virtutis splendidius elucet, sic ex horum dedecore turpitudo vitiorum clarius apparet. Nuper itaque legebam Neronis vitam: ex ea, quæ ad horum commentariorum supellectilem instruẽdam pertinerent, pauca quædam in instrumentum retuli. Natus esse Nero scribitur antè nouem menses quàm Tiberius excessit: hîc ego in priscis libris reperio, *ante post nouemmenses*: vt mihi dubium non sit, quin legendum sit, *Natus est Antij post nouemmenses.* itaque, quòd Antium eius esset natale solum, sic dilexit, vt eo imperij sedem transferre cogitarit. scribunt & libri melioris ęui, *quoties autem ad consultandum secederet*: non vt editur, *sederet.* fusca autem vox est ea, quæ à Græcis, vt è Dione patet, μέλαινα vocatur, cuius tam sæpe apud Aristotelem mentio est. In eodem antiquo codice, quod dissimulandum non arbitror, *aliquid se sufferi tinniturum dixit,* reperio: erit autem sufferum ὑπάγειον, quod non delicatum & molle, sed subagreste & subrusticum, & propè ferum, quod in cantu nos interdum magis delectat, quam blandus & eneruatior modulus. scio ego hîc legi à multis sufferti, quod & improbare non est meum: imo verò ante approbaui, & ὑπόπυκνον esse dixi, vt & subbibere, est quod Græci ὑποπίνειν dicunt. hanc tamen tanquam testificationem veteris lectionis prętermittere non debui. Pro *præeunte pompa cæterorum cum titulis*, lego eiusdem assertione libri, *pompa cæterarum*, vt ad coronas, de quibus perspicuè agit, referatur, non ad homines, & hanc scripturam facilè sensus approbat. necnon & illud sic lego, *quintana domi constituta, vbi partæ & ad licitationem diuidendæ prædæ pretium absumeretur*: non vt nunc circunfertur, *assumeretur.* mox nihilo secius lego, *Matronarum institorio copas imitantium.* sunt autem copæ mulieres quæ coponam exercent vt in illo versu,

Sueton. in Nerone c.6.

Cap. 15.

Dion in Nerone.

Cap. 20.

Cap. 25.

Cap. 26.

Cap. 27.

Virgil. in Copa.

Copa syrisca caput graia redimita mitella.

Scribitur & in bibliothecis antiquis, *quorum vni mittellita quadragies* HS *constitit.* genus videtur esse placentarum tanquam mitellatarum: est & medicis micleta, tanquam fortasse miculata, antidotus. edunt publici libri *mellita*, nec damno, sed ea quam proposui mystica, vt ita dicam, scriptura est. Scribendum non longè, *phalerata Mazacum turba atque cursorum.* Sunt Mazaces equites, qui in comitatu nobilium erant olim ferè ex Africa:

Cap. 27.

Cap. 30.

Martial.li.10. epig.13. Martialis, *Et Libys in multo puluere sudet eques.*

Lib.Cynegetic. Nemesianus equos Mazacas laudat,qui ex interiore Africa erant: *quémque coloratus Mazax deserta per arua perauit.* Ex fidelissimis libris etiã lego, Cap. 45. *statuæ eius à vertice cirrus appositus est cum inscriptione Græca, nunc demum agona esse, & raderet*: quòd scilicet in tanto discrimine non deberet cirratus Ibid. aut cincinnatus esse,sed cirros radere. Mox cum reperiam,*alterius collo ascopa deligata*,non dubitanter *ascoma* legam,vt sit velut culleus,quod nomen Dio in Nerone. est neutrum Græcis, sed Latinis etiam fœmininum. Dio emendationem adiuuat, qui μολγόν id est culleum dicit eius statuæ appensum fuisse. Lego Cap.49. infra, *permisit hoc Hicelus Galbæ libertus*: nam ita vocabatur. Cum autem Cap.28. supra scribitur, *cum dote & flammeo persolenni nuptiarum celeberrimo officio*, iniurius in Tranquillum non fuerit,qui *per solenne*, legerit: etsi ab omnibus Cap.31. libris recedet, quorum fidem non semper sequi oportet. *vt flores fistulatis & vnguenta desuper spargerentur*, in duobus optimis codicibus legi, hoc sensu:fistulatas fuisse cœnationum tabulas ad flores spargendos & vnguẽta fundenda:ex fistulis tamen,quod peruulgatum est,non moueo: sed illud alterum etiam accommodatum ad sententiam ostendo iuratorum propè dixerim codicum fide & testimonio probatum. ibidem reperi, Cap.39. νεόψηφον Νέρων ἰδίαν μητέρα ἀπέκτεινεν,non vt in omnibus νεόνυμφον. & illud multo salsius est & acrioris aceti, quòd nauis solutilis sententia matrem interfe- Sueto.cap.34. Tacitus li.14. cerit Nero:de cuius machinatione & Tranquillus & Tacitus scribunt,sed Suet.cap.40. & illud illic sic legi, τὸ τεκνίον ἡμᾶς διαθρέψει: quod haud paulò melius est, quàm quod in peruagatis codicibus legimus. ferè Græca à librarijs Latinis malè effingebantur literis, inde coniecturæ legentium secutæ qualiacunque eruerunt verba,vestigia ductúsque literarum rimantes,& vicinitatem vocum & similitudinem captantes. quod repono literatè satis & planè scriptum erat,vt præstare ausim ita scripsisse Tanquillum. Quod sequitur,etsi primo statim coniectu oculi animaduerti potest, quia tamen in libris tandiu hæret,non tam mihi expectenda est aliorum opera, qui corri- Cap. 54. gant,quam mea declaranda & profitenda:*proditurum se parta victoria ludis.* hic facilè omnes agnoscunt esse legendum, *partæ victoriæ ludis.* & mox, Ibid. *saltaturúmque Virgilij Turnum.*quod vtrũque in optimó codice reperi.tam enim securus certúsque victoriæ sibi videbatur, vt iam de victoriæ ludis sibi cogitãdum putaret ac loqueretur disponerétque quæ ludis illis facturus esset.hoc autem aptius est quàm quod in literas mittitur.lego etiam in Cap.51. antiquis libris,*ac plerumque synthesinam indutus.* Nam etsi synthesin probo, tamen synthesinam dissimulare non possum, cùm vestem subaudire persacilè sit. Hæc oscitantes & propè aliud agentes colligebamus, nauseam grauiorum studiorum hoc veluti sapore detergentes amœniorum aucto-

rum.vti-

rum. vtinam,vt à nauſea hæc nos liberarunt,ſic &à faſtidio hominum vindecent.

Chara,catlaſter,catlitio,ſubare,ſurire. CAPVT VII.

ID quod hîc ſcribam tui beneficij eſt,Gulielme Peliſſeri, Montis Peſſuli epiſcope,ſed interprete me ad alios manabit, & qui vnum obligatum cenſes,populum habebit tuo merito tibi deuinctum. Scribit Cæſar lib.3. de bello ciuili, *eſt etiam genus radicis inuentum ab ijs, qui fuerant cum Valerio quod appellatur Chara,quod admiſtum lacte multum inopiam leuat: id ſimilitudinem panis efficiebat: eius erat magna copia.* Quæſit hæc verba quæſitum eſt Plinius lapſanam interpretari videtur cùm ſcribit, *necnon olus quoque ſilueſtre,& triumphorum Diui Iulij carminibus præcipuè iocíſque militaribus celebratum: alternis quippe verſibus exprobauêre lapſana ſe vixiſſe apud Dyrrachium, præmiorum parſimoniam cauillantes. Eſt autem id cyma ſilueſtris.* Alio loco Plinius lapſanam inter braſſicas ſilueſtres numerat, pedalis altitudinis,hirſutis folijs,napi ſimillimis,niſi candidior eſſet flore: ſed &de generibus braſicæ differens ita tradit, *Etiamnum vnum ſilueſtre Greci cheram vocant, pontifici armon,alij leucen,noſtri armoraciã fronde copioſius quam corpore.* hãc teſtatur ſcripturam veteres omnes libri, ſed cheræ nomine offenſi correctoréſne dicam an deprauatores agrium ſuppoſuêre. Iſidorus *armoracea,*inquit,*hæc eſt lapſana*: vetus lexicon armoraceam ῥαφανίδα interpretatur. ſed Plinius duas herbas in vnam confudit lapſanam & armoraciam, quæ caulibus & folijs tam indiſcretis ſunt, vt ne à peritis quidem vix diſtingui poſſint niſi flore: quo factum eſſe reor,vt quod de chera dixit Cæſar, de lapſana Plinius retulerit, cùm armoracea, vt dixi, indiſtinctæ & geminæ cuiuſdam ſit, cum lapſana ſimilitudinis, & vtraq; ſpecies ſit braſſicæ ſilueſtris. Dicit Cæſar radicem illam inuentam fuiſſe ab ijs,qui cum Valerio fuerãt milites eos intelligens,qui duce Valerio,in Aſia fuerant Mithridatico bello: Valerium autem eorum ducem inſidiosè interficiendũ curarat Fimbria. Erit & iſtud ꝙ ſubſcribã muneris tui,quod homines non minus à te ingeniosè excogitatũ quàm verè, qui quidẽ alicuius iudicij & intelligẽtiæ ſunt, vt exiſtimo, prędicabũt. Scribit Vitruuius: *Ideóq; ſemper trãſmarinos cataſtos emere formoſos.& puellas maturas eóſq; coniũgere, vt qui naſcerẽtur ex ijs, non ſolũ egregia voce,ſed etiam forma eſſent non inuenuſta.* Calaſtros Hermolaus legit, iucundus notat callaſtos eſſe veterẽ ſcripturam: tu germanã reſtituis vocem, catlaſtros: ſententiæ propugnatorem tuæ producis Chariſium, qui ita ſcribit, *puer pueri,catlaſter catlaſtri.* addis interpretationem(quam veriſſimam reor) catlaſtrum eſſe tãquam catulaſtrum, vt Græci dicunt κάτλον pro Catullo, πρόκλον pro Proculo. Catulaſtrum autem explicas grandiorem catullum & gran-

Cap.8.lib.19.
Cap.5.li.19.
Ibid.
Iſid.lib.17. cap.10.
Cæſar lib.3. de bello ciuil.
Cap.4.lib.8.
Chariſius lib.1 gram. inſtit.

Cap.25.li.16. & grandiorem puerum. Sic pro Catulitione in antiquis Plinij exẽplaribus ſincera fide reperitur catilio, vt in illo loco, *Catlitionem ruſtici vocant, geſtiente natura ſemina accipere, eóq; animam inferẽte omnibus ſatis.* In vetere critico tamen integro vocabulo catulaſter reperitur, & exponitur, βούπαις: vt catulire eſt ad venerem incitari, quod σκυζᾶν dicitur, vt ſubare interprete vetere grãmatico ὀργᾶν, ſurire καπρᾶν. Hæc duo verba vſurpauit in priore apologia Apuleius, priuſque fæminis, poſterius maribus attribuit, *fæminę ſubent, mares ſuriant.*

Fragilis, culices pati rotundos, vaſa, bene vaſati, equus ſagmarius, columbus. CAPVT VIII.

NON me latet quantum pudori tribuendum ſit, eiúſque omni in re potiſſimum habendam eſſe rationem, ac optimorum interdum auctorum ob turpitudinem & obſcœnitatem ſcripta meritò improbari, quòd cùm animi ſit interpres oratio, nequiter cogitaſſe & ſenſiſſe, qui flagitiosè ſcripſerunt, videantur. Ac me iudice ſcriptores ſaluo ſemper pudore ſuas cogitationes literis mandare debent. hoc ego capite eidem culpæ obnoxius forem, ſi potius animi mei ſenſa explicarem, quàm verba aliorum, enodarem, quæ etſi obſcœna ſunt, tamen quia eorum volutamus libros, & angimur, cùm quæ vis verbo ſubiecta ſit, non intelligimus, explicanda exiſtimaui. Scribit Flaccus,

Saty.8.lib.1. *Iulius, & fragilis Pedacia, fúrque Voranus.*

quo ſenſu obſecro fragilem dixit? frangere turpe verbum veteribus fuit, vt & diuidere. Fragilis igitur eſt mollis, qui muliebria patitur, qui pathicus eſt. Aliud quiddam æquè obſcœnum eſt explicaudum. Adrianus imperator Floro culices rotundos obijcit lepidis his verſiculis,

Spartianus in Adriano.

Ego nolo Florus eſſe,
Amblare per tabernas,
Latitare per popinas,
Culices pati rotundos.

In quam tandem ſententiam? ego ad caprificationem alluſum puto, in qua culices è caprificis euolantes, in ficos penetrantes maturitatem afferunt: id Græcè ἐρινάζειν dicitur. Culices autem vocantur ψῆνες vnde ὑπεψηνισμένη, id eſt caprificata mulier, quæ propè exactis menſibus vicina eſt partui & inciens: & ἐψηνισμένοι, id eſt culices paſſi & caprificati à Græcis appellantur, pathici, vt è notiſſimo conſtat verſu.

Οὐδεὶς κομήτης ὅστις οὐ ψηνίζεται,

id eſt, nullus comatus, qui non caprificatur. Lampridius in Heliogabalo ſcribit

scribit, *Romæ deniq; nihil aliud egit, nisi vt emissarios haberet, qui ei bene nasatos perquirerent*. Huic adstipulatur scripturæ Egnatius : cuius pace, contendo legendum vasatos. à naso enim non dicitur nasatus, sed nasutus. Nam partem eam, quę honestè nominari non potest, vasa etiam vocabant. Plautus, *Plautus Pœnulo Sc. satis spectatum.*

— facio quod mœchi non solent, salua vasa domum refero.

Plerunque enim accidebat, vt mœchis virilia amputarentur: in quo Plautus ludit facetè. Illud autem perspicuè sententiam Egnatij confutat, quòd lauacrum publicum in ædibus aulicis Heliogabalus fecerat, vt ex eo conditiones bene vasatorum hominum colligeret. Nam si nasati à naso dicendi sunt, quid balneis, in quibus hominum corpora nudantur, est opus? an homines operto capite incedebant, nasúmque nunquam, nisi in balneis, aperiebant? Non licebat è plateis, è vijs, conditiones legere, hominúmque nasum inspicere? Quæritur qui sit in Imperatoris illius vita equus saginarius? ego mendum insedisse arbitror, & sagmarium legendum esse censeo. Suidas σαγμάρια τὸ παρ' ἡμῖν λεγόμενον τοῦλδον, τὰ βαστάζοντα τὴν ἀποσκευήν, καὶ τὴν μετακομιδὴν τῶν ἐπιτηδείων. ex quibus intelligimus sic vocari dossuaria iumenta & sarcinaria, quæ impedimenta ferunt résque necessarias. nomen habent à sagmate, id est strato, cui onera aptantur. Isidorus, *sagma*, inquit, *quod corruptè vulgo selma dicitur, stratum sagorum vocatur, vnde caballus sagmarius*. videtur tamē in ea vita esse simpliciter equus stratus. iam cùm in ea scribitur, *Marinæ aquæ columbos exhibuit*: eo nomine intelligo, κολυμβήθρας, id est piscinas & natationes, vt apud Prudentium, *Lamprid. in Heliogabalo. Hym. 12. περὶ στεφάνων.*

Donec virenti fluctuet colymbo.

Neptuninus, Catullus emendatus, relinquere celebranda choreis, verpus, semirasus, hera Tritonis.

CAPVT IX.

TE'NE *Thetis tenuit pulcherrima Neptuninc*,

Versus est Catulli in epithalamio Pelei & Thetidis, quod carmen imitatione Hesiodi, vt reor, scripsit. Nam Hesiodus epithalamium in eos ediderat, cuius erat principium vt Tsetses refert τρὶς μάκαρ αἰακίδη. Veruntamen in versu Catulli, ab omnibus, quos quidem vel legerim vel audiuerim, Neptune patronymica deriuatione fictum intelligitur, vt Oceanine, Nerine, à quibus dissentio, cùm linguæ Latinæ retineri consuetudo potius debeat, quàm in eam Græca introduci peregrinitas. quid enim vetat hîc Neptuninum vocari eum, qui ex elemento Neptuni & neptibus vxorem petat, & Neptunum genere contingat? Itaque vocandi sensu de Peleo audiendum arbitror, aut neptunina legendum minimè autem dubitandum est, quin germana lectio sit,

Crano-

Cranoniſque domos ac mœnia Lariſſæa,

cuius ſatis aperta in vetere ſcriptura extant monumenta & indicia.

Necdum etiam ſeſéque ſui tum credidit eſſe,

cùm ait, ſeſéque hîc dici crediderim, vt iam iámque dici ſolet. Non enim plus eſt quàm ſeſe & iamiam, vel ſe & ſe, iam & iam, vt iteratio particulæ ſit. *Sæua quòd horrebas priſci præcepta parentis.*

Explicandum hîc reor priſcum pro ſeuero & antiquo, quòd tales veteres & antiquos fuiſſe opinio ſit, vt ſeuerioris & cẽſorij iudicij & acerbitatis. ſi verebaris, inquit, ſine conſenſu ſeueri tui patris Ægei vxorem me ducere, quod eius iuſſa & monita pertimeſceres, qui tibi diſtrictè edixerat, ne ſe inſcio & ignaro vllam duceres. ſed & ſupra, O *bona mater*, de Thetide dici crediderim: vel potius de heroum matre.

Confeſtim Peneos adeſt, viridantia Tempe,
Tempe quæ ſiluæ cingunt ſuper impendentes,
Minoſium linquens claris celebranda choreis,
Non acrios: namque ille tulit radicibus altas fagos.

Fateor hac in ſalebra diu me impeditum hęſiſſe, retentúmque conſilij inopem pluſculum reſtitiſſe: veruntamen tandem aliquando ſenſum rimanti, & veſtigia ſcripturę ſcrutanti venit in mentẽ emendare, *Æmonidũ*, &, *Non agros*: hoc ſenſu Peneus relinquẽs Tempe adfuit, non relinquẽs agros. agri enim aperti ſunt & frumẽtarij, nec nemoroſi: at is multis arboribus onuſtus frondoſa & ſiluoſa Tempe populatus eſt, deuexítq; inde fagos, lauros, platanos, populos, cupreſſos, vt vmbraculum texeretur in veſtibulo: tantúmq; arborum attulit, vt Tẽpe purgato ſpatio choreis ducendis latè patentia Æmonidibus puellis & Theſſalis reliquerit. Nam non eſt eruditis hominibus incompertũ & ignotum, locum à poëtis Græcis latè patentẽ appellari elegantiſſimè εὐρύχορον, in quo ſcilicet choreæ inſtitui facillimè & cõmodiſſimè poſſunt: quod epithetum Catullum voluiſſe reddere ſuſpicor. Itaque pro claris choreis, fortaſſe quiſpiã non inuita Minerua latis choreis ſcriberet: quanquã id non auſim temerè mutare, cũ claris videam retineri poſſe. Quę eſt in eo carmine? *Rapidi Tritonis hera?* ego Mineruam reor, quę apud Tritoniam paludem & Tritonem amnem nata fuiſſe dicitur & culta, vnde & Tritonia vocatur. Verſus autem iſtos eiuſdem poëmatis ſic legendos cenſeo,

Quod tibi ſi ſanctæ conceſſerit incola Itonis,
Quod noſtrum genus & ſedes defendere ſueta
Annuat, vt tauri reſpergas ſanguine dextram.

epig.44. Quiddam & è Catullo præterea attexam,

— Verpeus præpoſuit Priapus ille:

vt in re fœdiſſima dicitur, ob renudatam glandem. qua de cauſa, & à Plauto de-

to deglupta mænas probroſiſſimè dicitur: & Iudæi ob eam partem nudatam & retectam, appellæ recutiti verpi per ſummam contumeliam vocabantur. Sic & ψωλὸς à Græcis etiam vſurpatur. Ait Catullus, *Plaut. Pœnulo Sc. Si ego minam.*

A ſemiraſo tonderetur vſtore. *Epig. 55.*

Hîc eum interpretos, qui eſt extremæ vltimæque conditionis atque ſortis. Nam ſeruitia, præſertim quæ in machinis habebantur, ergaſtulis, piſtrinis, ſemiraſa erant. Apuleius, *frontes literati, & capillum ſemiraſi, & pedes annulati.* At myrtus Aſia, ante à me explicata, ad Aſiam paludem creſcens, quæ in Lydia erat, etiam commodè intelligetur. Eius autem prima ſyllaba apud Homerum & Maronem producta eſt. *Apuleius lib. 1. de Aſ. aur.* *Lib. 15. c. 22.*

Cyclopas non Siciliæ, ſed continentis habitatores fuiſſe, Clypeus Argolicus. CAPVT X.

VETVS opinio eſt, non ſolum Latinorum, ſed etiam monumentis Grȩcorum literíſque teſtata atque celebrata, immanes illos Cyclopas eam partem Siciliæ incoluiſſe, vbi Ætna & Leontinus ager eſt. Certè Maro Cyclopes vocat Ætnæos fratres cælo capita alta ferentes. In quo tamen ab Homero, ad cuius ſpeculum ſe totum fingit atque componit, receſſit. Nam Cyclopes in eo inſulæ non ſunt, ſed continentis habitatores. ſi quis tamen me roget, quam eis ſedem regionémque aſſignandam putem, alium ſibi decemuirum aut metatorem vt quȩrat dicerem. mihi enim hîc aqua hæret, Homeri narratio non minus mihi errare & vagari, quàm Vliſſes Homericus videtur. Itaque ſi rediuiuus ab inferis Homerus excitatus rogaretur, quas oras continentis tenuerint Cyclopes, ſe nihil pro teſtimonio iuratúmque ſcripſiſſe, vt opinor, reſponderet: narrationémq; ſe potius iucundam ad homines delectandos, quàm hiſtoriam & incorruptam veri memoriam contexuiſſe diceret. ſed doceamus eos inſulanos non fuiſſe, ſed continentis incolas. Primum inſulam non appellat Homerus, ſed terram: *3. Æn.* *Homerus 9. Odyſſ.*

Κυκλώπων δ' ἐς γαῖαν ὑπερφιάλων ἀθεμίστων.

Sed & continentem appellat,

Τὴν δ' αἶψ' ἤπειρὸν δὲ παλιῤῥόθιον φέρε κῦμα.

Siciliam autem multo poſt in Solis bubus inſulam appellat: ne quis cùm id compertum non haberet, terræ nomine generali aut continentis contentum fuiſſe ſuſpicetur. ſic enim ſcribit, Ὀδυσσ. μ.

Θρινακίην δ' ἐς νῆσον ἀφίξεαι.

Id cùm aliquando diſputantem audiſſem omnium huius ætatis hominum, de quibus vel audierim, vel legerim, Petrum Caſtellanũ Aureliarum Epi-

ſcopum,qui Franciſco rege & Eerrico literis in Gallia noſtra velut Apollo alter præfuit, magnóque earum detrimento ex hac mortali ſtatione in ęterna cæli templa beatúmq; bonorum domicilium ſubuolauit: etſi tanti viri auctoritas ſatis momenti ponderíſq; habebat, vt quod eum ſentire vidiſſem, nefas propè exiſtimare deberem non verum eſſe ſuſpicari: tamen vt locum Homeri diligentius excuſſi & expendi, vt clariſſ. virum diſſeruiſſe audieram, gratulatus ſum ita me reperiſſe. Cyclopibus tamen video ſedem à ſequentibus poëtis & ſcriptoribus attributam in Sicilia fuiſſe: in quo, vt docui, ab Homero recedunt. Quod autem Maro ſcribit de Cyclopis oculo, *3. AEn.*

Argolici clypei & Phœbææ lampadis inſtar,

de magnis & rotundis clypeis Argiuorum ad amplificationem ſuperlationémque poëticam accipiendum eſt, qui totum tegebant corpus, vnde ἀσπίδος ἀμφιβρότης, ab Homero dictum eſt: & ex acie exanimes in clypeo propter magnitudinẽ velut feretro referebantur. de Argolico clypeo ſic ſcribit Ælianus, λέγεται οὖν ὁ τοῦ γρύλλου ἀσπίδα μὴ ἀργολικὴν ἔχειν. Dionyſius Halicarnaſſeus τούτους δὲ συντάξας εἰς ὀγδοήκοντα λόχους, ὁπλαφέρειν ἐπέταξεν ἀσπίδας ἀργολικὰς, καὶ δόρατα καὶ κράνη χάλκεα.

Homerus 2. Iliad.

Dionyſ. Halic. lib. 4.

Integumentum, verũina, tenus, ſoricina nænia, dare ludum, Thymianæ oues. CAPVT XI.

IN Bacchid. Plauti iocus eſt frigidus, imò verò ne iocus quidem ob vnius vocis prætermiſſionem, quæ deſiderata facetias poëtæ lepidiſſimi corrumpit: *Nequam eſſe oportet, cui tu integumentum improbus es*, emendo, *Nequam eſſe oportet ſcutum, integumentum improbum eſt.* Nam integumenta vocabantur,& tegmenta, operimenta ſcutorũ & ſagmata. Cæſar libro 2. *temporis tanta fuit exiguitas, hoſtiúmque tam paratus ad dimicandum animus, vt non modo ad inſignia accommodanda,ſed etiam ad galeas induendas, ſcutíſque tegmenta detrahenda tempus defuerit.* In eadem comœdia quod ſcribitur,

Plaut. Bacchi. Sc. Quid iſtuc.

Cæſar lib. 2. de bello Gall.

Plaut. Bacchi. Sc. hunc hominem.

Quia patri omne cum ramento reddidi,

facit, vt cùm in Truculento lego, *Plaut. Trucul. in prologo.*

Quo citius ab eo rem auferat cum puluiſculo,

puluiſculum ramentum eſſe interpreter, & omnem ſcobem & puluerem.

Bacchid. Sc. Nimio illuc.

Nunc ab tranſenna, inquit, *hic turdus lumbricum petit,*
Pendebit hodie pulchre, ità intendi tenus.

Tendicula hîc ad capiendos turdos ſignificatur, cuius funiculus trãſenna, & ex eo fortaſſe inſtrumentum ipſum: paxillus tenus vocatur. ſic Pollux in muſcipula funiculum, quo tenetur tenus, σπαρτίον & μήρινθον vocat: paxillum σκανδάληθρον. In eadem fabula,

Bacchid. Sc. Meamne hic.

Si tibi

Si tibi machæra eſt, nobis verüina eſt domi
Qua quidem te faceam, ſi tu me irritaueris,
Confoßiorem ſoricina nænia.

verüinam quatuor ſyllabarum eſſe crediderim, & obeliſcum ſignificare, id eſt paruum veru, & tanquam vericulum. ſe enim eum minatur veru cō-foſſurum. nec enim cæſim ferit veru, ſed punctim, nec obtruncat ſed confodit. Soricina nænia non aliud quicquam videtur eſſe, quàm cantiuncula quædam celebris de confoſſo ſorice, qui dum rodit, ſuo indicio plerunque confoditur. proinde canebatur ſorex ſuo iudicio confoſſus perijt, aut aliud quiddam ſimile.

Illa in arcem abiuit ædem viſere Mineruæ, Ibid.

vt in palliata, eáque attica dictum eſt. Nam Athenis in acropoli Mineruæ ædes erat. *ſed nimis nolo deſidiæ ei dare ludum.* Eodem modo Horatius Bacchid. Sc. eſt locutus, *miſerarum eſt nec amori dare ludum.* Ait Plautus, *Vetulæ ſunt thy-* Quis ſonitu. *mianæ.* Od. 12. lib. 3. Thymianæ à thymo dici videntur. Nam in Narbonenſi Gallia La- Plaut. Bacchi. pidei campi thymo abundabant, eóque infinita pecudum millia conue- Sc. Quis ſonitu. niebant. thymianæ tamen hîc malæ erunt, credo propter longinquitatem viæ macreſcentes. Thymiamæ ſe in veteribus libris reperiſſe ſcribit Ioachimus, vtriuſque linguæ hodie princeps, quæ vox quid ſignificet conſulendum Apollinis oraculum, niſi thymum amantes explices: ac vidi qui thymiama defenderent, vt rei diuinæ aptas, quales emebantur à parcioribus viliores & macriores. aliquando & minæ legendum exiſtimaui, ſed quin thymianæ tueamur & defendamus, nihil eſſe videtur cauſæ.

Martiobarbuli, ſtipendiarij, barbulus, ſtigmata militum, exculcatores. CAPVT XII.

LASCIVIA quadam militari Martiobarbuli videntur appellati eſſe milites, qui plumbatas gerebant, id eſt glandes plumbeas, quæ & ipſæ etiam nomine Martiobarbuli vocatæ per ludum & iocum videntur eſſe, quòd cùm piſces in delicijs eſſent, in quibus numerantur barbi & barbuli, plumbatæ, quaſi non conuiuij ſed Martis barbi eſsent & cibi, ioculari ter Martiobarbuli dici potuerint. Vegetius, *plumbatarū quoque exercitatio, quas* Veget. lib. 1. *Martiobarbulos vocant, eſt tradenda iunioribus*, vetus Grammaticus barbu- cap. 17. de re milit. lum exponit φάγγον ἰχθύς. is etiam ſcriptor ſtipendiarios milites appellat, qui aliquot iam ſtipendia habent, tironíq; opponit, qui nouellus eſt: alioqui ſtipendiarij ſunt vectigales, qui pendunt ſtipendia. *Non tantum*, inquit, *à tironibus: ſed à ſtipendiarijs militibus ſalitio equorum diſtrictè eſt ſemper exa-* Veget. lib. 1. cap. 18. *cta.* qui militiæ erant adſcripti, in eorum manibus ſtigmata notabantur,

 vt ſcribit

vt ſcribit Ætius his verbis, στίγματα, inquit, καλοῦσι τὰ ἐπὶ τοῦ προσώπου ἢ ἄλλου τινὸς μέρους τοῦ σώματος ἐπιγραφόμενα, οἷα τῶν στρατευομένων ἐν ταῖς χερσίν. Vegetius li-
Lib.1.cap.8. bro primo, *ſed non ſtatim punctis ſignorum ſcribendus eſt tiro delectus.* Et lib.2.
Lib.1.cap.5. *Nam victuris in cute punctis milites ſcripti & matriculis inſerti iurare ſolent.* idẽ
l.ſtigmata lib. & fabricenſibus fiebat. Impp. Arcadius & Honorius: *ſtigmata, hoc eſt nota*
11.Cod.de fabricenſib. *publicæ fabricenſium brachiis ad imitationem tironum infligantur, vt hoc ſaltem*
Cap.11.lib.2. *modo poßint latitantes agnoſci.* Apud eundem porrò Vegetium, pro, fabris lignarijs & inſtructoribus, fabros tignarios legi melius promiſerim & ſtructores, antiquis adpromiſſoribus libris. nihilo ſecius & illud apud e-
Cap.15.lib.2. um inſincerum corruptumque eſt, *poſt hos erant ferentarij & leuis armatura, quos nunc auxiliatores & armaturas dicimus.* Eſt & aliquantillum hoc quidem fœdatum in antiquis libris, in quibus exſcultatores ſcribitur, ſed verò proximum. legendum enim exculcatores, qui ſcilicet miſſilia & lapides & glandes exculcant & eijciunt. In imperij Romani commentario exculcatores ſeniores nominantur. locus item vlſeroſus & ſanioſus eſt apud Ve-
Cap.17.lib.2. getium eiuſdem vocis contaminatione, cum ita ſciribtur: *ferentarij autem, armaturæ, ſcutatores:* antiquis in libris ſcultatores inuenio: tu exculcatores
Cap.21.lib.2. ſcribe, & ſenſus conueniet. Sed & vbi legitur, *ſicut primicerius in officio præfectorum prætorio:* reperi, ſicut primiſcrinius, cuius, vt verum ingenuè fatear, non me pœnitet: & ſcindulas pro ſcandulis reperi, quæ aſſertorem & vindicem habent Iſidorum.

Concinnitas, porriciæ, fellitare, fellebris, frutis.

CAPVT XIII.

Hvivs muneris eſt atque operæ ſagaciter odorari, ſi quid vſquam lateat, quod ſupra captum ſit hominum mediocriter eruditorum. idque è luſtris in quibus deliteſcit, extrahere in lucem. Igitur obſeruaſſe videor, quod nec triuiale, nec diobolare eſt, concinnitatem in breuitate & compendio poni, quod infrequentius eſt, quàm vt obſeruatu & annotatu indignum eſſe videatur. *egrediemur,* inquit Solinus, *propoſitæ concinnitatis mo-*
Solin. in præfatione. *dum.* & in epiſtola, *vt nec in eo prodiga ſit copia, nec damnoſa concinnitas.* Ex eodem ſcriptore & alia inueſtigata eruam, & bonæ iuuentuti huc relata tranſmittam. Porricere verbum ſacrificale peruetuſtum eſt, in reddendis extis & porrigendis vſurpatum: inde porricias exta, quæ in aræ foco ponũtur, quòd dijs porriguntur, à Solino vocata reperio: *nec ignis,* in-
Solin. cap. 11. quit, *in hanc congeriẽ adponitur, cum porricias intulerint,* id eſt, cùm intulerint exta aræ, quod ſponte illa lignorũ ſtrues flammã concipiat diuino quodã miraculo. Verbũ quoddam eſt & obſcœnũ & præfandũ fellare, quod apud eundẽ pro mammã ſugere, honeſta ſignificatione & memoranda reperi:

vt ſuſpi-

vt ſuſpicio inde ſit honeſtum initio verbũ fuiſſe, ſed poſtea infandæ libidinis ſignificatione, redditum eſſe infame, cùm eius eſſent natales primigeniáque notio non illiberalis. ſic enim de pullis equinis ſcribit, *nequaquam mater pullo vbera præbet fellitanda*: quod cenſoria quadam inſcitia, in vellitanda adulteratum eſt: alij fellicanda etiam legunt, neque fortaſſis ineptè, & ex autographis, vt auguror, priſcis. Fellebre ab eodem verbo, non inconcinnè, nec inuita Minerua confinxit, in cuius tamen locum irrepſit funebre: vt fata videantur eadem verborum quæ nationum multarum, quæ ſuis expulſę ſedibus ſolum vertere coactæ ſunt. Sic autẽ ſcribit de boa, *longo ſeculo ita fellebri ſatietate vltimo extuberatur, vt obſiſtere magnitudini eius nulla vis queat.* Nam anguis ille ſugendis boum mammis in immenſam diſtenditur amplitudinem: vnde & boa vocatur à bubus. Eam igitur appellat fellebrem ſacietatem, fellando, id eſt vbera ebibendo emulgendóque, quæſitam ſaginam & molem. Frutis ab eo etiam Venus appellatur, ſiue corrupta eius nomenclatura (nam vt Græci Latina: ſic & Latini viciſſim Græca corrumpebant malè pronuntiando) ſiue hoc etiam originis Latinæ eſt & vernaculæ, à fruendo. Nam frutinal templum Veneris Frutæ, à fruendo veteres appellarunt. Verba Solini ſunt, *vbi dum ſimulachrum, quod ex Sicilia aduexerat, dedicat Veneri matri, quæ Frutis dicitur, à Diomede palladium ſuſcipit*. hîc ego nihil moror editiones, quæ ἀφροδίτην euulgant: quod in chartis vermiculatis reperi, piaculare facinus putarem, niſi lectori indicarem: à quo nomine cum Latium antiquum non abhorruerit, cur ego ſepultum eſſe potius ſinam, quàm rediuiuum ſuſcitem? in eadem obſoleta & verminante charta reperi, quod huic paginæ commendandum eſt & prodendum, *cum omni fœtu ver ſacrum miſſus*: cùm publicatum ſit, *vel ſacro miſsus*, flagitioſè & turpiter ſugillato loco. Ver autẽ ſacrum quid ſit, è Feſto Pompeio promptum cuius eſt cognoſcere.

Solinus c.47. Solinus cap. 8. Ibid. Ibid.

Multa in Tranquillo emendata, minor Codetta & maior.
CAPVT XIIII.

AN Iulius Cæſar Suetonij integer ſit, addubitatum video: ſed cùm in antiquiſſimis exemplaribus, *annum agens ſextum decimum*, ſine Cæſaris nomine reperiam, nihilque de eius natalibus & gente loquatur, ſine controuerſia puto mutilum & abſque capite principium eſſe. ſed ex eo libro libet quædam velut decerpere. *auctores*, inquit, *tribunitiæ poteſtatis reſtituendæ*: lego actores, vt & ſcriptum habet antiquiſſimus & optimus liber: nec dubium quin hæc actio cum fuerit, actores vocandi ſint potius, quàm auctores: quanquam ſi quis auctores tueatur, non magnopere

Suetonius in Iulio cap. 1. Cap. 5.

Cap.9. diſſentiam.pro,*& Cicero in quadam ad Atticum epiſtola,*lego *ad Axium*, aſ-
ſertioribus bonis & fidelibus antiquitatis monumẽtis, hîc eſt Axius, cuius
Varro lib. 3. de re ruſt. mentio eſt in epiſtolis ad Atticum, & apud Varronem de re ruſtica: ad
eum quod refert Tranquillus in quadam epiſtola Cicero ſcripſerat. Item
Cap. 10. infra gladiatorium munus lego, non gladiatorum. in pignoribus capiẽdis,
interdum ſupellex concidebatur, vt lib.3. de Oratore: interdum diripieba-
Cap.17. tur, vt apud Tranquillum, *Vectium pignoribus captis & direpta ſupellectile.* pi-
gnora autem capiebantur mulctæ cauſa. prouinciæ ordinari dicebantur,
non cùm magiſtratibus decernebantur, ſed cùm ſtatuebat ſenatus quo
militum numero, & quibuſcum hoſtibus, bellum gereretur: Tranquillus,
Cap.18. *ac neque more neque iure, antequam prouinciæ ordinarentur.* ſic etiam diſtinguo,
Cap.23. *quando ne plebiſcito, Pompeius poſtea abrogaſſet:* hoc ſenſu, abrogauerat Pom-
peius lege ſua & antequauerat plebiſcitum, quo Cæſari ius erat abſenti
conſulatum petendi. Igitur ne plebiſcito ratio abſentis comitijs habere-
Cap.30. tur, Pompeius abrogauerat lege ſua imprudens. Lego, *ſemper Cæſarem in*
Cap.39. *ore habuiſſe iſtos.* quod enim ſequitur, *in Phœniſſis*, addititium eſt. Lego etiam,
ſeſſum in xiiij. è ſcena per orcheſtram. Nam *ſolium* irreptitium eſt & inſitiuum.
è ſcena autem dicit, quòd in ea mimum egerat Laberius. *Nauali*, inquit,
Ibid. *prælio in morem cocleæ defoſſo lacu.* Hic locus mihi ſemper dubiæ & ſubleſtæ
fidei, vt verbo comici vtar, fuit: nec per perinde congruit. Dèniq; ſcriptu-
ræ vetuſtas aliud quiddam multò & verius & accommodatius reponit, de
quo aliquid aliquando me audiſſe recordor de Ranconetto. *In minore Co-*
Feſtus lib.3. *deta defoſſo lacu. Codeta*, inquit Feſtus, *ager in quo frutices exiſtunt in modum*
codarum equinarum. Ex hoc autem Tranquilli loco conijcimus & maiorem
Cap.38. & minorẽ codetam fuiſſe. Lego etiam, *trecenos nummos*, non tricenos, quod
è Dione intelligi poteſt. pro deducta ſumma æris alieni, nonne ad ſenten-
tiam longè aptius erit, quod antiquæ memoriæ libri hodiéque incolume
Cap.42. & ſaluum retinent? *Deducto ſummæ æris alieni, ſi quid vſuræ nomine.* Exige
hanc ſcripturam ad ſenſum & grammaticorum normam, & eam probabi-
Cap.49. liorem emendacioremque reperies. *In ſenatu defendenti enixè cauſam filiæ*
Nicomedis. aduerbium hîc in proprij nominis locum velut per oppreſſio-
nem inuaſit, cùm in antiquis libris Niſæ cauſam planè perſpicuéque ſcri-
ptum reperiamus. Nyſa enim, vt opinor, Nicomedis filia vocabatur, vel
potius filius, ſi Salluſtio fidem habemus ita ſcribenti in epiſtola Mithri-
datis, *Poſtremo totam Bithyniam, Nicomede mortuo, diripuêre, cum filius Nuſa,*
quem regem appellauerat genitus haud dubiè eſſet. Quæ ſcire C. Matium: ſcri-
Cap.52. Lib. 11. epiſt. famil. bo, C. Matium. Is familiaris Cæſaris fuit, & quædam Ciceronis ad eum
extant epiſtolæ. pro, *per anguſtias Helleſponti victor nauicula traijceret*, Repe-
Cap.63. rio, *victoria nauicula*, quod qui aliquid in pectore aceti habet, aut aliquid
naſi,

nasi, haud paulò melius intelliget, quàm quod peruulgatum est. pro, *sub* Cap.72.
diuo accubuerit, è veteribus libris *cubuerit*, legendum censeo. Et, *Rufini li-* Cap.76.
berti sui filio, exoleto suo, non, vt inualuit, *Rufioni*. &, *fore vt illo prognatus*: quã- Cap.81.
quam, *Iulo*, etiam quod excusum est, damnare non possum. Et, *quos in tra-* Ibid.
ijciciendo Rubiconti flumini consecrarat. sic enim flumini dicatos fuisse intelligemus, si dandi casu legamus, at hodie auferendi, vsitatum est: quod, qui volet, per me sequatur. cùm milites exauctorat & dimittit appellat Cæsar Quirites: eo verbo ciues vrbanos, nec iam milites intelligimus. Nam Plutarch. in
sic Romæ in concionibus vocabantur ab oratoribus. Plutarchus, πολίτας Cæsare.
vertit. pro, *alter Casca*, alter è Cassijs scriptum in antiquis membranis est. Cap.82.
& mox, *Cæsar Cassij*. Ista scrutantes & rimantes è vetere libro, tanquam è quodam rudere, eruebamus.

Quædam in Augusto Traquilli emendata.

CAPVT XV.

VITAM Augusti relegens minutas quasdam obseruatiunculas, quæ inter legendum sese ostenderunt, huc congestas descripsi. *Ea*, inquit Tranquil. *gens à Tarquinio Prisco rege inter Romanas gentes allecta*, quod Suetonius in
mendosum est scribendum enim est, *inter minores gentes allecta*. quis enim Augusto ca. 2.
nescit patres fuisse maiorum & minorum gentium? videtur autem Tranquil. memoria lapsus, qui Q. Ciceronem Asiam prætorio Imperio obtinentem proconsulem nominet ita scribens. *Q. Fratrem eodem tempore pa-* Cap.3.
rum secunda fama proconsulatum Asiæ administrantem. Sed & ibidem ex An- Cap.4.
charia lego. Et, *quos ex Atia tulerat*. *Atia M. Atio Balbo*. mater enim Augusti Atia appellata est, quòd Atij Balbi filia esset. Et infra, *iam istam volu-* Cap.13.
crum potestatem fore: vt dicat in alitum potestate id fore. *conspecto eum ad ar-* Cap.15.
ma iuisse, habent disertè & planè scriptum antiqua exempla, quod ideo adscribendum putaui, non supprimendũ. quidni enim, vt consulto & composito, sic & conspecto dici possit? *Gratiam fecit coniurandi Bononiensibus*, Cap.16.
dixit, pro eis permisit, ne cum tota Italia pro partibus suis coniurarẽt, quòd in Antoniorũ essent clientela. scribo, *M. Genutij, exin Plautij*. Et mox, *L.* Cap.19.
Audasij, &, *item Asinij Epicadi ex gente Parthyna hybridæ*. hæc autem quàm immutata sint in excusis libris, facilè cognitu est comparando. *gentes inalpinas* lego, vt & Plinius aliíque loquuntur. &, *pace parta ter clausit*, libri Cap.21.
veteres magno consensu habent, tertio tamen mallem: vt &, *muliebre sexus* Cap.22.
omne, in neutro genere, antiquis, vt Plauto, quorum interdum sectator est, Cap.24.
vt antiquarius Tranquillus, vsitato. &, *de eadem re sedulò lentius*. Violentius Cap.51.
excusum est, sed veterem testor scripturam. Lego, *Cosmum seruum*, non Cap.67.

Cap.69. Cofinium.& mox, *Idem Polum:&, vt Saluiam Titifceniam.&, an refert vbi &*
Cap.87. *in quã arrigas?Contenti fumus*, vt veteres libri, vel vt excufi, *fimus hoc Catone*, valet hæc feramus modicè & ęquo animo, nec nobis mortẽ confcifcamus fitque fatis vnum fuiffe Catonem, qui fibi manus Vticæ attulerit. *Pro ftulto baceolum*, vt fit tanquam diminutiuum à bacelo, qui ftultum & amentem;
Ibid. fignificat. ne pullus equi iutelligeretur, quandocunque pullum gallinæ fignificare volebat, pullum puleiaceũ appellabat. proinde in veteribus li-
Ibid. bris legitur, *ad pullum puleiaceum*, quod eft, in menfa ad pulli ferculum & parapfidem. Poftriduani dies idcirco malè ominofi erant, quòd fequebantur ferias Cal. Nonarum & Iduum, & quod poftriduani dicerentur. In eo enim vocabulo malum omen ineft, quòd poftridie omnia fera & intempeftiua funt. Itaque cum dixiffet Tranquillus nunquam Auguftum poftri-
Cap 92. dienundinas quoquam profectum, addit in eo vitaffe eum δυσφημίαν nomi-
Lib.aduerf.15. c.14. nis, vt & in Nonis. vnde quodam diximus loco, Idus & Calendas ante no-
Afcon. in 3. Verr. nas nominari folitas ex Afconio. Ante δότεκρότον, hæc verba exolefcentia & fugientia è vetere libro eruimus, & tanquam fugitiuarij retraximus, *mimũ*
Cap.99. *vitæ commmodè tranfegiffe*. & mox, εἰ δὲ πᾶν ἔχει καλῶς, τῷ παιγνίῳ δότε κρότον, καὶ
Cap.100. πάντες ἡμᾶς μετὰ χαρᾶς προπέμψατε. *Præcedente*, inquit, *Victoria, quæ eft in curia*: ea eft cuius aram de fenatu fublatam dolenter tulêre gentes Chriftianifmo
Symmach. in relatione ad Valent. conualefcente: de qua Symmachus fic quæritur, *qui eft ita familiaris Barbaris, vt aram victoriæ non requirat?* de qua re elegantiffima ei refpondit epiftola D. Ambrofius, in qua & hoc fcribit: *huius aram* (de victoria loquitur) *ftrui in vrbis Romæ Curia petunt, hoc eft, quo plures conueniunt Chriftiani.*

Buccellarius, zabæ comes, curfores, defenfores, menfores. CAPVT XVI.

In hiftorijs, non illis quidem antiquiffimis, quas nonnulli folas in delitijs habent, aliáfque vt inelegantes afpernantur, veteribus tamẽ, legimus ab Aetij buccellario Valentianum interfectum fuiffe. id cùm legiffem, buccellarij vox me diu anxium & follicitum habuit, neque quid ea fignificaret reperire poteram: & tamen femper fufpicabar nomen effe aliquod militare. Tandem in macrocola incidi Mauricij nefcio cuius, qui de militia Romana Græcè quidem fcripfit, multis tamen & Latinis & barbaris vocabulis afperfis. Ibi buccellarios equites effe fcribit armatos zabis (fic ille armaturam loricarum prope talarium appellat) & manicis ferreis, contatos quofdam & fagittarios. in magno autem honore hos equites fuiffe ex eo appparet, quod in agmine ante Imperatorem exercitus equitabant, & poft fequebantur: fed quid vetat adfcribere Mauricij bilinguem orationem

tionē: χρὴ περιπατοῦντος τοῦ στρατοῦ ἡγεῖσθαι τὸν τοῦ παντὸς στρατηγὸν, προπορευομένων αὐτοῦ τιμῆς ἕνεκα τῶν ἐπιτιμίων καὶ ἰδικῶν αὐτοῦ ἀνθρώπων μετὰ τῶν ἀδεστράτων καὶ βουκελλαρικῶν βάνδων. ὄπισθεν δὲ αὐτοῦ εὐθὺς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ μετὰ αὐτοὺς τοὺς βουκελλαρίους. Erant autē, vt opinor, equites illi Gallogręci. Nam à Suida ſcribitur, βουκελλάριοι οἱ ἑλληνογαλάται ὀνομάζονται. καὶ ἡ τῶν βουκελλαρίων χώρα γαλλογραικία. Non inutile autem fortaſſe fuerit quædam nomina carptim ex eo libro hîc perſtringer, quæ fortaſſe iuriſcōſultis aliquid in codice aperient ignotum, & hiſtoricis intelligendis proderunt. Mœrarchen vocat qui mœræ impe-rat, id eſt ducem, qui Græcè dicitur μοιράρχης. Nam mœra ex legionibus & numeris pluribus conſtat, vt ex pluribus mœris meros. hi autem infe-riores ſunt imperatore, qui στρατηγός dicitur: & eius legato, qui ὑποστράτηγος. Comes eſt, qui legioni aut numero præfectus eſt, idemq; tribunus militū. idem equitum quoſdam curſores vocat, qui ante agmen & aciē excurrunt, hoſtéſque verſos in fugam perſequuntur: quoſdam defenſores, qui ex acie nec exeunt nec excurrūt, ſed ordines ſemper ſeruāt. Item deputatos vocat, qui vulneratos è prelio exportant. Anteceſſores, qui ante agmē eunt, locá-que caſtris metandis idonea deligunt, & vias, qua duci exercitus cōmodè poſſit, vident. Menſores, qui loca caſtris metādis metiuntur. Cantatorem, qui exercitum hortatur & animat oratione milites ad fortiter dimicādum ante pugnā, velut ad eorum aures canens. Poteram & alia inde decerpere, ſed iſta ſatis eſſe iudicaui: & vereor ne etiam nimium multa ſint, nauſeám-que pariant eis, qui nomina tantum audire poſſunt ſecundis auribus bonis temporibus vſitata.

Solea, nicere, tympanotriba, nummus, purpuriſſum, redimi culum, cera. CAPVT XVII.

ROMANI non ſolebant in publico vti ſoleis, ſed vel in triclinio, vel in cubiculo: verū foris calceis, atq; ea de cauſa crimini vertit Cicero Ver- *7.in Verem.* ri quòd ſoleatus fuerit: *ſtetit*, inquit, *ſoleatus prætor Pop. Rom. cum pallio pur-pureo tunicáque talari*. & tribulis conuiua apud Horatium gerit ſub ala ſole- *Epiſt.13.lib. 1.* as: & conuiuator Naſidienus apud eundem ſoleas poſcit: meretricula a- *Saty.8.lib. 2.* pud Plautum in Truculento puerperā mentiens, & decipere militem cu-piens, ſoleas poſcit. *ſoleas*, inquit, *mihi date*. Iterum, *Sc. Num tibi.*

Date ſoleas, atque me intro actutum ducite. *Sc. Date ſoleas.*

omninóque foris ſolea muliebre potius, quàm virile calceamentum ha-bebatur: Catullus de Leſbia, *arguta conſtitit in ſolea*. In eadem etiam Plauti *Catull. ad* fabula verbum eſt nicere, à quo deductum eſt nictare, quod nuſquam alibi, *Mallium.* quod ſciam, reperitur: ſignificat autem ſignum facere, vt manum mouere,

aut ea

aut ea minari:

Truculẽto sc. Ite hac.

*Emoriere,*inquit,*ocyus si manus niceris.*

Quid si manus nicerim?

vbi icerim sæpe legendum credidi: sed cùm aliquam esse nictandi originem augurer,nec aliam quisquam comminisci possit, ne incerto patre natum verbum videatur,retinendum putaui. Cæterùm vmbraticola dicitur in ea fabula mollis, qui in vmbrosis locis degat, nec solem puluerémque vt homines militares,ferre soleat. Typanotriba etiam eneruatus & effœminatus est,quales erant Cybelæ sacerdotes, & execti Matris deûm,manibus tympana gerentes atque pulsantes.In ea comœdia,

Num obsecro nam ariolus est,qui ipsus se verberat?

Ariolus quasi fariolus à fando dicitur:proinde aspirari debet, vt horda pro forda hic absolutè pro furioso ponitur.Nam furiosi sæpe solent sese malè mulctare atque verberare.In eadem fabula, quod ad rem nummariam pecuniariámque pertinet & cognitionem monetæ antiquæ, nummus valet duas drachmas.cùm enim ita scribatur, *de mina vna deminui modo quinque nummos,mihi detraxi partem herculanam.* & Grammatici Græci tradant minam centum esse drachmarum, partem autem herculanam constet decimam fuisse,nummus erit quinquagesima pars minæ, vt drachma centesima.sic innummo inerunt duæ drachmæ.Denarius tamen drachmam valet cuius ęstimatione & pretio inferior multo est nummus igitur hic nummus est didrachmum,aliter quam vulgo loquentibus soleat vsurpari.Nam vulgo sestertius est.Purpurissum,quo buccas inficiebant suas meretriculæ,rubricam dixit Plautus latinè.Nam cum scripsisset,

Sc.Quis istic est.

Istas buccas tam bellè purpurissatas habes.

subiecit non multo post,

Buccas rubricæ,cera omne corpus intinxit tibi.

Illud etiam eleganti & amœna infllexione sermonis dictum est.

Sc.Num tibi nam.

Vt esset aliquis laqueus & redimiculum.

Cùm enim redimiculo innexi implexíque teneantur crines mulierum,redimiculum pro quodam vinculo & nodo, quo velut alligatus teneretur Babyloniensis miles,id est miles Græcus,qui Babylone stipendia meruerat,iucunda suauíque translatione dixit. facilè porrò *facunditatem virtus argutam inuenit*,non arguta,legendum esse vel eo adducor, quòd facilè disertam eloquentiam dicat virtute inueniri.Nam hîc argutus est disertus & eloquens:neque hoc admonuissem,nisi sententia corrumperetur vnius elementi inopia,cuius suplemento & subsidio sibi restituitur & redintegratur.seruus autem malus & ioculator munera, quæ ad meretricem ferebat, statim intro ferri non vult, quasique madeant,soli oppãsa & exposita,quo siccentur

Sc. Ne expectetis.

ſiccentur, ante fores aliquandiu habenda cauillatur, atque ait,

Nolo aufetant, deſiccari lubet. Sc. Ite hac.

quod eſt ante oſtium ſub dio eſſe, non ſtatim intro rapi. Non ſunt iſtæ Indiæ merces, aut è maris Rubri littore collectæ gemmæ, ſed ſcrupi & lapilli è vernaculo mari lecti, vel potius muſcus aliquis & eiectamenta, quibus ſe maria purgant: ſed non ſolùm raris, verumetiam parabilibus abundant pharmacopolarum & copiariorum tabernæ. Cera autem fucus eſt & pictura, propterea quòd ceris pingere antiqui ſolebant. Seneca, *Pictor colores, quos ad reddendum ſimilitudinem multos variòſque ante ſe poſuit, celerrimè lenotat, & inter ceram opúſque facili vultu ac manu commeat.* Varro, *Nam vt Pauſias & cæteri pictores eiuſdem generis loculatas magnas habent arculas, vbi diſcolores ſunt ceræ.*

Senec. lib. 22. Epiſt. 122.

Varro li. 3. de re ruſt cap. 17.

Emendatus Catullus & explicatus, tactus, tangere, ſalapitta, mœchidij. CAPVT XVIII.

EPIGRAMMA eſt Catulli ad Cinnam ſanè obſcurum,

Conſule Pompeio primum duo Cinna ſedebant
Mœchilia, facto conſule nunc iterum,
Manſerunt duo: ſed creuerunt millia in vnum
Singula, fœcundum ſemen adulterio.

id nos explicare poſſe non confidimus, ſed nec tantum nobis arrogamus: verùm operam damus, vt viam aliquam aperiamus, qua ad ſententiam ingreſſus tandem aliquãdo eſſe poſſit: ac vt audacia ſolita vtamur (cur enim nobis parcamus?) loco mouendum cenſemus, quod per exemplaria propagatum omnia videmus mœchilia. quid enim hæc vox hominibus vel Græcis vel Latinis ſignificat? in eius locum repono μοιχίδιοι. Perſtringit enim homines duos adulterio natos, qui primo conſulatu Pompeij vel honores geſſerant. (Nam ſedere de magiſtratibus dicitur: Cicero in Vatiniũ, *De quibus duos prætextatos ſedentes vides*) vel iudices fuerant: Cicero pro Rabirio, *modo vos in Gabinium Iudices ſediſtis*. altero Pompeij cõſulatu eoſdem illos ſuperſtites fuiſſe dicit, eorúmque vtrique ſingula ſpuriorum & adulterinorum accreuiſſe millia, vt pro duobus, qui primo conſulatu fuerint, iam ſecundo conſulatu duo millia multiplicata ſint. ferè ſuſpicor talem quandam eſſe huius epigrammatis ſententiam: ſi quid ingenioſius in eo deliteſcit, quod non videmus, illis, qui maiore muſarum afflatu correpti ſunt, relinquimus. Epigrammatium antecedit duorum verſiculorum, maioribus etiam obſcuratum tenebris & inuolutum,

Multus homo es Naſo, nec tecum multus homo, ſed Epig. in Naſonem.

Deſcen-

Descendis Naso: multus es & pathicus.

hîc non latet, sed apparet obscœnus & infandus sensus. obijciūtur enim Nasoni muliebria. multus autem dicitur, qui aliqua in re frequens est & assiduus. vt dicitur aliquis multus esse in literis & studijs. At iste multus erat in corruptelis & stupris quæ patiebatur: sed & multus est, qui non est solus, sed cum alijs: quem in sensum negat se accipere, cum subijciat, nec tecum multus homo. multis enim testibus & arbitris nefandæ tuæ libidines non egent. Itaque dicit eum descendere, qui se initori & ascēsori subijciat & substernat. Sed dicere malim eum multum esse & frequentem in negotijs agendis, descenderéque in forum & comitium persæpe, multum tamē hominem non esse cum eo, cùm propter obscœnitatem, eius consuetudinem omnes fugitarent: vt denique multus sit in foro & assiduus, sed idem tamen pathicus. Quod autem in alio epigrammate scribitur, *Mirifice est actu nactus vtrunque malum*, deprauatum suspicor, emendandúmque reor, *est tactu*: quo sensu ab Horatio dicitur,

Horat. Saty. 2. lib. 1. *— matronam nullam ego tango.*

Epig. 50. sed & in epigrammate, in quo scribitur, *Dij magni salaputium disertum*, non deest vt hoc non omittam, qui salapittium legat, præsertim cùm in antiqui critici expositione reperiatur ῥάπισμα.

Vestes sorriculatæ, phrixianæ, pruriga, Plinius emendatur. CAPVT XIX.

Cap. 48. li. 8. QVÆ sint in Plinio vestes sororiculatæ, diu multúmque quæsitum est: ac plerique in liberarioribus disciplinis primæ classis viri soriculatas & legūt & edunt: ego consensum archetyporum librorum plurimi faciendum arbitror, in quibus scribitur sororiculatæ: sed & in peruetusto notarum antiquarum libro sororeclatæ, quod idem est, legitur. Soriculatas autem interpretantur lino ac sparto condensatas & consertas, à conferendo orta voce quasi sericulatæ sint: cui interpretationi non assentior, cum præsertim Plinius non de materia vestis, sed de texturæ genere loquatur. Nam vt vndulatę vestes sunt apud eum, quarum textura vndas imitatur, scutulatæ scutulas: itidem rasæ & phryxianę, sed & rectę de textura dicuntur: sic & sororiculatę quę quidem perpetuis quibusdam suris & latioribus virgis, regulatę erāt, & eo toto texēdi genere confectę. vt sint tanquā surorigulatæ, à suro, cuius diminutio est surculus: nisi si quis à sura deducere malit. quod si à regula deriuari non placet, certè à rica & ricula deducatur. Eodem in capite à Plinio etiam scribitur, *vidimus iam & viuentium vellera purpura, cocco conchilio, sesquilibris infecta, velut ea sic cogente nasci luxuria.* hîc in autographis omnibus, quod & ab eruditis scio annotatum, legitur sesquipedalibus libris

bris: huius tamen ſcripturæ nullus cuiquam reſpectus eſt. At ego me ei li-
benter vindicem præſtiterim, cùm putem Plinium dicere vellera viuen-
tium ouium ſic tingi purpura & cocco, vt corticibus & libris ſeſqui-
pedalibus medicamento eo fortaſſe imbutis inficiantur, & conſeruanti-
bus inhærentem velleri infecturam. qui ſenſus cùm ineptus non ſit, nec
inſcitus, nec commentitiam ſcripturam inuehat, ſed veterem cuſtodiat,
improbandus non eſt. eodem in libro lego etiam, *toga raſas phryxianáſque*
non phrygianas, cuius ſcripturæ auctorem laudare meritiſſimo poſſum
Gulielmum Peliſſerium Montis Peſſuli Epiſcopum, & approbatores li-
1 bros veteres proferre: ſed & Senecam teſtem producere, qui in libro de *Seneca lib. 1. de benefic. c. 3.*
Beneficijs ita ſcrbit, *inueniam alium poëtam apud quem præcingantur, & ſpiſsis*
aut phryxianis prodeant. ſunt autem phryxianæ veſtes, quæ phryxæi velleris
criſpos & eminentes villos imitantur. eodem libro lego, *laceratúmque pru-* *Plin. lib. 8. c. 2.*
rigam inuenimus. eſt autem pruriga qui admiſſarios ad veneris pruritum ex-
citat. Sic & apud Varronem libro 2. de re Ruſtica duobus locis lego, *ad-* *Varro lib. 2.*
mittere oportet, cùm tempus anni venerit, bis die mane & veſpere prurigam. is ſic *de re ruſt. cap. 7.*
appellatur. Iterum, *eodem tēpore, quo equos adducentes, ijdémque vt ineant equas,* *Varro lib. 2.*
per prurigas curamus. in libris antiquis proriga ſcribitur. Cui emendatum il- *cap. 8.*
lud videtur, *quod derelictus ſenecta cadentia iumenta comitatu niſúque exhorta-* *Plin. cap. 44.*
2 *retur,* vellem mihi ſenſum exponeret, ſcriptore dignum. mihi quidem ſcā- *lib. 8.*
dentia iumenta Plinium ſcripſiſſe vel eo veriſimile fit, quòd in peruetu-
ſtis paginis reperi ſcandentia iumenta, cui literaturæ & Ariſtoteles, vnde
id exſcripſit, aſtipulatur. Budæus ornamentum noſtræ Galliæ vitium loci
ſenſerat, & cedētia in commētarijs linguę Gręcę emendarat. etiam ſupple-
mento vnius verbi explebitur ſenſus cuiuſdam loci inchoatus, *Incedit ſum-*
moto lictorum: lego ex vno perueteri libro, *ſummoto ſtrepitu lictorum.* Hæc to- *Cap. 46. lib. 8.*
ta fere eſt cenſoria opera in caſtigandis vitijs occupata. Virgula igitur cē-
ſoria alio in loco eiuſdem libri vtamur. Scribitur enim, *conduntur & alpini,* *Cap. 37. lib. 8.*
quibus magnitudo media eſt. Hoc verbum media eradendum eſt ſubſtituen-
3 dúmque melis eſt: mouet coniecturam librorum antiquitas, in quibus ſcri-
bitur, *melia eſt,* quæ corrumpendi occaſionem præbuit è vicino, vt & nunc
quoque emendandi. Sic interdum maximas vtilitates affert veteres ſcruta-
ri codices, qui & cauſas vitiorū indicant, & emēdationum materiā prębēt.

Nemus, nemorenſe, Cicero emendatur. CAPVT XX.

ROMANI nemus appellabant in Aricino agro locum Dianæ ſacrum,
quod quidem ita eſſe facilè grauiſſimi & locupletiſſimi ſcriptoris auctori-
tate, qui vnus pro ſexcentis eſt, obtinebimus. ſic igitur Strabo ſcribit: eius *Strabo lib. 5. Geogr.*
enim conſilium eſt ſubſcribere verba, quo res teſtatior ſit: τὸ δὲ ἀρτεμίσιον,

 ὄχαλϑσι

ὃ καλοῦσι νέμος, ἐκ τοῦ ἐν ἀριστερᾷ μέρους τῆς ὁδοῦ τοῖς ἐξ Ἀρικίας ἀναβαίνουσιν εἰς τὸ Ἀρτεμίσιον τὸ ἱερόν. Sed quorſum à me hoc teſtimoniũ profertur? videor enim velle aliquid à iudicibus obtinere,& tantæ fidei teſte magnum quiddam & graue probare velle.Longum non faciam,hęc Strabonis verba mihi perſuadent, Cic.lib.6.ad Attic.epiſt.2. &, vt puto,omnibus æquiſſimis & doctis perſuadebunt,vbi lib.6.epiſt.ad Attic.ſcribitur, *putat enim ſuos nummos vos comediſſe, Cæſarem in merito reædificando diligentiorem fore* ſcribendum eſſe, *in nemore ædificando*, vel *in Nemorenſi ædificando*. Ipſi quidem literarum ductus diuulſi ſi iungantur, è tribus literulis r,i, t vnum elementũ m facilè integrabunt, & Cæſarem conſtat illic ſumptuoſiſſimè villam ædificaſſe, quã etiam, quia ad animũ non Suetonius in Iulio cap.46. reſpondebat,totã demolitus ſit,quã de re ita ſcribit Tranquillus, *villam in Nemorenſi à fundamento inchoatam magnóque ſumptu abſolutam, quia non tota ad animum ei reſpondebat, totam diruiſſe, quanquã tenuem adhuc & obæratum.* Ibi quoque fugitiuus regnũ obtinebat, qui Nemorenſis rex dicebatur, vt ferè omnibus, qui literarum ſtudio tenentur, eſt notiſſimũ. Nihilo ſecius & illud ibidem pro vlcere aut vomica curandum eſt: *ſed heus tu genuarios à* Cic.lib.6.ad Attic.epiſt.2. *Cæſare per Herodem talenta attica L.extorſiſtis.* Hic quædam cuditur noua & inaudita ſęculis moneta genuariorum,Ego legendum ſuſpicer, *ſed heus tu, Genua*,vel *Genuæ vos à Cæſare per Herodem,talenta attica L.extorſiſtis.* quod enim in vnam literam v coaleſcere debuit, diſtractum in duas eſt magno elegantiæ damno. ſed vt omnes meas adſcribam ſuſpiciones, equidem aliquando legendum credidi, *ſed heus tu ingenui oris*: vt hoc factum impudentiæ maximæ & animi non ingenui ſignificaret. nunc quod literaturæ receptæ proximum eſt, & mihi quoque verſimilimum videtur, vt Genua vos perſcribatur. Nam nummos Genuarios planè pro plumbeis habuerim, & illis interdixerim omni hominum commercio.

Luna caua, Iuno couella, pes, frangere, rumpere, tantumquod oleum medicum. CAPVT XXI.

Solinus c.30. ELEPHANTOS Solinus ait delectari noua luna, triſtes eſſe cornuto & cauo ſidere. Inde inter cathedras grammaticorum in iudicium venit, quodnam ſit cauum ſidus. ego vero lunam accipio corniculatam & contrariam rectæ,quæ diuidua eſt, & vtrinque gibboſæ,quæ ἀμφίκυρτος,vocatur.nam hæc vtrinq; tumida & extuberans eſt, etſi nondum plena: iſta recto ſegmento diuidua,illa in ſinũ falcata.ſit & ab Ariſtotele lib.2.de cælo vocatur, καὶ γὰρ εὐθεῖα γίνεται καὶ ἀμφίκυρτος καὶ κοίλη. Hæc verba mihi perſuadent, Varro lib.5.de ling.Lat. vt aduerſus muſteas editiones tuear antiquitatẽ editionum & vetulorum, vt ita dicam,librorũ Varronis,in quibus Iuno couella legitur conſtantiſſimè,

mè, quod palato hominum delicatorum non eſt placitum, ſcribentium Iuno nouella. atqui cùm veteres ad lunæ curſum menſes ſuos exigerent, & prima lunæ viſitatio primúmque eius lumem diem calendarum efficeret,& calendæ eſſent,ipſum nouiluniũ,dubium non eſt,quin tum & nonis eſſet luna caua. priſci autem Varrone ipſo auctore, cauum couum dicebant, vnde couelli diminutio. ergo Iuno couella, eſt Iuno lucina & luna caua. Idem ſcriptor pedem pro tractu, ora, & limite vſurpat non ſanè populari ſignificatione, vt cùm ait, *quoniam Melibœa in hoc pede computatur.* Solinus ca.14. Iterum,*omnis Africa à Zeugitano pede incipit:* &, *procedit in Dalmatiæ pedem,* Solinus ca.30. *Dalmatia in finẽ Illyricum.* Solinus cap.8. hæc quæ propter nouitatẽ admirationi primum legentibus Solinum eſſent,admonitionis cuiuſdam & explicationis indigent, quæ me cauſa adduxit vt leuiter attingerem. nec enim diu immorari talibus æquum ſit, aut quod tam paruum eſt, magno verborum ambitu augere, & ſinuoſa ambage lectorem fatigando, non tam commendare ſtudijs iuuenum, quàm inuiſum reddere. Frangere etiam pro interimere eleganti ſenſu vſurpat de canibus Albanis, *Apud hos,* inquit, *populos nati* Solin.cap. 20. *canes omnibus feris anteponuntur, frangunt tauros, leones perimunt.* ſic & rumpere vſurpauit Ouidius, Ouid.in Ibin.

Quique lycurgidem lethauit & arbore natum,
Idmonáque audacem, te quoque rumpat aper.

Martialis, Martial.li.12. Epig.14.

Sæpius eſt equitem rumpere quàm leporem.

Ne illud quidem inconcinnum impolitúmque eſt,quod tantum quod pro tantummodo vel duntaxat vſurpat, vt de tragelapho, *tantumquod illi villoſos habent armos, & menta promiſſis hirta barbis.* Solin.cap.22. & Cicero in Verrem, *tantumquod hominem non nominat.* Oleum etiam medicum oleum incendiarium nominat, quod, vt ait, quadam inficitur herba: etſi etiam naturale quoddam eſt, non tantum artificioſum & factitium. hoc genere olei pellicem ſuam eſt vlta Medea.talis erat circa Babyloniam naphtha,& in Comagenes vrbe Samoſata maltha. erat etiam, vt reor, vel arte parabatur, in Media, vnde & medicum vocabatur oleum. *apparet,* inquit Solinus,*herba* Solin.cap. 24. *qua inficitur oleum quod vocant medicum: huius olei incendium aqua reſtingui non poteſt, ſed pulueris iactu.*

Farſura, aſſura, fartores. CAPVT XXII.

INAVDITA Latinis auribus, vt omnes cenſent, verba, & ipſa ſpecie prodigioſa caput Varronis de Gallinis occupauêre: ea tamen vel integra Varro lib.3.de re ruſt.cap.9. vel integritati poxima oſtendam,ſed ea antè ſubijciamus, *Axius, ego quæ requiro, farſuræ, aſſuræ membra de palumbis, de gallinis, dic ſodes Merula.* quorum

rum verborum hunc ſenſum eſſe iudico, dic ſodes Merula de palumbis & gallinis membra illa & partes, quas requiro, farſuræ, aſſuræ. hæc verborum forma veteribus Latinis vſitatiſsima eſt: vt vſura pro vſu, curſura apud Plautum pro curſu, curatura pro curatione apud Terentium, quo ſanè modo hîc farſura à farciendo dicitur. Nam veteres farſum & fartum dicebant. Peto igitur, inquit, vt farcias & expleas membra omnia, quę ad hanc nutricationem pertinent. Aſſura autem aſſiduitas eſt & diligentia in nutricando, curando, habendo. Nam aſſę nutrices dicũtur, quòd ferè ſemper aſſunt ijs quos nutriunt. ſic aſſa vox humana eſt, non organica, quòd ea nobis ſemper aſſit, non vt organica, quę non eſt nobis ſemper prę́ſto. quibuſdam in libris pro ſarſura farſura legitur à farciẽdo. Nam veteres farſum & fartũ dicebant. Septimius Florens contra Valentinianos, *fuiſſe autem & in Chriſto ex Acamate ſpiritalis ſeminis condimentum, ne marceſſeret ſcilicet reliqua farſura.* Non eſt autem ignotum gallinas farciri ſolitas, cùm fartores apud Terentium reperiamus, qui ab antiquo critico exponuntur σιτευταί.

Plaut. Bacchid. Sc. Quid si hoc. — Eunucho act. 2. Sc. 3. — Eunuch. act. 2. Sc. 2.

Stimulorum ſeges, magiſter curiæ, pure lectus, rapacidæ, optati ciues, phylaciſtæ, cenſio bubula, deponere vino, Pici.

CAPVT XXIII.

IN Plauti Aulularia ſtimulorum ſeges eſſe videtur, in qua velut ſegete ſe ſtimuli cædenda & verberanda, vt in ſegete ſe meſſores, exercent.

Sc. Exi inquã. — Sc. Nunc defecato.

Nam noſter noſtræ qui eſt magiſter curiæ.

magiſter curiæ, cùm ſit comœdia palliata, videtur eſſe quẽ Græci φρατριάρχην appellant. vt enim curia pars eſt tribus Romanis: ſic & Græcis φρατρία. Græca ad conſuetudinem Romanam traducta ſunt: & vt pagorum erant magiſtri, ſic & curiarum. Purè propera dictum eſt, vt purè lautum, quod è Feſto antè annotauimus, & nunc repetimus, ne mendi ſuſpicio hic vlla hæreat? ſic apud Horatium purè lectus dicitur,

Aulularia Sc. Vbi tu es. — Epiſt. 1. lib. 1.

— ſunt certa piacula quæ te
Ter purè lecto poterunt recreare libello.

Nam ſacris operam daturi ſe purificare prius ſolebant.

Sc. Curate.

Rapacidarum vbi tantum ſiet in ædibus.

Rapacidas extulit pro rapacibus, patronymici more ludens, vt pro Scipionibus Scipiadæ dicuntur: & iocando fecit vt furaciſſimum genus cοquorum putemus, quaſi familia ſit rapacidarum, vt Æacidarum aut Pelopidarum. *Optati ciues:* optati hîc ſunt vocati & implorati. Populares autem, quos δημόται Græci appellant. *Caupones patagiarij induſiarij:* hîc cauponis nomen eſſe commune videtur, quod ad patagiarios, flammearios, violarios

Sc. Optati. — Sc. Narrani.

larios pertineat. At verò phylacistę sunt, qui seruos in custodia & ergastulo seruabant: vt in Captiuis,

Illic est abductus recta in phylacam, vt dignus est. Sc. Iniicite.

sed per translationem tamen artifices intelliguntur, quibus æs debetur, qui instar custodum fores semper obsident. Textores autem limbularij sunt, qui limbos ad vestium ornatum texunt. censionem bubulam festiuè vocauit verbera lori bubuli, cuius cēsura in seruos animaduertitur. Deponere vino est ebrium amissis sensibus humi sternere: ab oneribus, quæ deponuntur, ducta translatione, vt in Curgulilione,

Sc. Hoc est serui. Sc. Nimium libenter.

Ille ebibit, caput deponit: Sc. Date viā.

id est vino ebrius caput inclinauit & dormijt, & velut capitis onus deposuit. Nonius alienauit explicat. Cor cœpit facere artē ludicram, est cœpit gestire, cœpit gestum agere: cúmq; gestus sit histrionū, ex eo in corde gestiente posuit artem ludicram. Pici, vt antè explicaui, sunt Gryphes, qui ex Hyperboreorū montibus aurum effodere feruntur. Nam, vt inquit Isidorus, sphinges sunt quas gryphes vocamus. Sphinges autem etiam phices vocabantur Hesychio auctore: vnde detracta aspiratione picorum nomē est factum: sed & pica auis nomen inde habuit. qui vestitu & creta se occultant, id est, eleganti nitidóque & mundo vestitu cretatóque. Nam creta vestium sordes extergebantur & eluebantur.

Nonius in Deponere. Sc. Non temere est.

Incubare, incubator, tenerum corpus mundi.

CAPVT XXIIII.

INCVBARE dicitur pullis gallina, quæ fouet vt animet, & pullos excludat: & incubare quis loco dicitur in quo cubat. Atque hæc prima huius verbi notio est, à qua per translationem dicitur quis incubare, qui iure non possidet: sed per vim & iniuriam: quòd qui sic posſident, in loco aſsidui sunt & velut cubant. sed huius translationis quispiam fortasse exempla desiderat. ego duo ex vno scriptore nō longo disiuncta interuallo proferam. Asconius enim ita scribit, *Cùm enim incertum sit, cuius debeat esse posseſsio, cur prætor dicat, si possessor est? quasi iam probauerit possessorem esse eum, qui incubabit.* Rursum, *ergo nec adimere tibi licet posseſsionem incubanti, nec dare iure poscenti.* Cùm igitur Dionysium Macrobius appellat Siculæ incubatorem aulæ, violentum quendam & tyrannicum eius possessorē significatiſsimo exprimit vocabulo: & Seruius, cuius auctoritas non est contemnanda, scribit, *licet apud nos incubator imperij, tyrannus dicatur.* In translatione etiam versatur illud Plinianum: *aut si vna omnes incubarent*, quod est, si innumeri & infiniti mundi vnam poſsiderent naturam: eáq; est veterū omnium librorū scriptura, cuius vel contēptione vel ignoratione, alia substituta est,

Asconius 3. in Verr. Ibid. Macrob. lib. 1. in som. Scip. cap. 10. Seru. in 7. Aeneid. Cap. 1. lib. 2.

incubaret. atque vt, ex ioco Flacci, cùm amphora inſtitui cœperit, vrceus exeat, principiúmque ac extremum ſit diſcolor, illo in capite cùm Plinius
Cap.3.lib.2. ait, *eſſe innumeras ei effigies animalium rerúmque cunctarum impreſſas, nec vt in volucrum notamus ouis læuitate continua lubricũ corpus, quod clariſsimi auctores dixêre tenerum*: hîc quæreret aliquis, qui ſint illi clariſſimi auctores, qui
Lib.2.de nat. deor. hoc ſenſu cælum tenerum dixerint: & putem Ciceronem eſſe, qui ſcripſit, *qui terram tenero circumiectu amplectitur:* quod Euripides dixit, ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις. Nam ὑγρὸν etiam molle & tenerum eſt, quod Plinius interpretatur hic læuitate continua lubricum: ſed & Maronem cenſeam, qui ſcribit,

6.Eclog. — *& ipſe tener mundi concreuerit orbis.*

hîc enim mundi nomine cælum intelligendum eſt. quanquam meo iudicio vtrobique mollitia quædam & teneritas potius naturæ ſignificatur, quàm leuitas & facies lubrica politaque, etſi aliter Plinio videtur. Res enim omnes prima origine teneritatem quandam habuêre.

Drungi, drungarij, colatorij funes, chalare, luſoriæ.

CAPVT XXV.

Flavivs Vegetius, qui præcepta rei militaris in compendium redegit ex optimis quibuſque collecta ſcriptoribus, libro tertio ſcribit, *Scire dux debet contra quos drumos, hoc eſt globos hoſtium, quos equites oporteat ponere*. hunc locum cùm ipſe legiſſem, animum meum percuſſit nouitas & inſolentia vocis, libróſque ſcriptos conſului, in quibus drungos reperi: vnde & drungarius claſſis, & drungarius biglæ apud imperatores Conſtantinopolitanos appellati ſunt. hæc vox hodiéque integra viſitur apud Vopiſcum in Probo, niſi quod ita excuſa eſt, vt populi nomen eſſe videatur, cùm tamen globum ſignificet: eius verba ſunt, *Triumphauit de Germanis & Blemijs, omnium gentinm drungos vſque ad quingenarios homines ante triumphum duxit*. Ego etiam libro vltimo apud eundem rei militaris ſcriptorem colatorios funes vitioſè perperámq; ſcribi putaui, & bonis libris auctoribus, & ad ſtipulatore huius ætatis doctiſſimo viro Gulielmo Pelliſſerio Mõtispeſſuli epiſcopo, cuius ego ſermone & magiſterio me multa didiciſſe ſi diſſimulem, nec ſatis gratus, & nefarius ſim. Is enim auctoritate bonorũ librorum, quod vel ſola voluntate vir erudiſſimus facilè mihi probaſſet, liquido mihi oſtendit legendũ eſſe chalatorios funes, à verbo chalare, quo ipſemet Vegetius vtitur, quod à Græco χαλᾶν deducitur. ſic enim ſcribit, *aliquanti centones & culcitas funibus chalant*. atque hoc etiã verbũ hodie nautis familiare eſt, qui chalare velũ dicunt. Nam chalatorij funes ſunt, quibus antẽna & attollitur & dimittitur. chalare enim laxare & demittere eſt. quanquã, ne quid diſſimulẽ, collatorij mihi non diſplicent, quòd

Vegetius lib. 3.cap.16.

Vitruuius lib. 4.cap.46.

Lib.4.cap.23.

quòd funibus illis tãquam colari ſurſum deorſúmque antemna videatur.
atque hanc ſcripturam etiam in priſcis codicillis ferè reperio. Eodem in Cap.46.li.4.
cap. quæ ſunt luſoriæ naues, in controuerſiam venit. ego eo nomine inter-
pretor naues, quas in Danubio aduerſus barbaros Romani in excubijs ha-
bebant, quæ huc & illuc diſcurſare ſolebant. Nam ludere nauis dicitur,
quę huc & illuc velut laſciuia quadam currit: Seneca, *vbi naues luſerunt hau-* Senec.lib.7.
riũtur. ſic autẽ etiam potius vocatæ ſunt, quod ludicræ triremibus & æratis de benefic.ca.
comparatæ viderentur, & tanquam ad luſum haberentur: Seneca, *cui trire-* 20.
mes & æratas non mitterem, luſorias, & cubiculatas, & alia ludibria regum in
mari laſciuientium mittam.

Sinus, aduentus Apollinis, picti Agathyrſi, Cretes fremunt,
lumina morte reſignat, conditor templi Iouis Ammo
nis, amens, rationis egens, meis auſpicijs.

CAPVT XXVI.

PLACET quædam libro Æneidos quarto explicare, leui tamen opera
defungi. Τὰ ἔγκοιλα τῶν ὀφθαλμῶν κόγχοι καλοῦνται, inquit Pollux, ὁ παρὰ τοῖς βλε- Pollux lib.2.
φάροις περίδρομος. Eam oculorum cauitatem à Virgilio ſinum appellari fe- Onomaſtic.
rè crediderim.

Sic inquit, effata ſinum lachrymis impleuit obortis. 4.Aen.

quam in ſententiam vadit & Seruius. Poſcere veniam dici ſolebat in de-
orum veneratione ab antiquis, quo verbo aliquid à dijs ſibi concedi pete-
bant. Maro,

Tu modo poſce deos veniam, Ibid.

id eſt pete à dijs, vt concedant, atque adeo da operam rei diuinæ, deóſque
precare. id enim ex parte ſignificat. Simile eſt illud Ciceronis, *ab Ioue pacẽ* Cic. pro Rabi-
veniámque peto precórque. ſed & pacem petebant, cùm ſibi placatos opta- rio perduell.
bant deos propitióſque: Maro, reo.

Principio delubra adeunt, pacémque per aras Exquirunt. 4.Aeneid.

Hic quoque eſt ex parte, ſacris operam & rei diuinæ dant, deóſque precã-
tur. Legiferæ Cereri & Lyæo ſacra fiunt apud Maronem, vt opinor, quòd
cùm vrbem fundaret Dido, leges erat datura, quarum inuentio tribuitur
Cereri cognomento ea de cauſa θεσμοφόρῳ. In cuius rei memoriam Eleuſi-
nia ſacra inſtituta in Græcia fuerant, quæ myſteria vocabantur. Itaque non
temerè Bacchi mentionem facit Maro, cùm ijſdem in ſacris auguſtiſſimè
religioſiſſiméque cum Cerere coleretur, vt ex auctoribus Græcis conſtat.
Phœbo autem ob auſpicia & auguria, quibus domi & militiæ Reſp. regi-
tur, rem diuinam facit Dido.

Qualis vbi hiberniam Lyciam Xanthíque fluenta. Ibid.

Deſerit,

Deserit, ac Delum maternam inuisit Apollo:

non sine antiquitatis obseruatione scripsit Maro. Nam opinio erat Apollinem peregrinari, & sedem commutare, & Delum migrare: illíncque demigrare aliò, vt in Lyciam. proinde ἀποδημία & ἐπιδημία Ἀπόλλωνος dicebatur. Procopius, οὐδὲ γὰρ ὅλως οἱ Δελφοὶ αὐτῶν ἀπεῖναι τὸν Ἀπόλλωνα ἔλοιντο, εἰ καὶ παρόντος εὐθὺς ἑορτὴν ἄγουσι τὴν ἐπιδημίαν Ἀπόλλωνος. Eius à Delo profectionem describit Æschylus in Eumenidibus.

Λιπὼν δὲ λίμνην Δηλίαν τε χοιράδα.

Cur Agathyrsi picti dicantur à Marone, sic explicabit Marcellinus lib. 13. *Gelonis Agathyrsi collimitant interstincti colore ceruleo corpora simul & crines: & humiles quidem minutis atque raris: nobiles verò latis fucatis & densioribus notis:*

Pomp. Mella lib. 2. & Mella, *Agathyrsi*, inquit, *ora artúsque pingunt, vt quique maioribus præstant, ita magis vel minus.* de Agathyrsis autem Maro scribit, quod alij de Hyperboreis narrant, qui primitias solebant Delũ mittere initio per virgines suas, deinde per populos, subinde tradentes vlterioribus: quanquam & Agathyrsos ipsos Delum ad sacra Apollinis facienda venisse probabile

4. Æneid. est, & aliquo in scriptore Maro legerat.

Templa Ioui centum latis immania regnis,
Centum aras posuit, vigilémque sacrauerat ignem.

Virgilius his versibus numerum templorum, vt reor, amplificauit, obiter tamen significauit Hiarbam conditorem templi Iouis Ammonis fuisse, quod apud Garamantas oraculo nobile erat, lucernámque ignis perpetui & inextincti habebat, vt à Plutarcho relatum scimus in libro de oraculorum defectu.

Ibid. *— an te genitor cùm fulmina torques,*
Nequicquam horremus, cæcique in nubibus ignes
Terrificant animos?

opinio erat ab Ioue mitti fulmina, quod Epicurei negant, ad quorum sen-

Lucret. lib. 6. tentiam Maro respexit. id è Lucretio cognosci potest, ne diutius hîc im-

4. Æn. morer. *Dat somnos adimítque & lumina morte resignat.*

hîc resignare Seruius exponit claudere, perturbare, quæ interpretatio, pace tanti grãmatici dixerim, & violenta est & inepta: ego resignare aperire interpretor, atque id Maronem dixisse contendo ex Romana consuetudine, qua mortuis in rogo oculi aperiebantur, qui antè domi clausi fuis-

cap. 37. lib. 11. sent. Plinius, *morientibus illos operire rursúsque in rogo patefacere Quiritium magno ritu sacrum est: ita more condito, vt neque ab homine supremum eos spectari fas sit, & cælo non ostendi nefas.* Homerus, quem Virgilius imitatur, tantum somnos à Mercurio virga immitti & adimi scribit, cùm ait, ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει, καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει.

At vero

At vero Æneas aſpectu obmutuit amens.

Hîc amens, vt & ſæpe, eſt conſternatus & attonitus, quod euenire ſolet horrore pauoréque perculſis. Lucretius, Lucret. lib. 6.

Ne trepides cæli diuiſis partibus amens,

id eſt ex metu non compos mentis ne ſis. Simile eſt illud Maronis,

—non te rationis egentem Lernæus turba capitum circunſtetit 8. AEn. *anguis*, id eſt, non te expauefecit, neque conſternauit.

Per ego has lachrymas, 4. AEn.

cùm Maro ſcribit, vtitur vſitata iurijurando traiectione, quam non indiligens lector apud alios auctores etiam reperiet.

Me ſi fata meis paterentur ducere vitam Auſpicijs. Ibid.

Hîc meis auſpicijs eſt, vt vellem, vt optarem: ac paulò aliter vſurpàuit, quàm cùm aliquem ſuis auſpicijs bellum geſſiſſe dicimus. Nam hîc mea auſpicia dicit, quæ quòd volo pollicentur, neque voluntati meæ refragantur, & proinde pro voluntate poſuit. ſic,

Sin noſtrum annuerit nobis victoria Martem, 12. Aeneid.

id eſt, nobis fauentem & ſecundum dixit.

Præterea fuit in tectis de marmore templum 4. AEn.
Coniugis antiqui, miro quod honore colebat,
Velleribus niueis & feſta fronde reuinctum.

Hîc cenſeam Maronem ad Romanorum conſuetudinem, qui ſuos Cæſares in deorum numerum referebant, flaminibúſque & ſacerdotibus honorabant, reſpexiſſe. Nam Dido videtur penè Maroni fuiſſe Sichæi flaminica. Solebant autem vittis laneis & iufulis ornare fores templorum, & aras, quod attigit Maro: quanquam hoc ad nuptiarum conſuetudinem retulit Seruius. *— agit ipſe furentem In ſummis ferus Æneas.* Ibid.

Seruius, quod admonēdum duxi, hîc legit vno verbo inſumnis pro inſomnijs, à nomine fœminino inſomnia, quod Terentio vſurpatur. At cùm ait, Eunuch. act. 2. sc. 1.

Cretéſque Driopéſque fremunt, 4. AEn.

opinor ſignificat quot annis ſolitos eſſe ad Apollinis aduentum Cretenſes Delum iam inde ab vltima antiquitate dona mittere, etſi vilia. Mittebant autem, vt & Hyperborei, frugum primitias. eam crediderim eſſe cauſam cur Tibullus ſcribat Tibullus lib. 4.

Etiam Phœbo gratiſsima dona Cres tulit.

Cultores autem Apollonis Cretas fuiſſe ita oſtendit interpres Arati, Ἕρμιππος δὲ φησὶν, ὅτι ἐπὶ Ἀπόλλωνος τιμῇ ἡγήσατο κρησὶν εἰς δελφούς· Dryopes autem ferè propinqui Delphis ſunt, vel Oetei vel Trachinij, vt & eos tum non ſit veriſimile parum in Apollinem religioſos fuiſſe. ſed & Dryopes Parnaſum Apollini ſacrum Delphóſque tenuere atque incoluêre, vt grammati-

ci Græci

ci Græci tradunt.

Nocturnus, nouendialia, nouendiales cineres apud Flaccum.

CAPVT XXVII.

NOCTVRNVM videor legiſſe noctis deum eſſe, vt apud Plautum in Amphitrione,

Sc. *Quis me alter.*

Credo nocturnum obdormiuiſſe ebrium.

eſt & Nocturnus, vt mihi videtur, veſper, qui noctem ducit, luciferóque opponitur: appellatúſque eſt à Catullo noctifer, quod noctem afferat, hoc verſu,

In Epithalamio Iuliæ & Malij.

Iandudum Oeteos oſtendit noctifer ignes.

ſed & opus hîc nobis teſtimonio alicuius auctoris eſt, ne quis nos comminiſci cenſeat:

L.6. Thebaid. Papinius, *Roſcida iam nouies cœlo dimiſerat aſtra*
Lucifer, & totidem lunæ præuenerat ignes
Mutato nocturnus equo,

ecce hîc apertè Papinius lucifero nocturnum, id eſt noctiferum opponit cui & equos tribuit, vt & nocti alij poëtæ, cuius currum ſtellarum choro ſequente comitari fingunt eleganter: ſed & ſtellas noctis eſſe parentis ſuæ comites & ſectatrices: Tibullus,

Eleg. 1. lib. 2.

Ludite, iam nox iungit equos, currúmque ſequuntur
Matris laſciuo ſidera fulua choro.

Eo autem Papinij loco quem citaui, ſignificantur nouendialia ſacra, quibus ſepulchro reliquiæ ſolebant condi, dabántque operam vt moles ſepulchri tum perfecta eſſet: ſubijcit enim de nono illo die Papinius,

Li.6. Thebaid.

Mirum opus accelerante manu ſtat ſaxea moles,
Templum ingens cineri.

illo quoque die claris viris aut pueris dabantur ludi funebres, vt apud Maronem & Papinium: Maro quidem ita ſcribit,

5. Æneid.

Præterea ſi nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit, radiíſque retexerit orbem:
Prima citæ Teucris ponam certamina claſsis.

Horat. Epod. 17. ea de cauſa *nouendiales diſsipare pulueres* dixit amarè Flaccus, quòd quo die religioſè ſolebant coli mortui ſacris & ludis, venefica impiè & ſcelerate eorũ cineres ſolita eſſet diſſipare, & eorũ buſta violare qui iuſtis perfectis conſecrati videbantur. Nouendalia eodem modo Græci ἔννατα vocare ſolent.

Fracta aure magiſter apud Martialem, pytiſmate orbam lubricare apud Iuuenalem CAPVT XXVIII.

CVM à

CVM à Martiale lepidiſſimo & vrbaniſſimo poëta ſcribitūr libro 7. *Lib.7. epig.1.*

Texuit innumeri lubricus vnguis apri.

aut ego hallucinor, quod quidem frequentiſſimum eſt, aut loricam Domitiani dicit ſquammis ahenis textam & confertam fuiſſe, aprinarum vngularum ſpeciem immitantibus: qui aliud ſentit, à me non reprehendetur, tantum quid mihi videatur, in medium profero, ſi cui fortè placere poteſt. At, *De cute quid faciat ille vel ille ſua,* *Epig.9.lib.7.*

eſt, de corpore, vt & apud Flaccum, *pelliculam curare iube.* ſic & χρὼς Græcè cutis & corpus eſt. *Saty.5.lib.2.* Nam Latini Græcanicum ſermonem ore Romano æmulari gaudebant. ait Martialis, *Epig.31.lib.7.*

At Iuuenes alios fracta colit aure magiſter,
Et rapit innumeras ſordidus vnctor opes.

vbi quæritur quid illud ſit, fracta aure? ego hoc è Græco ſumptum arbitror Græcorúmque exercitationibus, apud quos qui gymnaſiorum plagis contuſi multatíque fuerant, propterea quòd à concertatoribus ferè tempora & aures feriri ſolerent, auribus fractis dicebantur. Pollux ἐπεὶ δὲ *Pollux lib.2.* τῶν ἐν γυμνασίοις πληγῶν τὰ ὦτα κατεαγέναι, καὶ ὠτοκάταξις. Heſychius, ὠτοκάταξις τὰ ὦτα τεθλασμένος. Igitur magiſter fracta aure, eſt magiſter exercitationum & Gymnaſiorum exercitor, qui luctam pugillatumvé docet, quique pila vel folle ludere. Sed non tantum è re fuerit aliquid in eo interpretari, verumetiam emendare, quòd emendatio pro interpretatione futura ſit. ergo vbi ſcribitur. *Sed nec Scylla minus:* minor lego, vt eam Polyphemo non fuiſſe *Epig.37.lib.7.* minorem accipiamus: & libri veteres, quibus multi plus deferunt, quàm ſenſui, ita diſertè ſcribunt ſine vlla ſuſpicione lituræ, ne quis corruptas à me tabulas fuiſſe conijciat. ſic & illud,

Et tua de noſtro Priſce Thalia placet, *Epig.45.lib.7.*

balbutit, balbúmque eſt in vltimo verbo, cùm tacet ſcribendum ſit: quod, ſi quid & illud refert, nos etiam vetuſtis libris credimus, quibus, qui ſententiam conſulet, aſtipulatorem ſe præbebit. quod enim verſus ſe ſcribere accuratos ſimularet, vel etiam meditaretur, & tanquam ruminaret, nec interea dona remitteret, ſilentium eius meritò ſibi conqueritur damnoſum Martialis. Sed & in epigrammate cuius initium eſt,

Nulli munera Chreſte ſi remittis, *Epig.54.lib.7.*

ſcribendum eſt *linges*: &, *tributi*, vltima eius voce: cùm præſertim vſitatiſſimum & pertritum loquendi genus ſit, *Damnatum tributi*, hoc tamen, quod nouiſſimè dixi, meam tantum adſtringit fidem, non vt ita dicam, codicariam. æquè ſuſpicor legendum,

— Ioui dare templa parabit. *Epig.99.lib.7.*

hodie parauit editur. nec illud quidem antiquos appellare libros poteſt,

ſed,

ſed,vt in Rhetorum ſcholis dicitur, eſt coniecturale. Lego etiam, ſed coniecturã quoque ſecutus, vt me tandem homines coniectorẽ eſſe iocentur

Epig. 66. lib. 7.

Et flaueſcit aphæ grauíſque draucus:

vt dandi caſu intelligatur. At coniectarium non eſt,

Alteras facili rotat lacerto.

ſed librorum: quod quidem & rectum & verum credimus, non alterno, quod adſcriptitiũ eſſe ſuſpicamur. hîc aſſuam etiam duas è Iuuenale panniculas, vnam è nona Satyra, in qua Græca verba non agnoſcuntur aptam reddere ſententiam, quæ è bonis libris ſic reſtituo, λιπὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα κίναιδος, vt intelligamus molles illos viros & effœminatos parcos & illiberales eſſe in ſuos ſubactores. Eſt autem Homerica parodia, ad hemiſtichij huius ſimilitudinẽ efficta, αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος. Altera erit è Satyra 11. in qua verſum, de quo iurgatur litigaturque inter erudiſſimos, ſic è libris certiſſimæ & ſpectatiſſimæ fidei lego,

Iuuenal. 9. Satyr. — Iuuen. Sat. 11.

Qui Lacedæmonium pytiſmate lubricat orbem.

hoc ſenſu, qui ſputo & ſaliua trochum, quem iacturus eſt, lubricum & volubilem magis reddit. Conſtat enim genus illud ludi Græcanicum fuiſſe, vt & nomen trochi oſtendit, & quod apud auctores reperimus Græco trocho ludere. Lacedæmonij autem omnium Græcorum maximè exercitationes celebrabant & colebant. vnde & Lacedæmonium orbem, vt mihi videtur, appellauit.

Fugitiuum retrahere, impoſitio, declinatio, tractatio, rex, victor, Varro emendatur. CAPVT XXIX.

INSIGNIS eſt illa Varronis tranſlatio à fugitiuis ſeruis ſumpta ſanequam eleganter lib. 4. de lingua Latina, *Quare illa, quæ iam maioribus noſtris ademit obliuio, fugitiua ſi ſedulitas Mucij & Bruti retrahere nequit, non ſi non potuero indagare, eo ero tardior.* Fugitiui enim ſerui dicuntur retrahi, qui è fuga reducuntur domum ad herum: vnde & apud Varronem de re ruſtica fugitiuarius dicitur, qui fugitiuũ conquirit & ſectatur. de verbis igitur honeſta præclaráque tranſlatione, vt de ſeruis, locutus eſt: vt & Terentius,

Varro lib. 3. de re ruſt. cap. 14.

Heautont. act. 4. Sc. 2.

Retraham hercle opinor, ad me illud idem fugitiuum argentum tamen. Salluſtius: *in his erat Fuluius ſenatoris filius, quem retractum ex itinere parens necari iuſsit.* Ait idem Varro, *quòd nec omnis impoſitio verborum extat*: vbi impoſitionem verborum nominat, quam Græci ὀνοματοθεσίαν vocant, ea nomina intelligens, quæ primum rei alicui ſignificandæ impoſita ſunt, quorum multa iam non comparent, cùm tamen ab ijs alia profecta in vſu fortaſſe ſint. Impoſitiones enim nomina primitiua appellat, à quibus oriuntur de-

In Catilinæ coniuratione. Varro lib. 4. de ling. Lat.

tur declinationes, id eſt deriuatiua, Varro lib. 6. *duo igitur omnino verborum principia, impoſitio & declinatio: alterum vt fons, alterum vt riuus.* Ait Varro de literis loquens, *& propter earum artationem*: ego è libris antiquis, *tractationē* lego: tractatio enim eſt, cùm tanquam manu literę tenentur, & huc & illuc tranſponuntur & traijciuntur. Itaque literarum tractatio, eſt earum traiectio & tranſpoſitio. Sic Cicero ſcribit materiam in verbis eſſe, tractationem in collocatione verborum. vt enim verba optimè collocentur, à nobis tanquam manu tractantur, & alijs atque alijs locis collocantur, vt iucunda ſit & lenis eorum compoſitio. inquit Varro, *quartus vbi eſt aditus & initia, regis.* qui ad quartum, ait, gradum peruenerit, is rex fuerit, & planè modis omnibus rem abſoluerit. Tale eſt illud Horatium,

Varro lib. 6. de ling. Lat. — *Varro li. 4. de ling. Lat.* — *In Partition.* — *Lib. 4. de ling. Lat.*

— *rex eris aiunt ſi rectè facies.* Auſonius, *Epiſt. 1. lib. 1.*

Qui rectè faciet, qui non dominatur, erit rex. *Idyllio 16.*

ſic victor etiam dicitur, qui aliquid perfecit & abſoluit. Virgilius, *3. Georg.*

— *victórque virûm volitare per ora.* Iterum,

Illi victor ego, & Tyrio conſpectus in oſtro.

Lego autem mox, *Quod ſi ſummū gradum non attigero, tamen ſecundum præteribo.* Inficiantis enim particula delenda eſt. ſe enim profitetur vltra ſecundum gradum perrecturum, cùm ad Cleanthis philoſophi lucernam lucubrarit, non tantum Ariſtophanis grammatici. mox quoque, *volui præterire eos*, lego ex antiquo libro. ſignificat enim ſe vltra grammaticos, qui tantum ficta à poëtis verba expediunt, progredi velle. Homines etiam in locandi explitatione ſcrupulus malè vrit cum ſcribitur, *ab eo præco dicitur locare, quoaduſque id emit*. ego malè coaleſcentia puto diuellenda, legendúmque cenſeo, *quoaduſque idem it.*

Varro lib. 4. de ling. Lat. — *Ibid.*

Pons Cæſaris, diſcludere, ſublicæ. CAPVT XXX.

CONIVNGITVR à Cæſare Rhenus ponte, commentariorum lib. 4. cuis conſtructio moleſta multis eſt: quanquam in ea explicanda multum ſtudij operæque poſuerunt homines doctiſſimi. ego, non quòd me plus quam eos ſapere putem, ad eam rem accedo, ſed vt ſi in ſenatu de re quapiam deliberararetur, & ſenator eſſem, aut ſi in concilio conſultaretur, in quo eſſet mihi ius ſententiæ dicendę: quod & eo audacius faciam, quòd hanc mihi ferè ſententiam dictauit vir erudiſſimus Gulielmus Peliſſerius Montis Peſſuli Epiſcopus. Tigna defigit bina ſuperiore parte fluminis, his totidem ab inferiore opponit: quod idem ſæpius fecerat, dum tota latitudo fluminis ſic binis tignis ſtatutis, & totidem oppoſitis occuparetur. verum bina & totidem his è regione obiecta deſcribere ſatis habuit,

Cæſar lib. 4. de bello Gall.

quòd in alijs eadem operis ratio esset. tigna superioris partis inclinata procumbebant secundo flumine, quibus è diuerso respondebant totidem aduersus flumen inclinata & fastigata. Inter tigna immissæ erant trabes, quę tignorum interuallum bipedale ab imo fluminis vado vltra summam altitudinem eius implebant. hæ extremæ, quot tigna erant quatuor videlicet, totidem, id est quatuor fibulis singulæ religatæ erant, ad singula tigna singulis. proinde dicit binas vtrinque fibulas fuisse. Nam & ad superiora duo tigna duæ erant, & totidem ad inferiora. Fibulas autem interpretor copulas & paxillos, quibus trabes ad tigna fixæ tenebantur: atque id etiam est quod distineri Cæsar dicit. vtrinque enim tigna hinc & inde è diuerso tenebantur suis quæq; retinaculis & paxillis deuincta. ita cum disclusa essent tigna immissis trabibus, (trabes enim bipedales interpositæ tigna disiungebant atque discludebant) & in contrariam partem reuincta suis quæque fibulis & copulis, quibus vtrinque distinebantur, firmissimum opus reddebatur: eam contignationẽ materia iniecta contexebat directa, & crates consternebant. subijciebat sublicas ad inferiorem partem pontis, crebrum veluti vallum faciens. sublicæ autem cum ponte coniunctæ, suis brachijs ad medium flumen obliquę pergentes in mucronem coibant literæ v similitudine, vt passim in excipulis Sequanæ fieri videmus. Earum sublicarum is erat vsus: aquam fluminis liberè euolui non sinebant, qua retenta & restagnante vis & impetus frangebatur, pónsque minus laborabat. Pro ariete autem quod dicit, id est loco propugnaculi & munimenti. Nam arietem pro defensione vsurpari solere non est ignotum. Cicero in Topicis, *ex quo aries ille subijcitur in vestris actionibus, si telum manu fugit magis quàm iecit*, id est illa defensio, Itaque non probo doctissimi viri sententiã, qui *pro ariete* vno verbo hîc legit. erant & sublicæ supra pontẽ mediocri interuallo disiunctę ab eo, non vt inferiores, cum ponte, cõiunctæ, quę, ne qua vis inferretur ponti, defenderent atq; prohiberent. Quę sublicę dicuntur, ab Alberto subijcę vocantur, vt ita in Cęsare legisse videatur. Vetus criticus de his ita scribit, sublicę καταπῆγες οἱ ἐν ποταμῷ τὴν γέφυραν ὑποβαστάζοντες.

Cic. in Topicis.

Facere literam longam, discipula crucis, quadrigæ albæ, gratiis, præfiscine, artitus, Plautus emendatur.

CAPVT XXXI.

Sc. 1. Exi. inquam.

ANVS apud Plautum auari Euclionis ancilla ad desperationẽ adacta, heri verberibus & conuitijs, de suspendenda se deliberat, aítque:

— neque quicquam melius est mihi,
Vt opinor, quàm ex me vt vnam faciam literam
Longam, laqueo collum quando obstrinxero.

Quæ

Quæ ſit litera longa, quæſitum eſt ab eruditis. alijs L, alijs T videtur. ego exiſtimo omnem literam longam eſſe, quæ maiuſcula eſt, proinde dixit vnam. Plautus Pœnulo, *Sc. Satis ſpectatum.*

Nomina, inquit, *inſunt cubitum longis literis.*

Facere autem literas ſcribere eſt. Nam in Aſinaria ſcripſit, *Sc. Agedum iſtum.*

Ne vlla ſit cera vbi facere poßit literas.

Facere autem literam eſt eodem modo literam ſcribere, literam pingere. Hæc faciunt, vt facere literam longam eſſe putem velut ſcibere, & imitari literam grandiorem. qui enim pendet, l, longius facere videtur. eſt enim & l, minuſculum. crux quidem ipſa T imitatur: ſed neque, qui ſe ſuſpendit, ſemper crucem quærit, nec de cruce, ſed de ſe loquitur Staphyla. Cùm autem ſimilitudinem literæ præ ſe ferat, qui pendet, ideo dixit Plautus, *Continuò hercle ego te dedam diſcipulam cruci.* *Aulul. Sc. Exi inquam.*

quod eſt, ſuſpendam te, faciamque vt crux diſcipulam te ſcribere doceat, & longam vnam literam facere. itaque ea mihi videtur eſſe illius ioci argutia. Dicit apud eundem Plautum in Aſinaria veterator ſeruulus,

Nunquam pol indipiſcet quadrigis albis poſtea. *Aſinar. Sc. Vbi ego nunc.*

Hæ quadrigæ albæ grammaticorum cohortem exercitam habent, víxque tandem conſtituere poſſunt, quænã ſint: ego quadrigas Iouis interpretor, quæ celerrimo per cælum ferri curriculo cenſebantur, mouet me Plautus, qui alio loco ſcribit, *Plaut. Amphit. Sc. Qui me alter eſt.*

Quadrigas ſi inſcendas Iouis, nunquam effugies infortunium.

ſcripſit etiam Horatius,

Tu graui curru quaties Olympum. *Od. 12. lib. 1.*

Et curru per aërem inuehi Iouem credebant cùm tonabat aut fulgebat. Horatius *— namque Dieſpiter*

Igni coruſco nubila diuidens, *Od. 34. lib. 1.*

Plerunque per purum tonantes

Egit equos celerémque currum.

Ad currum autem Iouis cenſebant equos niuali candore iunctos eſſe. Suetonius, *atque etiam ſequẽti nocte ſtatim videre viſus eſt filium mortali ſpecie ampliorem, cum fulmine, & ſceptro, exuuiíſque Iouis Opt. Max. ac radiata corona ſuper laureatũ currum biſſenis equis candore eximio trahentibus.* *In Auguſt. cap. 94.* Inuidioſus itaque Camillus fuit, quòd in triumpho curru equis albis iuncto, vrbem inuectus eſſet, quòd humano faſtigio ampliorum vindicare honorem parémque ſupremo Ioui videretur. vel quadrigas albas dixit, quòd equos candentes, celeriores crederent. Maro,

Qui candore niues anteirent, curſibus auras. *12. AEn.*

Sed vt acceſſiuncula quædam huic addatur capiti, cenſeo in Prologo Aſi-

nariæ legendum esse,

Age nunc reside, caue modo ne gratijs.

Nam in veteribus libris gratis scribitur. gratijs autẽ pro gratis bellè vsurpari docet Terentius, in quo emendandum ostendit lex versus in Phormione,

Act.3.Sc.2. *Vt phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratiis.*

Act.2.Sc.1. In Eunucho quoque scribendum est, ingratijs: *opus faciam vt defatiger vsque, ingratiis vt dormiam,* id est vt inuitus, velim nolim: vt & paulò antè, *te adiget horsum insomnia.* Est enim insomnia, cùm dormiri non potest. Nam de insomnijs non loquitur. vsurpauit & ingratijs pro Quintio Cicero, *extorquendum est inuito atque ingratijs.* sic enim legendum est. dixit autem,

Plaut. Asin. Prolog. *— caue modo ne gratijs.*

notans auaritiam præconum, qui nihil nisi mercede faciunt. Eodem modo eos lacessit in Pœnulo,

In prologo. *Age nunc reside, duplicem vt mercedem feras.*

Asina. Sc. Quid hoc sit. In eadem fabula emendandum est, nisi planè hallucinor, *præfiscine hoc nunc dixerim.* vt & in Rudente, *vt sine labore hanc extraxi præfiscine.* Sc. Proh Dij. vtrobiq; autẽ quàm grauiter committant & delinquant editiones, omnibus est notum. Sc. Vnũquodque. In eadem fabula scribendum censeo, *nihili est conctio,* non vt vulgo partim coaxatio, partim coctio: hoc sensu, præsenti est mihi opus pecunia, nihil moror coactorem, qui pecuniam mihi debitam postea redigat: præsentarijs nummis opus est, non in diem. lego & in eadem comœdia, *in doctoréque acerrumos*, & interpretor virgatores & lorarios, qui seruos cædunt, Sc. Perfidiæ. quos iocans comicè doctores appellat, propterea quòd doctores discipulos cædere virgis solent, præsertim qui sunt acriores & plagosi & asperiores. ab simili translatione non multo post illud dicit, *vbi sæpe causam dixeris pendens aduersus octo artitos viros, valentes virgatores.* sic enim in optimo libro reperi, atque ita loquitur, quasi se in iudicio defenderit aduersus disertos & eloquentes viros: sed tamen præter opinionem virgatores iecit expectationem fallens. Artitus autem à Festo explicatur, & à vetere critico exponitur, πάντεχνος, δαίδαλος. Fest. lib.1.

Ius applicationis, commendauit se in clientelam apud Terentium. CAPVT XXXII.

Ivs applicationis quale sit, paucis notum esse existimo: ego quid de eo suspicer, commemorabo, si antè Ciceronis locum recitaro, vbi eius mẽtio fit. *Quid quod item in centumuirali iudicio certatũ esse accepimus? qui Romam in exiliũ venisset, cui Romæ exulare ius esset, si se ad aliquẽ quasi patronum applicuisset, intestatóque esset mortuus, nónne in ea causa ius applicationis obscurũ* 1. de Orat.

sanè,

ſanè, & ignotum patefactum in iudicio atque illuſtratum eſt à patrono? Ego ius iſtud applicationis ab Athenienſibus ortum eſſe reor,apud quos peregrini ſe alicui opulento ciui in clientelam dabant, dicabántque, quod in palliata comœdia imitatus eſt Terentius, cùm in Eunucho ſcripſit, Act. 5. sc. 9.

— vna eſt domus, Thais patri
Se commendauit in clientelam & fidem: Nobis dedit ſe.

id Athenienſes appellabant νέμειν προστάτην· qui autem ad patronum ſe non applicarat, in iudicium vocabatur, quod dicebatur ἀπροστασίου δίκη. Apud Romanos autem patronos habebant, clientes, liberti, municipia, colonię, prouinciæ: etiam qui ciuitate ab aliquo donati fuerant, eum à quo donati fuerant, patronum habebant, & eius nomen gerebant. ſuccedebant ab inteſtato patroni libertis, ſi ſuos hæredes non haberēt: ſed & ſi teſtamento facto deceſſiſſet libertus, nihílque patrono reliquiſſet, aut minus quàm dimidiam partem bonorum reliquieſſet, contra tabulas teſtamenti, vt ait Vlpianus, dimidiæ partis bonorum poſſeſſionem ei prætor dabat. idem etiam ius valere volebant in ijs patronis ad quos ſe peregrini applicabant, ff. de bon. libert. qui tamen propriè patroni non erant, ſed tanquam patroni. idem in ijs, qui ciuitate aliquos donauerant. Cicero in Verrem, *Caius Sulpitius Olympus* 3. in Verrem. *fuit: Is mortuus eſt C. Sacerdote prætore, neſcio an ante quàm Verres præturam petere cœperit. fecit hæredem M. Octauium Ligurem. Ligur hæreditatem adijt: poſſedit Sacerdote prætore ſine vlla controuerſia. Poſteaquam Verres magiſtratum inijt, ex edicto iſtius, quod edictum Sacerdos non habuerat, Sulpitij patroni filio ſextam partem hereditatis ab Ligure petere cœpit.* Olympus iſte (nam ſic ſcribendum eſt, non Olympius) Græcus erat, quem C. Sulpitius ciuitate donauerat. apud Vlpianum dimidiæ partis bonorum petitio datur patrono: ff. de bon. libert. apud Ciceronem ſextæ. quo ex Ciceronis loco ſatis apparet, non item vt in bonis libertorum, ſic in eorum, qui ab aliquo ciuitate donati fuerant, de ſucceſſione confeſſum & receptum ius fuiſſe: quod idem de iure applicationis exiſtimandum arbitror.

Canicula in Plinio, analectæ, timonea cœna.

CAPVT XXXIII.

Vt mali poëtæ prodigioſè ſolent opus ſuum variare, & ſerpentes auibus, agnos tigribus geminare: ita hoc capite res diſſimiles coniungam, cùm huius operæ, quam edimus, proprium ſit, quicquid in mentem buccámque venerit, appingere. Vnum Plinij locum, & duos Senecæ explicabo. Neminem propemodum fallit carbunculum vitium eſſe, quo arbores ſideris feruore, vt quodam vredinis carbone, exuruntur: vocabulum hoc tamen, ſi veterum librorum fidem ſequimur, ſuppoſitum eſt

Cap.28.lib.18. eo,quem fubfignabo Plinij loco. *Publica hæc & magnæ differentiæ à prioribus, alijs rubiginem,alijs vredinem,alijs carbunculum appellantibus:omnibus verò fterilitatem.* fideliter & conftanter in fanctiffimis & iuratiffimis exemplaribus legitur, *alijs caniculam appellantibus.* quidni enim,cùm canicula vt poëtæ dicunt, infana meffes coquat, & omnia fuo torreat impetu, fiderationem & carbunculationem,qua fata afflantur,& ad fterilitatem caftrantur, veteres agricolæ ex æftu caniculæ caniculam vocauerint? Itaque,etfi fubftitutionem alterius vocis, præfertim idem valentis, non improbo,tamen velut interdicto prætoris caniculam in poffeffionem reftituo. Apud Lib.3.Epift. 27. Senecam Caluifius Sabinus opinionem eruditionis affectabat, idem tamen nullius ingenij & memoriæ erat. Is fubfidio fibi pararat feruos, qui Homerum, Hefiodum, Lyricos edidicerant, & quærenti verfus ex tempore fubminiftrabant, quos tam malè reddebat, vt in medio verfu excideret. Satellius Quadratus, qui diuiti fupparafitabatur, & homini tardo ineptóque illudebat, fuafit ei vt grammaticos haberet analectas: quæfitum eft qui fint grãmatici analectæ? quidam interpretantur doctiffimos, qui omnia ad manum, & in numerato habeant: alij eos, qui minutiffima queq; colligunt ex auctoribus: ego neutris affentior. quid enim effet in eo fenfu leporis & argutię? ego potius exiftimẽ fanna quadam derifum ab eo Sabinum fuiffe. vt enim analectæ ferui dicebantur,qui reliquias cœnę,aut ea quę ceciderant de menfa,colligere folebant(ea autẽ analecta dicebantur) fic cùm ipfe Sabinus inter cœnandum in verfibus, quos fubiectos referebat, fubinde excideret, Quadratus feftiuè dixit, ei grammaticis analectis opus effe, qui colligerent eum cadentem, & verba quoque ei excidentia inter cœnam redderent. Sed & cùm in fcrinijs libros reponere foleamus, & feruis, quos edifcere memoriter poëtas aliquos iufferat, tanquam eorum poëtarum fcrinijs vteretur,ac de immani pretio eorum que- Senec.lib.2. Epift.18. reretur, minoris idem Quadratus totidem,inquit, fcrinia,emiffes. Secundum Senecæ locum, vt fidem liberem, adponam: quem & emendabo & explicabo: fed deprauatam fcripturam prius exhibebo. *non eft nunc quòd exiftimes me dicere, vt te admoueas ad cœnas, & pauperum cellas:* vetus liber ita defcriptum hoc habet, *non eft quòd nunc exiftimes me dicere Temoueas cœnas & pauperum cellas.* puto verum effe timoneas, à Timone, qui humanum genus exofus erat,vitámque quandam inhumanam & feram fequebatur, in cibífque non modò vulgaribus, fed etiam vilifsimis, & ab reliquis hominibus propè damnatis acquiefcebat.

Curium obducere, prima nauigatio, pharmuthi in Vegetio legendum, Cicero emendatus. CAPVT XXXIIII.

HOMI-

HOMINES primorum in literis ordinum, &, vt ita dicam, ſigniferi, apud Ciceronem prima ad Atticum epiſtola, non eſſe ἀδυνάτων Curium obducere explicant, vt audio & lego, poſſe Curium deuorari, & abſorberi ferríque petitorem: quam interpretationem vt violentam & nimis arceſſitam alienamque nunquam probare potui, eſſéque cenſeo ibi obducere, opponere alijs candidatis, & aduerſarium illis candidatum obijcere, & contra eos ad petendum prenſandúmque deducere vel aduerſarium & æmulum adducere. ſic Plautus in Mercatoris argumento locutus eſt,

Eum putat vxor illius obduxiſſe ſibi ſcortum.

Nos & aliud quiddam è Cicerone attigemus: prima dicebatur nauigatio olim, cùm poſt ſæuitiam hyemis, qua mare clauſum erat, vere nauigantibus primum aperiebatur. De ea quiſpiam exiſtimare poſſet Ciceronem loqui lib. 2. epiſtolarum ad Q. Fratrem: *ijdem aiebant nuntiare te prima nauigatione eſſe tranſmiſſurum.* Nam paulò antè dixerat, *atque adhuc clauſum mare ſcio fuiſſe.* Iterum, *Tu mi frater, ſimul ac ille venerit, primam nauigationem (dummodo idonea tempeſtas ſit) ne omiſeris.* Eſſe & prima nauigatio poteſt, cum dicimus nos quamprimum nauigaturos, & primam quamque nauigandi occaſionem arrepturos. Prima etiam nauigatio dicitur, cùm eam ſecundæ comparamus, quæ & temeraria magis plerunque, & improuida eſt: & ſecunda non raro eius peccatum corrigit & emendat: vnde & prouerbio Græco celebratur, δεύτερος πλοῦς. ſunt tamen qui primam nauigatum velificationem interpretantur, ſecundam remigationem, vt Suydas eſt auctor. De eo autem tempore, quo aperiebatur maræ, primúmque tentabatur & nauigabatur, ita ſcribitur in epigrammatis Græcis, Epiſt. 6. lib. 2. Epiſt. 4. lib. 2.

Οἴγεται ἄρτι θάλασσα, ἐφοπλίζοιτε δευνῆας,
Ὥριον ἀκλύστων ἐκτὸς ἄγειν λιμένων.

Iterum

Ἤδη καὶ πλώουσιν ἐπ᾽ εὐρέα κύματα ναῦται
Πνοιῇ ἀπημάντῳ Ζεφύρου λῖνα κολπώσαντες.

De ea & Vegetius ita ſcribit. *Poſt natalem verò, vt ita dicam, nauigationis, qui ſolenni certamine publicóque ſpectaculo multarum gentium celebratur.* Iterum, *Phenite decurſu, id eſt, poſt ortum pleiadum à die 6. Calendarum Iuniarum vſque in Arcturi ortum, id eſt in diem, octauum decimum Cal. Octobrium ſecunda nauigatio creditur.* Sed illud Phenite, quod Vegetius loquitur, quis tandem intelligit? Ego Phagnite in antiquis libris reperio, quod ęquè inauditum nec intellectũ hominibus eſt. ſed cùm decurſum dicit, ferè ſuſpicor ſpatij temporis nomen eſſe. & fortaſſe ſit Aegyptij menſis nomenclatura. Nam in cæli ratione & ſiderum mirum eſt quàm Ægyptiorum menſes multi affectauerint. Puto igitur pharmuti legendum, de quo in epigrammate ſcribitur εἰαρινῶν Φαρμουθὶ ῥόδων πρωτάγγελός ἐστι. Et cũ tempore à Vegetio deſcripto Veget. lib. 4. cap. 39. Ibid. Lib. 1. Epig. Græc.

conuenire videtur, cum Pachon, qui eum sequitur, segetes messi paret. Pu-
Lib.2. epist.4. to autem in eo lb. 2. epist. ad Q. Fratrem legendum *Latiari erat exiturus*, vt de Crassipede intelligamus, qui solẽni Latinarum, id est ferijs Latinorum,
Ibid. vel ferijs Latij (nam id est Latiar) erat exiturus Roma. pro *cæterum confectum erat*, reperi in antiquo libro *Cicero confectum erat*, vt scribendum
Epist. 6. lib. 2. esse videatur, *Ciceroni confectum erat*, id est mihi. Illud tamen cæterum mihi perplacet. At quam ἀμφιλάφειαν dicit, eam intelligo diuitias & copias abũdantiámque rerum declarare, quamuis ab alijs aliter explicari sciam.

Alteræ mensæ, mane & vesperi precabantur, testudo aurea, Horatius explicatur. CAPVT XXXV.

Od. 5. lib. 4. HORATIANVM illud, — *& alteris Te mensis adhibet deum.* ita mihi videtur explicandum. Romani tui, Auguste, pro deo te colunt, & in mensa secunda, in qua solet libatio fieri, & deorum precatio, te vt deum obsecrant, & tibi vt Laribus libant. Nam & libans Dido in conuiuio apud
AEn. 1. Maronem precatur,

Iuppiter, hospitibus nam te dare iura loquuntur.

Od. 5. lib. 4. Itaque mox libatio apud Flaccum sequitur,

Te multa prece, te prosequitur mero
Defuso pateris.

sequitur & proxime, — *dicimus integro*
Sicci mane die, dicimus vuidi,
Cùm sol Oceano subest.

quod est precamur & veniente die ieiuni & abstemij, & decedente, id est vesperi, vuidi. Nam integer dies est, qui adhuc incipit. Ea autem duo vidẽtur fuisse tempora votis & precibus consueta, vt è Platone etiam conijci potest lib. 10. de legibus ita scribente, ἀνατέλλοντός τε ἡλίου καὶ σελήνης, καὶ πρὸς δυσμὰς ἰόντων προσκυλίσεις ἅμα καὶ προσκυνήσεις ἀκούοντές τε καὶ ὁρῶντες Ἑλλήνων τε καὶ
Od. 3. lib. 4. βαρβάρων πάντων ἐν συμφοραῖς παντοίαις ἐχομένων καὶ εὐπραγίαις. Cæterùm, *ô testudinis aureæ*, imitatione Pindari dictum est, apud quem pulcherrimũ Pythio-
Od. 4. lib. 4. rum poëma sic incipit, χρυσέα φόρμιγξ, id est pulchra. At, *fana deos habuêre rectos*, hanc complectitur sentẽtiam: antè dij Romanis infesti iniquíq; erant: sed postea quàm impiè eorum à Pœnis violata templa sunt, recti & æqui Romanis esse cœperunt aduersati Pœnos, quibus antè fauerant.

Cilicia trachea, Betriacum, Morbonia, Suetonius emendatur.

CAPVT XXXVI.

Tacitus lib. 18. SCRIBVNT Historici Othonem apud Bebriacum fraude superatum
Sueton. in Othone cap. 9. à Vitellij ducibus fuisse. nam ita in Tacito & Tranquillo scribitur: sed & in Iuuenale.

Iuuenale. Ego tamen exiſtimo ſcripturam iſtam in auctoribus adultera-
tam eſſe. Nam & Tranquilli libri ſcripti Betriacum aut Bretiacum habent,
& Betriacum nominat Plutarchus in Othone. Ego igitur fideliorem Plu-
tarchi & veterum librorum ſcripturam arbitror, quàm peruulgatam,
eámque in libros reuocandam arbitror, vel ſi exceptione vſucapionis
hæc ſe tueatur. Numeri appellantur in re militari centeuriæ & cohortes Suetonius in Veſpaſ. cap. 6.
legionéſque militum. Suetonius in Veſpaſiano, *reuocatis ad officium*
numeris parumper. quanquam ſunt, qui muneris ſcribant. quod vocabulum
frequentiſſimum eſt apud Marcellinum & Iuriſconſultos: ſed & ἀριθμοὺς in
eadem ſignificatione aliquando vſurpauit Syneſius. Scribitur in Veſpa- Suetonius in Othône cap. 8.
ſiano, *Item Thraciam, Ciliciam, & Commagenam ditionis regiæ vſque ad id*
tempus in prouinciarum formam redegit. tanto antè cùm in populi Romani
ditionem radacta fuiſſet Thracia, exiſtimo legendum Trachiam Ciliciam.
pars enim Ciciliæ, propter aſperitatem montium, vt ex Geographis con- Ibid.
ſtat, Thracia dicebatur. ſed & illud ſic lego adſtipulantibus veteribus li-
bris, *vndique inueſtigatis exemplaribus inſtrumentum imperij pulcherrimum ac*
vetuſtiſſimū, quo continebantur. officium pro officialibus poni non eſt infre-
quens, nec inſolens, iuriſconſultis præſertim: eodem in ſenſu poſuit Tran- Cap. 14. in Othone.
quillus, cùm ait: *quidam ex officio admiſſionis ſimul expellens abire morboniam*
iuſſerat: quo quidem in loco morbonia, vel, vt in quibuſdam libris ſcribi-
tur, morbouia, vt nomen oppidi, quod tamen nuſquam eſt, fingi videtur:
aut adeo populi ore frequentabatur ceu oppidi nomen, ſub ſenſu morbi
& exitij. Hoc enim perinde eſt, ac ſi quis aliquem in malam crucem aman-
det, aut ad coruos abire iubeat. Certè compendium Dionis pro morbonia Cap. 19.
ἐς κόρακας habet. In eodem imperatore pro Pterino citharœdo Terpnum Cap. 57. in Caligula.
emendamus, vt in Caligula Mneſterem pro Neſtore. Prætextata verba in
Veſpaſiano, obſcœna & turpia interpretor, à fabulis prætextis, quales A- Cap. 22. in Othone.
franij fuerunt, in quibus fœdiſsima & turpiſsima dicta & argumenta erant. Cap. 22.
Menſtrium Florum liber ſcriptus Meſtrium appellat, Plutarchus Metrium Plutarch. lib. 1. Sympoſ.
in Sympoſiacis, quod & verius quiſpiam fortaſſe putet. Lego, *mutato nomi-* Cap. 23. in
ne cœperat ferre, non *efferre*. Othone.

Francorum Origo. CAPVT XXXVII.

De Francorum origine, & omnium prope populorum, non ſatis ad verum liquet quid pronuntiandum ſit: ea res ſic vltro citróque diſputādo ventilata & iactata eſt, vt demum tamen ſecundum Germanos lis eſſe data videatur, qui Francos Galliæ incolas, rebus bello togáque geſtis clariſſimos ſibi vendicant: & noſtri principes cùm Germanos ſibi conciliare volunt, cognationem generis libenter oſtentant & agnoſcunt, & eius me-

moriam

moriam renouant. Quod ad me attinet, gentis, nobilis præſertim & glorioſæ in Europa, & imperij, quanquam nomen potius quàm maieſtatem retinentis, ambitiosè cupidéque propaginem & ſobolem noſtros nominauerim: ſed ſi verum quærendum eſt, non deſunt argumenta quibus nec noſtros Francos, nec qui in Germania eodem nomine hodiéque ſunt, alienigenas probemus. velim enim mihi dicant, cur Ptolemęus & Tacitus qui tam diligenter populos & nationes Germaniæ deſcripſerunt, Francorum non meminerint? Anglos, Lomgobardos, Burgundiones nominant: Francos nunquam appellant. Mirum eſt, vbi tum delituerit ille populus, qui eorum ſcriptorum diligentiam fefellerit? Ego crediderim aduenas Francos Germaniam occupaſſe, vt & alias multas nationes: & quòd diutius ibi conſederint inueterarínt que, Germanos eſſe dictos. Nam quòd Germanico ſermone vſi ſunt, non eſt ſatis idonea ratio, cur Germani credantur. quod enim illis in ſedibus diutius hæſerint, tandem in Germanicam conceſsêre linguam, vt apud Gallos in Gallicam: quin & eam linguam, antequam in Germaniam migrarent, vernaculam habebant, vt & Gotti. Ego verò exiſtimo Francos eſſe Scãdinauiæ populos, vt & Gottos, qui ſe Germaniæ & prouincijs popul. Rom. ſuperfundêre. huic ſententiæ accedunt hiſtorię, quæ narrant Francos initio infeſtum mare myoparonibus habuiſſe. Friſiorum & Batauorum littora occupaſſe: deinde in Germaniæ mediterranea & interiora penetraſſe: poſtremò in Galliam tranſiiſſe. denique in Scandia inſula à Ptolemæo falſa tamen ſcriptura nominantur. Nam qui Phiraiſi malè in eo appellantur, alij profectò, quam Franci non ſunt: ſed litera i, abundat, & duplex ϝ grandiuſculum, in i & Ϲ maiuſculum propter ſimilitudinem deflexum eſt. Quòd autem Franci noſtri ſe ſtirpe Troianorum ſatos prædicant, id æmulatione Romanorum faciunt, quos cùm eo ſtemmate & ea nobilitate inſoleſcere viderent, idem decus ſibi voluerunt arrogare.

Solſtitialis, morbus ſolſtitialis, herba ſolſtitialis, illix tertio pedato. CAPVT XXX.

Etsi Solſtitialis à ſolſtitio deducitur, tamen in eo ſæpenumero ſolis tantum ſignificatio attenditur, vt ſolaris ſit: Liuius, *deſuntque dies ſolido anno, qui ſolſtitiali circumagitur orbe*, id eſt ſolari. Et Solinus, *qua ſolſtitiali plagæ obuia eſt*, id eſt ſolari plagæ & meridiei. Morbus autẽ ſolſtitialis apud Marcum Actium Plautum eſſe videtur, qui ſolſtitio immanibus plerumque æſtatis mediæ vaporibus, & ſub caniculam, quæ Sirius dicitur, denique quocunque æſtu ſæuit. de Sirio Poëta ſcribit,

Liuius lib. 1. ab vrb. cond.
Solin. cap. 28.
Plaut. Trinũmo Sc. Minus quindecim.
10. AEn.

Ille ſitim morbóſque ferens mortalibus ægris.

Naſcitur,

Naſcitur, & læuo contriſtat lumine cælum.

tum enim ardentiſſimæ vulgantur febres, quæ multos tollunt ægros. Sed & Sirius ſolem ſignificat, vt tradunt Grammatici Græci ac quos accendit canicula morbos, Soli acceptos ferre debemus: & ſiriaſis morbus eſt non tantum infantium, ſed etiam virorum. Febres igitur ardentiſſimas intelligo, quæ eo tempore periculoſiſſimè graſſantur locis præſertim inſalubribus, quibus homines intereunt, vt arentia torrenti ardore folia cadunt ſidere aflata. Sic æſtiuæ aues Liuio ſunt, quas videmus æſtate, hyeme non videmus, cùm vel lateant, vel autumno hinc auolent in diuerſas plagas. ſic enim ſcribit, *Nec, ſicut æſtiuas aues, ſtatim autumno tecta ac receſſum cir-* Lib. 5. ab vrbe cond.
cunſpicere. Herba ſolſtitialis apud eundem comicum, herba eſt quæ æſta- Plautus Pſeu-
te creſcit, & propter anni vaporam mox exareſcit: eius etiam in Auſonio dulo sc. Si ex te.
eſt, niſi fallor, mentio. Apud hunc comicum in Aſinaria eleganter per tranſlationem dicitur, *lectus eſt illix.* ducta eſt enim metaphora ab aucupum Plaut. Aſin. sc. vnum iſtorum.
auibus, quæ alias illiciunt, vocantúrque à Græcis παλεύτριαι. Itaque lib. x. Plinij lego contra auctoritatem librorum, *contra aucupis illicem exeunte in* Lib. 10. c. 33.
prælium duce totius gregis: præſertim cum ab Ariſtotele ſcribatur θηρευτής. apud eundem comicũ in Ciſtellaria lego, *Niſi pedato tertio omnes afflixero.* Cato, *Igitur tertio pedato bellum nobis fecêre.* Nonius interpretatur repetitu, Non. in Pedato.
acceſſu, vice. explicari tamen poteſt impetu, ingreſſu, incurſu. à vetere critico explicatur τρίτῃ περιόδῳ. Ne autem alienum mihi vendicem, videor de Gulielmo Peliſſerio Epiſcopo audiſſe, ita, vt emendaui, in Plauto legendum eſſe.

Aſſa, topiarij, facere topiariam, Cicero emendatur.

CAPVT XXXIX.

Lib. 3. epiſt. ad Q. Fratrem quod ſcribitur aſteriſco notatum pro Epiſt. 1. lib. 3.
imminuto & vitiato, *Nunc hoc vel honeſtate teſtudinis, vel valde boni æſtiuum locum habebit:* integrum inuiolatúmque credidero, ſi pro æſtiuum, æſtiui legatur: æſtiuum autem, cubiculum & diætam locúmque qui æſtati tranſigendæ aptus ſit, elegantiſſimè dicit. Cæterùm vtrobique *vel* non disiungentis accipio, ſed affirmantis, quod ſingulare in eo genere ſolet frequentius vſurpari: ſed cùm affeueranter bis loqui vellet, congemina- Ibid.
uit. ibidem ſcribitur, *In balnearijs aſſa in alterum apodyterij angulum promoui.* hic aſſa quæ ſint quæritur: Ego, etſi de balnearijs agitur, eſſe puto tamen laconicum, ab aſſando. Id è dialogo Adriani imperatoris & philoſophi Epicteti intelligetur, in quo ſcribitur: *Prima cella tepidaria vnctuaria, infans natus perungitur. Secunda cella ſudatoria, pueritia eſt. Tertia cella* Cap. 10. li. 5.
aſſa, perferentaria iuuentus. Quarta cella frigidaria, ſenectus. Sed & Vitruuius Epiſt. 1. lib. 3.
tepidario laconicum & ſudationes coniungit. Lego autem, *eſſet ſubiectum*

cubicu-

cubiculis, non, vt editur, ſub tectum cubiculi. Lego etiam, *palæſtra & ſilua vindicata*, id eſt liberata, purgata, vt amœnitatẽ habeant. In antiquo Memmiano eſt virdicata, vnde facultas emendãdi data: etſi, ante quàm vidiſſem, ita quoque mihi emendarã: ſed ſententiam cõfirmauit affinitas ſcripturæ, & mihi pro teſtimonio viſa eſt. Quod ait, *Topiariũ laudaui*, de homine non de loco interpretor, qui locum opere topiario ornarat: vt & ſupra. *Nicephorum villicum tuum ſane probaui.* opus autem topiarium nomẽ habere videtur à topijs, id eſt funiculis vt Heſychius interpretatur. Nam funiculis in eo opere opus eſt, vt lentæ cequacéſque ederæ & virgæ vinctæ, loco ſe teneant, nec reſiliant, ac cùm palliatos dicit topiariam facere, intelligit Græcas ſtatuas, quæ habitu cultúque Græco poſitæ erant in intercolumnio ambulationis. quiſpiam enim exiſtimare potuiſſet ab eis illud opus topiarium factum fuiſſe ex edera. *Balbum*, inquit, *in oculis fero*, valet chariſſimum habeo, eúmque ſemper videre videor: vel in chariſſima parte, vt chariſſimum mihi gero: quid enim oculis charius eſt? & vt ſenſum interpunctionis collocatione deperditum reſtituam, *quòd Cato non valebat, adhuc de pecunijs repetundis non erat poſtulatus*, lego. Cato enim ſi valuiſſet, apud eum Gabinius iam poſtulatus fuiſſet repetundarum. hæc partim explicabamus, partim corrigebamus in ea Ciceronis epiſtola, quę vt exigua ſint, tamen ſat ſcio, non deerit, qui ijs ſuum laborem alleuatum eſſe non ſit ægrè laturus. Illis qui ſine cortice natant, nos ſirpeam ratem non inducimus: virtute ſua valent, vt pingue ſolum: vt eorum potius luxuria ſit cohibenda, quàm excitanda fæcunditas.

Epiſt.1.lib.3.

Carbaſus, caput fluuij apud Maronem, biremes, rumore ſecundo perpetuum tergum bouis, in nodum, in plumam, obſitus æuo, pelagi extrema ſequi. CAPVT XL.

DII fluuiorum & maris cæruleo veſtitu ab antiquis pingebantur, capite arundine tecto: ex qua conſuetudine Maro ſcripſit ornatiſſimis verſibus de Tyberino,

8.Æn. *— eum glauco tenuis velabat amictu*
Carbaſus, & crines vmbroſa tegebat arundo.

Patercu. lib.2. Sed & de Planco Glaucum deum marinum ſaltãte hęc ſcribit Paterculus, *Cùm cæruleatus & nudus capútque arundine & caucam trahens, genibus innixus Glaucum ſaltaſſet in conuiuio.* Carbaſus autem genus eſt lini, quod Græ-

Pauſan. lib.1. ci κάρπασον vocant, quod negat Pauſanias igne cõſumi, ὃ οἱ, inquit, λίνου καρπασίου θρυαλλὶς ἔνεστιν, ὃ δὴ πυρὶ μόνον λίνον οὐκ ἔστιν ἁλώσιμον. Eius ſuccus inter vene-

Dioſc. lib.6. cap.13. na numeratur à Dioſcoride & à Paulo. è carbaſo texebantur tenuiſſima vela.

vela. *— celſis caput vrbibus exit,* 8.AEn.
de fonte fluuij intelligendum arbitror ex editiore Ethruriæ parte exeunte. Nam capita fontes amnium vocari non eſt infrequens, quæ & ſacra ſunt. fauet huic interpretationi, quod non ita longè ſubijcit Maro:

— quocunque ſolo pulcherrimus exis.

Corniger heſperidum fluuius regnator aquarum,

ex eo dicitur, vel quòd ſe fluuij in brachia, vel partes, vel oſtia, quæ cornua vocantur, diuidunt, vt *— Rhenúſque bicornis*: vel ob mugitum, quòd è queſtionibus Ariſtotelis diſcimus, in quibus quæritur, διὰ τί ἐν τοῖς ἕλεσι τοῖς περὶ τοὺς ποταμοὺς γίνονται οἱ καλούμενοι βύμμυκοι, οὓς μυθολογοῦσι ταύρους ἱεροὺς εἶναι τοῦ θεοῦ. *— Gemináſque legit de claſſe biremes,* Ibid. Ariſtot. in Problemat. ſect. 25. quæſt. 2.

cùm ſcribit Maro, ad poſtera retulit tēpora. Nam Æneæ ætate nondū triremes vel biremes erant. Maxima Iuno quæ ſit quæritur. ego reginā puto, ad diſcrimen aliarum Iunonum, vt Iunonis infernæ, quæ Proſerpina eſt, & Iunonum, quas mulieres ſibi adoptabant, vt Genij in viris appellabantur. 8.AEn.

Ergo iter inceptum celerant rumore ſecundo.

cùm ſcribit Maro, negotium exhibet grammaticis. ego exiſtimo Maronem dicere Troianos lenitate fluminis, & monſtro albæ ſchrophæ exhilaratos, lætis & ſecundis ominibus & acclamationibus iter inceptum vrgere. Rumorem enim ſic vocat hîc & omina ſignificat: vt apud veterem poëtam. *Soluere imperat ſecundo rumore aduerſáque aui.* Quemadmodū Homerus non tam ſtudet elegantiæ epularum, quàm copiæ, ita Maro eius exemplo ſcripſit. *Perpetui tergo bouis*, quod eſt totius bouis, quàm longus erat. In quo tamen perpetui pro perpetuo dixiſſe cuipiam videri poteſt, cùm præſertim Homerus dixerit, Ibid.

Νώτοισι δ' Αἴας διηνεκέεσσι γέραιρεν,

ſed id eſt, ſolidis, longis, porrectis, totis. Semihominem Cacum Maro vocat, vt ſemiferum. Nam infra ſcribit,

— villoſáque ſetis Pectora ſemiferi. Ibid.

corripit in nodum dicitur, qua forma Maro dixit,

Exciſum Euboicæ latus ingens rupis in antrum. &, 6.AEn.

— quem pellis ahenis 11.AEn.

In plumam ſquammis auro conſerta tegebat.

In nodum igitur valet, in nodi modum. Quid eſt in menſam libare? nempe religionis cauſa de patera, priuſquam bibas, in menſam, quæ opinione veterum ſacra erat, & tanquam quædam ara, aliquid de vino effundere: quod Græci λείβειν & σπένδειν dicunt. 8.AEn.

— Non te rationis egentem Ibid.

Lernæus turba capitum circunſtetit anguis.

in hanc ſententiam interpretor, vt in magno terrore & periculo cùm de gradu mentis deijci ſoleamus atque perturbari, nihil tale eueniſſe Herculi dicat, nec tanti ſerpentis terrore amentem metu fuiſſe. ſic inopes cōſilij perturbatíque & qui apud ſe non ſunt, amentes dicuntur, vt apud Catullum,

Catul.Epig. 48.

Nihil eſt ſuper mi quod loquar amens.

atque id quidam nos antè etiam attigimus.

8.AEn.

— Ibat rex obſitus æuo,

more veterum dixit, qui obſitum pro pleno vſurpabant, ex eo quod locus frugibus obſitus aut ſentibus, ijs plenus eſt. inde illud eſt Terentij,

Eunucho act. 2.Sc.2.

— pannis anniſque obſitum.

Lib.2.

ſed & conſerere in eadem re ponebatur, Lucretius,

— & lumine conſerit arua,

Plaut.Menæchmis sc.

id eſt complet, opplet: & Plautus, ſenectute conſitum etiam dixit.

Vt ætas mea.

8.AEn.

Me pulſum patria, pelagíque extrema ſequentem:

opinor valere, me nauigationem in longinquas & vltimas terras procul domo parantem: vt pelagi extrema audiamus, extremas & longiſſimè remotas eius partes: quem ſenſum, cùm & aptiſſimus ſit, & vim verbis nullam afferat, non poſſum non probare. Nam quæ primarij afferunt grammatici & coactam habent & affectatam ſententiam.

Emendatur Suetonius & Pomponius Mela, ſpeculator, ſpeculatoria caliga, ſpiculatoria. CAPVT XLI.

Sueto.in Galba cap.6.

QVOD apud Tranquillum in Galba poſitum eſt, *à Caio Cæſare ludis ſubſtitutus.* aſtipulatione veterum librorum non nititur, in quibus *lici*, non ludis legitur: vt extra controuerſiam ſit ex reliquijs vocis eliſæ & contritæ legendum, *Getulico*: quod & trochaicus qui ſubiungitur comprobat, & è Dione in Caligula intelligi poteſt. Inquit Tranquillus,

Cap. 20. in Galba.

Galba cupide fruaris ætate tua.

Melius blattarius Tranquillus.

Galba Cupido fruaris ætate tua.

Senex, qui pulcher etiamnum videri vellet, per irriſionem Cupido, id eſt bellus & formoſus ilocaliter appellatur. Non eſt autem dubitandum, quin locus, quem ſubſcribam, legendus ſit, vt à me ponetur. *Ac ſubinde Alexandrina nauis Dertoſam appulit armis onuſta.* nobilis enim eſt vrbs Hiſpaniæ Dertoſa. hodie in Tranquillo detorſa edunt vitioſiſſimè: hæc quoque vrbs è Pomponij libris delita eſt, in quibus legendum eſt, *Iberus Dertoſam attingit*: deorſum hodie edunt. In Othone, pro *foribus adapertis*, reperirio in libris lucifugis, foribus adopertis, quod eſt clauſis, quam lectionem con-

Cap.10. in Galba.

Lib.2. in deſcript. Hiſpan.

Cap.11. in Othone.

confirmat quod mox ſequitur *irrumpentibus*, quòd fores clauſæ eſſent. nihilo ſecius & pro, *& celeriter apud Veliternam (ita præceperat) funeratus*, reperio: *& celeriter (nam ita præceperat) funeratus*: quod & elegantiæ & ſententiæ ſatisfacit, vt illud *veliternam*, quod in hanc viciniam immigrauit, exturbandum putem non iniuria. Quæ in Vitellio Vitellia dea ab eo nominatur, à qua quoſdam nomen & genus Vitelliorũ deduxiſſe dicit, alia eſt, quam Arnobij Vibillia, quæ, niſi me memoria fallit, dicitur fuiſſe dea viarum, atq; ab eo errore earum homines liberaſſe. Ingentem patinam ſuam clypeum poliuchi Mineruæ appellabat Vitellius, quod patina illa magnitudinem ſcuti Mineruæ, quam Athenis fecerat Phidias, æquaret. Cum autem illa Minerua coloſſæa eſſet, amplitudinémque xxvj. cubitorum æquaret: eius etiam immanis clypeus erat, multis & operoſis celatus argumentis: vnde & patinarum paludes Vitellij memoriæ Mutianus exprobrauit. Pro *lactes è Carpathio*, quod equidem damnare mihi nefas puto, vt & ſubticere auctoritatem veterum librorum eámque ſupprimere: igitur pro è Carpathio, in librorum antiquitatibus, *è Parthia vſque*, inuenio: &, *ſacrorum ſacrorum iocinora*. quibus piſcibus ſacri nomen attribueretur ſcribit Athenæus. ſcarum etiam Romani deperibant adeo, vt eum Iouis cerebrum dixerit Ennius: erant & quidam in lacubus & piſcinis fortaſſe dijs ſacri: etſi fieri poteſt, vt optimi libri ſcriba iterauerit vocem antecedentem elemento vno traiecto. Ita enim è ſcarorum fit ſacrorum, omninóque ſcarorum & è Carpathio ſinceriora cenſeo. Lego ibidem, *reducto coma capite*, quod eſt apprehenſa coma capite retracto & reſupinato. quin & continuò in optimis duobus libris pro, *mento mucrone gladij ſubiecto*, exaratum eſt, *mento mucrone gladij ſubrecto*: quòd ſcilicet ſub mento eſſet rectus gladij mucro, quo mentum erigere vultúmque cogebatur Vitellius. In Caligula quæ ſpeculatoria dicitur caliga, eam eſſe ſpiculatoriam exiſtimo. Nam etſi inter ſpeculatorem & ſpiculatorẽ multum intereſt, tamen interdum ſic mutatis elementis pronuntiabant. ſic in euangelio Græco ſpeculator eſt ſpiculator. Suidas σπεκουλάτωρος τῦ δορυφόρυ. ſpeculatoriam autem caligam, ſpiculatoriam Tertullianus de Corona militis appellat, id eſt caligam militarem. eius verba ſunt, *ſpiculatoriam moroſiſsimam pedibus abſoluit.* ſic here & heri ſine diſcrimine in auctoribus reperimus. Hoc totum caput carum eſſet cyatho nebulæ. In apinis igitur & tricis numeretur, ac ne quis licitator ſe deceptum eſſe clamet magna indicaturá, non pluris licet quàm dixi.

Cap. 1. in Vitellio.

Arnobius lib. 4.

Cap. 13. in Vitellio.

In Vitell. cap. 17.

In Caligula cap. 52.

Ges clithrum, monocoli, ſtruthopodes, ſtruthocephali, Trogodytæ, protelum. CAPVT XLII.

SPECVS illud vnde ſpirare Aquilonem Plinius dicit, & geſclithrum Plin. lib. 7. cap. 2.

vocat, duobus diremptum distinctúmque vocabulis, γῆς κλεῖθρον, id est terræ claustrum censeo appellandum. Nam etsi barbara in regione erat, tamen Græci ei de sua lingua nomen indiderant, vt & plurimis, linguæ suæ ambitiosè semper fauentes. Non dubito autem quin carioforum librorum fidem musteis editionibus anteponere in eodem auctore debeam, & Cap. 2. lib. 7. potius Isigonum Siccensem facere, quàm Nicæensem: quorum ego & testatione Pharmacum gentem quàm pharnacum scribere maluerim, adiuuante etymo virosi venenatíque corporis, vt in diuersam esse deprauatum formam nomen mirer, astipulante tam noto omnibus veriloquio. *Vt* cap. 2. lib. 7. *sagittis superiaci nequeant*, iisdem pluteariis libris credo verum esse, quod in superari immutantum est libidine correctorum, quæ fastidit, exterminante. Itaque laboramus in reuocandis ab exilio vocibus, quas exegerunt Plin. lib. 7. nulla rogatione, nullóq; plebiscito. Equidem & qui monoscelli eduntur, Cap. 2. in eodem auctore, denuntiatio testimonio antiquis chartis, facilè obtinebo apud eos, qui instrumentorum vetustati aliquid tribuunt, monocolos appellandos, quasi vnimembres, cùm præsertim κῶλα sæpe crura Græcis significent, alioqui μονοσκελεῖς dici potius quàm μονόσκελοι deberent. eodem modo in Solino censeo scribendum cap. 53. vbi hodie monoculos omnes libri scribunt: eius verba sunt, *Legimus monocolos ibi quoque nasci singulis cru-* Ibid. *ribus, & singulari pernicitate*. Plinius fœminas paruis ibidem pedum plantis struthopodas vocat, veluti passerini pedis: sic Themistius struthocephalos minimi & passerini capitis, in paraphrasi Physicorum vocat, vt à me vterque sciptor interea etiam declaretur. Est enim nota exiguitas passeris, & eius pedum ac capitis paruitas. Hoc etiam testatò veréq; affirmare possum, *Spithamæi Pigmæíque*, in peruetustis scribi libris, quasi Spithamæi idem populi diuersis vocibus appellentur, quod malui scribere, quàm silentio inuoluere. Trogodytas autem perpetuò in antiquis libris reperias, cum Troglodytas semper edant: & tamen cùm vtrunque æquè Græcum sit, ac Trogodytas etiam agnoscat Hesychius, qui τρώγας foramina interpretatur, eo fretur defendam veteres membranas. Illud & in authenticis sic exaratum constanter reperi, in quo tamen meam non adstringo fidem, vt secundum ipsum potius, quàm secundum scripturam vsitatam legem Cap. 7. lib. 7. agenti possessionem dandam adiurem: *Tu cuius semper tinctoria est mens*, id est cruenta & crudelis excuditur, *in victoria*. rem grammaticis disce- Plin. lib. 18. ptandam relinquimus. Licet enim à nostris subsellijs prouocare. addam & cap. 18. libro xviij. vbi de arandi disciplina differitur, procellos pro protelis con- Lib. 9. cap. 15. taminatissimè scribi. Nam sic concipitur in antiquis libris scriptura, *protelis binis terníque sic arant*. Hoc quoque vocabulum lib. ix. vt me docuit erudisimus Episcoporum Gulielmus Pelisserius in oppidi nomen

mutatum eſt, quod emendatores metati in Germania condiderunt Liſboum. Sic autem legendũ, *protelis boum & in Danubio Mario extrahitur.* Lucilius hoc verbum apud Nonium vſurpat, *Quem neque Lucanis oriundi montibus tauri, Ducere protelo validis ceruicibus poſſent.* vbi ducere protelo, eſt protelare, promouere, potrahere: & in Plinio protela boum, ſunt boũ tractus. Antiquus criticus protelum explicat ἕκλαμπρον. Hæc primitiarum quarundam ritu è fœcundiſſima ſegete demeſſa ſtudioſorum choro offerimus, quæ vel eo nomine boni coſulere debẽt, quòd cùm diuis bonã voluntatem etiam ſine thure approbare ſoleamus, hæc quantulacunque, præter bonam erga ſtudioſos iuuenes propenſamq; voluntatem noſtram, eis liberaliter erogata, in bonam potius partem accipienda ſunt, quàm vel improbanda vel recuſanda.

Apud Non. in Protelare.

Vendere trans Tiberim, tranſtiberina cutis, lex xij. tab.

CAPVT XLIII.

QVOD apud Gellium ſcriptum eſt, *tertijs autem nundinis capite pœnas dabant: aut trans Tiberim peregre venum ibant,* eo ſingnificari puto legem & conditionem venditionis iniquiorẽ, vt extra fines, qui vẽditus eſt, ſeruiat, non in agro Romano, cùm tranſtiberina regio extra agrum Romanũ propriè dictum eſſet, & in eo genere agri, qui peregrinus habebatur, cenſeretur, & iam Etruriæ attribueretur. atque hoc venditionis genus atrocius erat & durius, quod Græci πωλεῖν ἐπ' ἐξαγωγῇ dicebant, quod erat hac conditione vendere, vt extra fines mancipium educeretur & ſeruiret. at verò eius tranſtiberinæ regionis, quæ vrbis pars erat, magnam ferè partem Iudæi, qui Romæ ſe infuderant, occupauerant: quod quodam loco à Philone in Gaium, recordor relatum eſſe. Quinetiam quòd illa verbis pars, vt reor, eſſet infrequentior, minúſque culta, & à Iudæis ignotis, & omnibus inuiſis, humilíque & ſordida plebecula tantum incoleretur, ferè in ea pleraque viliora immundiora & ſordidiora fiebant, & adminiſtrabantur, pelléſque animalibus fætidæ deripiebantur. hinc illud Martialis, *Et detracta cani tranſtiberina cutis.* & Iuuenalis, *nec te faſtidia mercis Vllius ſubeant ablegande Tiberim vltra.* qui ſulphurata vendebant eam etiam partem habitabant, Martialis.

Gell. cap. 1. lib. 20.

Lib. 6. epig.

saty. 14.

Lib. 1. epig. 98.

Hoc quod tranſtiberinus ambulator,
Qui pallentia ſulphurata fractis Permutat vitreis.

Cæterum legem xij. tab. à Gellio relatam ſic lego, *ſi in ius vocat, ſi morbus æuitáſué vitium eſcit, qui in ius vocabit, iumentum dato: ſi nolet, arceram ne ſternito.* illud eodem capite, ſic ſcriptũ reperio, *ſi cui probaretur clientẽ diuiſui habuiſſe.* hodie de riſui editur, nec à me mehercule deridetur, ſed diuiſui ha- Cap. 1. lib. 20.

bere erit quæſtui habere, & cum altero diuidere. libet & verba legis xij. tab.referre paulò incoruptiora quàm vulgò proponi ſolent: quanquam quis ea ſibi non putauit eſſe ſuo more & inſtituto corrigenda? ſua cuique placent,& hoc in genere ſcribendi nemo parum ſapere ſe putat, vt nec in verſu condendo quiſquam ſe malum poëtam cenſet. qui tamen præter hęc in cenſum nihil defert aut dicat;me iudice proletarius & capite cenſus habendus. *Ni iudicatum facit,aut quis endo eo in iure vindicit, ſecum ducito: vincito aut neruo aut compedibus,quindecim pōdo ne minore,aut ſi volet maiore vincito.* & non longè in eadem lege. *libras farris endo dies dato.* Endo dies, pro in dies dictum eſt antiqua conſuetudine: vt vindicit, pro vindicet. libri edunt,vim dicit, quaſi qui vindex eſſet, diceret iſta vis eſt, & reum liberaret, non deeſt, qui vindex eſt, legat.

Terque Neptunus apud Catullum, Marij aperti, Acra, foſſa Liguris, terra aperta CAPVT XLIIII.

CVM de Sirmione Catullus ſcribit,

—Quaſcunque in liquentibus ſtagnis
Maríque vaſto fer vterque Neptunus.

quæſitum eſt,qui ſit vterque Neptunus?ac probabilis eorum eſſe videtur ſententia,qui mare ſuperum & inferum,quibus Italia cingitur, interpretãtur. verius tamen fortaſſe videri poteſt, cùm ſignificet Neptunus eam vim quæ humori præeſt,vt vtrunque Neptunum intelligamus,& eum qui dulcibus,& eum qui ſalſis aquis imperat. Sic enim Sirmio inſulis & peninſulis omnibus maris & fluminum & lacuum anteponetur. huic expoſitioni fauent Catulli verba,qui & liquentium ſtagnorum, & maris mentionem facit. Legendum autem in Catullo fortaſſe fuerit, [Epig. 25.]

Quæ ſanctum Idalium Marióſque apertos, [Epig. 34.]

cùm ſynæreſi. Nam Stephanus Marium vrbem dicit eſſe Cypri, quæ mutato nomine ſit Arſinoë vocata. In Arſinoë autem, Veneris erat templum & lucus: ſed & Plinius Marium cum Idalio coniungit. quod autem Arſinoën à Mario ſeparat à Stephano non diſcrepat. Nam, vt Strabo narrat, duplex eſt Arſinoë in Cypro. ſed cur apertos dicit? an quòd in planò ſint? an verò potius, cùm, vt Catullus ipſe ſcribit, & Maro, *Dea tollit in altos Idaliæ lucos*, Idalium frondoſum ſit, Marium, etſi lucum vnum habebat, tamen locis circa cultis & frumentarijs & nudis patebat? Nam cùm arbores ſpinę, vepres, exciduntur, locus aperiri dicitur. Cicero, *Immiſſi cum falcibus multi purgarunt & aperuerunt locum.* ſed & aperta ſunt, quæ Grçci ψιλὰ vocãt, quę δασέσιν opponuntur. Iuuenialis quoque ſcribit, *Terræ quis fructus aperta?*

[Cap. 30. lib. 5.] [Strabo lib. 14.] [1. AEn.] [Cic. Tuſc. 5.] [Iuuenal. Saty. 7.]

agrum frumentarium intelligens. Cùm tamen in Cypro Acra sit phano Veneris nobilitata, nõ desit fortasse, qui Acrios legat: sed & Venus Acria, Hesychio auctore, dicebatur. Oppidum etiam Cypri est Golgi, cuius eodem epigrammate Catullus meminit,

Colis quæque Amathunta, quæque Golgos. Epig.34.

Meminit & Lycophron τέταρτοι γαῖαν ἵξονται θεᾶς γόλγων ἀνάσσης. inde Venus cognomento Golgia auctore Stephano dicebatur. Cùm autem scribit Catullus, *In fossa Liguris iacet superata securi,* Epig.17. neque nouatio Politiani quibusdam placet expernata vel suppernata legentis, neque eorum hominum interpolatio, qui Legeris emendant. vixdum enim ea tempestate Ligeris Cæsare res in Gallia gerente Romanis hominibus notus erat. Liguris autem cur legam facit Strabo, qui Liguriam scribit abundasse nauali materia proceráque, quam ad emporium Genuam deuehere solebant, & fortasse Romam vsque. Strabo lib.4.

Hilaria, da lunæ nouæ, luna nascens, apud Flaccum.

CAPVT XLV.

IVNGENTVR, inquit poëtarum princeps, *iam gryphes equis:* nos enim 8.Eclog. hoc capite dissimilia & diffidentia penitus iungemus, & vt quicque succurret adpingemus. Inquit Vopiscus, *Hilaribus, quibus omnia fæsta & fieri scimus & dici.* Vopiscus in Aureliano. hîc quæ sint Hilaria quærendum esse videtur: ego existimo fuisse Matris deûm ferias, quæ principio veris celebrabantur maxima populi lætitia, & nobilissima pompa, quouis è populo insignia cuiusque dignitatis mentiente atque simulante liberè & impunè, vt internosci magistratus à simulatore plerunque non posset, vt ab Herodiano in Commodo discribitur. sed quia in eo tamen Hilariorum nomen desideratur, quod ille non appellauit, suo ex alio scriptore titulo reddendum est. Maximus igitur D. Dionysij interpres de Hilaribus ita scribit, ἦσαν τινες ἡμέραι τοῖς εἰδωλολάτραις, ἃς ἱλαρίας ἐκάλουν, καὶ αἱ μὲν ἦσαν ἴδιαι καὶ ἱλάριοι, ὡς ὅταν τις ἔγημεν ἢ υἱὸν ἐκτήσατο. αἱ δὲ κοιναὶ καὶ δημόσιαι ἱλάρια ἐκαλοῦντο, ὡς ὅταν βασιλεὺς ἀναγορευόμενος τὰς δημοσίας ἱλαρίας παρεῖχε, καὶ ὅυτε πένθιμα ἐν ταύταις φορεῖν ἐξῆν. ἀλλὰ καὶ θέαι καὶ θυσίαι καθ' ἑκάστην ἡμέραν διετελοῦντο δημόσιαι, καὶ οἱ πενθοῦντες ἐπαύοντο, καὶ ἐθεώρουν, καὶ ἐν εὐωχίαις ἀπαύστοις διῆγον τὰς ὡρισμένας ἡμέρας ταῖς τοιαύταις ἱλαρίαις. ἦν δὲ ἱλάρια ἑορτὴ ἰδικὴ Ῥωμαίων εἰς τιμὴν τῆς μητρὸς τῶν θεῶν αὐτῶν, μᾶλλον δὲ δαιμόνων, ὡς φησὶ Δημόφιλος ἐν τῷ περὶ τῶν παρ' ἀρχαίοις θυσιῶν. Quod mox adiungam non magis assimile erit, quàm Indo Scytha cùm Horatius scribit. Od.19.lib.3.

Da lunæ properè nouæ,
Da noctis mediæ, da puer auguris
Murenæ.

Tres cyathos vini petit ſibi dari. Puerum enim ad cyathum habebant, qui quot petebant cyathos vini, admetiebatur in poculúmque fundebant. ſic & Græci quos Flaccus videtur imitatus eſſe, cyathos ſibi nomine eorum miſceri petebant, quos charos habebant. Alexis apud Athenæum παῖ τὴν μεγάλην δὸς ὑποχέας φιλίας κυάθων τῶν παρόντων τέτταρας, τοὺς τρεῖς δ' ἔρωτος, προσαποδώσεις ὕστερον καὶ ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως νίκης καλῶς, καὶ τοῦ νεανίσκου κύαθον δημητρίου, φέρε τὸν τρίτον φίλης Ἀφροδίτης. Lunæ autem nouæ (nam ne hoc quidem omittendum eſt) cyathum poſcit, quòd menſis Calendis veſperi epuletur, quæ feſtę ſemper erant. Menſes enim luna olim ducebat, primáq; primus menſis dies habebatur: poſtea tamẽ ad curſũ ſolis ex Iuliani anni correctione exacti ſunt, quod tametſi obtinebat Horatij ætate, tamen ijs è prima & naſcẽte luna menſis principium, vt mihi videtur, lib. 3. carminum, intellexit, cùm

od. 23. lib. 3. ait, *Cælo ſupinas ſi tuleris manus Naſcente luna ruſtica phidile*: quod eſt, ſi Calendis deos precibus & ſacris placaris. Quod autem ait, *Da noctis mediæ*,

od. 19. lib. 3. id verò facit, quia & lunæ meminerat, & ad mediam vſque noctem epulari decreuerat, & Nox ritu Romano dea cenſebatur, vt ex alio conſtat loco,

od. 28. lib. 3. *dicetur merita Nox quoq; nænia*. Auſonius autem, vt antè diximus, cauſa ſubaudiebat.

Atticos tettix, modius, Marcipor, exhedra, gerres,
Marci municeps, veru natum vete.

CAPVT XLVI.

E' Nonio & alijs multa cuiuſquemodi hinc & inde colligere lubet, & his tanquã varijs plumis hoc tumultuariũ opus concludere. Varronis à Nonio citatur Satyra nomine atticos tettix. ſic enim ei ſuum reddimus titulũ, quem obliuioſa & inuida vetuſtas pene deleuit. nomen autem vt conijcio, habebat iſtud ea fabula ex eo, quòd Athenienſes priſci indigenas indicare ſe volentes, capillos inuolucro & redimiculo comprehenſos cicade morſu loco fibulæ nectebant, & nodabant. Quare Maro ſcripſit,

In Giri. *Ergo omnis cano reſidebat cirra capillo,*
Aurea ſolenni comptum quoque fibula morſu,
Cecropiæ tereti rectebat dente cicadæ.

Exemplaria, veluti mali nomenclatores, hanc Satyram antiquoteti perperam appellãt. Erat & Marcipor Satyra eius in qua, vt ſuſpicor, de ſeruitute diſſerebat & herili imperio, veteréſque laudabat, qui clementer & humanè ſeruis imperabant, quos paucos & dominorum gentiles habebant: cõtra homines ſuæ ætatis reprehendebat, qui tot agmina, tot legiones, vt ita dixerim, potius quàm familias ſeruorum habebãt, quibus aſperè & ſæuiter imperabant. Inſcribebatur & eius quidam liber caprinum prælium, in quo de voluptate, vt coniectura eſt diſſerebat. qua enim alia de re hirci & capri pugna-

pugnarent atque contenderent? præsertim cùm hoc pecus lasciuium sit & petulans & voluptatem auidissimè sectetur. Inscribebatur quædam satyra Modius, Est autem modius Græcè χοῖνιξ, in ea disputabat de modico victu cultúque, & parsimonia & hominum tanquam demenso. Quæ gerres à Martiale vocãtur, quando hoc verbum scio multis exhibere negotium, ab antiquo critico explicantur μαινίδες: quæ à Cicerone exhedra vocatur ab eo etiã explicatur ala & schola: eius verba sunt, *ala* ἐξέδρα καὶ σχολή. Qui apud Ciceronẽ vmbilici nominantur in libris de Oratore, calculi sunt littorales vmbilici puellaris specie, è lato se in acutũ quadam clauicula fastigantes, quos veneris vmbilicos quidam vocant. à vetere critico sparsio, quod prætermittendum non duxi, explanatur, κρόκος ῥαινόμενος. Fuit & Varronis Satyra nomine, Ve victis περὶ φιλονεικίας, in qua de rexis contentionibus & iurgijs certaminibúsque hominum disputabat. extat titulus apud Nonium, quem leuiter explicare tentaui potius quam potui. alusum videri eo titulo potest ad id quod Brennus dixerat, ve victis. Erat & liber nomine, Columnę Herculis, περὶ δόξης, vbi de laude & gloria tractabat. Conijcere causam in Afranio apud Nonium est causam agere. *Causam,* inquit, *conijcere hodie apud te volo.* sed quidnam est quod in prima Apuleij apologia legitur, *eoclis catharino*, ego è Diogene Laërtio: *sed suspectus est Empedoclis catharmos*, legendum esse affirmo. Quid est in Apocolocynthosi Senecæ, *Marci municipem vides?* nubecula enim quadam locus iste fuscatur, vt non satis perspiciatur. ego existimo significari Claudium non verum germanumque Romanum esse, sed inquilinum, quales erant municipes Ciceronis qualísque Cicero ipse erat, quos tamen contendebat veros esse Romanos cùm municipibus diceret duas esse patrias vnam loci, alteram iuris. Claudius autem Cæsar non Romæ, sed Lugduni natus fuerat. Quidnam est quod à Plauto scribitur in Rudente? *Nanque hoc quidem vere natum est verum, ita in manibus consenescit.* ego eum cauillari & ludere, vt in floribus & fructibus vernis, qui fugaces sunt & in diem arbitror, cùm æstiui fructus & autumnales sæpe in totum durent annum. Igitur rubiginosum veru dicit more florum vernorum in manibus consenescere. sed hoc capud corio pantheræ magis varium magísque maculosum hîc tandem desinat, & hoc opus denique nugandi finem faciat.

Lib.3.Epig. 35.

Cic.2.de Orat.

Apud Non.in Conijcere.

Senec.de morte Claud.Cæs.

Plaut.Ruden. Sc. Numquam ædepol.

LIBER XXIIII. FINIS.

ADRIANI TVRNE-BI PHILOSOPHIAE, ET GRAE-CARVM LITERARVM REGII PRO-FESSORIS, ADVERSARIORVM

TOMVS TERTIVS,

LIBROS SEX CONTINENS.

Additi sunt indices duo, vnus locorum qui in auctoribus explicantur, aut emendantur, alter rerum & verborum.

AD CHRISTOPHORVM TVTHAEVM, SENATVS Parisiensis Præsidem primum.



PARISIIS.

Apud Martinum Iuuenem, via S. Ioannis Lateranensis, ad insigne Serpentis.

M. D. LXXIII.

EXTRAIT DV PRIVILEGE DV ROY.

IL est permis à Martin le Ieune, libraire & imprimeur en l'vniuersité de Paris, d'imprimer ou faire imprimer vn liure intitulé, *Adriani Turnebi Philosophiæ, & Græcarum literarum Regij professoris, Aduersariorum Tomus tertius*. auquel i'adiousteray cy apres le premier & second tome corrigez, annotez, & apostillez au marge des lieux y citez. Defendant à toutes personnes, de quelque estat qualité ou condition quil soit, de n'imprimer ou faire imprimer, vendre ne distribuer, autres que ceux que ledict le Ieune aura imprimé ou faict imprimer, pendant le temps & terme de six ans finis & acomplis, sur les peines arbitraire: contenues aux lettres de priuilege. Donné à Bloys le 15. iour de Feurier 1571.

PAR LE ROY.

Maistre Iean du Bourg maistre des requestes ordinaire de son hostel present,

Signé Langlois.

CHRISTOPHORO TVTHÆO SVMMO Parisien. Senatus Præsidi, Adr. Turnebus fil.

S. P. D.

Cvm hunc literarium posthumum fœtum, immaturo abortu relictum, nec ab auctore patre meo Adriano Turnebo iniquioribus fatis prærepto recognitum, matris tamen diligentia & patris amicorum opera, à situ, à tenebris, à sempiterna obliuione liberatum, in lucem aspectumq; hominum emersurum sciremus, Præses amplissime, Tu vnus & solus occurristi, quem ita serenum, propitium & fauentem patronum habere cuperemus, vt bona tua pace & venia, hic residuus & tertius Aduersariorum patris labor tuo nomini iampridem deuotus & consecratus, tua summa auctoritate præsidióque munitus & ab obtrectatorum malignitate defensus ac vendicatus, in studiosorum manus tandem perueniat & luce qua diu caruit, perfruatur. Ex quo si quid commodi & adiumenti perceperint docti, totum hoc tibi deberi profitebuntur, & tuæ amplitudini ac splendori gratias in perpetuum agent. Auctoris autem familia, si senserit hoc votiuum munusculum tibi non ingratum fuisse, tanta tua beneuolentia & beneficio se tibi deuinctam & obligatam in æternum prædicabit In primus Odo & Stephanus fratres mei, qui legum & iuris ciuilis studia nunc Tholosæ persequuntur, huc tandem reuersi te coràm reuerebuntur, te non tantùm in amplissimo foro, in supremo senatu, iudiciorum & sententiarum principem, legum præsidium, iuris asylum, morum institutorúmque veterum & recentium aram, æqui boníq; columen intuebuntur: verumetiam te optimum literarum parentem, præcipuum ingeniorum senio vigentium florem, clarissimum integritatis, virtutis, consilij, sapientiæ, eloquentiæ, omnis denique liberalis disciplinæ & doctrinæ specimen admirabuntur, suspicient, celebrabunt: atque tuo numine recreati, ad summum illud decus, quod excellentibus ingenijs propositum est, indies vehementius incitabuntur. Huius autem beneficij memoria meo animo illucescet magis & vigebit, atque ita in Turnebi familia,

Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt. Vale. Lutetiæ Parisiorum. 12. Cal. Ianu. 1572.

AD AMPLISS. VIRVM CHRI-stoforum Tuanum in supremo Senatu primum Præsidem.

IO. AVRATVS POETA REGIVS.

Aduersaria dum pererudita
Turnæbus pater eruditionum
Sæua colligit imminente Parca,
Conuasans velut ad noui tumultus
Signum, sarcinulasque miles aptans:
Phœnissa vel vt imminente, Troës
Syluis infabricata cùm ferebant
Raptim robora, remigesque truncos:
Sic is præproperans rudes tabellas,
Et sparsis folijs pares Sibyllæ,
Dum consarcinat, alligatque raptim:
Pars interciderat parum polita,
Quam nunc coniuge digna talis vxor
Magna sedulitate perpolitam,
Nobis auspicio tuo Tuane,
Raptas coniugis vt rogo fauillas,
Reddit: teque rogat tibi dicatos
(Qui tutor viduis Tuane & orbis
Præsens esse soles) sui mariti
Vt libros, ita liberos relictos
Cures, vindice te manere tutos.

Ιωάννης ὁ Γαρδέσιος εἰς τὸν τούρνηβον.

Ὅς ῥά σ᾽ ἐπίκλησιν καλέσει (τούρνηβε) μέλιτταν,
  κεῖνός σοι ἰδίην θήσει ἐπωνυμίην.
Ὡς γὰρ φοιταλέαις πέτεται πτερύγεσσι μέλιττα,
  πολλήν τ᾽ εἰαρινὴν ἀγλαΐην δρέπεται.
Ὡς σὺ κυκλοδρομέων μουσῶν τὸν ἀπείρονα κῆπον
  αἰόλα παιδείης ἄνθεα χερσὶ λέγεις.
Ὧν γλυκύτητα τεοῖς ἐν στήθεσσιν καταπέψας,
  τῆς γλώσσης μελιχρὴν τὴν δρόσον ἐκπροχέεις.
Καὶ δὴ ἐγὼ φωνὴν σέοθεν μελίγηρυν ἀκούων
  πανγλύκερον δοκέω λειχέμεναι τὸ μέλι.

LOCI AVCTORVM, IN HIS LIBRIS, AVT *declarati, aut emendati. Prior numerus librum indicat, posterior caput libri.*

Accii 29.1. Apud Cice. 2. de natu. deor. 26.33. Apud Noni. 28. 7. 29.28. 29.19.
AElianus 30.36. 29.18. 29.8.
AEneæ locus 27.7.
AEschyl. 27.23. Iterum,
AEschyl. & eius interpres 28.16. Iterum.
Afranij apud Noni. 29.27.
Alcæi apud Athenæ. 27.29.
Alexand. Aphrodi. 25.23.
Alpheni Iurisćon. 27.1.
D. Ambrosij 26.12.
Ammiani 27.33. 28.2. 28.26. 28.45. 29.35.
Andronicj Liuij apud Nonium 28.7.
Annij tusci locus 26.34.
Antoni. Imperator. 26.11.
Appollonij de ful mine 26. 29.
Appiani lib. 5. 27.1.
Apuleij 27.21.
Lib. de asin. au. 28.21.
1. Apolo. 29.13. Iter. Iter. Iterum.
Arati 28.30.
Arati interpretis 29.32.
Archimedis 29.18.
In libello qui dicitur ψαμμίτης 26.1.
Aristophanis 25.9. 25.29. 25.29. Iter. Iter. Iter. 28. 16. 30.10.
Bacch. 25.30.
Vespis 27.30.
Pace. 29.10.
Nubibus 29.10.
Cocalo. 29.25.
Aristidis de Baccho 28.26.
Aristotelis 25.29.
de cœlo 27.25.
in arte poëtica 29.25.
Arnob. de spad. 29.5.
Ascon. 26.24. 27.22.
de spatio vitę homi. 27.22.
in Milon. 28.3.
Athenęi 25.22. 28.24. 27.26.
de lebetibus 26.17.
Auieni 25.13. 28.30.
Aurel. olymp. 27.18.
Ausonij 1. epigr. 27.2. 27.5.
epist. 7. 27.10.
in gra. actio. 27.21.
in monosyll. 27.23.
epist. 5. 29.26.
de Narbone 30.26.
Budæi lectio 29.36.
Cæsaris lib. 1. de bell. ciuili. 30.15.
Lib. III. de bell. ciuil. restituitur 27.24.
Lib. III. Comment. 26.32.
Lib. VII. de bell. gall. 29.24.
Callimachi 26.30.
de Ioue 29.29. Iterum.
Capitolini in Antonini phil. vita 25.18.
de Antonio salio 30.24.
Catonis de re rusti. 25.19. 25.20. 26.32. 30.6. 30.7.
cap 4. 29.27.
cap. 83. 29.23.
cap. 132. 29.31.
lib 1. orig. 30.31.
Catulli 25.21. 25.22. 26. 29. 27.5. 28.21. 28.24. 28.44. 28.38. 29.35.
in Argonauticis 26.1.
Ad Coloniam 26.8.
In carm. nupt. 27.25.
de Berecynth. 29.20.
in Annal. Volusij. 30.27.
ad Ortalum 30.31.
Censorini de anno Climacterico 26.18.
cap. 22. 27.24.
Cic. 26.24.
ad Heren. 29.4.
lib. II. 29.15.
lib. IIII. 26.7. 27.12. 27. 26. 29.4. 29.15.
de inuentio. 26.29.
de oratore. 29.36. 29.21. 25.4. 26.12. 27.13. 28.42.
in iocis 28.26.
libr. III. de orator. 25.4. 25.10. 27.1. 30.27.
in Orato. 26.16.
in Bruto. 25.23. 26.3. 26. 12. 30.5. 29.36.
in Topicis 25.23. 29.24. 29.36. Iterum.
pro Quintio 25.3. 29.36.
pro Rosc. comœdo 29.36.
in Verrem 29.36.
Diui. in Verr. 29.23.
lib. 1. in Verr. 27.21. Iter.
li. III in Verr. 25.5. 27.13.
li. IIII. in Verr. 25.5. 28.4. 28.23.
lib. V. in Verr. 27.1.
lib. VI. in Verr. 28.34.
lib. VII. in Verr. 30.39.
pro lege Manil. 25.12. 29. 30. 30.36.
pro Cluentio 25.29. 29. 16. 28.34.
in Rull. 25.16. 30.17.
pro Rabirio 27.16. 28.3. 29.21.
1. Inuectiua in Cati. 30.15. II. 30.35.
pro Muren. 25.23. 28.13.
pro Flacco 30.4.
pro Arch. poëta 30.5.
post reditũ in senat. 25.25. 26.22. 28.3. 28.17.
de Aruspic. respõsis. 25.15.
pro Sextio 28.42.
pro Cœlio 26.22. 26.25. 27.23. 28.42.
in Pisonem 25.3. 28.3.
pro Milone 25.7.
in Ant. Philipp. 2. 29.13.
VI. Philipp. 26.26.
li. 1. epi fami. ad Lẽt. 28.42.
epist. ad Marium. 26.25.
epi. 1. Cęlij lib. VIII. 30.35.
lib. XVI. ad Tironem 30.7.
epist. 1. li. 1 ad Q. frat. 27.1.

ad Attic. 27. 27. 27.30.
30.19. 30.19.
I.ad Attic. 25.16.
II.ad Atti.30.13. 30.12.
V.ad Attic. 28.27. 28.28.
28.29. 30.31.
epi ad octaui. 27.30.
in Lucullo. 26.28. 30.7.
I.de finib. 25.2.
II.de finib. 28.34.
in Tuſcul. 26.1.
I.Tuſcu. 26.8. 26.18. 27.
2. 27.6. 29.19.
III.Tuſcul.25.14. 27.6.
II.de natura deor.27.4.
de legib. 2. 26.33. 29.24.
29 32.
I.offic.26.32.28.39.
II.offic.26.26.
III.offic.25.18.25.23.27.
4.29.30.
de Amicitia 28.37.
de Senectu.25.2.
de Vniuerſ.28.14.
IIII.de Rep.29 20.29.27.
VI.de Repu.26.18.Iterum.
29.2.
in prognoſticis Arateis de Fulica 25.13.
Chariſij 27.15.27.23.
Claudiani II.panegy.in ſtilic.
28.23.30.3.
lib.II.in Eutrop.29.5.
Clemen. Alexand. 25.23.
Columel.lib.VI. 29.1.27.25.
in hort.30.14.
Corn.Taci.XI.lib.25.30.Iter.
Curtij 27.16.
Democharis 25.12.
Demoſt.cõtra Ariſtog.30.10.
Diodorij 26.29.
Dionis 29 9. 30.15.
In Claud.27.19.
in Neron.27.18.
in M.Antonin. 25.18.
in Cõmod.25.17 Iter.Iter.
de Commodi ludis 25.17.
Dionyſij halic.29.31.
III.lib.25.6.
Donati in vitam Virgilij 27.
26.26.25.
In Eunuc.Teren. 27.23.
Drepani Pacati in oratione panegy 27.2.
Ennij 25.2.
Ennij locus ex Varrone 26.31.
28.11.
apud Nonium 29.28.
Epigrammat. II. 27.25.
Euclidis 26.1.
Euripidis 26.32.29.25.25.29.
Androm. 27.29.29.25.
Hecubæ 28.46.29.28.
Ex lexico vete.excerp. 27.10.
Feſti 26.26. 29.13. 30.31.26.
34.27.17.28.27.28.37.
de Sacramento 29.36.
de Ioue lapid.30.23.
de Auſpicijs 30.29.
Ex fragméto legis perue.quædam 27.21.
Fulgentij 26.10.
locus expoſi. moral. 26.21.
Gellij lib.VI. 29.14.
lib.X. 28.32.
lib.XII.28.32.30.36.
lib XVI.29.15.
lib.XX. cap.9. 29.33.
Germanici verſus 28.30.
Gratij de Venat. 26.19.28.20.
28.29.29.26.
Heliodor.in AEthiop.28. 25.
Herodiani 28.32.
li.IIII.de ſignis mili.30.15.
Heron. in pneumaticis 26.8.
Heſychij 26.33. 25.5. 25.24.
27.28.28.19. Iterũ. 28.20.
30. 38.
de Cottaniſ.25.28.Iterum.
Heliod.29.25.30.29.
Higinij 28.43.
de Perſeo 26.28.
in Cicer. 28.28.
lib.II.poëtic.aſtron.28.30.
de Iphiclo 27.28.
Hippocratis 25.30.
Homeri 28.28.25.9.25.5.
in catalogo 30.37.
2.Ilia.26.28.
6.Ilia.28.44.
Iliad.χ.29.25.
Iliad.22.28.26.
Iliad.ψ.29.19.
de Proteſilao interfe.29.25
Odiſſ.26.13.
I.Odiſſ.28.7.Iterum.
12. Odiſſ.28.44.
Odiſſ.μ.29.17.
vltimi Odiſſ. 28.46.
Horatij od.I.lib.I.26.7.
od.4.30.11.
od.5.29.24.
od.12. 25.14.29.29.
od.13. 29.29.
od.14. 26.7.
od.23.26.36.
od.24.26.36.
od.25.26.36.
od.28.26.36.
od. 28. 25.6.26.1.
od.34. 29.29.
Lib.II.od.2.28.24.30.5.
od.8. 26.31.
od.20. 28.20.
Li.III.od.8.25.20.25.29.30.6.
od.10.26.19.27.19.
od.19. 27.16.
od.22. 29.25.
od.27. 30.29.
Lib.IIII.od.I.28.10.
od.2.26.23.
od.4.28.31.
od.5. 26.1.29.2.29. 30.30.
od 13.26.31. (38.
od.17.30.2. 30.27.30.39.
In arte poëtica *26. 26. 27. 4.*
27.29. 27.33. 28.24. 28.26.
29.35.30.7.30.27.
Lib. I. epiſt. I. *26. 26. 30. 3.*
30.9. 30.12. 30.19.
epi.*2. 26.27.*
epi.*3. 26.27.*
epi.*6. 26.16. 28.38. 30.7.*
epi.*7. 25.29.*
epi.*11. 27.22.*
epi.*13. 28.33. 30.38.*
epi.*14. 28.31.*
epi.*15. 26.20.*
epi.*16. 27.16.*
Lib.II. *25.10.*
epi.*1. 26.24. 26.25. 26.25.*
30.7.30.29.
epi.*2.27.4.27.4.*
Saty.I.lib.I.*26.15.*
ſaty.*2. 29.31.*Iter.*29.34.*
ſaty.3. 29.27.29.17.
ſaty.4. 30.19.30.3.
ſaty.6. 27.15.
ſaty.8.28.44.30.30.
ſaty.10. 29.24.
ſaty.2. lib.II. 25.17.28.4.
29.14.30.3.
ſaty.3. 26.2. 26.14. 26.26.
28.3.26.27. 28.23. 30.27.
ſaty.5. 26.3. 28.3. Iterum.

ſaty.

saty.6.28.26.29.35.
saty.8. 30.38.
Iosephi lib.xxII.de bello iud.
27.25.Iterum.
Iuuenal. 28.38.
saty.I. 27.25.28.24.
saty.2.27 19.29.5.
saty.3. 27.15.28.31.
saty.5.26.5.
saty.6. 30.30.
saty.7.25.3.27.2.
saty.8.25.3.26.10.
saty.10. 29.1.30.19.
saty.16.25.24.
Isidori 28.25.
ilb.IX.26.22.
de sagmaria mulla 30.16.
Iuliani in l.Cum emptor ff.de Rescind.Vend.30.27.
Iulij obseq. de prod. 27.2.
Iuriscon.loci explicati 27.31.
Iurisconsul.libri emẽd.30.35.
Iustinia.lib.III. Cod. explicatur 27.33.
Iustini 30.27.ibidem. 27.26. Iterum.
Iustini martyr. 27.5.
In Laërtio Socratis & Diogenis dicta & explicantur & emendantur 27.34.
Lampridij in Commodo explicatur & emenda. 25.17.
in Vulcatio Gallica. 26.15.
in Heliogabalo 30.16.
Liuij lib.I.30.29.Iterum & Iterum.30.36.
lib III. 29.30.
lib.IIII.28.34.Iterum.
lib.v.28.34.
lib.VIII. 25.2. 30.1.
lib.IX. 25.7. 25.10. 25.7. 30.25.
lib.XXI. 27.11.
lib.XXVI. 29.30.
lib.XXIX. 26.17.
lib.XXXI.27.7.
lib. XXXIX, 27.32. 30.25. 30.29.
lib.XL. 30.24.
lib.XLII 30.32.30.37.
lib.XLIIII.29.7.30.37.
Lucani 26.23. 27.23. 28.32. 30.7.30.30.30.30.
lib.II. 25.4.
lib.IIII.27.18.
lib.v. 26.1.
lib.vI. 30.19.
lib.IX.26.18.
D.Lucæ locus 15. cap. 26.24.
in Act.Apo.cap.27.27.31.
Luciani locus in Timo. 25.9. quomodo historiam scribere oporteat 29.8.
Lucil.18.9.28.20.29.2.25.10.
apud Non.29.3.29.19.29. 27.30.9.
Lucretij lib.I. 25. 29. 26.36. 28.45. 29.6.
lib.II. 25.1.27.14.30.23.
lib.III. 28.30.29.34.30.9. 30.10.
lib.IIII. 26.13. 26.22. 26. 31.27.35. 30.14.
lib.v.29.34.30.19.itidem. 30.22.
lib.vI. 26.13. 29.6.30.19. 30.19.30.19.
Macrobij 26.36.27.17.
I.satur.25.23.
3.satur.30.6.
Manilij lib.v. 28.15.
Marcellini 25.18.26.34.30.5. 26.34.27.24.
D.Mar. cap.v. 27.20.
Martialis 29.32. 30.3. 30.8.
lib.II. 25.8.
lib.III. 29.30.
lib.vI. 25.27.
lib.vII.25.24.
lib.vIII. 29.9.
lib.x. 30.30.
lib.XI. 30.27.
lib.XII. 26.21. 27.31.28. 31.29.24.30.26.
lib.XIII. 25.28.
lib.XIIII.27.3.
lib.XV.25.15.
Nęnij apud Non.29.28.29.28.
Nonij 29.2. 29.3. 30.9. 29. 17. 29.19. 29.20. 29.21. 29.22.29.23.29.27.29.28.
in Cinædo 27.29.
Ocell. Lucan. 27.16.
Ouidij 25.28. 29.30. 30.36. 30.39. 30.39. 29.31.
in Amorib.26.31.
Metamorph.30.14. ibidẽ.
I.Metamor.26.18.30.35.
Pacuuij apud Nonium 29.27. 29.19.
Paulini in epistola ad Romanicum 26.15. ibidem.
D.Pauli interpres 30.6.
Pauli l. lectos ff. de peric. & comm.rei vend. 30.27.
Pauli iuriscon.30.26.
Pausaniæ 28.46.
Patercul. 25.30. 26.29.
Pers.saty.I. 26.21.28.26.28. 40.29.20.29.25.30.18.
2.saty.25.14 25.30.26.6. 26.24.29.35.
3.saty.26.24.28.42.28.26.
4.saty. 25.29. 29.23. 30.8.
5.sat.25.4.28.16.28.26.29.
6.saty.26.23.28.11. (8.
saty.vltima 30.7.
Persij vet. interp. 30.7.30.8.
Petronij.26.7.26.6.
Philostra. 28.25.
in Icomb. 28.10.
Plato.I.de Repub.25.23.
XII.de Repub.29.10.
Plauti 29.31. 29.32. 29.34. 29.34 30.27 30.29. Iterũ. Iterum.
Amphi.29.34.30.34.
Aulul.29.34.
Bacchidib. 30.28.
Captiuis 26.29.28.38.30. (34.
Cistel. 28.1.
Curcu.27.27.29.14 29.31.
Epidi.30.26.
Menech.ex Varro.29.32.
Mercatore 26.23 29.20.
Milite 29 28.
Pœnulo 25.21.29.2. 30.6. 30.32.
Pseudu.28.41.29.28.
Ruden.26.2.
Trinummo 26.16. 27. 12. 28.47.29.8.
Trucul.29 34.
Sticho 25.1.25.15. 26.26.
Plinij 30.7.
II.lib.26.18 27.5.
v.lib.30.4.
vI.li.ca.xx. 25.2.25.10.
vII.li.28.45.28.46.29.18.
vIII.lib.28.23.30.33.
x.lib.8.cap.28.20.
XI.lib.27.24. 37.cap 26.5.
XIII.lib.9.cap.26.23.
XIIII. lib. 25.26. 28.19. 29.26.21.cap 29.34.

xv.lib.27.17. 6.cap.28.7.
14.ca. 28.22. 29.ca.27.27.
xviii.li.28.42.30.1.30.18.
30.34. 35.ca.25.13.Iterū.
25.22.
xix.lib.7.cap.30.8.
xxi.lib. 2.cap.29.1.
xxv.lib. 8.cap.30.32.
xxxi. lib.28.29.
xxxiii. lib. 28.23. 29.16.
30.26. 7.cap.29.28.
xxxv.li. 26.3. 26.12. Iter.
26.17. 8.cap.25.22.
xxxvi.lib. 21.cap. 26.33.
xxxvii. lib. 26.3. 27.35.
10.cap. 28.36.
Plinij Iunioris epist. lib. i. e-
pist.11. 28.22.
viii.lib.29.26.
ad Traia. 27.5.
de viris illustribus 28.34.
Plutarchi 26.10. 26.32. 27.4.
27.8. 28.37. 28.38. 29.13.
29. 31. 28.37. 28.38. 25.
22. 28.37. 23.38.
In Solone 27.26.
in vita Cice.28.26.
in Antonio. 26.33.
in Mario 25.30.
in Symposi.26.17.
Pollionis in Galieno 25.8.
Pollucis 25.14. 27.24. 29.8.
29.36.
Polybij 28.34. 30.24.30.35.
Pomponij apud Non. 30.9.
Porphyrionis in sat.viii. li. i.
Horatij. 29.14.
Porphyrij 25.22.
de non edendis animalibus
lib.iiii. 27.5.
Prisciani de prete. verbi Ca-
reo & de supino 29.34.
xviii.lib.30.15.
de nomine Paulus nō Paul-
lus 30.28.
Probi apud Seruium 29.24.
Propertij 2. lib.27.21.
iii.li.26.33. 27.8.27.33.
29.31.
iiii.lib.26.35.29.4.eleg.
secun.26.19.
Prudentij περὶ στεφαν. 28.16.
aduersus Marcionist. 30.19.
contra Vnionitas 26.10.
cōtra Symmachum 29.12.
30.19.
Quintiliani libro i. 26.1.
vi.lib.28.35.29.12.29.13.
Q. Cic. de petitione Consula.
25.3.
Q. Curtij 28.32.
Salustij in Cati.bell.29.34.
de bell. Iugur. 26.15. 26.34.
27.21.
in oratio. Lepipi 29.14.
Scribonij Largi 26.33.
Senecę 25.28.26.21.29.16.30.3.
in epistolis de spectaculo
matut.30.30.
epistolarum i. 27.19. Iterū.
xxii.epist. 26.20
c.xx.epi. 26.14.
in Controuers.28.22.
de fulminib.25.12.
de benefi.lib.i.30.11.Iter.
Iterum.
v.lib. 27.8.
vii. lib. 28.23.
in Apocolocynt. 26.4.27.3.
29.36.
Sereni 29.26.
Seruij in Virg. 30.5.
in ii.Georg.28.8.
in iii.Georg.26.12.27.27.
in vi.AEneid.28.44.
in viii.AEne.25.17.
in x.AEne.29.24.
in xii.AEne. 30.32.
Sidonij Apollinaris vii. lib.
25.6.
vii.lib.epi.vii. 30.26.
Silij Itali. 27.24.
viii.lib 25.6.
xvii.belli Punici 30.37.
Symmachi in epist. 30.19.
30.19.
Synesij 27.1.
in laudat. Caluitij 27 30.
Sophoclis 25 6. 26.1.
Spartiani in Adri. 25.17. 29.
12.
Statij 25.30. 26.4. 29.35.
iii.lib. sylua. 28.33.30.14.
iiii.lib.28.33.29 35.
v.lib. 26.5.
v.lib. Thebaid. 26.30.
x.lib.28.43.
i.lib. Achill. 26.23.
ii lib. Achill 26.30.
Stephani de vrbib. 25.12.
de Acmonia 34.
Strab. 26.31.26.33.
de liguria 25.22.
de Arupinis 29.32.
de exedra 28.37.
de faucibus ditis 26.28.
Suetonij 26.29. 28.5.30.39.2.
in Augusto 25.7. 26. 30.
27.7.29.2.29.16.
in Octauio Cæs. 29.16.
in Tiberio 28. 32. 29.19.
in Cali.27.20.27.26.28.35.
in Clau.Cęsa.27.19.30.33.
in Nerone 25.11. 27.18.
29.9. 30.33.
in Domitiano 25.18. 26.
11. 30.30.
Suidæ 27.20. 28.45. 29.24.
30.16. 26.15. 27.3.
de gnoma 29.19.
Taciti 30.39.
v.lib. 27.19.
de morib. Germ. 29.24.
Terentij 28.24.
Andria 28.4. 28.33. 29.24.
Eunuch. 27.26. 28.32. 28.
35. 29.8. 30.1.
Adelph. 25.21. 29.10.
Heautontimo. 25.3. 25.20.
30.6.
Phor. 28.1. 28 4.
Themist. de cornicula 26.27.
Theocri. 26.30.26.31.28.44.
Theocrit. interpres 30 36.
Theodosij Codicis 26.34.
Theonis 25.13.
in Arat. de Iphiclo 27.28.
Theophrasti 25.13. Iterum.
de odoribus 25.28.
de Ventis 26.36.
Tertulliani 27.17. 29 24.
Aduersus gentes 25 4.
de anima 26.21.
i. de anima 26.18.
de coron. milit. 27.20. 28.
23. Iterum.
de pallio 29.18. 30.21.
de spectacul. 28.45.
de virginib. veland. 28.26.
de patientia 25.18.
Tibulli 28.24.29.32.
lib.i. 26.36. 29.30. 29. 31.
eleg.ii.lib. primi 26.6.
elegia.iii.lib. primi 26.33.
lib.ii.30.19.

lib.IIII.28.39.
Titinij 29. 1.
apud Nonium 29.28.
Trebell. 30.26.
Turpilij apud Noniũ 29.28.
Valerij 25.16. 28.44.
Valerij Flacci lib.I. 28.45.
VI.libro 29.25.
VIII.lib.27.1. Iterũ. 29.4.
Varronis 29.2. 28.12.
De lingua Latina 25.3. Iter. 27.31.28.18.28.12. 30.7. 30.35.30.20.
de Illicio
Apud Nonium 29.3. 29. 19.29.20. 29.27. 29.28. Iterum.Iterũ. 29.28. 30.9.
lib.I.de re ruſtica 28.7. Iterum 28.47.
lib.II. 26.31. 27.35. 29. 32.Iterum.
Vegetij 30.32.
Venuleij 28.31.
Vibij ſequeſter 29.25.30.39.
de Clitumno 29. 26. Iterũ.
de Aracino 30.14.
Victoris 25.18.
Virgilij II.Eclog.30.14.
III.Eclog.29.25.29.20.
VI.Eclog.28.46.
VII.Eclo.27.23.28.16.
VIII.Eclog.26.22. 27.23. 27.25. Iterum. 30.38. 30. 39.29.25.
Virg.pharmac.30.19.
IX.Eclog. 26.6. 26.31.
I.Geor.25.21.25.13. Iter. 26.31. 27.25. 28.24. 29. 25.29.31.30.19 30.39.
II.Geor.25.30.29.26. 30. 5.30.27.
III.Georg. 26.25. 27.35. 28.44.29.4.29.17.29.26.
IIII.Georg. 26.28. 27.10. 28.43.28.45.29.35.
AEneid.I. 25.1.25.12.26. 23.26.30.27.30. 28.5.28. 10. 28.16. 29.4. 30.19. 30.19.30.27.30.29.
II.AEneid.25.4.25.30.26. 2. 26.22. 26.23. Iterũ. 26. 23. 26.33.29.4.29.6.29. 21. 30.19. 30.39.
III.AEneid.26.10. 27.20. 28.5.28.15. 30.28. 30.39.
IIII. AEneid. 25.1. 25.6. 26.5. 26.17. 26.23. 27.5. 28.1. 28.30. 29.6. 29.25. 29.32.30.27.30.39.30.39
V.AEneid.26.17.26.22.26. 28. 26.30. 28.15. 28.16. 28.19. Iterũ. 29.4.29.35.
VI.AEneid.25.6.25.30.26. 2. 28.32. 28.43.28.44. 28. 45.28.46.29.24.
VII.AEneid. 25.30. 26.21. 26.22.26.28.26.33.28.16. 28.21.29.32. 29.35. 30.5. 30.21. 30.27. 30.38.
VIII.AEneid.25.14.25.30. 26.29. 29.6. 29.31.30.38.
IX.AEneid. 25.30. 26.23. 26.30. 28.46. 29.24. 29. 25. 30.19. 30.39.
X. AEneid. 26.30. 27.28. 29.24.29.25.29.25.30.34.
XI.AEneid.25.7.27.12.
XII.AEnei.25.9.26.2.26.5. 26.12.26.33.28.32.30.29.
Iterum.
in epigramm. 30.30.
in AEtna 28.41.
in Ciri 29.17.28.25.
Copa 30. 14.
in diris 26.35.
Vitruuij lib. I. 25.12. 30.36.
I.cap.30.33.
V.lib.7.cap.28.20.
VII.lib.26.15. 3.cap.26.3.
VIII.lib.6.cap.30.38.
IX.lib.29.13.cap.III.& IX. 25.11.cap.IIII.29.31.
IX.& X.lib.27.28.
X.lib. 26.8. 29.11. cap.XX. 28.20.
Vlpiani de officio proconſ. & leg.30.26.
Vlpiani l. Itẽ apud Labeonem ff. de iniur.28.31.
ff. de iniur. 28.31.28.31.
in l. cum duobus pro ſocio 30.6.
in l. Argu.ſunt ff. de auro & argen.l.28.23.
de decimis 30.23.
Vopiſcij in Aurelio 30.21.
in Bonoſo 30.20.
in Probo 30.20.
in Saturnino 30.20.
in Tacito 30.20.
Xenophon. in Lacon. Repu. 27.26.

FINIS.

ERRATA, QVAE OB SPINOSVM MANV SCRIPTVM exemplar in hoc Aduersariorum volumine obrepserunt, sic castigato.

Terminus pag.2.vers.1. quæque 4.10.dicant 10.8.queis ægram mentem, & trepidantia 11.32.coruscatio 13.10. fœdifragos ibid. 14.ἀθηναῖοι 15.6.haberi ibid.24. ruunt ibid.30.carbunculos 16.3.verilogium ibid.22. ἄδουσα ibi.26. coruorum ibid. 11. iacis 18.13.desidero 19.12.publicus ibid.37.Laticlauii 20.30.μανδύαν 22.11.Littoralibus ibid.39.maris 27.1. alnum ibid.16.ὕλην ibi. 24.ταυτολογίαις 28.30.ἄτιμα ibid.28.& 29.ἄλλο 29.24.vitem 32.11. vuas ibid.31.Prima 35.16.ἐνταῦθα. 36.36. complectebantur 37.33.κύφων 38.11.vernis 39.27.amplectebantur ibid.36.bruto 40.19.ξυλίνοις ibid.23.hibernis 41.27.se,delendum est 42.5. est,delendum est 43.11.Eumenidibus ibi.in marg.25.lanuginosis ibid 37.loca 44.16. ὀδυσσῶ ibid.24. anus 45.20. manus ibi.37. auerruncassit 49.9. macra ibid.15. furuo 50.3. detracto ibid. 22. διηγκυλημένον ibid. 19. & 20. nam, delendum est 52.12. ventum 53.9. Paulino 54.24.annuus 55.22.lectisternium 56.25. alueum ibid. 28. exemplo 57.32.maturatæ 61.13. comœdia 62.39.Virgilij 64.25. cauda 65.5. Troiam ibid.23. Pacuuius 66.23. Pacuuium ibid.24. agricolationis 67.9. Siluani ibidem. triumphari ibid.39.cogeretur 69.14. cogebantur ibid.15. tumentibus ibid. 35. quo ibid.21. Catilinarijs 72.39. & 73.1. rostrata 74.7. Veneris ibid.23. adductus ibid.29.naufragum 74.31. Græcis 75.22. Bœoto 78.32. inauditáque 84.32. restinguere 87. 3. At ibid.17. emetientes 89.vlt.obscuram 91.21.& 22. fuscámque ibidem. explicantur 92.22. Prætorem 93.21. dicitur 94.31. inculcat 95.25. illud 97.18. qua ibid.36. arescit 98.17. ἰδίδουν 99.19. slitum 100.27. alligatus 101.6. Claudij ibid. 18. interea ibid.19. Græci 106.27. monet ibid.29. desultores 108.1. Scutulatum, Scutulæ ibid.31. videtur 111.17. Glauci 113.21. Græcostasis 114.26. quam 115.2. notionem ibid. 16. πηδήσας 116.16. tempore 117. 18.pisces 119.15.puros 122.22. accessu 124.22. Quámne ibid.29. precium 125.36. splendor 128.1. apparet 130.17. aspersum 131.1. antiquo 133.4. alterum ibid. vocat ibid.16. opum ibid.21. Syros ibid.29. proterui 134.19. eunt ibid.30.epulis 135.24.iuuenescere 136,24. damnum ibid.30. sacratáq; ibid. 34. dicere 137.1.mouitq; ibid.6.tepescunt ibid.11. transibant ibid.19. pendet ibid.25. λόφους 138.8. iudicij 139.21. enim. 141.3. faustáque ibid.4. ἐπιχυθῆναι ibid.12.αἴθουσα ibid.25.αὐτὸς 142.11.villosa ibid.30. villosæ ibi.32. ἑκατέρωθεν ibid.31.quod ibid. 35. deglupta 143.3. Plauto? ibid. semirasi ibid.13. dicere ibid. 14. contentio ibid.6. vtriusque ibid.20.æmuletur ibid.23.Alabastriscus 145.7. Batteus ibid.8. bis ibid.38. Siue 146.27. Næuosus 148.35. prælucente 149.2. Polydamas ibid.5. ἐλεγχείην 149.10. λαμβάνουσα ibid. 15. defæcatur ibid.35. Ilias 150.5. ἂν ibid.34.ramale 151.16. οὖρος 153.12. puluerulentũ 155.22. κεκονισμένοι ibid.25. adiuuat 156.4.Mediastinus ibid.21.exercitu ibid. vlti. se militem 157.4. ἐπιπεπλυγμένων 158.8. percontetur ibid.24. secundis ibid. 24. codice ibid.35. ferramentum 159.14. sarcino ibid.34. moneo 161.1. nil ibid. 8. Procemium ibid. 17. Terentij ibid. 26. verrucosa ibid.29. κισσάω 163.6. nisi ibid.11. νεωκόρῳ ibid. Hemicyclus ibid.27.ἡμικυκλίῳ ibid. potius ibid.9. τῇ ibi. 14. ἀφ᾽ οὗ 163.15.σὲ κείρω 164.7. κάμνουσι 167.21. naturam 168.2. ego ibid.14. hæsum 169.4. & 5. cascumque ibid.7. Nereidum ibid. 27. intexuit ibid.34. cæteri 170.12. quædam ibid. 34. Leucothea 171.3. futilem 172.4. esse, delendum est ibid. 10. medicorum ibid.16. mellis ibid.17.esse ibid.21.næ ibid.27.prorogaret ibi.30. soporata 173.18.offerretur ibid.22. temperat ibid. 25. helleboro ibid. quendam ibidem 30. verba 174.10. ἀφίκοιτο ibid.29. enim ibid. 38. Cyclopis 175.5. plaudunt ibid.21.Faunósque ibid. 23. redeam 176.20. Vitruuio ibid. 18. diuiditor 178.27. tædium ibid. 28. fuisse ibid. 30. ἀνθρωπογόναι 179.15. muscipula ibid.21.περὶ ibid.34.Pacuuius 181.37.betere 182.4. præpetes ibid.16. augurium ibid. vellus ibidem.23. saniret 184. 20.& 21. vapulasse 185.vlt. excogitatum 186.4. pertusis ibid.35. lautissima 187.6. viua ibid.16. ὄντε ibid.37. consolatus 189. 38.Srasmane ibid.20. eius, delendum est ibid.21. colebatur ibid 27. deabus 190.31. iecinora 191.14.fascina 192.2.Libripens ibid.6. inuentus ibid.21.fuerit ibid.38. Afranius 193. 26. professionem 194.17. Præstringo 196.2. saliuo ibid.25. saliuum ibid. 27. inueni 197. 18. inuentum 198.9.reciprocicornem ibid.15. cossigerare 199. 29.suauium 201.1. sine ibid.5. flexiloquus ibid. 30. sugere 202.2. argutatur ibid.12. reddidit ibid.21. charteon ibid.28. charteo ibid. 30. Pacuuius ibid.32.nostris ibid.38.Algolochæum ibid.vlt. iustæq; 203.32.edulia 204.35.cædere ibid.vlt. decalenticare 205.8. & 18. propinquamq; 207.5. viuidorum ibid.26. rythmis 209. 2. inuentis ibid. 6.Vibium ibid. 10. in quo ibid. 13. secutus ibid. 18. aduerso ibid.35.ἐράσαι 210.14. ζώννυσθαι ibid. 18. Mutua 211.9.clitumnus ibid.10.Iugurtini 213.1. differebat 214. 2. ficulnea ibid.20. inuictæ ibid.31. censent 215. vlt. socio ibid. 22. seuerissima ibid.218.24. interciderit ibid. 28. cæterum 219. 18. stipulationem ibid. 29. iampridem 231.19. tortuosa ibid.22.sutores 234.10. fluuij 234.30. refusus ibid.ver.vlt. si,delendum est 235.18.Saliua 238.33.& 34. reliquero 239.32.subtegmen 240.3. subtegmine ibid. 4. Catamidiare ibid.35. quendam 241.23. demolitas ibid.32. Indico 242. 13. syrmate ibid.19.linguam 243.3. ab ibi 33.διλογόν 244.34.editis 245.25. tamq; ibid.26. exortum 248.27. cacumina 249. 7. frustra ibid.11. laboriosissimi ibid. 13. diei ibid. 17. compacta 250.3. consererc ibid. 10. editum 251. 16. Respubl. ibid. 21. ἐγνώσθη ibid. 24. imperatores 252. 13. initium ibid. 36. AEnus 253. 26.probaui 255.20. cereas. 256.30. cera ibid. 32. ceris ibid,34. Flauius 257.1.Vopisco.257.30. auguralibus ibid. 37. decimas 261.8. Dolabellæ ibid. 33. sacrifici ibid. 38. Quintilis 267.25.& 26. fœderibus 268.26. ætheris 268.33. alti ibid. plebeij 270.21. præfectos 272.20.suffragator 275.20. exuam 275. 17. vuas ibid.25,condendo 277.5.libertatem 278.17. vtrinque 279.32. Titus 280.14. emendatus ibidem.

ADRIANI TVRNEBI
ADVERSARIORVM
LIBER VIGESIMVSQVINTVS.

Lucretius explicatus lib.1. Oræ diæ luminis, Diespiter, Lucetius, Terminus hæret, Lucida tela diei, Suadere, Suadens autumnus, Serescere, Simulachra deorum in portis vrbium, Salutare deos; Simulachri manum tangere.

CAP. I.

ETSI SERVIO PRÆSTANTI GRAMMATICO non assentior: quis tamen auctoris tanti sententiam indignam relatu existimabit? Is ergo statim initio Lucretij legit, — *cæli subter-labentia signa.* præpositionem non dirimens à verbo, sed in vnum conflans. vt apud Maronem. — *neque enim ignari sumus antemalorum.* Hoc enim *antemalorum* in vnam conglutinat vocem. Hoc autem credo Seruium cogitasse Venerem vnam è cœlitibus concelebrare aduentu suo non tantum mare & terram: sed etiam cœlum: cùm paulo post sequatur in illo poëta, Lucret. lib. 1. Virgil. 1. æn. vbi & Seruius.

Pacatumque nitet diffuso lumine cœlum. Sed mihi videtur de plaga ista inferiore, quæ tota cœlo subnixa est, & astris labentibus subiecta differere: nisi si signa illa labentia, quorum temperatione rerum natura parturit, Venerem esse putet Vraniam. Idem Lucretius *dias* appellat *oras luminis*, diurnam istam & spirabilem lucis regionem, quam incolunt animantium secla: omnia deniq; quæ exoriũtur: vt dium fulgur erat antiquo sermone. Nam Iupiter, Diespiter etiam vt diei pater dicebatur: & Lucetius, vt auctor lucis: Dius autem quasi diius, id est, Iouialis censetur. Eiusdem illud, — *altè terminus hærens:* suaui translatione ornatum est, ab agrorum terminis profectũ, qui interdum altè panguntur: † in summo tamen hærent solo. Quandoquidem & ipsemet libro interpretatur secundo, hoc versu, Lucret. lib. 1. Lucret. lib. 1. † vel non in summo tantùm.

Quandoquidem vitæ depactus terminus alte. Terminum autem transilire nefas & violare, eoque magis si altè defixus loco moueri, longiusq; proferri non possit. Hæc translatio Maroni placita est scribenti, Lucr. lib. 2.

Virg. 4. æneid. *Etsi fata Iouis poscunt, hic terminus hæret.* id est, hoc immutabile est, nec aliter euenire potest: vt agrorum terminos mouere & mutare non licet. Ille igitur terminus hæret, cùm rei cuiusque temporis spatium ita conscriptum est atque definitum quadam velut meta, vt vltra propagari eius diuturnitas non possit. Est & illa peramœna traductio. Lucr. lib. 1. — *lucida tela diei*. qua lucis radios telorum in morem eminus terram petétes & ferientes intelligit: æmulatione quadam, vt reor, Græcorum, Apollini, qui est sol tela tribuentium: quæ Grammatici radiorū iactum interpretantur. Nec illud fatui saporis est, quanquam noui, quod suadere pro cogere vsurpauit: attributione sensus rei inanimæ commendatione quæsita,

Lucret. lib. 1. *Vites autumno fundi suadente videmus.* quod est, cogente Autumno vitium succum in vinum liquidum fundi abireque videmus. Etiam vnius syllabæ amputatio, verbū nouauit in eodē poëta, atq; honestauit, cùm scribit,

Lucr. lib. 1. *Vuescunt: eædem dispansæ in sole serescunt.* quod est serenescunt atque siccantur. Collocabantur interdum in vrbium portis aliqua deorum simulachra, quorum transeuntes quodam adorationis & religiosæ salutationis ritu, manus tangebant: vt cùm aliquem salutamus, dextram dextræ copulamus: qua ex consuetudine scripsit Lucretius Lucret. lib. 1. — *tum portas propter ahena*

Signa manus dextras ostendunt attenuari

Sæpe salutantum tactu, prætérque meantum. Nam & salutare deos, pro deos adorare etiam Plautus in Sticho. vsurpat. Plautus Sticho. sc. ita me dij benè amēt. *Deos salutatum deuertor.* Et simulachri manum tangere, religione quodam modo erat defungi.

Cic. lib. 1. de finib. emendatur, Quod iam missum, Mittere signum quadrigis, Ad lineam, Liquida voluptas, Cadere causa. Cap. 2.

QVÆDAM omnem amittunt gratiam, nisi vnde arcessita sint, intelligamus, vt illud de finibus, Cic. lib. 1. de finib. bon. & mal. *Difficilem quandam temperantiam postulant in eo, quod semel iam missum coërceri reprimique non potest.* Quod iam missum dixit eleganter, propè obsolescit, quia vnde translatio illa repetenda sit, nō omnibus apparet. Ego eam esse ductam existimo à quadrigis Circensibus, quæ mittebantur à magistratu: statimque prosilientes è carceribus spatia corripiebant, tanta interdum cursus celeritate & contentione vt habenas non audirent. Id apparet ex eo quod scribit Ennius,

Ennius apud Cic. lib. 1. de Diuinat. *Expectant veluti consul cum mittere signum*

Vult, omnes auidi spectant ad carceris oras

Quà mox emittat pictis è faucibus currus. Et Liuius: Liuius lib. 8. ab vrb. cōdit. sub finem. *Quia L. Plautius prætor graui morbo forte implicitus erat, signum mittendis quadrigis daret.* Sic nec lapis missus potest reuocari, nec vox missa. In Lucilianis autem versibus illius libri Cic. lib. 1. de finib. — *& Pontij Tritanni* legitur in scriptis libris. quod si

quis

quis receptam ſcripturam tueri pergit: is tamen fatebitur *Titi Anni* legendum, pro *Titij Annij*: Cicero autem de Senectute Pontij meminit centurionis, ita ſcribens, *Ne vos quidem T. Pontij centurionis vires habetis:* Cic. de ſenect. & Tritanni Plinius, ſed gladiatoris, his verbis: *Corpore veſco fuiſſe, ſed eximijs viribus Tritannum in gladiatorio ludo, Samnitum armatura celebrem: filiúmque eius militem Magni Pompeij, auctor eſt Varro in prodigioſa virium relatione.* Plinius lib. 7. c. 20. At verò cùm ſcribit, *ſuo deorſum pondere ad lineam*, id valet quod Græci dicunt κατὰ στάθμην. Cic. lib. 1. de finib. quod de linea fabrili, non mathematica intelligendũ eſt, quæ στάθμη vocatur, non γραμμή. Ad lineam igitur, eſt è regione deorſum ad perpendiculum. Libenter etiam ſequerer codices veterum amanuenſium, in quibus *liberius* planè ſcriptum eſt: quod in æditionibus exemplarium in *vberius* permutatum eſt: Sic enim legendum eſſe cenſeo, *à Cyrenaïciſque melius, liberiúſque defenditur.* Nam ingenuè, & liberè Cyrenaïci ſummum bonum ea voluptate terminabant, quæ blando motu titillaret, non vt Epicurei timidè ea, quæ doloris tantum depulſione ſtatuéque indolentiæ cenſeretur. Cic. lib. 1. de finib. Etiam illa texenda arbitror, *Nam ante Ariſtippus, & ille melius addidiſti ad extremum etiam indoctum fuiſſe.* Cic. lib. 1. de finib. neſcio quid verborum inter hæc infercitur, quod alienum eſt, & infra ſuam habet ſedem & domicilium, nec videtur vlla cauſa, cur iteretur. *Liquida* autem *voluptas* eodem libro cenſenda eſt, quæ nullo dolore contaminata, nullaq; animi moleſtia, aut metu perturbata eſt. Cic. lib. 1. de finib. nam liquidum turbido opponitur. Sed & *cadere cauſa* dicit eos, qui non defendunt vt oportet, nec agunt nec tuentur cauſam voluptatis, ex Epicuri formula. Verba Ciceronis ſunt, *Itaque concedo, quod modo dolebas cadere cauſa, ſi qui ex noſtris aliter exiſtiment.* Cic. lib. 1. de finib. Hæc etſi multis nota ſunt, quia tamen aliquibus, ijſque paucis ignorata eſſe exiſtimaui, ſcribenda eſſe duxi: vt ſi illis non poſſum, ſaltem iſtis hac ſcriptione proſim.

Q. Cic. commentarius de pet. conſ. emendatus & explicatus, Æquo iudicio certare, Ad tabulam aliquem ponere, ad tabulam ſedere, Amicam emere de machinis, Machina, Caupones, Atria licinia, Negatio abundans, Pagi, Seruorum conditio, Tribus vrbanæ, & ruſticæ. Cap. 4.

COMMENTARIVS extat Q. Ciceronis de conſulatus petitione, ſanè luculentus & elegans, quo candidatum fratrem ad petitionem inſtruit. Eum ego cùm legerem, obiter quædam enotaui, quæ huc conijcienda cẽſui. *Si adduxeris vt ij, qui non volunt, cupiant.* commodius fuerit quod in veteri libro reperi: *qui non nolunt.* & paulo poſt, *qui ſine neruis ſunt.* accommodatius, *quod ſine neruis ſint.* Q. Cic. de petit. conſulat. Cùm autem ſcribit, *vocem denique audiuimus iurãtis ſe Romæ iudicio æquo, cum homine Græco certare non poſſe.* De petit. conſul. Idem Anto-

Cic. in orat. in toga cand. — nio in toga candida obiecit Cicero his verbis, *Aut quem clientem, qui in sua* Asconius in orat. Cic. in toga candida. — *ciuitate cum peregrino negauit se iudicio æquo certare posse? Nam*, vt ait Asconius, *cùm multos Antonius in Achaia spoliasset, Græci eum ad prætorem, qui inter peregrinos ius dicebat, in ius adduxerunt, qui ne causam diceret, appellauit* De petit. cons. — *Tribunos, iurauitque se ideo eierare, quod æquo iure vti non posset.* *Cùm ad tabulam, quos poneret non habebat.* quo sensu dicatur minus perspicuum est. Magistratuum petitores, quos familiarissimos & fidelissimos habebant, ad tabulam ponebant, dum populus ferebat suffragia, illiq; suffragia eius candidati, à quo ad tabulam positi fuerant, annotabant: postea tabulæ ferebãtur ad eum, qui comitia habebat: deinde sortitio fiebat, & quem quaque tribus fecisset, præco renuntiabat. Varro. — Varro, *Latis tabulis sortitio fit tribuum, ac cœpti sunt renuntiari, quem quæq; tribus fecerint ædilem.* Ac, vt opinor, candidatus cuique tribui suffragium ferenti vnum apponebat, qui ad Cic. in Pisone. — tabulam sederet: & in Centuriatis comitijs cuique centuriæ. Cic. in Pisonem, *Non modo inquam ad eum cui primam comitijs tuis dederas tabulam præ-* Varr. lib. 3. de re Rust. cap. 5. — *rogatiuæ.* Ad eandem tabulam illud Varronis pertinet, *Narrat ad tabulam, cùm diriberent, quendam deprehensum tesserulas conijcientem in loculum.* Antonius autem Ciceronis competitor, quos amicos haberet, & ex eo perspectum est, quod deterrimos & flagitiosissimos ad tabulam posuerit, Sabi- De petit. cons. — dium & Pantheram. In eo commentario quæritur quid sit *amicam emere de machinis.* Ego putem significari, eam in ergastulo, vel pistrino compeditam fuisse: vel in catasta adligatam ad machinam; quæ sanè seruorum conditio est deterior, quàm eorum, qui vincti non sunt. Sed & machina apud Græcos παυσικάπη erat, qua serui impediti manum ori admouere in- De petit. cõs. — ter molendum & pinsendum non poterant. Erant & machinæ ποδοκάπη & πεντεσύριγγον ξύλον. Qui sunt *caupones*, quos in legatione dicit ab Antonio compilatos? ego putem non tam esse stabularios, quàm copiarios, qui & parochi vocabantur: cùm, vt reor, interdum caupones etiam præbenda re- De petit. cons. — dimerent. Quod mox sequitur, valde deformatum est. *Quamobrem quàm Manius vmbram suam metuit, hunc negliges quidem natum in patris egestate.* sic in formam redibit pristinam, *quamobrem quod Inanius vmbram suam metuit, hic ne leges quidem natus.* & reliqua eodem modo nominandi casu. Mox pro *qui tantum*: legendum est, *qui tum*, id est, Syllano tempore. proximè pro, *optimúmque Catulum* vetus habet *optimum Q. Concilium.* Interfe- Asconius in comment. orationis Cic. in toga candida. — ctos refert Asconius à Catelina Q. Cœlium, L. Tãtusium, M. Volunnium. M. Marium Gratidianum. Non longo interuallo *virgis per totam vrbem ceciderit.* vetus, *vitibus*: vt de vite centurionũ intelligatur: de qua Iuuenalis, Iuuenalis saty. 8.

Nodosam post hæc frangebat vertice vitem. pro, *viuo stanti* Volaterranus *viuo statim* legit: vetus, *in vno instanti.* velut stanti in vno pede. *ab atrijs Sapalas*,

palas, cùm dicit, obſcurè dicit: & de præconum conſeſſu intelligo: nam in atrijs, quibus vt Licinijs, quæ in foro erant, auctiones à præconibus fieri, eoq́; conuenire præcones ſolebant. Cicero pro Quintio, *Tollitur ab atrij Licinijs, atq; à præconum conſeſſu in Galliam Næuius.* ſic Iuuenalis, cùm poëtas inopia vltima oppreſſos, coactos eſſe diceret præconium facere, canit,

— *cum deſertis Aganippes*
Fontibus, eſuriens migraret in atria Clio.

Sequitur *Pompilios & Cneos*, emendo *Pompilios & Vectios*. ex auctoritate libri optimi: Non ita longè, pro, *tamen eorum alterum, cùm deeſſet alter Cœlius etiã cum*, lege, *tamen eorum alterum Cœlius cum*: Sed & proxima ſic ſunt interpungẽda. *ſuperior nulla re penè ſuperauit.* nam vt è Bruto cognoſci poteſt, centuriæ ei paucæ ad conſulatum defuerunt. mox *quare ſi facies*, ſine particula *tibi*, quæ ſenſui officit. Hunc commentarium perſtudioſè legit Cicero: & cùm in competitores inueheretur, imitatus eſt interdum Quinti elocutionẽ. Quinti verba ſunt, *Qui velit vno ſuffragio duas in Rempub. ſicas diſtringere.* Verba Ciceronis in toga candida imitata ex iis & efficta. *duas vno tempore conãtur ſicas in Rempubl. diſtringere.* non ita multo poſt, *qui te non dignum arbitretur*, aliquanto melius, *quin te dignum*, vetus codex habet. pro *ob eam cauſam eſſe amicos*, legendum cenſeam *non eſſe amicos*. Sequitur in excuſis, *deinde vt quiſq; optimus ac maximè domeſticus, vt is amet, quàm ampliſsimũ eſſe te cupiat.* pro quo, illud multo melioris notæ reddimus, *deinde vt quiſq; eſt intimus ac maximè domeſticus.* pauloq́; poſt, *quiq; fideliſsimum te eſſe cupiat.* Quis autem inficias iuerit, quin pro, *ad ſpeciem hominis illuſtris*, *homines illuſtres*, legendum ſit, adſtipulante præſertim vetere libro? Genus autem illud dicendi, quam vim ac poteſtatem habet, *adferunt petitori aliquid dignitatis ad iuſtitiam obtinendam*: non temerè reperias, qui ſic loquantur: Ego putem dictum eſſe pro, ad ius obtinendũ. Mox quod ſequitur, *qui tribuent centuriam vt aliquod ex te beneficium, aut habeant, aut vt habeant, ſperant.* multo eſt integrius, meo iudicio, in vetere libro, *qui abs te tribum aut centuriam aut aliquod beneficium aut habeant, aut habere ſperent. Sicuti parata eſſe concerno.* Obſecro vix quiſquam eſt, qui latinè ſciat, qui à Quinti ore verbum concerno exiiſſe cenſeat: ſcribendum igitur bonis libris auctoribus, *confido*. mox pro, *ciuium ad ambitionem gratiſsimorum hominum*; *ad ambitionem gratiſsimorum*. Fundanum autem Cicero Varronis ſocerum defenderat, & Q. Galliũm ambitus, niſi fallor, reum. itaque orationes Ciceronis pro Fundano & Gallio citãtur. hic pro *Cn. Cornelio*, C. Cornelius emẽdandum eſt, quem Trib. plebis defendit, hodieque extant in Cornelianam Aſconii commentarii. Sed in Corneliana ſcripſerat Cicero, tam multos eſſe Romæ Cornelios, vt iam etiam collegium eſſet conſtitutum. L. quoque Coruinus verſipellis fuit,

Cic. pro Quintio.
Iuuen ſaty. 7.
De petit. conſ.
De pet. conſul.
Cic. in toga cand.
De petit. conſ.
De petit. cõſ.
De petit. cõſ.
De petit. conſ.
De petit. conſ.
De petit. cõſ
Aſconius in Orat. Cic. pro Cornel.

& in C. Orchininum mutetur: cuius mentio est in Cluentiana, quique Ciceronis in prætura collega fuit. Leue est, & minutum quod sequitur, non tamen omittendũ. pro, *ab ijs quod debent exigas : qui debent exigas*. & illud,

De petit.conf. *ad studium seruandum ; ad studium nauandum*. &, *ijs hominibus ; ijs omnibus*. Quod sequitur plurimum degenerauit: *& quemadmodũ memini, quod nulla*

De petit.conf. *in re illis vnquam molestus fuisti, sic cura*. quanto sic melius: *& quemadmodum nemini illorum molestus nulla in re vnquam fuisti*: in quo sane obseruandũ est,

Terent. Heautontimorumenõ act. 1. sc. 1. negationem abundare videri, vt apud Terentium —*neq; pretij maioris nemo habet*: aut legendum *vlla in re*. Finitimum illud sic legendũ censeo: nec

De petit.cõsul. enim ne longior sim semper decreui vitiosa adscriberẽ. *vt satis causæ esse putent ad studium suffragationis: nedum ij, quibus saluti fuisti, quos tu habes plurimos, non intelligant, si hoc tuo tempore tibi non satisfecerint*. Et proximè, *ijs vi-*

De petit.conf. *cißim nos obligari posse videamur*. & aliquanto post: *adducenda amicitia*, aufe- rendi casu. Iam cùm paulo infra legatur vulgo, *in suis ciuitatibus & municipijs*, aliquãto probabilius est, *in suis vicinitatibus*, vt in bono codice; in quo etiam, *fretum & munitum esse oportet*, paulo melius est quam *oporteret*, vt &

De petit.conf. pro, *namq; vt homo iners : vt quidem homo iners*. In quo, & *suffragantibus*, sine voce *meritis* legitur. Illud verò multo est verissimũ & integerrimum, pro, *cæterum hominum varios homines: cæterorum ordinum nauos homines*: quod sanè doctorum approbationẽ multo facilius emerebitur, quàm illud, quod inoleuit. Illud verò, *deinde habe oratores vrbis totius collegium*. quis non adulterinum putet, & expungendum censeat, restituendumq; existimet, quod

De petit.cõsul. in bonis libris est, *deinde habeto rationem vrbis totius, collegiorum, omnium pagorum*? Pagi illi, qui sint, fortasse quæres. respondebo, plebem Romanam suos habuisse pagos à Numa institutos, in quos distributa fuerat regio

Dionys. lib. 2. suburbana & vrbana. Dionysius, διεῖλε τὴν χώραν ἅπασαν εἰς τοὺς καλουμένους πάγους. id est, diuisit totam regionem in pagos, qui vocantur. Habebant autem Pagani sua quædam conciliabula & conuenticula. Cicero,

Cic. pro domo sua ad pontif. *nullum est in hac vrbe collegium, nulli pagani aut montani (quoniam plebi quoq; vrbanæ maiores nostri conuenticula, & quasi concilia quædam esse voluerunt) qui non amplißimè non modo de salute mea, sed etiam de dignitate decreuerint*.

De petit.cõsul. proximè sequitur, *In animo & memoria tibi distributam* : germanum magis agnoscetur : *In animo & memoria tributim distributam*. Nam cùm quatuor modo vrbanæ tribus essent, reliquæ tres rusticæ per Italiam sparsæ diuisęque erant. In eo, *vt in suis vicinitatibus tibi aliquot petant* : non est dubitan-

De petit.conf. dum, quin illud *aliquot*, tollendum sit. *quæ ad eam rationem pertinet, consequere*: vetus liber habet, *quæ ad eam rationem pertinet, habenda consequere*. mox

De petit.conf. pro, *nomine tantùm noti sunt: si nomine nobis noti sunt*. & pro, *sine queis amicitia esse non potest : sine quo* planè integrè & incorruptè, cùm dicit amicitiam

esse

esse non posse sine cognitione. mox pro, *Sed vt consequatur : si non conse-* De petit. cons.
quatur. non longè pergenti occurrit, *propter municipij aut ciuitatis, aut col-*
legij rationem. Ego pro *ciuitatis*, libentissimè *vicinitatis*, vt supra, legerim.
Proxima sic descripta in veteri libro reperi, totam comprehensionem nō
adponam, sed eam partem, quæ ab excusis libris discrepat : *primum cogno-* De petit. cons.
scis equites, pauci enim sunt : deinde adepti. &, *deinde habes tecum : tum autem*
quod equester ordo tuus est, sequentur illi auctoritatem ordinis. &, *vt non ordi-*
nis solum voluntate. & non multo post, *si eum, qui tibi promiserit, audieris* De petit. cons.
fucum, vt dicitur, facere velle, aut senseris. deinde pro, *hoc grauius tibi es-*
se significato : emenda, *gratius*. Infra, *alij rem honestam*, quanto melius, *a-*
lij rem, alij honestatem : nam honestas est cùm salua alicuius est fama, &
existimatio. pro, *tibi esse amicos*, vetus liber, *tibi se esse amicos*, emendatis- De petit. cōsul.
simè habet : quiquidem, *& in eo pari studio atque officio futurum spondeto*,
verbum postremum non agnoscit. Sequentia transcribam vt in exem-
plari vetere. *tua erga illos studia, dato operam.* &, *his quoque eadem inserui-* De petit. cons.
to ratione. &, *nam comitas tibi non deest ea, quæ bono ac suaui homine digna*
est. &, *te enim cùm deteriorem aliquem assentando facit, tum improba est.*
nec minus illud, *est in conuiuijs, quæ fac & abs te.* item illud, *curaque vt a-*
ditus. pro, *non modo promptè sibi*, non dubito quin accommodatius sit, De petit. cons.
non modo promitti sibi. pro, *vt id iucundæ neges*, in veteri libro scriptum ex-
tat, *aut iucundè*, proculdubio *haud iucundè*, scribendum. negare enim bo-
ni viri est non iucundè, sed cum molestia boni petitoris : quod si absque
negatione iucundè legas, id erit bellè. pro, *alijs te id rebus exacturum* ; *ex-*
aucturum, id est, cumulatè largeque compensaturum. *is, qui pollicitus esset,* De petit. cons.
non vteretur, emendo, *cui*. Illud verò alienum ab illius seculi nitore, *sta-* De petit. cons.
tim abalienauit se & inimicantur. nam cùm hoc verbo vsus Flaccus, poëtæ
ius tenuit, & audacter loquutus est. elegantior & nitidior scriptura est bo-
ni libri. *& certè abalienes & statim & plures. Plures enim multo sunt.* pro, *quàm* De petit. cons.
ijs, qui videant, corrigo, *quàm ei, quem videant.* mox, *ac ne videar*, non *at.*
Editio publica, *benè loqui, existimare*, quanto aptius est, *loquantur &* De petit. cons.
existiment ? mox, *re, operaque multis, perficiatur.* syncerum integrumque
censeo. *vt spes populi Romani, vt spes Reipubl.* in optimo libro legitur. In
eodem paulo post, *equites Romani & viri boni & locupletes.* & infra, *de dua-*
bus illis commotionibus, commonitionibus. rursus infra, *hoc etiam tenentur : hoc*
& tenentur. In eodem bono libro, illud sic etiam legitur, *cum diligentiam* De petit. cons.
tuam, cum auctoritatem, vimq; dicendi, tum profectò equestris ordinis erga te stu-
dijs pertimescant. pro, *vt videare occasionem* ; *accusationem* in eo legi. Si cui
forte hoc probari potest, pro, *maximè necessarios*, disertè scriptum in
eo erat, *magnopere necessarios.* infra, vbi scribitur, *si ex equestribus me-* De petit. cons.

tum inijcimus, fine cunctatione emendare non verebor, *Si sequestribus.* & paulo post, *Quæ tametsi ita*, ex bonis libris lego. Hæc ego tam multa, tamque minuta confectatus fum de induftria, minus vt fupereffet, quod lectori fufpitionem erroris moueret, aut properantem retardaret.

Romani veſtitus mutatio, Maſſagetes populi, Apennini montis deſcriptio, Feſtis diebus templa ſua ramis ornabant veteres. *Cap. 4.*

In tumultu & bello cùm ad fagum ibatur, iuftitio indicto non tantum populus ponebat togas: verum etiam magiftratus prætextas, & in fagis vefteque plebeïa erant. Lucanus lib. 2.

Lucan. lib. 2. — *plebeïo tectus amictu*

Omnis honos, nullos comitata eſt purpura faſces. fignificatur enim ab eo veftitus mutatio, cùm in vrbe trepidaretur. Sed mirum in eo Lucani libro videri poteft, quod cùm omnes auctores Maffagetas, maris Hircani accolas ftatuant, ille tantum eos Iftri vicinos ponit. Sic enim fcribit, — *Maſſagetes Scythicus non alliget Iſter.* Sed fortaffe cùm tam longè lateq; pateant nationes & populi Scytharum, & ad Hiftrum vfq; portendâtur, Maffegetem, id eft, fpeciem pro genere pofuit; aut fpecie, hoc eft, Scythico illo populo, qui Iftrum accolit. Quod autem fcribitur libro 1. de Oratore, *nihil poſtea ciuitati incidiſſe mali, quod non impendere ante Antonius & Craſſus vidiſſent.* illud præfagium, vt & quadam, nifi fallor, epiftola Cicero, Lucanus tribuit Antonio his verfibus,

(Marginal notes: Luc. lib. 2. — Cic. lib. 1. de orat.)

Luc. lib. 2. — *aut te præſage malorum*
Antoni, cuius laceris pendentia canis
Ora ferens miles, feſtæ rorantia menſæ
Impoſuit.

Cic. 3. de orat. At quod idem Cicero lib. 3. de Orat. fcribit, *Hæc autem vt ex Apennino fluminum: ſic ex communi ſapientum iugo ſunt doctrinarum facta diuortia.* Luculentis his Lucani verfibus egregiè explanarur de Apennino loquentis, vt meliorem interpretem nemo requirere debeat.

Luc. lib. 2. *Fontibus hic vaſtis immenſos concipit amnes,*
Fluminaq; in gemini ſpargit diuortia Ponti.
In læuum cecidere latus, veloxq; Metaurus,
Cruſtumiumq; rapax, & iunctus Sapis Iſauro,
Senuaq;, & Adriacas qui verberet aufidus vndas,
Quoq; magis nullum tellus ſe ſoluit in amnem
Eridanus fractas deuoluit in æquora ſiluas. Altera aũt ex Apennini parte.

Luc. lib. 2. *Dexteriora petens montis decliuia Tybrim*
Vnda facit, Rutubamq; cauum, delabitur inde

Vultur-

Vulturnuſque celer, nocturnaque editor auræ
Sarnus & vmbroſæ Lyris per regna Maricæ. Non ſolum autem veteres diebus feſtis & lætis ſolebant deorum templa ramis ornare & velare, vt Maro ſcribit,

Nos delubra deûm miſeri, quibus vltimus eſſet Virg. 2. æn.
Ille dies, feſta velamus fronde per vrbem. Sed & in magna lætitia, familiaribuſque ſacris, & nuptiis ſuos poſtes etiam ſertis vmbrabant atque velabant, & infulis decorabant ac inſigniebant. Lucanus lib. 2.

Feſta coronato non pendent limine ſerta, Luc. lib. 2.
Infulaque in geminos diſcurrit candida poſtes. Addebant & lucernas. Septimius Florens, *Plures iam inuenies Ethnicorum fores ſine lucernis & laureis, quàm Chriſtianorum. Itidem ergo, inquis, honos eſt dei, lucernæ pro foribus, & laurus in poſtibus.* Et alibi, *Cur die læto non laureis poſtes obumbramus? nec lucernis diem infringimus?* Illud autem Perſii, *Diſpoſitæ pinguem nebulam vomuere lucernæ.* Iudæorum ritu dictum eſt, non Romanorum. Hæc veluti muliebri quadam grauidarum malacia laborantes, & faſtidium nobis detergentes è Lucano, aliiſque deguſtabamus. Tertull. in apolog. aduerſ. gent. c. 35. Perſ. ſaty. 5.

Theſpiades, Cybæa, Cupa, Dij penates. Cap. 5.

CICERO in 6. actione in Verrem cùm dubitat quo potiſſimum nomine illam Verris inſaniam, cupiditatem ſignorum & ſtatuarum quærẽdarum vocet, & ſe negat ei proprium vocabulum reperire poſſe, ait denique, *Rem vobis proponam, vos eam ſuo nominis pondere penditote.* in quo quæro, quo pacto res ea ſuo nomine pendi & ponderari poſſit, cui nullum ſe reperire par vocabulum dicit? haud me pœniteat illis adſtipulari libris, in quibus legitur, *vos eam ſuo non nominis pondere penditote.* vt crimen non tam verbo cenſeri, quàm genere vitii, & criminis magnitudine æſtimari velit. Quid quod in iiſdem legitur? *neque in tabula, neque in textili:* quam ſcripturam & ſi vſitatam, ſuis laribus & penatibns eiiciendam non exiſtimo: tamen teſtatam eſſe, & non diſſimulatam tacitamque iacere volui. Quod autem ait, *Latinè ſcitote me, non accuſatoriè loqui.* valet verè & ſimpliciter ſine vllo mendacio, fuco & amplificatione. quo de loquendi genere ante diximus. More autem Romano in epiſtolis, longè diuerſum eſt: id enim ſignificat, vt Romani iudicant & ſentiunt: non vt philoſophi ſtoïci. Nam Stoïci diuitem aliter interpretantur, quàm Romani: illi virtute cumulata & eius officiis: hi æris & cenſus copia, & facultatibus. quod mediuſfidius dixi, quia in eo offendiſſe quoſdam videram. Nolim extrudere ſuo domicilio receptam iſtam ſcripturã: *Itaq; ille L. Mummius cum Theſpijs ea, quæ ad ædem Felicitatis ſunt.* fraudi tantum mihi non

Cic. 6. in Verr. · Cic. 6. in Verr. · lib. 12. aduerſ. cap. 18. · Cic. 6. in Verr.

erit,

erit testificari veterem lectionem, *atque ille L. Mummius cum Thespiadas quæ ad ædem Felicitatis sunt.* Nam Musarũ nouem signa illic fortasse dedicauerat, quæ, vt notũ est poëtas terentibus, Thespiades vocãtur. illa quoque veterum librorum testificatio est: *Is dicebatur esse Myronis, vt opinor; & certe, item, ante hosce deos erant arulæ.* vulgo, *erant tabulæ*: sanè nõ adpositè, nec accommodatè. Arulæ enim significationem & argumentum religionis habebãt illustrius, quàm tabulæ. Sed & *Canephoræ*, quàm *Canephoræ* malim: cùm Greci dicantur κανηφόροι: & οι in œ vertatur Romano more. Cybea autem nauis quæ dicitur, ita vocatur, quasi cypea, à cupæ similitudine: sed & cupa genus nauis est, vnde nomen est sortita Hesychius κύπαι εἶδός τι νεώς· quis autem omniũ ignorat, quam affinitatẽ habeant elementa duo b. & p? Sic autem nauis illa oneraria Siculo vocata est nomine. Dij porrò Penates, patrij dij sunt domestici à patribus nobis relicti. Sunt enim & Penates publici, ac dij patrij sunt, quos πατρῴους Græci vocant. Sunt & apud Ciceronem, dii patrii, qui præsunt pietati liberorũ erga parentes, & charitati patrum erga liberos, vt in 3. actione, *Rapiunt eum ad supplicium dij patrij, quòd iste inuentus est, qui è complexu parẽtum abreptos filios ad necem duceret, & parentes pretium pro sepultura liberorum posceret.* † *Religioni suæ proximus fuit.* infra dicit, vt & affinem crimini & culpæ, aliis locis: quod est, à religione sua non recessit. *Ita C. Cato duorum hominum clarissimorum nepos L. Pauli, & M. Catonis, & P. Africani sororis filius.* hinc abesse nescio quid videtur: sed reticentiæ formula agnosci potest, & quod deest, subaudiri ita. Cato habitus & tractatus est à Mamertinis, vir tam nobilis. quod orationis supplementum tum, cùm vt adscriptum non sit, facilè intelligatur, existimo hic nullam esse fodiendam lacunam.

(Cic. 6. in Verr. — Cic. ibid. — Cic. ibid. — Hesychius. — Cic. 6. in Verr. — Cic 3. act. in Verr. — † Cic. 6. in Verr. — Cic. 6. in Verr.)

Inijcere terram cadaueri, Sepultura per iniectionem glebæ, Mercurius ad Æneã missus, cur per Atlantem descendit, Inferos soluere curas & amores. Cap. 6.

Virg. 6. æn. — *aut tu mihi terram*

Inijce. cùm Maro dixit genus sepulturę per iniectionem glebæ intellexit: cuius mentio & vestigium est lib. 2. de legibus. nonnunquam tamen iniiciebatur terra, cùm erant cadauera insepulta inuenta: metu enim sceleris & impietatis, ter solebant terram iniicere, quod ni fecissent, piaculares fuissent. Huius meminit Horatius, (Cic. lib. 2. de leg.)

— *licebit.*

Iniecto ter puluere curras. & paulo ante eadem od. (Horat. od. 28. lib. 1.)

Negligis, immeritis nocituram,

Postmodo te natis fraudem committere. forsam (Horat. ead. od. 28.)

Debita iura, vicesque superbæ

Te

Te maneant ipsum: Phocylides, γαῖαν ἐπιμοιρᾶσθαι ἀταρχεύτοις νεκύεσσι. & Sophocles, λεπτὴ φεύγοντος ὡς ἄγος κόνις ἐπῆν. & Dionysius de Horatia, ἀλλ' οἱ παριόντες αὐτὴν ἐρριμμένην ἐν ᾧ διεχρήσθη χωρίῳ, λίθους ἐπιφοροῦντες καὶ γῆν, ἐχώννυσαν ὡς πτῶμα ἔρημον κηδεμόνων. quibus è verbis intelligimus hoc genere sepulturæ, qui præteribāt, in eos vti solitos, quos propinquus nemo funerabat. Illud eius quærere pergā, quid sit, quod cùm ad Æneam Mercurius mitteretur, qui Carthaginem mirabatur, ille per Atlantem descenderit, dispendium enim viæ non compendium quæsiuit: cum breuiore via ad Æneam peruenire recta potuerit. Sic enim ait, Phocylides. Sophocles. Dionys. lib. 3.

— Iamque volans apicem & latera ardua cernit Virg. 4. æneid.

Atlantis duri: cœlum qui vertice fulcit. Sed quispiā subiecerit ab eo conspectum esse Atlantem, non tamen inde descensum petitum esse: quod aliter est. nam mox subijcit.

Hic primum paribus nitens Cyllenius alis

Constitit. Id aūt eô factū crediderim à Marone, & quòd ab Atlante stirpē duxerit Mercurius, Atlas enim eius erat auus, & quòd dijs de cœlo descēdentibus scalas etiā quasdā, ne præcipites caderēt, fabricarint. & si superior causa verior est: ad auū igitur visendi causa diuertit. Sidonius Apollinar.

Iámq; vt conueniant superi, Tegeaticus arcas, Sidonius Apoll.

Nunc plantis, nunc fronde volat: vix contigit arua,

Et toto descendit auo. Interdum tamen poëtis descendit è cœlo Atlante præterito. Sed ne ab eodem poëta discedam, ex eo pertexam locū, qui aliquem antiquum ritum latentem habet, qui nisi eruitur, in apertumque profertur, necesse est frigeat poëta, minusque eius inuenta probentur. Sic igitur apud eum loquitur Dido,

Sacra Ioui stygio, quæ rectè incepta paraui, 4. æneid.

Perficere est animus, finémq; imponere curis. Credidit igitur antiquitas inferos, curas & amores soluere solere: quæ est Didoni causa simulandi eorum susceptionem sacrorum. Silius eadem de re lib. 8.

Nigro forte Ioui, cui tertia regna laborant,
Atque atri sociæ thalami noua sacra parabam,
Quis ægeam mentem, & tropidantia corda leuaret,
Infelix germana tori.

Vir virum legit. Cap. 7.

VETERES cùm animosissimè in prœliū ire parabant, & omni animorū & corporū contentione pugnæ discrimē capessere instituebant, in ordinā-da acie hoc consiliū interdum sequebātur, vt vir virum legeret: vt in cuius virtute plurimum fiduciæ esse quisque statueret, eum in acie proximum

haberet:

haberet: cuius latus tegeret, & à quo ſuum viciſſim tegeretur. Apud Virgilium Tuſci bis à Rutulis pulſi hoc genere aciei maiore coorti mole, magnam cædem fecerunt. Sed verba Maronis quid vetat adſcribere?

12. æneid.

Bis Tuſci Rutulos egere ad mœnia verſos:
Bis reiecti armis reſpectant terga tegentes.
Tertia ſed poſtquam congreſſi in prælia, totas
Implicuere inter ſe acies, legitq́; virum vir.

Id etiam in exercitus delectu Hetruſci fecerunt. Liuius, *& ad Vadimonis lacum Hetruſci lege ſacrata, coacto exercitu, cùm virum vir legiſſet, quantis nunquam alias ante, ſimul copijs, ſimul animis dimicarunt.* & Samnites, idem Liuius: *Primoribus Samnitum ea deteſtatione obſtrictis, decem nominatis ab imperatore, eis edictum, vt vir virum legeret, donec ſexdecim millium numerum confeciſſent.* Ad huiuſmodi delectũ reſpexit Cicero, cùm pro Milone ſcripſit, *Ille qui ſemper ſecum ſcorta, ſemper exoletos, ſemper lupas ducebat, tum neminem niſi, vt virum à viro lectum eſſe diceres.* Idem in Senatu legendo ſeruauit Auguſtus, vt indigniſſimis & Orchinis ſenatoribus curiam liberaret: tum enim vir virũ legit: ita fiebat vt turpes præterirentur, quos nemo metu conſcientiæ alienæ & exiſtimationis legere auſus eſſet. Suetonius, *Senatorum affluentem numerum deformi & incondita turba (erant enim ſuper mille, & quidam indigniſſimi, & poſt necem Cæſaris per gratiam & præmium allecti, quos Orchinos vulgus vocabat) ad modum priſtinum, & ſplendorem redegit, duabus lectionibus. prima ipſorum arbitratu, quo vir virum legit.*

Liuius lib. 9. ab vrb. cond.

Liuius lib. 10. ab vrb. cond.

Cic. pro Milone.

Suetonius in Auguſto cap. 35.

Curione non egere, Per curionem dici iubere. Cap. 8.

SCRIBIT Martialis in libri ſecundi epiſtola, *epigrammata Curione non egent, & contenta ſunt ſua, id eſt, mala lingua.* His in verbis quid ſit Curione egere, video quæri. Ego ex ipſo Martiale ſenſum in promptu eſſe animaduerto, qui verſu ſuperiore dixit Tragœdos, quibus pro ſe loqui non licebat, accipere epiſtolam, qua ſe vel populo, vel principi commendabant, aut aliquid petebant: ea autem epiſtola à Curione in theatro palam recitabatur. At pro ſeipſis epigrammata loqui poſſunt, idq́ue eis licet, vt vicaria non egeant lingua, nec egeant Curione. Huic meæ ſententiæ, ſi quis diffidit, non deſunt teſtimonia: reperio enim omnia, quæ in theatro, aut in amphitheatro pronunciarentur, principis mandato, aut magiſtratus edicto, aut alicuius poſtulato per curionem prædicata eſſe: Sed vnius Pollionis teſtimonio contentus ero, qui in Gallieno ſic ſcribit, *Nam cùm taurum ingentem in arenam miſiſſet, exijſſetq́; ad eum feriendum venator, neq; productum decies potuiſſet occidere, coronam venatori miſit: muſſantibusq́; cunctis, quid rei eſſet, quod homo ineptiſſimus coronaretur, ille per curionem dici iuſſit:*

Martialis in epiſtola lib. 2.

Pollio in Gallieno.

iußit: Taurum toties non ferire difficile eſt. Iterum, *mirantibuſque cunctis, rem tam ridiculam per curionem dici iußit, impoſturam fecit, & paſſus eſt.* Pollio in Gallieno.

Sancire fœdus fulmine, Fœdifragi & qui peierabant de cœlo tangi credebantur. Cap. 9.

FIT apud Maronem libro 12. Æneid. Homeri imitatione, fœdus ſolẽni ſacro & iureiurando, ante Turni & Æneę certamen: vt apud Homerum ante dimicationem Menelaï & Alexandri. In eo fœdere ſcribitur, Virg. 12. æneid.

Audiat hæc genitor qui fœdera fulmine ſancit. Seruius enarrat, Sancit, cõfirmat, *ſancta eſſe facit: quia cùm fiunt fœdera, ſi corruſcatio fuerit, confirmantur: vel certè quia apud maiores aræ non incendebantur, ſed ignem diuinum precibus eliciebant, qui incendebant altaria.* Seruius in 12. æneid. cui interpretationi, etſi ſcio plurimũ ſemper eſſe Seruio tribuendum: tamen nullo aſſentiri modo poſſum, potiuſq; credam, id ex opinione veterum dictum fuiſſe, qui fœdifragos & periuros fulmine de cœlo ab Ioue tangi putabãt. Sancit igitur fœdera fulmine, qui fulmine vindicat. Id quod contra formulam & religionem iuriſiurandi commiſſum eſt: nam animaduerſio in ſontes, iuris functio & conſeruatio eſt. Id ita eſſe ex Luciano docere poſſumus: cuius hæc verba ſunt, θᾶττον γοῦν τῶν ἐπιορκεῖν τις ἐπιχειρούντων ἕωλον θρυαλλίδα φοβηθείη ἄν, ἢ τὴν τοῦ πανδαμάτορος κεραυνοῦ φλόγα. Lucianus in Timone. id eſt, itaque eorum, qui peierare aggrediuntur, citius quiſpiam extinctum ellychnion formidauerit quàm fulminis iſtius omnium domitoris flammam. Ariſtophanes de fulmine, τοῦτον γὰρ δὴ φανερῶς ὁ Ζεὺς ἵησ' ἐπὶ τοὺς ἐπιόρκους. Ariſtoph. id eſt, Hoc enim planè Iupiter in periuros mittit. Sed & Homerus in iureiurando fœderis deos periuriorum vindices inuocat: quod imitari Virgilius voluit: ſed de fulmine Iouis dicere maluit. verſus Homeri eſt, Ἀνθρώπους τίννυσθον ὅ,τις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ. Homerus Iliad. lib. 3.

Magiſter Samnitum apud Cic. Samnitum armatura. Cap. 10.

INSEDIT niſi fallor non mediocris macula lib. 3. de Oratore, qua tota ſic inficitur ſententia, vt eius candor non appareat: eam ego hic eluere enitar, ſed ante, totam verborum comprænhenſionem ſubſcribam. *Magiſter hic Samnitiũ ſumma iam ſenectute eſt & quotidie commentatur. nihil enim curat aliud, atq; velocius puer addidicerat: ſed quòd erat aptus ad illud, totumq; cognorat, fuit vt eſt apud Lucilium, — quamuis bonus ipſe Samnis in ludo ac rudibus cuiuis ſatis aſper.* Cic. lib. 3. de Orat. Ego ſponſionem auſim facere, legendum eſſe, *at Q. Velocius puer addidicerat.* nam Samnitũ magiſter valde iam ſenex quotidie rudibus batuebat, & commentabatur in ludo gladiatorio: at Q. Velocius etſi non quotidie commentabatur, tamẽ quia puer gladiaturam &

armaturam didicerat,& quia ad pugnandum aptus erat, eiusq; rei omnes numeros perdidicerat: quandocunq; in ludum venerat: quantumuis bonus Samnis,bonusq; gladiator erat,& cum rudibus eludendum erat, cuiuis satis erat asper,& cum quouis digladiabatur. Hic autẽ magister Samnitium est magister gladiatorum, ne quis forte de liberalibus artibus & studijs interpretetur:Liuius, *Campani ab superbia,& odio Samnitium,gladiatores,quod spectaculum inter epulas erat, eo ornatu armarunt, Samnitiumq; nomine appellarunt.* Sic alio loco apud Lucilium,

Liuius lib. 9. ab vrb. cond.

Lucilius apud Nonium in spurcus.

Samnis spurcus homo,vita illa dignus locoq;. id est,gladiator. Plinius, *Corpore vesco,sed eximijs viribus Tritannum in ludo gladiatorio Samnitium armatura celebrem.* Horatius per translationem,

Plinius lib.7. cap.20.

Horatius 2. epist.lib.2.

Cædimur,& totidem plagis consumimus hostem,

Lento Samnites ad lumina prima duello. Samnitum armatura erat,scutum summum latius,qua pectus atque humeri teguntur,fastigio pari; ad imum cuniatior: spongia pectori tegumentum, & sinistrum crus ocrea tectum: galeæ cristatæ. Eorum stataria pugna erat.

Suetonius in Ner.emendatur,Vitruuius explicatur. Cap. II.

Sueton.in Nerone cap. 45.

IN Tranquillo quod in exemplaribus primæ notæ legitur, *Statuæ eius à vertice cirrus appositus est cum inscriptione Græca, nunc demum agona esse, & traderet tandem*: vnius elementi abundantia sensum amarum populi deridentis Neronẽ, corrumpit:cùm *raderet* legẽdum sit.ita enim eo esse loco Neronẽ dicit,vt cirratus esse non debeat,sed cincinnos ponere & radere. quod est in aliis *traheret*, diluti frigidiq; sensus est, & hebetis atq; absurdi. Sequitur mox in librorum veteramentis,vt sic dixerim: *alterius collo ascopa deligata,simulq; titulus,Ego quid potui?sed tu culeum meruisti.* hinc alii *scopa*, alii *ascopa* fecerunt:cur mihi idem iuris negetur, curq; non liceat, eandem mihi vsurpare licentiã? legendum crediderim, *ascoma deligata*,id est,vtris. Nam etsi verbum hoc neutrius est apud Græcos generis: tamen esse fœminini apud Latinos potest,vt & schema. Apud Vitruuiũ in antiquis libris, *& aurũ ad ascomam appendit*, legitur:quod Græcè est ἄσκωμα: etsi alio loco neutro genere apertè vsurpat. Vter igitur,aut is,qui aurum appendit † apud Tranquillũ loquitur:seq; excusat,quod de Nerone pœnas sumere nõ potuerit,quem ob parricidia insuendũ dicit esse culeo.

Suet. in Ner. cap.45.

Vitruuius lib. 9.cap.3. Vitr.li.9.c.9.

Vitruuius explicatur, Ioui duodecim attribuuntur assessores, Castitas auaritiæ opposita, Interscalmi, Æolipylæ, Gnomon. Cap. 12.

SIMILES mulierculis sumus malacia laborãtibus,quę ex ferculis suauissimis & copiosissimis fastidio aliquantulũ deguſtãt, & propè nauseant

fasti-

faſtidiuntq́; ſtatim:ita cùm in Vitruuio tam multæ ſint omnibus libris lautitiarũ epulæ,plenis promulſidiarijs, nos vix attingimus vnã & alteram paropſidẽ libri 1.hoc capite. *Cùm*,igitur ait, *conciliũ cœleſtiũ in ſedibus immortalitatis eum dedicauiſſet.* conciliũ duodecim deorũ intelligit,qui conſiliarij & aſſeſſores attributi erant Ioui,vt cenſebat antiquitas: de quibus Demochares, ὦ θεόφραστε, Ἀθηναῖοι ἦσαν ἀλλ' οὐχ οἱ δώδεκα θεοὶ οἱ δικάζοντες. Seneca de fulminibus,*Secundam quidem mittit Iupiter, ſed ex conſilij ſentẽtia: duodecim enim deos aduocat.*Quod idẽ à Feſto etiam refertur, *Quare videtur vtraq; parte exercitatus eſſe debere.*legendũ exiſtimo, *non exercitatũ*: vt ſolœciſmi fœditas vitetur:adſtipulatur & antiquus liber. Quid eſt, *primũ ex euthygrammis circini tradit vſum?* Circino non tantũ in circinandis circulis vtimur,verum etiam regula poſita recta lineas ducimus:& ſępè circũducta rotundatione,rectas omnes lineas ad eius centrũ reſpondentes ducimus.Idq́; eſt ex euthygrãmis tradere vſum circini. Alij emendant, *Euthygrãmi & circini tradit vſum.* quod opinor omnib.probatur,&ſi recedit ab antiquis libris,à quibus non ſine cauſa receſsũ eſt. Caſtitas ſordib.interdũ & auaritię opponi videtur,vt cùm Vitruuius ſcribit, *Nullũ enim opus ſine fide & caſtitate fieri poteſt.*ante enim inceſſerat auaritiã. Eodẽ modo in oratione pro lege Manilia vſurpatur. † ἠχεῖα autẽ quæ ſint explicat interpres Theocriti in Pharmaceutria. Quod ab eodẽ ſcriptore ponitur, *interſcalmio,* ὃ διαπηχαικὴ *dicitur,* ſonat vitiũ, & rimoſa fidelia. vetus ſcriptura eſt *dipheiaca.* puto legendũ, *quæ* δρύφακτος, vel potius *diaſphaca.* nã interſcalmi tabulata hoc nomine Gręco cõmodiſſimè & aptiſſimè appellari poſſunt. Sed hoc cõiecturæ tantũ loco poni & habere volo:nõ pro ſententia iudicis:melius ſi quis quid cõiecerit,laudatorẽ me habebit.Reperi & in vetuſto exemplari,pro, *fontiũ nymphis, fonti cum nymphis.* ſcimus enim etiã fontes à veteribus cultos:& libro 2.de legibus memoratur *fontis ara. Æolipylæ* ſunt ex eo vocatę,quia credidit antiquitas Æolũ vẽtos tenere clauſos carcere,& patefacta ab eo porta,erũpere,terraſq́; perflare,vt canit Maro,

Quà data porta ruunt. Itaq; quia è cauis illis globis aqua plenis,qua foramen eſt,cùm induntur in ignẽ magna vis halitus effertur: propter eius eruptionem ſunt Æolipylæ vocatæ,id eſt,Æoli portæ. *Andronicus* autem *Cyrrheſtes*,nõ vt in Varrone Cypreſtes ſcribi debet.Cyrrus enim, inquit Stephanus,oppidũ eſt Syriæ,cuius municeps Cyrrheſtes dicitur. *Gnomon indagator vmbræ*,dicitur ad diſcrimẽ gnomonis geometrici, qui circũponitur quadrati & gnomonis quoq; eius, quo caſtra metabãtur, & vias dirigebãt:quo etiam in cõdendis oppidis vtebãtur.Eius meminiſſe videtur Vitruuius,cùm ſcribit, *Ita his confectis inter angulos,octoni gnomõ ponatur,& ita dirigantur plateæ, & angiportorũ diuiſiones 12.* Appellabatur & gnoma.

Vitruuius in præfat.lib. 1.
Demochares.
Seneca lib. 2. natur. quæſtion. cap. 41.
Feſt. lib. 4.
Vitr.lib. 1.c.1.
Cic. pro lege Man.
† Vitr.li.1.c.1.
Theocr.interpres in pharmac.
Vitr.lib.1.c.2.
Cic. 2. de legib.
Vitr.lib.1.c.6.
Virg.1.æneid.
Vitr.lib.1.c.6.
Varr.
Steph.
Vitr.lib.1.c.6.

Earum grauidarũ vitio, quæ carbones appetunt, bonos cibos abominantur: nos quoq; è magno & opulento thesauro Vitruuij, velut carbones, nõ cabũculos & gẽmas legimus. Sed qui ista legẽt, quãti à nobis fiãt cùm audierint sæpius nõ testificantes, queri non poterũt se à nobis in fraudẽ inductos: nõ enim vt auctionibus quidã facere solẽt, licitatorẽ apponimus, vt nostra pluris vendamus, qui has merces nostro præconio vituperamus.

Erodius, Fulica, Mergus, Ardea, Acredula, Vlula, Lumbricus aquaticus, Cornix. Cap. 13.

MAGNO labore nobis constat interpretatio auctorum Græcorũ, nec iniuria: cum ipsa literarum columina, quorumque auctoritate stamus, etiã sine ratione videamus in his dissentire. ne longè abeas Erodius à Cicerone Fulica, à Marone Mergus vertitur, vt iam ante dixi. Auieno modo Ardea est: quam verissimam puto interpretationem, vt cùm scribit,

Auienus in Arato.

Cum procera salum repetit clangore frequenti
Ardea. Ἐρωδιὸς enim ab Arato scribitur. modo Fulica, vt,

Aratus in prognost. *Plinius lib. 18. c. 35.* *Aratus.* *Theophrast. in prognost.* *Cic. lib. 1. de Diuinat.* *Theon Arati interpres.* *Theophrast. in prognost.*

Et cum parua fulix trepido petit arua volatu. At fulicam videretur cuipiã Plinius ὀλολυγόνα vocare. Nam quod scribit, *& fulicæ matutino clangore*, esse quispiã putaret, quod scripsit Aratus Η τρύζει ὀρθειὸν ἐρημαίη ὀλολυγών: Sed Theophrastum interpretatur scribentem, καὶ ἐρωδιὸς ὄρθριον φθεγγόμενος ὕδωρ ἢ πνεῦμα σημαίνει. Aut hanc Acredulã Cicero vocat: Auienus vlulã, cui & veriloginũ subscribit, cùm ab vlulando sit vocata. Theon auẽ dicit esse instar turturis. Sunt & qui lubricũ aquaticum esse scribant: quam sententiã Grammaticorũ Græcorum ineptissimã esse arbitror. In præsagijs ὀλολυγόνα posuit Theophrastus, quẽ sequutus Aratus est, sed ita, vt crucẽ penè fixerit Grammaticis. verba Theophrasti sunt, καὶ ὀλολυγὼν ᾄδουσα μόνη ἐν ἀκρωρείαις χειμέριον. vbi sine controuersia auis nomen est. κέπφος fulica est, αἴθυια, mergus. Sed & in illo Arati parum Auieno conuenit cum Plinio.

Aratus. *Auienus in Arato.* *Plinius lib. 18. c. 35.*

ἤδη καὶ πάπποι λευκῆς γήρειον ἀκάνθης.

Iamq; super latices florum volitare senectam. Plinius, *lanugo populi aut spinæ volitans.* vt λεύκης legisse substantiuum videatur, quod adiectionis tamẽ est. & de cinara, quæ albus carduus etiam vocatur, ab interpretibus Græcis exponitur. De cornice quod Maro scribit, *Et sola in sicca secum spatiatur arena.* quod ex Arato vertit: tamen in Arato secus est,

Virg. lib. 1. Georg. *Arat.*

— παρ' ἠιόνι προὐχούσῃ

Χείμαλος ἀρχομένου χέρσῳ ὑπέκυψε κορώνη. vel vt in alijs libris extat ὑπέλυψε. prominens enim saxum & scopulum intelligit: non arenam Aratus. vt è Theophrasto constat, sic scribente: κορώνη ἐπὶ πέτρας ἐφεζομένη. vulgo excuditur κορυασσομένη, quod alium efficit sensum. ἣν κῦμα κατακλύζει ὕδωρ σημαίνει.

senten-

ſententia enim eſt: cùm in prominente litore ſaxo inſidit, augurium imbris eſt. Plinius autem quanta libertate vſus eſt, in illo Theophraſti explicãdo, *Theophraſt. in prognoſtic.* κόραξ πολλὰς μεταβάλλων εἰωθὼς φωνὰς τούτων ἣν ἂν δὶς φθέγξηται, καὶ ἐπιρροιζήσῃ, καὶ τινάξῃ, ὕδωρ σημαίνει. ἐάν τε ὕδατος ὄντος μιμῆται τῇ φωνῇ οἷον σταλαγμοὺς, ὕδωρ σημαίνει. καὶ ἐὰν μὴ τὴν εἰωθυῖαν φωνὴν ἵῃ, καὶ ἐπιρροιζῇ, ὕδωρ σημαίνει. Hæc enim ſic Plinius Latinis hominibus interpres reddit, *Corui ſingultu quodam latrantes, ſeq; concutientes, ſi continuabunt, ventos: ſi verò carptim vocem reſorbebunt, ventoſum imbrem.* *Plinius lib. 18. cap. 35.* At Virgilius illud ἐπιρροιζήσῃ de ſtridore, quem volantes faciunt intellexit: cùm eorum exercitus ſecat aërem rapido impetu & remigio pennæ: ſic enim dicit,

— *& è paſtu decedens agmine longo,* *Virg. lib. 1. Georg.*

Ceruorum increpuit denſis exercitus alis. At id de coruis intellexit Theophraſtus, ſe concutientibus, & alis ſtridorem edentibus, etiam cùm non volant, vt facere poſſunt. Ac videtur intelligere Theophraſtus, etſi ex æmulo eius Arato id non liquet ſatis. Sed & illud ἐπιρροιζήσῃ, quod de pennis perſpicuè ſuſurrum & ſtridorem facientibus accipiendum eſt; ad vocem retulit Auienus, ſic ſcribens,

— *& tenui cùm ſtridunt gutture corui*: niſi illud potius vertit ἰρήκεσσι ὁμοῖον φθεγξάμενοι. *Auienus in Arato.* Sed quid ago, qui in antiquitatem inquirere videor? quaſi *Aratus in prognoſticis.* verò aliquid in literis videre poſſim, quod illos latuerit, aut non ridiculus ſim, qui eorum inſectatione famam quęrere velle videar. Nec à me in eos inquiritur, nec inſectationis & inſimulationis loco hæc à me ponũtur: ſed tantum vt oſtendam inter ſummos auctores parum conuenire: quod non tam eorum vitio eſt adſcribendum, qui aliorum verba exprimere voluerunt, quàm auctoribus qui obſcurè loquuti ſunt, idque dixerunt, quod in duas trahi ſententias poſſet.

Perſius 2. ſatyra explicatur, Ebullire, Bidental, Iupiter Elicius, Ceris infuſus, Stringere venas, Strictura, Lippa propago. Cap. 14.

Funde merum genio, non tu prece poſcis emaci. Hoc in verſu ſenſus non eminet foras, ſed intus latet. *Perſius 2. ſatyr.* nam & ſi quod à Cenſorino refertur, verũ eſt: Genio vinum libari, non hoſtiam cædi, ne qua die vitam accepimus, alijs adimamus: tamen intelligendum arbitror Perſium dicere Matrino, nihil neceſſe eſt rem diuinam cæſa opima hoſtia facere, cùm ſolo vino vir præſertim bonus litare poſſit, vt ſumptuoſo ſacro non ſint ei emendæ Deorũ aures, ad vota audienda. Illis enim eſſe opus magnis ſacrificijs, qui Deos corrumpere & eblandiri volunt, improbaque vota impetrare ſtudent, ſub lingua murmuranda, non palam enuncianda. Pro, *Illa ſibi introrſum,* legitur *Perſ. 2. ſatyr.* etiam, *illa ſed introrſum.* vtrunque laudandum. Pro, *Ebullet, ebullit.* quod eſt ebulliat, antiquo more, veteres libri habent, *Si virtutes ebullient,* dixit

Cic. 3. Tus. Cicero per translationem, pro effundent, frequenter loquentur, iactabũt, si in eorum efferuescent oratione virtutes. sed hîc absolutè dicitur ebulire funus, quod, vt aqua ebulliens extra lebetem redundat & effunditur, sic domo foras effertur. Legitur etiam *Ebullit patruum*, pro efferat patruum. sed illud alterum, receptum magis est: nec deest, qui *ebullet* hic legat.

Pers. 2. satyr. — *Pupillúmue vtinam, quem proximus hæres*
Impello, expungam: namq; est scabiosus, & acri
Bile tumet. Opinor esse sensum: atque vtinam pupillus, cui hæres proximus sum substitutus in secunda cera, moriatur, præsertim valetudinarius & morbidus, vt scabiè obsitus, & bile suffusus.

Pers. 2. satyr. — *Nerio iam tertia conditur vxor.* cùm dicitur omnino concinnius est, & ab antiquis exemplaribus asseritur.

Pers. 2. satyr. *Triste iaces lucis, euitandumq; bidental.* In lucos parum castos fulmina mittere censebatur Iupiter; qua ex opinione Flaccus scripsit,

Horat. lib. 1. od. 12. *Tu parum castis inimica mittes*
Fulmina lucis. Bidental Græci ἐνηλύσια vocant, quæ sacra erant Ioui cognomento Catæbatæ, quem Elicium dicere possumus.

Pollux. lib. 9. Pollux, τὰ μέντοι ἐνηλύσια οὕτως ὠνομάζετο εἰς ἃ κατασκήψειε βέλος ἐξ οὐρανοῦ. καὶ τὸν Δία τὸν ἐπ᾽ αὐτῷ καταιβάτην ἔλεγον. περιερχθέντα δὲ τὰ ἐνηλύσια ἄψαυστα ἂν εἴποις. Locum eum, qui fulmen procurabant & condebant, claudebant, nec attingere fas erat.

Pers. 2. satyra. — *incusaq; pingui*
Auro dona feram. Sunt dona in auro crasso cusa & fabricata: id est, vasa aurea solidæ materiæ, non gracilis bracteæ. Sic cæris infusus apud Calvum, è cæra factus & in cæra fusus.

Calvus.

Pers. 2. satyr. *Excutias guttas*, valet emittas. — *lætari prætrepidum cor.* id est, ad lætandum prætrepidum cor, id est, ad lætitiam subito festinans: aut ad sequentia refertur.

Pers. 2. satyr. *Hinc illud subijt.* illud enim, lætari, est illa lætitia: hinc subijt palpitãs & trepidans cor. quod de prædatitio auro & manubijs, deorum effigies ducis, vt interpretaris. Nam si quis deorum illorum, quorum similes & geminæ velut fratrum sunt statuæ ahenæ in templis somnium tibi verum immiserit, omni carens pituita, qua cum caput oppletũ est, vt in grauedine: fallacia & inania obuersantur visa: præcipuus tibi erit, eiusque à te inaurabitur barba: quasi deus auro deleretur. *Mittent* autem & *mittunt* lego in autographis. *& stringere venas.* inde stricturæ vocatæ sunt massæ & laminæ ferri. Maro,

Virg. 8. æneid. *Stricturæ Chalybum, & fornacibus ignis anhelat.* Pro, *in sacro quid facit aurum*, legitur *in sancto*, in archiuis. *Lippa propago*, vel quòd Hessalinus re vera lippus fuerit, idemque improbus: vel lippus improbus est, vt alio

Pers. 5. satyr. loco, — *lippus & in tenui farragine mendax.*

Verba

Verba quædam deſideratiua potius dici, quàm frequẽtatiua, Prenſo, Capto, Vendito, Lingua venditaria, Dormito, Oſtento, Munito. Cap. 15.

VERBA ſunt multa, quæ à Grammaticis litteratis formæ cẽſentur frequentatiuæ, & eius planè ſpeciem præ ſe ferunt: quæ tamen ſi quis proprius inſpiciat, & quo ijs modo auctores vtantur, attendat: animaduertet deſideratiua potius eſſe. Eorum pauca commemorabo, ſed quæ ſtudioſis exemplo erunt; vt alia eiuſdem generis exquirant. Prenſo, non eſt prendo frequenter, ſed prendere cupio. Nam qui ſuffragium alicuius mereri ſtudebat, & qui ſuffragium captabat, prenſare dicebatur. quod erat tanquam hominem eum, cuius ſuffragium captabat prendere velle: itaque qui ſe adiri à candidato viderat, dicebat: iſte me prenſat, id eſt, prendere cupit. Capto, non eſt frequenter capio, ſed capere deſiderio: vt capto cœnam: capto beneuolentiam. Vendito, non eſt frequenter vendo, ſed vendere cupio. Cicero, *Atq; ei ſeſe cui totus venierat, etiam vobis inſpectantib. venditaret.* id eſt, ſe ei vendere vellet. proinde apud Plautum in Sticho. *Lingua venditaria*, ea eſt, non quæ vendit, ſed vendere cupit, qualem ſuam dicit paraſitus, qui auctionem faciebat & vendere cupiebat. Dormito nõ eſt ſæpe dormio, ſed dormire expeto. Plautus, *Te dormitare aiebas, menſa ſublata eſt, cubitũ hinc abimus.* Sic in ſancto Euangelio, quod ἐνύσταξαν Græcè ſcriptum eſt, dormitarunt reddidit interpres eleganter, quòd, qui dormire cupiunt, caput tenere non poſſunt. Oſtento, non eſt frequenter oſtẽdo, ſed oſtendere me in re aliqua volo. Munito, pro munire cupio. pro Roſc. Amerino. Denique multa eſſe alia ſcio, quæ referri poſſunt: ſed ſatis eſt eam ſpeciem tanquam digito indicaſſe, ſtudioſiſque ſpecimen demonſtraſſe.

Cic. in Aruſpic. reſponſ.
Plaut. Sticho. Sc. famem fuiſſe ſuſpicor.
Plaut. Amphitruone Sc. Satim parua res.
Matth. 25.
Cic. pro Roſc. Am.

Cic. in Rull. explicatur, Inhibere ſpem, Inhibere imperium, Plautus in Sticho. emendatur, Fontinalis, Fontinalia ſacra, Obſignare. Cap. 16.

EXIGVA eſt Ciceronis in Rullum conciuncula, qua quod inſimulatus erat, quod defenderet Syllanorum poſſeſſiones, id vltro ab aduerſarijs fieri criminatur: & tamen, vt ipſe de ſe fatetur, in epiſtola quadam ad Atticum, id agebat, ne Syllani poſſeſſionibus mouerentur. Quod flauio legem Agrariam ferenti ſatis indicauit. quem ego locum adſcribam, vt homines intelligant plerunque oratores mentiri & mendaci fuco ſuæ cauſæ patrocinari. *Ex hac ego*, inquit, *lege ſecunda concionis voluntate omnia illa tollebam, quæ ad priuatorum incommodum pertinebant: liberabam eum agrum, qui P. Mutio, C. Calphurnio Coſs. publicas fuiſſet. Syllanorum hominum poſſeſſiones confirmabam: Volaterranos & Artemitanos, quorum agrum Sylla publicarat, neque diuiſerat, in ſua poſſeßione retinebam: vnam rationem non reijciebam,*

Cic. lib. 1. ad Attic. epiſtola 14. Non modo ſi mihi tãtum eſſet.

vt ager

vt ager hac aduentitia pecunia emeretur, quæ ex nouis vectigalibus per quinquennium reciperetur. In ea conciunculа scribitur, *Sed tamē habet illis legibus spem nonnullam ille, cui ademptus est.* Quo sanè loco conqueror tantum homines quosdam sumpsisse in Ciceronem iuris, vt cùm in libris veteribus & nonnullis excusis rectè eleganterque legatur, *Sed tamen inhibet illis legibus*, insolétes huius dictionis, possessione contra prætoris interdicta veram scripturam mouerint. Inhibere autem spem, est spem in aliqua re habere: Sic inhibere imperium dixit Plautus in Sticho.

Cic. 3. in Rull.

Cic. 3. in Rull.

Plautus Sticho. Sc. Agite, ite foras,

Quid isthuc est prouinciæ? St. Vtrum Fontinali
An libero imperium te inhibere mauis? &c. vulgo parum emendatè & versu claudicante Trochaïco, fontali illic legitur. sed Fontinali versus flagitat. Et sic reor deum fontium vocatum fuisse: vnde Fontinalia vocata sacra. Est autem imperium inhibere Fontinali, aquæ imperium habere: vel in aqua imperium habere: commodius fecissent si verbum inhibuerit ex oratione pro Quintio sustulissent: & quam veteres libri scripturam exhibent & præstant, eam restituissent. locum eum adscribam, *Quod si facere nolit atque inhibuerit.* quod est, obstinauerit, institerit, perseuerauerit. In eadem conciuncula, verba legis Seruiliæ sic scribenda sunt, *Quæ post Marium & Carbonem Coss. ædificia, agri, lacus, stagna, loca, possessiones publicæ, data, assignata, vendita concessa sunt: ea omnia eo iure sint, vt quæ optimo iure priuata sunt.* Sed & infra lege, *Quod habent, vt habeant? quis vetat? vt priuatum.* Paulo post vbi excusum est, quod & non improbo. *eodem capite nota obsignata omnia.* quod est, obsignatis tabulis obligata. Valerius, *Septem enim iugera agri possedit, ex his tria quæ pro amico ad ærarium obsignauerat multo nomine amisit.* id est, obligarat. infra scribe: *Id eo iure teneret, quo qui optimo priuatum?* id est, quo qui optimo iure priuatum tenet. Subiicit Cicero de Rulli socero, *Hic vt ipse habeat quod non habet.* quod est, vt optimo iure habeat.

Cic. pro Quintio.

Cic. 3. in Rull.

Cic. 3. in Rull.

Valerius.

Cic. 3. in Rull.

Cic. 3. in Rull.

Statio, Lampridius emendatur, Iuuentutis princeps, Frumentarij, Laticlanij honos, Rudiarij, Delinimenta, Bellonæ ministri, Gigantes anguipedes cur, Sectores, Diræ, Porta Libitinensis, Penula. Cap. 17.

MAGNO sæpe liberi improbi dehonestamento sunt optimis parentibus, quorum interdum in vita hoc tantum reprehendere possis, quod tales procrearint. Id adeo mihi venit in mentem nuper cùm Commodi imperatoris nequissimi & profligatissimi vitam legerem: in qua etiam quædam obseruaui, quæ tumultuariis his commentariis accenserē. Eum Lampridius dicit artificem in his fuisse, *quæ non erant stationis imperatoriæ.* Vbi stationem, locum interpretor. ductum autem id esse videtur à militum

Lamprid. in Commodo

statio-

ſtationibus. Lego mox, *Appellatus eſt autem Cæſar puer cum fratre ſuo Vero*: non vt euulgatum eſt, *Seuero*. & proximè: *In collegium ſacerdotum adſcitus: cöoptatus inter tres ſolos principes iuuentutis cum togam ſumpſit*. (Lamprid. in Commodo.) Repeti enim à ſuperiore debet, appellatus eſt. Nam imperatorũ liberi vel ſucceſſores ſæpe ſolebãt iuuentutis principes appellari: quod ex eo inoleuerat, quia quemadmodum à Cenſoribus Senatus princeps legebatur, ſuumq; Senatus principem habebat: ita quoque iuuentuti ſuus princeps tribuebatur. Lego, *vt proſtibula mancipia per ſpeciem lupanarium & ludibrium*, non perficiem: niſi ſi quis per faciem probet, vt propinquus dicit Lampridius Anterum per frumentarios occiſum fuiſſe. quo in loco frumentarios exiſtimo eſſe, qui frumentum portabant in horrea publica, & qui inde etiam cum viritim dabatur, in ædes ciuium portabant. Nam ſcribit Spartianus (Spartianus in Adriano.) exploraſſe Adrianum Imperatorem omnia domorum arcana per frumentarios. id eô exiſtimo, quòd in eas domos venditare crebro ſolebãt, in quas frumentum portare ſolebant. Per Laticlauij honorem ſcribit Paternum (Lamprid. in Commodo.) à præfectura remotum. quod vt Suetonius in Tito ſcribit præfecti prætorio æqueſtris ordinis eſſent: non ſenatorij: ita maiore ornatus ordine per Laticlauium à præfectura remouebatur. *In arena*, inquit, *rudibus inter cubicularios gladiatores pugnauit*, legendum exiſtimo, *inter rudiarios gladiatores*. (Lamprid. in Commodo.) nam qui gladiatores rude donati erant, hi iam non cogebantur ferro decertare: ſed ſola rude. ex quo & rudiarij vocati ſunt. mouet coniecturam huius lectionis antiqua ſcriptura: quanquam ſi quis cubicularios legat, non multum peccet: quòd Imperator ille perditus etiam cubicularios gladiatores habere potuerit: quanquam coniecturæ meæ non leue ſubſidium accedit ex hiſtoria Dionis, qui eum publicè ſine ferro batuiſſe dicit. (Dion in Commod.) quod, vt dixi, rudiariorum eſt: idem tamen etiam eum domi ferro dimicaſſe dicit. Delinimenta pro veneficijs in eadem vita obſeruo. *Cui*, inquit, *furor dicitur inter dilinimenta Martiæ iniectus*. (Lamprid. in Commodo.) Bellonæ miniſtri ſibi brachia cruentare ſolebant. Horatius,

Hunc circuntonuit gaudens Bellona cruentis. (Horat. lib. 2. ſaty. 3.) id tamen non tam faciebãt, quàm artificio aliquo conſequebantur, vt facere viderentur. veram autẽ brachiorum cruentationem exegit Commodus. Lampridius, (Lamprid. in Commod.) *Bellonæ ſeruientes verè execare brachium præcepit ſtudio crudelitatis*. Anguipedes à poëtis Gigantes dicuntur, quòd ima ſui parte in ſerpentes deſinerent. in (Lamprid. in Commod.) eorum ſpeciem homines tota conquiſitos vrbe, pedibus captos, vel debiles formatos Commodus ſagittis confecit. vt Lampridius ſcribit: cum Dion claua eos à Commodo confectos ſcribat. (Dion in Commodo.) Ita ſtolidus vecorſque princeps præſtantiſſima Herculis facinora imitabatur miſerorum ſanguine & anima ludens. *Commodos*, vt inquit, *appellatus fuit Paulus primus ſecu-* (Lamprid. in Commi.)

torum:

Dio. in Comm.

torum. pro quo in Dione legitur πρωτόπαλος σεκουτόρων. quo intelligitur is, cuius prima sors est: sed Latinam editionem veriorem putem. Secutoris autem armatura erat clypeus & gladius ligneus, vt in Commodo scribit Dion. Diras fuisse cùm scribit Lampridius, aues inauspicatas accipimus, quod & à Seruio in Maronem exponitur, *Galea,* inquit, *eius bis per portam Libitinensem elata est.* Hic portã Libitinensem non vrbis, sed amphitheatri interpretor, per quam cadauera interfectorum gladiatorum efferebantur. Dion de Commodi ludis, τὸ κράνος αὐτοῦ κατὰ τὰς πύλας καθ' ἃς τελευτῶντες ἐκφέρονται, ἐξεκομίσθη. Sanguinem gladiatoris dicit Commodum *sibi ad caput detersisse,* idque male ominosum fuisse: Id enim est, quod Græci dicũt, τῇ σῇ κεφαλῇ ἀναμάξεις. Quam penulam Latini vocant, eam Græci μανδύαι appellant: nam quod Dion scribit in Commodo καὶ ἐν ταῖς μανδύαις εἰς τὸ θέατρον εἰσελθεῖν: Lampridius scribit, *Penulatos iußit spectatores, non togatos ad munus conuenire:* quanquam non me præterit etiam φαινόλην, à Græcis vsurpari.

Dio. in Comm. — Lamprid. in Comm. — Seruius in 8. æneid. — Lamprid. in Commod. — Diõ in Comm. — Lamprid. in Commod. — Diõ in Comm. — Lamprid. in Commod.

Capitolinus emendatur & explicatur, Tolerantia, Præsul, Vates, Magister, Ampiruare, Redantruare, Seuiri, Ius relationis secundæ, tertiæ, quartæ & quintæ, Signum dare, Dies vtiles, & non vtiles, Bucolici milites, Bucolia, Semiermes, Diocnitæ, Iudex, Donatiuum. Cap. 18.

Iul. Capitolinus in Anton. philos. — Capitol. in Ant. philos. — Tertull. de patientia. — Lib. 7. aduers. c. 8. — Capitolinus in Anton. philosopho.

IN Antonini philosophi vita quod legitur, *ad consolatum prouexit honoribus in se receptis,* mendosum. lego restituoque, *oneribus in se receptis.* nam qui magistratus adepti erant, eos sine sumptu & impensa gerere non poterant. Eum ergo sumptum de suo imperatori suppeditabat Proculo, cuius ei oneri impares videbat fortunas. *Sumpsit,* inquit Capitolinus, *habitũ philosophi & deinceps* tolerantiam. Hic ego tolerantiam accipio patientiã philosophorum & duritiam asperitatemq́; vitæ. quam Septimius Florens ab æquanimitate proficisci dicit, ita scribens, *Nobis exercendæ patientiæ auctoritatẽ nõ affectat humana caninæ æquanimitatis stupore formata: sed viua & cœlestis disciplinæ diuina dispositio delegat.* Ea autẽ æquanimitas est, cum æquo animo omnia ferimus, nec animo angimur. Fuisse dicit Marcum in Saliatu præsulem, vatem, magistrum: vbi præsulem inrelligo, qui ante alios saltat, & cuius gestus & numeros alij imitantur & reddunt: quod vt iam ante exposui, ampiruare est & redantruare. Vates eo in collegio & sacerdotio erat, qui versus faciebat saliares. Magister autem est is, qui collegio præerat. *Seuirûm,* inquit, *turmis equitum Romanorum iam consulem designatum creauit.* Hic ego Seuiros interpretor, qui equitibus sex classium præerant, vt vnicuique classi suus esset, illisq́ue, vt opinor, ducibus equites, mense Quintili transvehebantur. Ius quintæ relationis alio loco explicaui

plicaui eſſe,ius de quinque rebus referendi : quoties Senatus habebatur. quod inſtitutum primo fuit imperio Auguſti, cui, vt Dion ſcribit, vt ius Dio in Auguſt. eſſet quandocunque Senatus haberetur, vna de re referre. decretum fuit poſtea ius tertiæ relationis: legimus decretum quibuſdam Imperatoribus non ſecundæ,ſed & quintæ ex imparis numeri ſuperſtitione : cui veteres multum tribuebant. Pertinaci igitur cùm ius quartæ relationis decretũ Capitol. in Pertinac. fuiſſet,ominoſum & inauſpicatum fuit,breuiq́ue exitium portendit. Ad- dit Capitolinus Antoninum Pium animam agentem Tribuno ſignum æ- Capitol. in Ant. Pio. quanimitatis dediſſe. Interpretor ab eo ſignum quoddam geſtu manus vel corporis datum fuiſſe,quo ſignificabat ſe æquo animo de vita migra- re,neque ſe mortem grauiter ferre. Lego mox, *cùm relictum ab alio parti- cipaſſet.* lego etiam, *fratri verò filiam ſuam nupturam, commiſſam ſorori ſuæ* Capitolinus in Antonino Philoſopho. *eandem locupletatam Brunduſium vſque deductum ad eum miſit, Romamq́ue ſtatim rediit.* Dies vtiles,qui ſeſſionum explicantur,facile intelligentur ex eo,quod ſcribit in Antonino Capitolinus, *Faſtis dies iudiciarios addidit:ita* Capit. in Ant. Philoſ. *vt ducentos triginta dies animos rebus agendis litibuſq́ue diſceptandis conſtitue- ret*: nam vtiles dies ex iudiciariis exponendos eſſe iure dixerim & adfir- marim.Olim dicit Capitolinus non ſolitos dari curatores, *niſi ex lege Læ-* Capit. in Ant. Philoſ. *toria, & quibuſdam cauſis.* Ex lege autem Lætoria dabantur adoleſcenti- Cic. 3. lib. de offic. bus ne circunſcriberentur. nam ad eas circunſcriptiones tollendas latam fuiſſe ſcribit Cicero. Cùm ad Marcomannicum bellum proficiſci Mar- cus pararet, haſtam iecit ſanguineam. quod à Capitolino prætermiſſum miror. Retulit autem his verbis Dion, καὶ τὸ δόρυ τὸ αἱματῶδες παρὰ τῷ ἐνυείῳ Diō in Marc. Antonino. ἐς τὸ πολέμιον δὴ χωρίον, ὥστε καὶ τῶν συγγενομένων αὐτῷ ἤκουσα, ἀκοντίσας ἐξωρμήθη. Nam vt Victor ſcribit ædes Bellonę verſus portam Carmentalẽ erat,ante Pub. Victor de vrb. Rom. regionib. quam erat columna,index belli inferendi: vnde ituri ad bellum duces ha- ſtam reiiciebant.Hunc ego ritum crediderim natũ eſſe ab illa haſta,quam olim in bello indicẽdo ſolebant Feciales in fines hoſtium mittere.Buco- lici milites, quorum in ea vita mentio eſt Ægyptii erant, paſtoritiam vitã colentes. Si nomen ſpectes, ex eo loco,qui Bucolia dicebatur. Vallis au- tem erat, vt ſcribit auctor Æthiopicôn, quæ Nili exundationes recepta- Heliodorus li. 1. æthiopicôn. bat immenſa in medio altitudine, extremis in paludem degenerantibus. Re vera tamen latrones erant, non paſtores. *Latrones*, inquit, *etiam Dal-* Capitol. in Ant. philoſ. *matiæ, atque Dardaniæ milites fecit,armauit & Diocmitas.* Diocmitas arbi- tror fuiſſe homines leuiſſimæ armaturæ,vel ſemiermes potius,qui ad fu- gientes perſequendos ipſa leuitate habiles eſſent. Marcellinus, *Adhibi-* Marcellinus. *tis ſemiermibus paucis,quos Diocmitas appellant.* Antoninus Pius inquit Ca- Capitol. in Antonino Pio. pitolinus, *ex amicorum ſententia formas compoſuit.* quibus tandem de formis id ab Hiſtorico ſcriptum exiſtimamus?ego de literis putem,quarum for-

mam

mam imperator di&#x1F;ctabat, magistratusque exemplum postea sequebantur. Suetonius, *Cùm procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolã, sic cœpit: Dominus & Deus noster sic fieri iubet. Species,* inquit, *imperatorias superfluas vendidit & prædia.* Intelligo eo nomine triticum frugesque reliquas, quæ imperatori à prouincialibus pendebantur, & ex eius prædijs colligebantur. Species enim ipsas exigebant, vt Iurisconsultis notum est. Si qua igitur specierum superuacanea esset, eam vendebat Antonius Pius. *Successorem,* inquit, *viuenti bono iudici nulli dedit.* Nomen iudicis illa tempestate latissimè patebat: eoque nomine omnes magistratus etiam censebantur: vt Proconsules, Præsides prouinciarum, Legati. quod & è titulo de Iurisdict. omnium iudicum etiam intelligi potest: vbi sic etiam latè iudicis nomen accipitur. legendum autem censeo, *notareturque ab aulicis ministris ab ostentatione pietatis,* non, vt publicatum est, *vocareturque. Militibus,* inquit, *donatiuum addidit.* Donatiuum vocatur stipendium, quod militibus donatur, non debetur tamen: ac integro sermone donatiuum stipendium diceretur: donatiuum tamen imminuto, vt dicatur, receptum est. *Primus,* inquit, *constituit ne pœnæ causa relictum maneret.* Nam vt Vlpianus scribit, *Pœnæ causa legari non potest: Pœnæ autem causa legatur, quod coërcendi hæredis causa relinquitur, vt faciat quiddam, aut non faciat, non vt legatum pertineat, vt puta, hoc modo: Si filiam tuam in matrimonio Titio collocaris, decem millia Seïo dato &c.*

Sue. in Domitiano cap. 13.
Capitol. in Ant. Pio.
Capitolinus in Ant. Pio.
Lib. 2. Pãdect.
Capitol. in Anton. Pio.
Capitol. in Ant. Pio.
Vlpianus in fragmentis Tit. de legat.

Cato explicatur cap. 6. 7. & 8. Olea, Hostus, Calua. *Cap. 19.*

OLEA conditiua apud Catonem, speciei nomen non est, sed generis multas complectens formas: eo enim nomine comprehenduntur omnes, quæ condi seruariq; possunt: & quæ non tam oleo fundendo premuntur, quàm vsioni reconduntur: Vt Salentina, quæ à regione nomen habet: Orchis, quæ à similitudine testiculi: Radius maior, quæ à longitudine. Hostum quod ait Cato, *nequam fore,* ab hauriendo vocabulum deriuatum puto: vt nos quoque vas vimineum, quo vinum gestatur, hostam vocare vernacula lingua consueuimus. *Circum coronas* autem cum populos seri vult & vlmos: coronas, ambitum fundum coronantem & cingentem non iniuriá acceperim. *Fundum suburbanum arbustum maximè, vt ait, habere conuenit.* nam in arbusto perticis & virgis ad pedandam iugandámue vineam nihil est opus: ita ligna & virgæ venire possunt, cùm eis in arbusto non sit opus: sit opus in vinea. sic fundus erit fructuosior. *Lotium suillum aut stercus ad arborum radicem addi præcipit, vt fauulum malorum fiat.* quod immundo lotio æquè mala, ac fauo aut melle homines delectétur. non ignoro tamen pabulum etiam legi, quo pastum & cibum malorum

Cato de re rust. cap. 6.
Cat cap. 6.
Cat. cap. 6.
Cat. cap. 7.
Cat. cap. 7.

rum intelligemus: vt farraginem iumentorum. Nunc *calua* generis no- Cato cap. 8.
men eſt Catoni,eas arbuſculas complectentis, quæ nuculas gerunt, non
vndique corticis putamine obductas: ſed ſummo apice nudas,quales A-
uellanæ & præneſtinæ & Græcæ. in eo capite *fundum ſuburbanum* lege- Cat. cap. 8.
rim multo libentius,quàm vrbanum.

Primores digiti,Vinaceos lauare, Deacinata dolia,Oblinere dolia, Relinere dolia, Cato explicatus & emendatus, Fibulæ, Vinarij & cuſtodes, Capita vitium,Vites caſtrare. Cap. 20.

IVVEMVS quantum poſſimus liberalis iuuentutis & honeſtis artibus
deditæ ſtudia.Age,vt iam ſæpè fecimus, quædam è Catone explicemus.
In eo videor obſeruaſſe digitos primores eſſe digitos minus craſſos me-
dijs,vt craſſis opponantur qui ampliores ſunt.nã digiti prima ſui parte te-
nuiores & graciliores ſunt quàm media. *pertundito*,inquit, *latè digitos pri-* Cato cap. 12.
mores tres.Vinaceos lauare eſt apud eum ex vinaceis aqua perfuſis lorã fa-
cere.præcipit enim vt vinacei,*vel in dolia picata,vel in lacum vinarium pi-*
catum concutcentur:beneq; opperiantur & oblinantur, quod eſt operculis
oppicatis integantur. *inde autem*,inquit,*ſi voles lauito*. id eſt,lorã ex vina- Cato cap. 25.
ceis lotis facito.Sed & illutos vinaceos appellat,è quibus lora facta non
ſit.quam & à lotis acinis nomẽ habere Varro putat. quanquam quis cõij- Varro apud
cere poſſit ex eo vocari,quod loreo fune prelo adducto exprimatur. *Do-* Nonium in Lora.
lia deacinata vocat, quæ acinis liberata ſunt, quæ muſtum feruens labris
doliorũ immittit,demendaq; ſunt,deinde dolia oblinendã,id eſt,cortice
oppicato operculanda.vnde & relinere dolia apud Terentiũ contrarium Terent. Heautontim. 3. act. ſc. 1.
eſt. Idem in amphoris etiam, in quas vinum diffundebatur,fiebat. Cato,
In amphoram muſtum indito & corticem oppicato. inde Horatius ſcripſit, Cat. cap. 120.

Corticem aſtrictum pice dimouebit
Amphoræ fumum bibere inſtitutæ Horat. lib. 3. od. 8.

CõſuleTullo.*Poſtea*,inquit,*operito terra radicibus fini*,id eſt,vt opinor, Cato cap. 28.
quouſq; radices ſunt,id eſt,ad finẽ vſq; radicũ.ne quid è radicibus intectũ
relinquatur.*Fibulæ* in Catone ſunt,quas ab hærẽdo Galli, heraces appel- Cato cap. 31.
lant,quibus aliquid adligatur.præcipit eas in ſtercus,aut aquem cõijci,vt
lẽtiore & flexibiliore ſint vimine,neu in adſtringẽdo rumpantur.legendũ
aũt exiſtimo,*vites propages ſulco*.non *ſulcos*:vt in exemplaribus circũfertur. Cat. cap. 32.
vinarios & cuſtodes in Catone palmites intelligo.nam vinarius eſt palmes, Cap. 33.
qui vinũ,id eſt,vuam gerit.Capita vitium ſunt vitiũ ſtirpes,vt cùm ſcribit, Cap. 33.
Capita vitiũ per ſementim ablaqueato.nam vt gregem centum capitum,pro
centũ animalium dicere ſolent: ita eadem dicendi forma,capita vitiũ pro
vitibus vſurpat Cato:Sed & maiora capita,pro maioribus ſtirpib⁹. *Amur-* Cato cap. 36.

C *cam*,

cam, inquit, *fpargas vel irriges ad arbores circum capita maiora ad amphoras, ad minora vrnas.* vites caftrare, pro putare dixit, fic fcribens: *Veteres quàm minimum caftrato, potius fi opus erit deijcito.* id eft, de maiore arbore demittito. *Si macra,* inquit, *erit, quod granum capiat ne ferito.* id eft, fi macra erit vitis, ne feras quod ad frugem & granum peruenire folet: fed pabulum vel farraginẽ, quæ viridia ante fpicam fecantur. Legi tamen debere quibufdam videtur, quo granum capiat. eodem fenfu.

Cato cap. 33.
Cato cap. 33.

Catullus explicatur & emendatur, Pipilo, Sorbilo, Vterq; pes, In vtrunq; pedem aura incidit, Æquatæ auræ. Cap. 21.

IN paffere Catulli, qui Veneres omnes & Cupidines etfi aliud fuauius & elegantius dici poteft, complexus eft: legendũ effe fere affeuerauerim,

Catull. epigr. 2.

Credo vt cùm grauis acquiefcat ardor,

Tecum ludere, ficut illa, pofsim. Hoc enim eft, quod fe dicit cum defiderio fuo & amica iocari velle, vt folatium doloris, & ægritudinis, quam conceperat, adferat, & eam deliniat. Nam quod eam dicit cum pafferculo lufitare, id eo dicit facere, vt animi ægritudinem ipfa leniat: & vicifsim ipfe, fi quid eius animo doloris & triftitiæ inhæferit, reconciliatus ponat, vt amica iam propè paffere in Catullum conciliatore, vti cogitet, quo eum placet, vt Hippomanes in Atalantam vfus eft malo. proinde quafi vis defiderii & philtri in paffere iufsit & eo ipfe illici; & ab amica reconciliari pofsit, cui offenfus fuerat in pafferis luctu. *Ad folam dominam vfq; pipilabat.* Afferendum effe manu retinendumq; merito contenderim. nam pleraq; eius formæ fimplici l. fcribuntur & corripiuntur, vt forbilo apud Plautũ, *Hem mihi iã video propter te victitãdum forbilo.* Itaq; forbilare vnico l. apud Terentium fcribendũ arbitror, veramq; eius literaturã effe,

Catull. epigr. 2.
Plaut. Pœnu- lo Sc. Negotij fibi qui volet.
Terent. Adelph. Act. 4. fc. 2.

Et cyathos forbilans paulatim hunc producam diem. Eodem modo confcribilo penult. correp. in Catull. lego,

Catull. epigr. 22.

Iniufta turpiter tibi confcribilent flagella. non, *flagella confcribillent.* vt confcribillari præpoftera traiectione vulgo video. In proximo epigrammate fcribit Catullus, *— fiue vtrumq; Iuppiter*

Catull. epigr. 4.

Simul fecundus incidiffet in pedem. Quod equidem fignificare puto: fi fecundus ventus totum veli finum impleret, neq; dextra vel finiftra afflaret aura: quæ vel dextrum, vel finiftrum in pedem veli obliqua & tranfuerfa tenderet: fed quæ in vtranq; veli partem æquata & fecunda incideret: itaq; quæ in vtrunq; pedem incidit, aduerfæ & tranfuerfæ opponitur. Tranfuerfa autem vna in dextrum pedem, altera in finiftrum infertur: quę in vtrunque pedem incidunt, æquatas auras appellat Maro, vt fupra me declaraffe recordor. Cur fcribit, *Neq; vlla vota Littoribus dijs*

Virg. lib. 5. æneid.

Sibi

Sibi esse facta? Nempe quod in mari periculis vota homines suscipere solét, quæ seruati defúctiq; discrimine in littore reddere Dijs littoralibus consueueruut. Se autem prædicat tanta nauigãdi fœlicitate semper cursum confecisse, nulla vt vota nuncupanda diis fuerint. Cur Littoralibus diis? quia in naufragii periculo vouemus si littus attingamus, nos littoris præsidibus diis vota persoluturos. quales à Marone, Catull. epigr. 4. Virgil. 1. Georg.

Glauco & Panopeæ & Inoo Melicertæ. & in epigrammatis Græcis referuntur.

Catullus explicatus, Alnus, Palipsestus, Charta regia, Hieratica & Augusta, Caprimulgus, Rhea, Alites terrestres tempestatem præsentire, Linum catagraphon, Catagraphra. Cap. 22.

Scribit Catullus, *In fossa Ligeris iacet separata securi.* quod multo legere facilius est, quàm intelligere: quanquam libentius amplector alteram Catull. epigram. 17. lectionem, in qua scribitur, *In fossa Liguris iacet.* Eum autem, in quem ista iocatur non magis ex sua se parte subleuare dicit, quàm aliam in Liguria securi excisam atque prostratam. Materia autem abundat nauali Liguria: sed & lautissima: & inde Romam etiam, vt reor, nauibus deuehebatur, quæ, vt suspicor, causa poëtæ fuit Liguriæ hic nominandæ. Ligerim autem tanto interuallo disiunctum & ea tempestate vix Romæ fando auditum: cùm etiamnum in Gallia Cæsar res gereret, minus adducor vt probem. De Liguria quod dixi, auctoritate Strabonis satis te- Strabo lib. 4. geogr. statum confido fore, vt denunciandi testimonii aliis scriptoribus labor minimè suscipiendus sit: is enim ita scribit, ἔχουσι δ' ὕλην ἐνταῦθα παμπόλλην, ναυπηγήσιμον, καὶ μεγαλόδενδρον, ὥστ' ἐνίων τοῦ πάχους τὴν διάμετρον, ὀκτὼ ποδῶν εὑρίσκεσθαι. πολλὰ δὲ καὶ τῇ ποικιλίᾳ τῶν θυίνων, οὐκ ἔστι χείρω πρὸς τὰς τραπεζοποιίας. Alnum autem, cuius mentionem facit Catullus, nemo est quin Catull. epigr. 17. sciat nauibus compingendis aptissimam, qui apud poëtas Alnum pro naui positam sæpè legerit. Suffenum scribit idem carmina habuisse plurima non in palimpsesto relata. Est enim palimpsestus papyrus deletilis, Catull. epigr. 19. in qua aliquid scribimus, quod in aliam chartam transferamus: quod cùm fecimus è palimpsesto delemus, inducimusque vt alia exarare in ea possimus. Plutarchus, οἱ δὲ ἀποκναίουσι δήπου τὰ ὦτα ταῖς ταυτολογίαις, ὥσπερ παλίμψηστα διαμολύνοντες. Plutarchus. *Chartæ* autem *Regiæ* sunt omniũ pulcherrimæ, vt Hieratica & Augusta: opponunturq; Plebeïs. *Caprimulgus* auis nomẽ est, apud Catull. epigr. 19. Aristotelem αἰγοθήλας nominatur: hic rusticũ significat capras mulgentẽ. Arist. lib. 9. de hist. animal. cap. 30. *Cùm diua*, inquit, *mater alites ostendit occinentes*, puto significari Rheam vel Opem, quæ terræ pæest, deorũq; mater habetur. Ea vt furorẽ hominibus Catull. epigr. 22. immittere credebatur: sic, vt reor, etiã præsagium & auguriũ tempestatis

alitibus. nam alites eam præſentiunt etiam terreſtres: Plinius de aliti-
Plinius lib. 18. cap. 35. bus tempeſtatem & procellam præſagientibus. *Et cum terreſtres volucres contra aquam clangorem dabunt perfundentes ſeſe, ſed maximè cornix.* Linum catagraphon, vt Muretus omni liberalium artium elegantia ornatiſſimus cenſet, linteum eſt variè depictum. quod Athenæus oſtendit,
Athenæus lib. 2. c. 9. qui aues varietate plumarum inſignitas & pictas καταγράφους appellat, τῶν δὲ βασκάδων, inquit, καλουμένων, ὁ μὲν ἄῤῥην κατάγραφος. Sunt & catagra-
Plin. lib. 35. pha Plinio, in pictura obliquæ imagines. Alij Cererem interpretantur, cuius in ditione & poteſtate ſunt galli gallinacei: quorũ cantus in oſten-
Porphyrius. tis ſunt, interdum & procellam denuntiant. & adferunt illud Porphyrij: καὶ ἡ Δημήτηρ ἡ αὐτὴ καὶ τὸν ἀλεκτρυόνα δὲ ταύτῃ ἀφιέρωσαν.

Adigere arbitrum, Adijcere iudicem, προκαταρκτικὰ αἴτια, συνεκτικὰ, συνεργὰ, ὧν οὐκ ἄνευ. *Stoïcorum & Peripateticorum de virtute ſententia, Iniurius, Superbus, Cic. explicatus in Topicis.* Cap. 23.

Cic. in Topic. VT adigere arbitrum dicimus, quod genus dicendi in Topicis iterum atq; iterum eſt vſurpatum à Tullio: in quo adigere, eſt agere ad arbitrum,
Feſtus lib. 1. vt nonnulli cenſent: vel potius dare cogere, auctore Feſto, qui ſcribit, *Adigas, dare cogas.* atque hanc veriſſimam interpretationem ex antiquitatis ſepultæ arcanis repetitam reor: Sic adijcere iudicem etiã dicebant. Quod
Macrob. lib. 1. Saturn. ca. 16. è Macrobio intelligi datur ſic ſcribente, *Et quod Trebatius in primo libro religionum ait, nundinis magiſtratum poſſe manumittere iudiciaque adijcere.* Cauſarum autem diſtributio in Topicis à Cicerone tradita, quanquam ſeſe Peripateticos in eo libro ſequi profitetur: tamen tota è commẽtarijs
Cic. in Topic. Stoïcorum deprompta deſumptaq; eſt. Quæ enim cauſę *præcurſionẽ quandam habent ad efficiendũ,* ſunt quæ à Stoïcis προκαταρκτικὰ αἴτια appellãtur,
Clemens Alexandr. vt eſt apud Clementem, ex quibus ſolebant fatum nectere. Cauſæ quæ planè aliquid efficiunt, ſunt συνεκτικὰ αἴτια. quæ adferunt per ſe adiuuantia. quædam ſunt αἴτια συνεργὰ. ab eis etiam quædam cauſæ dicebantur, ὧν οὐκ
Cic. in Topic. ἄνευ: de quibus ſic Cicero, *huius generis cauſarum ſine quo non efficitur,* Cæterum, *crepiſulcans igneũ fulmen iniectum eſt*: clauſula eſt trochaïci & prin-
Cic. in Topic. cipium è quodam Tragico. Quod ait, *Sapientiã ſolam per ſe efficere ſapiẽtes*: ſine controuerſia eſſe: *beatos nec ne efficiat per ſe ſola.* quæſtionẽ eſſe: ex illa nobili diſceptatione Stoïcorum & Peripateticorũ natum eſt, cõſtat enim ſapientem virtute omni exornatum excultumq; eſſe. ſatis autem præſidii cenſent ad benè beateque viuendum in virtute eſſe Stoïci: Peripateticorum non tam virilis eſt oratio. nam virtutis præſtantiæ ſubdiffidunt, vt in ea maximum fœlicitatis momentum eſſe ſtatuant: adiumenta tamen & adminicula rerum externarum deſiderãt ad beatitudinem. Quod

autem

autem ſcribit M. Tullius, *ne ipſi Iuris interpreti fieri videretur iniuria.* hanc Cic. in Topic.
habet ſententiam, ne in iuriſconſultum ingrati eſſe videremur, a quo nobis ius interpretante nobiſque cauente toties adiuti ſumus: aut ſuperbi ſi rogantem ſæpius negligeremus. nam qui in quempiam ingratus eſt, iniurius videtur: multo magis ſuperbus contemptor. Cùm quæſtionem Cic. in Topic.
ponit, *Sítne id æquum, quod ei, qui plus poteſt, vtile eſt*, controuerſiam ſignificat à Platone tractatam libro primo de Republ. quam ne ipſe quidem Plat. lib. 1. de Republ.
Cicero in libris de Republ. prætererat. Multi enim vt Traſimachus apud Platonem, ius eſſe putauerunt non reuera, nec natura: ſed id demum ius dici, quod vtile ſit ei, qui in Republ. plus poteſt. nam in ſtatu populari, id ius eſſet, quod populo proſit. in regno, quod Regi. In Optimatum poteſtate, quod Optimatibus conducibile eſt. *Eam, quam nihil accuſas, damnas: benè quam meritam eſſe autumas dicis malè mereri.* Cic. in Topic.
In Topicis verſus eſt integer Iambicus cum vnius clauſula & principio. quod equidem non admonuiſſem, niſi non animaduerſum perſpexiſſem. *Ille*, autem, *aries*, quem dicit ſolitum eſſe, *ſubijci in Iuriſconſultorum actionibus: Si telum manu fugit potius quàm iecit.* defenſio Cic. in Topic.
eſt eius, qui ignorationem imprudentiamque excuſat: ineſtque in verbo *fugit*, tranſlatio. Cic. de Orat. Nonnunquam etiam breuitas tranſlatione conficitur: vt illud, *Si telum manu fugit imprudentia teli emiſſi breuius verbis proprijs exponi non potuit, quàm eſt vno ſignificata tranſlato.* Cic. in Orat.
Cæterum cùm Cicero definit Fortunam, *euentus obſcuram cauſam*, Cic. in Topic.
quæ latenter efficitur: è placitis ſtoicorum ita eam deſcripſit, refragante Alexandro, & hanc definitionem oppugnante: ait enim, τί γὰρ ἄλλ' ποιοῦσιν οἱ τὴν τύχην καὶ τὸ αὐτόματον ὁριζόμενοι αἰτίαν ἄδηλον ἀνθροπίνῳ λογισμῷ ἢ τύχης τι σημαινόμενον ἴδιον εἰσάγουσί τε καὶ νομοθετοῦσι. Alexander lib. de fato.
Cùm tam variæ olim eſſent ferè iudiciorum formulæ, quot Iudicia, proinde aliis atque aliis verbis concipi ſolebant: & quædam eis ſolemnia addebantur verba: vt in iudiciis bonæ fidei: ex bona fide. In fiducia, inter bonos benè agier oporter. In re vxoria, quid melius, æquius. Quæquidem ex illis veterum formulis verba ſunt, quæ iudiciis dabantur, vt fraus, dolus, calliditas omnis tolleretur. Cic. in Topic. *in omnibus igitur ijs iudicijs, in quibus ex fide bona eſt additum, plurimus eorum vſus eſt: vbi verò etiam, vt inter bonos benè agier oportet, imprimiſq; in arbitrio rei vxoriæ, in quo eſt, quid æquius melius parati eſſe debent.* Cic. in Topic.
Et in officiis, *& ſine lege iudicijs, in quibus additur, Ex fide bona: reliquorum autem iudiciorum hæc verba maximè excellunt: in arbitrio rei vxoriæ, melius, æquius. In fiducia, vt inter bonos benè agier.* Cic. lib. 3. Officiorum.
Quod autem dicit Cicero iuriſconſultos multum in conſilio adhiberi, ſignificat Cic. in Topic.
eos a iudicibus in conſilium ad cauſam cognoſcendam vocari, & a ma-

Martialis. giſtratibus. vt de Paupere Martialis: *Quando in conſilio eſt ædilibus*. Quod
Cic. in Topic. *ſtaleno* accidiſſe ait: nam *ſtaterio* malè legitur. Ab eo in oratione pro Clu-
Cic. pro Cluent. entio his verbis narratur, *Noctu ſtalenus accerſitus ab Oppianico, venit: iam cætera nota ſunt omnibus, vt cum illo Oppianicus egerit de pecunia: vt ille ſe redditurum dixerit: vt eorum ſermonem omnem audierint viri boni, qui tum con-*
Cic. in Topic. *ſulto propè in occulto ſtetiſſent*. Iudicationem, *qua de re agitur*, appellat, quia ad iuriſconſultum ſcribit, qui hoc in formulis ſuis ponere plerunque ſo-
Cic. pro Murena. lebant, vt pro Murena: *Fundum Sabinum, qua de re agitur*. & in Bruto, *Qua*
Cic. in Bruto. *de re agitur autem illud, quod multis locis in iuriſconſultorum includitur formu-*
Ariſtoph. Ranis. *lis, id vbi eſſet, videbat*. Sed hæ, vt Ariſtophanes ſcribit, ἐπιφυλλίδες malegrandeſq; & degeneres fructus à me ex vberrimo collecti fundo meliores & feliciores nos certè ſacris Muſarum ſacerdotibus fruẽdos relinquimus: quos prophani tangere nec auſi ſumus, nec vt auderemus, potuimus.

Martialis lib. 7. explicatus, Bardiacus, Bardi, vinum conſulare, Gabata, Coſmicus. Cap. 24.

Martial. lib. 7. epigr. 97. EST apud Martialem epigrammation vno comprehenſum verſu, *Omnia Caſtor emis, ſic fiet vt omnia vendas*. Ei appenſum reperi pentametrum in quodam codice. *Nil vxore tamen nudius eſſe poteſt*. Quod tamen fortaſſe ad ſenſus expletionem non eſt neceſſarium, &, vt opinor, Martialis ſi non verbo, verſiculo ſaltem voluit argutari vno. tamen, quod reperi, ſupprimere nolui. ac in proximo epigrammate credo ſcribendum: nos
Mart. lib. 7. epigr. 98. enim ſcriptuarij ſumus, & literaturæ menda plerunq; delemus. *Dicere de*
Virgil. eclog. 7. *nobis vt lector candidus, aude*. Hodie *audet*, ſcribere & ædere omnes audẽt. quod rectum non magis curantes quàm numerum lupus, vt inquit Poë-
Mart. lib. 7. epigr. 94. ta. At illud, *Et Gallum timeo minus recentem*: otioſos non ſinit eſſe Grammaticos, nec in vtramque dormire aurem: quorum hîc non referam interpretationes: ſed quid mihi videatur proferam. puto ſignificari malum odorem, quem corpore ſuo emittebant Galli Romam venientes recenteſque, cùm intemperantius viuerent, & labore itineris virus intempe-
Mart. lib. 4. epigr. 4. rantiæ augerent. Sic & alio loco, *Laſſi Bardiaci os quod euocati*. Cùm e-
Lucanus li. 1. nim Bardi, vocabulo Gallico cantores ſignificent, vnde & Lucanus ſcripſit,

Heſychius. *Plurima ſecuri fudiſtis carmina Bardi*. & Heſychius βαρδοὶ οἱ ᾠδοὶ παρὰ γα-
Iuuenal. ſaty. 16. λάταις. Putem Bardaïcum dici Gallum. vt & apud Iuuenalem,

Bardiacus iudex datur hæc punire volenti. id eſt, militaris. quòd Galli plurimi militarent. quanquam in antiquis exaratum exemplaribus ſemper reperitur Bardaicus a Bardeus, quomodo & Bardus, vt opinor, etiam
Heſychius. vocabatur. itaque in Heſychio fortaſſe ſcriptum erat, βαρδαῖοι ᾠδοὶ παρὰ γαλά-

γαλάταις. Videntur antiqui vinum conſulare appellaſſe vinum vetuſtiſſimum, & optimum, vt optimam notam vini Cicero Opimianam & Anitianam dicit ex eorum hominum conſulatu: ita vinum conſulare erat, vt Opimianum & Anitianum. Hinc iocus ille Martialis, *Cic. de claris orat.*

Potaui modo conſulare vinum, *Mart. lib. 7. epigr. 78.*
Quæris quàm vetus, atq; liberale?
Ipſo Conſule conditum, ſed ipſe
Qui ponebat, erat, Seuere, Conſul.

ipſo autem conſule dicit vere conſulare vinum ſignificans, nec ementitum auctoritatem Conſulis: vt ſi diceres, verè Opimianum & conſulare: non falſæ notæ & mendacis. Hinc ſequitur iocus præter expectationem de vino nouo & muſteo: qui vinum ponebat, conſulatum gerebat. At, *Maternæque ſacris ornentur frondibus Idus.* de Mercurii natali & feriis intelligendum eſt, vt oſtendit verſiculus ille. *Manè Mercurium creaſtis Idus.* Quod ait Martialis, *Pro menſis habet Annius miniſtros.* puto ita intelligendum. Suppetunt illi plurimæ menſæ ad ducentas, non tamen in eis obſonia reponit: ſed eas ſemper ſerui gerunt, nec epulis frui poſſunt conuiuæ. ita ambulatoriam cœnam potius ſpectant, quàm comedunt: cùm miniſtri celeriter paropſides & gabatas ante conuiuas præterferant. Gabatarum autem nomen noſtra retinet lingua: ſed vt adſolet laceſsitum & diminutum: nam Gatas vocamus media expuncta. Illud verò obſcuriùs, *Martial. lib 7. epigr. 73.* *Mart. lib. 12. epigr. 68.* *Mart. lib. 7. epigr. 47.*

Coſmicos eſſe tibi, Semproni Tucca, videris: *Mart. lib. 7. epigr. 40.*
Coſmica Semproni; tam mala quàm bona ſunt.

Credo Sempronium voluiſſe videri Socratis & philoſophorum imitatorem, qui ſe mundanos dicebant, non alicuius certi definitiq; loci municipes, ac ſe mundanum eſſe reſpondit interroganti cuias eſſet Socrates. Martialis autem qui mũdum tantundem boni quantum mali habere ſciret, & multos intelligeret ambitioſo philoſophi nomine magna vitia occultare, mundanaque coſmica dicit: & bona & mala dicit, ne eo nomine ſe Sempronius circunſpiceret.

Cic. explicatus & emendatus in oratione, quam in Senatu ab exilio habuit, Aurati currus. Cap. 25.

In oratione, quam habuit Cic. in Senatu ab exilio reuerſus: Aurati currus ſunt currus triumphales, qui vt ante docui ab Horatio aurei currus vocantur. Verba Ciceronis ſunt, *Sed equis inſignibus & curru aurato reportati.* itaque apud Flaccum credo aureum, vt non raro, pro aurato poſitum fuiſſe. Quod autem lacunoſum in ea eſt oratione, *vt qua voce à te Romule poſt Romam conditam conſul vſus eſſet.* in chirographis aliter ſcriptum patet, *Lib. 2. Aduer. c. 16.* *Cic. pro redi- tum in ſenat.* *Cic. pro redit. in ſenat.*

Cic. ibidem. *patet, te Romano post Romam conditam.* Scribendum igitur fortassis *ter omnino*: vt post vrbem conditam, ter omnino dicat, nec amplius Consules hac voce vsos, *Me sequatur, qui Rempubl. saluam vult.* Lego in eadem oratione: *vt de salute mea & promulgarent & ferrent*: non vt æditur, *referrent*. Pumice sæpenumero nobis est opus ad eradendas voces vitiosas. Sic, *& quæ maxima maiores nostri dici haberique voluerunt*: legere malim, quàm *maximè maiores iusta dici.* Sed hoc librorum antiquorum fidem nō appellat, coniectura nititur mea, cui minus nihilo tribuendum putabit, qui mecum sentit.

Cic. in Orat. post redit. in senatu.

Cic. post redit. in senat.

Plinius explicatus & emendatus lib. 14. Pubescere, Centuriones vitam gerebant, Vuæ, Racemi, γίγαρτον, Nucleus acini, Tmelus mons, Biblynum vinum, Biblina vitis, vinum ἀδυνάμον. Cap. 26.

Plinius lib. 14. in proœmio libri. SVAVISSIME, nisi fallor, Plinius pubescere, pro florescere vsurpat, cùm sit pubertas ætatis flos: sic enim loquitur lib. 14. de vitibus, *quàquam vbique pubescentium odori nulla suauitas præfertur.* quo in libro, quod

Plin. lib. 14. cap. 1. scribitur vulgaturque, *Subdiales inambulationes vmbrosis operculis opacat.* est in veteribus bibliothecis elegantius scriptum, *vmbrosis pergulis.* neque profectò est lectori commendanda hæc scriptura, quæ eundem sensum, quæ vulgata exprimit. lego etiam (nam hîc me ferè lectorem ferā, non explicatorem) *puroque perducto dracone in palmam eius, inde sub rectos*

Plinius ibid. lib. 14. c. 1. *ramorum digitos flagella dispergunt.* Sed & in duracinis interpretādis quod

Plin. lib. 14. cap. 1. scribit: *vua non alubi gratior callo, vt inde possit inueniſſe nomen durus acinus*: non verebor emendare, *non alubi crassiore callo.* nam a crassitudine & duritia acini nomen adepta est: hîc quid valeat *gratior* non intelligo. mox etiam lego, *vt prægrandibus adhæreant parui.* quid enim hîc loci potest habere *pergula*? lego etiam, *quid quod inferta castris summam rerum imperium-*

Plinius lib. 14. c. 1. *que continent Centurionum in manu vitis, & opimo præmio tardos ordines ad lentas perducit aquilas?* gerebant enim vitem Centuriones, & vitis ad Centurionatum tandem Primipili, cùm erat Aquila commissa, paulatim lenteque perducebat. Interest inter vnas & racemos: vuæ maiores sunt & crassioribus acinis: racemi minores & minoribus granis. vnde & racemari dicitur: Ferè enim vuæ minores à vindemiatore sub pampino latentes fallentesque relinquuntur. ἐπιφυλλίδες a Græcis vocari videntur racemi: hinc racemosissimam dicit vitem Plinius, quòd racemos multos

Pli. lib. 14. c. 3. non vuas ferat. *Columbinæ*, inquit, *racemosissima*: malè hodie acinosissime legitur. iterum quando non racemos, sed vuas alias gignunt. inquit Plinius, *nucleo quem Chium vocant vno ac minimo.* Nemo quod sciam vnquā scripsit nucleum vocari Chium. omnesq; hoc in loco codices sunt apertè fal-

tè falsarii: nosque γίγαρτον Plinium scripsisse suspicamur. nam ita nucleum acini appellari sciunt omnes, qui vel tantillum eruditionis Græcæ gustarunt. Sunt & admonitiuncula breui perstringenda quædam, quæ in vitio sunt, vt mihi quidem videtur: existimationem tamen arbitriumque aliis deferemus & relinquemus, nobis non arrogabimus. *Ex Chio*, inquit Plinius, quod *Aruisium* vocant. mallem *Arusium*, vt à Græcis appellatur. *nec Cymoliti per se gratia vino*. legendum censeam *Tmeliti*, à Tmelo monte vino percelebri, qui & Tmolus dicitur, de quo Maro, *Tmolus & assurgit quibus & rex ipse Phanæus*. Inquit Plinius, *Thaßia, Æthalo, Peuce*. Euthalus è Phauorino legendum quispiam existimaret, cùm Biblynum vinum explicat, vnde dictum sit: ait enim biblynum vinum à Biblyna vite appellari, quæ & Thracia dicatur. ἥτις, inquit, διὰ τὸ εὔθαλος εἶναι ἐν Ἑλλάδι μετετέθη. Non est tamen istud temerè adfirmandum. *Et quod*, inquit Plinius, *prætulit præparentium*. Ex Athenæo emendo, *peparethium*. *translatum*, inquit, *in album mustum, leucochrum appellatur*. lego è veteribus voluminibus *leucocoum*: vt sit album Coum. *Quod*, inquit, *appellarunt bion*, suspicor albion legendum esse, id est, sine vi & violentia. quod vinum etiam adynamon Græci vocant. nam cur bion Græcè debeat vocari, ne meam dissimulem ignorantiam, non satis intelligo.

Plin. lib. 14. cap. 7. — Virg. 2. Georg. — Plin. lib. 14. cap. 7. — Phauorinus. — Pli. lib. 14. c. 7. — Athenæus lib. 1. — Pli. li. 14 c. 8.

Martialis libro 6. explicatur & emendatur, Semitatus, Pantices. Cap. 27.

QVI olim toto erant capite calui, sibi solebant vnguento perfusi velut fila capillorum imitari. Martialis, Martialis lib. 6. epigr. 56.

Mentiris fictos vnguento, Phœbe, capillos,
Et tegitur pictis sordida calua comis.
Tonsorem capiti non est adhibere necessum:
Radere te melius spongia, Phœbe, potest.

Illum enim iocatur habuisse capillos vnguenti pictos colore & mutatos, quos spongia poterat totos delere. Nam loquitur de eo, qui canitiem vnguento tegeret dissimularetque. cùm caluam sordidam planè intelligenterque dicat: hinc & epigramma aliud clarescet, *Caluam triphilem semitatus vnguento*. ille enim etiam vnguento comam sibi in capite caluo pinxerat & effinxerat: sed quę trium filorum esset & capillorum: vel caluam haberet, cui reliqui essent tres capilli: & cùm in capite tanquam sulcos duxisset vnguenti lituris, & veluti vias secuisset, *semitatus* dixit: quæ est antiquorum librorum scriptura: vt mirer quid sit, quod & contra sententiam & versus rationem multi *segmentatus* & defendant & declarent. Et quando ab editionibus euariant eo in loco scriptiones, vnum præterea & alium notabo locum, vbi Matt. lib. 6. epigr. 73.

& discre-

& difcrepant Amanuenfium libri & typorum,

Mart. lib. 6. epig. 85. *Et potet calidam qui mihi laudat aquam.* reperio in veteribus, *qui mihi libat*: vt fit, ne liberaliter quidem præbet: fed miniftrat parcè & malignè, vt fi libaret: & tamen *laudat* nos quoque laudamus: nec id hîc agitur, v-

Mart. lib. 6. epig. 73. trum melius fit: fed aliter æditum, aliter fcriptum effe.

Medio, autem, *recumbit imus ille qui lecto*. cùm ait eum accumbere in honoratiffimo loco dicit. Nam cùm tres effent lecti, imus lecti medii

Plutarch. li. 1. Sympof. problem. 2. locus erat honoratiffimus, vt in Sympofiacis auctor eft Plutarchus. vbi æditur, *Tu potes & patriæ miles & effe decus*. Inuenio in arcanis bibliothe-

Mart. lib. 6. epigram. 25. cis, *Tu potes & patris miles & effe ducis*. &, *pudet heu pauca rogaffe Iouem*.

Martial. lib. 6. epigr. 10. *pudeat* femper æditur. Et, *Affligunt hominem tam mifer*. fine interrogatione, ac planè ita legendum eft, vt dicat eum priftinos mutaffe mores, ve-

Mart. lib. 6. epigr. 33. teremque obfcœnitatem?

Mart. lib. 6. epigr. 35. *Vt tandem facies vocemque fitimque rogamus*. facias hodiè æditur. &,

Mart. lib. 6. epigr. 47. — *Trinitæ te mifit ab Anna*. nam Anna peranna, Aritiæ colebatur. lego,

— *Plumbea Niceróciana*. quomodo & Domitius legit à Nicerote,

Mart. lib. 6. epigr. 54. — *Scis multos dicere multis*, etiam reperio. lego autem, — *finxerunt pectus Athenæ*. non vt æditur *fixerunt*. &, *Quod cum Panticibus laxis*. vt dicat

Mart. lib. 6. epigr. 55. plus fapere putridum cor & iecur pecudis, quæ venalia cum pede & panticibus gerit lanius per vrbis compita. Ex hoc igitur loco faceffat inter-

Mart. lib. 6. epigr. 63. rogatio, in eumque pronunciatio reuocetur.

Mart. lib. 6. epigr. 63.

Martialis lib. 13. explicatur, Cottona. Cap. 28.

Mart. lib. 13. epigr. 8. IMBVE *plebeias clufinis pultibus ollas*,

Vt fatur in vacuis dulcia mufta bibas. Hoc præcipit difticho Martialis, vt in ollas, quæ clufini farris pulte imbutæ fuerint, muftum mittatur, quod eo tanquam condiatur, & ad bonitatem proficiat commendeturque.

Theophraft. de odorib. Docet etiam Theophraftus in lib. de odorib. demiffis in dolia farris offis vinum proficere edomarique, & ad mollitudinem faporis & gratiã mitefcere. Idem Martialis fcribit,

Mart. lib. 13. epigr. 11. *Mulio quod non det tacituris accipe mulis*,

Hæc ego Coponi, non tibi dona dedi. Cuius effe fenfum puto. hordeũ accipe, quo quadrupedes fæpe defraudat Mulio: quanquam cum hordeũ pecudum pabulo potius feruiat, quàm hominum, dedi quod tu potius coponi vendes quàm comedes: nam Coponibus eo eft opus ad iumentorũ

Plin. lib. 15. ca. 19. & lib. 13. c. 5. paftus. Quæ & in Plinio & in Martiale Coctana fcribuntur, ea Cottana

Mart. lib. 13. epigr. 28. vocari debere, cum librorum veterum affertione: tum adfirmatione He-

Hefychius. fychij crediderim. Is enim fic fcribit, κόττανα εἶδος συκῶν. Iam in Lemmatis quædam in archiuis veteribus aliter perfcripta, quàm æditionibus euulgata

gata comperi.vt pro,*caſeo velabrenſi*: caſeum fumoſum. pro *oliuis*,ciſtellã oliuarum. pro Damaſcinis prunis, vas Damaſcenarum. pro Turdorum corona.Turdorum decuriam: quæ à me adnotantur, non quia loco mouere ſcripturam receptam velim:ſed ne veterem ſupprimam. *Matutinarum non vltima præda ferarum.* [Mart.lib.13. epig.95.] ita Martialis dicit,quod ſpectaculis matutinis plerunque venationes dabantur, ac ferè ſpectabantur. Seneca, *mane leonibus & vrſis homines,meridie ſpectatoribus ſuis obijciuntur.* [Seneca Epiſt. lib. 1. epiſt.7.]

Delitium paruo donabis Dorcada nato, [Mart.lib. 13. epigr.99.]

Iactatis ſolet hanc mittere turba togis. Suſpicor huius diſtichi ſententiam eſſe.Dorcadam in arenam mitti,dato à Quiritibus ſigno veſtis iactatæ ſinu. vt & ab Ouidio ſcribitur,

Fauimus ignauo: ſed eum reuocate Quirites: [Ouidius lib.3. Amorũ eleg.2.]

Et date iactatis vndique ſigna togis. Iterum Seneca, *Nuper in ludo beſtiarum vnus è Germanis cùm ad matutina ſpectacula pararetur.* [Seneca lib.10. epiſt.71.] id eſt,pararetur vt feris obijceretur.

Primus virorum,Tripudiare, διποδιάζειν, *Verſare,Vncti, Crocotula,* χροκώτιον, *Quid diſtent æra lupinis.* Cap. 29.

VT Euripides ſcripſit, ξενίας τ' ἀειθμῷ πρῶτα τῶν ἐμῶν φίλων. [Euripid.Hecuba.] ita & Lucretius,

Ductores Danaum delecti prima virorum. [Lucret. lib.1.] quod quidem ita Græcam refert indolem, vt Quiritium prope ius & ſermonem abiuret. itaq; vt ſpectacula nobis ſola nouitate multa ſunt: ſic hoc nouum & inuſitatũ, quod tanquam miraculo eſſet propoſui. Hic non finietur tela, quam exorſus ſum,ſed eam alicunde pertexam. Tripudiare videtur eſſe deductũ, quod ter pede in ſaltando terra feriatur,vt apud Horatium,

Gaudet inuiſam pepuliſſe foſſor [Horat.lib.3. od.18.]

Ter pede terram. Eodem modo διποδιάζειν Græci dixiſſe videtur. quod eſt tanquam bipudiare.Ariſtophanes, ἵν' ἐγὼ διποδιάξω γε κάλλιστα καλόν. [Ariſtoph. Lyſiſtrata.] vt apud Plautum verſare,fallere eſt,quod rractum videtur à piſcibus,qui dum aſſantur, verſantur. [Plaut. Bacchidib.Sc. Inſanũ magnum melior neq.] Sic & apud Ariſtophanẽ, ζῶν ἔργον εἴη τοῦτον ὀπτᾶν καὶ στρέφειν. quiquidem Ariſtophanis locus etiam originem ioci patefacit ab iis,qui aſſantur ductum,vt dixi. [Ariſtoph.Lyſ.] Vt Romani vncti ſe inſolabant plerunq;: ita vt ex Ariſtophane coniicere licet,& Græcis vſitatum fuit. [Ariſtoph. Cõcionantib.] ſic enim ait, ἀλειψαμένη τὸ σῶμ' ὅλον δι' ἡμέρας. Ἐχλιαινόμην ἑστῶσα πρὸς τὸν ἥλιον. Sic & Perſius, *At ſi vnctus ceſſes & figas in cute ſolem.* [Perſ.ſaty.4.] Quæ veſtis à Plauto crocotula vocatur, [Plau.Epidico. Sc. Atat tacete,habete animum.] abſque dubio eſt ea, quam Græci χροκώτιον appellant.Ariſtophanes, ἀλλὰ τῆς γυναικὸς ἐξελήλυθα τὸ χροκώτιον ἀμπισχόμενος. [Ariſtoph.Cõc.] — *quid diſtent æra Lupinis,* cùm Horatius inquit, [Horat.epiſt. 1.epiſt.7.] ad Cynicos reſpexit. qui lupinis etſi amaris

maris vescebantur plerunque, quos in pera gerebant: vnde & Aristoteles scripsit, οὐκ ἀηδῶς γὰρ κράτης οὐκ οἶδα, φησὶν, πήρα δύναμιν ἡλίκην ἔχει θέρμωντε χοῖνιξ.

Tumere, Tumida virginitas, ὀργᾶν, Bacchus cothurnatus, Fama dedita terris, Figere & refigere leges, Romani quando vota nuncupabant, & quando purificabant se in nuncupatione. Cap. 30.

Hinc inde quædam è Marone explicare est animus, quæ inobseruata ab aliis forte fortuna sese obtulere mihi. nam horum enucleatio interdum fortunæ magis est, quàm doctrinæ: cùm inter legendum in locum incidimus, vnde alterum enodamus. *Vere*, inquit, *tument terræ & genitalia semina poscunt.* Illud *tument*, à virginib. ductum est, quarum plena pubertate habitus viro maturus est, toto velut corpore tumescente, præsertim pectore & mammis. vnde & tumida virginitas pereleganter à Papinio dicitur, — *tumida iam virginitate iugari.*

Virgil. 2. Georgic.

Papinius lib. 2. Thebaid.

Gaudia mente parant. Non igitur inscitè ὀργᾶν verbum Græcum quidam patrum memoria tumere in Hippocrate vertit. Illud verò, *Tinge nouo mecum direptis crura cothurnis*: non temerè dicitur, nam cothurnatus erat Bacchus, vnde apud Aristophané de Baccho: τί κόθορνος καὶ ῥόπαλον ξυνῆλθέτην; Et apud Corn. Tacit. lib. XI. *in celebrando vindemiæ simulachro, Silius Bacchum referens hedera vinctus erat & cothurnos gerebat.* Paterculus, *Cùm ante nouum se Liberum patrem appellari iussisset, cum redimitus hedera coronaque velatus aurea, & thyrsum tenens, cothurnisque succinctus, curru velut liber pater vectus esset Alexandriæ.* in illo porro, — *tua terris dedita fama.* non dubium est quin *terris* sit per terras, vel auctore Marone,

Virg. 2. Georg.

Aristoph. Ranis.

Corn. Tacit. lib. 11.

Patercul. lib. posteriore.

Virg. 8. æn.

Virg. æn. 7.

Deditur hic subito Troiana per agmina rumor. vel Tacito, qui lib. XI. scribit, *dedita per prouincias fama, parate iter ad Germanicos exercitus.* — *fixit leges precio atque refixit*, à Marone ex eo dictum est, quod in æs incisæ leges in publico fixis tabulis proponebantur. Tacitus, *aspiciuntur etiã nunc in ære publicandis plebiscitis per fora & templa fixo.* Leges autem contrà, quę tollebantur, earum æs reuellebatur refigebaturque, — *Et sic effatus ad vndam.*

Corn. Tacit. lib. 11.

Virg. 6. æn.

Corn. Tacit. lib. 11.

Virg. lib. 9. æneid.

Processit, summoq; hausit de gurgite lymphas,

Multa deos orans, onerauitq; æthera votis. Solebant Romani ante bella, vota nuncupare, & in nuncupatione se purificare aqua, Plutarchus in Mario, ἐνταῦθα νιψάμενος ὁ Μάριος τὰς χεῖρας, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνασχὼν, ηὔξατο τοῖς θεοῖς κατ' ἑκατόμβης. Persius,

Plutarchus in Mario.

Hæc sanctè vt poscas, Tiberino in gurgite mergis,

Mane caput bis, terque, & noctem flumine purgas.

Pers. saty. 2.

— *iacet*

— *iacet*, autem, *ingens littore truncus*. mirum videtur à Marone ſcribi, cùm velut immemor ſui, quem in penetralibus ſcribit interfectum, in littore extra vrbem iacere ſcribat. Aut igitur littus dixit, quod vrbs nõ longè à mari eſſet: aut quod eum, alij in littore interfectum ſcripſiſſent. Solet enim ſic obiter ſententias interdum attingere. Manilius, Manilius lib. 4. cap. 1.

— priamumque in littore truncum
Cui nec Troia rogus.

ADRIANI TVRNEBI ADVERSARIORVM LIBER VIGESIMVS-SEXTVS.

In poëtis eruditio, Apollinis oraculum de maris arenæ numero, Geometria, Arithmeticus, Inijcere terram inſepulto, Horat. explicatus lib. 1. Carm. Cap. 1.

PLVS in Poëtis latet eruditionis, quàm pleriq; ſupercilioſi viri, eorum cõtemptores cenſent. qui præter puerilem oblectationẽ nihil in illis ineſſe credunt. Id adeo venit in mentem mihi ex illo Horatiano carmine, Horat. lib. 1. Carm. od. 28.

Te maris & terræ, numeroque carentis arenæ
Menſorem. In quo & ad oraculum reſpexit Apollinis, οἶδα ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν ϗ μέτρα θαλάσσης. In quo magnificè gloriatur arenæ numerum Apollo ſibi notum eſſe. Quo adducti ſunt Geometrę, vt aliquid audacius ſuſciperẽt, quàm Apollo, pronunciarentq; quãtus arenæ numerus futurus eſſet, ſi ea refertus eſſet mũdus. quod Archimedes in libello, qui ψαμμίτης inſcribitur, ratiocinatur. Ad oraculum autem illud etiã Apollinis reſpexit Lucanus ſcribens. *Non modus Oceani, numerus nõ deerat arenæ.* Cæterum Horatius è globo maris & terræ, Geometram ſignificat: ex arenæ numero, Arithmeticum. quas duas artes nomine Geometriæ plærunque veteres complectabantur. vt Fabius lib. 1. & Cic. in Tuſcul. Sed & Euclides in Geometria numeros complectitur. Quod autem ait,

Herodot. li. 1. Archimedes. Lucan. lib. 5. Quintilianus lib. 1. c. 10. Cic in Tuſcul. proœmio. Euclides.

— ne parce malignus arenæ
Oſsibus & capiti inhumato
Particulam dare. id eſt, terram inijcere. Vnde Catullus, *— nec iniecta tumulabor mortua terra.* Quod qui facere negligebat, cùm in naufragũ aut inſepultum inciderat, fraudem committere impiam cenſebatur: ac Buzi-

Horat. od. 28. lib. 1. Catull. in Argonauticis.

ges Athenis eius erat caput execratus, qui non id fecisset. Hinc illud Sophoclis, λεπτὴ δ᾽ ἄγος φεύγοντος ὥς, ἐπῆν κόνις. Quod idem apud Romanos iure pontificio erat cautum. Sequitur, — *precibus non linquar inultis,*

Teq; piacula nulla resoluēt. quod suspicor ex ea veterũ opinione dictũ, qua malas preces & execrationes inexpiabiles credebant, quocirca scripsit in Epod. *Diris agam vos: dira detestatio*

Nulla expiatur victima. ac nisi intelligamus veterum animis incessisse eam opinionem, à sententia plurimum aberremus, necesse est.

Sophocles. Horat. od. 28. lib. 1. carm. Horat. od. 5. Epod.

Alites maiores, Argentum aridum, purum, lucidum, Follis pugillatorius, Claua, Rapi obtorto collo, Columbar, κύφων, *Numella,* ἐπειδὴ τάχιστα, *Exurgeri & exugere, Sicilicula, Seculæ, Nidamēta congerere, Extemplo, Sicilire, Sicilices, Porcus laribus immolatur, Plautus emendatus, Fructus verni & æstiui, Rogare & adrogare, Aras & simulachra deorum tangere & tenere.* Cap. 2.

FERE quæ rapto viuunt alites & viscere, maioris sunt formæ, quàm aliæ aues: vt Vultures & Aquilæ. Hinc à Plauto scriptum est in Rudente, *Teq; ambustulatū obijciam magnis auibus pabulū.* Eo enim nomine rapaces aues intellexit, & cadauera appetentes. in eadē fabula scribitur, — *arido argento est opus.* An quia hydrargyrum etiam est, id est, liquidum argentũ, cuius in commercijs non est vsus? Interuenit enim eis nummus ex sicco & duro argēto: non è liquido viuoq;. vt dicat medicandum curandumq; amorem tuum, non liquido, sed arido figuratoque argento opus est: An quod, vt fructus sunt aridi & liquidi: sic & metalla? An è sermone vulgi, quem effingit comœdia, dictum est? Vt enim hodie siccum argentũ vulgus dicit: sic aridum hic dici arbitror. quale & sentitur magis quod signatũ est, propter asperitatem. Vt tamen nihil dissimulem Nonius purum, & lucidum hîc interpretatur. Apud Plautum Rudente, Follis pugillatorius ex eo appellatur, quod non palma sed pugno percutitur. Clauā esse dicit iocans, *auribus tinimentū.* quia cùm in ea caput tunditur, aures tinitū audiunt: quin & ipse ea pulsatæ sæpe malè mulctantur. *Rapi obtorto collo*, est veste ad collum prehensa gulam & fauces premere & angere, iisque adstrictis vrgere & trahere. *Nam*, inquit, *in columbari collum haud multo post erit.* vt κύφων est numella, nam vtriusque vocabuli eadem notatio est: illius à κύπτω, huius à Nuo: Sic Columbar genus est vinculi, cui collum inseritur, collariumque vocatur, hic ex parte cùm foramen ipsum vinculi columbar sit: Sic etiam Vitruuius Columbaria fieri præcipit *in ventre aquæductuum, per quæ vis spiritus relaxetur.* Et columbaria erant in naui foramina, per quæ traiiciebantur remi, quæque obducebantur ascomate. Sed & quia columbaria sunt foramina in peristerotrophiis, vbi colum-

Plaut. Rudēte Sc. Exi è fano. Ead. Sc. Exi è fano. Nonius in Aridum. Plaut. Rudēte Sc. Exi è fano. Plaut. Rudēte Sc. Vtrum in leno. Plaut. Rudēte Sc. Meamne ille amicam. Rud. ead. Sc. Meamne ille amicam. Vitr. lib. 8. cap. 7.

columbæ nidulantur, ſubdit ludens,

Rudente sc. Meamne. ille amicam.

In neruo mille hodie nidamenta congeret. vbi nidamenta ſunt flocci, pinnæ, muſcus, tomentum, pili, acus, cæteraq; vnde nidos aues parant, qua in ſignificatione, Congerere propriè etiam dicitur. Maro,

Virg. 3. eclog.

— *aëriæ quo cōgeſſere palumbes.* id eſt, nidificauere, cōgeſſere nidamēta.

Plaut. Rudēte sc. Heus mane.

Cùm *extemplo* more Græco dicit, vt ἐπειδὴ τάχιστα: pro extemplo quàm, vel ſtatim quàm. quod genus dicēdi frequentat, *Quaſi*, inquit, *penicillus nouos exurgeri ſolet*, valet exprimi: vt & apud Catonem pleriq; legunt, *Exurgeto ſuccum, quaſi heminam in pocillum fictile.* etſi exugito non pauci præferunt, quod eſt, extra tanquam ſugito & exprimito. *Poſt eſt ſicilicula*, inquit, *argenteola*. Seculæ falſes ſunt Varroni à ſecando, & Sicilire deducitur, quod eſt, tanquam ſeculire: inde Sicilices. Ennius, *Incedit veles vulgo Sicilicibus latis.* Et per diminutionem, Siciliculæ, paruula quædam ſpicula aut falculæ, quæ in crepundiis interdum puerorum habebantur. Laribus porcus hoſtia immolabatur; ſed & agnus.

Rudēt. ead. sc. Heus mane. Cato de re ruſti. cap. 156. Plaut. Rudēte sc. Cupio ædepol. Varro lib. 4. de ling. Lat. Ennius apud Feſt. in Sicilic.

Vt rem, inquit Plautus, *diuinam faciam cùm intro aduenero:*
Laribus familiaribus, cùm auxerunt noſtram familiam:
Sunt domi agni & porci ſacres. De porco etiam laribus immolato è Tibullo ante diximus. Sed & Horatius, — *Immolet equis*
Hic porcum laribus. dixit.

Plaut. Rudēte sc. Aliquando oſculando. Horat. lib. 2. ſaty. 3.

Adſume quidem ne cenſionem ſemper facias. ſcribendum diuino, *Adſum equidem.* Quia enim ille alter ſæpius cenſeo dixerat, quaſi cenſuram exerceret & cenſum ageret, qui diuturnior eſſe ſolet: quo diutius & tardius ad cenſum venire cunctantur ciues

Plaut. Rudēte sc. Iterum mi iſthæc omnia.

Ne longior, inquit, *cenſus ſit, ecce coram me tibi ſiſto.*
Namque quidem hoc verè natum eſt verum, ita

Rudente sc. Iterum mi iſthæc.

In manibus conſeneſcit. Ludit vt in floribus & fructibus vermis, qui fugaces ſunt & in diem. cùm contra pleriq; æſtimi & Autumnales fructus in totum durēt annum. Verè ergo, quod antiquo ſermone verū appellat, rubiginoſum dicit è vernis eſſe fructibus & in manibus ſeneſcere. — *Venus hæc*, inquit, *volo adroget te.* In ſtipulatione eſt adſtipulator plerunq;, vt in promiſſione adpromiſſor Stipulator rogat: adſtipulator adrogat: cuius vice nunc Venus erit, cuius in fano ad aram pactum cōuentum initur. Qui magno affectu & ſtudio deos colebant, aut in magno periculo erant, vt deorum fide tuti eſſent, aut à dijs magni periculi liberationem petebant: aut aras, aut diuûm ſimulachra amplectabantur. Maro, — *& diuûm amplexæ ſimulachra tenebant.* Plautus,

Rudente sc. Nunquam ædepol. Plaut. Rudēte sc. Nunquam ædepol. Virg. lib. 2. æneid.

Hic in fano Veneris ſignum flentes amplexæ tenent. Maro,

Plaut. Rudēte sc. Quid iſthuc obſecro.

Talibus orabat dictis, aráſq; tenebat. Etiā aras tenebant in religioſiſſimo

Virg. 6. æn.

Virg.12.Æn. Plau. Rud. sc. Nunquam æ-depol.

iureiurando. Maro, *Tango aras medióſq; ignes, & numina teſtor.* Plautus Gr. *Tange aram hanc Veneris.* Lab. *Tango.* Gr. *Per Venerē hanc iurandum eſt tibi.*

Romanorum imagines vbi recondebantur, & qua ex materia fiebant, Abaci, Abacorum diuiſiones, Plinius lib. 35. explicatur & emendatur. Cap. 3.

IMAGINES illæ, quas nobiles Romani in armariis recluſas in atriis habebant, non integri totius corporis effigies erant à capite ad pedes membris omnibus & lineamentis conformatæ: ſed humerorum tenus oris ſimulachrum effingebant. quod auctore Plinio incunctanter adfirmamus ita ſcribente, *Expreſſi cera vultus ſingulis diſponebantur armariis vt eſſent imagines, quæ comitarentur gentilia funera.* & lib. 37. *Imago Cn. Pompeij è margaritis illa regio honore grata, illius probi oris venerandíq; per cunctas gentes.* rurſum, *claréq; intelligi poſſet iam tum illud caput orientis opibus ſine reliquo corpore oſtentatū.* rurſum, *Hinc ſic fieri tuos vultus? ſic te precioſum videri?* idem & Iuuenalis declarat, — *truncóq; ſimillimus Hermæ*

Nullo quippe alio vincis diſcrimine, quàm quod

Illi marmoreum caput eſt: ſua viuit imago. nam imagini viuenti oppoſuit marmoreum & lapideum caput, quaſi imago capite cenſeatur. Vnde & illud Cic. in Bruto intelligitur, *Ex quo tanquam ex ore imago exprimatur.* Scribit eodem libro Plinius, *Non placent iam abaci.* vbi abacos intelligit cruſtas vel tabulas marmoris quadratas, à ſimilitudine abacorum ligneorum: nam vt ſcribunt Grammatici Græci, ἄβαξ οὐ μόνον ἐπὶ σανίδος· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ λίθων ὁμοιοσχημόνων ξιλίνοις ἄβαξιν. Vitruuius, *Itaq; veteribus parietib. nōnulli cruſtas excidentes pro abacis vtuntur. ipſaq; tectoria abacorum & ſpeculorum diuiſionib. circa ſe prominentes habent expreſſiones.* vbi diuiſiones abacorum in tectorio prominentes vocat formas quadratas ſpeculorum rotundas. Inhæſit in duob. nominib. Perſicorum ducum eodem in libro macula: imo verò perſonæ immutatæ ſunt: Sic autem circunferunt æditiones omnes, *pinxiſſe duces tradatur Athenienſium, Miltiadem, Callimachum, Cynegyrum, Barbarorum Darium, Tiſaphernem.* ego ex Herodoto, *Datim* & *Artaphernem* repono. nihiloſecius & ſummutatio nominis populi falſaria eſt, in eod. lib. cùm ita ſcribitur, *Agrigentinis facturus tabulam, quam in templo Iunonis Laciniæ publicè dicarent.* lego è Ciceronis libro poſteriore de inuentione *Crotoniatis*: ſic Plinium ſcripſiſſe auguror. Agrigentinis quidem nō, vt ſuſpicor, vnquam venit in mentem ornare Iunonis Laciniæ templum, quod in Italia erat, non Sicilia. *Pinxit*, inquit, de Paraſio loquens, *& Athenienſium dæmonē.* in vltimo hoc verbo falſæ ſunt tabulæ, putoq; demū legendū, vt populus ſignificetur, lego etiā *Hoplites: alter in certamine ita decurrēs vt ſudare videatur.* Nā in gymnicis ludis curſus erat quidā armatus, quem

Plinius lib. 35. c. 2. — Plin lib. 37. cap. 2. — Plin. lib. 37. c. 2. — Iuuenal. ſaty. 8. — Cic. in Bruto. — Plin. lib. 35. c. 1. — Vitruuius lib. 7. c. 3. — Pli. li. 35. c. 8. — Herodot. lib. 6. — Plin. lib. 35. c. 9. — Cic. lib. 2. de inuent. — Plin. lib. 35. c. 10. — Plin. lib. 35. c. 10.

quem armis homines induti agebant. Scribitur & in Plinio nomen Lariſſæ Alexandri pallace *Campaſpe*, quæ ab Æliano *Pancaſte* vocatur. in vtro ſit mendum relinquo iudicio lectoris.

Idem Plin. cap.10.lib.35.

Aut regem aut fatuum naſci oportere, Viæ Appiæ curator, Creſcunt cornua ſomni, Seneca emendatus & explicatus, Claudium & Ciceronem non eſſe Romanos, Mundus, Stoïcus deus. Cap. 4.

Avt *regem, aut fatuum naſci oportere.* quod in ioculari libello facetè à Seneca dicitur adagionis ſpecie, hanc continet ſententiam. Solis libertatem ſuam conſtare ſolere fatuis & regib. nam & fatuis quiduis licet impunè loqui & facere: & regib. inultum eſt, quidquid libet. quodquidem prouerbium verum Claudius Cæſar fecerat, quo imperante, nemo fuerat liber, ſuiq; iuris, præter eos, quos verbũ illud vetus complectitur. Iocatur in eo libello perbellè. *Viæ Appiæ curator eſt, qua ſcis & diuum Auguſtum & Tiberium Cæſarem ad deos iſſe.* fingit enim per viam Appiam ſolitos eſſe in cœlum imperatores ire: quia Appiæ viæ curator iurarat ſe Druſillã in cœlum adſcendentẽ vidiſſe: quaſi enim certus, vt ludens ſignificat, quidam eſſet limes & certa via ad cœlum eundi. cumq; Druſilla occurrerit curatori viæ Appię, vt peierat, illac in cœlum viam eſſe, exiſtimandum eſt. Idẽ & eleganter canit, — *& obſcuri creſcebant cornua ſomni.* Phantaſia quadam & laſciuia poëtica cum fictione perſonæ. nam ad conſopiendos homines ſomno cornu plenum medicato ſtygii fluuii liquore tribuebant: cornu autem ei creuiſſe dicit, creſcentibus noctibus, quòd tum etiam homines longiore ſepeliuntur ſopore. de ſomni autem cornu ita ſcribit Papinius, — *manus hæc fuſos à tempore læuo*

Suſtentat crines hæc cornu oblita remiſit. Sic in Seneca mox ſcribitur,

Iámq; ſuum victrix augebat Cynthia lychnum. nam longioribus & hiberius noctibus lampade eſt Lunæ opus maiore. Lepidè autem & venuſtè ait Seneca, *nimis ruſticè acquieſcunt oneri poëtæ.* quaſi ſe onerari patiantur vt iumenta, cùm ipſi vltrò ambitioſæ confectentur intempeſtiuas nec accommodatas temporis deſcriptiones. Legendum autem puto, *vt reſpondit, patere Mathematicos aliquando verũ dicere.* vt Clotho iſta loquatur dicatq;. Pateris Mercuri & vis, vt verum tandem de eo dicant Mathematici, qui dum ſemper efferunt & mentiuntur. Scitè autem & doctè illud, *Marci municipem vides.* vel vt alii codices habent, *Audis.* ait autem Claudium non verum germanumq; Romanum eſſe: ſed inquillinum, quales ſunt M. Ciceronis municipes: qualiſq; ipſe Cicero erat. nam Claudius Lugduni natus erat. *Vbi L. Licinius,* inquit, *multos annos regnauit.* vir tamen obſcurus & ignobilis: verum Lugduni potens & celebris. *Stoïcus? quomodo* poteſt

Seneca Apocolocyntheſi ſeu Ludo de morte Claudij Cæſ.

Sen. ibid. in Ludo de morte Claudij Cæſ.

Senec. eod. libello in Ludo de mort. Claudij Cæſ.

Papinius lib. 10. Thebaid.

Senec. eod. libell. in ludo de morte Claud. Cæſ.

Sen. eod. libello.

Sen. eod. lib.

Sen. eod. libel.

Sen. eod. libel.

poteſt rotundus eſſe, vt ait Varro, ſine capite, ſine præputio? Mundus Stoïcis deus eſt, qui & rotundus eſt, & virilitate caret, quam habent viri. Idem deus Stoïcus, id eſt mundus, nec origine caput habet. Hęc velut decumata è libello illo iocoſiſſimo breuiter perſtrinxi, vt quædã, in quibus latebat argutia patefacerem ijs, qui ſe iſta nondũ intelligere poſſunt, egentq́ue ſi non pædagogo, ſaltem quodam magiſtro, qui tanquam eos manu ducat.

πρὶν Homero geminatum, vt Prius, & ante Maroni, ἑκατὸν, Mortuorum oculi à quib. & claudebantur, & reſignabantur, Mercurius ψυχόπομπος, Virgilius lib. 4. æneid. explicatur. Cap. 5.

QVOD apud Homerum πρὶν interdum geminatur, cùm alterum ſatis eſſe ſententiæ videatur: ſic apud Maronem lib. 4. æneid. Prius, & ante poſita reperimus geminatione non neceſſaria,

Virg. lib. 4. æneid. *Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat,*

Ante pudor quàm te violem. Apud Homer. auctore Galeno ἑκατὸν, id eſt, centum multa ſignificat,

Homer. lib. 2. Iliad. ἧς ἑκατὸν θύσανοι παγχρύσεοι ἠερέθοντο. Eodem modo Maro lib. 4.

Virg. lib. 4. æneid. *Centum aras poſuit vigilemq́ue ſacrauerat ignem.* eodem Maronis lib.

Talibus orantem dictis araſq́ue tenentem. dictum arbitror de ſanctiſſima & religioſiſſima obſecratione, & obteſtatione, vt & in iureiurando religioſiſſimo aras tangebant. Idem Maro,

Virg. lib. 12. æneid. *Tango aras medioſq́ue ignes.* Cic. pro Flacco,

Cic. pro Flac. *Is ſi aram tenens iuraret, crederet nemo.*

Virg. 4. æn. — *& lumina morte reſignat.* dicit, quia tametſi à propinquis ſolebant oculi mortuis claudi, tamen ijſdem in rogo aperiebantur. Plinius, *Morientibus illos operire, rurſuſq́; in rogo patefacere Quiritium magno ritu ſacrum eſt: ita more condito, vt neque ab homine ſupremum os ſpectari fas ſit, & cœlo non oſtendi nefas.* Id igitur à Marone ita dictum eſt, vt quia dicitur Mercurius ψυχόπομπος, id eſt, Manium ductor, videatur ipſe in pira mortuis oculos à nobis clauſos aperire. Non me latet à Seruio nobili Grammatico aliã adferri interpretationem.

Plinius lib. 11. cap. 37.

† Hic Lacuna erat ſatis ampla.

— *ſtellatus Iaſpide fulua*

Virg. 4. æn. *Enſis erat.* vel interprete Satyra, de vagina gladii gemmata intelligitur. Iuuenalis,

Iuuenal. ſaty. 5.

A digitis, quas in vaginæ fronte ſolebat
Ponere zelotypo iuuenis prælatus Iarbæ.

Virg. lib. 4. æneid. *Miſerere,* autem, *domus labentis.* dicitur eleganter & inſigniter ab eodẽ poëta, quod diſtracto coniugio, domus diſſoluatur atque dilabatur.

Me,

Me, inquit, *si fata meis paterentur ducere vitam* Virg. lib. 4. æneid.

Auspicijs, & sponte mea componere curas. hanc sententiam continet; mihi si vt volo & opto, res ex animi sententia meas mihi constituere, & curas consiliaque componere liceret, coloniam ad renouandum nomen & memoriam antiquæ patriæ conderem: sed mihi non licet arbitratu meo viuere: sed parendum fatis est, & imperium Italiæ fatale capessendum, nõ colonia tantum cõdenda: cui vel in Africa possem sedẽ ponere. mox autẽ,

Me puer Ascanius capitisque iniuria cari. Ob familiam Iuliam, cui fatis imperium poëta debitum fuisse canit, non sine blandimento quærendæ gratiæ Cæsaris dictum est, Virg. lib. 4. æneid.

Nusquam, autem, *tuta fides*. est non tutum est quenquam in fidem recipere, aut de quoquam benè mereri: cùm tanta in hominibus perfidia & ingrati animi peruersitas & prauitas reperiatur. Nam Ænæas, de quo tam benè merita sum, in me studiosus & gratus est, & ingrato tamen animo prætexit deorum imperium perfidiæ latebram quærens, cùm simulet se deorum iussis cogi. Id enim est, 4. æneid.

Nunc Lyciæ sortes, nunc & Ioue missus ab ipso: *Auras*, autem, *ægra fugit*, quæ exanimatur, nec respirat. Qui enim respirat, aura fruitur: qui non respirat, aura & aëre nihil vtitur, nec vescitur. *Puppibus*, autem, *& læti nautæ imposuere coronas.* ex antiquorum ritu dictum est, qui tutelas, & deos in puppe nauis consecrabant, vt ea quoddam tanquam sacrarium esset, vel sacellum. ita initio cursus velleribus niueis, festa fronde, verbenis, sertis in deorum honorem puppes ornabant: vt & alijs templa ferijs solebant velare. At, — *vltricesque sedent in limine diræ.* dicit, quia apud Æschylum templum Apollinis non ingrediuntur furiæ: sed Orestem in limine expectant. nam earum ingressu religio fani violata fuisset. De dracone autem peruigili, quod scribit, 4. æneid. 4. æneid. 4. æneid. Aeschylus in lumenidibus.

Spargens humida mella, soporiferumque papauer. quorum posterius alienum à fida perpetuaque custodia: & sic sentio immanem illum draconẽ, vt locum amaret iucundo linctu mellis retinendum fuisse: & ne perdius & pernox insomnis tandem deficeret, medicamento velut soporifero ad vires reficiendas ei somnum conciliandum fuisse. At verò illæ apud eundem *pubentes herbæ*. non mihi videntur adultæ, vt vulgo accipi intelligo: sed lanosæ, lanuginosæ, villosæ. nam in veneficio, quo viri, qui pubent & barbati sunt, petuntur & incantantur, maiorẽ vim habere, plusq; pollere, quàm leues & impuberes censebantur. Sic & lib. 12. *Puberibus caulem folijs*, declaro, villosa pubæ lanugenosis: talia enim folia tribuit Dictamo Dioscorides, — *siluæque & sæua quierant* Virg. lib. 4. æneid. Virg. lib. 4. æneid. Virg. lib. 12. æneid. Dioscorid. lib. 3 c. 31.

Æquora. hîc poëta etiam mari somnum tribuit, & siluis. quod vt per transf- Virg. lib. 4. æneid.

tranſnominationem accipi poteſt. Et verius eſt, vt aues & piſces tum ſopitos fuiſſe credamus: tamen ea licentia interdum eſt poëtices. vt ſurdis & inanimis naturis animas attribuat, & animatorum euenta & affectus. nam mare, etiam arbores, fluuios dormire videtur innuere Papinius. in ſilua ad Somnum,

Papinius lib. 5. Siluarum ad Somnum.

Et ſimulant feſſos curuata cacumina ſomnos:
Non trucib. fluuijs idem ſonus, occidit horror
Æquoris, & terris maria acclinata quieſcunt. Hæc è libro 4. Maronis properantes colligebamus, quæ his commentariis intexeremus: quæ etſi exigua ſunt & leuia, tamen, vt opinor, neſcio quid eos adiuuabunt, qui duce & interprete indigent.

Petronius Arbiter emendatur & explicatur, πολύαινος ὀδυσσεύς, Ad tibicines mittere, Licia in veneficijs, Sputum, Quæſitaria, μεζίτης ἐπαίτης, Rogator. Cap. 6.

PLATANON & Daphnon loci ſunt platanis & lauris conſita, vt notum ferè omnibus. vt apud Petronium, *Rogaui vt in Platanona produceret dominam.* iterum, *Flexitque ſe in eum Daphnona, qui ambulationi hærebat.* Hoc quidem poſterius verbum ita deformatum eſt omnib. in libris, vt nulla pene eius ſpecies compareat. Quod autem à Petronio ſcribitur: *nec ſine cauſa Boliænum Circe amat.* non ſine cauſa ſuſpectum habeo: conſtat enim apud Homerum, à Circe Vlyſſem amatum fuiſſe, qui & πολύαινος appellatur à concinentibus molliſſimum carmen Sirenib. cuius initiũ eſt, δεῦρ' ἄγ' ἰὼν πολύαιν' ὀδυσσεῦ. an non igitur fabulæ tam notæ, & à poëtarum principe confictæ recordatio & nominum conuenientia, eam mihi mentem merito immittere debent, & in hanc opinionem adducere, vt pro Boliæno, Polyænum legam? Ad tibicines mittere, ſpecie quadam adagionis venuſtè & cauillatoriè dixit Petronius, velut de mortuo, aut iam iamque morituro, pro accerſere eos, qui in funere canant, pompamq; funeris ſuo cantu concelebrent. *Quid ſi, inquit, idem frigus genua manúſque tentauerit tuas, licet ad tibicines mittas.* id eſt, de te eſt actum, & iam iamque animam ages. In veneficiis licia adhibebantur diſcoloria, non tantum illigandi incantandique gratia, vt in Pharmaceutria: ſed etiam ſoluendi & expiandi. vt apud Petronium Arbitrum. Sed & ſputum fronti illinebatur luſtrale infami digito: & expuebatur. *Illa,* inquit, *de ſinu licium protulit varij coloris filis intortum ceruicemque vnxit meam.* Mox, *turbatum ſputo pulverem medio ſuſtulit digito frontémque repugnantis ſignauit: hoc pacto carmine ter me iuſsit expuere, térq; lapillos conijcere in ſinum, quos ipſa præcantans purpura inuoluerat.* Hæc & Perſium illuſtrant in ſatyra canentem,

Petronius.
Petronius.
Petronius.
Homerus, odyſſ. μ.
Petron.
Virg. 8. eclog.

Infa-

Infami digito & luſtralibus ante ſaliuis. Perſ ſaty.2.
Expiat vrentes oculos inhibere perita. & Tibullum. Tibull. lib.1. eleg.2.
— ter ductis deſpue carminibus. & Maronem. Virgil. Pharmac.eclog.9.
Terna tibi hæc primum triplici diuerſa colore
Licia circundo. Apud eum videtur Quæſitaria eſſe mendica, à quærendo: vt à Græcis μεταίτης & ἐπαίτης vocatur. & à Latinis, Rogator. eſt tamen in eo ſcriptum Quaſſitaria. quæ vox mihi quidem inani ſtrepitu aures verberat. *vocátq; cubicularios & me iubet catomo ligare: nec contenta mulier tam graui iniuria mea, conuocat omnes quaſsitarias, familiæq; ſordidiſsimam partem ac me conſpui iubet.* Petronius. Quis autem non animaduertit in eo legendum,
Cui Leſbos viridíſque Thaſos, quem Lydus adorat Petronius.
Veſtifluus, templúmq; tuis imponit Hypæis? Veſtes enim Lydorum erant fluxæ, vt ex Herodoto conſtat: Septifluus autem Nilo conuenit, non Lydo. mox,
Corniger & querulæ fœtus ſuis, hoſtia lactens. nam *feſtus* non explicat, Petronius. quam deſideramus ſententiam: Sed expurgare mendas Petronii, id eſſet. omnes littoris algas legere, omniaque maris eiectamenta.

Purgamenta calcare, Camella, Teſta ignem petere, Agnus digna ſacris Hecates, Hecale Callimachi poëma, Deſiderium, Deſiderij poculum. Cap. 7.

PVRGAMENTA, quæquidem Græci καθάρματα appellant, quibus februabatur, aut expiabatur aliqua noxa, mittebantur in profluentem plerumque: interdum & in mare: interdum in triuium, iaciebanturque ab auerſis trans caput, vt in Pharmaceutria ſcriptum eſt. nec reſpiciebant, ne eorum aſpectum malum traherent: ea autem ſecum ſceleris & culpæ admiſſæ omne nefas omnemque noxam auferre credebant, & contagione quadam aliis tradere, ſi quis tangeret. Itaque erant ea purgamenta omnibus inuiſa, vt ea vel pede calcaſſe nefarium haberetur & inauſpicatum, & mali alicuius præſagium: hanc tamen ſuperſtitionem Cynici irridebant, qui, vt apud Lucianum ſcriptum eſt, ſæpenumero ouis purgamento veſcebantur. Quod autem nouiſſimè dixi, abominandum eos dixiſſe vel pede purgamenta calcare, è Petronio intelligi poteſt, ita ſcribente, *Quæ ſtriges comederunt neruos tuos, aut quod purgamentum in nocte calcaſti, aut cadauer.* Eſt & apud eum Camella, vas. *Et camellam,* inquit, *etiam vetuſtate ruptam pice temperata refecit: tum clauum, qui detrahentem ſequutus cum camella lignea fuerat fumoſo parieti reddidit.* iterum, *infra madus meas camellam vini poſuit.* Ouidius,

Virg eclog.9. Tranſque caput iace &c.

Lucianus.

Dum licet, adpoſita veluti cratere camella, Ouidius 5. Faſtor.

Lac

Lac niueum potes purpureámq; ſapam. Teſta ignem petere ſolebant
Petronius. antiqui à vicinis: ſed teſtam in neutro genere Petronius dicit. *Necdum ſuperaueram*, inquit, *cellulæ limen cùm animaduerto Enotheam cum teſto ignis*
Ad Heren. lib. 4. cap. de exornat. ſentent. *pleno venientem*. Hinc illud Cornificianum lib. 4. ad Herennium, *Hic de tanto patrimonio tam cito teſtam, qua ſibi petat ignem non reliquit*. Ab eodem anus dicitur digna ſacris Hecates, anus pauperrima & mẽdiciſſima, quòd cùm in triuio ſoleret adponi viliſſima Hecatæ cœna, vt alecarum & mæ-
Ariſtoph. Plut. narum, eam, vt eſt apud Ariſtophanem in Pluto, pauperes rapere conſueſſent penè priuſquam adpoſita eſſet. ſic autem ſcribit Petronius,

Petronius. *Qualis in Actæa quondam fuit hoſpita terra*
Digna ſacris Hecates. Significatur Hecale pauperrima, quæ hoſpitio

Petronius. Theſeum recepit. — *quam Muſa*, inquit, *loquentibus annis*
Battiadæ veteris mirando tradidit æuo. ſic legendum puto, non *Bacchineas veteres*. vt intelligatur poẽma Callimachi Batti filii, quod Hecale inſcriptum erat. Deſiderium verbum eſt interdum amatorium, quo voluptas & delitiæ & amores ſignificantur. vt apud Petronium, *Tu deſiderium, tu voluptas mea.* apud Horatium quoque ex amoris erga Mecœnatem abundantia ſcriptum eſſe arbitror,

Horat. lib. 1. od. 14. *O deſiderium & dulce decus meum.* & alio loco,
Nuper ſolicitum quæ mihi tædium
Nunc deſiderium curáq; non leuis. & deſiderij poculum, eſt poculum a-
Horat. Epod. od. 17. Vbi Canidia reſpondens inducitur. matorium, vt, *Deſideriq; temperare poculum.* dixit idem poẽta. Et quoniam toties deſiderij mentio facta eſt, hoc quoque caput, finis deſiderio teneatur. hîc igitur ſibi coronidem pingat.

Vitruuius lib. 10. emendatur, Cnodaces, Examinare, Examinatio. Cap. 8.

Vitruuius lib. 10. c. 6. ARCHITECTVS ille nobilis, qui apud Vitruuium lib. 10. Cteſiphon appellatur, à malis nomenclatoribus ſic vocatur, cùm Cherſiphron dici
Strabo lib. 14. debeat, vt apud Strabonem ſcribitur: & in vetuſtis æditionib. Vitruuii veſtigia quædam impreſſa ſunt veri nominis, in quib. Creſiphon excuſum
Vitru. lib. 10. c. 5. eſt. Eo autem in libro, vt hoc admoneam, malè quædam effinguntur trochleæ, quæ cùm habere debeant duplices & triplices orbiculorum ordines, vt diſertè à Vitruuio ſcribitur; tamen ſurda aure id prætermitti video, & ſimplici vnicoq; ordine eas depingi animaduerto cum ſenten-
Vitru. lib. 10. c. 6. tiæ diſpendio & lectorum precio & damno. Honeſtè autem dixit *rotas deuorari*, quæ in cœnoſo & molli ſolo deſidunt, extrahiq́ue iumentorum
Catull. ad Coloniam epigr. 17. protelo nequeunt. Inde vorago nomen habet, vt apud Catullum,
Ferream vt ſoleam tenaci in voragine mula. Iam *Cnodaces*, non *Chodaces*

legi

legi debere extra controuersiam est. Sunt autem propriè Cnodaces ferramenta stilli ferrei in tornis, qui vtrinque materiam, quæ tornatur atque versatur, distinét. à quorum similitudine Cnodaces implumbati, columnarum capiti & in armillis versatiles apud Vitruuium nomen habet. apud Heronem quoque hoc vocabulum frequens est in Pneumaticis. Examinare apud eum, tollere, suspendere, eleuare significat, vt cùm scribit, *cogit presßionibus examinare paucis manibus oneris maximi pondus.* id est, eleuare. In prima Tuscul. examinatus, est suspensus, libratus. *tanquam*, inquit, *paribus examinatus ponderibus nullam in partem mouetur.* Appellat & Vitruuius examinationem in stateris, qua æquipondium per puncta scapi discurrit & vagatur, velut ponderationem quandam & pensionem & examen & libram ponderis, atque adeo partem, quæ extra ansas extat libratque. verba eius sunt, *Paulo etiam pari pondere amplißimam pensionem imparem perficit, vt scapi librationem & examinationem longius à centro recedentem.* rursus, *nisi quemadmodum supra scriptum est examinatio vectis lõgius per caput, neque iuxta onus fuerit facta.* Hîc examinationem vocat, qua vectis pondus sibi incumbens, vrgensque hominum viribus attollit & leuat. Cùm autem scribit, *Remi circa scalinos strophis religati*: mallem equidem *struppis.* atque eum ita scripsisse crediderim. Hic pensum huius capitis absoluimus, pauca eaque leuia more nostro consectati: sed quæ adolescentibus, qui nondum tyrocinium posuerunt, invtilia fortasse non erunt: nos quidem, vt eis plurimum prosint, optamus: atque hanc operam eis potissimum impensam volumus esse & dicamus.

Vitruuius lib. 10 c. 6. *Hero in Pneumat.* *Vitr. lib. 10. c. 8.* *Cic. 1. Tuscul.* *Vitr. lib. 10. c. 8.* *Vitr. lib. 10. c. 8.* *Vitr. lib. 10. c. 8.*

Saltus Firmiani, Catullus explicatur, Maria, Polliceri montes & maria, θάλασσα ἀγαθῶν, Lunam de cœlo deducere. Cap. 9.

RECORDOR in Varrone legisse me, magnum agri modum coniunctarum quatuor centuriarum in agris diuisis appellari saltus. quo fit vt facilè mihi persuadeam amplissimas possessiones firmianas Mamureæ Formiani à Catullo saltum appellati: sic enim scribit,

Varro lib. 1. de re rustic. cap. 10. *Catull. de saltu Firmiano.* *Catull. in Mentulam.*

Firmano saltu non falsa mentula diues. Iterum,

Mentula habet noster triginta iugera prati,
Quadraginta arui, cætera sunt maria.
Cur non diuitijs Crœsum superare potis sit,
Vno qui saltu tot bona poßideat?
Prata, arua, ingentes siluas, saltusq; paludesque
Vsq; ad Hyperboreos, & mare ad Oceanum. Ita saltus in saltu collocat. Illud verò attendendum etiam atque etiam, quod, *cætera sunt maria* dixit, cùm, vt opinor, neque maritima prædia essent, neque dominus ma-

re in possessione haberet: verum existimo illud *maria*, pro ingentib, & infinitis possessionib. dictum esse: vt cùm prata & arua posuisset, reliqua velut immẽsitate eorum immoderata numerum & magnitudinem omnẽ superante, maria vocauerit, neque declararit ingentes siluas saltusque paludesque. Solent autem pro rebus maximis, maria ponere Latini: indicio est illud Sallustij, *Maria & montes polliceri.* etiam θάλασσα ἀγαθῶν, Græcis in prouerbio est, pro magna bonorum copia. Ad eandem superlationem pertinet, quod ad Hyperboreos vsque & Oceanum latifundia illa, saltus Firmiani poëtica licentia inuidiosè propagauerit. Illínam & huic rudi impolitæq; scripturæ tanquam pro tectorio quiddam ex eodem poëta,

Salluſt. in bello Catil.

Catull. de coma Berenic.
Callimachus.

Vt triuiam furtim sub Latmia saxa relegans,
Dulcis amor gyro deuocet aërio. Hoc perlepidè est à Callimacho fictum Lunam, cùm eius lumen vmbra noctis obscuratum laborat, de cœlo descendere in amplexus Endymionis: cùm tamen opinio esset eam carminib. veneficarum delicatis de cœlo deduci. Ergo poëtico commento eleganter defectus Lunæ adumbratus est. neque aliam eorum sententiam esse arbitror.

Antiquorum superstitio ad impetrandam pluuiam, Manales verrere, Fulgentius emendatus, Porcus nefrundus, Nefrundines, Epona, non Hippo in Iuuenale, & in Prudentio legendum, Coragium, Eretinæ mentes, Hetrusca disciplina. Cap. 10.

VARIA quædam à me obseruata animaduersaque in legendis antiquis vocib. Fulgentii, operæ parcere non debui quominus hic adponerem. Antiquorum erat superstitio ad impetrandam pluuiam Manales lapides trahere per agrorum limites, id *verrere Manales* dicebant. nam *veri* in Fulgentio ementitè scriptum est. Hetruscæ autem disciplinæ Tagetis & Bacidis florebant: non vt scribitur *Bacchetidis*, haud sanè quod Bacis Hetruscus fuerit: sed Hetruscam disciplinam appellabant Aruspicinam. *Sacrum Atheniensium* ἐχετλὸν περφορευμένα, vel περφορευμένοι potius appellari debere crediderim. Porcus autem castratus, *nefrundus*, non nefreus dicendus est. Nam & prisci illi castique Latini Nefrundines vocabant renes. Quæ geminos pepererant Iunoni Lucinę oues ambiguas immolabant. Agni enim duo, geminos referebant, ouis matrem. Dea illa quæ Hippo vulgo indigitatur, in exemplarib. scribitur: Epona dicenda est. scribendum igitur in Fulgentio: *Priapus, Epona, Vertumnus.* Et in Iuuenale, *Solam Eponam.* & apud Prudentium,

Fulgentius libello de priſco ſermone.

Fulgent. eod. libello.

Fulg. eod. lib.
Iuuen ſaty. 8.
Prudent. in apocheoſi.
Plutarchus in parallelis.

Nemo Cloacinæ aut Eponæ super astra deabus. Plutarchus, Φȣ́λβιος στέλλος μισῶν γυναῖκας ἵππῳ συνεμίσγετο ἡ δὲ κατὰ χρόνον ἔτεκε κόρην εὔμορφον, καὶ ὠνόμα-

σεν

σεν ἕπονται. ἔστι δὲ θεὸς πρόνοιαν ποιουμένη ἵππων. Ex illo Fulgentii libello præclarè illud Maronianum aliis interpretibus non perinde enucleatum, explicatur.

Et capite ante aras Phrygio velamus amictu. *Tutulum* enim ait significari, quod *pallium erat, quo sacerdotes ad sacra accessuri caput tegebant tutabanturque*, vnde & vocabulum. Coragium à κόρη, quæ puella est. non recordor tamen vsquam scriptorum legisse me Coragium: sed Fulgentio tamen derogare fidem non ausim. Eretinæ mentes in eodem sunt testæ argillaceæ, cretaceæ, saxeæ. Adfert ex antiquo scriptore, *Auerrum caßit diua tam eretinas hominum mentes.* Ab eodem explicatur illud Petronii, *In aumatium memet conieci.* sed suspicor *automatium* legendum, vt locus significetur theatri, vel circi vbi erant machinæ, quæ automata à Græcis vocantur: quæ sponte moueri videntur & miraculo sunt. Hæc veluti decima quædam è libello breui perexigua collecta est, non qualis Herculi consecrabatur profanabaturque opima & pollucibilis: sed marra & tenuis.

Virg 3 æneid.

Fulgent. eod. libello de prisco sermone.

Fulgent. eod. libello.

Tranquillus in Domitiano emendatur & explicatur, Parmularius, Parmula & palmula, Tribuni Laticlauij. Cap. 11.

SEMPER suspicatus sum aliquid delitescere in eo Domitiani vitæ loco, quem mox proferam, quòd nobis qui pinguiore sumus ingenio non pateret. *Patremfamilias quòd Thracem Mirmilloni parem, munerario imparem dixerat, detractum è spectaculis in arenam; canibus obiecit, cum hoc titulo: Impiè locutus est Parmularius.* non enim satis assequimur, cur patremfam. illum parmularium vocet. Sed cùm sine controuersia cõstet in Thracum armatura parmam fuisse, quispiam non auerso deo suspicaretur patremfam. appellari per iniuriam Thracem, ex parmula. Sed parmularium crediderim significare studiosum & fautorem Thracum. Nam ludis Circensibus erãt multi & factionum perstudiosi, & in Amphiteatralibus munerib. certæ armaturæ dediti, eiusq́; gladiatoribus fauentes. Sic qui Veneto colori fauebant, Venetiani vocabãtur: qui Prasinæ factioni, Prasiniani: qui Secutoribus, Secutoriani: qui Thracibus, Parmularii. Querebatur igitur paterfam. malè composita gladiatorũ paria, potiusq́; Thracem cum Mirmillone, quàm cum Retiario committi debuisse censebat: in quo Imperatorem velut insimulabat, qui paria fortasse ita compararat. Sed ex alicuius scriptoris veluti tabulario: ne quæ diximus, labascant, fulcienda sunt. Ergo Antoninus Imperator ita scribit, παρὰ τοῦ τροφέως, τὸ μήτε πρασιανὸς, μήτε Βενετιανὸς, μήτε παλμουλάριος ἢ σκουτάριος γενέσθαι. Quod ex armariis tanti imperatoris à me depromptum, scriptum est, tam apertum continet testimonium, vt neminem mihi refragaturum putem.

Suetonius in Domitiano cap. 10.

Antoninus in vita sua.

nam quin palmularius, vt Græcè ſcribitur, ſit parmularius negari non poteſt. cum parma & palma eandem habeant originem: & poſterius tanquam diminutio ſit vt in furno & fuluo: ſic parmula & palmula. Scribitur in eadem vita, *Donatum venia* ab imperatore Domitiano fuiſſe, *Tribunũ Laticlauium.* Erant autem Tribuni Laticlauii in legione maioris dignitatis, quàm qui laticlauii non erant, & primi Tribuni militum legionis habebantur. De his in quibuſdam inſcriptionibus, vt à marmorariis fidem petamus, ita legitur, *Tribuno Laticlauio leg. tertiæ Cyrenaïcæ.* iterum, *Tribuno Laticlauio leg. I. adiutricis patriæ fælicis.* Hæc quæ indoctis difficilia & nodoſa, doctis facilia & enodata perſcribere tamen viſum eſt, vt etſi his non prodeſſem, illos tamen iuuare non prætermitterem.

Suet. in Domit. cap. 10.

Inſcriptiones marmorariæ.

Recta oratio, Recta domus, Illuminare, Lumen & Vmbra, Illuminare ſententias, Brutus Cic. emendatus, Haſtæ Amentatæ quæ D. Ambroſio, & Ciceroni. Cap. 12.

OBSERVASSE mihi videor eſſe interdum in oratione Latina, Rectum, quod non eſt comptum, non ornatum, non fucatum: ſed ſimplex & verum laudabileque præ ſe ferens honeſtatem quandam, & ſponte ſua quandam gratiam inaffectatam: ſed germanam quandam veriratem ſinceramque. Cic. in Bruto de Commentariis Cæſaris, *Atque etiam Commentarios quoſdam ſcripſit rerum ſuarum valde quidem inquam probandos: nudi enim ſunt, recti & venuſti, omni orationis ornatu tanquam veſte detracta.* ſic recta domus à Seneca dicitur, quæ nimio luxu corrupta non eſt, neque laquearibus & marmoribus pellucet, neq; eleganti tectorio aut lacunari perpolita eſt: ſed laudabilem quandam mediocritatem oſtendit. ſic enim ſcribit, *Deſit ſanè varietas marmorum & conciſura aquarum à cuniculis interfluentium & pauperis cella, & quicquid aliud luxuria, non contenta decore ſimplici miſcet, quod dici ſolet, domus recta eſt.* In eodem autem Bruto & illud à me animaduerſum eſt. Illuminare, verbum pictorum eſſe: quo ſignificant ſe argumento, quod depingunt, addere lumen, vt pictura clarior eluceat & emineat. Nam vt Lumen & Vmbra, picturæ vocabula ſunt: opacitas enim, quæ atro efficitur colore, vmbræ nomen obtinuit: claritas quædam, quæ candido præſtatur colore lumen. Plinius lib. 35. *Lumen & vmbras cuſtodiuit, atque vt eminerent è tabulis picturæ maximè curauit.* Iterum, *Tandem ars ſeipſa diſtinxit & inuenit lumen atque vmbras, differentia colorum alterna vice ſeſe excitante.* Ita autem in Bruto Cicero ſcripſit, *Eaque non tam in verbis pingendis habent pondus, quàm in illuminandis ſententijs.* Hic illuminare ſententias dicit figura quadam, exornare. Vt lumine excitatur exornaturque tabula pi-

Cic. in Bruto.

Senec. Epiſt. 101.

Plinius lib. 35. c. 11.

Plinius lib. 35. c. 5.

Cic. in Bruto.

tabula picta. Sed quod in eo dialogo perperã nec amuſſitatè legitur, quid prohibet in integrum reſtituere? *nam cùm*, inquit, *in ſilua ſua ita facta cædes eſſet.* [Cic. in Bruto.] Hic ſilua Scantia multi emendant: ego illud *ua* è ſilua eſſe ſuſpicor iteratum, & l. in s. eluxatum: verum igitur fortaſſe germanumq́ue fuerit *Sila.* nam Vibius Sequeſter huius nominis Siluam commemorat in Bru- [Vibius Sequeſter.] tis: montem in Lucanis eſſe ſcribit Seruius: ſed in montib. ſunt nemora, quæ & montium gentilia plærunque ſunt. Maro meminit, [Seruius in 3. Georgic.]

Ac veluti ingenti Sila ſummoue Taburno. [Virg. 12. æn.] Haſtæ autem amentatæ ſunt διηγκυλημένα δόρατα, aut ἀκόντια, vt apud Xenophontem. [Xenophon.] ac tales apud Romanos videntur fuiſſe haſtæ velitum, non manipularium. Diuus Ambroſius, [D. Ambroſius.] *Intorquenda eſt amentata illa, non manipularis ſententia.* Nam lacerti amento adiuti fortius haſtam illam viribuſq́ue torquebant. Quod velitibus darẽtur ſcribit ita in Bruto Cicero, *tamen vt haſtæ velitibus amentatæ:* [Cic. in Bruto.] *ſic apta quædam & parata ſingulis cauſarum generibus argumenta traduntur.* Sunt igitur D. Ambroſio amentatæ haſtæ, quæ fortius enixiuſq́ue vibrantur: Ciceroni autem, quæ ad iaciendum paratæ ſunt, & ad ictum deſtinandum. Neque enim parata haſta videtur, cui amentum deeſt. Cic. in Oratore, *Amentatas haſtas ab aliquo accipere, & eas oratoris lacertis viribuſq́ue torquere.* [Cic. in Oratore.] In eundem quoque ſenſum Græcè dicit, διηγκυλημένον ἀκόντιον Xenophon.

Sæculum, ἡλικία, Fretum, Anni limes, Fœtus anni, Freta ætatis, Fretum maris, Lucretius multis locis elucidatus, Lauabrum, Lorica cœli, Splendidus. Cap. 13.

[a] BVCERA *ſæcla.* & [b] *percocta ſæcla vapore.* & [c] *ſæcla ferarum.* cùm apud Lucretium legerem, ſubiit quærere vnde ſumpta eſſet iſta ſæculi ſignificatio in veteri ſcriptore tam noua tamq́; inſolita nec alijs auctoribus Latinis vſurpata. Igitur Lucretium exiſtimaui nõ tam notionem hominibus Latinis receptam ſequutum eſſe in hac vſurpatione, quàm vocabuli originem & natales, ad quos redegit ſignificationem vimq́ue vocabuli. [a Lucretius lib. 5. & 6. b Lib. 6. c Lib. 2. 4. 5. & 6.] Nam Sæculum ab ἡλικία deduci videtur: cùm aſpiratio millies in ſibilum deſciſcat, vt notum eſt: λ. autem & κ. tranſponantur inuicem ſedibus mutatis. cùm autem ἡλικία Græcis, ſæpenumero ætatem ſignificet, tamẽ etiam genus declarat, vt in Lucretio Sæclum, vt cùm Græci dicunt, ζόρκα eſſe ἡλικίαν ἐλάφου ἢ δορκός, id eſt, hinnulum eſſe genus & ſobolem cerui. [Heſychius.] aut ſi cui hoc nimis repetitum videtur, vt cùm quis dixit, Væ ætati tuæ, pro, væ tibi: ſic licet exiſtimare *Sæcula bucera* eadem ratione dici & pro bubus poni. [Lucret. lib. 5. & 6.] quod & verius puto. Eiuſdem illud & nouæ ſignificationis eſt,

Nam fretus ipſe anni permiſcet frigus & æſtum. [Lucr. lib. 6.] Sed quibuſdã vſus meta-

phora videtur. vt quemadmodum fretum dicitur mare inter duas terras arctum: ita anni limes inter frigus hibernum & æſtiuum calorem interpoſitus eodem vocabulo cenſeatur. nam tale eſt ver, idque eo declarari, quod ſubiicitur,

Lucret. lib. 6. *Prima caloris enim pars & poſtrema rigoris*

Tempus id eſt vernum. Sed non tam interiectum his ver eſt, quàm concurrentibus conuenientibuſque & confligentibus permixtum. veri igitur ſimilius eſt, à fretorum anguſtiis & traiectu ſumptam tranſlationem. vt quemadmodum fretum, traiectio quædam eſt maris anguſti: ita quoque tranſitus anni è frigore in æſtum, eodemque verbo appelletur. potius tamen eſt fretus anni, velut anni adoleſcentia, quam ineuntem ætatem Latini appellant, aut infantiam, velut in ea non numerantes: nam nam & freta ætatis, pro initio, vt fretum maris initium videtur poſuiſſe Lucretius,

Lucr. lib. 4. *Tum quibus ætatis freta primitus inſinuantur.* tranſlatè etiam illud,

Lucr. lib. 6. *Qua via ſecta ſemel liquido pede detulit vndas.* aliis etiam poëtis imi-

Hom. Odyſſ. ι. tatum nomen eſt. Sed ab Homero ſumptum, qui in Odyſs. ſcribit, ἔνθ' ἤτοι μὲν ἐγὼ διερῷ ποδὶ φευγέμεν ἡμέας. quod aliter ſolent tamen Grammatici Græci interpretari. Hoc eô adſcripſi, quia voluptati eſt intelligere ortum formæ alicuius loquendi. Sed verſus eſt obſcurus eius auctoris,

Lucr. lib. 6. *Oppleti calidis vbi fumant fontibus aucti.* Quid enim inter oppletos & auctos intereſt, & quid ſibi vult loquacitas, idem imaginis propè ritu iterans & nugans? lego igitur *Pompeij.* vt vrbs ſit propinqua Baianis aquis. Lego etiam,

Lucret. lib. 6. *— conſopit ibidem*

Concidere & fumos, qui morbos mittere ſueuit. antiqua antigrapha pumos habent, vnde fumos facio. Conſopit autem concidere, eſt ita conſopit vt concidere faciat, vt eodem libro loquutus eſt,

Lucr. lib. 6. *In Syria quoque fertur item locus eſſe videri.* Lauabrum pro labro etiam dixit, vnde origo labri ſolij balnearij intelligitur:

Lucretius lib. 6.

Denique ſi calidis etiam cunctere lauabris. lego etiam,

Quos opere in tali cohibet vis magna neceſſe eſt. cùm in antiquis ita ſcribatur. neceſſe eſt autem, eſt neceſſitas. neceſſitas enim vis magna eſt: Etiã,

— & calido ſatiare vapore. malo, quàm *ſociare*. quod tamen in omnibus exemplaribus editis & ineditis regnat. Sic pro,

Pura tenet circum fontem. *Rara tenet circum fontem.* lego etiam,

Vſque adeo permananter vis peruolat eius. non *peruulet.* vt & infra,

— vt æſtus

Peruolet intactus. &,

Denique

Denique qua circum cœli lorica coërcet. ex antiquo lego codice. Loricam autem cœli vocat ambitum cœli omnia vndique concludentis ſuo amplexu.

Morbida vis. quaſi muta vel inulta, id eſt, illeſa ipſa, vel inuſta, quod poſtremum verius puto. lego etiam, — *remota bile faceſſunt.* pro, *remotæ iure.* immo verò, *remoto vere.* quo ſolent ſæuire tempeſtates. At verò duo verſus ſunt, Lucret. lib. 6.

Nil adeo poſſes cuiquam leue tenueq; membris,
Verteret vtilitatem ad vetum & frigora ſemper.

Quibus ne Sibylla quidem quicquam vnquam cecinit obſcurius: ſed cùm Sindona ſcribat Thucydides, quem exprimere conatur Lucretius, lego, *Linum adeo portes.* at ille continuo verteret vtilitatem, & quod vtiliter iniectum eſſet, reijceret, ventumque & frigora captaret. Thucyd. li. 2. Illud autem, *Inciderunt ipſi venientes ore patente,* eſt vt Græci dicunt, πρὸς κῦμα χανεῖν. de his qui quamprimum mergi & interire cupiunt, & ore aperto hianteque ſe præcipites in aquam iaciunt, vt citius moriantur: hîc autem de iis, qui immenſa ſiti coquuntur, & hiante ore ſe ingurgitare cupiunt humore. vel, *Nil adeo poſtes.* pro poſites. At verò in verſu, Lucr. lib. 6.

Sudoriſq; madens per collum ſplendidus humor. Splendidus eſt multus & copioſus, vt & ſplendida bilis, eſt multa & aperta. cùm autem ait, — *qua mundi claudicat axis.* ſignificat in partibus quibuſdam Ægypti Sienæ propinquis totum Septentrionem, quem axem vocat, non apparere. Lucr. lib. 6. Lucr. lib. 6.

In commune, κοινὸς ἑρμῆς, *In commune quærere, In medium quærere, Sinum laxate, Lanx inanis.* Cap. 14.

QVOD ſcribitur à Seneca epiſtola 120. *quoties aliquid inueni, non expecto donec dicas, in commune ipſe mihi dico.* quo quidem è loco apparet, vt Græci cùm quid inuentum erat, dicere ſolebant κοινὸς ἑρμῆς. quo dicto, inuenti partem petebant: ſic & Latinos dicere ſolitos eſſe, in commune, hinc illa loquendi formula, In commune quærere: ſed & in medium quærere, quæ hac erit fortaſſe hominibus admonitiuncula notior. Seneca lib. 21. epiſt. 120. Eleganter eadem epiſtola, *ſinum laxa,* eſt ſinum veſtis extende & expande, vt eum lucro compleas. Sed audiendus coràm ipſe Seneca eſt, *Sinum laxa merum lucrum eſt.* Secus in Flacco Sinus laxus illius eſſe dicitur, qui ſinum non adſtringit. Ideoque qui in eo gerit, effluere & excidere ſinit & perdit. Flaccus ait, Senec. ead. epiſt. 120.

Ferre ſinu laxo donare & ludere vidi. Sed oblitam quibuſdam locis epiſtolam luto, tergeamus. *vtrum hæc aqua ſit ex lacu.* nitidum erit & exterſum. Eodem modo, *an cryſtallinum, an murreum.* murreum Horat. lib. 2. ſaty. 3. Senec. ead. epiſt. 120.

Senec. epist. 120.

autem & vt Propertius appellat, murrinum. *Inani inquis lance numeras.* hodie inanima legitur oratione quadam exanimata & frigida. Lanx autem inanis dicitur, in qua nihil eſt, quæque vacua eſt. Lego, *qui ſatis habet, conſequutus eſt.*

Sen. epiſt. 120.

Lego etiam, *nunquam quod ſatis non eſt, multum eſt.* Hæc ex epiſtola obiter notabam & literis mandabam.

Buccellatum, Buccellarius, Dux Buccellariorum, Vitruuius emendatur, Aſtulæ. Cap. 15.

Vulcat. Gallicanus in Auidio Caſſio.

Paulinus decimo natali S. Felicis.

BVCCELLATVM, panis erat militaris paruus, eo nomine appellatus, quòd buccella parua ſit. vt in Vulcatio Gallicano, *& præter laridum & buccellatum atque acetum militem in expeditione quicquam portare prohibuit.* nec minus aptè, etſi tranſlatè apud Paulinum decimo natali Sancti Felicis de buccellato Chriſtianæ expeditionis, *in cuius procinctu quotidie ad frugalitatis annonam militamus, panes quinq; tibi pariter & filio noſtro Licentio miſimus.* Sic nos lanionibus à bucca nomẽ impoſuimus, & Buccarios vocauimus.

Grego. Turõ. Paul. Diac. in Martiano & Valentiniano iuniore. Suidas.

At verò à quodam buccellario refert Gregorius Turonẽſis interfectum fuiſſe imperatorem Valẽtinianum: Diaconus dicit à milite. nam Buccellarius eſt Gallogræcus, qua ex natione ſcilicet erat. Suidas, Βουκελλάριοι οἱ ἑλλωνογαλλάται ὀνομάζονται, καὶ οἱ τῶν βουκελλαρίων χώρα γαλλογραικία. Dux quoque Buccellariorum à Zonara appellatur. Sed iſti buccellarii ad buccellatum, vt ſuſpicor, nihil pertinent, niſi ſit ab eo illis nominis origo, quod

Vitru. lib. 7. c. 6.

adfirmare non auſim. Aſſulas marmoris in Vitruuio legimus: ſic enim in eo ſcribitur, *Cementa marmorea ſiue aſſulæ dicuntur.* vereor tamen ne è Plaulino aſtulæ legendum ſit, cuius verſus eſt,

Quamque aqua non poterat, vicit breuis aſtula flammam: illam autem aſtulam paulo ante explicat,

Paulinus lib. 10. natali S. Felicis.

De crucis æternæ ſumptum mihi fragmine lignum

Promo. Vt enim quæ franguntur è ligno, aſtulæ ſunt: ſic quod è marmore malleis decutitur. Ex eodem agnoſcimus quod & in veteribus recognoſcimus autographis.

Salluſt. bello Iugurth. ſtatim in princi. Paulinus 10. nat. S. Felicis.

in Salluſtii bello Iugurthino legendum: *Forte potius, quàm virtute regatur.* non vt promulgatum eſt *ſorte.* Eius verba ſunt, *Et forte magis quàm numine arbitraris argentum illud ſancti commercij inter hibernos turbines & nautas auaros amiſſo cuſtode ſeruatum.* Fors enim fortuna eſt. Proinde & in Horatio, quod & adpromittunt libri vetuſtate carioſi & fuliginoſi.

Horat. lib. 1. ſaty. 1.

Qui fit Mecœnas vt nemo quam ſibi ſortem

Seu ratio dederit, ſeu fors obiecerit. id eſt, fortuna, ſcribendum cenſeo: etſi mihi liceret vſurpare verba Patrum Conſcriptorum conſentio conſciſcoque.

Merca-

Mercales, Venales, In ætate, Cœna popularis, Epulum, Quàm extemplo, ἐπειδὴ τὰ χιστα, Sapiens ætati cibus, Ne, Volo. Cap. 16.

VETERES, Mercales ab his seiunxere, qui venales seruos habebant, ac mercaturæ nomine mancipia censeri nolebant. id è Comico Plauto apparet, ita scribente, *Mercaturámve an venales habuit, vbi rem perdidit?* Cicero in Corneliana, *neq; me diuitiæ mouent, quibus omnes Africanos & Lælios multi venalitij mercatoresq; superarunt.* Venales vtrobique à mercatura, & venalitios à mercatorib. distinctos videmus: cùm tamen genus quidam exercere mercaturæ videantur, qui seruitia vendunt, quos festiuissimè Horatius appellat Cappadocum reges.

Mancipijs locuplex eget æris Cappadocum rex. id est, venalitius. In ætate, apud eundem est interdum, veteri & eleganti genere dicendi. testimonium est,

Vtrunq; Lesbonico in ætate haud bonum est. iterum,

† *Immane est facinus, verum in ætate vtile & conducibile.* Et apud eum in ead. fabula Cœna popularis, pro epulo, quod populo datur. nam verbi gratia in triumphis epulum populo interdum dabatur, & dabantur prandia. vt in Iulio Cæsare indicat Tranquillus. Sed & cùm decimam Herculi soluebant, pollucto accipiebant populum. verba Plauti sunt, *Adposita sit cœna, popularem quam vocant.* Inquit idem in ead. fabula, *Cœna hæc annona est, sine sacris hæreditas.* quod, vt suspicor, hanc occulit sententiam quadam verborum translatione: cœna ista popularis, annus quidam nobis velut frugum prouentus est sine vllo impendio. vt hæreditas, quæ nullis obuenit, obnoxia sacrorum sumptibus est. Et eius *quàm extemplo*, pro simul atque, vt Græcè ἐπειδὴ τὰ χιστα, vt,

— quàm cum extemplo amisimus
Æquè mendicus atq; ille opulentissimus censetur.

Sententia in eo est acuta, sed obscura hæc,

Sapientiæ ætas condimentum est, sapiens ætati cibus est. quæ hunc sensum continet ætate sapientiam parari. vt ei, qui sapiens futurus sit, sapientiam condiat ætas: ipse autem sapiens tanquam condimento ætatis, cibus quidam apparetur & commendetur: Est igitur sapiens ætati cibus, quem vt cibum ætas condit ipsa. *Eône multa, quæ ne volt, eueniunt*: venustè dixit Plautus vtrobique ne, pro non vsurpans. vt in, *Nisi ne vis.* Igitur ait, ob id, non multa, quæ non vult, eueniunt. Idem, volo pro opto & desidero vsurpat. *S. — dij fortunabunt vestra consilia.* P. *ita volo.* Et Marcus Cicero, *Eum honorem tibi deos fortunare volo.* Vellem, quemadmodum per flosculos Comici apicularum more volitaui: sic fauus à me earum mellificium referat.

Plaut. Trinũmo. Sc. Quo ilhic homo.
Cic. in Oratore ad Brutũ.
Horat. lib. 1. Epist. 6.
Trinũmo Sc. Min⁹ quindecim dies sunt.
† Trinummo Sc. He amicum castigare ob meritum.
Sueton. in Iulio c. 38.
Trinũmo Sc. Minus quindecim dies sunt.
Trinummo ead sc. Minus 15. dies sunt.
Trinummo Sc. Minus 15. dies sunt.
Trinũmo Sc. Quo ilhic homo se penetrauit.
Trinũmo Sc. Quo ilhic homo se pen.
Trinũmo Sc. Neque fuit, neque erit.
Trinummo Sc. Minus 15. dies sunt.
Cic. li. 15. epist. famil. epistola Maxima sum lætitia affect⁹.

Multa

Multa in Marone eſſe ex hiſtoria, Maro explicatur lib. 5. Æneid. Ore fauete, Mancipij æſtimatio, Serum, Bubo, Spolia hoſtium vbi collocabantur, Tres equitum turmæ in ludis Troianis, Porricio. Cap. 17.

MVLTA quædam in nobili Maronis poëmate antiquitas latet ſepulta: & nomina etiam propria, quæ ab eo poſita ſunt non poëtico ſunt cõficta arbitrio, ſed ex re nata & hiſtoria, vt quem in Sicilia nominat Aceſtem, is conditor fuit Aceſtæ. Eryx mons celebris in ea inſula appellatur & Elymus, à quo & Elyma vrbs Siciliæ à Dionyſio nominata, quam Æneas poſuit cum Egeſta: quam & idem ab Egeſto nomen habuiſſe refert. Ait Maro, *Hunc Salius ſimul & Patron.* Salius teſte Varrone, Arcas fuit, qui cum Ænea in Italiam venit, qui ſaltationis auctor fuit, & Saliorum Marti Gradiuo ſacrorum ſaltationem inſtituit: Patron autem Acarnan, & nauigationis Æneæ comes fuit in Sicilia, in Aluntinis conſedit, vt ab Halicarnaſſeo notatum eſt. Entellus etiam ille, qui cum Darete ad pugillatum committitur, Entellæ Siciliæ vrbi vocabulum indidit. ita ſi quis antiquos peruolitet ſcriptores, nullum fere in Marone reperiet nomen, nõ ex antiqua depromptum hiſtoria. Sed cùm illa antiquitatis monumenta non ita eſſent obliuione ex hominum memoria deleta, vt hodie: fiebat vt Maronis poëma magna eruditione præditum, gloria floreret, & laude ferretur ingenti; nunc nobis illa doctrinæ veſtigia non comparent, ita & ingenio & laudi poëtæ minus fauemus, quo minus intelligimus quod in eo ſit prædicandum. Apotheoſin more Romano ſuo patri facit Æneas, cùm ſcribit,

Dionyſ. de ſitu orbis.

Virgil. 5. æn.
Varro lib. 6. de ling. Lat.

Dionyſ. Halicarnaſ. lib. 1.

— atque hæc me ſacra quotannis
Vrbe velit poſita templis ſibi ferre dicatis. ſed & lectiſterinum,
— adhibete Penates
Et patrios epulis, & quos colit hoſpes Aceſtes. ſed & nouendiale ſacrum,
Præterea ſi nona diem mortalibus alinum
Aurora extulerit. Ludos addit funebres in his, & more Romano Naumachiam.

Prima citæ Teucris ponam certamina claſsis. In ſacris faciendis, concipiẽdis, inducendis ore faueri iubebant. qua ex conſuetudine illud dixit,

Virgilius 5. æneid.

Ore fauete omnes. Victores in ludis Olympicis per præconem pronunciari ſolebant. cuius rei, ne morer, multa extant teſtimonia. Hoc imitatus Maro ſcripſit,

Victorem magna præconis voce Cloanthum
Declarat.

Tertia dona facit geminos ex ære lebetas. Duo erant Lebetum genera, ἐμπυριβήτας, & ἀναθηματικούς, vt Athenæus tradit. hic de anathematicis dici credi-

Athenæus lib. 2.

crediderim, qui in ornamentis erant, non igni admouebantur. Festiuè Æneas à Sergesto obseruatam nauem dat seruam: cùm serua à seruando nomen habeat, mancipij æstimatione fœcunditate augetur, quòd geminos haberet sub vbere natos: fœcunditas enim seruarum erat in pretio, atque hoc præmium extra ordinem est. Nam tria proponebantur præmia, vt in Naumachia, & in cursu.

Versus ille Maronis videtur refragari rerum euentui, & cum Poëtæ sententia pugnare,

Seraq; terrifici cecinerunt omina vates. nam mox incensa classe, illius diri portenti fides repræsentata est. Sed videtur Serum non hîc tardum significare, sed dirum. ac videtur ex eo malè ominosum esse, quod sera omina & tarda, prosperos non habeant successus. quæ erat causa ne postridianos dies auersarentur, neque his quicquam inciperent. Postridie enim quod incipitur, maturè non inchoatur nec tempestiuè. Itaq; in nomine ipso, obscœnum inest & inauspicatum omen. Sed etiam feri ominis significationem explicauit Seruius,

Virg. 5 æneid.

Seruius in 5. æneid.

Seraque culminibus ferali carmine bubo. in Marone etiam legit Nonius, si codices eius maculosi non sunt. ita Bubo erit vel noctu canens, vel inauspicatus. — *spolia,* autem, *illa tuis pendentia tectis.* more Romano dixit Maro, vt multa alia: nam, vt scribit Plinius natural. histor. lib. 35. Romani ædium suarum limina adfixis hostium spoliis exornabant, quæ mutato domino, nec emptori refringere licebat. — *palmam Entello taurumque relinquunt.* Attamen in præmio palmæ mentionem Æneas non fecerat. Sed vt in Symposiacis Plutarchus refert, Palma commune erat omnium certaminum præmium, quamuis aliud proprium esset. neque enim hic, vt reor, simpliciter victoriam declarat. Inde,

Virg. 4 æn.

Nonius in bubo.

Plin. lib. 35. c. 2.

Virg. 5 æneid.

— nec maximus omen

Abnuit Æneas. Aeneas omen accipit vt lætum, quod auersari vt dirũ debuit: Celeritas autem volantis sagittæ, celeritatem etiam euentus portendit. Vt enim volantium siderum est ocissima significantia, vt eorum quæ ἀκοντίαι vocantur: sic & sagittæ ardentis & iaculum aut cauatam stellam referentis. In Troianis Maronis ludis, exempla & imagine antiquitatis tres sunt equitum turmæ, quæ referunt tres centurias, Rhamnensiũ, Tatiensium, & Lucerum.

Virg. 5. æneid.

Tum senior Nautes. ab hoc Nautiorum erat Romæ familia clara. Sunt enim in Marone nomina propria plærunque attendenda, neque pro poëticis fictionibus ducenda. quanquam aliquando tenet ius suum Maro, & personas personarumque nomina comminiscitur, ne poëta non sit.

Virg. 5 æneid.

— extaque salsos

Virg. 5 æneid.

Porricit

Porricit in fluctus ac vina liquentia fundit. Hoc è ritu sacrorum Romanorum est. nam & Scipio è Sicilia in Africam nauigaturus cùm classem soluerent, idem fecit. Liuius, *Secundum eas preces cruda exta, cæsa victima, vti mos est, in mare porricit, tubaque signum dedit proficiscendi.* ita in eadem re explicanda verbo Maronis porricit, elegans Historicus est vsus. Hæc quę cursitans & præteriens obseruaui admonere possunt homines nondum esse omnia ab interpretibus percepta & patefacta, quæ diuinus ille poëta in opere suo inseruit & occultauit.

Liuius lib. 29.

Via Lactea, sedes à Philosophis tributa Sapientum animis, Platonis & Academicorum de orbe Lacteo sententia, Annus Climactericus. Cap. 18.

LACTEVM circulum nugatores poëtæ conantur persuadere viam esse, quæ ad Iouis regiam ducit. Vnde & Ouidius scripsit,

Est via sublimis cœlo manifesta sereno

Lactea nomen habet, candore notabilis ipso. Quid autem de ea Philosophi sentiant, quid item Astrologi ab Aristotele dissentientes in præsentia non inuestigamus, nec discutimus. Opinionem video fuisse animos præstantissimorum virorum corporibus solutos, in eam se recipere sedem: proinde scripsit Marc. Tull. lib. 6. de Republ. *Et corpore laxati incolunt illum locum, quem vides (erat autem in splendidissimo candore inter flammas circulus elucens) quem vos, vt à Græcis accepistis, orbem Lacteum nuncupatis.* Non idē tamen prima Tusculana tradit: sed animum vbi è corpore excessit, sub Lunam subuolare ad ignis regionem, illicque sublimem insistere. Eius verba sunt, *quam regionem cùm superauit animus, naturamque sui similem contigit & agnouit, iunctus ex anima tenui & ardore solis temperato, insistit ignibus, & finem altius se efferendi facit.* Sed hîc, vt non raro, Stoïcorum æmulatur hæresim, qui sapientum animis eam sedem corpore relicto tribuunt. Tertullianus, *itaq; apud illum in ætherem sublimantur animæ sapientes: apud Arium, in aërem: apud Stoïcos, sub Lunam.* Eandem Stoïcorum sententiam versib. elegantissimè complexus est Lucanus, hunc in modum,

Ouidius lib. 1. Metamorph.

Cic. lib. 6. de Rep. siue de somnio Scipionis.

Cic. 1. Tuscul.

Tertull. lib. 1. de anima.

Lucan. lib. 9.

— sequitur conuexa Tonantis
Qua niger astriferis connectitur axibus aër,
Quodq; patet terras inter, Lunæque meatus
Semidei manes habitant, quos ignea virtus
Innocuos vita patientes ætheris imi
Fecit, & æternos animum collegit in orbes.

Illa altera de lacteo orbe sententia Platonem potius & Academicos attingit. vt & quod de Luna scribit, quam vltimam cœlo ait cum Stoïcis, nec ipsa nec sydera errantia in cælo sint, sed sub cœlo in aëre pendeant. quorum ex opinione scripsit Pli-

Plinius, *inter hanc cœlumq́; , eodem ſpiritu pendent certis diſcreta ſpatijs ſeptem* Plin.lib.2.c.6.
ſidera,quæ ab inceſſu vocamus errantia. Videtur autem Cicero, *Cùm ætas tua* Cic.lib.6.de
ſeptenos octies Solis anfractus redituſq́ue conuerterit, duóq; hi numeri, quorum Republ.
vterque plenus, alter altera de cauſa habetur, circuitu naturali ſummam tibi fatalem confecerint. & Africani ætatem, qua perijt noctu dolo necatus, incerto necis auctore declaraſſe: & in horum duorum numerorum coniunctione annum climactericum poſuiſſe. de quo, vt è Cenſorino diſci poteſt, multum inter auctores eſt euariatum. cùm ex aliorum coniunctione numerorum aliis fieri videretur cum maiorem vim & efficaciam ad ſummam fatalem habere putarent hos vel illos numeros. nam à numerorum vi, omnis iſta profecta manauit oratio. Cenſorinus de die natali.

Nudum, Pactum nudum, Faunus, Vellera, Laquei curraces, Currax nodus, Gratius poëta explicatur & emendatur. Cap. 19.

NVDVM pro ſolo poni non eſt nouum nec peregrinum. vt apud Gratium, *— & nuda ſiluas virtute mouebant* Gratius de venatione.

Inconſulti homines. Tale fortaſſe & nudum pactum eſt. Sed ex amœno illo & perlepido poëta libet quædam decerpere, & hic adpingere. in eo ergo legendum puto,

Hinc omne auxilium vitæ rectuſq́ue reluxit Grat. eod. libell. de vena.
Ordo. non, vt receptum eſt, *erectus.*

— cecidit violentia retro, apud eundem, eſt retrò abiit & peſſum iit. Sic & Horatianum illud explicandum, *Ne currente retro funis eat rota.* id eſt, ne dum currit rota, funis retro eat, & retrorſum feratur abrumpaturq́ue coniunctio. Faunum in diis venationis præſidibus numerat, cùm ſcribit, Horat.lib.3. od.10.

— & Latij cultor qui Faunus amœni. nam & Propertius aucupio eum præficit, quod venationis genus eſt, Grat. de ven. Propert.lib.4. eleg.2.

Faunus plumoſo ſum deus aucupio. &,

— non ſine crimine luſus. quàm *carmine*, malim in eo legere. Interdum enim accidit, vt venatores ludo & venationi immoriantur cominus excipientes venabulo fulmineos apros. &,

— hac ſoluere noxa

Aſciuere tuo comites ſub numine diuæ. Arma porro inſtrumenta appellat, cùm ſcribit, Gratius de venat.

Armorum caſſeſq́; plagarumq́; ordiar æſtus. Vocat & armamenta,

— quæ commoda noſtro

Armamenta operi.

Oſtendit longè fraudem, atque exterritat hoſtes. quidni ſcribendum cenſeam? vt &,

Tu licet

Gratius de venat. *Tu licet Hæmonios includas caßibus vrsos?* non vt nunc ſcribitur, *ſentibus?* &, — *craſſæq; madefecere paludes*, non vt in exemplaribus, *modum fecere.* Grat. de ven. &, *Illa vel ad flatus.* non, *ad fluctus.* Iſta eſſe perexigua ſcio: ſed rudes meo metior modulo, & ex meo ſenſu & captu fingo hîc eos eſſe hæſuros, niſi iuuentur: nec vero inſtituimus eruditos docere, quorum potius vocem audire auemus, ſed indoctos promouere. Sed & verſus hos ſtellatos ſic diſtingo,

Grat. ad venat. *Imbiberit tanto reſpondet longior orſu,*

Magnum opus, & tangi, niſi cura vincitur, impar. Vellera autem non tantum lanæ ſunt, ſed vt poëtarum audacia eſt in vocib. tractandis & ſignificatione nouandis, etiam eo nomine cenſetur pluma. *Tantum inter niuei iungantur vellera cygni.* Laqueos curraces vocat, vt & nos nodum curracem, qui facile currunt, currenteque nodo illaqueant & nectunt.

Grat. de ven. *Fraus teget inſidias*, libentius agnoſcam, quàm *reget.*

Grat. de venat. *Prima iubent*, pro, primum iubent dixit, vt Græci πρῶτα, pro πρῶτον. &,

Deus ille an proxima diuo

Mens fuit. non *diuos*, vt excuſum eſt. &,

Gratius de venat. *Arcadium ſcit fama ſenem, quem Mænalus altor.* nec Minerua, nec Diana fortaſſe inuitis quiſpiam leget.

Bona comedere, Deſtringere, ἀποξυόμενοι, Pædagogia, Ad aream ſpectat, Pantomimi, Seneca lib. 22. epiſtolarum explicatur & emendatur. Cap. 20.

Horat. lib. 1. epiſt. 15. ad Vallam. VIR doctiſs. Victorius in Horatio legit,

— *non Hercule miror*

Aiebat, ſi qui comedunt bona. eodem modo lib. 22. epiſtolarum locutus Senec. lib. 22. epiſtola 123. eſt Seneca,

Multi bona comedunt, multi amicas habent. eodem in libro elegantiſſi- Senec. ead. epiſt. 123. me. Deſtringere eſt ſudorem ſtrigilibus ſiccare & detergere. *Vt*, inquit, *ſudorem, quem mouerunt potionibus crebris & feruentibus, ſubinde deſtringant:* Plinius lib. 34. c. 8. Et apud Plinium, *ſe deſtringentem.* eſt ἀποξυόμενος, qui ſtrigilibus ſe defricat & ſudorem ſordeſque deterget. Sed ſcalpellum adhibere eius libri quibuſdam vomicis placet, voceſque confodere vitioſas. Vbi igitur ſcri- Sen. epiſt. 125. bitur, *hoc quod in illis bonum eſt, prædicatione bonum dicitur.* lego, *precario bo-* Senec. ead. epiſt. 125. *num dicitur.* nam bonum precario dicit, quod non planè vereque bonum eſt: ſed quodam tanquam beneficio & indulgentia, quodam conceſſu & permiſſu. mox ſcribo, *Bonum quidem cadere in mutum animal non poteſt.* & Sen. epiſt. 125. hoc, *non eſt in prima fronde.* hodie *fronte* ſcribitur. lego etiam, *Omnium pæ-* Senec. 124. *dagogia velata facie vehuntur.* Sic autem vocantur pueri, qui in delitijs habentur, eorumque multitudo, quorum facies ne ſole fuſcaretur iter facien-

tium

tium operiebatur,& vt ait, velabatur. *Timor,* inquit Seneca, *pigrum corpus inuadit, & superbam vmbram iners sagina succrescit.* Senec. epist. 123. Hanc orationem nemo patientibus auribus feret, sed eam accusabit, quicunque blaterantem fœda scribiligine audiet. Ego igitur sic emendandum reor, *sub vmbra iners sagina succrescit. licet,* inquit Seneca, *epulis & in multa quidem pericula discoctis totum peruersæ vigiliæ tempus deducant.* Sen. epist. 123. hic ego illud *pericula* non intelligo, & alterius sedem occupare existimo: ac *fercula*, vel *fericula* scribo. certe ex fericula deprauatum illud pericula ex affinitate & vicinia vocis & soni arbitror. Lego etiam, *officiosior meliórque si quis illum expectat & lucem primam exuit.* Sen. epist. 123. edunt, *quàm si quis*, peruersissimè. dicit enim eum esse officiosiorem, qui ante lucem surgit, lucemque præuenit antelucana vigilia, eam nudat & aperit videtque; Eleganter autem & insigniter fruges maturare ab eo ad aream spectare dicuntur, quod flauæ segetes demessæ ad aream terendi gratia deportari soleant. *Aliam*, inquit, *cùm flauescit & ad aream spectat.* Vbi hodie *diurni* editur, reperi in exemplaribus antiquis, *diuidui.* Sic enim scribunt, *quanta diuidui laboris obeundíque concordia?* Hodie edunt, *Mirari solemus scenæ peritos, quod in omnem significationem rerum & affectuum parata illorum est manus.* Senec. epist. 122. vbi in antiquis pro *scenæ, satiant,* reperio: ex quo saltationis facio. Pantomimi enim & saltatores manus gesticulatione omnia exprimunt & significant. Sequitur mox, *Nemo ægrè molitur actus suos.* Sen. epist. 122. ego *artus suos*, scripsisse Senecam adfirmo. facilis enim est molitio membrorum suorum cuique, facilisque motio & agitatio. Equidem & libri fere initio libentissimè legerim, *Tanta sit apud illos boni vilitas.* hodie *vtilitas* in possessione fundi est. Vbi, *cœna Diali*, legimus: *cœna Attali* reperimus dilucidè planeque scriptum. Sen. epist. 121. Sed hęc ex eo libro carpsisse raptim satis sit.

Dynamera, Paredri, Catabolici, Achates, Iopas, Criniti, Cirrati, Ramus aureus, Coryneum, Caieta. Cap. 21.

EGREGIVS est adolescens Petrus Daniel Aurelianus, & bonis literis ita deditus, vt nihil aliud in delitijs habere videatur. Librorum autem veterum tam cupidus, vt bibliothecas omnes peruestiget, & aliquid semper in lucem proferat, & libros vetustate sepultos velut rediuiuos hominum lectioni reddat. Is nuper mihi nescio quas Fulgetii expositiones morales in Maronem commodauit, nimis illas quidem multis in locis affectatè exquisiteque, vel potius inepte & putidè excogitatas: interdum tamen non inutiles. Eo ex libro quędam excerpsi, quæ huic delegabo chartæ: *nec illa*, inquit, *quæ Dardanus in Dynameris, aut Battiades in paredris,* Fulgent. in expositionib. Moralib. in Maronem.

F aut

aut Campeſtes in catabolicis infernalibuſque cecinerunt. Dynamera Medici vocant ſiluam & materiam medicinalem, qualis conſcripta à Dioſcoride eſt, & à Nicolao Myrepſo. Talem & ipſe Dardanus in Magia tradiderat: certis enim rebus, Magi ad ſua veneficia egent. Paredri ſpiritus ſunt mali, Genijque improbi, qui alicui tanquam ſemper adſident & familiares ſunt. Catabolici infames quoque ſunt infauſtique Genij, qui eum, in quo ſunt ſæpè proſternunt deijciuntque per furorem. Tertullianus de anima, *Scimus etiam Magiæ elicere explorandis occultis per Catabolicos & Paredros & Pythonicos ſpiritus*. Achatem quem à gemma nomen habere cenſebam ab ἄχος & ἔθος id eſt, à conſuetudine dolendi deducit, armigerumque Æneæ fuiſſe dicit. Iopas etiam ei, quaſi Siopas intelligitur à taciturnitate & ſilentio: ego à voce ſuaui & florida nomen impoſitum credebam, in qua ineſſet violæ notio. Qui & crinitus eſt, quia & cytharædi & formoſiores viderentur, comam nutrire & colere ſtudioſè ſolebant, vt & pueri. Martialis,

Tertull. de anima.

Mart. lib. 12. epigr. 49.

Perſius 1. ſaty.

Crinitæ Line pædagoge turbæ. qui & cirrati ideo dicuntur Perſio,

Ten' cirratorum centum dictata fuiſſe

Pro nihilo pendas? Sed & lautiores miniſtros & formioſiores crinitos habebant. Seneca, *Nam ſi pertinere ad te iudicas quàm crinitus puer & quàm pollucidum tibi poculum porrigat, non ſitis?* Quod autem de Ramo aureo dixit, libet adſcribere: nam non iniucundum eſt, nec inſcitum. *Ramum aureum, loquitur Maro, pro ſcientia poſuimus memores, quia mater mea Ramum ſe ſomniauit genuiſſe: Et Apollo cum ramo depingitur: nam ideo & ramus dictus eſt,* ἀπὸ τῆς ῥαψῳδίας, *id eſt, à ſcriptura, ſicut Dionyſius in Græcis articulationibus memorat. At verò aureum, quod diximus claritatem facundiæ deſignare voluimus, memores Platonis ſententiæ, cuius hæreditatem Diogenes Cynicus inuadens nihil ibi plus quàm auream linguam inuenit*. Quem Corinæum in Marone & legimus & appellamus, Carmæum vocat, & à χαρᾷ deriuat, ſi huius riui deductio impia forte probari poteſt. Adfert & pulcherrimum epigrammation Porphyrij de homine, qui ſecunda fortuna elatus tantos ſpiritus ſumpſerat, vt vix ferretur: quod & ſubſcribere viſum eſt.

Senec. lib. 21. epiſt. 120.

Fulgent. in expoſitionib. Moralib. in Maronem.

Porphyrij epigram. apud Fulgentium in expoſit. moral. lib. in Maron.

Auxilium fortuna tibi res perfida Quinte
Attulit, & fronti grande ſupercilium.
Nam, vt aliud credam, puteum puto te quoq; Quinte,
Quo magis altus enim es, hoc mage deſpiceris. In explicanda quoque Caieta, quàm ſubineptè, vt coarctricem ætatis interpretatur: ait apud Antiquos Caiationem fuiſſe puerilem cædem: vnde inquit & Plautus in Ciſtellaria cœmedia ait,

Quid

Quid tuam amicam times ne te manulea caiet. Illud verò mirandum quod vbi libro ſeptimo legimus Faunum, Caunum videtur legiſſe, *Interpertaturque* καμνόνουν, *id eſt*, vt ait, *laborantem ſenſum*. Vt & Maricam Nympham, *quaſi mermicam, id eſt, cogitationem à* μερμηρίζειν. Sed ſatis hæc ſint, quæ velut ex libro decimata, huic ſchedæ commiſimus.

Plaut. Ciſtellaria apud Fulgentium in expoſ. moral. lib. in Maronem.

Garamantes extremi, Iuuentus Romana quibus exercebatur, Cuſtodem habebat iuuentus, Euocatio, Claſſes, Claſsica, Patratus, Fauonij nomen. Cap. 22.

QVÆDAM non tam ex ſenſu meo quàm aliorum explicata hic adſcribam. vt ex Iſidori libro nono. quod enim ſecus quàm quiſquam putaret, quædam enarrat nec tamen inerudità nec inſcitè, digna putaui quæ hic referrem: neque enim eius contemnenda mihi videtur auctoritas. hic tamen meam non adſtringo fidem, nec confirmo verum eſſe, quod ille ſentit, tantum commemoro quid ei videatur. Interpretationi, qui volet, fidem adiungat, & detrahat. Illud igitur Maronis, *Iſidor. lib. 9.*

— *aut extremi Garamantes.* exponit, extremi, quia ſæui & à conſortio humanitatis remoti: quæ vt accerſita ſit explicatio, vera tamen videtur & poëtæ voluntati conſentanea. Illud quoque Maronis, *Virg. 8. eclog.*

— *& primæuo flore iuuentus* *Virg. 7. æn.*

Exercentur equis. ſic ab eodem explicatur, *Romanæ militiæ mos fuit puberes primo exerceri armis: nam ſextodecimo anno tyrones militabant, quo etiam ſolo ſub cuſtodibus agebant.* Quæ etiam verba apud Seruium extant atque ſubſcriptorem Iſidoro non leuem Grammaticum præbent. De cuſtodibus illis ſcribitur à Marone, *Iſidor. lib. 9. Seruius in 5. æneid.*

Cuſtodem ad ſeſe comitemque impubis Iuli. Et Cicero pro Cœlio, *Eadémque erat, ſi ſtatim mereri ſtipendia cœperamus caſtrenſis ratio, ac militaris, qua in ætate niſi qui ſe ipſe ſua grauitate & caſtimonia & cum diſciplina domeſtica, tum etiam naturali quodam bono defenderet: quoquomodo à ſuis cuſtoditus eſſet, tamen infamiam veram effugere non poterat.* Scribit idem Iſidorus de euocatione, *Euocatio, dum ad ſubitum bellum non ſolum milites, ſed etiam cæteri euocantur.* Vnde Conſul etiam ſolebat dicere, *Qui Rempubl. ſaluam eſſe vult, me ſequatur.* hoc fortaſſe ad explicandum pertinet, quod à Cicerone ita ſcribitur, *Quid magnificentius, quid præclarius mihi accidere potuit, quàm quod illo petente, vos decreuiſtis, vt cuncti ex omni Italia, qui Rempubl. ſaluam vellent, ad me vnum hominem fractum, & propè diſsipatum reſtituendum & defendendum venirent? vt qua voce ter omnino poſt Romam conditam Conſul vſus eſſet pro vniuerſa Republica apud eos ſolum, qui eius vocem exaudire poſſent, eadem voce* *Virg. 5. æneid. Cic. pro Cœlio. Cic. poſt reditum in Senat.*

Senatus ex omnibus agris, vicis atque oppidis ciues, totamque Italiam ad vnius ſalutem defendendam excitaret. Hic autem ter omnino Cicero Conſulem hac voce, *Qui rempublicam ſaluam eſſe vult, me ſequatur*, vſum, niſi fallor, dicit. *Claßibus hic locus.* Eodem in libro Iſidorus de exercitu pedeſtri potius quàm de nauali interpretatur, vt & Seruius. Iſidori verba ſunt, *Claſſes dictæ propter diuiſionem exercitus, qui poſtea manipuli dicti ſunt, vnde & Virgilius: Claßibus hic locus. nam poſtea Claßica nauium dicta.* Claſſes igitur apud Maronem, manipulos intelligit, quæ ſententia non eſt improbanda. Ait idem, *Patratus eſt rei venereæ conſummatio. Lucretius, Et benè patratio patrum.* Significari locus videtur è libro quarto, in quo hodie legitur, *Et benè parta patrum.* ſed, *benè patra patrum*, pro patrata turpiculo ſenſu videtur legiſſe. Illud quoque in tranſcurſu admonebo Fauonij nomen, quo quidam ætate Ciceronis, Catonis imitator vocabatur, Iſidoro auctore, eſſe nomen eius, qui ſpurius eſſet natus incerto patre. quòd animalia quædam ſponte, Fauonio ſpirante, concipere cenſerentur: quæ res cauſam attulerit nomini. Hoc cùm in eodem Iſidoro reperiſſem, non indignum adnotatu iudicaui, & huic paginæ inſerui.

Virg. 2. æneid. Iſidor. lib. 9. Iſidor. lib. 9. Lucret. lib. 4.

Virgilius lib. 1. & 2. Æneid. explicatus, Aræ propitiæ nouem, Equi Neptuni, Hippocampi, Coſta, ἐſκοίλια, ἄκανθος, Æs. Cap. 23.

LITTVS arare credamur, qui res tenues & plurimis fortaſſe notas perſequamur ſedulo & dum iuuare ſtudemus, fortaſſe retardare ſtudia melius aliis vacatura exiſtimemur: animo tamen noſtro morem geremus: E Virgili primo & ſecundo quædam explicabimus non admodum obſcura, non tamen omittenda,

Virg. 1. æneid. — *Spumas ſalis ære ruebant.* id eſt, mare roſtra nauium, quæ ærata erant, ſecabant. Vnde,

Virg. 10. æn. *Quot prius æratæ ſteterant ad littora proræ.* à Marone dictum eſt alio loco. Quod autem ſcribit,

Virg. 1. æneid. *Saxa vocant Itali mediiſque in fluctibus aras.* Aræ fuerunt propitiæ nouem inter Sardiniam & Africam celebres. icto ibi inter Afros & Romanos fœdere. de quibus Lucanus,

Lucan. lib. 8. — *anguſtius aris*
Victoris Libyco pulſatur in æquore ſaxum
Tarpeijs. Quo quidem è loco ſaxa illa, magna religione & veneratione fuiſſe culta. Cùm autem ſcribit de Neptuno,

Virg. 1. æneid. *Flectit equos curruque volans dat lora ſecundo.* equos Neptuni intelligo hippocampos, qui priores pedes habeāt, poſterioribus careant, ſed pon-

tum

tum legant & natent: quod teſtimonio optimi poëtæ Papinii compro-babimus,

— & triplici telo iubet ire iugales Statius Pampinius lib. 1. Achilleid.
Illi ſpumiferos glomerant à pectore fluctus
Pone natant, delentq́; pedum veſtigia canda. at verò,
— inque ſinus ſcindit ſeſe vnda reductos. eſt recedentes, in receſſum remotos. vt, Virg. li. 1. æn.
In reducta valle, apud Flaccum, id eſt, recedente. Horat. Epod. 2. od.
— nec iam exaudire vocatos. eſſe puto, nec iam viuere: viuis enim ſenſus audiendi eſt, non mortuis. Virg. 1. æn.

Non metus officio ne te certaſſe priorem Virg. 1. æn.
Pœniteat. legendum cenſeo, non vt obrepſit in libro: *nec te certaſſe*, hoc ſenſu: Equidem non vereor ne te pœniteat prouocaſſe beneficiis Æneam.

— ſectáque intexunt abiete coſtas. cùm ſcribit, coſtas eſſe puto interiora quædam ſtatumina, quibus laterum compages & coaſſatio nitebatur: quales in naui coſtas videmus. Græci ἐγκοίλια vocant. & apud Perſium, Virg. 2. æn. Perſ. 6. ſaty.
Coſta ratis laceræ. Plinius, *nec minus ſpina celebratur in eadem gente duntaxat nigra, quoniam incorrupta etiam in aquis durat; ob id vtiliſſima nauium coſtis.* Ea ſpina ἄκανθος à Theophraſto appellatur. Plinius lib. 13. c. 9. Theophraſt.

Amplexæq́; tenent poſtes atque oſcula figunt. Hoc faciunt mulieres, quæ ſe in captiuitatem abreptum iri ſuſpicantur, ſeque procul auectum iri in Græciam, ac Troiani relicturas. qui enim domum ſic deſerebant in perpetuum, limina ſalutare ſolebant. Quod & Charinus adoleſcens apud Plautum facit aliò proficiſci peregrè in perpetuum deliberans mutato domicilio verſoque ſolo, Virg. 2. æn.

Limen, inquit, *ſuperum & infernum ſalue, ſimul autem vale.* Plautus Mercatore. Sc. Limen ſuperum inferumque.
Hunc hodie poſtremum extollo mea domo patria pedem.

Ardentes clypeos atque æra micantia cerno. cùm eſſet cæcus Anchiſes, hunc verſum Æneæ critici attribuere malunt: ſed quamuis cæcus, ita vt in conſuetudine ſolemus, potuit Anchiſes loqui. nam obliti ſui plærunque cæci ea dicunt, quæ videntium ſunt: pauorque ita mentem conſternarat eius, vt ſe putaret videre, quod metuebat. Æs autem more poëtarum Græcorum, pro ferro vſurpauit, vt & in illo verſu,

Exultat telis & luce coruſcus ahena. Virg. 2. æn.

Viſa mihi ante oculos & nota maior imago. Iam ex magnitudine deam eſſe ſignificat. Dijs enim & deabus, quod alio obſeruamus loco ampliorem formam attribuebant. Virg. 2. æn.

Virgil. 4. æneid. *Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.* Hæc & tyrocinia ſunt & humili minimeq; ambitioſo ſermone ſcripta, pro quibus nauci non daret ſuum Afranius, vt ait Auſonius. *Auſonius Paulino. Edyllio 16.*

Albanus mons in quo Muſæ colebantur, Horatius explicatur lib. 2. Epiſtolarum, Ioue iudicat æquo, Siliqua, Siluanus, Genius, Saturnius verſus. Cap. 24.

QVERITVR Horatius, ab hominibus non ſatis æquis elegantia ſcripta non alia de cauſa improbari, quàm quod recentia ſunt: alia inelegantia hoc ſolo nomine cenſeri, quòd antiqua: atque ita videri ea dicit diſerta, vt non deſit qui propè ea,

Horat. lib. 2. Epiſtolarum 1, epiſt. *Dictitet Albano Muſas in monte locutas.* Vbi ſanè ambigitur, cur Albani montis mentionem fecerit. Ingenioſum enim & intelligentem poëtam non eſt veriſimile iſtud de nihilo loquutum. Ego verò exiſtimem cùm in Helicone Beotiæ monte Muſæ colerentur, & pimpleo & pieria montibus, illiſque è locis à Græcis poëtis ſæpe inuocarentur: ſed & à Latinis, Horatium in medio Latio Latinis Camœnis Albanum montem cōſecrare voluiſſe, qui Ioui Latiali & alijs dijs ſacer erat, vt Latinorum ille eſſet Helicon. ac vt melius quod ſentio, explicem: cùm videret monticolas eſſe Muſas, Muſarum Latinarum ſedem voluit in medio Latio eſſe tumulos Albanos. vbi communia ſacra Latinorum celebrari ſolebant.

Horat. lib. 2. epiſt. 1. — *aufert*, inquit idem,

Pacunius docti famam ſenis: Actius alti. ſed quónam id obſecro ſenſu? equidem video quod in promptu ſe oſtendit, Pacunium doctum iudicari, Actium grandiloquum: ſed in receſſu aliud latere ſuſpicor. vt enim Afranium Menandro, Plautum Epicharmo comparat: ſic videtur dicere Pacunium Euripidi ſimilem, qui ſcenicus philoſophus dicebatur: Actium Sophocli, cuius cothurni ſublimitas ab omnibus celebrata eſt. Eſt igitur doctus ſenex fortaſſe Euripides: altus ſenex, Sophocles. *Horat. lib. 2. epiſt. 1.* — *Ioue iudicat æquo.* qui rectè vereque iudicat. quibus enim dij irati infenſique ſunt, iis mentem & iudicium adimunt, vt antiquitas credidit, & malè iudicantibus mentem ablatam exiſtimabant à diis.

Horat. lib. 2. epiſt. 1. *Iniuſtè totum ducit venditque poëma.* Hoc traductum eſſe ſuſpicor à venalium ſeruorum familiis, vel à mangonibus ductum, aut mangonum miniſtris ſolerter & ſcitè emptores adlicientibus ad venales, quos ducebāt. nam pulchriora mancipia reliquum ducebant gregem, & vendibiliorem reddebant: & deformiores plærunq; ſerui acceſſionis loco pulchris, qui vendebantur, cedebant. Huc & illud Ciceronis facit, *Accedit etiam quod familiam ducit in iure ciuili ſingularis memoria.* nisi ſi quis putet à ſeruis illis ſum- *Cic. lib. 7. familiarium epiſt. 5.*

ſumptum illud Ciceronianum,qui præſunt familiæ opus facienti ruſticũ, eamq́ue ad opus ducunt. — *viuit ſiliquis & pane ſecundo.* quod ait, vel de leguminibus, Siliquas dixit: vel fructum quendam viliſſimum, quem Græci κεράτια vocant, intellexit. quæ eſt Lambini ſententia. vt in Euangelio D. Lucæ, καὶ ἐπεθύμει γεμίσαι τὴν κοιλίαν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν κερατίων, ὧν ἤσθιον οἱ χοῖροι. quod oſtendit omnium cibum viliſſimum fuiſſe. Similis eſt apud Perſium locus, — *ſiliquis & grandi paſta polenta.* Porro cùm ait:

Horat. lib. 2. epiſt. 1.
D. Lucæ cap. 15.
Perſ. 3. ſaty.

Tellurem porco ſiluanum lacte piabant. Ruſticos priſcos ait coluiſſe ferias Ruſticorum numinum,vt Telluris agriculationis parentis, & Siluam tutoris Fauni & ſiluarum præſidis & paſtionis. nam in ſiluis pecora habebantur, & eorum lacte piabatur colebaturq́ue. Illos etiam ſuos coluiſſe natales ſignificat,cùm ſcribit,

Horat. lib. 2. epiſt. 1.

Floribus & vino Genium memorē breuis æui. nam de natali ſcribit Perſius,

Horat. lib. 2. epiſt. 1.

Funde merum Genio. Genius breuis huius noſtræ ætatis, quam tranſigimus,memor cuſtos eſt: præeſt enim nobis noſq́ue tuetur. ita non ſolum ei deæ,quæ alimenta ſuppeditabat,& deo,qui pecus procurabat:ſed etiam Genio,in cuius erant tutela pii gratiq́ue mortales,rem diuinam faciebant. Verumenimuero — *numerus Saturnius* — verſus, vt ait Aſconius, ſenarius eſt hipercatalecticus: vt,

Perſ. 2. ſaty.
Horat. lib. 2. epiſt. 1.

Dabant malum Metelli Næuio poëtæ. quod ideo addidi, quia interpretes qualis verſus fuerit Saturnius pythagorico quodam ſilentio tacent.

Aſconius Pædianus in 2. contra Verrē.

Demittere nummum, Incerti oculi, Horatius explicatur multis locis, Aulæa premuntur, Æditui, Chœrilus, Vicus vnguentarius Romæ vbi erat. Cap. 25.

QVOD in Horatio ſcribitur, *Geſtit enim nummum in loculos dimittere.* *demittere* emendatius,vt opinor,erit: nummi enim in crumenam demittuntur,cùm in eam deſcendunt. cùm autem ait, — *ad in certos oculos* migraſſe voluptatem: qui incerti ſunt oculi quæritur, & ab Academicis arceſſunt interpretationem multi fidem ſenſibus detrahentibus & cohibentibus aſſenſionem: Ego in certos potius oculos crediderim, qui variis rerum ſpectaculis capiuntur, & hoc & illud auidè intuentur, & voti ſui incerti ſunt, neque conſtanter vnam aliquam ſpeciem, qua fruantur, probant: ſed multiplici varietate rerum diuerſarum delectantur, atque gaudent. Illud autem,

Horat. lib. 2. Epiſtolarum epiſt. 1.
Horat. lib. 2. epiſt. 1.

Quatuor aut plures aulæa premuntur in horas. hanc habet opinor ſignificationem: Eôuſque Comœdiarum,fabularum & Tragœdiarum actionem placere, dum ſpectacula choragii magnifici ſpectatorem delectant, triumphum propè imitantia pompæ,& ferculorum elegantia: non enim ſolent in theatro tiumphari, ſed ludis theatralibus eximio apparatu or-

Horat. lib. 2. epiſt. 1.

namenta

namenta rerum preciosissimarum, aut raritate visendarum traducebantur, & ludis Scenicis addebantur. Quodquidem Choragium superuacaneum obesse actioni fabularum plurimum dicit Horatius: vt Spectator in diuitias pompæ intentus & in ornamenta, & strepens plaudensque non audiat actorem. Hac de re sic in epistola ad Marium Cicero scribit, *Quid enim delectationis habent sexcenti muli in Clitemnestra? aut in equo Troiano tria millia craterarum? aut armatura varia peditatus & equitatus in aliqua pugna? quæ popularem admirationem habuerunt, delectationem tibi nullam attulissent*. Ergo premuntur aulæa, cùm humi strata sunt in scena, dum aguntur fabulæ: acta fabula tollebantur. Donatus, *Aulæa quoque in scena in terra sternuntur, quòd pictus ornatus erat ex Attalica regia Romam vsq; perlatus*. Cicero de Mimo acto, *Scabella concrepant, aulæum tollitur*. Maro quoque ita scribit, *Purpurea intexti tollant aulæa Britanni*. Premi ergo aulæa dicit, quæ occupata sunt, nec vt Porphyrio dicit, cessant: sed impediuntur. Æditus autem virtutis belli domique spectatæ vocat poëtas, vt celebratores virtutis & cultores, qui eam suis carminibus decantant. Æditui igitur sunt cultores, vt προσπολοι & νεωκόροι. nam cùm alii fortasse deum aliquem eximiè colunt, tum vel potissimum æditui eius & sacerdotes præter cæteros, id faciunt: nec alioqui parua cultus pars in æde tuenda, censenda est. Enimuero illud,

Cic. lib. 7. Epistolarum Famil. epist. 1.

Donat. de Tragœd. & Comœd.

Cic. pro Cælio.

Virg. 3. Georg.

Porphyrio in Horat. locum Quatuor aut plures ex lib. 2. Epistolarũ 1. epist.

Horat. lib. 2. epist. 1.

Discit enim citius meminitque libentius illud

Quod quis deridet. non de malo poëta accipio & agnosco, qui cùm malè iudicet, ea potius amplectitur & recordatur, quæ alias derideat: sed de auditore & lectore, qui quod derideat citius discat, & meminerit libentius, quàm quod probet. ac sic construo, quis quod deridet discit & meminit libenter: vt si quid ridiculum & ineptum sit in poëmate: vt Augustus non debeat optare suum à malo poëta nomen decantari: ne ille poëtæ officio & pingui ineptoque eius munere non tam ornetur quàm dedecoretur. Imo verò ipse, qui illo poëmate cantetur, cum poëmate deferatur ad aromatarium in vicum vnguentarium: qui erat in regione fori Romani. vt ex ineptis illis chartis inuolucra & penulæ aromatum fiant. Non est autem dubium quin Chœrilus per œ scribi debeat, quem Thucydidis & Herodoti ætate floruisse narrant: & Atheniensium de Xerxe victoriam versibus illustrasse, in singulosque versus totidem nummos aureos accepisse ab Atheniensibus. facto etiam decreto, vt cum Homero legeretur. Aut igitur quod Athenienses fecerunt, tribuit Alexandro Horatius: aut alter Chœrilus etiam fuit, qui res Alexandri carmine complexus est, & ab Alexandro Atheniensium factum imitante, singulis in versum philippeïs aureis donatus sit.

Horat. lib. 2. epist. 1.

Hercules

Hercules Gladiatorum præses, vt Pan Pastorum, Rude donati Gladiatores ferro non dimicabant, Piacula, Purè loti, Vitium fugere, Iani duo, Auspicium facere, Philosophiæ finis. Cap. 26.

VEIANIVS Horatianus gladiator arma sua, arte depugnandi relicta, consecrat Herculi, vt existimo, quòd Hercules gladiatoribus & omnibus corpus exercentibus præesse existimaretur. Sic fistulam Pani eius repertori pastores consecrabant. Eum Veianium multarum palmarum gladiatorem fuisse antiqui interpretes prædicant. Sed id non mihi satis ex Horatij verbis liquet scribentis, *Horatius lib. 1. Epistolarum epist. 1.*

Ne populum extrema toties exoret arena. quæ verba significant eum, qui fortasse pugnacissimus fuerat & nobilissimus, misericordia populi ne iugularetur in arena sæpe precario seruatum. ne igitur vitam sæpius impetrare cogoretur, armis ab aduersario victus, ipse sibi rudem furtim dedit, artemque desiit. Rude autem donati gladiatores iam non cogabantur ferro dimicare, sed rudibus tantum batuere. Ludis autem includebantur familiæ gladiatoriæ: quales erant, Æmilius ludus: ludus Mantuanus: & ludus Gallicus. *Horat. lib. 1. epist. 1.*

Quid verum atque decens curo. cùm ait: se philosophiæ vtrique operam dare, declarat, & ei, quæ in contemplatione posita est, verumque anquirit: & ei quæ mores confingit & officia præscribit: quæ temperatione decori & moderatione continetur. At, *Horat. lib. 1. epist. 1.*

Ter purè lecto poterunt recreare libello. Hic purè lectum libellum dicit, quem qui legit se aqua purificauit ea castimonia ad legendum accedens vt si rem diuinam esset facturus. vnde & piacula dixit. Sunt enim propriè hostię aut libamenta, quibus aliquid luitur & expiatur, expurgaturq; fraus aliqua & scelus: Sic & purè loti à Festo dicuntur sacrorum causa mundati aqua, & casti. *Virtus, inquit, est vitium fugere.* Vitium fugere non est postrema laus, & virtutis pars est, virtusque adeo censetur, vt Sapientia iam quædam est, carere stultitia. *Festus lib. 14. Horat. lib. 1. epist. 1. Horat. lib. 1. epist. 1.*

Cui sit conditio dulcis sine puluere palmæ? id est, cui liceat sine puluere palmam adipisci. *Horat. eod. li. & epist. 1.*

— hæc Ianus summus ab imo

Perdocet. In regione fore Romani duo Iani erant ad arcum Fabianũ, vt ait Victor, incrustati & adornati signis: Superior & inferior: celebris mercatorum locus & fœneratorum: apparetque spatium inter illos duos Ianos superiorem & inferiorem, vocatum fuisse Ianum medium. vt Ianus summus imusq; appellatus ideo sit, quod & medius esset. Horatius, *Victor de vrbis Ro. regionib. & locis. Horat. lib. 2. saty. 3. Cic. lib. 2. de offic.*

— postquam omnis res mea Ianum

Ad

Ad medium fracta est. Cicero, *Commodius à quibusdam optimis viris ad medium Ianum sedentibus.* Iterum, *Ianus medius in Antonij clientela sit?*

Cic. 6. philip.

Horat. lib. 1. epist. 1. *Læuo*, autem, *suspensi loculos tabulámque lacerto*, cùm ait, monstrat Romanos numerandi artem præcipuè sequi & ediscere ob auaritię studium, gerereque tabulam calculatoriam, & loculos calculis refertos, vt in abaco inpromptu rationes expediant. Inquit alio loco,

Horat. de art. poëtic. *Filius Albini si de quincunce remota est*
Vncia, quid superat?

Horat. lib. 1. epist. 1. — *præsens hortatur & aptat*, in vetusto legi libro, quod non minus probandum quàm *optat.* Immo verò commodius habendum. quòd plus est instruere & informare præceptis quàm optatis & votis prosequi. *Cui si vitiosa libido fecerit auspicium*, valet, si libido ei suaserit. ab auibus autem ductum, quæ auspicium faciunt & mouent vt aliquid agamus, aut non agamus, vt vetustas credidit. Festus, *Auspicium faciunt.* Plautus Sticho. *Augurium hoc facit Epignomus.*

Fest. lib. 1. Plaut. Sticho. Sc. Libros inspexi.

Horat. lib. 1. epist. 1. *Ad summum sapiens vno minor est Ioue.* cùm inquit, declarat esse philosophiæ incumbendum qua paratur sapientia, quæ vni Ioui cedit, & omnibus aliis maior est. Est autem philosophiæ finis comparatio & adeptio sapientiæ.

Horat. lib. 1. epist. 1. *Præcipue sanus nisi cum pituita molesta est.* quod iocatur. Sic accipio sanũ esse sapientem maxime tantum, quia philosophorum sapiens. Pannosus malè vestitus. Interdum alget hibernis mensibus: pituita tentatur frigore contracta. nam sapiens si algebis, non solum tremes, sed etiam pituita laborabis, non deest, qui βλεννώδη & κορυζώδη, id est, mucosum & stupidum & stultum & ineptum explicet. Sed in priorem sum propensior sententiã.

Curare cutem, cuticulam, pelliculam, Horatius multis locis explicatus, Comportare, Συγκομίζειν, Res comportatæ, Inuidia, Ampullari, ληκυθίζειν, Laïs. Cap. 27.

Horat. lib. 1. Epistolarum epist. 2. ad Lolium. Odyss. 13. In *cute curanda plus æquo operata iuuentus*, cùm dicit Horatius cutem, corpus intelligit: vt χρὼς & χρῶς apud Græcos cutem & corpus declarãt. Ita autem intelligere Horatium ex Homero notum est: apud quem Phęaces & proci Penelopæ genio indulgent, corpusque luxuriosè epulis curant: etiam illi Demodoci, hi Phemij modis & cythara sese oblectant. quod intellexit Horatius cùm,

Horat. lib. 1. epist. 2. *Ad strepitum cytharæ cessatum ducere curam*, eleganter, vt nihil supra, scripsit: nam ad Phæacas & Procos referendum esse arbitror. Vt autem curare cutem: sic & curare pelliculam dixit, *Pelliculam curare iube.* id etiam ex eo, quòd qui benè habiti & benè pasti sunt, eorum cutis nitet cu-

Horat. lib. 2. saty. 5.

rata-

rataque videtur. *Me pinguem & nitidum bene curata cute vises.* Vt enim Horat. lib. 1. epist. 4. ad Albinum.
Coriarii arte, aluta vel corium curatum pulchrius & politius eſt: ſic pulchrior & nitidior cutis obeſorum ac benè habitorũ curata, videtur fuiſſe.

— *atqui* Horat. lib. 1. epist. 2.

Si noles ſanus cures hydropicus. quod ait, puto hanc continere ſententiã. Si noles expergiſci dum ſanus es, & capeſſere ſtudium philoſophiæ, quæ animi medicina eſt: cures vt hydropicus & graui laborans morbo, expergiſcaris. vel potius, ſi non vis te ſeruare dum ſanus es: velis hydropicus: & cures vt te ſerues. Sed Porphyrio planè aperteque legit *curres.* quod & probabile eſt: ac tum *noles* in futuro legendum erit. quod vidit Lambinus,

Si comportatis rebus benè cogitat vti. more Græco id videtur dixiſſe, apud quos ϲυγκομίζειν, quod eſt comportare, ſignificat, fruges colligere. & συγκομιδὴ, eſt fructuum collectio. itaque hic res comportatas appellat repoſitos & conditos fructus. Horat. lib. 1. epist. 2.

Inuidia Siculi non inuenere Tyranni Horat. lib. 1. epist. 2.

Maius tormentum. Phalaris, Agathocles, Dionyſius Siciliæ Tyranni multa inuenere atrociſſima tormenta ad homines cruciandos & excarnificandos: ſed nullum eſt, quod crudelius torqueat animum quàm inuidi hominis contubernalis & tabifica inuidia.

— *ceruinam pellem latrauit in aula.* ſic ad ſectandas feras venatici catuli conſuefiebant in aula dominorum leporinis & ceruinis pellibus ad venandum, vt odore & colore imbuti in ſiluis, eas feras appeterent. Quiddam eſt in Gratiano non diſſimile. Horat. lib. 1. epist. 2.

Sed præceps virtus ipſa venabitur aula. Gratius de venatione.

Faſtidire lacus & riuos auſus apertos. cùm ait, Titium imitari auſum eſſe Pindarum dicit: quem tamen inimitabilem putat conſueta tractare poëmata aſpernatum. Latent enim plærunque fontes, à quorum capite riui in apertum exeunt, qui & in lacus ſparguntur, cùm dilatantur: ad fontem igitur eum dicit maluiſſe venire, quàm è populari lacu & publico riuo haurire. Sic alio loco, Horat. lib. 1. epist. 3.

Geſtiet à furno redeuntes ſcire lacuq;. Quod autem *ampullatur* dicit, id verò facit Græcorum æmulatione, qui ληκυθίζειν dicunt, quod eſt, tumida vti oratione. nam λήκυθος ampulla eſt olearia, quæ prætumida eſt: vnde & Laïs quia buccis erat iumentibus, περὶ ταῖς γνάθοις λήκυθον, habere dicebatur. Horat. lib. 1. ſaty. 4. Horat. lib. 1. epist. 3. ad Iulium Florum.

— *moueat cornicula riſum.* hic Corniculam vocat, quem Græci κολοιὸν, id eſt, Graculum appellant. Huius fabulæ Aeſopicæ ſic meminit Themiſtus, καθάπερ τῷ κολοιῷ περιτίθησιν ὁ μῦθος τὰ πτίλα ἐν τῷ ἀγῶνι τοῦ κάλλους ἀλλότριον αὐτοῦ περιεργαζόμενου κόσμον χήτει τοῦ οἰκείου καὶ συγγενοῦς. id eſt, Horat. lib. 1. epist. 3. Themiſtius.

quem-

quemadmodum fabula corniculæ plumas circundat in pulchritudinis
certamine alienum ſectanti ornamentum ſui, & proprii inopia.

Mare quando albeſcit, & quando nigreſcit, & quando purpureum apparet, Conuexus, Ditis ſpiracula χαρώνια, πλουτώνιον, *Vorago, Falcati enſes, Falces, Falcarij, Galea.* Cap. 28.

Virgil. 7. æneid. MARONIS comparatio eſt, *Fluctus vti primo cœpit cum albeſcere ven-
to.* non inani ſtrepitu verborum ad ambitionem effícta, ſed è rerum na-
tura ſumpta: nam cùm inceſſente crebreſcenteque vento incipit mare
paulum turbari & miſceri, partes eius quæ non mouentur, albeſcere vi-
Ariſtot. in Broblem. Quæſt. vlt. 23. ſection. dentnr & vernare. quod ab Ariſtotele relatum eſt, reddita cauſa, vltima
quæſtione 23. ſectionis: alioqui cùm inhorruit, nigreſcit. Proinde Maro
ſcribit, — *fluctuſque atros Aquilone ſecabat.* Sed & purpureum mare vi-
Virg. 5. æn. detur, cùm elati fluctus inclinatione obumbrantur, vt Ariſt. refert. Sed &
in tranquillitate ſole colluſtratum albeſcit, variiſque denique coloribus
videtur imbutum & tinctum, pro lucis & tenebrarum admixtione & ap-
Cic. in Lucull. pulſu. Quocirca ſcripſit in Academicis Cicero, *mare illud, quod nunc Fa-
uonio naſcente purpureum videtur, idem huic noſtro videbitur: nec tamen aſſen-
tietur, quia nobiſmet ipſis modo cæruleum videbatur, mane flauum: quodque
nunc quia à ſole collucet, albeſcit & vibrat, diſsimileque eſt proximo ei conti-*
Nonius Marcell. in Rauũ. *nenti.* quodquidem in Ciceronis loco Nonius Marcell. rauum legit,
flauumque explicat.

Virg. 7. æn. — *cœli conuexa per auras.* pro cõuecta interpretor, quamuis repugnet
Virgil. 4. Georgic. Seruius. vt in Georgicis dixit Maro, *Vſque coloratis amnis diuexus ab Indis.*
Virg. 7. æn. pro diuectus. *Spiracula ditis*, ſunt quæ à Græcis χαρώνια vocantur, quo no-
mine cenſentur fauces ſubterraneæ tetrum exhalantes odorem & peſti-
ferum, ex quo ditis fauces exiſtimabãtur, quales fuere non procul Tral-
Strabo lib. 14. libus. Srabo, ἐν ᾗ τὸ πλουτώνιον ἔχει καὶ ἄλσος πολυτελὲς καὶ νεὼν πλουτωνός τε καὶ κό-
Strabo lib. 14. ρας καὶ τὸ χαρώνιον ἄντρον. Alio loco πλουτώνιον appellat Strabo, cùm de Hiera-
poli oppido Phrygio loquitur. cùm etiam eo verbo templum Plutonis
Strabo lib. 13. ſignificetur, τὸ δὲ πλουτώνιον ὑπ' ὀφρύι μικρᾷ τῆς ὑπερκειμένης ὀρεινῆς, στόμιόν ἐστι
Virg. 7. æn. σύμμετρον, ὅσον ἄνον δέξασθαι δυνάμενον βεβάθυνται δὲ ἐπιπολύ. — *ruptoque in-
gens Acheronte vorago,* cùm ſcripſit Maro, intellexit illam voraginem ab
Acheronte erumpere, & eius quandam eruptionem & exæſtuationem
Homer. 2. Iliad. eſſe: expreſſitque quod ab Homero dicitur, ἀποῤῥὼξ, vt lib. 2. Iliad. ὅρκου
Virg. 7. æn. γὰρ δεινοῦ στυγὸς ὕδατός ἐστιν ἀποῤῥώξ. *Falcati cominus enſes*, apud Maronem ſunt
enſes curui, quos Græci Harpas vocant, qualem tribuunt Perſeo poëtæ,
Higinus lib. 2. aſtron. poëtic. qui etiam falces vocantur. Higinus de Perſeo, qui falcem tenere dici-
Cic. 1. in Catil. tur, quo telo Gorgonẽ interfecit: inde Falcarii apud Ciceronem. in Ca-
tilma-

tilinarijs ſunt vocati ab hoc genere enſis falcati.

Cui triplici crinita iuba galea alta Chimeram. Galeam dixit eam,quam Virg.7.æn.
Græci τριφάλειαν, quæ tres habet conos & lophos,treſque criſtas.

Mineruał, Minerua, Tenuis ars lanificij, Pallas turbata, Calcei Tuſci, Vulcani officina vbi, Quadrupedare, Porcus & Porca. Cap. 29.

VT mineruał precium eſt & merces, quæ perſoluitur doctori,qui nos aliqua arte erudiit: ſic & minerua,cùm ſcribit Maro:

— cum fœmina primum Virg.8.æn.
Cui tolerare colo vitam,tenuiq; Minerua
Impoſitum cinerem, & ſopitos ſuſcitat ignes. atque hæc quidem interpretatio auctorem laudat Seruium. vide tamen ne Minerua pro arte dici & accipi hic poſſit. nam tenuis ars lanificii merito dici poteſt, quæ non multum quæſtus adfert: vt boni conſulendum ſit,ſi ea te toleres. Fulmen Iouis trifidum pingebatur,eiuſque cuſpides,radii dicebantur. Maro,
Tres imbris torti radios, tres nubis aquoſæ. Apollonius de fulmine, μιῆς δ' ἔτι δεύετο μοῦνον ἀκτῖνος. Quam turbatam Palladem intelligimus, cùm ſcribit Maro, Virg.8.æn. Apollonius.
Ægidaq; horriferam turbatæ Palladis arma? nam pace Seruii non putem turbatæ pro turbantis dictum eſſe. Turbatam igitur intelligo ad bella concitatam. Turbati enim ſumus cùm bellum capeſſimus. Hinc illud, Virg.8,æn.
Extemplo turbati animi ſimul omne tumultu Virg.8.æn.
Coniurat trepido Latium: ſæuitq; iuuentus
Effera.

&, *Tyrrhena pedum circundat vincula plantis.* dicit, quod calceos Tuſcos primum Senatores,deinde & milites gerere ſoliti ſint: nam olim Hetruria multis artificiis & elegãtia multa floruit,vt refert Diodorus: & quemadmodum Tuſcanicum quoddam ædificii genus imitati ſunt Romani,ſic veriſimile ſit,eos calceatum æmulatos. Virg.8.æn. Diodorus.

Inſula Sicanium iuxta latus Æoliamque Virg.8.æn.
Erigitur Liparem fumantibus ardua ſaxis. His verſibus vna Vulcaniarum inſularum nomine Hiera deſcribitur, quæ ſacra Vulcano eſt, colle in eo nocturnas euomente flammas. Hac in inſula ſcribit Maro Vulcani officinam eſſe.

Quadrupedante putrem ſonitu quatit vngula campum. Quadrupedare, de quadrupedibus properantibus dicitur. Plautus, *Qui aduehuntur quadrupedanti crucianti Canterio.* — *& caſa iungebant fœdera porca.* Adnotant Grammatici porcam dixiſſe Maronem pro porco. quibus non aſſentitur. Virg.8.æneid. Plaut. Captiuis Sc. Iupiter ſuper me ſcr. uas ine. Virg.8 æneid.

G Sueto-

Sueton. in Claud. c. 25. Liuius lib. 1. ab vrb. cond. Suetonius, qui in Claudio ſcribit, *cum regibus fœdus in foro icit, porca cæſa ac vetere fecialium præfatione adhibita.* Liuius fauet Grammaticis qui lib. 1. in fœdere porcum ſaxo ſilice feriri dicit. In hoc igitur inter auctores variatur. vt reor. quod porcus in libris fecialium ſcriberetur: quod vocabulum etiam de fœmina dicitur: alioqui non ſcripſiſſet Cicero, *Porco fœmina piaculum dare.* *Cic. lib. 2. de legib.*

Virg. lib. 8. æneid. Patercul. poſter. volum. *Tempora nauali fulgent roſtrata corona.* de bello Siculo, quod cum Pompeio geſtum eſt. Sic explicat hunc verſum Paterculus, *Inſigne coronæ claſſicæ, quo nemo vnquam Romanorum donatus erat, hoc bello Agrippa ſingulari virtute meruit.*

Virg. 8. æn. *Conuulſum remis roſtriſq; tridētibus æquor.* legendū eſſe & lege verſus intelligimus, & veterū triremium pictura, in quibus roſtra trifida viſuntur.

Tæniæ, Faſciæ, Veneris templum in Papho, Iupiter omnia faciebat nutu & renutu, Numen, Pecten Amazonius. Cap. 30.

Virg. 5. æneid. NON abs re eſt, quod Maro lib. 5. ſcripſit, *Puniceis ibant euincti tempora tænis.* ſed è conſuetudine coronarum ſacrorū certaminum, quibus faſciæ addebātur: quæ & tæniæ & Lemniſci dici poſſunt. id auctore Theocrito, cuius, vt opinor, teſtimonium nemo improbabit, adfirmare poſſumus, ſic ſcribente, Κρατὶ δ' ἔχων λεύκαν Ἡρακλέος ἱερὸν ἔρνος *Theocritus Pharmaceutria.*

Πάντοτε πορφυρέαισι περιζώστρῃσιν ἑλικτάν. Populeam enim coronam dicit faſciis vndique implicatam. Quàm auguſtum eſſet in vrbe Papho Veneri templum, ex eo intelligimus, quod ibi centum aras fuiſſe ſcribit. Etſi enim ad augendum magno eſt vſus numero, tamen ex eo coniicimus loci & ſanctimoniam & amplitudinem.

Virg. 1. æneid. — *Vbi*, inquit, *templum illi, centumque Sabæo*

Ture calent aræ ſertiſque recentibus halant. nec tamen ex amplificationis licentia, ſed hiſtoriæ fide certoque & pleno numero Papinius accepiſſe videtur, cùm lib. 5. Thebaïd. ſcribat, *Illa Paphon veterem centumque altaria linquens.* Ego eiuſdē Papinii auctoritate adductis in Maronis lib. 3. — *& naufragum Scylaceum,* quicquid de eo altercentur Grammatici, & eam contentionem ventilent, nec indiſcuſſam illam quidem: ſed immedicatam relinquant, legendum puto: nam plærunque verba quædam Maronis non inſolens imitatur. Ergo is ſcribit, — *proram nauifragis auidam concurrere ſaxis.* *Papinius lib. 5. Thebaïd. Virg. 3. æneid. Papinius lib. 5. Thebaïd.*

Virg. 10. æn. *Abnueram bello Italiam concurrere Teucris.* apud Maronem de ſe Iupiter loquitur, nec illud temerarium, aut fortuitum exiſtimant ex lege verſus poſitum abnueram. reſpexit enim ad id quod Homerus de nutu & ſuperciliis Iouis libro primo Iliados ſcripſit: & Iupiter omnia nutu & *Homer. lib. 1. Iliad.*

renutu

renutu faciebat: vnde & numinis appellatio. Et alio loco Maro,

Annuit: & totum nutu tremefecit Olympum. Veteres in ſacris, extis veſcebantur, quod ante adnotauimus: eorum tamen partem coctam & proſectam offerebant deo. Suetonius in Auguſto, *Semicruda exta foco rapta proſecuit.* Papinius,

Virgil. lib. 9. æneid.

Sueton. in Auguſto c. 1.

— vbi aduerſo dederat proſecta Tonanti. Videtur à Papinio in Achilleide ſignificari chorea quædam his verbis, quæ obſcuritate non vacant,

Papinius 5. Thebaid.

— nunc obuia verſæ
Pectine Amazonio modo, quo citat orbe Lacenas

Papinius 2. Achilleid.

Delia. Pecten enim Amazonius videtur chorus fuiſſe, quo inter ſe pectinatim implexæ conſertæq; recta ſerie puellæ in Amazonum modum ſaltabãt. Callimachus ſaltationis etiam Amazonũ meminit hoc verſu, περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο. Emendicatis hinc & inde particulis velut hoſtiatim hunc centonem conſarcinauimus, in quo vereor ne quid non probè & commodè conſutum videatur, & ne male iuncti colores ſpecie diſſidente, diſſuendi ſint. ſed vberius prodeſſe maluimus malè connectendo, quàm ſeriè conſeruanda conuenientium colorum de vtilitate detrahere.

Callimachus εἰς Ἄρτεμιν.

Delibare florem, Quo te Mœri pedes, Macri campi apud Varr. Strabo emendatus, χόρειον, Chordi, Dum virent genua. *Cap. 31.*

VETVS illud Ennianum cum primis elegans verbum, *Flos delibatus populi.* quamuis à Seneca vellicetur, ſumptũ eſt è veteribus Grecis, quorũ perſtudioſus erat Ennius. nam Theocritus eodem modo dixit, — *μιμνάσκεο θεῖος ἄωτος Ἡρώων.* nam explicatur ab enarratoribus, ἄωτος ἀπάνθισμα τῶν ἀνθῶν. & ἀωτεῖν, eſt tanquam florem decerpere & delibare. *Quo te Mœri pedes?* à Marone etiam imitatione Theocriti eſt dictum, & ſubauditur, ducunt. Theocritus enim dicit, ὅδ' ᾇ πόδες ἆγον ἐχώρει. quod genus loquẽdi dicitur de eo, qui non tam voluntate & conſilio, quàm ſponte & impetu quodam ipſorum velut pedum incitatus aliquo pergit. Vtitur & Varro, *propterea quod te empturientem crebro pedes ad macros campos ducunt.* Macri autem campi erant in Liguria: vbi & mercatus erat celebris. In Strabone autem μακροὶ κάμποι ſcribi debet, non νάκροι. Periurii comitem cenſebant aliquam deformitatem. Horatius,

Ennius apud Cic. in Bruto. & Gell. lib. 12. c. 2. citatur. vbi Senec. Theocrit.. Virg. 9. eclog. Theocr. idyllio 13. Varro lib. 2. de re ruſt. in procemio. Strabo lib. 5. Horat. lib. 2. oda 8.

Vlla ſi iuris tibi peierati
Pœna Barine nocuiſſet vnquam,
Dente ſi nigro fieres, vel vno

Turpior vngui. Ouidius in Amoribus vt Theocritus quoq; puſtulas naſci mentientibus in naſo dicit, Ψεύδεα ῥινὸς ὕπερθεν ἀραιᾶς οὐκ ἀναφύσω. Quod à Lucretio ſcribitur amatores in amicarũ vitiis cõniuere ac cecos

Ouidius lib. Amorum. Theocr. Idyllio 12. Lucr. lib. 4.

esse, adeo vt vitiis & deformitatibus nomen formæ & pulchritudinis imponant: sitque eis nigra μελίχλωρος. Idem ab amatore apud Theocritum

Theocritus Idyllio 10. factum reperimus, — Σύραν καλέοντι τυ πάντες

ἰσχνὰν ἁλιόκαυστον, ἐγὼ δὲ μόνος μελίχλωρον. nomine videbatur ficto à mellis colore, cuius sapore nihil suauius. quod Horatius perlepidè scripsit,

Horat. lib. 2. saty. 5. *Vt canis à corio nunquam absterrebitur vncto.* nónne esse putares quod

Theocr. Idyllio 10. Theocritus eadem vrbanitate facetè lusit, χαλεπὸν χορίω κυνὶ γεῦσαι. Sed quis persuaderet sibi corium apud Horatium esse χόριον Theocriti, cùm hoc significet membranas partum inuoluentes, à quibus agnos serotinos

Varr li. 2. c. 2. de re Rustic. Cordos putat vocatos Varro? crediderim Horatium prouerbium Græcum esse sequutũ: tamen nonnihil significationem deflexisse in id, quod æquè conueniret. Sed & σχολιογράφων id enarrator interpretatur, quod

Virg. 2. Georg. Horatiano sensui conuenit. *Aut Atho, aut Rhodopen.* Maronianum sumptum è Theocrito est: ειδ. ζ'. scribit, Η Ἄθω ἢ Ῥοδόπην ἢ Καύκασον ἐσχατόωντα.

Theocr. Idyllio 7. Horat. Epod. 13. oda. Est & illud Horatianum Græcum, *Dumque virent genua.* quod est, dum iuuenes sumus, neque dum senectute arescimus. Theocritus, ποιεῖν τι

Theocr. Idyll. 14. δεῖ οἷς γόνυ χλωρόν. Hoc ego minutal paraui conuiuis, vt eorum excitarem palatum, non vt satiarem ventrem. Vt autem in acetariis varia olerum genera condiuntur: ita quoque è variis tanquam escis hoc concisum est minutatim: sed tamen vereor ne dum excitare famem studeo, nauseam pariam: qui quæ ad stomachum & gustum faciunt, non tam quæsiuerim, quàm quæ appetentiam deiiciant. Nos tamen qui re non possumus, voluntate satisfacere profecto conamur. qui conatus vt laudem fortasse non meretur: ita veniam apud non iniquos fortaſsis impetrabit.

Cic. lib. 1. de offic. explicatus & illustratus, Venire in rem præsentem, Murum aries si percusserit, Cernere vitam, Cernere, & κρίνεσθαι. *Cap. 32.*

Cic. lib. 1. offic. SVA Cicero scribit in officiis non multum à Peripateticis dissidere. quod Platonicus & Socraticus esse velit: cùm enim nouam Academiam sequeretur, quæ se instituto Socratis nihil adfirmare prædicabat, sed contra ea, quæ alii ponerent, disputabat: hoc nomine Socraticus Cicero haberi volebat. Et ex eo quod se Platonicum dicit, Peripateticum esse significat. cùm à Platone Peripatetici, auctore Aristot. exorti sint: & Academici veteres Speusippo principe profecti. Le-

Cic. lib. 1. offic. go autem, *Earumque prægressus & quasi antecessiones non ignorat.* non vt per exemplaria propagatum est, *progressus.* Antecessiones enim & præcursiones hominem non ignorare dicit. cernit enim rerum antegredientes causas & præcurrentes. Nihilo secius & illud aliter euulga-

Cic. li. 1. offic. tum, sic lego, *Vt hominum cœtus & celebrationes & esse & à se obiri velit.*

Aut

Aut lege, pactione, conditione, forte. Proprietatem quæri Cicero dicit, vt venditionis lege, aut pactione aliqua & contractu: etiam conditione, si quid feceris, aut dederis. interdum dominium acquiritur, cùm ita conuenit: postremo forte, vt in coloniis deducendis cùm assignabantur agri, centuriæ singulæ certo militum numero, missis in vrnam eorum nominibus. nam quæ pars cuique euenerat, sortitio eius censebatur. Mutatio autem officiorum quid aliud est, quàm eorum mutua vicissitudo, cùm & dando & accipiendo vicissim alii de aliis benè meremur? *Vt si constitueris te cuipiam aduocatum, in rem præsentem esse venturum.* Qui vindicabant & cùm de possessione lis erat, in rem præsentem litigatores veniebant, vt deductio fieret moribus. quod satis apparet ex oratione Cicer. pro Cecinna. Lego non longè post, *Ne cupide quid agerent, ne appetenter. Quamuis murum Aries percussérit.* dicit Cicero ex militari lege, qua vbi mœnia quati ariete cœperant, oppidani in deditionem fidemque non recipiebātur. Id & è Ciceronis & è commentariis Cæsaris cognoscimus. in quorum lib. 2. sic scribitur, *Ad hæc Cæsar respondit se magis consuetudine sua, quàm eorum merito ciuitatem cōseruaturum si priusquam aries murū attigisset, se dedidissent.* Quod veteres obseruare in ariete, id hodie nos in Bombarda tenemus. vt non sine direptione fortunarum & captiuitate in deditionem plærunq; recipiantur, quorum mœnia tormētis quassata sint. Quod ait Cicero, ei qui solutus sacramento militari est, ius non esse cum hoste manum conferēdi. quod exemplo filii Catonis probat, qui tyro à Popillio imperatore dimissus fuerat, quale sit à Plutarcho explicatur his verbis, διά τι τοῖς μὴ στρατευομένοις μὲν, ἐν στρατοπέδῳ δὲ ἄλλως ἀναστρεφομένοις, οὐκ ἐξῆν ἄνδρα βαλεῖν πολέμιον, οὐδὲ τρῶσαι, καὶ τοῦτο Κάτων ὁ πρεσβύτης ἐν ἐπιστολῇ τινὶ δεδήλωκε γράφων πρὸς τὸν υἱόν, καὶ κελεύων εἰ παρεθείη τῆς στρατείας ἀποπληρώσας τὸν χρόνον ὑποστρέφειν, ἢ προσμένοντα λαβεῖν παρὰ τοῦ στρατηγοῦ τὸ ἐξεῖναι τρῶσαι καὶ ἀνελεῖν πολέμιον; πότερον ὅτι τὴν ἀνάγκην μόνην ἐξουσίαν εἶναι δεῖ τοῦ ἀνελεῖν ἄνθρωπον, ὁ δὲ ἄνευ νόμου καὶ προστάγματος τοῦτο ποιῶν ἀνδροφόνος ἐστίν. & quæ sequuntur. Quibus è verbis intelligimus nefas fuisse hostem feriri ab alio quàm qui sacramēto militari dixisset: qui secus fecisset, eum cædis reum visum fuisse. In versibus Ennianis,

Cic. li. 1. offic.
Cic. lib. 1. offic.
Cic. pro Cecinna.
Cic. 1. officio.
Cæsar lib. 2. de bell. Gallic.
Plutarch. in problemat. Romanis.

Ferro non auro vitam cernamus vtrique
Vosne velit an me regnare hera. &c. Vitam cernere, loquutione quadam prisca dictum crediderim, minimeque obuia. in Medea eodem genere orationis vsus fuerat.

Cic. lib. 1. offic.

Nam ter sub armis malim vitam cernere. quod Euripides dixit, ὡς τρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα στῆναι θέλοιμ' ἂν μᾶλλον, ἢ τεκεῖν ἅπαξ. Hic cernere vitam, est dimicare & pugnare. Id enim cernere Latinis est, vt Græcis κρίνεσθαι. Cer-

Ennius apud Nonium in Cernere.
Euripides in Medea.

nit autem vitam, qui eam constituit in dimicationem & discrimen addu-
Varro lib.6. de ling. Lat. cere, & qui de eo paratus est disceptare & de vita, vt Varro exponit Decernere. Æquè vetus est illa loquutio, — *doq; volentib. cum magnis Dijs.*
Cic. lib. 1. offic. Sic enim & Cato loquutus est, *Cum diuis volentibus, quodque benè eueniat*
Cat. de re rust. cap. 141. *mando tibi Mani, vti illace Suouitaurilia fundum agrum terramq; meam, quota ex parte siue circumagi, siue circumferenda censeas, vti cures lustrare.*

Pumices, Propertius explicatus, Sistrum, Crepitacula puerorum sistra dici posse, Fastus terere, Cymbalum. Cap. 33.

Propertius lib. 3. eleg. 3. PENDEBANTQVE *cauis tympana pumicibus.* lib. 3. elegantissimè à Propertio scriptum est, in quo Pumices lapides illos raros laxosque & leuitatis summæ non significant: sed potius saxa in antri formam, & pen-
Plinius lib. 36. c. 21. dentia, Plinius, *non prætermittenda est & pumicum natura: appellantur quidem ita & cætera saxa erosa annis: in ædificijs Musæa vocant dependentia ad imagi-*
Virg. 12. æn. *nem specus arte reddendam.* Sic apud Maronem,

Inclusas vt cum latebroso in pumice pastor
Vestigauit apes, fumoque impleuit amaro. Pumex enim hic saxum cauum
Propert. lib. 3. elegia 5. & latebrosum est. — *vos quibus arua*
Grata magis Craßi signa referte domum. Indignissimè ferebant Romani, cæso cum exercitu Crasso sua apud Parthos signa ostendi captiua, triumphataque, & ea reposcebant. Proinde scripsit Maro,
Virg. 7. æn. Plutarch. in Antonio. *Aurorámq; sequi: Parthósq; reposcere signa.* & Plutarchus in Antonio, ἔπεμψε τῶν ἑταίρων τινὰς πάλιν τὰς σημαίας ἀξιῶν ἀπολαβεῖν.
Propert. lib. 3. eleg. 6. *Noctibus illorum dormiet ipsa Venus.* Opinor, illis neque vigilabit neque fauebit Venus. sed & in bellum exituri duces, Mars vigila dicere solebant, eius excubias & custodiam implorantes.
Propert. lib. 3. eleg. 7. *Sunt Agamemnonias testantia littora curas,*
Qua natat Argeni pœna minantis aquæ.
Hoc iuuene amisso classem non soluit Atrides
Pro qua mactata est Iphigenia mora. Argenus in delitijs Agamemnoni fuit, qui cùm classis in Aulide staret, ventis reflantibus aduersis, in littore Beoto, cecidit in Cephisum amnem, submersusque est, cùm eum naui subisset: nec eius mors tamen secundos soluendæ classi ventos impe-
Stephan. de Vrbib. trauit. Argynus Stephano vocatur. Dicit igitur, qua natat & fluit Cephisus: videlicet, *pœna minantis aquæ Argyni*, quod est, in quo mersus minacibus vndis oppetiit Argynus. Littora sunt testantia Agamemnonis cu-
Propert. lib. 3. eleg. 7. ras potius ingressus Cephisum. fortassis minaciter loquutus est, insultauitque fluuio.
In me cæruleo fuscina sumpta deo. Neptunum censebant tridente suo
non

non ſolum mare, ſed terram etiam mouere & labefactare: ſed & partes abrumpere. Strabo, φασὶ δὲ τὴν νίσυρον ἀπόθραυσμα εἶναι τῆς κῶ, προσθέντες καὶ μῦθον ὅτι ποσειδῶν διώκων ἕνα τῶν γιγάντων πολυβώτην ἀποθραύσας τῇ τριαίνῃ τρύφος τῆς κῶ ἐπ' αὐτὸν βάλλοι. Maro, *Strabo lib.10.* *Virg. 2.æn.*

Neptunus muros magnoq́ue emota tridente
Fundamenta quatit. Quod & Tritonem etiam fuſcina facere poëtæ canunt Accius apud Ciceronem,

Aut forte Triton fuſcina euertens ſpecus
Subter radices penitus vndanti in freto
Molem ex profundo ſaxeam ad cœlum cernit. *Cic.lib. 2.de nat.deorum.*

Romanámq; tubam crepitanti pellere ſiſtro. Siſtrum inſtrumentum erat Ægyptium è metallo arguto, quo in ſacris Iſidis vtebantur, ab agitatione nomen habet: nam agitatum & concuſſum tinnitus argutos edebat: eratq́ue parte ſui ſuperiore, vt Plutarchus ſcribit, rotundum, celatumq́ue: erat in ſummæ eius capſidis vertice vultus felis, qua concutiebatur Iſidis & Nephthys facies. Heſychius Cymbala interpretatur. Quæ infantibus crepitacilla tribuuntur, crepitum concuſſu reddentia argutum, ſiſtra dici poſſunt. Videor vidiſſe imaginem Iſidis cum ſiſtro. Siſtri autem ſpecies oualis erat, & manubriata in ora vndique tintinabula habens, vt agitatum tinnitum redderet maximum, & quæ pulſarentur, Tibullus, *Propert.lib.3. eleg.11.* *Plutarch.* *Heſychius.* *Tibull.lib. 1. eleg.3.*

Quid tua nunc Iſis tibi Delia? quid mihi proſunt
Illa tua toties æra repulſa manu?

Néve aliquid de te flendum referatur in vrna *Propert.lib.3. eleg.12.*
Sic redeunt, illis qui cecinere locis. Eorum, qui militiæ perierant, oſſa in vrna in patriam referebantur, plærunque & factis exequiis ſepulturæ mandabantur. quod 2.de legibus Cicero fieri permittit his verbis, *Homini*, inquit, *mortuo, ne oſſa legito, qui poſt funus faciat.* Excepit bellicam peregrinamq́ue mortem. *Cic.lib.2.de legib.*

Quæq́ue terunt faſtus icarioti tuos. Ea quæ nobis in vſu ſunt, terimus, vt verbi gratia, veſtem: igitur per tranſlationem eas mulieres dicit faſtus terere, quæ faſtuoſæ ſuut, quæ faſtu vtuntur, quæ ſuperbę & inſolentes ſunt. *Propert.lib.3. eleg.13.*

Cymbala Thebano concrepuere deo. Si quis me roget, quale Cymbalum fuerit: eum mittam ad herbam cotyledonem, cuius folia cymbali ſpeciẽ referunt. Scribonius Largus, *Item mentaſtrum vel radicem* κοτυληδόνος, *quæ herba ſimilia folia cymbalis habet.* *Propert.lib.3. eleg.13.* *Scribonius Larg.*

Satura, per ſaturam aliquid facere, Vetus Satyra, Panis gradilis, Genius publicus, Clauularis curſus, Clibanarij. Cap. 34.

SATVRAM *cibi genus ex varijs rebus conditum eſſe*, à Feſto doctiſsimo *Feſt.Pomp.lib. 17. in litera S.*

Gram-

Grammatico ſcriptum eſt. cuius auctoritas huius rei mihi fidem ſatis facit, vt ne adſtipulatorem præterea requiram. Addit etiam, *legem eſſe multis alijs confertam legibus. Itaque in ſanctione legum adſcribi ſolitum, Néve per Saturam abrogato aut derogato.* Lege cauet etiam Cicero ne pluſquam de ſingulis rebus conſulatur populus. Inde tanquam per Satyram fieri dicitur quod fit cito, & properè, nec magna mora, reque diligenter quæſita & deliberata. Cùm enim vna rogatione multa continebantur, neceſſe erat populum de ſingulis in ſuffragium mitti raptim. Etſi autem ambitioſi & auidi nouarum rerum fortaſſe videri poſsit non acquieſcere in tanti Grámatici ſententia, ſed aliud præterea quęrere: mihi tamen puto fraudi non futurum, ſi quid ipſe commodè ea de re excogitare poſsim: quando non gloriæ ſtudio, ſed antiquitatis deſiderio iſta quærimus. Conſtat veterem Satyram ex arte Horatij: non enim iſtam à Lucilio recentem dico, inter Tragœdiarum actus interpoſitam fuiſſe, vt è tanta Tragœdiarum mœſtitia populus velut quodam lepido exodio exhilararetur, eo tamen breui. Quid igitur obeſt, quominus per Satyram fieri dicamus, quod breuiter ac velociter raptimque fit more ſatyræ? Huic interpretationi non aduerſatur Scriptorum vſus. Annius Luſcus, *Imperium quod plebs per Saturam dederat, id abrogatum eſt.* Salluſtius, *Dein poſtera die quaſi per Saturam legem ſententijs exquiſitis in deditionem accipitur.* Marcellinus, *Cumque res in inquiſitionem veniret neceſſarijſque negotio tentis, obiectorum probatio ſperaretur, tanquam per Satyram ſubito cubicularijs ſuffragantibus, vt loquebatur, pertinax rumor, & vinculis ſunt exutæ perſonæ, quæ ſtringebantur vt conſciæ, & Dorus euanuit.* Non eſt proprium huius ſcriptionis ordinem hiſtoriæ aliquem contexere, ſed magna impunitate Latini more tibicinis hinc illuc tranſit, vt excreſcant capita: vel deſultoris modo in alterum equum tranſilientis ſeſe hinc illuc traijcit. Panem gradilem in Codice Theodoſii legimus. Ego eum fuiſſe interpretor, qui in gradili templo Genii publici viritim diuidebatur. Vt enim voluerunt forum eſſe aliquem publicum; ſic non tantum cuique priuatim ſuum attributum putauerunt Genium: verũ etiam populo, quem Genium publicum vocauerunt. Marcellinus, *Per quietem aliquem viſum, vt formari Genius publicus ſolet: hæc obiurgando dixiſſe.* De gradili eius templo, idem rurſus ſic ſcribit, *Námq; calendis ipſis Ianuarijs aſcendente eo gradile Genij templum, ſacerdotum conſortio quidam è cæteris diuturnior nullo pulſante repente concidit, animámque inſperato caſu efflauit.* Apud eundem Scriptorem genus quoddam curſus publici Clauulare appellatum legimus: quod fuiſſe putamus cùm curſus publicus militibus caligatis concedebatur: caligæ enim eorum confixæ clauulis erant: vnde clauularis curſus, id eſt, militaris vocatus fuit. nihil enim aptius cõii-

Feſt. eod. loco.

Annius Luſcus apud Feſtum in litera S.

Salluſt. in bell. Iugurth.

Marcell. li. 16.

Lib. 14. Theodoſ. tit. 17. de annonis ciuicis & pane gradili.

Marcel. li. 20.

Marcell. lib. 23.

cere

cere in præſentia poſſum, quantumcunque animum in diuerſa diuidam & verſem. Sed præſtat verba eius adſcribere, & aliorum coniecturas elicere: nam quod inter nos dicere liceat, noſtræ non magnopere confidimus. Marcell. *Cum familijs eos ad Orientem proficiſci præcepit Clauularis curſus facultate permiſſa.* Clibanarios apud eundem eſſe puto, Equites cataphractos, qui tota ſpecie ferrea ſic contegantur, vt tanquam panis, ſic ipſi clibano vndique obtecti obductique videantur. Marcell. lib. 20. Marcell. lib. 16.

Propertius lib. 4. aliquot locis explicatur, Lygmon. Cap. 35.

PRIMA *galeritus poſuit prætoria Lygmon.* Propertij verſus eſt lib. 4. qui ob hiſtoriæ ignorantiam non ſatis intelligitur. Ego eum, quem Lymonem Propertius vocat, Lucumonem eſſe reor, qui magna manu auxilio venit Romulo regi contra Tatium. Locomon à Dionyſio appellatur. Eius nominis ſpecies magis immutata eſt hoc etiam verſu Propertij, vix vt agnoſcatur: vt in alium hominem propè deformatus ſit. Propertius lib. 4 eleg. 1. Dionyſ. lib. 2.

Tempore quo ſocijs venit Lycomedius armis, Propert. lib. 4. eleg. 2.
Atque Sabina feri contudit arma Taci. Is in eo bello etiam cecidit.

Is autem eſt à quo Luceras vocatos eſſe Grammatici ſcribunt. Quod & attingere videtur Propertius.

Abſtulit excultas pertica triſtis opes. Significat adſignatos agros ſuos fuiſſe, nec pulſum poſſeſſionibus paternis ad paupertatem redactum. Menſum enim perticis vel decempedis agrum ſolebant veteranis attribuere. Virgilius in Diris,

Pertica qua noſtros metata eſt impia agellos.

Inuleus, Veris aduentus, Liquida vox, Ventum per interlunia bacchari, Thracius, Aquilo, Threïcius Aquilo, Horatius explicat. lib. 1. Od. Tyridates, Alcæus. Cap. 36.

APVD Horatium inuleus per diminutionem effictum eſſe videtur, vt Leguleus expreſſum eſt. *Veris* autem *aduentus* apud eundem eſſe videtur, cùm Fauonius incipit flare exacta hyeme, quo tempore diceba- tur & aduentus Veneris. Lucretius, Horat. lib. 1. od. 23. Horat. ead. od. 23. Lucret. lib. 1.

Et reſerata viget genitabilis aura Fauoni:
Aëriæ primum volucres te Diua tuumq;
Significãt initum percuſſæ corda tua vi. id eſt, ſignificãt aduentũ tuum. Et,
Aduentûq; tuo tibi ſuaueis Dædala tellus Lucret. lib. 1.
Summittit flores. *Liquidam* idem *vocem* appellat per tranſlationem, canoram, claram, ſuauem, non raucam. Tranſtatio autem eſt à liquore defecato & colato. nam & vox limpida & ſuauis ipſa quoqne per fauces quodammodo Horat. lib. 1. od. 24.

dammodo percolata videtur. Vnde & liquata etiam dicitur per guttur transmissa. Hostius apud Macrobium, — *totidem vocésq; liquatæ*. Ventum dicit Horatius *magis per interlunia bacchari*, id est, per intermenstruum cùm luna est in coïtu. Quod & docet Theophrastus in libello de ventis, his verbis, αἱ σύνοδοι τῶν μηνῶν χειμεριώτεραι. Solent autem homines libidinosi & voluptuarij per ventum & tempestatem iucundius amicam fouere in sinu, & amoribus perfrui. Sic & meretriculæ lasciuæ petulantesque libentius tum sunt cum amatoribus. Tibullus,

Macrob. li.6. Saturn. cap.3. — *Horat. lib.1. od.25.* — *Theophrast. de Ventis.*

Quam iuuat immites ventos audire cubantem,

Et dominam teneto continuisse sinu. Tum autem illa horrorem sentiet Aquilonis perflantis, quem Thracium ventum dixit. quia in Thracia regnasse Aquilo dicitur, & in Græciam è Thracia ventus ille mittitur. vnde alio in loco, *Threïcio Aquilone sonant*. Vates autem Græciæ, qui è Thracia Aquilonem ferri scripserunt in Græciam, & Threïcium Aquilonem appellarunt, imitatores æmulatoresque Latinos habuerunt: etsi in Latium aliunde Aquilo venit. Iucundum est autem quod ait Flaccus,

Tibull. lib.1. eleg.1. — *Horat. Epod. oda 13.*

Aridas frondes hyemis sodali

Dedicet Hebro: quo figuratè significat anus à iuuenibus non amari, nec aridas ab illis colligi frondes, sed negligi & amnibus donari. Solent enim arida arborum folia fluminibus affitarum in aquam cadere, nisi legantur aut stringantur. quo adlusum est, cùm Hebrus his locis cuiuscunq; fluminis fruatur. Libidinem autem, *quæ solet matres furiare equorum* sæuituram *circa iecur vlcerosum, non sine questu*, dicit. cùm ab omnibus sperne-tur illius iecur saucium tanto amore fore quantum ferunt equarum esse, quæ libidine in rabiem & furorem aguntur. ac tum eam suas questuram fortunas, quod iuuenes puellas non anus sectentur.

Horat. lib.1. od.25. — *Horat. lib.1. od.25.*

Quid, inquit Flaccus alio cantico, *Tyridatem terreat, vnicè*

Securus. Hic Tyridates est, qui eiecto in exiliũ Phraäte rege Parthorũ, rex constitutus est nobilitatis consensu: sed cùm audiret Phraätem magnã Scytharum colligere manum, sic territus est, vt è regno profugerit ad Augustum. Librum vidi indubitatæ fidei, in quo Mithridatem legebatur sine vllius lituræ suspitione, quam scripturam se reperisse fatur Lambinus: & agnoscere videtur interpretes, cùm regem Armeniæ ab Horatio dicant intelligi. Itaque si quis est, qui eam recipiendam putet: is sic habeat Mithridatem eo tempore regem Armeniæ fuisse, quem captum vinctumq; Augustus Romam duxerit, vt ne huic quidem scripturæ desit testimoniũ historię. Quod autẽ dicit, *Hunc Lesbio sacrare plectro*, id valet, hac cãtilena, quæ scripta Alcaïco carmine, hominũ memoriæ consecrare. Nam libentissime Alcæũ imitatur, qui Lesbius erat, & Alcaïcis versib⁹ delectabatur.

Horat. lib.1. od.26. — *Horat. lib.1. od.26.*

ADRIANI

ADRIANI TVRNEBI ADVERSARIORVM LIBER VIGESIMVSSEPTIMVS.

Si forte, εἴπερ ἄρα, si quando, Ædilitia, Lex Censoria, Cic. lib. 1. ad Q. fratrem explicatus, Annulus signatorius. Cap. 1.

SI forte eleganti quadam ratione & non vulgari vſurpatum à Cic. reperi in epiſtola ad Quintum fratrem: de quo admonendos elegãtis orationis ſtudioſos eſſe iudicaui. *Intelliges,* inquit, *nihil eſſe à me niſi orationis acerbitatem & iracundiam, & ſi forte raro literarum miſſarum indiligentiam reprehenſam.* Et lib. 3. de Orator. *Ex quo vereor ne nihil ſim tui niſi ſupploſionem pedis imitatus & pauca quædam verba, & aliquem ſi forte motum.* Sic à Græcis εἴπερ ἄρα vſurpatur. Syneſius, ἤρκει γὰρ, εἴπερ ἄρα, μὴ συνανιᾶσθαι. Eodem modo & ſi quando vſurpatum reperi. vt apud Valer. Flacc. lib. 8.

Cap. 1.
Cic. lib. 1. epiſtola 2. ad Quint. frat.
Cic. lib. 3. de Orat.
Syneſ.

— vix alleuat ora
Ad feras, ſi quando, dapes. iterum,
Præcipueque ſui ſi quando in tempore pulcher
Coniugij Minyas nunquam magis eminet inter: Sed in eo, à quo exorſus ſum epiſtolarum ad Quint. frat. libro, Ædilitia, niſi fallor, ſunt ea vectigalia, quæ prouinciales ludorum nomine Ædilib. Romanis pendebant: quæque eis in ornatum fori apparatum munerum conferebant, veluti ſolemni quodam tributo. ſic enim ſcribit, *Quantum vero eſt illud beneficium tuum, quod iniquo & graui vectigali Ædilitiorum magnis noſtris ſimultatibus Aſiam liberaſti.* Eodem libro ſcribitur & illud, *Poſſunt in pactionib. faciendis non legem ſpectare cenſoriam.* Alia quædam erat in Aſia vectigalium colligendorum ratio, quàm in alijs prouincijs. Non enim Aſiæ certum erat impoſitum ſtipendium: ſed de fructib. certus exigebatur modus. ita pro anni copia, aut inopia vberius erat, aut anguſtius vectigal: ſolebantque Cenſores publicanis locare. Appianus lib. 5. οὐ πρὸς τὰ τιμήματα ὑμῖν ἐπεθήκαμεν, ὡς ἂν ἡμεῖς ἀκίνδυνον φόρον ἐκλέγοιμεν, ἀλλὰ μέρη φέρειν τῶν ἑκάστοτε καρπῶν ἐπετάξαμεν, ἵνα καὶ τῶν ἐναντίων κοινωνῶμεν ὑμῖν. Cic. in Verr. *Cæteris aut impoſitum*

Valer. Flacc. lib. 8.
Valer. Flacc. eod. lib. 8.
Cic. lib. 1. epiſt. 1. ad Quint. frat.
Cic. eod. lib. & epiſt.
Appian. lib. 5.

positum est vectigal certum, quod stipendiarium dicitur, vt Hispanis & plerisq; Pœnorum, quasi victoriæ præmium ac pœna belli: aut censoria locatio constituta est, vt Asiæ, lege Sempronia. Lex autem Censoria, præceptum est & decretum Censorum descriptioque & conditio in locatione vectigalium, qua cauetur, Quibus ex rebus vectigal, quemadmodumque capiatur. quę plærunque asperior erat & acrior in prouinciales publicanosque: & mu-
L. in lege cẽsoria ff. de verb. signif. nicipibus fauebat. Alphenus Iurisconsultus, *In lege Censoria portus Siciliæ ita scriptum erat: Seruos, quos domum quis duceret suo vsu, pro his portorium ne dato.* Cæterum ibidem scribit Cicero, *Sit annulus tuus non vt vas ali-*
Cic. lib. 1. epist. 1. ad Q. fr. *quod, sed tanquam ipse tu.* Hoc, vt opinor, sentit. ne passim sinat annulum suum signatorium à quouis, vt domestica vasa tractari, vulgoq; & temerè sine delectu quiduis obsignari, sed eo solus vtatur, alius non abutatur: solusq; quod ius fasque sit annulo signet. Vas igitur est, vt si Græcè σκεῦος diceres. Vasorum autem in domesticorum familia vsus est communis. Non desunt, quibus *vas aliquis* legendum esse videatur, homines de vtraque lingua benè meriti: sed cum eam sententiam, quam exposui nec ineptam nec insulsam, immo verò prudentiæ & grauitatis plenam videam, cur ab ea mihi recedendum sit, nondum videre possum.

Nutus, noua fata, victoria præpes, pennata, fata Ioui præsto esse, victores lauro fasces coronabant, & lauream deponebant in gremio Iouis Capitolini. Cap. 2.

ORATIONEM panegyricam Drepani Pacati mihi legenti hæc obseruatione horum Commentariorum digna occurrerunt. Legimus plæ-
Cic. 1. Tusc. runque etiam apud Marcum Tullium, *Grauia suo nutu deorsum ferri.* Illud *nutu* est, vt si Græcè diceres, νεῦσις, βρῖθος, βάρος, ῥοπή. id est, pondere, incli-
Drepanus Panegyr. Romæ Theod. dicto. natione, momento. Id ex eo apparet, quod Drepanus scribit, *Stabat ipse purpuratus ad lances & momenta ponderum nutusque trutinarum pallens & inhians exigebat.* Hic nutus trutinarum appellat, cùm altera lanx trutinarum deorsum vergit propendetque: vt enim nutus caput deorsum inclinat, renutus resupinat: sic nutus tristitiam deprimit. Noua fata Latini dicebant, cùm magna quædam & propè inusitata inauditque & insolita feli-
Iuuenal. saty. 7. citas alicui euenerat. — *exempla nouorum*, inquit Iuuenalis,

Fatorum transi: Sic intelligi Iuuenalem debere idem Drepanus decla-
Drepanus Panegyr. Romæ Theod. Aug. dicto. rat. Sic enim scribit, *Nullam maiorem principum felicitatem esse crediderim, quàm fecisse felicem, & intercessisse inopiæ, & fortunam vicisse & dedisse homini nouum fatum.* Ex eadem oratione & illud Ausonii erit illustre cla-
Auson. 1. epigram. rumq; omnibus nõ perinde fortassis ante dilucidum. *Tu quoq; ab Æthe-rio præpes victoria lapsu.* Hic enim victoria præpes est aligera, ales volu-

cris.

cris. pennata enim olim pingebatur ſingebaturque illa dea, & ab hominibus eſſe cenſebatur. Ita fit, vt quemadmodum alia multa: ſic & hoc ex opinione veterum explicandum ſit, quam in Drepano his verbis cognoſcimus, *Rectè profecto germana illa pictorum poëtarumque commenta, victoriam finxere pennatam, quòd hominum cum fortuna euntium non curſus eſt, ſed volatus.* Et quia hoc capite fati mentio facta eſt, tamque ſæpe hoc occurrit in auctoribus nomen, &, vt ſæpe diximus, non tam è noſtro ſenſu, quàm ex opinione veterum explicandi ſunt antiqui ſcriptores: puto mihi fraudi non futurum, immo verò potius laudi, ſi commemoraro exiſtimaſſe antiquos fata Ioui præſto fuiſſe ſemper, & apparuiſſe: in tabulis & codicillis eius decreta perſcripſiſſe. proinde quaſi Scribæ in cœlo eſſent, illicque ſcriptum facerent. Id ex Drepano intelligi poteſt, ita ſcribente, *An vt illi maieſtatis tuæ participi deo feruntur aſsiſtere fata cum tabulis: ſic tibi aliqua vis diuina ſubſeruit: quæ quod dixeris, ſcribat & ſuggerat?* Qui victoriam de hoſte adepti erant, faſces lauro coronabant, laureamque in Capitolium delatam in gremio Iouis deponere ſolebant. Iulius Obſequens, *Apparuit enim hoſtibus portendiſſe victoriam, cùm ad eos Laurum victricem tulerit, quam in Capitolio debuerat deponere.* Drepanus, *Et ne virtus quiete langueſceret, depoſitis in gremio Iouis Capitolini laureis, triumphales viri ruſticabantur.* Hæc ex ea, quam dixi, oratione velut metalla è ſua vena effodiebam, multoque plura eruere potuiſſem. Sed non ſunt omnia huius operæ, quæ leuia tantum perſequitur: reliqua & multo potiora maioraque alijs relinquit.

Drepanus ibidem.
Iul. Obſeq. de prodigijs M. Cic. Caio Ant. Coſ.
Drepan. Panegyr. Romæ dicto.

Tabulæ ludus, Tabulæ inuentor Palamedes, Fritillus, Pyrgus, Seneca explicatur & emendatur, Turricula differt à Fritillo, Teſſera, Talus, Tabula luſoria, Latronum ludus, Grammiſmus, Grammæ, Calculi ordinarij, & vagabundi, & inciti, ad incitas res redijt. Cap. 3.

De ludo tabulæ, quæ apud Suidam legi, non alienũm nec abs re fore credo, ſi & hic memoriæ tradam: ſunt enim nec iniucunda nec illepida & fortaſſe ad intelligentiam poëmatum & auctorum non inutilia. *Tabulam,* inquit, *Palamedes reperit ad Græcanici exercitus luſum non ſine magna philoſophia. nam ipſa tabula, iſte terreſtris mundus eſt, numerus duodenarius, zodiacus: pſephybolum,* quod interpretor fretillum, *& ſeptem granula in eo, ſeptem ſidera errantia, turris altitudo cœli.* hoc ex loco intellectu procliue eſt non idem eſſe fritillum & pyrgum, id eſt, turriculam: nam fritillus fuiſſe videtur vaſculum longum, in quod mittebantur teſſeræ, vel calculi, vel tali. Pyrgus turris per cuius altitudinem mittebantur in

Suidas in Τάβλα.

H alueum.

alueum. Condemnatum ſcribit Seneca in Apocolocyntoſi Claudium Imperatorem vt percuſſo fritillo luderet teſſeris.

Senec. in Apocolocyn.

Nam quoties, inquit, *miſſurus erat reſonante fritillo*
Vtraque ſubducto fugiebat teſſera fundo
Cumq́;, recollectos auderet mittere talos
Luſuro ſimilis ſemper, ſemperq́ue petenti
Decepere fidem refugi, digitoſq́ue per ipſos
Fallax aßiduo delabitur alea furto, Turriculam & fritillum diſtinxit Suidas. Idem tamen videtur, cùm Martialis ſcribat de turricula,

Mart. lib. 14. epigr. 16.

Quærit compoſitos manus improba mittere talos,
Si per me miſit, nil niſi vota facit. niſi ſi quis dicat fritillo miſſas in alueolum fuiſſe teſſeras, per pyrgum tamen, vt ex Suida dicebamus. Pluribus autem videntur veteres luſiſſe talis, quàm teſſeris: tribus enim teſſeris, quatuor talis luſitabant, cùm Martialis ſcribat,

Mart. lib. 14. epigr. 15.

Non ſim talorum numero par teſſera —. In teſſera ſex latera, quatuor in talo erant: itaq; in talo neq; binio, neq; quinio erat: ſed tantum ternio & quaternio & ſenio, & canis, id eſt, vnitas. Ternionem & quaternionem etiam Suppum & planum vocatos eſſe legimus. Præter eos Iactus, Venus erat, cùm tali quatuor diuerſo erant omnes numero, id eſt, cùm iacti erant omnes talorum numeri. Martialis,

Mart. lib. 14. epigr. 14.

Cùm ſteterit nullus vultus tibi talus eodem,
Munera me dices magna dediſſe tibi. Erat & tabula luſoria duodecim numeris diſtincta, in qua calculis, vel latrunculis ludebatur. Alii in ea quinas vtrinq; lineas fuiſſe dicunt, & mediam ſacram, vt vndecim numero eſſent: Ludus autem latronum erat, vt duos concolores, vnum diſcolorem includerẽt & perimerent. cui ludo finitimus erat Grammiſmus, quem & grammas vocabant. Cicero & Quintilianus ſcripta vocaſſe videntur: fuiſſe autem è calculis accepimus ordinarios & vagos: illi ordine mouebantur: hi velut vagabantur & errabant. Erant & inciti, qui moueri nullo modo poterant: Vnde ad incitas rem redijſſe in prouerbium abiiſſe, & à calculis id ſumptum eſſe quidam referunt: quorum non omnino improbanda auctoritas eſt.

Cic. in Hortẽſ. Quintil. lib. 11. cap. 2.

Summorum auctorum iudicia diuerſa eſſe probatur ex Cic. & Plutarcho. Cap. 4.

ANIMADVERTI ſummorũ auctorum iudicia interdũ plurimũ diſcrepare, vt non tam videatur eſſe diuerſum conuiuarum palatum. Scribit Cic. lib. 2. de natur. deor. *Concinneq́; vt multa Timæus, qui cùm in hiſtoria dixiſſet, qua nocte natus Alexander eſſet, eadem Dianæ Epheſiæ templum deflagraſſe, adiunxit:*

Cic. 2. de nat. deor.

adiunxit: minimè id eſſe mirandum, quòd Diana cùm in partu Olympiadis adeſſe voluiſſet, abfuiſſet domo. Hoc Ciceroni concinnum eſſe videtur: at Plutarcho tam inſulſum & frigidum: vt incendium templi reſtringere potuerit. Idem enim Hegeſiam dixiſſe Plutarchus refert: cuius hæc ſunt verba, ὡς Ἡγησίας ὁ Μάγνης ἐπιπεφώνηκεν ἐπιφώνημα κατασβέσαι τὴν πυρκαϊὰν ἐκείνην, ἀπὸ ψυχρίας δυνάμενον. εἰκότως γὰρ ἔφη καταφλεχθῆναι τὸν νεὼν τῆς Ἀρτέμιδος ἀσχολουμένης περὶ τὴν Ἀλεξάνδρου μαίωσιν. Atq; huiuſmodi delitiarum vel ineptiarum potius plenus erat Timæus hiſtoricus, quas mirum mihi videtur Ciceroni concinnas videri. Qualis & illa eſt, *Superatos eſſe Athenienſes ab Hermocrate in Sicilia infenſo Mercurio, propter deiectos Hermas, & illo Mercurij vindice atque vltore, Mercurijq; nomen gerente.* Scribit idem Cic. lib. 3. de officiis, *Scitè enim Euripides, iuraui lingua, mentem iniuratam gero.* Ad hunc Euripidis verſum omnes Græci ſcriptores, imprimiſq; Ariſtophanes exagitant & vexant. Chærilum poëtam irridet Horatius.

Plutarch. in Alexand. *Timæus Hiſtoricus.* *Eurip. Phœniſ.* *Cic. 3. offic.* *Ariſtoph. Ranis.*

Quem bis terq; bonum cum riſu miror —. Cuius verſus incultos & malè natos, & immani precio ſingulos ſingulis emptos philippeis notat: à multis tamen ſcriptorib. Græcis vt bonus auctor citatur & laudatur.

Horat. de art. poëtic.

Tres mihi conuiuæ propè diſſentire videntur
Poſcentes vario multum diuerſa palato.

Horat. lib. 2. epiſt. 2.

Catullus explicatur, Alites occinentes tempeſtatē prænunciant, Hecate triformis, Victoria præpes, Dij aligeri, Bacchæ haſtas gerentes, Iſelaſtica. Cap. 5.

ETSI antea recordor me verſum illum Catulli explicaſſe,

Cùm diua mater alites oſtendit occinētes: tamē velut acceſſionem quandā & menſuræ cumulum addam, hoc loco dictum id fortaſſe eſſe ex eo, quod Galli in Deûm matris poteſtate erāt, qui occinēdo ſignificant tempeſtatē, vt & aues multæ. Sed teſtato agendum eſt & tabulæ proferendæ vt in iudiciis. Porphyrius lib. 4. de nō edend. animalib. χθονία γὰρ ἡ θεὸς, καὶ Δημήτηρ ἡ αὐτὴ, καὶ τὸν ἀλεκτρυόνα δὲ, ταύτῃ καθιέρωσαν. Etſi igitur id Latius patere videtur, quod de alitib. occinentibus à politiſſimo poëta dictum eſt, & à me explicatum: tamen hoc prætereundum non ſum arbitratus. Sic,

Catull. epig. 22. ad Thallū. *Porphyr. lib. 4. de non edend. animal.*

Tergeminamq; Hecaten, tria virginis ora Dianæ. dixiſſe potuit. Quia & pingi fingiq; triformis ſolebat, & tribus animalium nominib. vocari gaudebat. Porphyrius, ἡ δὲ Ἑκάτη ταῦρος κύων λέαινα ἀκούουσα μᾶλλον ὑπακούει.

Virg. 4. æn. *Porphyr. lib. 4. de non edend. animal.*

Tu quoq; ab aërio præpes victoria lapſu. ab Auſonio cur ſcriptum ſit, ambigitur. Ego veteres ſemper pennigeram pinxiſſe & finxiſſe victoriam ſcio, vt & quoſdam deos crediditiſſe aligeros. quod à Plinio lib. 2. reprehenditur: in quibus & numeratam victoriam cenſeo, vt & Amorem, Irim, Muſas, Sirenas, Mercurium. Porphyrius, τὰς δὲ μούσας ἐπτέρωσαν, καὶ τὰς

Auſonius 1. epigram. *Plin. li. 2. c. 7.* *Porphyr. de non edend. animalib.*

στερῶσας: κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ τήν τε νίκην, καὶ τὴν ἶριν, καὶ τὸν ἔρωτα, καὶ τὸν ἑρμῆν Est igitur præpes victoria, volucris qualem illam formabant deam. Frondibus obductas gerebant hastas Bacchæ, vt in specie Thyrsus appareret, intus lateret lancea & cuspis. Quod è Iustino Martyre patebit, qui pro me testimonium dicet. sic enim scribit, ὥσπερ αἱ βάκχαι διὰ σχήματος εἰρηνικοῦ τὰς λόγχας ἐν τοῖς θύρσοις περιφέρουσιν. Illisque lanceis atrociter interdum specie religionis homines sauciabant. In epistolis Plinii ad Traianum multa scribuntur de præmiis Athletarum, quæ Iselastica appellat: Sed & certamina Iselastica vocat, quibus, qui vincebant, ea præmia consequebantur, & magna pompa triumphantium more, in vrbem suam inuehebantur, vnde & Iselastici nomen. ea de re quæ scribit Iustinus, attingere non prætermittam, quia eius verba pro face Plinio prælucebunt. Ac Iselasticum mediusfidius erat, quod certaminis victori pro pompa ingressus in patriam de publico aut Imperatore, aut ab vrbe dabatur; vt exercituum ductoribus. Coronarium pro triumpho aurum conferebatur à Prouincijs. Iustinus, ὁ γὰρ μὴ τοιοῦτος, ἔξω τοῦ κανόνος τρέχει τοῦ δοθέντος αὐτῷ, καὶ διὰ τὸ ἄτακτον ἔξαθλος γίνεται. κἂν πάνυ ταλαιπώρως τῆς ἀπὸ τῶν γενναίων ἀθλητῶν ἐπικουρείας τύχῃ. βρώσεως ἢ πόσεως ἢ ἐσθῆτος ἀπολαύσας, οὐδὲν ἧττον ἀστεφάνωτος ἐστι. καὶ οἱ μὲν εἰσελάσαντες εἰς τὴν ἠγαπημένην πόλιν τοῦ πατρὸς, γέρας ἀΐδιον μεταλήψονται. τοῖς δὲ ἀποβήσεται διὰ τῆς ἐνταῦθα τροφῆς, τῆς κατ' ἀλήθειαν ἀπολαύσεως μὴ μεταλαμβάνειν. Videntur autem etiam obsonia & annonæ contineri eo nomine, quæ dabantur iis, qui in patriam parta corona inuehebantur, non tantum pompæ impensa: vt ex hoc Iustini loco & è Plinii epistolis augurari licet.

Iustin. Marty.

Plinius lib. 10. epistolarũ ad Traianum.

Iust. Martyr.

Cic. explicatur & emendatur 3. Tuscul. Nequam, Ne, Contortum, Inuidere. Cap. 6.

CICERO 3. Tusculana cum eruere originem vocis Nequam conatur, ait: *Ab eo quod nequicquam est in tali homine.* vbi quid nequicquam sit, quæri animaduerto. Ego vero archaïsmi more nequicquam esse, non quicquam: & nihil existimo: Ne enim pro non veteres dixisse intelligunt, qui Terentium & Plautum legerunt. Sic & prima Tuscul. vsurpatum recordor, cùm ait: *Secernere autem à corpore animum nequicquam aliud est, quàm emori discere.* id est, non aliud quicquam est: nequam enim assentior iis, qui mihi videntur omnia tuta timere, & emendatissima pro vitiosissimis expungere: legique volunt, *nihil quicquam*. vt autem hic nihil sanatione eget: ita existimo, *aut num aliquod quopiam membrum*, in tumore & vitio esse, manumque medicam desiderare. quis autem non putet persanandum hoc curationis genere esse, vt

Cic. 3. Tuscul.

Cic. 1. Tuscul.

Cic. 3. Tuscul.

aliud

aliud quodpiam membrum, reponamus? Et quidem si quid refert, in chirographis ita extare quibusdam adfirmo. Quod autem ait, *concluduntúrque contortius*: opinor ex eo dicere videri posse, quod planius & clarius magísque directo genere dicendi ista extulerat, quàm Stoïci, qui in argumentationib. summè delectabantur conclusionib. è repugnantibus, quæ orationem negationibus contorquent. Hic tamen non id esse credo contortum: sed potius, quod breue, quod constrictum, quod collectum, quod compressum, quod Græci plærunque συνεστραμμένον vocant. Id ex eo esse apparet, quod subsequitur è vestigio, *Sed latius aliquando dicenda sunt & diffusius*. Conturbati autem versus quidam antiquæ Tragœdiæ sunt in eadem disputatione, qui cum Iambici sunt, pro Trochaïcis fallunt: nam, *nolite hospites*, clausulam Iambici senarij existimo. *Adite ad me: ilicò istic, ne contagio*, solidus & integer versus videtur, vt & proximus, *Mea bonis, vmbráve obsit, tanta vis sceleris*. vbi supprimitur in vltima voce vna syllaba in versu metiendo, ac *sceleris* pro disyllabo auditur. *In corpore hæret*. versiculi initium est. Vbi autem legitur in æditionib. *Situ nidoris, barba pædore horrida*, reperi, vt ita dicam, in mysticis libris. *Situ liuentes*, vt ad genas referatur: nec mediusfidius æquus essem, si tam commodam scripturam prætermisissem: Eam igitur malui testatam relinquere, quàm tacitam præterire. *Atque* autem, quod mox excipit priore sui syllaba absorbetur à fine antegressi versus. Inobseruatus etiam latitat senarius, vt opinor, alicuius poëtæ prisci, *Lacerat, exest animum, planéque conficit*. modulus quidem pedum & numerus versum adiudicat. In versibus autem illis superiorib. quos perturbatos dixi, *illico istic* valet: istic in loco, in quo estis, manete, ne mea vobis obsit contagio si propius ad me accedatis. *Florem*, porro, *quisnam liberûm inuidit meûm*, fortasse valet, malo oculo limauit & effascinauit, & inuidia læsit. nam à nimium intuendo, inuidere dictum ait. Qui autem inuido & fascinante oculo nocent, malignè nimisque intuentur. Est etiam legendum, *Hiccine est Telamo ille*, non *Telamon*. ac ita esse veteres locutos, auctores sunt literati Grãmatici.

Marginal notes: Cic.3. Tusc. — Cic.3. Tusc. — Cic. ibidem. — Cic. ibid. — Cic. ibid. — Cic. ibid. — Cic.3. Tuscul. — Cic.3. Tusc.

Hemerodromus, Hemeroscopus, Supplicatio & Obsecratio, Vota Quinquennalia, Liuius explicatur & illustratur lib. 31. Dipylus, Flamen Dialis non iurabat in leges. Cap. 7.

NON alium esse existimauerim, quem vocat Liuius Hemerodromũ, ac qui ab Æneа vocatur ἡμεροσκόπος: id ex eo intelligi poterit, si tanquam frontibus aduersis vtriusque scriptoris locos cõparemus. Liuius igitur ita scribit, *Et respondisset, ni speculator (Hemerodromos vocant Græci ingens die vno cursu ementientes spatium) contemplatus regium agmen è specula quadam,* Liuius lib. 31.

progreſſus nocte media, Athenas perueniſſet. Voce autem Græca Liuius eſt v-
Æneas. ſus, quod Latini tale ſpeculatorum genus non habebant. Æneas autem ita ſcribit, χρὴ δὲ καὶ ἡμεροσκόπους περὶ τῆς πόλεως καθιστάναι ἐπὶ τόπῳ ὑψηλῷ καὶ ὡς ἐκ πλείστου φαινομένῳ. ἡμεροσκοπεῖν δὲ ἐφ' ἑκάστῳ χωρίῳ τρεῖς τοὐλάχιστον μὴ
Æneas. τοὺς τυχόντας ἀλλ' ἐμπείρους πολέμου. Subdit autem, εἶναι δὲ καὶ τοὺς ἡμεροσκόπους ποδώκεις, οἳ ὅσα μὴ οἷόν τε διὰ τῶν σημείων δηλοῦν, ἀλλ' αὐτῶν τινὰ δεῖ ἐξ ἀνάγκης ἀγγέλλειν, δύναιντο ταχὺ ἀφικνεῖσθαι. Sic autem vocantur, quia antelucano tempore ex vrbe emittuntur, & interdiu ſpeculantur curruntq́; eô, vnde proſpectus petendus eſt, & in vrbem reuertuntur, vbi contenebraſcit: ita cùm vagentur currantque interdiu & perſpeculentur, inde nomen inuenerunt. Pernoctabant etiam interdum foris & ignib. ſublatis, aduentum
Liuius lib. 31. hoſtium aut inſidias indicabant. Eodem in Liuij lib. cùm ſcribitur, *Supplicationibus habitis iam, & obſecratione circa omnia puluinaria facta*, id eſt, inter ſupplicationes & obſecrationem: quod illæ feriæ ſunt, hæc precationes
Liu. lib. 31. ſignificat. Non longè hinc ſcribitur: *quibus ante quinquennalia vota ſuſcipi ſolita erant.* Hic vota intelligo, quæ Cenſores in proximum luſtrum
Sueton. in Auguſt. cap. 97. ſuſcipiunt & nuncupant. Suetonius in Auguſto, *Cùm luſtrum in campo Martio magna populi frequentia conderet, aquila eum ſæpius circumuolauit, tranſgreſſáque in vicinam ædem ſuper nomen Agrippæ ad primam literam ſedit: quo animaduerſo, vota, quæ in proximum luſtrum ſuſcipi mos eſt, collegam*
Liuius lib. 31. *ſuum Tiberium nuncupare iuſsit.* Legi autem, vt opinor, debet: *Trientius tributiuſque is ager.* Dipylon autem, vt è verbis Liuij apparet, nomen habuiſſe ab amplitudine portæ, quod inſtar duarum eſſet, haud cunctanter pro-
Liuius lib. 31. nunciandum eſt, ita enim ſcribit, *Ad Dipylum acceſsit: porta ea velut in ore vrbis poſita, maior aliquanto patentiórque quàm cæteræ, eſt: & intra eam ex-*
Liuius lib. 31. *tráque latæ ſunt viæ.* Scribit eodem lib. Liuius, *Quia flamen Dialis erat, iurare in leges non poterat.* Id eo ait, quia & magiſtratui in leges iurandum eſt, ſe eas obſeruaturum neque violaturum. Et Diali Flamini iurare ne-
Gell. li. 10. c. 15. fas erat Gellius lib. 10. cap. 15.

Propertius explicatur, Pancratium à Lycurgo ſublatum Spartanis, Pollux Pugil. Cap. 8.

EXISTIMO Propertium vetuſſimum poëtam non tam notas habuiſſe Spartanorum quàm amorum leges: nam cùm eorum paleſtram celebrat, cui virginum etiam grex ſe exercentium miſcebatur, videtur Lycurgi inſtituta neſciuiſſe. ſic enim canit,

Propert. lib. 3. eleg. 14.

Et patitur duro vulnera Pancratio.

Nunc ligat ad ceſtum gaudentia brachia loris. Nam ſi Plutarcho grauiſſimo & veriſſimo teſti fidem adiungimus, quod profectò facere debemus: is no-

is nobis dicit Lycurgum à paleſtra remouiſſe Spartana ea certaminum genera ἐν οἷς, ſic enim loquitur, χεὶρ ἀναʃείνεται, quod eſt, vt opinor, in quibus manus tollitur & leuatur ad feriendum: quale Pancratium eſt & pugillatus. Ac me hercule merito & iure hoc eſſe à Lycurgo lege cautum & conſtitutum arbitror: cùm enim exercitationis diſciplina eorum animos ad virtutem acuere & animare vellet, ea certamina recipere debuit, quæ eius quendam ardorem animis iuuenum accenſura forent, non quæ debilitatura atque fractura. Pugillatus autem & Pancratium talia ſunt, vt ſi quis ijs ſemel vincatur, quia plagis & vulneribus malè mulctatus diſceſſerit, pugnare iterum recuſet, ſegniorque reddatur: cum aliis in generibus ſpe victoriæ ſine corporis pulſatione ducantur, & victi alternam victoriam ſibi promittant. Sed fortaſſe eadem Spartæ exercitationum genera coli, quæ in reliqua Græcia Propertius ſuſpicatus eſt: aut Homerum eſt ſecutus, qui pugilem facit Pollucem. Sic enim canit, Plutarch. in Lycurgo.

καὶ πύξ ἀγαθὸν πολυδεύκεα. Sed nondum leges tulerat Lycurgus. Quod ſi quis Plutarcho non ſatis fidit, à Seneca tanquam ſuccenturiabimus, qui ita lib. 5. de benefic. ſcribit, *Lacedæmonij vetant ſuos Pancratio aut ceſtu decernere, vbi inferiorem oſtendit victi confeſſio.* Homer. Iliad. 2. Senec. lib. 5. de benef. cap. 3.

Horatius explicatur, Purum numen, Numinis appellatio vnde, Iupiter pro aëre. Cap. 9.

QVÆDAM ſunt verbis de medio ſumptis dictata, quæ tamen obſcurant fuſcantque, vt ita dicam, ſententiam: reddunt, vt ſepiæ, aquam ſuo atramento. Illud Flacci teſtimonio eſſe poteſt,

— *& poſitas vt glaciet niues* Horat. lib. od. 10.

Puro numine Iupiter? Nam purum illud numen non ſatis eliquatum videtur, ſed turbidum: ita vt per eius nebulam vix ſenſum perſpicere poſſimus. Reperi in quodam codice, *puro nomine*. ſed quis huic teſti credat aduerſus tot editiones & ſcripturas aliorum codicum? Nos igitur vana quadam auena eludit iſta ſtipula. Audiui & legi, qui *limine* legeret: nec ſenſus fortaſſe deeſſet, præſertim cum limen ſubdiuale, & puram habens aream, nec tecto opertam, nec arboribus opacam gelicidio & pruinæ magis pateret. Sed cur nouitatem ſectamur, ſi recepta & vſitata verba bonam laudabilemque exprimunt ſententiam? Audiui & legi, qui *lumen* legeret. ſed lumen audiri non poteſt, ſed videri ſolet. Ego tempeſtates anni video, & earum commutationes adſcribi Ioui: iſque grandinare, fulminare, tonare dicitur: nubes contrahere, & imbres fundere: Idem etiã niuem glaciemq; cogere atque durare: quæ facere credebatur omnia non operosè, ſed ſolo nutu. Nutum enim eius & voluntatem è veſtigio rerum euentus fideſ-

que

que sequitur: Inde numinis appellatio profecta est. Illa autem Iouis volũtas liquida apertaq; est, cùm audiatur hiberni Aquilonis frigore omnia constringentis fremitus. Quid si potius Iouem per allegoriam intelligamus? Iupiter enim plærunque aër est:& purum quoque numen per inuersionem accipiamus, quòd spirante Aquilone nubes abiguntur, tenuiusq; cœlum est & purius, nullis nubibus fœdatum? hanc sententiam veriorem crediderim poëticaque figura ornatiorem & concinniorem. Versus sequitur illum, nocte tenebrosior. *Ne currente retro funis eat rota.* in quo ne morer lectorem eiusque expectationem prorogem, existimo, & fortasse fallor, est enim lubricus error in auctorib. antiquis explicandis, quorum vitæ consuetudinem moresque & studia vix coniectura plærunque leui prorsum adsequi possumus: cùm tamen nihil in eis sæpe coniectura certius exploratiusque habeamus: existimo igitur dici, cùm fecundissimus tibi hoc tempore & fœlicissimus curriculi tui cursus intendatur & pergat, caue ne celeriter retrorsum feratur & in diuersum eat, & cito commutetur in contrarium. Translatio ducta est à curribus Circensibus, quos funis trahit funemque currens sequitur rota: ita fune retroëunte retro quoque currit rota, id est, currus. Quod de fune dixi, verum esse ex eo apparet, quod in curru erant equi iugales & funales: illi in iugo, hi extra iugum.

Horat.lib.3. od.10.

Varia hoc toto cap. excerpta de lexico veteri explicatur. Cap. 10.

Esset inertiæ supinæ & propè somno sepultæ, negligere ea, quæ in quodam veluti veteri libro consuali Latinæ linguæ reperi: igitur quod, ad incitas dicimus, ibi explicatum erat, περὶς ἐρεθισμόν: quòd tum in magna inopia rerum incitamur ad quiduis tentandum amentesque reddimur. Assecla, παράσιτος: igitur Assectarum nomen contemptionis est & contumeliæ. Assessor, συγκαθεδρός. Agnatio, ἐπιγέννησις: & adgnata, ἐπιγεννηθέντα, Adgnati, ἐπίγονοι: quæ omnia veram ingenuamq; vocabulorum eorum potestatem declarant. Æneator, σαλπιγκτής. Ærarius, χαλκοτύπος, ταμιοῦχος. Ero, κόϊξ: vocabulum Vitruuio & Iurisconsultis & Donato vsurpatum. Æsculus, φηγὸς βαλανηφόρος: Fagus igitur illi glandifera est æsculus. Acieris, ἀξίνη ἱεροφάντου. quomodo & à Festo exponitur. Aciarium, στόμωμα: quod nos hodie nostra lingua vocabulum retinemus. Acia, ῥάμμα: quod verbum vsurpatum est à Celso. Aciarium, ῥαφιδοθήκη, vbi acus reponuntur. Acisculārius, λάτομος. Aclassi, λώματα: paulo tamen aliter scio à Pomponio exponi. Actor, πραγματευτής: verbum Iurisconsultis tritissimum. Ala, ἐξέδρα: igitur quas in Vitruuio & Cicerone exhedras legimus, in quadam erant ędificij ala. Albunea, λευκοθέα. ita matuta mater erit: nos tamen aliter

Donat. in Phorm.act.I. sc.2.
Fest.lib.I.
Vitruuius lib. 5.cap.II.
Cic. lib. 5. de finib. bon. &

aliter iam explicauimus. Alipilarius, δρωπακιστὴς. Alimēta, θρεπτήρια τροφεῖα: mal & in Pisonem.
ſic precium ſignificat educationis & alimoniæ. Aliquoſecius lib.5. de offic. Proconſulis, πωσῶς νωχελέστερον: id eſt, aliquanto ſegnius & negligentius. Allucet, φαίνει: id apud Varr. reperire licet. Altarium, ἐπιβωμεὺς. Alterculum, ἀνεμώνη. Amanuenſis, χειρογραφοφόρος, χειρογράφιος. Ambubia, κιχώρεια. Amellum, μελίφυλλον: Alio loco, Amellus, στρούθιον: ita in neutro & maſcul. diuerſas putat, quicunque hæc gloſſemata ſcripſit, herbas. Hoc eo libentius ſcripſi quod ſciam apud Maronem ignorari hanc herbam, cùm ſcribit:

Eſt etiam flos in pratis, cui nomen Amello Virgil. 4. Georg.
Fecere Agricolæ. Amites, στάλικες. rurſus Amītes, ἰξευτικοὶ κάλαμοι. Anteſtor, μαρτύρομαι. Anclare, ἀντλῆσαι. Angeronia, ἡ θεὸς τῆς βουλῆς. Andruare, ἀνδρεύεσθαι. Angaria, παρεργασία, ἀχουσία, ἐργασία. Anguina, ἄγκυρα, συνάγχη. Antes, στίχοι ἀμπέλων. Appia, εἶδος σκεύους ὡς πακούβιος. In alio reperio Applare, coclear. vt in Auſonio fortaſſe ſcribendum ſit, — *Applaria ſuccus inundet.* Auſon. epiſtola 7.

Liuius explicatus, E circa prætorem, Ex ante diem Cal. Armamenta. Cap. II.

GENVS illud dicendi apud Liuium peregrinum & Græcanicum, *Ex templo & circa Prætorem ad ciuitates miſsi legati Tribuniq́ue.* nos aliquanto inuſitatius infrequenſq́ue magis reddemus: ſed tamen non penitus inſolitum & inauditum. legendum enim cenſemus, *Extemplo è circa Prætore:* Liuius lib. 21.
vt ſit, ex his, qui circa prætorem erant: vt à M. Tullio, *ex ante diem Cal.* legimus eſſe ſcriptum. Eo porro in libro, *venire ſublatis armamentis*, eſt nauigare ſublatis velis ad curſus celeritatem: quo enim magis elata vela ſunt, eo maiore impetu claſſem impellunt. Hic autem armamenta perſpicuè pro antennis & velis dixit: vt ab ἄρμενον Græca voce, armamentum deductum quis exiſtimare poſſit: etſi ab armis verius eſt. Cic lib. 3. ad Attic epiſt. de Quinto fratr. Liuius lib. 21.
Cùm autem ſcribit, *vagantib. paſsim Numidis equitibus, & quæ his impeditiora erāt, Celtiberis Luſitaniſq́ue.* puto eum dicere, quæ infeſta reddere populariq́; non potuerint Numidæ: quòd impedita eſſent equiti & inacceſſa ea ipſa: Celtiberos & Luſitanos, qui aſſueti erant aſpera & montana percurſare, peruagatos eſſe atque populatos. Liuius ibid.
Scripſimus ſuprà veteres exiſtimaſſe cornices crocitantes pluuiam ſuo cantu vocare: & arcum eos crediſſe ſuis cornib. aquam haurire. videntur etiam cenſuiſſe ventos graſſantes impetu ſuo aquam è terra & fluminib. ſurſum in nubes tollere, & leuare, qua ex opinione ſcriptum illud à Liuio credo: *Et mox aqua leuata vento, cùm ſupergelida montium cacumina concreta eſſet.* Liuius ibid.
Quod autem ſcribit: *ita præconium* Liu. ibidem.

nium missum, puto hanc continere sententiam: præconem missum esse, qui iuberet omnes corpora curare. Nos quoque nobis corpora putemus esse curanda, huiusq; breuis capitis finem faciamus.

Veniam dare, Auctor ad Heren. explicatus lib. 4. Toga contorta, Clypeare brachium toga, Res formata & informis. Cap. 12.

VENIAM dare apud Scriptores Latinos, non est tantum parcere & ignoscere alicuius culpæ, & errato, vt multi censent: nam & si ista est frequentissima significatio, non tamen huius dictionis sola est. nam interdū est permittere, sinere, concedere. Plautus Trinummo, — *quia res quædam est, quam volo*

Plautus Trinummo. scen. Quo illic homo.

Ego me abs te exorare. Ph. Quid id est? veniam iam dare gestio. id est, iam gestio permittere vt dicas. hoc sensu dictum illud apud Cornificium lib. 4. existimo. *veniam ad vos, si mihi Senatus det veniam.* id est, si Senatus sinat, si Senatus mihi permittat. atque hæc duo exempla adlegata sunt, vt id doceretur. Eodem autem in Cornificij libro, vnde exemplum sumptum est, parum assequor, quod ita scribitur: *Lemnum præteriens cepit; inde Tharsi præsidium reliquit: pòst vrbem in Bithynia sustulit.* Quis iste non cursus, sed volatus est hominis tam temerè & inconsideratè præcipiti impetu è Lemno Bithyniæ vicina Tharsum procul abeuntis, & inde rapidè in Bithyniam recurrentis? cur expeditionē non continuabat, & è Lemno porro in Bithyniam pergebat? Sed tam longè velut æstu quodam in Ciliciam aufertur & abripitur: equidem puto mendosam scripturam & Thasi, quæ insula vini generosi fœcunditate nobilitabatur, legendum esse. Ibidem scribitur, *Cùm Gracchus deos inciperet precari, cursim isti impetum faciunt.* id est, cùm inciperet concionari. qui enim ad populum verba facturi erant, antè deos precabantur. Maro,

Ad Heren. lib. 4.

Ad Heren. lib. 4.

Ad Heren. lib. 4.

Virg. 11. æn.

Præfatus diuos, solio rex infit ab alto. Ait idem, *contorta toga cum plurib. alijs ire celerius cepit*: hic contorta toga est circum brachium torta, vt vice clypei sit: & vt vetus poëta locutus est, toga brachium est clypeare. Apud eundem quod non est omittendum, Res formata dicitu, quæ corporata est: Informis, quæ corpore caret. Sic enim inquit, *aut cum res muta, aut informis eloquens & formata.* Minuta sunt ista scio: ei tamen, quem leuabunt labore, fortasse magna videbuntur.

Ad Heren. lib. 1.

Ad Heren. lib. 4.

Cic. lib. 3. in Verrem explicatus. Cap. 13.

SATIS planum arbitror esse, quod tertia in Verrem oratione scribitur, *Si quis testamento se hæredem esse arbitraretur, quod tum non extaret, lege ageret in hæreditatem: aut pro præde litis vindiciarum cùm satis accepisset, sponsionem*

Cic. 3. in Verr.

ſionem faceret: ita de hæreditate certaret. & id interpretatione Aſconii bellè illuſtratur: è qua tamen homines, magnos in Iuriſprudentia progreſſus habentes, neſcio quid argutantur, & ſcribendum eſſe videri cenſent. Videtur partium eſſe noſtrarum vindicare veterem ſcripturam à labe & vitio, & antiquum interpretem calumnia liberare, quæ ei per magnam iniuriam inuritur. Qui hæredem ſe teſtamento putat, quod tum non extat, ſi in bonorum poſſeſſione nemo ſit, petit hæreditatem, neque ſatiſfacipit, neque ſatiſdat poſſeſſori, qui nullus eſt: At ſi quis poſſeſſor ſit, qui hæreditatem petit, eam petit & vindicat, & præde litis vindiciarum ſatiſdationem petit à poſſeſſore. ita hic duæ ſpecies conſtituendæ ſunt: vna, in qua nemo poſſidet: altera, in qua aliquis poſſidet, à quo res vindicanda eſt. Nec me mouet quod è lib. 1. de Orator. profertur, *Agerent enim tecum lege Pythagorei omnes, vindicarentque ornati homines in dicendo.* hæc enim poſterior ſpecies eſt, in qua ab oratorib. qui in poſſeſſione erant, hoc vindicãdum eſt, & eis iudicio eripiendum: vindicatur enim hic, quod penes alium eſt, aut quod in alicuius poſſeſſione: petitur etiam quod à nullo tenetur. His ita cõſtitutis iacet frigetq; quicquid è ſuorum iuriſconſultorum libris & reſponſis conquirunt ad interpretandam veteris ſcripturæ auctoritatem, & obtrectandam optimi interpretis explicationem. Cic.1.de orat.

Lucretius lib. 2. explicatus, Infeſſa, Ludere cathenas. Cap. 14.

In illo Lucretij verſu, *Hinc flammis, illinc rigidis infeſſa pruinis.* docti partim infeſta, partim infeſſa legendum autumant, neutrumque incommodè, niſi veterum librorum teſtimonium refragaretur, quod infeſſa clamat, & noſtris inculcat auribus: Subiit itaque cogitare num quis ſenſus inde accommodatus erui poſſet: tandem deniq; cùm rem apud me diutius exegiſſem, bono ſenſu ſignificare credidi, vtroq; verſum calores & frigus finem eſſe ſtatutum, vt vltra progreſſus non ſit: ſed rerum ſumma his finibus velut feſſa & fatigata contineatur, vlteriuſq; pergere deſinat. igitur flammis & pruinis infeſſa ſunt ea, quæ in flammis & pruinis feſſa deſinunt, finemque & metam ſibi ponunt. Illud quoque publicum à priuatis ſcrinijs diſſentit, — *inter ſe forte cateruæ* Lucr.lib.2.

Ludunt. in quibus reperio, — *inter ſe forte cathenas* Lucr.lib.2.

Ludunt. & mediusfidius hanc quoque ſcripturam aſſerere manu, tanquam liberali cauſa ſeruilem in modum abiectã, quid vetat? Ludere enim cathenas erit luſu quodam cathenatim conſerere ſeſe, & implicare, cathenaſq; imitari. quod ab eis in chorea fiebat. Etiã illud *forte* non videtur eſſe quibuſdã guſtus publici, quod dicunt, non eſſe fortuiti cuiuſdam caſus: ſed potius ſtrenuitatis, vt ſit pro *fortiter*: ego verò temeritatis & caſus puto.

puto. vt enim casus tulerat, inter se restim dabant, & cathenam illam saltatoriam conserebant. Hæc ita mihi venit in mentem explicare duob. in locis: & fortasis erro. Sed antiquitas librorum sine quodam aucupio illexit me, vt abdita, quàm prolata: recondita, quàm deprompta sequi mallem.

Variæ voces de bilingui vocabulario sumptæ explicantur. Cap. 15.

LEGI in bilingui vocabulario perquàm vetere quædam, quæ admonitione digna credidi, & in apertum proferenda duxi: cùm eum librum sibi videatur vir vtraque lingua doctus parasse. Abdomen igitur explicatur λαπάρα, ὑπογάστριον, ὑποκοίλιον. Insigne autem est, & adnotandum diligenter ab eo Abaci Delphicam explicari, μινιστέριον ὡς ὁ Ἰουβενάλιος. significatur & tanquam digito demonstratur locus ille Iuuenalis,

Iuuen. saty. 3.

Lectus erat Codro Procula minor, vrceoli sex
Ornamentum abaci, necnon & paruulus infra
Cantharus, & recubans sub eodem marmore Chiron. Delphicam autem mensam lapideam habere solebant, vnde conuiuis ministrabatur apud Flaccum,

Horat. lib. 1. saty. 6.

— & lapis albus
Pocula cum cyatho duo sustinet. Ea de causa ministerium interpretatur vocabularij auctor. Iterum in eodem lexico Delphica, μινιστέριον. Abolla, ἱμάτιον explicatur ibidem, quod non putaui omittendum, vt quale genus vestis sit, intelligatur, sciaturque pallii genus esse. Aborigines, αὐτόχθονες. Auena, βρόμος, ἢ αἶρα, vt eo etiam nomine censeatur lolium: etsi à Marone separatur. Adærat, ἐξαργυρίζεται, ἀποχαλκεύει. Adæratio, ἐξαργυρισμός. Ad incitas, πρὸς ἐρεθισμόν. Adcliuis, προσκεκλιμένος. Adoriosus, ἔνδοξος ὡς πομπήιος. Ab Adoria adoriosum, illustrem exponit, citatque Festi Pomponii auctoritatē. Ador, ζεία. Assertor, καρπιστής. Assertio, καρπιστία: Charisius quoque vindicias καρπιστίαν exponit ab iniectione, prehensioneque manus: sic explicari puto, quod qui asserebat vindicabatque, manum asserebat, manuque comprehendebat. Adstipulator, προσεπερωτητής, quasi secundarius & addititius interrogator. Agnatio, ἐπιγέννησις. Agnatus, ἐπιγεννητής, ἐπίγονος. Ad manum, πρόχειρον: sic ad manum seruum ante explicaui, qui præsto esset hero suo. Administer, προσδιάκονος. Agens in rebus, μαγιστριανός. Agear, πάροδος πλοίου. Aginat, διαπεράωεται, στρέφει, μηχανᾶται: hinc Aginatores apud Fest. Pomp. Sed hæc huic sufficiant capiti.

Charisius lib. 1. Gramm. Instit.

Fest. lib. 1. in litera a.

Purgamenta, Fundare, Fundatæ opes, & Fundata pecunia, Horatius explicatur. Cap. 16.

Qvos homines per ſummam contumeliam Græci καθάρματα ſolent, eos mihi videtur appellaſſe Purgamenta Q. Curtius. ſic enim lib. 10. ſcri- Q. Curt. li. 10. bit, *Omnia potius toleratur quàm purgamenta quondam vrbis ſuæ, tunc etiam exilij admitterent.* Vt enim purgamenta & ſordes foras eijciuntur ex ædibus: ſic homines illos vrbe eiectos in exilium, purgamenta eleganter vocauit. Ea quoque purgamenta, quib. aliquid expiabant, in profluentem iacere ſolebant. iterum lib. 8. *Et cætera vrbium ſuarum purgamẽta, quæ pro-* Q. Curt. lib. 8. *pinquis etiam maximorum exercituum ducibus à rege præferebantur.* perquàm honeſtè autem & perdiſertè Ciceronis imitatione ita Curtius ſcripſit, *Et* Q. Curt. lib. *quidem ſuas quiſq; opes diuiſis Imperij partib. tuebãtur, quas ipſi fundauerant, ſi vnquam aduerſus immodicas cupiditates terminus ſtaret.* Nam Cic. pro Rabi- Cic. pro Rab. rio eodem modo dixit, Opes fundatas ac benè conſtitutas. Sic autem eas Poſth. dici intelligo, quæ firmæ ſtabileſque ſunt, non tantum à fundamentorum firmitate notione ducta: ſed etiam à fundo & ſolo. certiſſimæ enim illæ facultates ſunt, quæ in fundis conſtitutæ ſunt: non item quæ in nummis, aut reb. mouentib. non in reb. ſoli. Hinc & illud Flacci,

Conſpicitur nitidis fundata pecunia villis. id eſt, in fundis & villis poſita Horat. lib. 1. & conſtituta. Et quoniam Horatij mentionem feci, non omittam illuc epiſt. 15. ſcrutari, cur ſcripſerit, *Quantum diſtet ab Inacho*

Codrus, pro patria non timidus mori. In quo hæſiſſem, niſi Ocellus Luca- Ocell. Lucan. nus mihi ſubueniſſet, qui principium hiſtoriæ Græcorum ait duci ab Inacho Argiuo, ſic enim ait, διὸ καὶ τοῖς λέγουσι τὴν τῆς ἑλληνικῆς ἱστορίας ἀρχὴν ἀπὸ ἰνάχου εἶναι τοῦ ἀργείου προσεκτέον οὕτως οὐχ ὡς ἀπό τινος ἀρχῆς πρώτης, ἀλλὰ τῆς γενομένης μεταβολῆς κατ᾽ αὐτήν.

Plinius lib. 15. nat. hiſt. emendatus, Forum in torculari, Eugubini & Iguini, Nux Tarentina & Terentina, Tripudium ſoniuium. Cap. 17.

Mihi in tranſcurſu Plinii librum decimumquintũ peragranti potius quàm legenti: tamen loca quædam, in quib. aqua mihi paulum hæſit, & curſus inſtitit, venit in mentem his libris attexere, vt vel à tumultuaria ſubitaque opera intelligant homines nondum Plinii emendatoribus rem factam eſſe, & multa etiamnum ſupereſſe, in quib. deſiderare poſſint. *Fa-* Plin. li. 15. c. 6. *ctus*, inquit Plinius, *tergeminos fere à quaternis hominib. nocte ac die premi iuſtum eſt.* emendo è veteri libro, *factus tres gemino foro à quaternis hominibus nocte & die premi iuſtum eſt.* Forum enim in torculari locus eſt, quo defertur olea, vel vua vt prematur: quo notione à Varr. & Catone vſurpa- Varr. de re tur. Septimius Florens, *Quare rubra veſtimenta tua, & indumenta ſicut de* ruſt. li. 1. c. 54. Cato cap. 18. *foro torcularis pleno conculcato?* Iterum, *Conculcatæ & expreſſæ vi paßionis* Tertullianus. *tanquam in foro torcularis.* Infra de factitio oleo, *ſuis herbis componunt inter* Tertull. Plin. li. 15. c. 7.

I Cappa-

Cappadociam & Seleuciam, quod Seleucinum vocant, neruis admodum vtile, sicut in Italia è gummi. corrigo, *Inter Cappadociam & Galatiam, quod Selgiticum.* quanquam in altero exemplari, ne quid dissimulem, *Seleuticum* reperi. pro, *sicut in Italia è gummi,* sine controuersia, *Eguuini,* legendum est ex manuscriptis exemplaribus. Sunt enim Euguuini populi Vmbriæ, qui hodie Eugubini vocantur: & apud Plinium lib. 3. Iguini appellantur; quam & per iota scripturam veriorem puto, vt ordo literarum à Plinio obseruatus eo loco declarat. infra de nucibus pineis. *Harum genus alterum Tarentinum, digitis fragili putamine, auiumque expositum furto in arbore. tertium Sappinium è picea satiua.* Ego etsi Tarentinam nucem non improbo, tamen Terentinam, quod reperi, etiam amplector: cùm præsertim appellari potius debere contendat Macrobius, quàm Tarentinam: quod Terentum Sabinorum lingua, molle significet. Sed & *tertium Appiniæ,* legendum è veteribus libris existimo potius, quàm *Sappinium.* quibus in libris etiam *Quartum Pitydia,* reperio, quod ne dissimulandum quidem credidi: etsi cur receptam lectionem damnem, nihil habeo. infra de ficis: *adacto nauigio illico arrescit, rursusque cura sacerdotum seritur.* Ego legendum puto, *Attio Nauio augure illic arescit.* nam ficus quædam in comitio Nauia vocabatur Festus. *Ficus quoque in comitio appellatur Nauia, ab Attio Nauia augure.* & de nucibus: *quod est verisimilius, quàm quia cadendo tripudium sonúmve faciant.* emendo, *tripudium soniuium,* è veteribus libris. Tripudium autem soniuium est interprete Festo, tripudium sonans: sonant autem cadentes in humum nuces. Sed & pro, *quas ante abellinas.* emendo iisdem ducibus libris optimis, & tanquam etiam antesignanis, & veritatis defensoribus, *quas ante abellanas.* & mox pro, *adijcit præterea auellanas & galbas prænestinas,* ex Catone, *caluas prænestinas* legengendum contendo. infra, *Sardibus eæ prouenere primum: ideo apud Græcos Sardinianos balanos appellant. Nam diuus Tiberius postea balanum nomen imposuit.* Emendo, *Nam* διὸς βάλανος *postea imposuere.* nam ante dicit in Græcia Sardinianas glandes vocatas fuisse, postea Iouis glandes: itaque quod de Tiberio suppositum est, adulterinum existimandum est, & à sensu alienum. Sed plus satis errorum ex eo libro mihi attigisse videor. hæc doctorum intelligentiam excitabunt ad reliquos maiore industria & ingenio eruendos & persanandos: mihi satis fuerit vtcunque paucis vulneribus medecinam aliquam fecisse.

Plin. li. 3. c. 8. | Plin. lib. 15. cap. 10. | Macrob. lib. 3. cap. 18. | Plin. lib. 15. cap. 10. | Plin. ibid. | Plin. lib. 15. cap. 18. | Fest. Pomp. lib 12. in liter. N. | Pli. li. 15. c. 22. | Fest. lib. 17. in litera S. | Plin. lib. 15. cap. 22. | Cat. cap. 8. & 143. | Plin. lib. 15. cap. 23.

Suetonius

Suetonius in Nerone explicatus & emendatus, Tantum quod, Ludi Iuuenales, Iuuenalia, Tessera, Neronia, Fusca vox, Aliquid sufferti tinnire; Suffertum, Subbibere, Augustalis, Mazaces, Aurum obryzum, Synthesis, Catadromus. Cap. 18.

INTER legendum quæ de Nerone teterrimo principe fataliq; mundi prodigio Tranquillus memoriæ prodidit, aliud agens quædam excerpsi, quæ his libris etiam adpingenda duxi. Scribit Tranquillus, *iam tum quidem exoriente sole penè, vt radijs prius, quàm terra contingeretur.* germanū Suet. in Ner. cap. 6.
1 fuerit, *tantum quod exoriente sole.* nam tantum quod, pro commodum dici à Latinis nemini fere ignotum est. Paulo post adiecta particula que, *indictaque decursione Prætorianis.* Ludos Iuuenales, quos Tranquillus vocat, Iuuenalia neutro genere Dio appellat & interpretatur νεανισκεύματα. eos ludos Nero dedit tum, cùm barbam primum posuit. Tesseras in Suet. in Ner. cap. 7. Suet. in Ner. cap. 11.
1 Tranquillo accipimus globulos inscriptos quarundam rerum notis & nominibus, vt frumenti & aliarum rerum, quas, qui ceperant, res illas ferebant. Dio, πάντα μὲν γὰρ πολυτελέστατα ἃ ἄνθρωποι ἐσθίουσι, πάντα δὲ καὶ τὰ ἄλλα τὰ τιμιώτατα, ἵππους ἀνδράποδα, ζεύγη, χρυσίον, ἀργύριον, ἐσθῆτα ποικίλην ἐδίδου διὰ συμβόλων. σφαίρια γὰρ μικρὰ γεγραμμένα ὡς ἕκαστα αὐτῶν ἔχοντα εἰς τὸν Dio in Ner. Dio in Neron.
2 ὅμιλον ἐρρίπτει, καὶ ἐδίδοτο ὅτι τις δι' ἐκείνων ἥρπασεν. *Neronia* Romæ Nero instituit, quinquennalia certamina pro salute sua & imperij sui mansione, & incolumitate. infra lego, *Sed Alexandrina ipso profectionis die destitit.* &, *defuncto Cottio*: non, *Alexandrinam*, nec *Coctio*. & mox, *Corbulæ congestam.* Cæterum fusca vox apud Tranquillum est, quam Suet. in Ner. cap. 12. Suet. in Ner. cap. 19. Suet. in Ner. cap. 18.
2 Græci μελαίναν vocant, quæ nec candida, nec clara est. Aliquid sufferti tinnire est, quod Græcè dici potest; πυκνόν τι ἠχεῖν. Suffertum enim intelligo, plenum, densum, confertum, oppletum: quod auditoris aures impleat: quanquam suffertum minus aliquanto est, quàm refertum & confertum. Sed & subbibere, quod Græcè ὑποπίνειν dicitur: ita enim à Græcis vsurpatur, quorum verba expressit Sueto- Suet. ibi. c. 19. Suet. ibi. c. 20. Suet. ibi. c. 20.
3 nius: nam Græcè ita dixerat Nero, cùm prodijsset Neapoli, quæ vrbs & Græca erat, & Græcè loquebatur. Adolescentes illos & iuuenes, qui Neroni plaudebant cantanti, αὐγουστείους, id est, Augustales dicit vocatos Dio. Lego, *à quodam Laticlauio*, potiusquàm *laticlauo*. Sed & vt ante Dio in Neron.
3 differui, † *Super ingenuorum pædagogia*, non *proagogia*. Sed &, † *matronarum institorio*, malim quàm *institorias*: vt institorium neutro genere dicatur. Scribit Tranquillus, *armillata & phalerata Amaxicorum turba atque cursorum.* quo sane in loco valde dissentiunt ab excusis libris manu scripti, in quibus *cymazacum* legitur: ego *Mazacum* vero puto. Suet. in Ner. cap. 26. † Suet. ibid. cap. 28. † Suet. ibid. cap. 27. Suet. in Ner. cap. 30.

Sunt autem Mazaces non populi Cappadociæ, vt multi censent; sed populi Africæ. Lucanus,

Lucan. lib. 4. *Marmaridæ volucres, æquaturusque sagittas*
Medorum tremulum cùm torsit missile Mazax. Mazacas equos laudat Aurelius Olympius,

M. Aur. Olymp. lib. Cynegeticôn. *Quemque coloratus Mazax deserta per arua*
Pauit, & assiduos docuit tolerare labores. Sed & ne qua syllaba veteris lectionis deperiret, aliquando *Phalerata acu Mazacum turba*, legendum

Suet. in Ner. cap. 32. existimaui. Lege infra, *pro semissæ dextans cogeretur ei*, cùm excusum sit

Suet. ibid. *dodrans.* &, *ac ne impunè esset studiosis iuris*, non, vt obtinuit, *viris.* mox, *fa-*

Suet. in Ner. cap. 38. *cta dictaque omnia*, non *omnibus*, vt receptum video. Sed & pro, ἐμοῦ ζῶντος,

† Suet. ibid. cap. 39. puto legendum, ἐμοῦ δὲ ζῶντος. pro, † νεόνυμφον γέρων, νεόψηφον, veteres libri indubitanter habent: quod haud paulo melius est, vt vel lata nuper sententia interfectum intelligamus, vel quasi νεώψηφὸν scriptum esset, nauis sententia damnatam audiamus, cùm præsertim in naui eam interficere tentasset solutili. Illud, τὸ τέχνιον πᾶσα γῆ τρέφει, sic à Dione ef-

Suet. in Ner. cap. 40. fertur, τό γε τέχνιον ἡμᾶς διαθρέψει: *Aurum ad obrusam*, pro, *aurum obry-*

Senec. lib. 2. epist. 13. *zum*, in veterib. lego codicibus: quo modo non raro loquitur Seneca. Lego è veterib. monumentis, *Quæcunque cepissent ex annonæ caritate lu-*

Suet. in Ner. ca. 44. & 45. *crantia.* nam delatorum præmia augebantur, etiam ipsa caritate annonæ: ita præmia eorum lucrabantur, quod est, augebantur. quod enim mox se-

Suet. ibid. ca. 45. quitur, principium est alterius sensus: *accreuit inuidia:* etsi *lucrantium*, non

Suet. ibi. c. 45. displicet, quod nonnulli legunt. infra, *statuæ eius à vertice currus appositus est cum inscriptione Græca, nunc demum agona esse & traheret tandem.* in libris peruetustis, *cirrus appositus est*, lego: nec aspernor, sed, *& raderet:* non *traheret.* Quid enim vetat Neronem cirratum fuisse, nec cirros ponere solitum? & raderet cum ludorum comessationib. decertaret & agonib. vel dixit non esse puerile certamen & puerorum cirratorum: sed verum & legitimum & virorum, qui cirros posuerunt. nunc igitur dicit, tandem radat, quod verum adsit certamen, in quo cirris non sit locus. Sed & quod

Suet. ibi c. 45. refert Tranquillus, *Alterius statuæ collo ascopa deligata*: diuersius narrat Dio: culeum enim appensum dicit, quasi culeo insui matricida deberet.

Dio in Nerô. Eius verba sunt, μολγόν τι τινὰ ἀνδριάντος αὐτοῦ νύκτωρ ἀπεκρέμασαν. pro, *promisit hoc Seïus Galbæ libertus*, lego, *permisit hoc Icelus Galbæ libertus.* sic enim gratiosissimum eius libertum vocatum fuisse, ex eius vita constat. Synthesin Suetonius pro veste elegantissima, & parum viris decora ponit in Nerone, qua idcirco Romanæ grauitati, nisi certis Saturnalium diebus vti

Suet. in Ner. 51. non licebat. Sic enim scribit de Nerone, *ac plærunque synthesin indutus ligato circum collum sudario:* quanquam in libris veterib. reperio *Synthesinam*,

eodem

eodem ſenſu ſcriptum eſſe, vt veſtem ſubaudiamus: Sed & eam veſtem qualis fuerit nobis explicabit è Tranquilli verbis expreſſa Dionis oratio, *Dio in Ner.* quæ ita habet: χιτώνιόν τι ἐνδεδυκὼς ἄνθινον, καὶ σινδόνιον περὶ τὸν αὐχένα ἔχων. Verum in eo Suetonij libro diſputari video de Catadromo, quid ſit, cùm ſcribit: *Suet. in Ner. cap. 11.* *notiſsimus eques Rom. elephanto ſuperſedens per catadromum decucurrit.* Ego eo vocabulo funem intelligo, qui ſummo theatro allegatus decliuis ad imum theatri pertinebat ſolum defigebaturque, per quem deſcendere maximi periculi, & artis, atq; adeo miraculi erat: hanc interpretationem, ſi quis parum firmam putat, vt ex meo ſenſu depromptam, fallitur: Eſt enim Dionis, qui eadem de re agens, ſic ſcribit, Ὅτε δὴ καὶ ἐλέφας ἀνέχθη *Dio in Nerõ.* εἰς τὴν ἀνωτάτην τοῦ θεάτρου ἀψῖδα, καὶ ἐκεῖθεν ἐπὶ σχοινίων κατέδραμεν ἀναβάτην φέρων. Sed & vocabulum ipſum notionem deſcendentis & decurrentis præ ſe fert: quo ſenſu & apud Iuriſconſultos accipi debere cenſeo. *L. ſi ſeruus tuus ff. de act. empt. & vẽd.*

Suetonius in Claud. explicatus & illuſtratus, Tropæi, Crepi, Lex prædiatoria, Pendere, Vendi, Comedere ſenem, Ius ordinarium, Abſens, Anio duplex, Officium, Meridiani, Meridianum ſpectaculum. Cap. 19.

CLADVII Cæſaris vitam cùm percurrerem ſanè quàm celeriter, hęc etiam interia curriculo notaui, præſertim cùm eius aliquot ante loca cum veteribus codicibus contuliſſem. Cùm dicit, *poſt tutelam receptam*, inter- *Suet. in Claud. 2. cap.* pretor, cùm exceſſiſſet è tutorum poteſtate, factuſque eſſet ſui iuris: & vt Cicero loquitur, ſuæ tutelæ. Græca quædam rimatus veſtigia vtcunque effata à librario latino, huiuſmodi ferè inueſtigaui, ἀλυχεῖ καὶ μὴν ἐν τοῖς *Sueton. in* παιδαίοις; ab iis quæ increbuere aliquantum diuerſa ſunt: etſi non admo- *Claud. cap. 4.* dum, vt hic palmarium quærere non debeam. *Extra ordinem adijceretur.* *Sueton. in* Sine controuerſia legendum paulo infra eſt. *excitabitur*, inquit, *à tropæis.* *Claud. cap. 6.* *Suet. ibid. c. 8.* Hic Tropæos intelligunt de ventorum quorundam nomine, qui Tropæi vocantur, homines, qui ad diſſimulandum quod fecerant, ſe ſtatim auertebant: vetus tamen lectio, *cropæis*, habet, ſi cui ad ſagacem coniecturam, viam patefacere forte poteſt: quod ſi ab ea paulum recedere liceret, libenter *à crepis*, legerem. nam cùm conſtet Lupercos Crepos eſſe vocatos à crepitu plagarum, quas infligebant obuiis, quidni eos, qui per ludum idem facere ſolebant, ſic vocare potuit? id tamen, vt facere Iudices ſolent in rebus obſcuris, nondum ſatis mihi liquere pronuntio. Scribit mox Claudium, *cùm obligatam ærario fidem liberare non poſſet, in vacuum lege præ-* *Sueton. in* *diatoria venalem pependiſſe ſub edicto præfectorum.* quem locum ſic cenſeo *Claud. cap. 9.* explicandum. cùm præfectis Ærarii ſuam fidem obligaſſet & oppignoraſſet omnia ſua prædia, ea lege, vt niſi ad certum diem ſolueret, vendi poſſent vt vacua; neque cùm dies ceſſiſſet, ſoluiſſet. lege prædiatoria, id

eſt,lege ea & conditione,qua obligata & oppoſita prædia fiſco vel Æra-rio fuiſſent:ſub titulo pependiſſe venalem Claudium ait. pependiſſe, id eſt,venalia eius prædia pendenti erant titulo & libello proſcripta: nam vendi videtur, cuius fortunæ & bona veneunt. Sic comedi ſenem dicit Plautus,cuius bona comeduntur:Proſcripta autem prædia ſunt in vacuũ, id eſt,ſic proſcripta ſunt quaſi in nullius mancipio & dominio eſſent: & tanquam vacua, vt qui emerent, velut in vacua irent. Et infra malo, *ve-tuit inter feſtos referri*: quàm *inter faſtos*. Quid eſt, *negantemque co-gnitionis rem, ſed ordinarij iuris eſſe*? Ordinarium ius eſt, cùm Prætor, aut qui iuriſdictioni præeſt, dat iudices, neque de re ipſe cognoſcit. Igi-tur ſibi dari iudices ille à Cæſare volebat, vt ordinarium ius poſtulat, neque enim rem eſſe, de qua deberet extra ordinem cognoſcere: nam de quibuſdam rebus maioribus,aut ad Rempub.aut exemplum pertinẽ-tibus Iudicem non dabant: ſed ipſi cognoſcebant: quæ res cognitionis dicebatur. *Abſentibus*,inquit,*ſecundum præſentes facillimè dabat,nullo dele-ctu culpæ, ne quis in aliqua neceſſitate ceſſiſſet*. in quo *abſentibus* abſolute ac-cipio,id eſt,cum quis ad vadimonium non occurrebat,& abſens erat: ac ita ceſſatores & tergiuerſatores plectebantur. ac ſecundum præſentes ſe daturum Claudius,vt Dio ſcribit,edicto proſcripſerat.Quod de Greciæ prouinciæ principe Tranquillus ſcribit, de quodam è Lycia prouincia Dio narrat: ſed & Lycij Græcis adnumerabantur. Deinceps quædam ſic legenda eſſe credo,quæ in libris excuſis à mea ſententia diſcrepãt. *Suſce-pto in ſe damno, ſi cui quid per tempeſtates accidiſſet, & naues mercaturæ cauſa fabricantibus magna commoda conſtituit pro conditione cuiuſque, ciui vacatio-nem legis Papiæ Poppeæ, Latino ius Quiritum, fœminis ius quatuor liberorum.* nec multo poſt, *riuum Anienis noui lapideo operæ*. Erat enim Anio nouus, & Anio vetus. &,*velut ad ſubitam condictámque cœnam*. &, *ibidem extraor-dinarium & breue*. *Cuius*, inquit, *officium nuptiarum & ipſe cum Agrippina celebrauit*. Sic officium ſolebant plærunque vſurpare, cùm ad nuptias of-ficii cauſa veniebatur. Iuuenalis,

— *officium cras*

Primo ſole mihi peragendum in valle Quirini. ſequitur enim, — *nubit amicus*. Sic in officio Conſulis dicitur, cùm in officii cauſa quis in comi-tatu Conſulis eſt, deductionis cauſa. Non longè hinc lego, *reuocatas li-beralitates*, non vt circunfertur, *libertates*. quod auctorib. antiquis libris confirmo. Iam leue eſt,monere vbique *Silanum*, non *Syllanum* excuden-dum eſſe. pro, *plectra linguæ titubantia*, *præterea linguæ titubantia*, re-perio in iiſdem libris: quod & probo. *Beſtiarijs*, inquit, *meridianiſ-que adeo delectabatur*. Hic quærunt, qui Meridiani ſint: ego eos gla-

diatores

Plaut. Moſtellaria Sc. Exi è culina.
Suet. in Claud. cap. 11.
Suet. ibid. cap. 15.
Sueton. in Claud. cap. 15.
Dio in Claud.
Sueton. in Claud. ca. 16.
Sueton. in Claud. ca. 18.
Suet. ibi. c. 19.
Suet. ibi. c. 21.
Suet. ibi. c. 16.
Iuuen. ſaty. 2.
Sueton. in Claud. ca. 29.
Suet. ibid.
Suet. ibi. c. 30.
Suet. ibi. c. 34.

diatores interpretor, qui tempore prandii depugnabant inermi corpore: proinde multi cadebant. Seneca, *Casu in meridianum spectaculum incidi.* (Senec. lib. 1. Epist. 7.) Sequitur mox, *quicquid ante pugnatum est, misericordia fuit: nunc omissis nugis mera homicidia sunt: nihil habent, quo tegantur, ad ictum totis corporibus expositi, nunquam frustra manum mittunt. Hoc plerique ordinarijs paribus & postulatitijs, vt in expeditione, præferunt. Quidni præferant? non galea, non scuto repellitur ferrum.* Dio, τάλε γὰρ ἄλλα, καὶ ἰὼς διὰ μέσου τῆς θέας περὶ τὸν ἰοῦ ἀείςου χειρὸν κατακοπτομένους ἥδιςα ἐθεώρει. Lege infra, *cocta vendentes.* &, *Telegonius* est in libris scriptis à Telegonone, qui scripsit domesticum augurium, an à Telegono, Vlyssis filio, nondum satis compertum habeo. Quid si Togonius legatur, pro ignobili? qualis est apud Tacitum, *Togonius Gallus*, qui & (Tacitus lib. 5.) ea de causa per ridiculum additur: quanquam fortasse *Telegonius Gallus* scribi in Tacito debet: certe videtur dicere Claudius, me putas ignobili & ridiculo Tegonio similem? vel Telegonio? Illud λοριώβαλος, (Sueton. in Claud. c. 40.) est corruptum, neque tamen veterem scripturam assecutum me confido, quamuis eam perdiligenter scrutatus sim: Græcas enim literas malè effinxit librarius: ferè tamen scriptum videbatur, ἀεὶ καὶ μῆτίνπινα: quasi suum consilium laudaret plus æquo Claudius. Quantum & augurari potui, infra vbi est, ὁ ἔρος δ' ἐπείγεται, scripsit Tranquillus, ὁ τρώσας παίσεται, (Suet. ibi. c. 43.) id est, qui vulnerauit, pœnas dabit: legitur etiam non malè, ἰάσεται.

Tranquillus in Caligula emendatus & illustratus, Destinatus augur, Attici ludi, Iconicum simulachrum, Crator, Speculatoria & Spiculatoria. Cap. 20.

Commvne & publicum humani generis malum fuit Caligula Imperator, quem non tantum populo Romano, verum etiam orbi terrarum natum Tiberius educauit. in eius vita quædam iu transcursu, eaque perpauca notaui, quæ in hoc caput extuli: pro, *vico Ambiatino*, reperio in iu- (Suet. in Calig. cap. 8.) ratæ fidei libris, *ambitarino*: nec tamen quicquam immutare ausim, lectoremq; suo hac de re iudicio relinquo. vt & non longo interuallo, pro, *vndeuigesimo*, inde *vicesimo*. (Suet. ibi. c. 10.) *Destinatus augur* dicitur, vt flamen Dialis destina- (Cap. 12.) tus, qui delectus & creatus & designatus est: etsi nondum inauguratus, cumq; nondum iustum sacerdotium sit ante inaugurationem: sed tantum destinatum: idcirco eo dicendi genere veteres vsos suspitio est. lego infra, *Vt omnibus sacramentis adijceretur, neque me, neq; liberos meos chariores habebo, quàm Caium habeo & sorores eius.* (Suet. in Calig. 15.) Id addi voluit militari iureiurando, alijsque. Quam autem *ducentesimam auctionem Italiæ* dicit Tranquillus

sublatam,

Dio in Calig. ſublatam,eam non ducenteſimam,ſed centeſimam Dio vocat:ac fortaſſe
Suet.in Calig. cap.16. ſic verius in Tranquillo ſcriberetur. Lego mox, *Ac ſi quibus regna reſtituit, adiecit & fructum.* non vt in omnib.quos viderim excuſis codicibus,*affecit:* non enim tantum eis regna reſtituit,ſed & medii temporis fructus vectigaliorum,quos amiſerant,nec perceperant,& redituum medii temporis.
Suet. ibid. cap.18. lego non longe hinc, *cùm è Gobotiana apparatum circi proſpicientem.* vt domus aut neſcio quid tale ſubaudiatur. nam quod de *lege Luciana*, aut *elegantia* hic comminiſcuntur, vt bellum ſit, certe verum nullo modo arbitror.
Suet.in Calig. cap.20. *probaſticis ludis*, *atticos lego*, vt ludos intelligamus, quales Athenis celebrari ſolebant Panathenæis, nam & illis feriis, Agonales Athenis committebantur quinto quoque anno. Quanquam in eadem vrbe etiam Liberalibus,ludi Scenici dabantur. non deeſt qui *Actiacos* legat,de quib. in honorem Auguſti Maro ſcripſit,

Virg.3.æneid. *Actiaque Iliacis celebramus littora ludis.* verum *Atticos* teſtificatus vetera exemplaria hîc & in Tiberio lego. vbi tamen hodie *Actiacos* excuſum extat.
Suet.in Tiber.cap.6. Suet.in Calig. 21. nihiloſecius & illud ſic emendo, *miſerátque iam ad dimetiendũ opus primipilarem.* nam *Caium* de nomine huius imperatoris huc inculcatum arbitror.
Suet. ibid. ca. 22. Lego, *ſimulachrum Iconicum*,quod eſt,cùm & ſimilitudinem & magnitudinem exprimit alicuius. Græca quæ ſequuntur,ſunt corrupta, vt fere ſemper in Latinis libris: nam & veteres librarii formas literarum
Dio in Calig. malè fingebant: & chalcographi deterius legerunt. lego igitur è Dione,
Suet.in Calig cap. 22. & veteri libro: *nam vox comminantis audita eſt*, ἤμ' ἀνάειρ' ἢ ἐγώσε. Eſtque Homerici verſus commatium,hoc ſenſu,aut tolle me,aut ego te. illud e-
Suet.in Calig. cap.26. tiam, *Erat enim in is M. Antonij ex Helenæ filiâ nepos*, non vſquequaque mendo vacat: nam cùm è Plutarcho & Dione filiam Antonij Selenen,id eſt, Lunam vocatam fuiſſe intelligam, & ita reperiam in veterib. libris: quidni Selenam reſtituam? Iam vbiq; *Silanum* ſcribendum eſſe conten-
Suet. ibi c.36. do: & *Mneſtorem* è Dione & libris veterib.non *M.Neſtorem*,& κολόπαιος:
Suet. ibi c.35. † Suet.ibid. cap.44. lego etiam, † *quàm Adminio Cinobellini Britannorum regis filio.* ita enim Britannorum rex à Dione in Claudio vocatur. mox etiam,*ſpeculatoribus*,
Dio in Claud. Suet.in Calig. cap. 44. pro *ſæpe latoribus.* &,† *in hoc quoq; mimo*,cùm receptum ſit,*nimio.* Mimum enim appellat,quod ea res ſcenæ,cui & fabulæ fictæ perſimilis videretur.
† Suet.ibid. cap.45. lego etiam, *gladijs depoſitis,equitatu armato circundedit*, pro, *Ætnæi verticis*,
Suet.in Calig. cap. 48. quod ſane non reprehendo, atque adeo vehementer laudo, lego in peruetuſto libro, *Ætnæi crateris.* neminem autem paulo doctiorem fallit, ſpiracula ignem euomentia, crateras dici: verum hoc adeo magis ne
Suet.in Calig. cap. 52. prætermitterem, quàm quod inſerere vellem, annotaui. Speculatoriam caligam interpretantur calceamentum, quo ſpeculatores & exploratores vti ſolerent; quæ & Spiculatoria, ſine appellatione caligæ dicitur.

Septim.

Septim.Florens de corona militis, *Speculatoriam morosissimam pedibus absoluit.* ea igitur caliga à speculatorib. vt ex eo Tertulliani loco intelligimus ad milites omnes caligatos iam peruenerat. Sed me haud pœnitet eius esse sententiæ: vt vel Spiculatoriam legeremus, vel speculatoriam propter vicinitatem literarum i. & e. pro spiculatoria audiremus. quo etiam modo Speculatorem, suprà spiculatorem intelligo. vt & in Euangelio D.Marci, ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς σπεκουλάτωρα: id est, misso Spiculatore. & Suidas σπεκουλάτωρος, inquit, δορυφόρου, id est, spiculatoris. *Senecam*, cùm dicit, *commissiones meras componere*, intelligo Senecæ scripta vilia & leuia videri, similiaque scriptis extemporalibus & subitarijs eorum oratorum, qui ludis aliquando committebantur. nam certamina poëticæ & eloquentiæ edita legimus fuisse, & scriptores inter se compositos de præmio decertasse.

Tertull. de corona milit.

Marc. cap.

Suet. in Calig. cap. 53.

De plano statuere, è Tribunali, Samiarij, Samiata ferramenta, Taurobolium, Criobolium, Libertus proximus, Proximus subscriptor, Proximus lictor, Magnarius, Æs primum flatur; deinde feritur, Alipilus, Triton. Cap. 21.

NEMO est qui ignoret, ita frequenter in libris Iurisconsultorum occurrit, quid sit, de plano statuere, cognoscere, decernere, † interloqui: quod opponitur ei, quod dicitur, E tribunali. Tribunal enim altum editumq; est, at Planum, humile nec exaggeratum: sed libratum æquatumq;. Illud etiam eiusdem generis est, solitum fuisse leges & edicta proponi in loco, vbi de plano legi possent. Fragmentum mihi legis peruetustæ & erosæ multis locis, vt contexi nusquam integra sententia posset, dono dedit Petrus Daniel: in quo legitur, *Ex hac die, qua tributi factus erit apud forũ palam, vbi de plano legi poßitur, proscribatur.* Ausonius in gratiarum actione eodẽ genere loquendi vtitur, *Has ego literas tuas in omnib. pilis, atq; porticib. (vnde de plano legi poßint) instar edicti pendere mandauero.* Et quia fragmentum adposui veteris legis antiquæ iuscriptionis cuiusdam interpretabor vocabulum obscurissimum: in ea enim ita scribitur: *Samiarijs doryphoron.* Samiarii illi qui sint, non arbitror multis esse notum. Ego eos existimo fuisse, qui creta Samia arma, ferramenta, spicula prætorianorum & satellitum Imperatoris ad nitorem fricabant tergebantque, atque exasperabant gladiorum & iaculorum aciem & cuspides: nam & in historijs hoc sensu, ferramenta Samiata reperimus. In iisdem antiquitatis monimentis Taurobolium & Criobolium, quod sæpenumero, legimus. Id verò, vt existimo, significat sacrificia taurorum & arietum. quòd cùm immolãtur, deiiciantur claua vel securi. Vt libertus primus in familia dicebatur, aliusque secundus, & quidam erat ordo: sic & libertus dicebatur proximus;

† L. 1. ff. de constit. princip. l. miles ff. ad l. Iul. de adult. l. vnius §. cogniturum ff. de quæstionib.

Fragm. antiquæ l.

Auson. in gratiar. actione ad Gratianũ Imper. discip.

mus, vt in Inſcriptione, *Soter augg. lib. proximus.* Sic & apud Cic. proximus ſubſcriptor, qui ſtatim ab accuſatore ſecundum locum obtinet, & alios ſubſcriptores antecellit: *veruntamen,* ait Tullius, *L. Apuleium eſſe video proximum ſubſcriptorem.* Sic lictor proximus dicebatur, de quo diximus. at in Inſcriptione, *L. Valerius Achilleus lictor proximus.* Salluſt. *forte eius domo vtebatur qui proximus lictor Iugurthæ &c.* & mox ait Cicero, *hunc tamen à ſubſellijs.* In quo ab Aſconio diſſentio: putat enim Aſconius patronum ſignificari non ex auditorio Prætoris & tribunalibus: ſed è minorib. iudiciis, vt Triumvirorum: cùm mihi videatur dicere Allienum in foro verſatum, ſubſelliiſque iudicialibus. cùm alii ſubſcriptores Cæcilii eſſent triumviralium cauſarum & columnarium. ideo & *tamen* addidit Cicero: non erat tamen diſertus Allienus, ſed tantum in clamãdo robuſtus atque fortis. In iiſdem inſcriptionibus, & *Magnarium* reperimus: nam ita ſcribitur, *corpus coriariorum Magnariorum.* Apuleïus quoque ſcribit, *Lupus magnarius negociator coëmerat.* Hi negotiatores videntur fuiſſe, qui multas magnaſque merces coëmere ſolebant. nam à magno, magnarius, vt à vino, vinarius deducitur. In iiſdem reperio & flatorem ærarium, vel æris: Æs enim & argentum à Monetariis primum flatur, deinde feritur: Sic ſcribitur, *Oneſimus flator æris de via ſurra.* Alipilus ibi etiam inuenitur, qui pilos alarum vellit: Dropace certe in vocabulario Latinogræco Alipilarius exponitur, δρωπακιστής. Sed inſcriptio ita habet, *M. Octauius primigenius alipilus à Tritone.* Hîc Triton ſit fortaſſe, de quo Propertius, *Cùm ſubito Triton ore recondit aquam:* ſed adfirmare tamen nolim, nec auſim.

Cic. l. in Verr. — *Inſcript. vet.* — *Salluſt. bello Iugurth.* — *Cic. 1. in Verr.* — *Aſcon. in 1. in Verr.* — *Inſcript. antiqua legis veteris.* — *Apuleïus.* — *Inſcript. ant. l. vet.* — *Inſcript. ant. leg. vet.* — *Propert. lib. 2. eleg. 33.*

Ætas, γενεὰ, *Campeſtre, Factiones, Suffragatores, & Refragatores, Spectacula, Tribus intro vocare, Remittere interceſsionem.* Cap. 22.

In Aſconio Ætatem reperio pro ea, quam Græciam γενεὰν appellant: declarat enim ſpatiũ vitæ vnius hominis: vt cum tres ætates, dicit tempus, quo deinceps proauus, auus & pater vixerunt. eius verba ſunt, *vt tribus ſupra eum ætatibus iacuerit domus eius fortuna. nam neque pater, neque auus, neque etiam proauus, vt puto, propter tenues opes & nullam vitæ induſtriam, honores adepti ſunt.* Campeſtre vocat quod ſuccingitur ab vmbilico, & ad pedes demittitur, locoque tunicæ habetur: eo vti ſolebant ludentes in campo: nam nudum eſſe turpe habebarur: & æſtate quidem pro tunica. idcirco — *campeſtre niualibus auris,* dixit Flaccus: quod eo tegmine aduerſus rigidam hyemem non ſatis defendi quis poſſet ſemicincto corpore. De Catone autẽ ita ſcribit Aſconius, *Cato prætor iudicium, quia æſtate agebatur ſine tunica exercuit campeſtri ſub toga cinctus.* Factiones aqud eum ſunt hominum cœtus & tanquam caterua, quas vulgo Bendas appellamus.

Aſcon. in orationem pro M. Scauro. — *Horat. lib. 1. epiſt. 11. ad Bullatium.* — *Aſcon. in orat. pro M. Scauro.*

mus. ſic enim inquit, *Sæpe inter ſe Milo & Clodius cum ſuis factionibus Romæ depugnauerant.* iterum, *factionibus armatorum ſuccincti.* Vt ſuffragatores dicuntur, qui in honore & petitione fauent & adiuuant: ita ab Aſconio refragatores appellantur, qui aduerſarij ſunt & refragantur. eius verba ſunt, *Etenim acerrimi ac potentiſsimi fuerunt Ciceronis refragatores cùm petijt conſulatum.* Spectacula non ſunt, vt vulgo, ludi apud eum in commentario in orationem pro Cornelio: ſed pulpita ipſa, & fori, vnde homines ſpectant ludos: Inquit enim, *paſſum eſſe Scipionem ſecerni à cætero conſeſſu ſpectacula Senatorum.* id eſt, loca vnde ſpectabant ludos, aut munera gladiatoria Senatores. Tribus intrô vocare apud eundem, eſt tribus ad ferendum ſuffragium vocare. hæc loquendi genera antiqua, noſtra penitus memoria obſoleta, renouanda ſunt, in vſumque reuocanda: vt cùm diu in tenebris iacuerint, tandem aliquando lucem vitemque poſtliminio accipiant. hic autem ait, *Introvocare tribus Gabinius cæpit, vt Trebellio magiſtratum abrogarent.* Sed & ita quoq; Cicero loquutus erat, cuius hæc verba ſunt, *nec criminoſius tribus ad legem accipiendam, quàm ad collegam reddendum priuatum introuocare.* Remittere interceſſionem, eſt intercedere, deſinere, intercedendique finem facere. *Remiſit*, inquit Aſconius, *interceſsionem Trebellius.* hæc quidem ingenio non indigebant, quo obſcuritas remoueretur, ſed opera & induſtria, vt colligerentur. neque nos ingenij fructum hinc expectamus, nec magnoperæ induſtriæ præmium vel operæ precium.

Aſcon. in orat. Cic. pro Milō. Aſcon. ibid. Aſcon. in orat. Cic. in toga cand. cōtra C. Ant. & L. Catil. Aſcon. in orat. Cic. pro Cornelio maieſtatis reo. Aſcon. in orat. Cic. pro Corn. maieſtat. reo. Aſcon. ibid. Aſcon. ibid.

Diuiditur ferrum regno, Cic. pro Cœlio illuſtratus, Riuales, Chariſius de Apocopa illuſtratus & emendatus, Do, pro domum apud Ennium, Laudari nolebant veteres ab aliquibus præfiſcinè. Cap. 23.

Cvm calamum in manus ſumpſimus, memoriam interrogamus, vt aliquid ſuggerat, quod ſcribamus: atque quicquid illa vel dictat, vel mouet, chartæ mandamus: nec magnopere laboramus, vt quæ in caput vnũ coniicimus, inter ſe cohæreant. Quod igitur à Lucano ſcriptum eſt, *Diuiditur ferro regnum,* mihi videtur, ne longa ambage verborumque ambitu lectorem fatigem, aut angere velle videar, ſumptum loquendi genus ab execratione Oedipi, qui liberos abominatus ſuos, optauit, vt ferro regnum paternum diuiderent. ſed acta tanquam cauſa, teſtes audiendi ſunt. Æſchylus, ξένος δὲ κλήροις ἐπινωμᾷ

χάλυβος σκυθῶν ἄποικος κτεάνων

χρηματοδαίτας πικρός, ὠμόφρων σίδαρος. Iterum,

δισσῷ στρατηγῷ διέλαχον σφυρηλάτῳ

σκύθῃ σιδήρῳ, κτημάτων παμπησίαν. Interpres, ἐπηράσατο ὁ Οἰδίπους διά ξυφῶν

Lucan. lib. 1. AEſchyl. Επτὰ ἐπὶ Θήβαις. AEſchyl. ibid. AEchyl. Interpres.

φῶν τὴν οὐσίαν αὐτοῦ μερίζει τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ. Sed nos velut desulutores à poëta ad Oratorem transiliemus, in quo, quod receptum est & editum reprehendemus: & veram germanamq́ue dictionem suo tanquam in lare collocabimus, veteris grammatici auctoritatem potius secuti, quàm nostrā sententiam. Quod enim hodie pro Cœlio sic legitur, *Sin autem est riuulus accersitus, & ductus ab ipso capite accusationis vestræ, lætabor.* Donatus in Eunuchum legit, *Sin erit ex illo fonte riualis.* amœna iucundaque vocabuli ambiguitate. cùm Riuales sint, qui propinquos possident agros riuo: & Riuales, qui eandem mulierem amant. Riuulus tamen ne dissimulem quod sentio, vituperare aut damnare nullo modo possum: sed veteris Grammatici sententiam antepono meæ. Hinc ad Charisium transimus, in quo de Apocopa differente, illud nullo modo intelligo quod detractionem syllabæ habere dicit, *Tendo suam, hoc est domum.* lego igitur, *endo suam do, id est, domum.* Exemplum est ex Ennio sumptum, qui do, pro domum dixerat. Itaque & in Auson. monosyllabis sic scribendum est,

Cic. pro Cæl. — *Donat. in Eunuch. Terent. act. 5. sc. 9.* — *Charis. lib. 4. institut. Grā-mat.* — *Auson. Edyllio 16. in monosyllabis.*

> *Vnde Rudinus ait diuum domus altisonum cel*
> *Et cuius de more quod adstruit, endo suam do.*

Laudari interdū ab aliquib. antiqui metuebant: aliô enim properamus, & eam laudem vim fascini habere credebant: vt & apud Plinium legimus quorundam laudatione interire probata: & apud Maronem, *Aut si vltra placitum laudarit.* Idcirco ab illis, à quibus id metuebant addi præfiscinè volebant, quod est sine fascino, vt testarētur eo aduerbio, non se fascinandi voluntate, sed laudandi animo sine liuore vllo, candideque sese loqui. Insigne mihi videor apud Charisium huius rei exemplum & adscriptu dignissimum legisse. Ait Charisius, *Præfiscini, Titinius in Setina, Paula mea amabo.* ecce qui loquitur, Paulam puellam laudare parabat: altera sequitur mox persona, quæ id metuit, & præfiscini, metu fascini addi postulabat ad laudem. *Pol tu ad laudem addito præfiscini, ne puella fascinetur.* Sic capita absoluimus & iungimus, vt est apud Poëtam, gryphas equis.

Plin. lib. 28. c. 4. — *Virg. Eclo. 7.* — *Charis. lib. 4. institut. Grā-mat.* — *Charis. ibid.* — *Virg. Eclog. 8.*

Sentulatum, Sentulæ, Cæsar lib. 3. comment. bell. Ciuilis explicatus & restitutus, διισθμονίζαι, ὑπερισθμίζαι, Chamulci. Cap. 24.

SCVTVLATVM araneorum rete apud Plinium à Grammaticis exponi video rotundum, quam in sententiam fere vadunt omnes: ego quominus eis adsentiri debeam adferre possum. nam cùm Scutulæ non sit rotunda forma, quo tandem pacto scutulatum rotundum esse possit? ego scutulatum esse sentio, quod scutulas habet, quales in araneorū reti plurimæ sunt. nam cùm in ambitum orbes filis aranei multis plurimos circinent à centro transuersa subtomina quoquouersum distendunt, quæ orbes

bes fecantia multas fcutulas reddunt. Eft enim fcutulæ forma quadrata
oblongior: cùm igitur plurimæ fint in ea tela quadræ, id eft, fcutulæ,
proinde Scutulatum rete dicitur. Eam autem effe formam fcutulæ con-
firmare poffum auctoritate Cenforini, ita fcribentis, *Heteromecos, qua-* Cenforin. cap.
drangulum nec latera habet paria, nec angulos rectos fimile fcutellæ. Et certè 22.
cùm fcutum quadratum & oblongum fit, fcutella & fcutula, quæ dimi-
nutionis figura ab eo deducuntur, eandem figuram habebant. Illud ve-
rò obfcurius eft, quod lib. 3. Commentariorum de bello ciuili à Iulio
Cæf. fcribitur, *Quatuor biremes fubiectis fcutulis impulfas vectibus in inte-* Cæfar lib. 3.
riorem partem tranfduxit. Planè diferteque illud defcribit tum factum, de bell. ciuil.
quod Corinthij aliâs, & multi alij fæpe in ifthmo fecerunt: quod διισθμε-
νίζειν appellabant, & ὑπερισθμίζειν: quod erat naues è mari in mare per dif-
crimen terræ machinis tractas traducere. id autem, vt è Polluce cogno-
fcimus, fiebat fubiectis phalangis. Phalangæ autem illæ, vt credo, ligneo-
rum cilindrorum verfabantur vectibus, & impellebantur: ita nauis tra-
ducebatur. Eius verba funt, τὰ δὲ τῶν νεῶν ξύλα, οἷς ὑποβληθεῖσιν ἐφέλκον- Pollux lib. 7.
ται αἱ νῆες, φαλάγγες, καὶ φαλάγγαι. Sed & erant machinæ quædam & in- Onomaftīcon.
ftrumenta, quibus trahebantur: & Chamulci eodem auctore vocaban-
tur. Eft & Chalmucorum mentio apud Marcellinum. His ita pofitis Marcell.
quærendum effe videtur, quis effe locus poffit in trahendis & traducen-
dis nauigiis fcutulis. Equidem non poffum difpicere, cui poffunt effe
vfui, & vt adfolet, continuo ad coniecturam & fomniorum interpre-
tes confugi, quæ fi vana eft, alios ad melius & fagacius coniectandum
excitabit. Ac principio quidem fcytalis legendum fufpicatus fum: ad-
ducebarque & vicinitate vocabuli & propinquitate fignificationis pha-
langarum: Deinde cogitare cœpi potius verifimile effe attractum fu-
peruacaneum s. quam in literam definebat vocabulum antecedens;
cumque fcriptum fortaffe fuiffet *rutulis*. Nam & rutundum fæpenume-
ro pro rotundo legimus, acceffione illa literæ s. redundantis factum ef-
fe *frutulis*, poftremo fcutulis. nam paruulæ rotulæ axibus traiectæ naui-
gia traducere poterant Chamulcis. nec eft infolens dici rotas fubiici,
cùm Maro fcribat,

— *pedibufque rotarum* Virg. 2. æn.
Subijciunt lapfus.

Atque in eam fententiam difceffionem feci. Accedet & corolla-
rium ex eifdem Commentariis, in quibus ita fcribitur in antiquis de-
prauatè, *cohortemque poftea duplici ftipendio, frumento, vefpeciarijs mili-* Cæf. lib. 3. de
taribus donis ampliffimè donauit. legendum autem crediderim, *vefte pecu-* bell. Ciuil.
niarijs militaribus. nam & infra fic loquitur, *præmiaque rei pecuniariæ magna*

tribuerat. Errorem autem exortum eſſe reor è ſcripturæ compendio, cùm vrſ. pro veſte, peciariis pro pecuniariis notatum breuiter eſſet. Plauſtris etiam & rotis naues Annibal tranſportauit, vt à Liuio ſcribitur & Silio: qui & coria cruda ſubiecta ſcribit, vt per lubricum facilius laberentur.

Liuius lib.24. ab vrb. cōdit. Silius Ital. lib. 12.bell. Punici.

Lubrica roboreis aderant ſubtramina plauſtris
Atque recens cæſi tergo prolapſa iuuenci
Æquoream rota duxit per gramina puppim.

Cæſ. lib.2. bell.cin.

Cæſar lib. 2. phalangis tranſfert. *Phalangis*, inquit, *ſubiectis ad turrim hoſtium admouent.*

Alabarches & Arabarches & Ethnarches, Virg. 1. Georg. explicatus, Intuba, Incidere faces, Faces nuptiales, Inſpicare, Mænalij verſus, Ternio dijs gratus numerus. Cap. 15.

Iuuen. ſaty. 1.

VERSVS eſt Iuuenalis Grammaticorum indigens lucubrationibus,

— *inter quas auſus habere*
Neſcio quis titulos Ægyptius, atque Arabarches.

Ego verò fere legendum eſſe crediderim *Alabarches*, qui & Arabarches hic dicitur. Alabarches autem erat Alexandriæ magiſtratus, qui Iudæis præerat Alexandrinis: ferè enim vrbis dimidium à Iudæis iam inde à conditore Alexandro poſſidebatur, vt è Philone cognoſci poteſt. Itaque per contemptum quoque Arabarches, vel Alabarches dici videtur, è Iudæorum deſpitientia & deſpicatione, qui omnibus inuiſi contemptique erant.

Lib.2. Epigrā. Ioſeph. lib.22. c.5. bell. Iudaī. Ioſeph. lib.22. c.3. bell. Iudaī.

In Epigrammatum ſecundo ſcribitur, ἐξ ἀλαβαρχείης γραμματικοῦ γέγονεν. Ioſephus, *Primi inter Alexandrinos Iudæos tam opibus quàm genere, & tum Alabarchiæ magiſtratum gerentis.* Iterum, *Eius Alexandri filius, qui Alabarchæ magiſtratum geſſit Alexandriæ, omnium in ea vrbe ſuo tempore ditiſſimi, qui etiam erga deum pietate ſuperauit filium.*

Ioſeph. lib.19. cap.4. bell. Iud.

Alio loco Ethnarcham appellat, vt lib. XIX. *Nullamque de eorum iure controuerſiam extitiſſe etiam cum Aquila præfuit Alexandriæ: permiſſumque eis ab Auguſto, vt in defunct. Ethnarchæ locum, alium ſuis ſuffragijs ſubſtituerent.* Ecce quem ante Alabarchem appellauit, hic eundem magiſtratum perſpicuè Ethnarchen vocat: Quib. verbis adducor, vt credam Alabarchen & Arabarchen eundem eſſe eius gentis principem, & Ethnarchen etiam nominari. apparetq; r. literam aſperioris & vehemētioris ſoni: quanquam in Arabarche liqueſcētem magis tamen emollitam in lambda abiiſſe fortaſſe quodam Alexandrinorum idiomate: nam quia Iudæi finitimi ſunt Arabię, eos etiam fortaſſe Ægyptii Alabas appellabant. Ergo vel Alexander vel Demetrius Iudæi, iidemq; Alabarchę ſtatuas inter triumphales habuerāt, & Criſpinus Ægyptius. Sed à Satyra ad Epos me conuertam & quæram,

cur

cur cùm Maro de noxis & peftibus fegetum fcriberet, addiderit ad improbos anferes Strymoniafque grues,

— *& amaris intyba fibris* Virg.1.Georg.

Officiunt? Sed profectò dupliciter Intuba nocere poffunt: tum radicum fibris ferpentium terramque defrugantium, & triticum angentium: tum anferum illecebris mirè hoc olus expetentium. quam etiam crediderim caufam fuiffe, cur poft anferes Intuborum mentionem fecerit. Columella de anferib. loquens, *Paluftris quoque fed herbidus deftinetur, atque alia pabula conferantur, vt vicia, trifolium, fœnum græcum, fed præcipuè genus intubi, quod σέρειν Græci appellant.* At verò in illo Virgiliano, *Mopfe nouas incide faces.* Quod de facib. nuptialib. dicitur, ita accipiendum videtur, vt incidantur, cùm infpicantur, id eft, in fpicæ fimilitudinem incidantur, vt facilius ardorem concipiant: inciduntur enim in longum minutis virgulis. Id infpicare dixit in Georgicis, Columell. lib. 8. cap. 14. Virg. eclog. 8.

— *ferroque faces infpicat acuto.* Illud autem, Virg. 1. Georg.

— *tibi deferit Hefperus* OEtam. eft tibi oritur. Stella enim ex altiffimis videntur oriri montibus. Catullus, *Iamdudum* OEteos *oftendit noctifer ortus.* Mænalij verfus funt verfus paftorales à Mænalo monte Arcadiæ paftorum gregibus celebrato; atque adeo tota erat Arcadia paftoralis fuorum montium æftiuis & hybernis. At verò, Virg. Eclog. 8. Catull. in carm. nuptial.

Terna tibi hæc primum triplici diuerfa colore
Licia circundo: terq; hæc altaria circum
Effigiem duco: numero deus impare gaudet. Ex antiquorum Latinorum & Græcorum ritu & ceremonia fuperftitiofa dictum eft, qui in rebus diuinis ternionem numerum folebant adhibere, dijs gratum acceptumque exiftimantes effe. Ariftoteles de cœlo, de ternario loquens, διὸ παρὰ τῆς φύσεως εἰληφότες ὥσπερ νόμους ἐκείνης, καὶ πρὸς τὰς ἁγιστείας τῶν θεῶν χρώμεθα τῷ ἀριθμῷ τούτῳ. Hæc ego apis more & modo velut ex graminibus carpere ftudui, vt iftius capitis tanquam mellificium quoddam extaret. Virg. Eclog. 8. Arift. de cœl. lib. 1. cap. 1.

Pueritia vt inftituebatur in Græcia, ὄχημα, Vehiculum, Mariana quercus, Bucolica quare fcripta à Marone, Cornificius, Silo, Mafsiliæ vrbis conditor, Iuftinus emendatus, Pitillus, Mitulus, Ionica imago. Cap. 26.

In hac fegete farraginem in omni genere frugis obferam: iuuat enim indulgere varietati, quam & in ludicris confectamur & fpectaculis. Sic pueritia in Græcia inftituebatur, vt literas difceret, palæftram, muficam: vt è Xenophonte in Laconum Repub. apparet; fic fcribente, αὐτοὺς δὲ πέμπουσιν εἰς διδασκάλων, μαθησομένους καὶ γράμματα, καὶ μουσικὴν, καὶ Xenoph. in Repub. Laconum.

τὰ ἐν παλαίστρᾳ. Ex eo ſcripſit Terentius in Eunucho, *Fac periculum in literis,*

Terent. Eunuch. act. 3. ſc. 2. *Fac in palæſtra, in muſicis: quæ liberum*
Scire æquum eſt adoleſcentem, ſolertem dabo. Vt ὄχημα apud Græcos non tantum carpentum aut currum ſignificat: verum etiam iumentum, quo vectamur, vt apud Ariſtophanem annotant Grammatici:

Grammatici Græci. Sic apud Latinos vehiculum. quod niſi ita eſt, velim aliquis mihi dicat, cur lege Oppia cautum erat, ne mulieres iuncto vehiculo vterentur: Iunctum enim vehiculum hic pilentum eſt, quod iunctis trahitur iumentis: quaſi etiam ſit quoddam vehiculum non iunctum. denique quicquid vehit, vehiculum eſt: vt & nauis apud Plautum Quercus Mariana, quam fingit in Mario. & in lib. de legibus recordatur, fortaſſe ex eo nominata

Cic. lib. 1. de legib. ſic fuerit à Cicer. è conſuetudine ruſticorum & paganorum, qui ſolebant natis liberis, virgas pangere, quæ in arbores adoleſcerent, & eorum nomen ferrent.

Donat. in vit. Virg. Id eo coniicimus quia Ælius Donatus in vita Virgilii ſic ſcribit, *Siquidem virga populea more regionis in puerperijs eodem ſtatim loco depacta ita breui coaluit, vt multo ante ſatas populos adæquarit: quæ arbor Virgilij ex eo dicta atque conſecrata eſt.* fortaſſe igitur quicquam de Mario tale in poëmate confinxerat: nos tamen iſta non adfirmamus, ſed vaticinamur. Extant epigrammata Catulli ad Varum multa: vnumque ad Alphenum: ſed ea omnia ad eundem ſcripta arbitror, cùm Alphenus, Varus vocaretur.

Donat. in vit. Virgil. Tiberius Donatus à Marone ſcripta dicit Bucolica potiſſimum, vt Aſinium Pollionem, Alphenum Varum, & Cornelium Gallum celebraret. Sed & Cornificius ad quem ſcribit, aut Rhetoricorum ad Herennium auctor eſt, aut poëta ille Cornificius, qui Maroni infeſtiſſimus fuit, vt idem Tiberius refert. Ille etiam Silo, cui amarulenti epigrammatis atrociſſimam notam inurit, fortaſſe philoſophus fuit Epicureus, cui Maro in Philoſophia dedit operam: hoc tamen à nobis cunctanter nec ſatis fidenter adſcriptum eſt. Maſſiliæ clariſſimæ & antiquiſsimæ in Gallia vrbis nomen conditoris contra quàm in antiquitatis acta relatum ſit, video Peranum exiſtimari, cùm is fuerit Protus.

Iuſtin. lib. 43. Itaque in Iuſtino ſcribendum eſt, *Plures ſolicitauere duces clariſsimos,*

Iuſt. ibid. *qui ſe Proto iunxere: itaque ad regem &c.* iterum, *aquam Proto porrigit,* non, vt ſcribitur, *Perano.*

Plutarch. in Solon. Plutarchus in Solone, ἔνιοι δὲ πόλεων οἰκισταὶ γεγόνασι μεγάλων, ὡς καὶ μασσιλίας πρῶτος, ὑπὸ κελτῶν τῶν περὶ ῥοδανὸν ἀγαπηθείς.

Plaut. Aſinaria ſc. Cur me retentas? Pitillus apud Plautum, paruum eſt: voce, vt opinor, deducta à μίτυλλον: quod Doribus, vnde mutuantur vocabula potiſsimum Latini, ſignificabat νήπιον, id eſt, paruum: niſi potius à πτίλῳ. Sed de pitilli origine non ſatis fortaſſe hinc conſtiterit: videtur tamen

Mitu-

Mitulus in ædificiis, quod ſcilicet extra prominet, aliquidque ſuſtinet inde appellatum. etiam & μίτυλλον ſignificat ἔσχατον, id eſt, extremum. Imago Iconica eſt apud Tranquillum, quæ magnitudinem, formam, omniaque ad vnguem alicuius lineamenta reddit. Athenæus, ἵδρυτο δὲ ἐν αὐτῷ τῆς τῶν βασιλέων συγγενείας ἀγάλματα εἰκονικὰ λίθου λυχνέως.

Suet. in Calig. cap. 22.

Athen. lib. 5.

Glauci oculi, Noctuini & Herbei & Felinei oculi, Fauces lippire, Paredia, Perbibeſia, Claßia, Centauromachia, Libya Conterobromia, Periuri in comitio, Comitiales homines, Cluacina, Cluere, Leucadia, Græcoſtaſis, Axicia, Exicare. Cap. 27.

VT ſæpius olim actæ ſunt eædem fabulæ Plautinæ: ſic in noſtram tanquam ſcenam ſæpius venient. Recordor me ex Curgulione iam quædam explicaſſe, nunc eaſdem operas reddemus, & ex ea fabula quædam explanabimus. Glaucos oculos Romani non perinde amabant: nigros enim magni faciebant. itaque ad ludibrium, cuius erant oculi glauci, ea noctuinos oculos habere dicitur in ea comœdia, de auis inauſpicatæ, cuius tales oculi ſunt, nomine petita illuſione. *Tun' etiam*, inquit, *cum noctuinis oculis, odium me vocas?* Eos oculos virides vulgo dicimus. Ac æquè amaro ioco per comicam laſciuiam herbeos poëta vocauit. *Cum collatiuo ventre atque oculis herbeis.* Eos oculos etiam felineos appellabat, quod tales felium ſint. Seruius, *Glaudi*, inquit, *ſunt felineis oculis*, id *eſt*, *ſplendore perfuſis*: Illud autem pariter theatrali dictum petulantia eſt,

Plaut. Curculione ſc. Placidè egredere.

Plaut. Curc. ſc. Migrare certum eſt.

Seruius in 3. Georg.

Perdura dum inteſtina explutescunt tibi
Nondum ſalſura ſat bona eſt, ſi id feceris,
Venire poteris inteſtinis vilius. Hic planè laſciuit poëta quadam gari & liquaminis imagine, quæ ex inteſtinis piſcium putridis quadam tabe & ſalitis fiebant, careque venum ibant. Cæterum, *Quin capite ſiſtat in via de ſemita*, valet: quin in caput præceps à me detur, atque ita ſiſtatur humi porrectus in via, quam ita arctam reddebat, vt ſemitam faceret: nam locum ruina aperiam & laxabo & de ſemita viam faciam. Iocoſa etiam & audaci tranſlatione famelici fauces dicit lippire, ex eo credo, quod cùm in fame os amareſcat, ſaliuaque concretior reddatur & hæreſcat faucibus, dentibus, palato, & arenoſa etiam quædam ore patente fila lentore ſuo deducat, lippitudinem oculorum imitari videtur. *Os*, inquit, *amarum habeo, dentes plenos, lippiunt fauces fame.* Venuſtè porrò vt nihil ſupra, *Peredia* & *Perbibeſiam.* vt prouinciatum nomina commentus eſt, ita vt prius perediæ nomen referat, & eſca tamen comitem continuo potionem, quæ Perbibeſiæ nomine exprimatur,

Plaut. Curc. ſc. Migrare certum eſt.

Plaut. Curc. ſc. Date viam mihi.

Plaut. Curc. ſc. Date viam mihi.

Plaut. ibid. ſc. Beatus videor.

Plaut. ibid. ead. ſc.

attrahat. Claſſia verò vnimammia figura comica & fictione exercitum Amazonum ſignificat, cùm & Claſſis exercitum declaret: & conſtet ferramento candente alterutram ſibi aduſiſſe mammam Amazones, vt vna tantum eis reliqua eſſet: ſed tantum exercitum pro terra Amazonum audiri vult, & regionum terminatione formauit. Quin & Centauromachia ilocalariter hic Theſſaliam ſignificat, cuius olim partem tenuiſſe Centauros è poëtis notiſſimum eſt. *Libyamque oram omnem Conterebromiam*, cùm dicit, iocatur nouato verbo ſignificans omnem illam terram, quam Liber pater exercitu luſtrauit, quanquam obeundo contritus & fatigatus eſt. Non ſine cauſa periuros dicit in comitio eſſe. nam in comitio vbi ius dicebatur, erant litigioſi: & Comitiales homines, qui religionem iuriſiurandi parum colere nouerant: *Mendacem & glorioſum apud Cloacinæ ſacrum* eſſe narrat, quod, vt ſuſpicor, quamuis Cluacina à purgando, vt Plinius refert, dicta ſit: tamen etiam in Cluendi nomine, vnde eius proficiſcitur veriloquium, ineſt celebritatis ſenſus: cùm Cluere ſit nominari, celebrari: non igitur ab re, qui gloriæ ſtudebant, apud Deæ illius ſacrum ſæpe erant. At verò, *Leucadiam Oppiam*, cùm dicit, vt opinor, domum intelligit Libertæ Oppiorum, quæ Leucadia vocabatur, in foroque habitabat: certe in illa erat vrbis regione Oppiorum domus, cùm ænigmaticè *Oppios de Velia* nominet ad Attic. Cicero. Legi in peruetuſto libro, *apud Leucadiam Operiam*. vt ſit expectabo apud Leucadiam. atque ita locus aliquis in foro ſic appellatus fuerit à Leucadijs, quod eorum eſſet ſtatio: vt Græcoſtaſis, à Græcis nomen habebat. nam non poſſum adduci, vt eum ſuſpicer ad Leucadiam Menandri comœdiam reſpexiſſe, quam poſtea vertit Afranius: immò verò ſignificat ſtationem Leucadiorum. vt enim Oræcoſtaſis Græcorum ſtatio dicebatur: ſic Leucadia, ſtatio illic erat, vt & in foro municipia habebant. *Axicia* autem eſt forpex, quo ſecantur capilli, quaſi exicia, ab exicando. Nam exicare pro exſecare dicebant: vel ab adſicando Axicia, quaſi aſsicia, vel adſicia. Sed & ſuum Plaudite hoc caput peruenit.

Plaut. ibid. — Plaut. ibid. — Plaut. Curc. ſc. AEdepol nugatorem. — Plaut. ibid. — Plin. lib. 11. cap. 29. — Plaut. Curcul. ſc. AEdepol nugatorem. — Cic. lib. 7. ad Attic. epiſtola de Vennonianis. — Plaut. Curc. ſc. Quoi homini dij ſunt propitij.

Maro explicatur 10. Æneid. Orion ſuper mare ambulat, Vitruuius emendatus & illuſtratus, ἀρπεδόνη, Climacis, Dextra & Siniſtra vim præpoſitionis habent. Cap. 28.

Virg. 10. æn.

— *quam magnus Orion*
Cùm pedes incedit medij per maxima Nerei
Stagna viam ſcindens humero ſupereminet vndas. Maro non potuit vlla cum ratione magis proceritatem corporis ſignificare, quam inceſſum per altum humeris extantibus referendo: nec dubito quin bonos aucto-

res

res in eo de Orione commento secutus sit; & eam fabulam respexerit, quod Seruius narrat. Orioni tamen alij datum à patre Neptuno fuisse tra- *Seruius in 10. æneid. Virg.* dunt, vt super mare ambularet, vt Iphiclo super aristas segetis. Ac super mare eum prædicant ad Vulcanum Lemnum ab Oenopione cæcatum venisse: auctor Theon in Aratum & Higinus: id si ita est, cur in vadum *Theō in Arat.* descendere pedibus necesse ei fuit potius quàm suspensâ per æquora plã- *Higin. lib. 2. de signor. cœlest. histor.* taire? Sed fabulis & poëtis idem iuris est, vt licenter nisi loquantur & mendaciter modo hoc, modo illud nugentur, suo muneri desint. Ergo, ne hoc caput breuitate nimia deforme sit vt pumiliones, rideatur potius dissimilitudine, quàm paruitate contemnatur; quæ mihi in præsentia ex Vitruuio veniunt in mentem verba, non satis probè nota, excutiamus, & si possimus, emendemus. Quandam scribit esse stellarum fusionem nomine ἑρμηδόνην, sic enim excusum omnibus in exemplaribus reperimus: ac eo vocabulo tanquam quædam Mercurii delitiæ intelliguntur. Ego tamen libentius legerim ἁρπεδόνην. Scribit enim Hesychius, ἁρπεδόνη τῶν ἀμαυρῶν ἀστέρων σύγχυσις. quæ verba eam notitionem exprimunt, quam Vi- *Vitruuius lib. 9. cap. 7.* truuius declarat, &, vt opinor, pudens & verecunda est tam exigua literarum summutatio. Apud eundem scriptorem in machinarum oppugnatoriarum descriptione nomen *climaciclos* reperitur: ego vero iusto sacramento contendere ausim scribendum esse *climacidos*. Est enim climacis, scutula. Legitur & in eo, *Cheloni replum*. Ego verò, si quis capitalem meã *Vitruuius lib. 10. cap. 17.* non sit opinaturus audaciam, & nimis proiectam, correxerim libentissimè, *Chelonij peplum*: præsertim cùm interpretetur ipsemet Vitruuius *operimentum securiculæ*. *Crassitudo sucçulæ*, vt in veteribus archetypis exem- *Vitr. lib. 10. cap. 15.* plaribus, non vt hodie per libros peruasit, *scutulæ*. pro, *Carchebi succularum*. si nihil forte sit, quod dicam, existimer lusisse, & cachinnos mouere voluisse: veruntamen pro *Carchebi*, legendum suspicer *Trachelij*, vel *Vitr. ibid.* *Tracheli*: aliquando *Carchesij* suspicatus sum: sed illud alterum omnino ad sensum accommodatius videtur. Lego etiam, *securiclatis cardinibus fi-* *Vitr. ibid.* *xa*. non, vt scribitur minus constanter, *fixam*: Sensus enim nominandi casum exigit, non accusandi. *Dextra* ac *sinistra* vim præpositionis ha- *Vitr. ibid.* bent: vt & pridie & postridie. Cal. & Nonas & Idus in consuetudine auctorum est frequentissimum. Nihilosecius lego, *Regulæ duæ in quas indi-* *Vitr. lib. 10. cap. 15.* *tur succula habentes*. non vt percrebruit, *habens*. id enim non ad sucçulam, sed regulas referri debet. Hæc ego supplementa huic capiti è Vitruuio corrogaui in multis interdum conniuens, quæ illis in capitibus reperi: quæ quis, obsecro, in hac ludicra opera à me dissimulata merito conqueri poterit, cùm à doctissimis viris ex professo ea tractantibus præterita animaduertet? Non obscura rimamur, dum sic Scriptores peragramus, vt

hos libros confarcinemus: sed innatantia & in oculos incurrentia quæque primo animi adiectu intellecta festinanter non remorantur diutius.

Thessalus saltus, Thessalicum nomisma, Nomisma, Nonius explicatur, Maronis epigramma emendatum, δάκτυλος ἡμέρα, δάκτυλος ἠώς. Cap. 29.

Horat. in art. poët.

Hic variare volo, non, vt ait Flaccus, rem prodigialiter vnam, sed vnum caput farrago quædam erit ex omni genere tanquam leguminum: quisque quod ad palatum facit, gustet: quæ non amat, aliorum relinquat palato. Thessalus saltus, qui in prouerbium abijt, mihi videtur esse ab Achille ductus. Cùm enim esset oraculo sors edita, eum, qui è Græcorum nauibus primus exiliret in hosticum Troianum agrum, interfectum iri: mox ante alios Achilles non ante descẽdit, quàm interfectum vidit Protesilaum, qui primus descensionem fecerat: nam tum denique magnum è naui dedit saltum, vt percussa terra tremuerit & fontem aperuerit. Hinc illud Euripidis, τὸ πρωικὸν πήδημα πηδήσας ποδοῖν. Et Lycophron, ὅταν πελασγὸν ἅλμα λαιψηροῦ ποδὸς εἰς θῖν' ἐρείσας. Thessalicum nomisma, quod in prouerbium de fraude abijt & dolo: non tam de pecunia, quàm de consuetudine Thessalorum accipi videtur, qui perfidi, vt à Demosthene dicitur. νόμισμα enim non tantum nummus est; sed etiam mos, consuetudo. Sed eò est paræmia iucundior, quod in ea voce inest ex ambiguo iocus.

Eurip. Andromach.
Lycophron.
Demosth. olynthiaca prima.

Versus, quos è Menippeis Varronis adfert in Cinædi explicatione Nonius, qui diametri sunt Catalectici, sic legendi sunt ex antiquæ notæ codicibus Merentis vt quietus ac dimissior probandus,

Non. Marcell. in Cinædi.

Ἀχιλλέως ἡρωικῶς, ἰωνικῶς κιναίδου. id est, melior est quietior in luctu & mœrore siue heroïco more luget vt Achilles, siue Ionico, vt Cinædus, *Corinthiorum amator iste verborum.* in epigrammatis Maronis legimus, & apud Fabium. Ego ex veterib. codicib. *Hermætiorum* legere malim, vt verba sint ab Ætiis Callimachi sumpta. nam non in mollia vel delicata vsurpantem hoc dicitur, sed obsoleta & ignota ac prisca: quibus poëma Callimachi redundabat. Proinde & eundem illum verba tam prisca balbutientem, *Thucydidem Britannum* vocat, vt ab atticismo alienissimũ. vt & iocatur Atticas esse febres illudens. Apud Alcæum & in Epigrammate scribitur prouerbialiter, δάκτυλος ἡμέρα, &, δάκτυλος ἠώς, id est, digitus dies, & digitus aurora. Quæ ferè omnes ad humanæ vitæ breuitatem referri censent, à quibus dissentio. Puto enim potores illis in auctoribus dicere sibi lumine lucernæ nihil esse opus, seque sine lychno bibere posse: cùm digitus, qui pocula labris admouet, lucerna non egeat, viceque sibi lucernæ sit. Id eo mihi verisimilius fit, quod & Alcæus apud Athenæum

Virg. in Epigram.
Quintil. lib. 8. cap. 3.
Virg. in Epigr.
Alcæus apud Athenæum lib. 10. cap. 9.

næum ſcribit eodem in loco τί τὸν λύχνον ἀμμένομεν; quaſi lucerna non ſit opus, & digitus non lucerna tantum ſit, ſed etiam dies. Sic & in Epigrammate, *Alcæus apud Athenæum lib. 10. cap. 9.*

ἢ πάλι κοιμιστὰν λύχνον ἰδεῖν μένομεν; Quo oſtenditur lucernam non eſſe expectandam. nolim tamen quiſquam ſententiam meam, calculum eſſe Mineruæ putet, quæ coniectura nutante potius vacillat, quàm firmo decreto nititur. *Lib. 7. Epigrammat.*

Dum cucumere veſcimur, Chlænam texamus, Chlænæ, σελήνια, Calui cur dicantur à Syneſio, Vrbem qui perdidit, Tyrogneſtim cepit, Catana, κάθαπτε, λύεις, Nodum ſoluis, Onerare Zamiam, Iunonius puer. Cap. 30.

PRÆCIPIT prouerbium vt dum Cucumere veſcimur, Chlænam texamus. cuius quidem prouerbii ſenſum, quem ſuſpicer, ſtudioſis non inuidebo: ſi quis aliud ſentiat, cum eo non pugnabo: ſed vt ſi in conuiuio à me quis collectam exigeret, hoc perſoluam, mihi videri media æſtate, quo tempore cucumere veſcimur, hyemis non eſſe obliuiſcendum: ſed in eam præſidia prouidenda. Sunt enim Chlænæ veſtimenta hiberna. neque enim tam tepore æſtatis & commoditate capti eſſe debemus, vt obliuiſcamur iniuriam & inclementiam ſecuturæ hyemis. Atque vt more noſtro imitati faſtidia delicatorum, hinc inde aliquid carpamus. Cur Syneſius σελήνια Caluos appellari ioco populari dicit? Video enim in eius rei expoſitione quoſdam vacillare. Equidem arbitror cùm caluitium anteriorem partem ad verticem vſque populari ſoleat atque nudare, reliquo capite piloſo & denſo ſpeciem effici Lunæ corniculatæ, cùm area media pilis vacet: neque hic quicquam aliud latere ſuſpicor. Lucere volunt alii caput Caluorum: mihi quidem, quod fortaſſe ſum hebetiori acie, nihil lucet. Eſt & prouerbium non ita facile, Vrbem qui perdidit, Tyrocneſtim, id eſt, caſei radulam cepit. Id à Calippo dictum eſt, cùm amiſſis Syracuſis Catanam cepiſſet: nam Catanam ne vrbem quidem vocare eſt dignatus, ſed quod caſeo abundaret & radulis ad eum radendum, eam eleuans Radulam caſei vocauit. De caſeis autem Siculis multa iocatur in Veſpis Ariſtophanes: quibus propter paſtiones Ætneas abundabat. Mihi quidem quid aliud velit prouerbialis ille verſiculus à Callipo vſurpatus in mentem non venit. Eſt & prouerbium, καθάπτε λύεις, id eſt, nodata ſoluis, æquè ac nodum ſoluis. ac eandem vim ſententiamque habet, vt qui alterum norit, ambo nouerit. Quare ne in eo quidem explicando tempus conteram, ne non tam prodeſſe alijs, quàm bonas horas inuidere videar. Onerare Zamiam, quod prouerbij ſpeciem habet, imitatione Græci ſermonis mihi dictum videtur, vt ſit, ἐπιβάλλειν vel ἐπιτιθέναι ζημίαν.

Syneſius in Caluitij laudatione.

Ariſtoph. Veſpis.

Eſt

Eſt enim Onerare, imponere, vt,

Virg. 1. æneid.

Vina, bonus quæ deinde cadis onerarat Aceſtes. merces enim onerari dicuntur, cum illis nauis aut iumẽtum oneratur. *Iunonium puerum* eſſe reor,

Cic. epiſt. ad Octauium.

qui Iunone Lucina fauente & propitia in lucem editus eſt, ac beatus eſt: quodquidem magis mihi probatur, quàm quod alij excogitant, qui delicatum interpretantur: cùm id aliorſum dictum in Epiſtola ad Octauium eſſe videatur. cuius vel ex eo fides eſt, quod mox etiam, *partum aureum*

Cic. ead. epiſt. ad Oct.

appellat, quo nihil eſſe fauſtius & felicius poteſt. Sed & quod contrà dicit, *eum Paridem patriæ*, idem comprobat: cùm eum in patriæ exitium &

Cic. ibid.

perniciem natum eſſe demonſtret. Nos tamen cauſam agimus: alii iudices diſceptatoreſque ſedent: quorum ſententia ſecundum quem dabit, ille vicerit. hanc quidem cauſam vt obtineam, non magnopere laboro: tantum quid mihi videatur, in medium propono. quod ſi quis nefas putat, iſta deleat me auctore nullum metuens iurgium. Sed vt mantiſſa quædam huic etiam accedat capiti: Ridiculum eſt & ineptum, quod de Clodio dicit Cicero in Epiſtolis ad Atticum, quem ſubcontumelioſè tra-

Cic. lib. 2. ad Attic. epiſtola De Geographia &c.

ctari iocatur, quod *cùm in domo Cæſaris quondam vnus vir fuerit, nuncne in viginti quidem eſſe potuerit.* à quibuſdam in prouerbijs, vt & alia multa numerari: cùm dicat Cicero iniuria affici à Cæſare Clodium, qui XX vir diuidendo agro Campano lectus non ſit. quod ſi prouerbium eſt, quicquid loquimur, prouerbium eſt.

Diatreti calices, Margaritæ extricatæ, λέκτων latinè Tector, ἀρχιλέκτων, Architector, Seruaculum. Cap. 31.

IN VERBIS quibuſdam ad legem Aquiliam explicandis, pedarius ſonator non ero, vt eis, qui ante me dixerunt de iis ſententiam, ſine lingua aſſentiar: ſed liberè quod mihi videtur, dicam: nec metuam arbi-

L. Si ſeruus ſeruum §. ſi calicem diatretum ff. ad leg. Aquiliam.

trum, ne fines artium regendo à iuriſprudentia me remoueat. *Diatretos calices*, explicant cœlatos & tornatiles, quæ toreumata dicuntur. ego potius & vi vocabuli inductus, & verbis Iuriſconſulti perſuaſus, putem calicem eſſe, vel cryſtallinum, vel myrrhinum, áut è metallo, qui artifici perforatus eſt. foraminibus autem illis includebant fortaſſe gemmas & emblemata, aliaque ornamenta. In forando autem & pertundendo calice periculum erat, ne artifex eum frangeret, quod Iuriſconſultus ſignifi-

Homer.

cat. Apud Homerum Neſtoris patera clauis confixa eſt: ſic fortaſſe clauatos habebant calices Diatretos infertis clauorum capitulis ad ornatum,

Mart. lib. 12. epigr. 71.

aut aliis emblematis. Eodem modo apud Martialem,

O quantum diatreta valent & quinque comati, accipiendum cenſeo. Ibi-

L. ead. ſi ſeruus §. cùm

dem explicari video *margaritas extricatas*, vniones arte Gemmarii perpolitos,

politos. Sed libenter assentiar Accursio, vt extricatæ sint margaritæ, quæ lineis intricatæ non sint, sed extra lineam & tricam per se separatæ sint: extricatas enim Iurisconsultus opponere videtur iis, quæ in linea habeantur. Iam quod pro tectore *vietorem* immutant, fortasse non ferendum. nam qui Tecton à Græcis dicitur, à veteribus Latinis Tector est dictus: qui architecton, architector: Varro, *harum ædium summa atria confu-tabant architectores.* In eodem titulo *Seruaculum*, pro quo multi supponunt *verriculum*, nulla sententia. an existimamus anchora vel anchoralia esse? & non putem: sed versata diutius excussaque Iurisconsulti sententia, scapham esse suspicor. non est enim dubium, quin scaphæ damnum inferatur; aut in eam immittendo & impingendo nauem: aut Seruaculum ad scapham ipsam ad nauem ducendo & attrahendo. Seruaculum autem ea forma dicitur, qua receptaculum. nam in tempestate interdum relicta naui, nautæ & vectores scaphæ se committunt seruandos. vt apud D. Lucam legimus. Sed & scaphæ quædam, piscos seruant, quæ Seruacula dici possunt. cuiusmodi Lutetiæ in Sequana videmus: quas Apothecas vulgus vocat, partem scaphæ, in qua seruantur pisces. ἐχέτλιον Græci vocant, quod interpres Nicandri ait etiam viuarium vocari.

maritus ff. ad L. Aquiliam. L. ead. §. item si Vietori. ff. eod. Varro apud Nonium in Confutare. L. quemadmodum §. si nauis ad L. Iul. ff. D. Luc. act. Apost. cap. 27. Nicandr. interpres.

Liuius explicatus lib. 39. Rationem habere alicuius, Nomen accipere, Inædificatum, Immolitum, Vadem deserere, Senatum legere, Censorum notæ Senatu motis adscribebantur, Vltro tributa, Augur comitijs creatus, Princeps Senatus, Ferre & agere. Cap. 32.

RATIONEM habere alicuius in petitionib. magistratuum, nihil aliud esse opinor, quàm eum ad magistratus petitionem admittere, nec comitiis excludere. Liuius, *Pars Tribunorum plebis negare, rationem eius habendam esse.* qui autem comitia habebat eorum, quorum ratio habebatur, quibusque petere licebat, nomen accipiebat, & de eorum nomine tribus vel centurias in suffragium mittebat. Liuius eod. loco, *L. Porcius Conf. primo in ea sententia esse, ne nomen eius acciperet.* Iterum, *Haud dubius prætor esset, si Consul accipere nomen vellet.* Eodem in Liuii libro: vadem deserere reus dicitur, qui sponsori suo in re capitali deest, nec ad causam dicendum præsto est, vt vadis fidem liberet. verba eius sunt, *Qui aut citati non adfuerant, aut vades deseruerant.* Senatum legere eod. in lib. dicuntur Censores, cùm Senatorum nomina in senatu legunt: quorum enim nomina non legebat, præteriti dicebantur: quosdam & Senatu mouebant. Liuius, *Censores M. Porcius & L. Valerius metu mista expectatione Senatū legerunt. septem mouerunt Senatu.* motis autem senatu adscribebantur notæ, quibus indicabatur cur Senatu moti forent. Liuius, *patrum memoria*

Liuius lib. 39. Liuius eod. li. Liu. ibid. Liuius lib. 39. Liu lib. 39. Liu. ibid.

moria institutum fertur, vt censores motis è senatu adscriberent notas. Immolitum est in eodem Liuii libro, vt inædificatum: quod aliquo in loco est structum & molitum: quod homines aliquo in loco moliti sunt & extruxere. Eius verba sunt, *Et quæ in loca publica inædificata, immolitaque priuati habebant.* Vltro tributa sunt quæ præter vectigalia penduntur, differunt à tributis, quòd populus Ro. interdum pendebat tributum aliis, qui vectigales erant, præter vectigal vltro tributum extraordinarium. Liuius eod. lib. *Et vectigalia summis pręcijs, vltro tributa infimis locauerunt.* Tributa tamen scio etiam hæc vltro tributa vocari solere. Inde vectigales & stipendiarii agri, quod vectigali, & vltro tributo obnoxii essent, vt opinor. Cum augures cooptari solerent à collegio, Liuius tamen augurem comitiis designatum scribit eodem lib. quod quia noui est exempli & inusitati, prætermittere nolui. verba eius adscribam, *Extremo prioris anni comitia auguris creandi habita erant.* Princeps autem senatus erat, quem primum in recitandis Senatorum nominibus legebant: quod dignitatis & amplitudinis maximæ erat. Ferre & Agere in Historicis cùm legimus, alterum ad homines, qui quid ferunt: alterum ad iumenta quæ portant, referendum est. Liuius eod. lib. *Postremo omnia quæ ferrent, agerentve adempta.*

Liuius ibid.

Liu. eod. lib.

Liu. eod. lib.

Liu. lib. 39.

Ludere trocho, Trochus ludi Græcanici genus, Ludorum nomina lib. 3. Cod. explicantur, Catampo, Cotyci ludus, Phryginda, Empusa. Cap. 33.

LVDENDVM esse trocho, aleamque fugiendam legimus illis in præceptiunculis, quibus prima pueritia imbuitur. quod genus ludi ad puerilem turbinem vulgo referri imperitè & indoctè video: cùm sit genus ludi, quo Iuuenes se in campo exercebant. Eius meminit Horatius in arte,

Indoctusq; pilæ, discive, trochive quiescit. & Propertius,

Increpat & versi clauis adunca trochi. Sed &, vt opinor, his quæ adscribam verbis ab Ammiano significatur, *Cùm apud Parisios adhuc Cæsar Iulianus quatiens scutum varijs motibus exerceretur in campo, axiculis, quis orbis erat compaginatus, in vanum excusis, ansa remanserat sola, quam retinens valida manu stringebat.* Erat autem genus ludi Græcanici, vt nomine ipso indicatur: rota enim erat ansam habens, vt facilius mitteretur, axiculis compacta transuersis iaciebatur: quorum clauiculæ & commissuræ aduncæ dum versabatur missa rota, vel missus orbis tinniebant & crepabant. Mittere autem scienter, artis erat non vulgaris. Atque hæc quidem de trocho, quæ scriberemus, habebamus. Sed vt ex ludo in ludum, atq; adeo ludos transeamus. In calce libri tertii Iustiniani Codicis, nomina ludorum fugientia, atque adeo fugitiua, sic retrahi debere & retineri & deleta propè refor-

In Catonis præfation.

Horat. in art.

Propert. lib. 3. eleg. 14.

Ammiā. Marcell. lib. 21.

reformari arbitror. *Corycobolon, corycon antemolon, Phryginda, Catampo, Empusam.* Catampo quidem, genus esse ludi apud Festum legimus, neque quicquam præterea apud quenquam hac de re cernere potuimus, neque nunc in mentem venit. De coryci ludo referti sunt Medicorum libri, ac fere videtur esse ludus follis. Phryginda à Polluce explicatur ludus, quo testulis leuibus & politis inter manus sinistræ digitos positis, dextra numerosè testulas pulsabant. Empusa in lite & causa erit, quòd nemo nobis facile assensurus sit, ludum esse, cùm constet spectrum quoddam fuisse formas variè mutans, & aliam atque aliam subinde induens.
1 Sed quid vetat eo nomine ludum fuisse? certe ad vestigia vitiatæ scripturæ quàm proximè Empusa accedit. Si quis quid commodius excogitauerit, me omnium primum & laudatorem & approbatorem habebit: atque hinc existimare homines volo, quanti mea faciam: quibus libentissimè alia antelaturus sum, ne quis me non in meis incorruptum iudicem
1 cauilletur, & ea nimio amore & sine riuali deperire iocetur.

L. Alearum vsus. Cod. de religios. & sumpt. fu. & alea lusu & aleatorib. Festus Pomp. lib. 3. in lite. C. Pollux lib. 9. Onomast.

Diogenes Laërtius explicatur. Cap. 34.

VERSANTVR in hominum manib. Socratis & Diogenis argutissimæ & acutissimæ sententiæ de doctis. hominib. in Latinum è Græco cō-
2 uersæ: quarum cùm subtilis sensus sit, acumen & solertiam dictorū multi aliter atque aliter explicant: nonnulli etiam primi in literis nominis viri odiosè de ijs inter se contenderunt: seque mutuo scriptis lacessiuerunt. Ego eorum iurgiis me non interponam, sed vt si conuiuio interessem, in quo à conuiuis collecta exigeretur, meam symbolam conferam.
2 Socrates, inquit Laërtius, dicebat, τὸ εὖ ἄρχεσθαι μικρὸν μὲν μὴ εἶναι, παρὰ δὲ μικρόν. Hoc ego interpretor, Benè incipere paruam rem non esse, sed propè rem totam: Etsi benè dictum explicat. benè incipere paruum nō esse, sed parui dici. Diogenis est dictum referente eodem Laërtio, δεῖν τὰς χεῖρας ἐκτείνειν, μὴ συγκεκαμμένους τοὺς δακτύλους. quod interpretor oportere ma-
3 num porrigere & extendere totam, non tantum digitos contractos. nam vulgo summis clausa manu digitis inflexis & contractis, quos extendere non satis sit, nisi totam manum expandamus, humanitatemque nostram benignitatem, comitatem largè prolixeque ostendamus. Illud eiusdem Diogenis, quod multos malè vrit, & exercet, ἐπαίνει τοὺς μέλλοντας γαμεῖν, καὶ μὴ γαμεῖν, καὶ τοὺς μέλλοντας πολιτεύεσθαι, καὶ μὴ πολιτεύεσθαι. si deprauatum non est, sic explico, eos laudabat, qui & ad nuptias, & ad celibem vitam se compararent, & ad Rempub. capessendam, & ad priuatam vitam colendam: qui neque videlicet ita ambitioni studerent, vt non diuersam vitæ sectam & rationem æquo animo perferrent: nec tam liberis ope-

Laërt. in Socrate.

Laërt. in Diogen. Cynico.

Laërt. in Diogen. Cynico.

ram dare concupiſcerent, vt non nuptijs facile etiam carerent. Sed fere putem verba deprauata eſſe, quæ ſic reſtituenda puto, τοὺς μέλλοντας γαμεῖν, καὶ μὴ γαμοῦντας: καὶ τοὺς μέλλοντας πολιτεύεσθαι, καὶ μὴ πολιτευομένους. Laudabat Cynicus eos, qui cùm vxorem ducere iam pararent, non tamen ducerẽt: qui cùm ad Rempub. acceſſuri iamiamque eſſent, non accederent: atque hæc ſententia conuenit Cynico, qui & à matrimonio & Repub. ſemper abhorruit. Reliqua quæ ſequuntur in Laërtio, ad eundem modum reſtituenda cenſeo. Eiuſdem eſt Cynici illud, τοὺς πλείστους ἔλεγε παρὰ δάκτυλον μαίνεσθαι· ſententiam puto. Aut homines plæroſque digito ab inſania abeſſe. Sapere enim videntur qui indicem proferant; qui ſi proximum indicis loco exerant, inſani haberentur. ita exiguo interuallo homines à ſtultitia abeſſe. Ego potius putem multos ex digito inſanos eſſe & prudentes videri: qui incedunt indice prolato, quin proximè inſanos, ita propter digitum inſanire plæroſque.

Lucretius lib. 4. explicatus & emendatus, Puri, Pulli, Maledenſia, Maledus, μελίχλωρος, μελίζυγες *Gemina Ceres, Duplex dorſum, ſpina, Cereris ſimulachra mammoſa, Poſcenium.* Cap. 35.

LOCA quędam è libro quarto Lucretij, non auerſa omnino nec inuita Minerua, me è quibuſdam ſchedis, ſuo nitori redditurum hoc capite ſpero, quæ quibuſdam maculis infuſcata leguntur in libris vulgatis,

Lucret. lib. 4. *Puri ſæpe lacum propter ſe*, id eſt, pueri. Nam priſci pueros, etiam pueros vocauerunt. vnde & pulli ſunt vocati per diminutionem. Editiones

Lucret. ibid. partim *pueri*, partim *multi* habent. *Totius humoris ſaccatum vt corporis fundant.* id haud paulo elegantius eſt, quàm quod induxerunt eraſa legitima ſcriptura. nam modo *ſiccatum*, modo *ſacratum* legunt. Ego ſaccatum, colatum & tranſmiſſum veſica interpretor: ſcita & lepida ſanè tranſlatione ab illis ſaccis ducta, quibus vinum colabatur. Non minus illud, quod turpiſſimè deformatum erat, ſic reſtituetur priſtino decori,

Lucret. lib. 4. *Interdum in pallam meledenſia Chiaque vertunt.* hic non ceſſarunt examina emendatorum ſomnia experiri ſua, cùm alii, *in pallas aclidos & hiatria vertunt.* alii, *in pallam & quallos & iacchia vertunt.* alii, *& ſtlitas & ianthina vertunt.* ſuppoſita de matre notha & ſpuria inuexerunt. Quid ſi Maledenſia à Maledenſis, vt Leuidenſis? Maledus autem locus in Epiro fuiſ-

Varro lib. 2. de re ruſtic. cap. 1. ſe videtur: cuius Varro lib. 2. de re ruſtica meminit his verbis, *nunc rurſus vos reddite nobis de vna quaque re, vt videamus, quid paſtores à Pergamide Maledóve potis ſint.* at locus ille nobilis videtur fuiſſe pecore. Ne id quidem adpingere prætermittam, quod ibidem reperi, quamuis fortaſſe quibuſdam improbabitur: ſed peccare malim etiam non optima refe-

referendo, quàm omittendo negligentior abs re videri: atque in hanc partem peccare ſemper & tutius & cautius fuit.

Vt quæ corporis ſunt eius quam procis ac vis. Non ita multo poſt, legi,

Nigra μελίχρους *eſt.* Tale illud eſt, ἰὸν δὲ ὠχρὸν ὑποκοριζόμενος μελίχρουν. Lucret. lib. 4. Mellis enim color propter rei ſuauitatem iucundiſsimus erat veteribus. Lucr. lib. 4. Sed & de mellis colore apud Plinium gemmæ ſunt μελίχλωρος & μελίχρους nominatæ. Plin. lib. 37. cap. 11. Alio autem loco docui iampridem verſum mox tertium ſic legi debere. *Paruula, pumilio, Chariτων* μία. id eſt, vna Gratiarum: quis enim ſenſus elici poteſt ex *charitonia*, quod in omnes libros nullo iure irrepſit? Lucret lib. 4. καταπληξις autem ex admiratione dicitur & ſtupore quo adficit: qualis eſt illa apud Machonem, πάνυ δ' εὐπρόσωπος οὖσα καὶ καταπληκτική. Lucret. ibid. Macho apud Athenæũ li. 13. Mox quis non putet legendum ἰσχνὸν ἐρωμένιον? Quod autem omnium corruptiſsmum eſt, nónne ſuam ingenuam habere dictionem cenſebitur, ſi ita ſcribatur, Lucret. lib. 4.

At gemina & mammoſa Ceres eſt ipſa ab Iaccho? geminam enim dicit, plenam, amplam, obeſam. vt, — *duplici aptantur dentalia dorſo.* id eſt, craſſo & lato, dicit Maro: &, Lucret. lib. 4. Virg. 1. Georg.

At duplex agitur per lumbos ſpina; id eſt, craſſa, lata: quamuis dubitanter explicari iſta ſciam ab interpretib. Cereris autem ſimulachra mammoſa & plena ſculpebãtur, cui amicam ſaturam & habitiorem comparat: Mox ex earum chartarum auctoritate, ſcribo, Virgil. 3. Georg.

Simula, Silena ac ſatura eſt, labeoſa φίλημα. Quod autem ſequitur non eſt diſsimulandum. Lucret. lib. 4.

Omnia ſummopere hos vitæ poſcenia cælant. Quidam hic *poſt cenia* ſcribunt: alii *proſcenia*: neutrum benè. Nam poſcenium non dubito, quin veriſsimum ſit. Vt enim Proſcenium locus eſt ante ſcenam omnium ſpectatorum oculis expoſitus: ita poſcenium, locus erat poſt ſcenam ſubductus aſpectui ſpectatorum. Poſcenia igitur vocat illa omnia, quæ amicæ, dum ſe fucant & ornant, faciunt intus, quaſi poſt ſcenam, remotis arbitris, nec admiſsis amatoribus. Lucret. lib. 4.

Et tenet aſſuctis humectans oſcula labris. cuius loco, *aſſuetis* editum eſt. nec indigum quidem adnotatu credidi. in quo neſcio quid ſignificationis ineſt, quod alienum ab eo quod ſcribit, eſſe non videtur. Lucret. lib. 4.

ADRIANI TVRNEBI ADVERSARIORVM LIBER VIGESIMVSOCTAVVS.

Plautus in Ciſtell. explicatus & emendatus, Pedato tertio, Ne. Cap. 1.

MERITO magnas agere gratias viro Clariſs. & huius ætatis doctiſs. D. Guilielmo Pelliſerio debeo, quem his ſanè libris minus ſæpe quàm deberem, appello: cùm ex eius ſermone ſemper doctior diſcedam. Is me nuper in fabula Plauti, quæ Ciſtellaria inſcribitur, legendum eſſe docuit, *Et equidem hercle niſi pedato tertio omnes afflixero.* eam lectionem vt proiectitiam in familiam reduxit & auctoritate confirmauit. Cato Originum libro primo, *Igitur tertio pedato bellum nobis facere. Idem, Diſſuaſione de fœneratione. Tertio autem pedato, item ex fœneratione diſcordia excreſcebat.* tertio autem pedato, aut pedatu valet, Nonio interprete, tertio repetitu vel acceſu, verbo à pede deducto. Sed & in eadem fabula locum, quem ſubijciam, ſic in integrum reſtitui poſſe confido, — *Ciſtella adoleſcens hinc mihi euolauit.* nam iocus qui continuo ſequitur, hanc emendationem cõfirmat. nam cùm ciſtella volucris eſſet, eam in caueam dicit latam oportuiſſe, non enim euolaſſet. Dictio autem eſt veteribus ſcriptoribus vſitata & frequens, qua interrogant particulam ne adiiciendo. vt in Ciſtellaria, *Quámve in manibus tenui?* Iterum, † *Quane inficias eat?* Tale eſt illud Maronis non ſatis explicatum,

— *quia ne auxilio iuuat ante leuatos?* & Terentii in Phorm. quod nec intellectum video, & perperam excuſum eſt, *Quódne ego perſcripſi porro illis, quibus debui?*

Plautus Ciſtellaria ſc. Credo ego amorem.

Cato apud Nonium in Pedato.

Plaut. Ciſtell. ſc. Niſi quid mihi.

Plaut. Ciſt. ſc. ead.

† Plaut. Ciſt. ſc. Nullam ego me vidiſſe.

Virg. 4. æn.

Terent. Phormio. act. 5. ſc. 8.

Comes ſtabuli, Tribunus ſtabuli, Origo magiſtratuum quorundam Francorum, Mareſchalli, Seneſchalli, ἀμνεστὴς. Cap. 2.

PLVRIMA habet ampliſſimum & illuſtriſſimum Francorum regnum magiſtratuum vocabula noſtris hominibus non ſatis nota. Itaque quod hodie in verbis enodandis homines maximo ſtudio facere ſolent, vt ſi quid

quid in promptu in vernacula lingua non reperiant, foris quærant. Animaduerto qui his in rebus de noſtris hominibus operam poſuerunt, vt magiſtratuum noſtrorum vocabula explicarent, eos in Indiam vſque origines eorum repetere, ac velut lege Mutia & Lucinia in longinquas ciuitates redigere: quo laborem mihi ſuſcipiendum putaui, vt ſi poſſem aliquorum originem eruerem. Ac ſane qui apud nos ſummus eſt militiæ dux & magiſter, quem Conneſtabilem dicunt, non dubito quin Comes ſtabuli appellari debeat: præſertim cùm & apud Ammianum Marcellinum, Tribunum ſtabuli legam: & apud Volaterranum reperiam in aula Conſtantinopolitana Comitem ſtabuli fuiſſe. Sunt & apud nos Mareſchalli: eos tanquã maiores Caballi, id eſt, equitatus eſſe interpretor. nec ambigo quin illud veriloquium, hodieq́ue in veſtigiis vocabuli appareat. Sic Seneſchallos velut ſenes caballi, id eſt, equitatus eſſe arbitror. quod verbũ à militia armata ad ciuilem tranſiit, reſeditq́; in iis, qui hodie prouincias prefecturas iuridici regunt, & quaſdam etiam iuriſdictiones vrbanas & vicanas exercent. Nam in noſtra Normania ſic appellantur, qui in nobilium vicis & oppidis ius dicunt: ac ſuperiora quidem verba originem ſine controuerſia Latinam habent, ſed ore noſtro in ſonum diuerſum corrupta degenerauere, vt originis exiles ſuperſint notæ. Eſt & magiſtratus ampliſſimus, qui oræ maritimæ præfectus eſt: proinde & vocabuli originem Græcam eſſe multi ſuſpicati ſunt. Ego Arabicam puto, nam à Saracenis & Imperatores Græci, hoc nomen ſumpſere: & noſtri reges vel à Saracenis, vel à Græcis. itaque in recentiorum Græcorum hiſtoriis ἀμηρᾶς ſæpe reperitur. quo nomine eſt apud nos præfectus oræ maritimæ. Si quis aut veriora, aut probabiliora his habet, me non vſqueadeo pertinacem inueniet ſententiæ meæ defenſorem, vt non libenter in alia omnia diſceſſurus ſim, modo verum aut veriſimilitudo probabilior oſtendatur.

Marcell, Volaterranus

Arbitraria pro impenſa & precio cur à Cic. & alijs vſurpetur. Arbitraria victoriæ, Numo Seſtertio addicere, Semuncia. Cap. 3.

SCRIBIT Cic. in oratione, quam poſt reditum ab exilio in Senatu habuit, *nondum palam factum erat concidiſſe Rempub. cùm tibi arbitraria funeris perſoluebantur.* & in Piſonem, *Atque eo in templo, eodem & loci veſtigio, & temporis arbitraria non mei ſolum, ſed patriæ abſtuliſti.* Ego his in locis Arbitraria ſignificare exiſtimo impenſam & percium funeris: quæquidem res ita appellata eſt, propterea quod in arbitrium alicuius ab eo, qui teſtatus fuerat, conferebatur: vt & ſepulchrum interdum. Horatius,

Cic. in oratione post red. in Senat. Cic. in Piſon.

— ſepulchrum

Horat. lib. 2. ſaty. 5.

Permiſſum arbitrio, ſine ſordibus extrue —: Sic & epulum funebre arbitrio alicuius permitti ſolebat à teſtatore. Horatius,

Horat. lib. 2. ſaty. 3.

— *atque epulum arbitrio Arri.* quo factum eſſe arbitror, vt Arbitrium præmium & precium ſignificet: vt Arbitria victoriæ, pro præmiis victoriæ Q. Curtius dixit. Scribit Cic. in oratione pro Rab. Poſthumo, *Tua Poſthume numo ſeſtertio à me addicuntur.* Si quis magnum æs alienum conflauiſſet, plærunque eius bona alicui, numo Seſtertio addicebantur, hac lege, vt creditoribus ſatisfaceret: in quorum fraudem vendere non licebat. itaque ſubiicit Cic. *Ita bona veneant, vt ſolidum ſuum cuique ſoluatur: nihil iam aliud niſi fidem curat.* Sic ſcribit Aſconius, *bona Milonis propter magnitudinem æris alieni ſemuncia veniſſe*, cùm ſemuncia etiam minor ſit Seſtertio: quanquam fortaſſe in Aſconio, *ſeſtertio nummo*, legendum eſt, etſi id non auſim adfirmare. Flagitioſiſſimum & ſceleratiſſimum habebatur olim, fidem in credita pecunia fallere: ad famam igitur debitorum tuendam ſic bona videbantur, & emptori onus ſoluendi imponebatur: eandem venditionem & in captatione poſuit Horatius,

Q. Curtius. Cic. pro C. Rab. Poſth. Cic. pro Rab. Poſth. Aſcon. in orat. Cic. pro Milô.

— *hinc tu*
Dic ex parte tua, ſeu fundi, ſiue domus ſit
Emptor, gaudentem nummo te addicere.

Horat. lib. 2. ſaty. 5.

id eſt, vt vulgo loquimur, fruſto panis, minimoque precio. vt in captatoria venditione. quo ſane loco, hoc adnotant interpretes. quod an verum ſit, ipſi viderint. Ego neque fidem detrahere, neq; addere decreui, lege cautum fuiſſe, ne res vel agrum, vel domum teſtamento donatam quis donaret: & vt viderentur emiſſe, nummum dare ſolitos, ſi quibus donabant.

Nominum notatio in Palliatis comœdijs, Formio, Gnato, Thaïs, Scribere dicam, Symbola, Aſymbolus, Tithymallus, Dubia cœna. Cap. 4.

GRAMMATICI ſedulam nauant operam in explicanda in Palliatis comœdijs nominum notatione: ſed non eſt in omnibus quærenda: cùm præſertim à Poëtis nomina perſonarum interdum non fingantur non excogitentur: ſed hominum aliqua re inſignium ſumantur. nam Gnato apud Terentium paraſitus eſt de nomine Siculi Gnatonis: & Thaïs de nomine illius meretricis, quæ comes expeditionum Alexandri, ebrium regem mero, victis ſenſibus, ad faces ſubijciendas Perſarum regiæ incitauit. Sic Formio paraſitus nomen habet à Formione paraſito regis Seleuci. In illis autem fabulis Poëtæ mores & ſtudia inſtituta Græcorum imitantur: ac proinde, quæ ad eas pertinent, quo Græca magis videantur Græcis ponunt vocabulis. Sic ſcribere dicam ab eis dicitur, & à Cic. in Verrem, propter Siculos, qui Græcè loquebantur. Hoc autem genere dicendi

Terēt. Phorm. act. 1 ſc. 2. & act. 2. ſc. 2. Cic. 4. in Verr.

cendi in foro Rom. vſus non eſſet. Sic obolum dicunt, minam, talentum, philippeum: quæ nomina ſunt monetæ Græcæ. Seſtertium & aſſem non dicunt, quòd nomina ſunt Romana. Sic dicunt *Symbolam*, quomodo legendum in Terentio puto, non *ſymbolum*. & aſymbolum ex Athenienſium conſuetudine, qui de ſymbolis ſæpenumero comeſſe ſolebant & ſigillatim collectam exigere à conuiuis omnibus præterquam à paraſitis qui aſymboli dicebantur, & pro quibus potius reges ſoluebant. Proinde ſcripſit Terent. in Phormione, *Tene aſymbolum venire vnctum atque lautum è balneis.* Dromon de Tithymallo paraſito, ὑπερησχυμμένῳ μέλλων ἀσύμβολος πάλιν δειπνεῖν· πάνυ αἰσχρόν. ἀμέλει τὸν τιθύμαλλον ποιῶ ἀεὶ ἐρυθρότερον κόκκου περιπατοῦντ' ἐσθ' ὁρᾶν, ὅλως ἐρυθριᾷ συμβολὰς οὐ κατατιθείς. Et Diodorus Sinopenſis de paraſito, ἀπέρχετ' οἴκαδ' οὐ καταβαλὼν συμβολάς. *Cœna dubia* etiam Paraſitorum verbum eſt, lautamque & opiparam ſignificat: atque adeo id cùm ſatis non intelligeretur, declarauit eam eſſe, *in qua dubites quid potiſſimum ſumas.* Sed & illud paraſiticum verbum Terentii vſurpauit Horatius,

Terent. Andria act. 1. ſc. 1. — Terēt. Phorm. act. 2. ſc. 2. — Apud Athenæũ lib. 6. c. 5. — Apud Athenæum ibid. — Terent. ibid. — Terent. ibid.

— vides, vt pallidus omnis
Cœna deſurgat dubia? Sed & ab illo Terentii etiam, vt reor, fermone, ſpecies quædam placentæ, dubia appellata eſt: eam relatam eſſe à Chryſippo Tyanenſi in genera placentarum apud Athenæum legimus.

Horat. lib. 2. ſaty. 2. — Athenæus lib. 14. cap. 19. Dipnoſoph.

Antiqua de Onomaſtico vocabula. Cap. 5.

PETRVS Daniel Aurelianus Onomaſticon quoddam perantiquum in membranis perſcriptum mihi commodauit. Ex eo & voces quaſdam & earum explicationes excerpſi. Alopecioſa in eo exponitur calua, ab alopecia morbo aream nudam capitis reddente. Arcarius, diſpenſator, quòd arcæ & nummis domini præſit. Eſt & in Iure Ciuili officium. Atta, qui primis plantis ambulat, quod nomen ab attingendo impoſitum videtur. Anaboladium, pallium. Aquaculat, lenocinatur. Aqualiculus, ventriculus. Haſtarium, vbi profcriptorũ bona venduntur. Actæ, littora amœna. Applare, coclea: apiaria Plinio: Auſonius apalaria appellat. Amare focos, domus conſtruere: eſt autem Maroniani loci explanatio è lib. 3. Æneidos,

L. Thaïs ff. §. Stichum. — Auſon. Epiſto. la 7.

Hortor amare focos. Abſtlatata, nauis piratica. Aſſecla, buccellarius, ſcurra. ab eodem etiam baccellarius explicatur. Antiberlium, pignus codicis. Adteſtatus, teſtatus. Antemalorum, præteritorum malorum. locus eſt libro primo apud Maronem notus omnibus, vel me tacẽte. Æneatores, cornicines, liticines, tibicines. qua voce vtitur Tranquillus. Ægida, pellis caprarum. Amentum, corrigia, lancea. quæ etiam anſula eſt ad iactum.

Virg. 3. æneid. — Virg. 1. æneid. — Sueton. in Iul. Cæſ. cap. 32.

iactum. Agger, ſtrata via publica. Obriſon, ſpendor auri. Sed abrigeum ibi ſcribebatur. Allicula, genus veſtis. Amphiballus, birrus villoſus. Areopagitæ, curiales. Acinari, tricari, in paruo morari. A ſciſcolum, maleolus ſtructorius. Adſtipulatus, atteſtatus. Adſtipulatus, adiunctus. Arithmeticus, numerarius. Ambro, decoctor, conſumptor patrimonij. Anconiſci, incaſtraturæ. Aruus, ager frumentarius. Brocca, ibi etiam labroſa exponitur. Bromoſa, immunda. quod verbum Græcæ linguæ eſt. Blenui, teтri. Becario, vrceoli genus. Blenones, pudenda ſunt hirconum. Baſterna, tecta manualis. Lecticam puto dici tectam, quæ manibus hominum portabatur, non dorſo iumentorum geſtabatur. Bouinatores, inconſtantes. Buceta, paſcua. vt opinor, in quibus boues paſcũtur. Bucones, ſtulti. Catax, claudus coxa. Calones, galearii militum. Cardineum, ſupraliminarium. Caſtimonium, ſanctimonium. Caducarius, qui fit hæres in bona eius, qui hæredem non habet. Cateruarius, qui in cateruis populi eſt. Calixica, exinanita. vbi ſcribẽdum puto, calix ſiccus. Crepido, ſummitas riparum, & gradus ſaxeus. Quiritat, populum alloquitur. Ciuis patricius, Senator maior. Climactiria, naturæ rei incerta perfugia, vel auxilia. Cilix, pirata. Clibanarii, quaſi tunica ferrei. Condico, ſtatuo, decerno. Conſciſco, conſtituo. Conca, coclea. Commulcat, collidit, conculcat. Colluuium, commixtum. Culleus, tunica de ſparto in modum eronis facta, quæ linebatur pice & bitumine, in qua includebantur parricidæ cum Simia, Serpente & Gallo. Sed hæc vno compræhenſa capite ſatis ſint.

Antiquorum vocabulorum de Lexico veteri explicatio.

Cap. 6.

ALTER & iſte cenſus eſt è Lexico illo veteri, in quo ita ſcriptum inueni, Diuus Imperator, qui poſt mortem deus habetur. Diribitorium, locus contubernii. Duit, dat, tribuit. Diunt, dant, tribuunt. Duent, dent, tribuant. Elogia, & Eulogia, carmina, verſiculi, prouerbia. Flaminium, honor pontificalis apud Gentiles. Flammeum, mauorte virginale. Fellitat, fugit. Phenicium, eſt miniatum. nomen accepit à Phenice aue. Fritiniũt, cantant. Fiduciarius, qui aliquid fiducia accipit. Fiſcella, forma, vbi caſei exprimuntur. Friuola, vaſa fictilia. Galerus, calamancus. Gerula, nutrix, quæ pueros portat. Iconica, imago Imperatoris. Infula, ſacerdotalis vitta, & adminiſtratio iudicialis. Laſſiaculum, retraculum. Lautumiæ, carceres apud Siracuſas. Linces, lupi ceruarii. Lucar, vectigal. Mattus, triſtis. Meritoria, loca tabernaculorum, vbi adulteria committuntur. Militaris opinatus, id eſt, vetus miles. Mimologus, qui mimos docet. Metatores, manſionum præparatores. Murrina, potio diuina, quæ à Græcis nectar dici-

dicitur. Monopoliũ,ſtatio vbi res vna venditur tantum. Mulcare, pugnis vel calcibus cedere. Mulcatores, peremptores. Murgiſo, callidus murmurator. Nugas,inutilis. Oppanſum, velum in ſcena, quod vndiq; panditur. Opinatores,exiſtimatores, vel arte militares. Obſillas,marſus. Paſtophorium,atrium templi,vel Safarium. Parazonium,cingulum. Pedatum,carcerem. Plectrum,haſtella vnde citharæ modulatus Pſyathus,macea. Pileum, calamaucum. Pinnirapi, ſectatores gladiatores: quod pinnas rapiant, vel pennis rapant. Propalæ, tabernarii. Remulcens, replicans vel replacans.Redhibet,reddit.Salpicta,tubicen. Sapharium,atrium templi. Statera,iugum. Stater,duodegrame. Serpulum,puleium campeſtre. Silanus, tubus. Situs,ſenectus. Scipiones, virgæ Conſulum. Sordiſcum,corium crudum. Scordalus,ferox. Spoliaria, exteriores balneorum cellulæ.Stromate,tanquam opus variè contextum.Subcentor,ſubſequẽs cantor. Subſedit, ſuccedendo poſſedit. Tagax,furunculus. Tames, cruor ſanguinis. Trabea,veſtis ſenatoria,veſtis regalis,toga purpurea. Taureæ, plagæ, nerui. Teriſtrium, mauortium. Teſtudo, coniunctio ſcutorum. Trochus,rotæ genus ad ludum. Iterum, Ludentum rota. Tegularia, maleſica. eo quod ſupra tegulas ſacrificet. Varicat, diuertit, ambulat. Ventrale,quod ſolum ventrem operiat. Verbena, ſacra frons. Villicus, actor quaſi à villa. Vexillum, lauarum. Vitiligant, vituperant.

Fraces, Frages, Fragescere, Varro emendatus, λέβης, *Polubrum,* πρόχοος, *Guttus,* δαὶς, *Daps,* ὅμιλος, *Festus dies.* Cap. 7.

FRACES à Plinio dicuntur olearum eſſe *carnes & inde feces.* Ego vt in exemplaribus quibuſdam vetuſtis reperi, non inuitus *frages* legerim, à frangendo:quod frages ſint illæ carnes & reliquiæ fractarum trapeto cõtuſarumque olearum, & tanquam fragmenta earum,nomen à frangendo adeptæ. nam & frageſcere pro frangi veteres dixerunt. Accius apud Nonium, *Neque fera hominum pectora frageſcunt, donec vim perſenſerint imperij.* igitur cùm Varro ſcribit de re ruſtica, *Olea ſi nimium diu fuerit in aceruis, caldore fraceſcit. frageſcit*, malim,quod eſt in frages matari, & ea recremẽta,quæ expreſſæ ſuperſunt oleæ. Iterum, *Congeri ſolet aceruatim dies ſingulos in tabulata, vt ibi mediocriter fraceſcat.* lego etiam *frageſcat.* Sed hæc vt emendarem,inductus potiſſimum ſum à Nonio, apud quem frageſco inueniebam. Et apud eum quod elegantiſſimis verbis ab Andronico Liuio interpretatum reperi, adſcribere libuit. Scribit Hom. lib. Ody. primo,

Plin.lib.15. cap.6.

Accius apud Nonium in Frageſcere.

Varro de re ruſt.lib.1.c.55.

Varro de re ruſtic. ibidem.

Χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα
Καλῇ χρυσείῃ ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος. Liuius ſic vertit, nam interpretatus erat Homeri Odyſſeam, *argentes polubro, & aureo gutto.* Ita λέβης, polubrum

Homer. 1. Odyß.

Liuius apud Non. in Polubrum.

brum ab eo explicatur: πρόχοος, guttus. Egregiè quoque, quod obſeruatu dignum ab eo vertitur. δαὶς, daps: & ὅμιλος, feſtus dies. Quod enim [Hom. 1. Odyſſ.] Homerus ait, τίς δαὶς, τίς ὅμιλος, ὅδ' ἔπλετο. Sic expoſuit Latinè, *Quæ hæc daps eſt? quis feſtus dies?* [Liuius apud Priſcianum lib. 7.] Credo quod ferijs hominum conuentus celebris epulantium lætitia coïre ſoleat. Iam quod Homerus dixit, τέκνον ἐμὸν, [Homer. Odyſſ.] ποῖόν σε δ' ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων. Ita latinè reddidit antiqua quidem oratione: ſed, vt opinor, quæ hominibus eruditis iniucunda non erit. [Liuius apud Priſcian. li. 6.] *Mea puera, mea puera, quid verbi ex tuo ore profugit?* Sanè quàm concinnè ornateq; idem Muſam circumlocutus eſt monetæ filiam, id eſt, Mnemoſyne, [Liuius apud Priſc. lib. 6. ca. de nominat. & genit.] *Nam diua Monetas, inquit, filiam te docuit.* Hæc è Grammatico veteri colligebamus, non, vt anguror, inſuauia illis futura, quibus, vt antiqua opera: ſic & verba priſca inuiſa ingrataque eſſe non ſolent.

Vinum Chium, δυνάστης, Colligere cippos, Gumæ, Equa Theſſala, Delingere labra, Fouere ventrem; Poſtomis. Cap. 8.

LVCILLII quædam hic, quæ in Grammaticis reperiuntur, excutiã. Vinum Chium vt omnium præſtantiſſimum Dynaſten appellauit, vt appret in Seruij commentario etſi corrupto. [Seruius in 2. Georg. Virgil.] vt enim Maro honeſta plæclaraque tranſlatione ſcripſit,

[Virg. 2. Georg.] *Tmolus & aſſurgit quibus & rex ipſe Phanæus*: eodem modo Lucillius ante de vino Chio magnificè dixerat, χῖόσ τε δυνάστης. Venuſtè malos muliones inducere ſua iumenta in cippos eminentes & inæquales, nec ſequi planam viam & æquatam, ex eoque vel iumenta ceſpitare & cadere, vel euerti vehicula ſignificans: eos dicit colligere cippos. [Lucillius apud Feſtum. lib. 15. in litera Q.] *Porro homines nequam malus vt quartarius cippos colligere omnes.* Cùm autem ſcribit, [Lucill. apud Cic. lib. 2. de finib.] *compellans gumas*: ingluuioſos homines & abdomini deditos ſignificat profundæque gulæ. qui ſic vocantur, vt κύματα. nam neutra illa Græcorum in primam declinationem ſæpe à Latinis deflectuntur: Gumæ igitur vt gurgites dicuntur. Equam Theſſalam eleganti traductione, amicam vocat ferocem, acrem, & ſuperbam, & propè indomitam. Erant autem Theſſalici equi in precio. ἵπποι θεσσαλικαὶ λακεδαιμόνιαί τε γυναῖκες. quondam in oraculo ſcriptum eſſe recordor. [Lucill. apud Nonium in Subigere.] Sic autem Lucillius, *An equam te acrem atque animoſam Theſſalam, vt indomitam frenis ſubigam antè, domemq;?* [Luc. apud Nonium in Delinitis.] Delingere labia apud eundem, eſt oſculari delicatè & aſſentatoriè. *Præſeruit*, inquit, *labra delinguit, delinit amore.* Fouere ventrem idem pro alimentis & cibis replere. à fomentis Medicorum, atque adeo cataplaſmis, tranſlatione eruditiſſimè ducta, ſatyricè ludens dixit: vilitatem tamen polentæ eleuans; luſoriè quaſi polenta non tam cibus ſit, quàm cataplaſma quoddam. [Luc. apud Nonium in Fouere.] *Ventrem alienum mœſtum fouere ex molito hordeo, vti cataplaſmo.*

Æquè eſt illud Satyrico ſale aſperſo. Quin poſtomidem fingit de naſo eius pendere, qui ſe madefacit aſsiduè. vt enim ferocia iumentorum remoretur, poſtomi eorum ori impoſita: ſic poculum de eius ore pendens talem quandam imaginem reddere videbatur. Dici autem videtur Poſtomis à Latinis corrupta voce, quæ tanquam epiſtomis appellari deberet. *Truleus*, inquit, *poſtomis huic. ingens de naribus pendet.* *Lucil. apud Nonium in Poſtomis.*

Monogrammi, Cernui, Cornuare, Serpentes cantu diſrumpi, Calces, Verticulæ, Ad portam longum iter, ſed portæ vicinum Salernum. Cap. 9.

VERSVS Lucilli ipſa raritate & paucitate ſuauitatem conſequuntur, vt cùm eos in Grammaticis reperimus, libētiſsimè cupidiſsimeq; amplectamur. etſi enim verſibus aliorum poëtarum contendendi comparandique non ſunt: tamen quadam illecebra & inuitatione nos capiunt & deliniunt. quoſdam adſcribam, ſi quem forte vt me, delectari poterunt. Elegāter Philoſophos decolores & macros, qui de pietate & virtute plurimum diſputare ſolebant, Monogrammos vocat, *Monogrammi*, inquit, *quinq; adducti pietatem vocant.* Cernuos videtur appellare, qui ſe in caput iaciunt. quod & cernuare, quodam loco Varro appellauit: cernui autem cùm erecti ſunt, collum furſùm habent elatum; cùm ſe in caput mittunt, tum caput habent deorſum miſſum. hinc illud Lucillii, *modo ſurſum, modo deorſum tanquam collus cernui.* Cenſebant antiqui cantu rumpi ſerpentes, quod alio me obſeruare & tradere loco recordor. quodquidem ita fieri cenſebant, ſic inflari tumereque carmine putabant angues, vt toto eorum corpore difflato diſsilirent, & rumperentur. *Non. in Monogrammi.* *Apud Non. in Cernuus.* *Non. in Cernuus.* *Plin. lib. 25. cap. 5.*

Iam, inquit Lucil. *diſrumpetur medius iam vt Marſus colubras* *Lucil. apud Non. in Coluber.*

Diſrumpit cantu, venas cùm extenderit omnes. Calces pro calculorum ludo vſurpat, nam calculus ſiue dubio à calce deminuendi forma deriuatur,

Naumachiam licet hæc inquam alueolumque putare; *Lucil. apud Priſcian. li. 6.*

Et calces. Ait Feſtus Lucillium, *cùm verticulas dicit, intelligere articulos.* Videtur tamen potius Lucil. eo verſu, quem iam proferam, verticulas vocare ſpondilos ſpinæ potius, quàm articulos: quanquam & articulos intelligi nihil prohibet. *Feſt. lib. 15. in liter. Q.*

Hæret verticulis adfixum in poſteriore *Lucil. apud Non. in Genu.*

Parte, atq; articulis vt nobis talus genuſq; eſt. Verticulas autē credo dici, & ſpondilos & articulos à vertendo: quod ibi ſe vertant, & flectant membra corpuſq;, quaſi στρόφιγγες ſint. Portam itineri lōgiſſimam dicit Varro, quòd, cùm ab vrbe proficiſcendū eſt, cunctamur, vixq; vrbe pedē efferimus. qua vbi exiuimus, facile quò intēdimus, peruenimus. Eandē ſententiā expreſſit elegan-

Luc. apud Aul. Gell. lib. 1. cap. 16. & apud Macrob. lib. 1. Satur. cap. 5. Lucil. apud Non. in Natrices.

eleganter Lucillius, qui ad portam longum iter ait, sed portæ vicinum Salernum: cùm tamen longissimè ab vrbe Salernum absit.

Ad portam, inquit, *mille, à porta est exinde Salernum.*

Versus autem ille, *Natricem impressit naribus crassam & capitatam*: Flagitiosus & obscœnus est, significatque partem virorum pudendam.

Horatius explicatus lib. Carminum 4. Od. 1. Cap. 10.

Horat. lib. 4. od. 1. — Virg. 1. æneid. — Horat. lib. 4. od. 1. — Philostrat. in Iconib. — Horat. lib. 4. od. 1.

APVD Flaccum lib. 4. Carm. — *purpureis ales oloribus*, quod dicitur, intelligitur de purpuræ pulchritudine. vt & apud Maronem,

— *lumenque iuuentæ*

Purpureum, & lætos oculis adflarat honores. *Mater* autem *cupidinum* est Venus, amorum mater: nam multi ex ea nati amores ferebantur, eaque Flacci sententia est. Philostratus in Iconib. Nymphis genitos dicit, eorumque gregem & agmen & examen vocat, tam multi censebantur esse. At verò quod ait Flaccus, *Ponet marmoream sub trabe Cypria.* & Insulæ Veneri gratissimæ mentionem intulit, & significauit materia ad ædificandum abundare Cyprum: cuius trabib. sustineri Venus suum maluisset signum, quàm alterius prouinciæ columine aut ligno. Alio autem loco è Marcellino ostendimus quàm esset Cyprus nemorosa & materiæ naualis copiosa & fertilis. Eodem in Carmine,

Horat. lib. 4. od. 1.

Te per gramina Martij

Campi, te per aquas dure volubileis. cùm dicit campum Martium & Tyberim intelligit, in quorum altero iuuenes Romani se exercebant: in altero natabant. Quod cùm quotidiè Ligurinus faceret, Horatius, qui eum amabat, sæpenumero somniabat se illum videre, sequiq; per Martij campi gramina: & per Tiberis alueum & volubilem aquam. Hæc quidem haud difficilia esse satis scio: sed quæ omissa tamen gratiam detrahunt cantico: & vt à multis id sine nostra ope admonitioneque percipiatur: tamen non diffido multos etiam esse, quibus mirum statim prima specie videatur esse, cur aquarum mentionem fecerit. quibus admiratio illa error que detrahendus & eripiendus fuit, & velut errantibus comiter monstranda via.

Pinsere terram genib. Ennius explicatus, Superum lumen, Annuuit, Hastæ ansatæ, Ponè recumbere & petere, Nomen ædificare, Surus & Syrus, Gerere rem, Quadrigæ irarum. Cap. 11.

HABENT Enniani versus aliquid, quod prodesse & delectare possit, & orationem etiam, quod minime quis existimaret, excolere. Ex eo frustillum istud, quod in Diomede reperitur elegantiam habet Homericam,

Pinsi

Pinsi terram genibus. Sic enim restituendum puto, cum *ceram* scribatur. accipioq ue de eo, qui in genua cadit, eisque terram ferit. Simile & genuinū est eiusdem Ennij apud Varronem. *Ideo Ennium in terram cadentes dicere, cubitis pinsebant humum*. vel vt in atiquo legi libro, *pinsabant*: sed altorum perplacet. Homerus eodem modo de eo, qui in prælio cadit, scribit ἕλε- ταῖαν ἀγοςῶ. Eleganter etiam noctis mediæ tenebris obductum occupatumque cœlum hoc versu dixit.

Diomedes in pinsere.
Varr. lib. 4. de ling lat.
Hom. Ilia. λ.

Cum superum lumen nox intempesta teneret. nam superum lumen, est lumen cœleste. Annuit idem pro annuit dixit v geminato.

Enni. apud Macrob. lib. 6. Satur. c. primo.

Annuuit sese mecum decernere ferro. Hastas ansatas vocat amentatas nō illepidè *postquam*, inquit, *defessi sunt, stant, & spargere sese*

En. apud Pris. in Annuo.

Hastis ansatis, concurrunt vndique telis & alio loco,

Enn. apud Macrob. li. 6. cap. 1. Saturn.

Ansatas mittunt è turribus, cum ait, hastas amentatas intelligit. Filum idē pereleganter in gladio appellat laminam.

Enn. apud Noniū in Ansate.

Deducunt habiles gladios filo gracilento. Pone recumbere, & pone petere. idem dicere videtur. quod in remigatione Xenophon ἀναπίπ7ειν vocant

Enn. apud Nō. in Gracilētus.
Xenophon.

Pone recumbite, vestraque pectora pellite tonsis. Iterum

Enn. apud Fes. in Tonsa.

Pone petunt, ex in referunt ad pectora tonsas. Nomen edificare est apud eum, factis nomen illustrare, & monumentis inscribere & statuis.

Reges per regnum statuasque sepulchraque quærunt.

En. apud Mac. li. 5. Sat. ca. 10.

Ædificant nomen, summa nituntur apum vi. Non inelegans est & illa sententia qua locum tam munitum dicit firmumque, vt vel ab vno sine iusto telo defendi possit *leni surculo*. sed ea sententia verbo est elata antiquo: nam pro surculo, Surum Ennius dixit.

Enn. apud Fes. In surū dicebant lib. 17.

Vnus surus surum ferret, tamen & defendere possent. Dicitur & Syrus. nam y & v commertia inter se exercent, permutationeque vtuntur. Varro.

Enn. apud Nō. In Syrus.

Ventique frigidi se ab axe erumpebant
Frenetici Septentrionum filij,
Secum ferentes tegulas, ramos, Syrus Elegans est & illud,

Enn. apud Fes. lib. 11. vbi de metonymia loquitur.

Cum magno strepitu Vulcani ventus gerit rem. vnde & Lucretiana illa tam frequens locutio. — *natura gerit res*. Idem quadrigas irarum, vt plaustrum conuitiorum dicere solemus, scripsit non inconcinnè *Effundit irarū quadrigas*. Quod apud Persium scriptum est, — *Quintus pauone ex Pythagereo*, è Charisio constat nō à Persio fictum, sed ex Ennio sumptum: Adfert enim ex Ennio *Memini me fieri pauum*.

Lucretius li. 2.
Enn. apud seruiū in 12. Aeneid. Virg.
Pers. satyr. 6.
En. apud Charisium lib. 1. institu. Gram.

Returare, Muſtei, Atratus, Semiatratus, Varro emendatus, Oratio cepe & allium olet, Matella communis, Oliuitas, Lucerna, Penula.

Cap. 12.

NON minus & è panunculamentis Varronis, quæ ſparſa reperiūtur, & inſigniunt Grammaticorū volumina, aliquid & ipſi, ſi poſſumus, quod eſſe Philologis voluptati poſſit, eliciamus. Returare videtur dixiſſe contrarium ei, quod obturare eſt, vt ſit patefacere & aperire. *Pueri*, inquit, *obſcœnis verbis nouæ nuptæ aures returant.* Idem Muſteos abſolutè pro caſeis poſuit mollibus, & *pueri*, inquit, *in ædib. ſæpius pedibus offenſant, dum recentes muſteos in carnario fluitare ſuſpiciunt.* quod eſt, dum in fiſcellis carnarij ſuſpiciunt teneros molleſque caſeolos, etiamnum fluitantes & ſtillātes, quorum ſaliua & ſapor eos allicit. Aiax ſtramentitius, erat fabulæ Varronis nomen, vt ſuſpicor; non enim præter leuem & exilem ſuſpitionem cō iectura nitentem adferre poſſum, adepta ab Aiace, aut milite in ſtramentis iacente, morboque affecto & ægrotante. mouet me, quod ex ea fabula, hoc adfertur. *Hac re æger medicos exquiſitim conuocabat, vt conualeſceret.* Non ſolum Atratus, ſed & Semiatratus honeſtè dicitur, vt è Varrone patet, *Ipſum proterni liberti ſemiatrati exequiantur.* Atrati in funere ſolent eſſe qui exequias faciunt. at iſti proterui tantum ſemiatrati erant. Perbellè & illud dictum ab eo eſt, orationem eorum hominum, qui cepa & allio viuunt, cepe & allium olere: quod inter loquendum halitus & anima eorū ſœtéat, *Aui*, inquit, & *ataui noſtri cum allium & cepe eorum verba olerent, tamen optimè animati erant*, Non minus & illud ſuauiter amœneq̄ne dictum eſt de prodigis & ebrioſis, qui nati ſunt vino in veſicam colando, ſaccandoque, vt Lucretius loquitur: quique cellas diuitum vinarias epotas effundunt in matulam. *Diuitum* inquit, *apothecas Chias ad communem reuocat matellam* Matellam autem communem vocat, quòd in eam confluat vinū omne: vt communis locus dicitur Acheruns, quò omnes poſt mortem emit. Oliuitas ab eo antiquè quidem, ſed benè tamen latinè in oleo, ponitur in libro περὶ ἐλαιῶν. ſic inſcribi debere puto. *Denique omnis cum lucerna combuſta eſt in lucubrando, oliuitaſque conſumpta.* vbi quod & admonēdum · obſeruandum eſt, lucerna Ellychnium ſignificat, id enim eſt, quod comburitur. Penula etiam apud Varronem eam partem calcei ſignificat, quæ pedem inuolucro ſui obtegit. *Reliquúm*, inquit, *pedem penula ſcortea pertegere.*

Varr. apud Non. In Returare.

Varr. apud Non. in Suſpicere.

Varr. apud Non. in Exquiſitim.

Varr. apud Non. in Exequiantur.

Varr. apud Non in Cepe.

Varr. apud Non. in Matel.

Varr. apud Non. in Oliuitas.

Varr. apud Non. In Penula.

Varro

Varro explicatus, Commouere funus, ſacra, Inuolucrum, Color luteus mulierum erat, Pallium trahere, Quib. culina vitæ eſt modulus; Lares marini; Reuocare, Acris aceti cupas habere.

Cap. 13.

NESCIO quo pacto alij adficiantur cum in Grammaticorũ libris reperiunt aliquid ex antiquorum ſcriptis, quæ ætatem quidem ferre poterant & immortale merebantur æuum: verum vel temporum barbaria, vel hominum incuria ad noſtrum ſæculum non peruenerunt: me quidem fruſtilla eorum vehementer delectant, & ſui guſtu ad amiſſorum deſiderium excitant, vt illud Varronis, quod ex Homero niſi fallor, ſumptũ eſt. *Neque poſt reſpiciens, neque ante perſpiciens* quod eſt, ὁρῶν πρόσσω καὶ ὀπίσσω. Eiuſdem & illud elegans.

[Varr. apud Nõ. In Proſpicere.]

Funere familiari commoto, auito ac patrito more precabamur. Nam commouere funus ea ratione dicitur, vt commouere ſacra, cum ſacra è loco in locum transferebantur, vt in Orgijs fieri ſolebat & Trietericis ſacris, alijſq; cum ex vrbe in ſiluas montéſque rei diuinæ cauſa ibatur. Inuolucrum apud eum eſſe videtur, redimiculum, quo puellarum ac mulierum crines inuoluuntur. *Sed Cynicis,* iuquit, *Inuolucrum & pallium luteum non eſt* nam luteus color mulieré decere, non virum, nedũ Cynicum olim cẽſebatur. nuptialíſque etiam habebatur. Pallium trahere, eſt Pallio longo talarique terram verrere, qualia erant cytharœdorum ſyrma habentium. *Qui tum* inquit Varro, *erant in Grecia coma promiſſa, raſa barba, pallia trahentes* Egregiè verò dicit ab eis, qui omnia metiuntur opulis, modulum vitæ eſſe culinam. *Et hoc,* inquit, *Intereſt inter Epicurum & ganeones noſtros, quibus modulus eſt vitæ culina.* Lares marinos videtur in Seſquivlyſſe, appellaſſe deos marinos; vt apud Liuium, lares permarinos, deos marinos eſſe arbitror. *Suſpendit,* inquit, *Larib. marinis molles pilas, reticula, ſtrophia* Apud eundẽ Reuocare eſt prouocationem non recuſare, ſed eam recipere, paratumq; ſe oſtendere laceſſenti viciſſimque prouocare. *Qui nos prouocare cum audeant, nos illos reuocare timemus.* Apud Cic. pro Muren. reuocare eodem modo accipiendum eſſe cenſeo. *Vnde tu me,* inquit, *ex iure manu conſertum vocaſti, inde ibi ego te reuoco.* Acrem diſputatorem acris aceti cupas habere dicit. *Alteram,* inquit, *vitam deformaſſe Carneadem virtutis è cupis acris aceti* Hæc è Grammaticis ſumpta ſunt, qui has reliquias nobis ſaluas & ſuperſtites tradiderunt, quæ & ipſæ vetuſtate perijſſent & interijſſent, niſi Grammatici eas ab interitu vindicaſſent.

[Varr. apud Non. in Patritum]
[Varr. apud Non. in Luteus color.]
[Varr. apud Non. in Promittere.]
[Varr. apud Non. in Culina & in Ganeo]
[Liuius lib. 40]
[Varr. apud Non. in reticulum.]
[Varr. apud Non. In Reuocare.]
[Cic. pro Murena.]
[Varr. apud Non. in Cupas]

Cic.lib.de vniuerſitate explicatus & emendatus. Munus. Principatus. Corporatus. Exequi. Exemplum Exemplar. Reliquum. Radius. Reuocatio. Mundus lucens. Fraus. Temperatio. Permixtum. Cap. 14.

CVM legerem Timęum Ciceronis quędā obiter ex eo adnotaui, quæ fortaſſe ad linguæ Latinę aliquam prudentiam non inutilia erunt. Munus, Cic.de vniuer. rem & negotium appellauit cum dixit, *Is, qui aliquod munus efficere molitur.* Principatus, principium eſt. *An ortus ſit ab aliquo temporis principatu.* Corporatus, qui corpus habet, & eſt vt in conſuetudine loqui ſolemus, Cic. ibid. corporeus. *Et eſt*, inquit, *vndique corporatus.* Exequi, eſt ſequi vnde & exequiæ. *Non igitur dubium, quin æternitatem maluerit exequi.* Etſi autem liber Infinitis ſcatet mendis, nec in præſentia eas decreuimus tollere: tamen Cic. ibid. imperare mihi non poſſum, quin moneam legendum videri. *Cum his rebus, de quibus explicatur, videri eſſe cognitionem.* &, *minus quod auemus animo conſequimur.* Sed profecto errores non decreuimus ex eo libro exhaurire. non ita inſanimus, vt hanc prouinciam ſumamus. Exemplum & exemplar eſt, ex quo efficta & imitata efficitur aliqua ſpecies & effigies: quæ & Imago & ſimulachrum vocatur. Exempla non proferam quæ ex eo libro plurima depromi facile poſſunt. Reliquum dixit pro ſolido & profundo: non quod id ſit, ſed quia cum planum & aquabile poſitum eſt, ni- Cic.ibid. hil propter medium reliquum eſt. ergo ſcripſit, *Neque in eo eſſe quicquam* Cic.ibid. *reliqui tum vnum interiectum medium.* Radius eſt linea. *cuius omnis extremitas paribus à medio radijs attingitur.* *Se autem conſumptione & ſenio alebat ſui.* quod ait ſic intelligo, parte aliqua mundi ſeneſcente, aliam inueneſcere atque renouari: cum vnius interitus & labes, alterius ſit origo & Cic.de vniuer. acceſſio. Permixtum, permixtionem dixit. *Atque ita permixtum illud,* Cic.ibid. *ex quo hæc ſecuit, iam omne conſumpſerat.* Reuocatio eſt quæ Græcè dicitur τροπὴ *Solſtitiali ſe & Brumali reuocatione conuertens.* Mundus lucens eſt cœlum. *Benè Græci κόσμον, nos lucentem mundum nominaremus* indiſſo- Cic.ibid. luta indiſſolubilia *Sunt Indiſſoluta me inuito.* Fraus, demnum, detrimentum Cic.ibid. noxa. *Nec fraus valentior quàm conſilium meum.* Temperatio, permixtio, mixtura. *Deinde ad temperationem ſuperiorem reuertit.* Adiumenta cauſarū Cic.ibid. συναίτια. *Sed exiſtimant plerique non hæc adiumenta cauſarum.* Hæc igitur libamenta ex eo libro ſumpta, Latinæ linguæ ſtudioſis dicata ſatratáque ſunto.

Manilius lib. 5. aſtronomicon explic. & emendatus. Alij menſes. Communis amicus. Portare aue. Fiſtula de collo pendet. Exire & Eludere. Amnes colari. Miſtarium. Cap. 15.

Mihi

MIHI videtur Manilius lib. quinto dicree velle, quod tamen editiones hodie non loquuntur, venena Theſſaliæ ab auctorib. nominata, docente Medea cepiſſe, quæ è Ponto illuc cum Iaſone vecta veneficio Infamem Theſſalorum gentem reddiderit. Sic enim ſcribitur. *Colchidis, & magicas artis, qui vertere Colchon*

Medeam Iuſsit, monitque venena per orbem. ſed Iolchon ſcribere mallem, vt è Colchide Iolchon verſas & trāſlatas fuiſſe dicat, eò ſecuta Argonautas Medea. Eo in libro, alios menſes eleganter dici, regionis diuerſam temperiem, diuerſumque cælum animaduerti. nam qui menſes æſtuoſi ſunt in Theſſalia, alii ſunt in Colchide, nec ita feruent, ſed leniter tantum repeſcunt. Manil. lib. 5. aſtronom.

— atque, inquit, alios menſis aliumque videre Manil. ibid.

Phaſin. Egregiè & venuſtè ab eodem ſalutator, qui multorum obit limina, aue matutinum portans diuitibus communis amicus vocatur.

Inſtar erit populi totaque habitabit in vrbe

Limina peruolitans, vnumque per omnia verbum Manilius lib. 5

Mane ſalutandi portans communis amicus. In quo & illud quoque attendendum, eos dici ſolitos portare aue, quod hoc vnum verbum diuitem ſalutando, elocuti, ad alia deinde limina tranſibunt. Martialis quoque in ea re portare dixit, aſtronom.

Et matutinum portat Ineptus aue. Ex eod. libro illud Maronianum, quod quia à noſtris moribus alienum eſt, penè ineptum putamus, & a viſu vix defendere poſſimus. non ſolum ab iriſione vindicare poterimus: ſed etiā laude proſequemur. nam de Polyphemo ſic ſcribit. Martial. lib. 1. epig. 23.

Solamenque mali de collo fiſtula pendent. Ea paſtorum erat olim omnium conſuetudo: ita & decorū ſeruauit poëta nobilis, & poëſim ornauit Manilius Virg. 3. æneid.

Paſtoremque ſuum generant, cui fiſtula collo

Hæreat, & voces alterna per oſcula ducat. Exire videtur verbum fuiſſe gladiatorum, aut militare. vt & Eludere. nam eludit, qui vel gladio, vel rude obiecta petitionem alterius vitat, aut motu cito declinat, Exit qui declinat & effugit

Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit, inquit Maro. Manilius Virg. 5. æneid.

Ille cito motu rigidos eludere ceſtus Manib. lib. 5.

Nunc exire leuis miſſos. Eleganter etiam quia piſcatorum naſſæ & retia tranſmittunt aquam, vt cola, ab eis amneis dicit colari. aſtron.

Et colare vagos inductis retibus amneis. Scio hic à quibuſdam emendari cælare: ſed amœnior & decentior eſt illa, quam dixi, tranſlatio. At Manil. lib. 5. aſtron.

verò cùm de Salmoneo loquitur, non cunctabor ſcribere, *Pontibus impoſitis. motibus* aut *montibus* editum eſt. Et de Meleagro, — *flammis latitantibus vſtum.* hodie *habitantibus* edunt. Eſt & poëtico litum fuco iſtud, *Et viridis nemori ſanguis decedit, & herbis.* vbi ſuccum herbarum virentem, earum vocat ſanguinem.

Manilius lib. 5. aſtron. — Manil. lib. 5. aſtron.

— *nec parcè vina recepta*
Hauriet è miſeris. Scribendum è myſtris, id eſt, è vaſe quod apud Nonium appellare videtur Lucillius, miſtarium. vel *hauriet eminis.*

Manil. lib. 5. aſtron. — Lucil. apud Non. in Miſtarium.

Maro lib. 1. Æneid. explicatus, Sortes in galeam deijci, Galea pro vrna militib. erat, Cauponari. Cap. 16.

APVD Maronem inſignis eſt galea Turni tribus criſtis veluti Iubata.
Cui, inquit, triplici crinita Iuba galea alta Chimæram
Suſtinet. Quod ornamentũ non ab Homeri imitatione, cuius ad exempla ſe potiſſimum componit. Sed aliorum Homero recentiorum poëtarum ſumpſit. nam obſeruant quibus iſta curæ ſunt, hoc trium criſtarum inſigne nouitium eſſe. Æſchylum igitur ſecutus eſt, qui ſcribit,
τρεῖς κατασκίους λόφους σείει. Cuius interpres ita ſcribit, τρεῖς κατασκίους, νεωτερικὸν τοῦτο. Eodem modo & Ariſtophanes, τριλοφίαν in ſuis ſcripſit diuerbiis. At illud Homeri imitatione à Marone ſcriptum eſt, ſine controuerſia lib. 5.

Virg. 7. æneid. — Æſchyl. Septẽ ad Thebas. — Æſchyli interpres eo loc. — Ariſtoph. in diuerbijs.

Extremus galeaque ima ſubſedit Aceſtes. nam apud Homerum in certamine ſingulari ſortientibus ducibus, quis cum Hectore pugnaturus ſit, ſortes in galeam deijciuntur. Sed & apud Æſchylum,
τρίτῳ γὰρ Ἐτεόκλῳ τρίτος πάλος
ἐξ ὑπτίου πήδησεν εὐχάλκου κράνους. Sic hominibus illis militarib. erat galea pro forenſi aut vrbana ſitella, vel vrna. Non ita hinc longè in eadem fabula Septem ad Thebas, Æſchylus ſuppeditaſſe videtur Ennio tranſlationem illam tam elegantem & nobilem vt omnibus iam ſit in ore. *Non cauponantes bellum*: nam Cauponari eodem modo pugnam dixit, ἐλθὼν ἔοικεν οὐ καπηλεύσειν μάχην. Sed iuuat & aliud in Marone enucleare. Diana cùm eſſet venatrix, altè ſuccincta erat, veſtiſque ſinus fluentes collegiſſe nodo ſupra genu collectos habebat, ex quo & illud à Prudentio pulchrè ſciteque ſcriptum eſt,
Tum quod Dianam molle ſuccinctam vident
Venantis arcum pertimeſcunt virginis. Ergo cùm Maro dixiſſet Venerem genu nudo eſſe, nodoque ſinus fluentes collegiſſe, eſſe putauit Æneas venatricem Dianam, interrogauitque, *An Phœbi ſoror.* Cùm autem ſupra genua eſſet ſublata veſtis, ideo altos gerebat cothurnos, ne cruribus nudis

Virg. 5. æneid. — Homer. Il. 3. — Æſchyl. Sept. ad Theb. — Ennius apud Cic. li. 1. offic. — Æſchyl. ſept. ad Theb. — Virg. 1. æneid. — Prudentius de Coron. hymno 10. — Virg. 1. æneid.

nudis cerneretur; eosque rubros. quod calceatum eius coloris mulieres amarent. Hinc Satyricum illud,

— *solea puer obiurgabere rubra.* Scribit ergo Maro, *Persius saty.5.*

Purpureoque altè suras vincire cothurno. & alio loco, *Virg.1.æneid.*

Puniceo stabis suras euincta cothurno. Hæc etsi abstrusa non sunt, potius *Virg.7.Eclog.* prompta & penè nota omnib. tamen quod ad intelligentiam poëtæ adiuuat, præterire nolui.

Cicero in oratione quam in Senatu habuit ab exilio reuersus, emendatur. Cap. 17.

IN ORATIONE, quam habuit in senatu Cicero ab exilio reuersus quædam, illa quidem leuicula, obseruare tamen placet. *Referenti*, inquit, *Cic.post redit. in Senat.* *L. Mummio.* è Dione non verebor emendare, *L. Ninnio.* quod & in bonis antiquitatis monumentis perscriptum est, etsi minus explanatè. *Quorum mentes*, inquit Cicero, *angustæ, humiles, prauæ.* quanto melius quæso *pronæ* legitur in his libris, quos non forma expressit; sed manus notauit? vt mox, *nec tueri, nec sustinere*, reperio non in formularia, sed manuaria scriptura. nam in illa est, *intueri*, non apto sensu. Nos quidem percensemus leuia, & tanquam adnumeramus, nec tam nostro Marte, quàm bonorum codicum subsidio lectores iuuare conamur: nec est hæc opera ingenii, sed tantum nonnullius indicii. maiora sunt expectáda ab aliis, quorum ferax & fœcunda mens meliora gignere potest: nos nostra sponte vix quicquam inuenire possumus, vix quæ in libris legimus, fideliter lectori reddere. Sed ad rem redeamus. pro, *& luctum grauißimæ ciuitatis*, *Cic. ibidem.* lego, *gratißimæ ciuitatis.* fides penes eundem librum erit, ne quis nostrum commentum suspicetur. At verò in eo, quod sequitur, vereor ne cùm & ab æditionibus & scriptionibus recedam, videar audacior, quàm circumspectior esse: nec me profecto animus fallit, quanto periculo hoc sim probaturus: sed tamen si dixero me probum desiderare in Cicerone sensum, verbaque induxero, quæ eum explicent, fraudi mihi non debebit esse, modo hoc à me ita fiat, vt Academicam quandam potius probabilitatem secutus videar esse, quàm certam firmamque fidem. Vt igitur scribitur, *non Consulis studium, non discendi initia rei militaris, non cognoscendorum hominum, non liberalitas.* *Cic. ibidem.* fortasse legendum sit, ac fortasse tantum dico, non statuo, nec decerno. *Non consulendi studium, non dicendi, non rei militaris.* *Cic. post redit. in Senat.* Artes commemorat, quibus in foro homines commendationem consequuntur in his studium Iuris Ciuilis & eloquentiæ. Et mox, *Tamen libidinosum & perditum non putares.* *Cic. ibidem.* cùm *dubitares* in omnib. exemplaribus legatur. Æquè istud sic lego, *cum hoc homine an cum stipite, vel Æthiope in* *Cic. ibid.*

foro

foro conſtitiſſes, nihil crederes intereſſe. Sed & ſupra in libris optimis eſſe ſcriptum videbatur: *præter ſimulatam mutamque triſtitiam,* hodiè *verſutam* editur. Suſpicor & ſcribendum, *Non enim tantis rebus geſtis,* ab omnibus libris, *rebus* abeſt. Quod mihi tamen à Cicerone adſcriptum videtur, præſertim cùm res geſtas tam ſæpe dicere ſoleat. Mox, *in eam cogitationem adducebat.* ſi libri veteres non ſcriberent: tamen quiuis ex ſententia id flagitari intelligeret. quæ *cognitionem* aſpernatur. Hæc qualiacunque præſtat profectò à me ſcripta eſſe, quàm ſemper in Ciceronis illis locis errores illos fœdos ſinere hærere. qui tamen vt hæreant, nec corrigantur in æditionibus admonitione hac non poterit quenquam poſthac fallere, ſi modo quis ſit qui noſtræ ſententiæ calculum ſuum addendum putauerit.

Cic. ibidem.

Cic. ibid.

Varro de ling. Lat. illuſtratus & emendatus, Solum. Cap. 18.

M. VARRO de ling. Lat. Summa terræ dicit à poëtis vocari, ſola terræ, quod ſola terantur. quo ſanè in loco, neſcio quid animum meum ſollicitat, cur id non approbem, nec à Varrone ſcriptum putem. Syllaba enim veriloquium iſtud dedignari videtur. altera tracta, altera corrupta. geſtit neſcio quid animus effari, quod tamen metu periculi & irriſionis premere continereque conatur. Sed maior eſt libido garriendi, quàm timor & reſpectus ludibrij, Quid igitur, *ſi quæ ſolo teri poſſunt.* Varro ſcripſit, id eſt, pede? Nam ſolum pedem appellari notum eſt omnibus paulo humanioribus: & conuenit vtrobique ſyllabæ modulus. Vrit, & ſcrupulus me malè in locandi explicatione. Sic enim loquitur, *Ab eo preco dicitur locare, quoaduſque id emit, quoad in aliquo conſiſtit precium.* nec ſcrupulum ademere, qui *emitur,* ſcripſerunt. ſed hoc velut vlcus, mala manu tetigerunt. Ego quæ malè coaluerunt, eſſe arbitror diſtrahenda, ſcribendumque, *quoadvſque idem it.* Itidem vbi Aſiam duobus modis dici adfirmat, legendum cenſeo, *in qua eſt Ionia & Prouincia noſtra,* eraſo nomine Ciliciæ. Nam Cilicia nunquam numerata pars fuit Aſiæ illius, quæ pars vniuerſæ habetur. Ex orationibus Cic. omnibus ſpero notum eſſe: Sic & in cœli notatione, *Et pars eius ſumma.* legi debet non *ſummum.* Hæc ſimilia ſunt ijs, quæ è noſtra proficiſcuntur officina, id eſt, leuia, quæ vilibus ſcrutis æſtimanda non ſunt.

Varro lib. 4. de ling. Lat.

Varr. ibid.

Varr. ibid.

Varr. lib. 4. de ling. Lat.

δευτέρων ἀμφόνων, *Libycæ pelles, Vina ſecundaria, Nomina decimo die impoſita, Auiculæ Dacnades.* Cap. 19.

HORVM mihi venit in mentem, cùm in Heſychii Lexico quædam legerem,

gerem, *Hanc tibi Eryx meliorem animam.* quod Maro dicit, pertinere ad id, quod in prouerbio δευτέρων ἀμνόνων Heſychius ſcribit, putaui: quam pa- Virg. 5. æneid.
rœmiam fuiſſe dicit in hoſtiis ſuccidaneis, quæ eum priora ſacra, ſecunda Heſych.
fauſtraque non erant, immolabantur, iis, qui rem diuinam faciebant, clamantibus, δευτέρων ἀμνόνων: Eô igitur Maronem reſpexiſſe probabile eſt.
Idem Maro ſcribit, — *& pelle Libyſtidis vrſæ*, non ſine cauſa, & quòd Virg. 5. æneid.
multis abundat feris Libya, & quòd inde pulcherrimæ ſolebant pelles adferri: neque enim is eſt Maro, qui ſine cauſa & de nihilo attributiones arceſſat. δέρμα, inquit Heſychius, λιβυκὸν ὡς κάλλιστον. ita Libycas pelles, Heſych.
pro pulchris poni auctor ille adfirmat. Plinius ait, *non poſſe dici vina, quæ* Plinius lib. 14.
Græci Deuterias appellant. Vbi ego deuterias maſculino genere accipio, cap. 10.
ſubaudioque οἴνους. Heſychius, δευτερίας ὁ κατὰ τὸ ὕδωρ ἐπιχεθῆναι εἰς τὰ στέμφυλα οἶνος. Decimo die, inquit Vlpianus, Heſych.
Nam vt Heſychius ait, eis eo die nomina imponebantur. ita ciues & in hominum numero haberi incipiebant. cùm qui ſine nomine eſt, ne natus quidem eſſe videatur. Ariſtoteles tamen nomina ait impoſita ſeptimo die fuiſſe. Heſychius, δεκάτῃ θύομεν, τῇ δεκάτῃ ἡμέρᾳ τὰ ὀνόματα τοῖς βρέφεσιν Heſych.
ἐτίθεσαν. ὁ δὲ Ἀριστοτέλης τῇ ἑβδόμῃ φησίν. Apud Feſtum ſunt auiculæ quædam Feſt. lib. 4. in
Dacnades à mordendo nomen habentes. δακνίδες ab Heſychio appellan- litera D.
tur. δακνίς, inquit, ὀρνέου εἶδος. Fabula illa quæ apud Ciceronem Demiur- Heſych. Cic.
gos nominatur, nomen habet, vt opinor, à muliere, quæ in nuptiis liba & dulciarium opus coquebat: Hoc tamen coniecturale eſt, vt plæraque huius generis.

Siculi equi, Æſar, Æſalo, ἄβακος καὶ αἴβακος, *Solarium,* ἄιτυβα, *Cymatium, Vnda,* ἀιετὸς, *Maior hoſtia,* ἱερεῖον τελεῖον, *Hamaxopodes, Patrimi, Matrimi,* ἀμφιθαλεῖς, *Amphitapæ, Pſilæ, Pſilotapides, Iuſiurandum de calumnia. Cap.* 20.

QVÆ inter legendas quaſdam paginas Heſychii ex aliis auctoribus Heſych.
mihi ſuccurrêre, libet adſcribere in eo ſcribitur αἰτναία πῶλος, ἡ σικελή, ἡ μεγάλη. Sic autem locutus eſt in OEdipo Sophocles: ego quoque recor- Sophocl. OEdip. Colonæo.
datus ſum Siculos equos à Gratio eſſe laudatos his verſibus,

Poſſent Ætnæas vtinam ſe ferre per artes, Gratius de venat.
Qui ludus Siculis, quid tum ſi turpia colla
Aut tenuis dorſo curuatur ſpina? per illos

Cantatus Graiis Agragas. AEſar in Tranquillo legimus lingua Etru- Suetõ. in Octauio cap. 97.
ſcorum, deum ſignificare. idem & Heſychius ſcribit, aliquantum tamen Heſych.
mutata voce, αἰσοὶ θεοὶ ὑπὸ τορρηνῶν. Genus accipitris à Plinio vocatur Pli. li. 10. ca. 8.

AEſalo,

Hesych. Aesalo, ab Hesychio αἰζάρων. Inquit enim, αἰζάρων εἶδος ἱέρακος. Virgam illam myrteam, ad quam in conuiuiis canebant in Græcia multi ἄζακον appellant. Hesychius ἄζακον & lauream virgam dicit. ἄζακος, inquit, ὁ τῆς δάφνης κλάδος, ὃν κατέχοντες ὕμνουν τοὺς θεούς. Quod Latini Solarium appellant, locum scilicet apricum soli expositum, αἴθουζαν antiqui Græci videntur appellasse: & eo quoque nomine intellexerunt porticum. quanquam porticus Soli, vel Orienti vel Occidenti obuersa etiam solarii nomine censeri possit: Sunt & qui Atrium interpretantur. Cymatii crebra est in Vitruuio mentio, quod & lib. quinto vndam Latinè interpretatur ita scribens, *Pluteum insuper cum vnda*. etiam cymatium dicit Hesychius aliquãdo αἰετὸν, id est, aquilam vocari. αἰετὸς, inquit, καὶ ὄροφος καὶ τὸ ἐπὶ τῷ γείσῳ κυμάτιον. Sed & Cymation sic interpretatur, κυμάτια αἱ ὑποχαὶ παρὰ τέκτοσι καὶ λιθοποιοῖς. Maior hostia, est quæ adoleuit creuitque & perfectæ ætatis est. ἱερεῖον τέλειον Græci dicunt. Itaque istud Homericum, — αἰγῶν τελείων. Hesychius, τῇ ἡλικίᾳ τελείων explicat. Hamaxopodes quæ à Vitruuio nominantur, & arbusculæ dicuntur esse, in quibus versantur rotarum axes conclusi laminis ferreis. Sic ab Hesychio explicantur, ἁμαξίποδες τῆς ὑπερτερίας τὰ εἴδη τὰ τοῖς ἄξοσι προστιθέμενα στρεφομένοις περὶ αὐτά. Quod Horatius inquit, — *Inuidiaque maior*

Vitru lib.5. cap.7. *Hesych.* *Home.1.Iliad.* *Vitru. lib.10. cap.20.* *Hesych.* *Horat.lib 2, od.20.*

Vrbes relinquam. quo se maximũ & illustrissimum fore dicit omniq; inuidia superiorẽ ἀμέγαρτον exponere videtur, quod magnũ etiam significat. etsi etiam in alia notione scio à Græcis intelligi & accipi: ἄφθονος quoque ab eadẽ notione dici videtur. qui patrimi & matrimi vocantur, illi sunt, quorum adhuc vterque parens superstes est, à quib, sæpenumero legimus in publicis supplicationib. & lectisterniis cantatũ carmẽ fuisse. nam ab orbis altero parente cani, mali visum ominis fuisset, eiusque moris non aliã crediderim causam. Tales Græci vocant eleganter ἀμφιθαλεῖς Hesychius ἀμφιθαλὴς ἐπ' ἀμφοτέροις τοῖς γονεῦσι θάλλων. Versus est Lucilli à Grãmaticis citatus. *Psilæ atque amphitapæ villis ingentibus molles*. Vbi amphitapę vestes sunt stragulæ vtrinq; villosæ, vt vilosa sunt Turcarum tapetia. etsi non vtrinque. Hesych. ἀμφιτάπης χιτὼν ἑκατέρωθεν ἔχων μαλλούς. at psilæ sunt tapetes vestesque stragulæ, non vilosæ, vocanturque vno vocabulo iuncto Psilotapides. Hesych. ψιλοτάπιδες αἱ καλούμεναι ὑπὸ στρώματα καλά Iusiurandum de calumnia, quod in iure Romano est, sumptum est è gladiatorum consuetudine, nam ἀμφιορκία & ἀμφωμοσία ab illis dicebatur, quid vterque iurare cogeretur.

Hesych. *Lucil. apud Non. in Amphitax E.* *Hesych.* *Hesych.*

Verpi. Deglupta menas. Verpi Iudæi. ψωλὸς. ἀπεψωλημένος. Semirasus vstor. Seruitia semirasa. Soccus luteus. color luteus nuptiis dicatus. Myrtus Asia. Catullus explicatus. Cap. 21.

VERPI

VERPI nomen, in maxima obſcœnitate veteres poſuiſſe compertum habemus, ob renudatam glandem verendorum. *Verpus præpoſuit Priapus ille*, inquit Catullus, & *Declupta menas* non alia de cauſa à planto maximi probri loco dicitur. & Lesbia, quæ proſtitutæ erat pudicitiæ Catullo dicitur *Glubit magnanimos Remi Nepotes*. nam cum eis ſui copiam faciebat, verpos reddebat. itaque circūciſi Iudæis eo nomine infames Romanis erant, & Verpi per contumeliam & Apellæ vocabantur, nudata glande. Sic ψωλὸς & ἀπεψωλημένος apud Ariſtophanem in eadem notione & maledicto ponitur. Alio in epigrammate Catullus ſcribit. *A ſemiraſo tonderetur vſtore*. hic ſemiraſum eſſe opiner vſtorem extreme ſeruitutis, Infimæque & miſerrimæ conditionis. Seruitia enim ſemiraſa erant, pręſertim quæ in machinis, piſtrinis, ergaſtulis habebantur. Apuleius. *frontes literati & capillum ſemeraſi, & pedes annulati*. In Epithalamio non abs re *Luteum pede ſoccum* Catullus mihi dicitur videtur. nam & luteus color nuptijs dicatus erat. & non ſolum in delitijs erant rubra ſandalia: verum etiam Lutei calcei. Apuleius. *Cingulo ſubligati pedes luteis induti calceis*. *Myrtus* autē. *Aſia* mihi dici videtur, quæ propter Aſiam paludem creſcebat, cum hoc genus ſtirpis humidis delectari locis notum ſit. Aſiæ enim nomen in palude primam producit. Maro,

Catull epigrā. 44. Plau. Pænulo. Sc. Si. ego minan. Catull. epi. 54 Ariſtop. Pluto. & Equitib. Catull. epig. 55 Apul. lib. 9. de aſin. aureo. Catull. in Epi. Iuliæ & Mal. Apul. li. 8. de aſin aur. Catul. in Epit.

— ſonat amnis & Aſia longè Virgil. 7. æne.

Pulſa palus. ſic ἀσίῳ ἐν λειμῶνι apud Homerum ſcriptum eſt. Home. 2. Iliad.

Quæ tuis careat ſacris Catull. in Epi.
Non queat dare præſides
Terra finibus. quid apud eundem poëtam valet, antè dixit, ſtupra Infamiam inurere, & adulteria: quia geniali fœdere. Hymenęi, ſoluta ſint. Sed nec ſtirpem inde natam agnoſci: Nunc, vt opinior, qui furtiuo concubitu vulgoque queſiti ſunt, negat hęredes eſſe poſſe: qui enim agros & fundos poſſident eos, qui in finibus ſunt & territorio, illi finibus imperare videntur: ſed liberi iuſtis nati parentibus, iuſtiſque nuptijs quæſiti, hæredes eſſe paternorum bonorum poterant. Hic ſenſus, vt opinor, & à verbis Catulli nō longè recedit, & probabilis eſt. Sequitur illud, quod eruditos ſemper habuit ſolicitos *Flere deſine, non tibi*, Catull. in Epi.

Herculeïa periculum eſt. Cur enim Iulia Herculeïa vocetur, arioli fuerit diuinitus ſcientis dicere. Ego vt in medium adferam, quod ſentio, & velut in Grammaticorum cœtu ſententiam dicam, puto duo verba in vnum eſſe conflata, legendumque *Flere deſine, non tibi*

Hercule eia, periculum eſt. nam cum ſententia adhortantis particulam flagitet cum aſſeueratione, vt ad prodeūdum citius eliciatur noua nupta, diſtracto & diuulſo verbo vno vtrinq; conſequemur. nondum tamen hac de re mihi ſatis liquet.

Aſti-

Atticorum & Asianorũ qualis oratio. Ciceronis & Demosthenis comparatio. Caluus Demostheni quã Cic. similior. Sallustius Demostheni affinior quam Cicero. Demosthenes Thucydidem decies manu sua scripsit.

Caput 22.

MAGNA fuit M. Tullio cũ multis ætatis suæ oratoribus de optimo genere dicendi cotentio. illi enim cum Atticam eloquentiam & sequerentur & probarent, Ciceronem vt Asianum & redundantem, vt fractum & elumbem insectabantur: quo in numero: ne alios nominem, Caluus & Brutus fuere. Cicero autem cum Atticum dicendi genus omnium optimum negare non posset, eo omnes dicendi figuras & formas, quas Græci characteres vocant, contineri, includique contendebat: quod & exẽplis Cic. de optimo gen. orat. Demosthenis probabat. Sed vt verum sit, quod Cicero ait; tamen in omni genere dicendi, orationisque forma, sanior & salubrior & Incorruptior & astrictior & præstantior erat Atticorum oratio, quàm Asianorum: quorum eloquentia vitiosa & superfluens, & exundans & supramodum elatã exultabat. Quod si quis ad Demosthenis elocutionem Ciceronis orationem exigat, nihil tam dissimile reperiet: cum potius effingat illam Asianorũ exuberantem copiam: contraq;, quos insectabatur, doctissimorum iudicio, Demosthenem eximiè raddiderint. Equidem quantum de scriptoribus vtriuisque lingue pro ista mea mediocritate iudicare & existimare possum, animaduerto Sallustiũ Demostheni affiniorem & similiorem, quàm Ciceronem: quod & homines intelligentes sensuros esse con fido. cum enim Sallustius Thucydidem comuletur & exprimat, ad cuius imaginem & filum quãsdam conciones totas deduxit Demosthenes. qui tam studiosè eum peruolutabat, vt decies sua manu totum scripserit, an non merito Sallustium Demestheni persimilèm dixèrim, cùm vtrunque videam ad vnum exemplum se formasse? Itaque quod indignum esse Cicero clamat, extitisse oratores, qui Thucydidem imitarentur, nouum imperitorum genus: videat ne ista criminatio in eo hæreat, quem præcipue admiratur, quoque ne Athenas quidem magis Atticas fuisse dicit. Sed & magis similes Demostheni fuisse Atticos illos, quã M. Tulliũ. Doctissimorũ hominum testimonijs in vno Caluo planum faciam. Sic e-Senec. lib. 4. Controuers. nim de eo scribit in Controuersijs Seneca. *Compositio quoque eius in actionibus ad exemplum Demosthenis riget, nihil in illa placidum, nihil lene est, omnia excitata & fluctuantia.* His paucis verbis ad quod exemplar Caluus properet, quanquam exemplar assequatur suum, prospici facile potest. Plin. li. 1. ep. 2 Sed id aliquanto etiam è Plinio illustrius erit, cuius hæc verba sunt. *Tentaui enim imitari Demosthenem semper tuum, Caluum nuper meum, figuris dun taxat ornationis Nam vim tantorum virorũ pauci, quos æquus Iupiter amauit, assequi*

assequi possunt. nec multo post, subijcit, non tamen omnino Marci nostri Plin. ibid.
λαλιὰν *Ἀττικὴν* [?] *fugimus, quoties paululum itinere decedere nō intempestiuis amœnitatibus admonebamur: acres enim non tristes esse volebamus.* Hinc satis perspicuū arbitror Caluum Demostheni visum esse simiorē Plinio, quàm Marcū Cic. nec iniuria quosdam ab eo de optimo genere dicendi dissensisse.

Promulsis, Promulsidiaria vasa. Propimata. Cymbea nauis apud Cic. Seneca lib. de benefi. 7. emendatus. Æratæ naues. Allabastriscus. Trabea vestis & Palmata. Tertullianus emendatus. Picta vestis, Bilitteus color. Caput. 23.

1 NVNC illud est, quod vulgo dici solet, quicquid in buccā: nos enim huc quicquid in mentem veniet intrudemus & constipabimus sine dele- L. Et si nō sunt. ctu & ordinis & cognationis. Promulsidem, vnde Iurisconsultis Promul- §. Sed si vasa. sidaria vasa, puto cibum fuisse, qui initio vel prandij, vel cœnæ sumeba- ff. de aur. arg. leg. tur, loco mulsi: quod caput & principium olim cœnæ erat, vt ex Horatio
1 intelligimus scribente, Horat lib. 2. saty. 4.

Aufidius forti miscebat mella falerno.
Mendose, quoniam vacuis committere venis
Nil nisi lene decet, leni præcordia mulso
Prolueris melius. Erant & propymata, quæ ante alia bibere sole-
2 bant, vt mane vel ante prandium, aut eius initio. vt conditum Absinthia- Pallad. lib. 6. cap. 13. tum, Rosatum, violatum. quorum Palladius meminit. Apud Cicero- Cic. 7. in Ver. nem, quæ Cybea nauis in Verr. vocatur, eam Cymbeam libentius appellauerim, cum enim constet oneraria nauigia vocari à Græcis πλοῖα στρογγύλα, & oneraria illic à Cicerone intelligatur: rotūditatisque significatio in κύμβη, κύμβος & κυμβαῖον insit, flagitiosum non fuerit, ita legendū Senec. lib. 7.
2 censere. In Seneca haud equidem dubitem emendare ęratas pro ceratas, debenefi. cap. 20. cum lib. septimo de benefic. ait. *cui triremes & ceratas non mitterem, lusorias & cubiculatas, & alia ludibria regum in mari lasciuientiū.* In veteri libro his seratas reperi: æratas defendo, quæ æreo rostro armatę sunt. In Iuriscōsul
3 to legendū crediderim diminutionis forma Alabastriscus, hunc in modū. L. argumen. sunt. § mūdus muliebris ff. de aur. arg. leg. *vnguētaria, & si qua similia dici possūt, veluti alabastriscus.* Alia vestis erat Trabea, alia Palmata. Trabea trabes pānorū habebat, eaq; equitū erat Romanorū in transuectione olim regū, vt Romuli: postea Cōsulū Claudianus. Claud. 2. Panegyric. In stiric.

Quo tandem flexus trabeas auctore rogantes.
3 *Induerit, fastisque suum concesserit annum.*

Palmata quę triūphantiū erat, palmā intextā habebat. Tertullianus, *Hic* Tertull. de coron militis. *est habitus victoriæ nostræ, hæc palmata vestis.* Iterū de coron. milit. *Præferūtur etiā illis Etruscæ. Hoc vocabulū est coronarū, quas gēmis & folijs ex auro quercinis ob Ioue insignes, ad deducēdas tensas cū palmatis togis sumūt.* Sic in Tertul-

liano legi debere censeo, non vt obtinuit, *&* *tuscæ*. nam vt Plinius scribit, triumphantibus à tergo corona ex auro Etrusco portabatur. Quæ qualis sit, interprete Tertulliano intelligimus. Est igitur species pictæ vestis, vnde & picta vestis interdum vocatur. Nam & pictas vestes, triumphales esse scribit libro octauo Plinius. Blatteus autem color, vermiculatus est, à blattis, id est, vermiculis, qui è cocci granis rubentes erumpunt, quorumque cruore floridissimus inficitur color.

Plinius lib. 33. cap. 1.

Plin. lib. 8. cap. 48.

Iuuenalis 1. Saty. explicatus. Proculeius, Qui Heracleam scripserunt. Vinum mole. Sportula cœnæ loco diuisa clientibus.

Caput 24.

IN prima Iuuenalis Satyra,

Et nos ergo manum ferulæ subduximus, & nos
Consilium dedimus Syllæ, priuatus vt altum.

Iuuenal. saty. 1.

Dormiret, aliud valet, quàm ostendit. Censeas enim Iuuenalem dicere se & Grammaticis, & Rhetoribus operā dedisse: proinde quę idoneũ poëmati scribendo esse. Sed id cum superioribus non satis aptè cohæresceret, & lepos tantus non esset, quãtus ineſt in eo sensu, qui mihi latere videtur. cùm tantum omnibus incesserit scribendorum versum studium, in eo hominum numero censeri velim. Ergo vt illi poëtæ, alias artes missas facio: nec iam Grammaticam moror, aut Eloquentiam: vni poëticæ addictus sum: iam cum Grammaticorum ferulis, & Rhetorum declamationibus, nihil mihi negocij fuerit. Nam præteritum tempus, quod est in subduximus & dedimus, earum rerum præteritionem & omissionem significat. Sic Catulus.

— *Sed hæc fuere.* & Tibullus.

Sine erimus, seu nos fata fuisse volent: Subduxit igitur, qui iam non subducit:

Catull. epi. 4. Tibullus li. 3. eleg. 5. Iuuen. saty. 1.

Dedit, qui iam non dat.

Vnciolam Proculeius habet, sed Gillo deuncem. nomen Proculeij positum esse à poëta suspicor, ob Proculeium amicum Cæsaris Augusti, hominem eximiæ virtutis, de quo Horatius. *Viuet extento Proculeius æuo.*

Horat. lib. 2. od. 2.

Notus in fratres animi paterni. Qui igitur tanta virtute præditus est, si ad nequitiā libidinemque peculiatus non sit, vix vnciolam merebitur.

Iuuen. saty. 1.

— *sed quid magis Heracleas.* Panyasis, cui secundum in poëtis locum Critici tribuebant Heracleam scripserat 14. libris. Sed & Arrianus Heracleam scripserat, vt refert Athenęus. Quin & Phædimus, etiā Pisander. Videri potest Horatius scriptorem Diomedeæ, quicunque ille fuit, perstrinxisse cum scripsit. *Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri.*

Horat. de art. poëtic.

dum per-

— dum peruolat axe citato,
Flaminiam puer Automedon, nam lora tenebat, Iuuenal. saty. 1.
Ipse Lacernatæ cum se iactaret amicæ. Ego hos versus de eodem homine intelligi debere existimo: nec de Tigillino, qui obscuris parentibus natus erat: sed alio potius, vt Fusco, qui patrimonium dilapidarat aurigando: ac cum is ad Imperatoris villam, quę in via flaminia erat, iret, Automedon & auriga erat: lora enim tenebat, non in curru alio equos regente sedebat: idque eo faciebat, vt se amicæ suæ commendaret: mulieres enim aurigas deperibant.

— quæ molle Calenum, Iuuena. saty. 1.
Porrectura viro. Molle vinum dicitur suaue *— tunc sunt mollissima vina* inquit Maro. Ei opponitur durum. Terentius, *Hoc durum est pater.* Vir. grego. 1. Terent. Heautontimor. act. 3. sc. 1.
— nunc sportula primo
Limine parua sedet. Hic nisi hallucinor conqueritur lautè solos epulari Romanos diuites: suos autem clientes & togatos cœna non dignari: sed loco cœnæ eis sportulam diuidere, Iuuena. saty. 1.

Sportula, autem, *deinde forum iurisque peritus Apollo.* quæque mox sequuntur, hanc sententiam habent: Romanos his in rebus diem occupare, in salutatione, & sportulæ petitione, in deductione in forum, & domum reductione: nec tamen à patronis miseros, & lassos clientes cœna communicari, sed sola tolerari sportula: itaque hominum est spes in caulibus. Lego autem, Iuuen. saty. 1.
Et noua nec tristis, non vt in exemplaribus, *it noua. &,* Iuuena. ibid.
Signator, falso qui se lautum atque beatum: sic interpungo, non vt vulgo *Signator falso*: pro, *Hæc animante tuba.* quodquidem & optimā sententiam habet: nec à me vel improbatur, vel loco mouetur, reperi: *Hæc animo ante tubas.* Iuuena. ibid.

Ciris Virgil. multis restituta locis. Ciris vnde dicta. Panathenæa. Cap. 25.

In Virgiliana Ciri, id est, galerita, vel Cassita, quòd eminentem in capite velut cassidem habeat: vel impositum tanquam galerum: multa sunt vulnera, eaque insanabilia, nisi codices subueniant meliores. Interim vnum & alterum attingam, atque vtinam ne mala manu. In eam autem auem mutata fingitur Scylla Nisi filia, tonso patris purpureo capillo, vt licentia fictionis poëticæ, ex vocabuli notatione nata videatur esse: Ciris enim à tondendo nominata videtur. *Tum mea quæret eo dignum sibi quærere carmen.* Virgil. ciri.

longe aliud studium, atque alios accincta labores. nimium ista longè à Virgilii candore & elegantia desciuisse sentio. & subodoror tale quiddam substituendum.

Virgil. ibid. *Musa quoque Actæo dignum se quærere carmen.* Se enim dicit studio philosophię Epicureę deditum, & consecratū quærere carmē Atheniensi Epicuro dignū potius, quàm solitas poëtarum & nugatorias fabulas. *Musaque Erechtheo* etiam legendū esse aliquando suspicatus sum. Sed & quia de sideribus loquitur & cœlo, *Musaque Arateo dignum sene.* aliquando rimabar legi posse. lego etiam. *Florenti viridis Sophiæ complectitur umbra.* &

Virg. ibid. *— valet genus omne.*

Mirificum secli. &

Despicere atque humiles possem. Cum de magnis Panathenæis loquitur, quæ quinto quoque anno vere celebrabantur, peplumque Gigantum, pugnis pictum velum, Typhonemque Mineruæ cuspide deiectum, clade ornatum traducebatur: sic scribit. *Sed magno intexens, si fas est dicere, peplo.*

Virg. ibid. *Qualis Erechtheis olim portatur Athenis.*
Debita cum castæ soluuntur dona Mineruæ.
Tardaue confecto redeunt solemnia lustro.
Cum leuis alterno zephyrus concrebruit Euro.
Et prono grauidum prouexit pondere cursum. in quo quæro, quem cursum intelligat: ac videtur nauigationem significare: vbi enim hyeme iam exacta flare cæpit fauonius, mare quod ante clausum erat, incipit aperiri, & nauigatio exerceri. Alijs tamen verisimilius videtur quod non puto, nauim illam Atheniensium significari, quæ iumentis iunctis Panathenæis agebatur, peplūq;, Mineruæ pro velo habebat.

Heliod. in histor. Aethiop. Heliodorus in Ethiopicis παναθηναίων τῶν μεγάλων ἀγομένων, ὅτε τὴν ναῦν ἀθηναῖοι διὰ γῆς τῇ ἀθηνᾷ πέμπουσι

Philostratus. lib. 1. Philostrat⁹. κἀκεῖνα περὶ τῶν παναθηναίων τοῦ των ἤκουον, πέπλον μὲν ἀνῆφθαι τῆς νεὼς ἡδείας γραφῆς σὺν οὐρίῳ τῷ κόλπῳ, δραμεῖν δὲ τὴν ναῦν οὐχ' ὑποζυγίων ἀγόντων, ἀλλ' ὑπογείοις μηχαναῖς ἐπολισθάνουσαν. Quod enim Philostratus dicit tum non iumentis, sed machinatione vectam fuisse, indicat iumentis eam solitam trahi. Itaque non inuita censeat Minerua quis, *currum* etiam legi posse.

Persius satyr. 1. illustratus. Plasma. Eliquare. Cirri. Cirratæ puellæ. Cirri Germanorum. Lænæ triclinares. vestes domesticæ, Supplantare. Caluus. Pinguis. Aqualiculus. Briseus. Nænosus. Sartago loquendi. ὑγρόν.

Caput 26.

VIDENTVR esse quibusdam locis Persij Satyrę, quibusdā velut Cimmeriis

merijs offusę tenebris, vt sensum in lucem proferre permagni sit operis; aut tæda pralucente densas illas nubes & obscuras illustrare. Cæterum quod prima dicit satyra, vt si possim aliquid aëris tenebrosi dispellam & dimoueam aliquid caliginis;

Ne mihi Pulydamas, & Troades Labeonem. Pers. saty. 1.

Prætulerint. Imitatio est Homerica: Hector enim apud Homerum dicit se Troadum & Polydamantis reprehensionem & vituperationem pertimescere.

αἰδέομαι τρῶας καὶ τρωάδας ἑλκεσιπέπλους Hom. Iliad. 22
πουλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην ἀναθήσει. At.

— liquido cum plasmate guttur.

Mobile colluerit, est cum molli & tenera fictaque vocula poëma eliquauerit vdo gutture. Est enim plasma, vt alio loco docui, cũ vox est tenera & mollis. Plutarchus de voce Ciceronis, ἡ δὲ φωνὴ πολλὴ μὲν καὶ ἀγαθή, σκληρὰ δὲ καὶ ἄπλαστος Iterum ἡ δὲ φωνὴ λαμβάνουσα πλάσιν, cum enim dulcis & suauis vox effunditur, guttur liquida cum exeat colluere videtur. vnde et Persius eliquare dicet. In iocos lib. 2. de oratore Cic. Plutar. in Cic.

Ingentes trepidare Titos. Dixit, vt Horatius. Pers. saty. 1.

Celsi prætereunt austera poëmata Rhamnes. Horat de arte poëtic.
Ten cirratorum centum dictata finisse
Pro nihilo pendas?

Pueri enim cirros, id est, cincinnos alebant, qui grandioribus tondebãtur. Ammianus, *Cirros puerorum licentius detondebat* Erant & cirratæ puellæ. Idem Ammianus: *fœminas afflatim multas spectare cirratas, quibus si nupsissent per ætatem ter iam nixus poterat suppetere liberorum.* Sed & cirros alebant & obliquabant Germani. Tertullianus; *aut cirros Germanorum, aut stigmata Britonum.* *— cui circum humeros Hiacinthina læna est*, id est diues, qui est diues. Romanis autem in conuiuio & triclinio habere lænas licebat: non licebat in foro. ita cœnatoriæ & Triclinares aut domesticæ vestes erant, non forenses neque publicæ. Amni. Marcel. Amni. Marcel lib. 14. Tertu. de virg. velandis.

Rancidulum quiddam balba de nare locutus. tametsi rancide & insuauiter, & odiose & putidè non tam ore quàm balba nare ipse loquitur: quod euenit plerisq; senibus tamẽ mollicula & liquida conatur voce eliquare versus Tragicorum in conuiuio. Quod autem *Eliquat*, ait translatum est à sacco vel colo vinario: Eo enim vinum transmissum deficatur & liquidum redditur: voces igitur veluti percolat. *— & tenero supplantat verba palato.* Supplantare est ὑποσκελίζειν in lucta; vnde & translatio, quod verba nõ fortia & recta & virili plenaq; voce animata foras efferat: sed effœminata pronuntiatione & fracta, velut supplantata & suppressa Pers. saty. 1. Pers. saty. 1. Pers. ibid.

ac ſubuerſa,nec recto curſu & tenore euntia: ſed deiecto & deuoluto labentia, & languido eneruatoque non ſatis expreſſa ſono.

Perſ. ibid. *—non eſt hic Ilias Acci.*

Ebria veratro. Mea,inquit,carmina gloriam & laudem non auent, vt inſana Illias Atti vel Ati. Sic enim in antiquis libris lego. quod porro illam dicit ebriam veratro,perinſanam ſignificat,quæ tantum illius pharmaci epotarit: parcius enim poculum medicamenti parua deſiderat inſania: largius, magna. Quod de poëmate dicit, de poëta accipiendum eſt.

Perſ.ibid. *—nugaris cum tibi* Calue.

Pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede extet. carmina inquit,tua nugacia & inepta ſunt,præſertim cum ſis hebes,tardus & ſtultus & ineptus. Caluum enim pro ſtulto ponebant. Id ex epigrammate licet agnoſci in quo ſcribitur, μωρὸν ὁρᾶς φαλακρόν. Pinguis autem hebes & tardus dicebatur Horatius.

Horat.lib.2. ſaty.6. *Pingue pecus domino facias, & cætera præter.*

Ingenium. Eſt autem aqualiculus venter porci,vt Iſidorus,qui præpinguis plerunque eſt,vnde & tranſlatio.

Perſ.ſatyr. *—quos viuere fas eſt.*

Occipiti cæco. id eſt, qui vt ianus,in occipite oculos non habetis,date operam ne derideamini poſtica ſanna: etſi vos tam prudentes eſſe debebatis, vt vel in occipitio quoque oculos habere crederemini, ſi quid ſaperetis;ſed quoſdam veſtri ordinis fas eſt minus oculatos eſſe, minuſque prudentes,cum ſtultitiam opes patiantur.

Perſ.ſaty.1. *—ſæpe tendere verſum.*

Non ſecus ac ſi oculo rubricam dirigat vno. eum ait facere verſus enodes, leues & æquales:ſine aſperitate & ſcabritia & inæqualitate: in quibus nihil ſit curuum, nihil tortuoſum,nihil prauum,nihil eminens:ſed omnia æquali lenitate perpolita & directa.

Perſ.ibid. *Eſt nunc Briſei quem venoſus liber Acci.* Athenis Bacchanalibus agebantur Comœdiæ & Tragœdiæ:ita fit vt in Liberi patris clientela & fide ſint Tragici & Comici poëtæ. Ergo Accium veterem Tragicum Briſeũ, id eſt,Bacchicum appellat. Nam Briſeus,à quo Briſeus Bacchus vocabatur. Ariſtides de Baccho καὶ ἂν ὡς ἐν ἄῤῥεσιν ἄγενδός τε καὶ βρισεύς. pro *venoſus* quod eſt inæqualis & tuberoſus,aliquando legendum *næuoſus* putaui, vt ſit næuorum & mendorũ plenus: vt mox verrucoſus. Sed exemplarib. hic renunciare non auſim.

(margin: Ariſtides.)

Perſ.ibid. *— cor luctificabile fulta.* Puluino ſolemns nos fulcire cum ſedemus: & ceruicali caput,cum cubamus. At vero Antiopa, cuius cor tot angebant

ærumnæ,

ærumnæ, & miſerijs obſeſſum cingebant,fultum habere his cor dicitur, velut nixum & incumbens iis.metaphora non audaci tantum, ſed propè temeraria & abſurda:ſed de induſtria affectata ad Accij ſimilitudinem & exemplum,qui irridetur. —*ſartago loquendi.*Vt patina piſcium dicitur aut Perſ.ibid. alterius obſonij: ſic ſatyrica tranſlatione & audaciore imitatione Sartago loquendi,velut quædam miſcella nouæ & vſitatæ, & veteris obſoletæque locutionis,ceu eduliorum in ſartagine frixorum hic dicitur.

Sed numeris decor eſt,& iunctura addita crudis. ſic enim lego, nō *abdita*, librorū fiducia priſcorum.Obijcit quidam Perſio poëtas, quos reprehendit,leuem verſum ſuauitate iuncturæ & ſtructuræ coagmentatione æquabili perpolire,vt eo etiam aſpera crudaque leniantur. Mox Perſius ſubijcit exemplum non leuis tantum, ſed fractæ & mollis compoſitionis eneruatæque atque elumbis.

Claudere ſic didicit verſum Berecynthius Atys. Ille alter refert. Perſ.ibid.

Arma virum,nonne hoc ſpumoſum,& cortice pingui.

Vt tamale vetus vegrandi ſubere coctum? ita ei virilis & grauis Maronis compoſitio horrida & ſcabra videtur,ſimiliſque cortici ramalium annoſorum:tanta erat iudicandi peruerſitas. itaque mox ſubiicit Perſius, quando illi alteri duriuſculus Maro videbatur verſus teneros & molles laxaque ceruice legendos,nec firma,contenta, & rigida: ſed velut ſoluta, mollicula & luxata,lubrica,remiſſa.quos verſus vt elumbes & viro indignos merito exagitat.

Hoc natat in labris,& in vdo eſt Mænas & Atys. id eſt, hæc liquida & Perſ.ibid. tenera voce in recitando pronunciantur a poëta, ὑγρὸν enim quod humidum eſt,à Græcis pro molli & tenero vſurpatur non infrequenter.

Iratum Eupolidem prægrandi cum ſene palles. Qui es afflatus & imbutus Perſ.ſaty.1. Cratinis comœdiis, qui ad pallorem vſque operam dediſti Eupolidi & Ariſtophani:has quoque ſatyras meas lege. nam Satyra Latina veteri comœdiæ reſpondet,eiuſque refert reprehenſionem. Palles audacter cum accuſatiuo iunxit,vt quid palles?dicere in conſuetudine ſolemus.hoc autem inſolentius eſt,quod eſt,eorum ſtudio palleſcis, vt.

Hoc eſt,quod palles:cur quis non prandeat,hoc eſt.&c. Perſ.ſaty.3.

At te nocturnis iuuat impalleſcere chartis. Perſ ſaty.5.

*Inde vaporata lector mihi ferueat aure.*Sic enim legendum, non *vnde.*Inquit lector ferueat meorū ſtudio poëmatum, Inde vaporata & calefacta afflataque aure,quòd & audierit & peruolutarit Comicos veteres. Perſ.ſaty.1.

Nomina in io etiam propria diminutionem habere.Cic.ad Attic.lib.5.emendatus & explicatus. Conſule aut Numera. Cap.27.

NOMINA

NOMINA quædam in io definentia diminutionis vim continent, etiã propria, vt Turpio: Sic Sempronius cognomento Rufus à Cic. ad Attic. Cic. ad Att. li. 5 epist. 2. vocatur Rufio. *Cũ interim*, inquit, *Rufio noster*. Et quoniã homines ſuis indulgent cõiecturis, & illas ſecuti, loca plerunq; in ſcriptorib. interpolãt: nos quoq; Rudiarij vice fungamur. & cum ſcribitur eodẽ mox loco. Cic. ad Att. li. 5 epist. 2. *Cũ me ſpectans è Panſæ villa, nunquid vellem, rogaſſet*, Apices antiquos ſcripturæ veteris *expenſe ſua villa*, habere reperi. Præſagiamus igitur eſſe ſcribendum, *expes è ſua villa*. nam ſperarat ſe clam aduerſario conuenire Ciceronem poſſe: quod poſteaquam non potuit atque deſperauit, nunquid vellet rogauit. Etiam adtexam aliud, quod cum ſtigmoſum ſit, perſanandũ Cic. ad Att. li. 5 epist. 4. *ac me ille illud non quo*. Ego diſtinctione ſubleuandũ eſſe ſenſum arbitror, & ſupplemento tacito adiuuandum. *ac me ille: illud non quo*. hoc ſenſu. mihi placet ille, meque delectat, qui non quo mihi probetur ea conditio. Mox protinus pro, *& tuis*, lego *& tu ais*. *Vereor*, inquit, *adduci vt noſtra* Cic. ad Att. li. 5 epist. 4. *poſſit, & tu ais* δυσδιάγνωστον *eſſe*. quam aliam conſtabiliunt ſcripturam alii & aliquot dictiones infulciunt, ea ſanè ſalebroſa & refractaria eſt quanquam δυσδιάγνωστον πρόσνευσιν *eſſe* lubentius multo legerim quàm πρὸς νεῦσιν duobus vocabulis. Illud autem eſt eligans Cic. ad Att. li. 5 epist. 4. *Curandus autem hactenus ne quid ad Senatum: Conſule vel numera*. In quo ad conſuetudinem eorum, qui in Senatu aliqua de re volebant referri, Eſt adluſum. Cõſuli enim aut ei, qui Senatum habebat, dicebant: Conſule vel Numera. quod eſt, refer ad Senatum: aut oſtende non eſſe frequentem Senatum, neque ſatis multos Feſtus. lib. 12. In litera N. Senatores ad Senatus conſultum faciendum. Feſtus Pompeius. *Numera Senatum ait, quiuis Senator Conſuli, cum impedimento vult eſſe, quominus faciat Senatuſconſultum: poſtulatque, vt aut res, quæ adferuntur, diuidantur: aut ſimul conſulantur, aut ſi tot non ſunt Senatores, quo numero liceat ſcribi Sen. expectentur*. hactenus igitur à me curabitur Cherippus, vt nunquam te de eo conſulam, facerene quod poſtulat, debeam: nam de cæteris mihi conſilium dare ſoles, & dabis: in his igitur, quæ nullam habebunt dubitationem, poterit à me curari, ſi quid dubium mihi videbitur, vt de meo quis officio vel facto queri poſſit, ſi ei obtemperem aliquid petenti pernegabo nec quenquam conſulam: de cæteris ad conſiliarios noſtros noſtrumque Senatum referemus. In alia eiuſdem libri epiſtola ſcribit, Cic. ad Att. li. 5 epist. 10. *Quæ non quo te cælem non perſcribo, ſed quia* δυσεκκλητα *ſunt*. Ferè vt hoc admoneam Cræca in auctoribus Latinis deprauata ſunt: nam librarii ſcribæ ductus Græcarum literarum malè effingebant. ita factum vt ad Oedipos deueniendum fuerit, Sphingum ænigmata aliter & aliter enodantes. Hic alii δυσευχαίμητα legunt: hominũ audacia & licentia prouehit meã, vt aliquid & ipſe cõminiſcar. Puto igitur legendũ δυσεκλάλητα. quod & veteri

ſcrip-

ſcripturæ à Victorio propoſitæ affine eſt,& ſententiæ quadrat, vt ſe neget perſcribere ea poſſe, quia inenarrabilia prope ſint. *At vero in illo. Marcellus ſedendi comes: etſi ille magiſtratum non geſſerit, erat tamen Tranſpadanus.* hanc contineri puto ſententiam. videlicet, Marcellus otii & quietis eſt comes, & ſectator, qui ceciderit Comenſem in Cæſaris contumeliam, quærens tumultus & belli occaſiones, quamquam, vt ille, ciuis non fuerit, ciuem autem cædi nefas erat virgis: nec magiſtratum geſſerit, quo adeptus eſſet ciuitatem: tamen in Tranſpadanum virgis abſtinendũ fuit. Viro tamen doctiſ. libenter aſſentirer, qui legendum cenſet, *Marcellus cecidit Comenſem.* Cic.ad Att.li.5 Epiſt.11.

Cic.ad Attic.lib.5.explicatus & illuſtratus. Excuſatio. νομανδρία *Secundus ventus* οὖρος *Certus & commodus ventus,* ἀκεραής *Strues, Fertum, Salij.* Cap. 28.

Cic.l.5.ad At. epiſt.11.

ETSI non poſſum non admirari Victorii eruditiſſimi viri emendationem, qua pro ἐπικὸν δεῖ, ἐπίκωπον emendauit: tamen quia ex antiqua ſcriptura, fortaſſis aliquis ſenſus elici poſſit, non omnino improbanda videatur cum ergo ſcribit *& aliquid* ἐπικὸν δεῖ, ſententiam hanc habere poterit: magnum etiam aliquid & graue adſcribam, vt Poëtæ Epici, qui bella ſcribunt, facere ſolent. Itaque mox *de Parthis*, ait eſſe, *ſilentium*. id eſt, de bello Parthico.

Excuſationem autem νομανδρίαν, legitimam interpretantur excuſationem occupationum & negotiorum, quæ demum viro digna ſit non aduerſæ valetudinis, idque ſcitè & pereleganter, reperi qui ad legitimum numerum præfectorum referret, & genus hominum, quos legere Cicero vellet: proinde quaſi ſignificet ſeſe eius cauſa numerum prætergreſſurum, nec tam acrem cenſorem in probando futurum. nam & ante ſcripſit, *de perfectis excuſatio ijs, quos voles deferto.* que interpretatio vt exquiſitior ſit fortaſſis, & accerſita cuipiam longè nimis videatur, tamen probabilitate nititur: niſi ſi dicat, *Nam excuſationẽ ne acceperis* non miſſarum literarum quòd viros illos, per quos ſemper velut lege quadam ad te ſolitus ſum epiſtolas mittere, non haberem: & per quos Proconſules ſolent Romam aut ad amicos ſcribere, recepto quodam more. Sed in Epiſtola ſequente illud eſt tenebroſius. *Itaque erat in animo nihil feſtinare, Delo nec me mouere niſi omnia* ἀκροληρέων *iura vidiſſem.* Iam ante ſcripſi ſæpenumero Græca in Latinis auctoribus mendoſa eſſe. quod & hic locus ſatis declarat: neque enim ex eo trahi commoda ſententia poteſt. legendum autem puto, *niſi omnino* ἀκεραῆ οὖρον *vidiſſem.* Se quippe negat ante Delo eſſe profecturum, quam viderit certam bonamque tempeſtatem ad nauigandum, Cic.li.5.ad At. epiſt.11. Cic.ibid. Cic.ibid. Cic.ad At.li.5 epiſt.12.

vento

vento ſpirante ſecundo. Secundus autem ventus οὖρος à Græcis vocatur: quod vocabulum deliteſcit abditum in cõturbatis ſyllabis, ventus autem non turbidus, non ab alio exaſperatus neque procelloſus, non ſæuus, ſed commodus & certus ἀκραὴς vocatur. Homerus,

Homerus.

Ἐπλέομεν βορέῃ ἀνέμῳ ἀκραέϊ καλῷ. Quod ſi quis veterem ſcripturam alio in loco tueri velit, quam ſe in libris veluti Faunorum & Aboriginum deliteſcentem reperiſſe teſtatur victorius. *De ſtrue ſalterum*. ſic exponat. Obſecro te, etiam atque cura & vide, vt pecunia nobis affatim ſuppetat, vt ſalienti. Halteres quin pondera erant, quib. ad ſaltum ſe librare ſolebant: mihi quoque Proconſuli pro halteribus pecunia erit. Halteres autẽ Salteres dixit more Romanis vſitato, qui aſpirationes Græcas millies inſibilum conuertunt: documento ſunt ſex, ſuperbus, ſuper, & alia ſexcenta. *De ſtrue* tamen *ſalinarum*, ſuo mouere loco non tam temerarius ſum, vt auſim: ſed oſtendere volui, ſi quis alteram amplecti ſcripturam vellet, figuratum ex ea ſenſum educi poſſe. quod ſi liceret leuiter mutare verba, libenter legerem *De ſtrue Saliorum*. vt rem diuinam ei mandet Marti Gradiuo faciendam, dum militiæ erit. Strues autem ſacris adhibebatur, vt & Fertum: & Martis ſacerdotes erant Salij. Atque in hanc ſententiam propenſior ſum. legendum porro ſuſpicor in eodem libro, *aut quid ad me attinet? Veruntamen Decumani ſibi veniſſe me cum imperio. Græci quaſi Ephesio prætori ſe alacres obtulerunt*. veruntamen ad me attinet vt audias: itaque & narrabo, Decumani mihi præſto fuerunt, meque ſibi veniſſe cũ imperio crediderunt, ſperantes ad vexandos prouinciales, in meo Proconſulatu ſibi auxilium fore: Græci non vt Romano magiſtratui, ſed vt Epheſio prætori alacres ſe mihi obtulerunt.

Cic. ad At. li. 5 epiſt. 12.

Cic. ad Att. l. 5 epiſt. 13.

Cic. emendatus & explicatus lib. 5. epiſtola. ad Attic. Ligurinus, ἐπικεφάλαια.

Cap. 29.

Cic. ad At. li. 5 epiſt. Laodiceam veni.

NON exiſtimo de clauo annali eſſe audiendum, quod Cicero loquitur libro 5. ad Atticum. *Ex hoc die clauum amouebis*. non enim vt opinor, ineunte anno figebatur, ſed exeunte: & amoueri clauũ cupit, non pangi. Ego per tranſlationem potius acceperim. vt cum moleſta illa & iniucũda triſtiſque prouinciæ adminiſtratio, ei velut clauus infixa hæreat, petat ab Attico, vt det operam, vti ex eo die, anno exacto, onere prouinciç liberetur: velut amoto clauo, quo cruciatur & angitur. Scio *clauum commouebis* alios legere, partim *admouebis*. ſed nihil cauſæ fortaſſe eſt, cur librorum ſcriptura vitio ſuſpecta ſit: nec tamen coniecturas doctiſſimorum virorũ reprehendo: ſed quam prætermiſerunt ſcripturam, & velut obelo confoderunt

derunt, belle consistere posse defẽdo. Quem autem Ligurinum momum vocat, eum significat similem ei Liguri, quem in Sestiana *additamentum suorum inimicorum vocat*: cui nunc similem reprehensorem Ligurinum appellat: vt vel Hircum intelligat, vel, vt placet hominibus doctissimis M. Catonem Est & ligurinus è Liguria: Gratius. — *aut Ligurinas desuper alpes*. Est & nomen proprium apud Horatium. Iam ἐπίχεφάλαια in Cicerone, non ἐπίχεφάλῖα scribi debere ineptum esset admonere, friuolum & superuacaneum, nisi literatura vera exularet ex omnibus monumentis, & falsa introducta esset, quę ne in errorem homines inducat, operæ parcendum non fuit in admonendo; Et si laus in eo nulla est.

Cic. ad Attic. lib. 5. epist. Saturnalib. mane.
Cic. pro Scrip.
Grat. de venat. Horat. li. 1. epist.
Cic. ad Attic. lib. 5. epist.

M. Tull. reprehensus ab Hygino; Aratus emendatus. Equi vis vt Canum vis, dictum. Cap. 30.

Cursum prope pelagi tentare videtur, & se incerto committere cœlo; qui auctores antiquos interpretatur: vix enim fieri potest quin quantumuis lynceus interdum in tenebras incidat & offendat, & scopulis impacta naui naufragia faciat: Sed & vt non aduersus tempestates experiatur; an non in latentes tenias plerumque incidit hominum obtrectatorum & maleuolorum doctrinæque opinionem sibi aucupantium alieni nominis infamia? M. Tullius, quem *extra omnẽ ingenij aleam positum* serius scriptor Plinius pronunciauit, quibusdam in locis apud Aratum censoribus curiosis non satisfacit, vt cum scribit.

Pulueribus vti de terra lapsus repente;
In cœlum Victor magno sub culmine portat. Negat enim κεκονισμένον esse puluerulentum. Quis hic Ciceronem Insimulat? Hyginus ita scribens. *Hunc Aratus cum diceret inter sidera* κεκονισμένον *figuratum, acceperunt complures eum puluerulentum dicere, quod minime conuenit posse inter sidera etiam puluerulentum accipere. Quod si esset, dignior erat Orion, cui idem adscriberetur. primum, quod assiduè est venatus & semper in terra fuit: denique quod adhuc inter sidera venari videtur. Perseus autem, qui assiduè volabat non potest puluerem habere. quid igitur? cum vellet Aratus eum currentem obscurè significare, vsus Ætolorum consuetudine eum* κεκονισμένον *dixit. Ætoli enim cum volunt aliquem decurrere significare,* ἀποκονίσαι *dicunt. Id quod Aratus voluit demonstrare, non vt illum volantem assiduè, puluerulentum dicat, quod à multis perperam est intellectum*. Et quoniam de Perseo hæc scripta sunt, in eiusdem sidere describendo non veretur auctores vtriusque linguæ reprehendere in ἄϊδος κυνῆ quis enim non in vtraque lingua, qui quidem eius rei mentionẽ fecerit, non credit esse Orci galeam? vno ore omnes Paræmiastæ, ne quid alios appellem, id sentiunt. Hyginus refragatur qui ita scribit. *Præterea & galeam qua indutus ex aduerso non poterat videri. itaque Greci* ἄϊδος *Galeam di-*

Plinius in præfatione Natur. historiæ.
Cic. in Arat. phænom.
Hygin. li. 3. de singul. cælest.
Hyginus li. 2 astron. poetic.

xerunt

xerunt esse,non vt quidā inscientissime interpretantur eum orci galeā vsum; quæ res nemini docto potest probari: censet igitur Hyginus ἄϊδος galeam esse hominis inuisi, id est, eius qui non videatur. Reprehensionem autem illam

Germanic. in Phænō. Arat.

Hygini adiuuat Germanicus,qui vertit.

—properare videtur.

Et velle aligeris purum æthera tangere palmis. Sed in Ciceronis partes A-

Auienus in Phænom. Arati.

nienus transiit sic scribens.

—Ingentique de hinc vestigia passu.

Puluerulenta quasi cano procul aëre pandit. Sed paulo post in Interpretatione Ciceronis,versus est,quem propter deprauationem nonnulli sub-

Cic. in Arat. Phænom.

duxerunt furtum,maluerunt vt insanabile membrum amputare,quàm sine sensu in corpore iners pendere.

Virgil. 4. Aeneid. Lucre. lib. 3.

Serius hæc obitus terra iussit equinis.

Ego sic sanādū hoc malū arbitror. *Serius hæc obitus terraī visit equi vis.* Equi vis autem dicitur,vt Canum vis à Marone, quod imitatione Græcorum poëtarum factum est. Sed & Lucret.

—fortis equi vis, dixit in poëmate suo, ne quid forte nouum & inusitatum quis suspicetur.

Colaphum ducere, Pugnum ducere, Cocum scindere, Equitem scindere, Flagris rūpere, Miles caligatus, Mesonauta, Modiastinus, Pollinctor, Polluceo, Polliceor. Cap. 31.

Quintil. li. 6. cap. 3.

INQVODAM apud Fabiū loco. legimus. *Colaphum tibi ducam, & formulam scribam quòd durum caput habeas.* hæc ratio loquendi occurrebat alienior & insolentior, Ducam tibi colaphum : sed ita loquutos fuisse vul-

l.4. ff. de Iniuriis.

go, credibile est, præsertim cum eodem sensu, ducere pugnum legamus.

Martia. lib.3. epig. 52.

Vlpianus. *Si cum seruo pugnum ducere vellem in proximo testantem percussferim.*

Horat. Epod. od. 4.

nihilo secius in illo Martialis mirabamur. *Mauis, Ruffe, coquum scindere quam leporem.* cum scindere coquum sit, flagris cædere. quo & Horatius

L.9.§. si atrocem. ff. de iniur.

modo dixit, *Sectus flagellis hic triunuiralibus.* Sed & Rumpere flagris, quod etiam insolentius, reperimus. Vlpianus. *Quod si absuerit, Præsidi offerendus*

L. 15.§. vnde querit. labeo. ff. eod.

est, qui eum flagris rumpat. iterum. *Si magistratus municipalis seruum meum loris ruperit.* Sed & rumpere est interdum cursu fatigare & capere; etiam

Martial. lib. 12. epig. 14.

lapsu interficere. Martialis,

—equitem rumpere quàm leporem. Vtramque significationem versu vno complexus est, nam rumpitur lepus, qui fatigatus cursu capitur: & rumpitur eques, qui veredo excussus malè multatur; & interdum moritur Miles caligatus est à caliga vtique militari vocatus: Sed eo nomine censetur, qui prometionem nullam in exercitu habet, vt Bassus tolerasse imminen-

tem

tem inopiam caliga militari dicitur,& Venuleïus, *tum, qui exercitum acceperit etiam ius animaduertendi in milites caligatos* dicit *habere*.non tamen, vt opinor,in equites,in tribunos,in optiones in cornicularios,aut Stratores.

l.8.ff. de cust. & exhib. reor.

Audax hesperios veniam caligatus in agros.cum dicit iuuenalis, sed militem strenuum & fortem fore & propugnatorem pollicetur.Vt mesonauta medius est inter nautas id est,inter summos & imos:Summos,vt guber natores & proretas: imos, vt remiges Sic Mediastinus medius inter seruos fuisse videtur,summos vt atrienses & dispensatores:imos, vt compeditos & notæ extremæ & quales quales. Vlpianus, E*tenim multum interest,qualis seruus sit,bonæ frugi, ordinarius dispensator: an vero vulgaris vel mediastinus,an qualis qualis, & quid si compeditus vel malè notus,vel notæ extremæ*:itaque à medio nomen habet,reliquum in vocabuli productione numerandum est,non significatione.

Iuuen.saty.3.
l.item apud Labeonem §. quæstio. verbo.ff.de iniuris.

Tu mediastinus tacita prece rura petebas.nõ alio est accipiendũ modo, cũ inquit,mediastinus mihi esses Romæ, votis optabas, vt villicus esses, cuius optati nunc te piget. Pollinctor qui vocatur is est, qui corpus mortui lauat & vngit curatque,à pelle, vt opinor, vngenda ficto vocabulo quasi pellis vnctor.Vt & pollincere sit tanquam pellem vngere,vel potius tanquam perungere,id est,perinundare,quod eo audacius & fortasse inconsideratius, verum tamen adfirmo quod in mixtis vetustis monumẽtis pellinctor reperitur, e autem & o non raro tradunt operas mutuas & in alternas sedes subeunt, nam & polluceo etiam à pelluceo deflexum videtur,& polluctum esse,tanquam pelluctum. Quod illo in genere sacrificij pelluceamus,& quod pelluceat splendor ille decumæ & epuli : Sed & polliceor esse videtur tanquam perliceor. Scio ego homines primæ in literis sententiæ aliud sentire,quos si probabilius ad verum ducat,homines ne sequantur non dissuadeo : denique si quod dico,nihil est, lusisse vt ait Tullius, puter.

Horat.lib 1. epist.14.

Ludificari & illudere,Ludibria, Duplices, Quadruplices, Quintuplices,stare, Lucificare verbum paucum,Gellius explicatus & emendatus. Cap. 32.

QVI pueritiæ alterius vim intulerat aut probrum grauibus vocabulis,quæ leuia quis primo auditu putaret, vel ludificatus esse vel illusisse dicebatur. Terentius.*Quin etiam scelus postquam ludificatus est virginem* Suetonius in Tiberio:*Fœminarum quoque & quidem illustrium capitib.quãtopere solitus sit illudere* . Sed & ludibria hac in re interdum dicebant. Curtius, *Virginesque & principes fœminarum stupra perpesse, corporum ludibria deflebant* . Ita verba ista, quæ à ludo orta sunt, in grauissimo crimine & contumelia ponere solebant. Non ducent eundem colorem,

Teren.Eunucho act.4. sc.3.
Suet.in lib. cap.45.
Quest.Curt. lib.10.

quæ in hoc caput congerentur, ſed hoc ipſo nõ ementientur auctorẽ: ſed ſtirpem & familiam approbabunt, quòd nihil ſimile adumbrabunt. Sępenumero me quadam eſſe varietate luſurum ad laſciuiam vſque profeſſus ſum. *Mart. in apophor.* Duplices, Quadruplices, Quintuplices, quos in Martiale legimus, ſi quis quales fuerint ſcire velit: & ſi ſatis ex ipſo vocabulo monemur & inſtruimur cuius vis ipſa & notio rem declarat: tamen id etiam non incommodè ex Herodiano intelligemus ita ſcribente. *Herod. lib. 1.* λαβὼν γραμματεῖον τούτων δὴ τῶν ἐκ φιλύρας ἐς λεπτότητα ἠσκημένον, ἐπαλλήλῳ τε ἀνακλάσει ἀμφοτέρωθεν ἐπτυγμένων. Sic igitur vocabantur tenues è philyra libelli bis ter quinquies vtrinque in ſe plicati. Apud Maronem,

Virg. 6. Aeneid. —*Stant lumina flamma.* Valet, pleni flãma ſunt oculi, vt & alio loco dixit.

Virg. 12. Aeneid. —*iam puluere cœlum.*

Stare, quod eſt oppletum eſſe puluere.

Lucil. apud Gell. lib. 8. cap. 5. Et lucillius, *pectus ſentibus ſtare* dixerat, vt adnotatum erat & obſeruatum à Gellio, niſi totus perpetuuſque ille eius liber intercidiſſet. Intellexit autem vt conijcio, pectus ſentibus plenum: & vt Terentius loquitur *Terent. Eunu. act. 2, ſc. 2.* ſentum. Lucillius apdud Gellium in Laberianis verſibus. Luſcificare eſt cæcare.

Lucill. apud Gell. lib. 10. cap. 17. *Sic ego ſplendore fulgenti pecuniæ*

Volo luſcificare exitũ ætatis meæ. Hoc ego admoneo & quod infrequẽs eſt verbum, & è codicibus profugum alio locum occupante *lucificare* Sũt & in Gellio verſus Ennij de Seruilio deprauati, eorum aliquot vt reſtitui debere exiſtimem, ad ſcribam, quod ſi quis auctorem, cuius impulſu & fiducia faciam, percunctetur, facio auctore libro antiquo: in quo eſt.

Ennius apud Gell. lib. 12. cap. 4.

Vt faceret facinus leuis haud malus, doctus, fidelis,
Suauis homo, facundus, ſuo contentus, beatus,
Scitus, ſecunda loquens in tempore, commodus verbum
Paucum, multa tenens antiqua ſepulta vetuſtas

Quæ facit. Verbum autem paucum pro verborum antiquorum ſepulta quadam vetuſtate dictum, cuius generis multa in Oratore Cicero cõmemorat. *Cic. in Orato.* Quinetiam ex eodem libro veſtigia ductuſque literarum non ſatis planè expreſſarum ſecutus, arbitror legendum,

Ennius apud Gell. lib. 12. cap. 4. —*magna cum lapſa dies iam,*

Parte fuiſſet de ſummis rebus ſecundis. Capite autem ſecundo eiuſdẽ libri *Gell lib. 12. cap. 2. Lamprid.* *Hæc tamen inepti & inſubidi hominis ioca non præteribo*, è veteri codico lego, quo verbo etiam Lampridius vtitur, proinde adnotandum duxi, & Gellio reddendum, cum ab eius ingenio hoc verbi alienum non eſſe videatur.

Pro-

Proreta. Hermateleuchus, Hermata, Tribus, conuiuia Tribulis, Tributa comitia. Suffarcinata, Pannucea, Pannucea mala, Pannus.

Caput 33.

VERSVS eſt Papinij, vnius vocis inſolentia obſcurus. Papinius.lib3. Siluar.
Sint quibus exploret rupes grauis arte molochus. quiquidem de proreta ſcri-
ptus eſſe videtur, qui in prora & ventos captat, & ſcopulos rupeſque ex-
plorat, conſtat nautas bolidem habuiſſe, quæ eadem & catapirateria di-
citur ad explorandum, ac inſtrumentum quoddam ſimilis vſus hic latet,
1 ſed voce de prauata, quid enim molochus eſt? Ego aliquãdo (neq; enim,
vt opinor, mihi fraudi erit, ſuſpiciones meas hic perſcripſiſſe) molyb-
dus legendum eſſe putaui vt plumbum ſignificaretur: aliquãdo, boloch-
thus vt pondus quod iaci ſoleret in profundum intelligeretur tan-
dem tamen aliquando in hanc ſententiam animus inclinauit vt her-
mateleuchus, vt inſtrumentum, vel feramentum ſit, quo ſcopuli & muri-
1 ces teniæque cæcæ & ſub aqua latentes deprehendantur: Hermata enim
id ſignificare notiſſimum eſt. Venit & in mentem aliquando molochthus
legere, vt pondus ſit deſcendens in mare: ſed enim, vt ingenuè fatear,
hermateleuchus magis animo arridet: & ſi à me non ita vẽditatur, vt meã
2 aſtringere fidem cuiquam velim. Nos vt Academici veriſimilia ſeque-
mur, quibus acquieſcimus, ad vera vix vnquam aſpiramus. Etſi nullus e-
rat Romanus, qui non in aliqua eſſet tribu tamen tribus pro plebe, id eſt,
pro ima populi parte poni Equitibus & Senatu excluſis lego in Pa-
pinio. Papin.lib.4. Silua.r

2 *Moribus atque tuis*, inquit, *gaudent turmæque tribuſque*
Purpureique patres. Sic

— *ſoleas conuiua Tribulis*. Flaccus dixit, pro conuiua humili & plebeïo. Horat. lib. 1. epiſt. 13.
Sic tributa comitia, comitia plebis erant: at ab ijs arcentur apud Liuium
Patricij, credo, quod quamuis omnes in tribu eſſent, tamen plebs multis
3 partib. numero reliquos ſuperaret: Quod autem numeroſiſſimum erat,
vt ſolum tribus nomen non diuiſit, ſed ſibi totum vendicauit. Sed è ſiluis Teren. Andria act. 4. ſc. 5.
in theatrum tranſeo. Apud Terentium *Suffarcinatam vidi Cantharam*, va-
let craſſam & opimam velut multo pingui & adipe ſuffertam. Nam vt à
farcio, ſacino: ſic à farcio farcino, deducitur. Paulinus. *Quia ſuffarcinatos* Donat. in Andriam.
3 *arcta non capiunt*. quo ſane modo & apud Terentium Donatus explicat,
& ſi breuius & obſcurius, ſic enim ait, *proprium eſt auibus eſſe ſuffarcinatas*: Teren. act. 4. ſc. 5.
vt Perſius, Pannucea Baucis, & Plautus, Doliarẽ, claudã, craſſam. Hic au-
tem obſeruandum Donato Pannuceam in Perſio nõ eſſe pannoſam, ſed,
vt quæ multis conglobata & glomerata pannis tumet, tumidam & præ-

pinguem, vt si pila aut globus sit pannuceus: vel quia pannus tumor est in inguine, & glomus fili. In Plinio tamen malà pannucea ex eo videntur appellata, quod celerrimè rugosa, velut in pannos multos marcescant: vnde & Pannuceam quispiam rugosam interpetaretur. Etsi hæc mihi interpretatio parum probatur: sed vitio nunquam fuit multa tentare, & vndique conari verum elicere, vel verisimile inuenire.

Plin. lib. 15. cap. 14.

Torquere collum, & obtorquere, Nutrire, Tibiæ Serranæ. Gingrinæ, Gingrire, Sinistra & Dextra tibia, Fustuarium, De patella edere, Cic. lib. 2. de Finib. bon & mal. explicatus.

Caput 34.

MAGISTRATVS si quem aliquando parum obedienté viderent imperio suo, manum ei ipsi inijciebant, in collumque inuadebát ac torquebant, quod tanquam genus pœnę, & coërcitionis erat. Liuius, *Hoc decreto Consul armatus cum paucis, appellantibus tribunum, collum torsisset: metu cæteri sacramento dixere*, & in libro de viris illustribus. *Consuli legibus agrarijs resistenti, ita collum in comitio obtorsit, vt multus sanguis efflueret è naribus*, non tantum hæc legitima pœna erat: & in Druso, qui id fecit, vt iniuria maxima scribitur, cum ita vis maxima adhiberi videretur. Cicero in Verrem. *Quem obtorta gula de conuiuio in vincula atque in tenebras abripi iussit.* Pro Cluentio, aliquem *obtorto collo ad subsellia reducere*, quod est, per vim. Nutrire non tantum alere significat, sed etiam fouere & curare Liuius. *Cogitationes hominum à foro certaminibusque publicis ad domum curamque corporum nutriendorum auertit.* de pestilentia loquitur, quia animi hominũ à cótentionibus forensibus auocati sunt ad corpora fouenda. Quædam appellantur à Latinis Tibiæ cognomento Serranæ, quæ acutæ erant. opinor, ab acuto serræ stridore, aut serrante sono esse nomen eis inditum, vt Gingrinis, ab anserum voce: nam gingrire proprium est anseris; vt rudere asini: hinnire, equi. Hæ tibiæ Serranæ etiam sinistræ erant, aut sinistris similes: nam sinistra tibia accinit dextræ, cum ipsa acutius tinniat, grauius dextra sonet: ac proinde dextra modos incinit, atque incentiua est, vt à Varrone dicitur: Sinistra succinit, ac succentiua est. Fustuarium, pœna fuit militaris, qua milites, qui deliquerant, fuste feriebantur, huius rei fidem faciet Liuius sic scribens. *Fustuarium meretur, qui signa relinquit, aut præsidio decedit.* Et Polybius ξυλοκοπῶνται δὲ καὶ ὁ κλέψας τι τῶν ἐκ τοῦ στρατοπέδου, καὶ μὴν ὁ μαρτυρήσας ψευδῆ παραπλησίως. Ea animaduersio fiebat Tribuno militem fuste cædente, ac mox reliquis militibus fustibus & lapidibus noxium petentibus. Apud Cicero. de finib. libr. 2. *Duntaxat cætera cauerent* valet,

Liuius lib. 4. Plin. de vir. illust. de M. Liuio Druso. Cic. 6. in Ver. Cic. pro cluen. Liuius. lib. 4. Varr. lib. 1. de re rust. cap. 2. Liuius lib. 5. Polybius. Cic. 2. de fini.

valet, modo cętera cauerēt,tantū cætera cauerent.Hoc eo moueo,quòd interpunctione & ſententia & vis vocabuli corrupta eſt: Sic pro, *ſimiliter & ſi dicat: ſimiliter ac ſi dicat*, Perſpicuè emendandum eſt. Edere de patel- Cic.2. de fini. la,eſt comedere de cibis Diis Larib. in patella adpoſitis. Verba Cicero- nis ſunt, *Primū ita non religioſos vt edant de patella*. Quid? quod melius erit Cic.ibid. *Quibus vinū defuſum è pleno ſit œnophoro.* Etſi enim vinū diffundi ab Hora- Cic.ibi. tio & Columella, alijſque dicitur: tamen in alia re dicitur,& hic defun- dere,eſt deorſum fundere in pateram ſcilicet. *Cui nihil dempſit nix & ſac-* Cic.ibid. *culus abſtulerit nil.* Lucillianus eſt elegans verſus,in quo dempſit, eſt dem- pſerit per archaïſmum. *Reſplendeat his veſtis, argentum odrilitium locus ipſe.* Cic.ibid. In veteribus lego *orilicium*.puto, *aurum illicium locus ipſe*. quaſi locus ipſe ſit illicium conuiuæ & inuitamentum. Quid ſi etiam odor legatur? Sed Cic.2. de fini. verbo reſplendeat,non conueniret. Mox deinde ſequitur — *& rectè ſo- phos illudque verè.* In quo illud d litera extrita,vel in pronunciando ſupplā- tata aut diſſimulata legendum eſt vt corripiatur vltima. Multis hinc inde collectis particulis hunc centunculum conſarcinauimus.

Aſinus albus apud Fab. Album, Primipilarium teſtamentum. Proœmium fa cilius habere. Cap.35.

SCRIBIT Quintilianus hominem dicaciſſimū Iunium? Baſſum, aſinū Quintil.li.6. album fuiſſe appellatum: cuius ſanè dicti gratia non pellucet, neque ſe cap.de riſu. oſtendit nobis duntaxat, quorum oculis obducta quædam caligo eſt: ſed conemur,vt argutiam eius eruamus & eripiamus hominibus eam,qua pri mi diu laborauimus huius dicti inſcitiam. Ridiculum quidem,vt è Cic. & Ariſtot.notum eſt, ſedem conſtat habere in quadam deformitate & Ine- ptijs.Hominem porro Ineptum Aſinum vocari à Latinis, vel vnius Ter- Terent.Ennu. rentij locus fidem fecerit ex Ennucho. *Flabellum tenere te aſinum tantum* act.ſc.5. Contrà quod iucundum,fauſtum,proſperum,lepidum,album dici:de co- loris illius iucunditate & pulchritudine nemini paulo doctiori eſt igno- Perſius ſaty.1. tum.Hinc albæ aues: & *ſint omnia protinus alba*. Qui igitur ridiculus erat propter Ineptiolas ridiculorum, Aſinus dicebatur: ſed idem propter iu- cunditatem albus: quod ea diceret, quæ iucunda & grata & probata ho- minibus eſſent & placerent.Eſt apud eundem eod. etiam capite. Capta- tor quidam Domitio: Afro ſalſam tabulam & ſimulatam inferens, fin- Quintil.lib.6. genſque ſe velle teſtamentum facere, cum tabulam in manu haberet, cap.de riſu. is Afrum rogat, an ſibi conſulat formula teſtamenti primipilarium or- dinare ſuprema Iudicia,id eſt,teſtamentum facere; cum ſimulationem ho minis & captationem percepiſſet Afer. Noli inquit, primipilaris teſta- mento ordinare ſuprema Iudicià.Offendes enim non minus ſimulatè re-

 ſpon-

ſpondens,& ſe captari intelligens. Nam teſtamenta Primipilariũ fere Imperatorib. à quib. promoti fuerant & ditati: & amicis, & benè meritis aliquid honoris cauſa legabant: Sæpe etiã Imperatores heredes faciebant. Itaque captator ille conſulens Afrum, ſimulabat ſe teſtamento ei aliquod legatum velle relinquere, vt Afer mutato veteri teſtamento, viciſſim ei aliquid legaret. Vt igitur argutia ioci intelligatur, qualia dixi fuiſſe Primipilarium teſtamenta exiſtimandum eſt. Quod & è Suetonio ſuſpicari licet ſcribente in Caligula: *Teſtamenta Primipilarium, qui ab initio principatus Tiberij, neque illum, neque ſe hæredem reliquiſſent, vt ingrata reſcidit.* Quod autem de Curione à Cic. dictum eſt iocula riter ſemper ab excuſatione ætatis incipiente *Eum habere quotidie facilius prooemium*. Ita interpreter Curionem ſenem fuiſſe, & exacta ætate, nihilominus in cauſis eſſe verſatum, cum poſſet vacationem ætatis habere & artem deſinere, & forenſib. laborib. cauſiſque abſtinendis par eſſe non videretur. Itaque cum quotidie in cauſis magis ac magis decreſceret, oratoriſque munere deterius fungeretur, propeque deliraret, facilius prooemium, à quo exordiebatur quotidie, dicebat eum habere Cicero. id eſt, faciliorem ætatis excuſationem: Et cum deterius quotidie diceret, & ſimilitudine erumperet, facilius excuſationem quotidie mereri ferebatur: quod erat eius prooemium. Alij de iuuene interpretantur, quem dicunt quotidie magis atque magis Iuuenilia deſignaſſe. Sed non perinde conuenire ioco videtur. Meam autem interpretationem ita poſui, vt tamen ſuum cuique arbitrium & iudicium ita liberum eſſe vellem, ſuam vt ſententiam noſtræ, cui parum confidimus, anteponerent.

Suetoni. in Calig. cap. 38.

Quintil. lib. 6. cap. de riſu.

Plinius lib. 37. explicatus & emendatus. Cerites, Ciſſytes, Diphyis, Chryſopus. Caput 36.

EVOLVENTI mihi lib. vltimũ hiſtoriæ Naturalis Plinij Secũdi multa occurrerũt quæ vt ita dicã, partim verucoſa, partim næuoſa eſſe ſentiebã: nec tamẽ remedij vlla ratio ſuccurrebat in plurimis, cũ & libris antiq; fidei, & Grecorũ eadẽ de re monumẽtis carerem: quibuſdã tamẽ, in quib. ſine vtroque ſubſidio aliquid cõiectura cõſequi poſſe videbamur, nõ prætermiſimus, quin quã poſſemus medicinã adhiberemus. *Cerites*, inquit, *ceræ ſimilis eſt, Circos piris* Hic ego *ſpiris* legẽdũ eſſe auguror: nã hę gẽmę, quarũ nomẽclaturã reddit, ipſo nomine ſimilitudinẽ rei alicuius cõfitẽtur, vt Cerites, cerę. Eodẽ igitur modo & *circus ſpiræ*, id eſt, circuli, nã non eſt ea piri figura, ſed turbinata in metã: deinde quã facilis fuit eius elemẽti prętermiſſio, quòd in vocabulo priore ſonabat, cuius ſibilus ſonitũ ſequentis abſorbet & ſupprimit. Multus quidem error magis lubricus eſt in omni

Plutar. lib. 37. cap. 10.

omni ſcriptura, non multo poſt, *Ceßites circa coptum naſcitur candida, & videtur intus habere partum.* Si nihil acumen ſtili hic fefellit, *Cißites* eſſe potius debuit hederæ aſſimilis, vt origo vocabuli Græci indicat. Sed ſuſpicor, nec vt opinor, iniuria *Cyßites* legi debere, notata prima y Græco: vt intelligatur lapis grauidus, cum intus partum habere videatur à verbo κύειν. Certe ſi quis *Cißites* defendere vult, ſaltem à κισσὸς, quod eſt conci- pio deducet, nō ab hedera. Gēma *Erotylos*, etiā vt ait, *Hieronnemō appellatur.* Neminē eſſe arbitror, qui paulum modo Græcè ſciat, quin intelligat Hieromnemō ſcribi debere à ſacrorū memoria: quod verbū nō eſt Græcis in auditū. Etiā *Mepicoros* ſcribendū eſſe *Epichoros*, putaſſem vel potius Epichorios, niſi in eo verbo latere cēſerem originē, quæ in νεωκόρῳ cuiuſdā religionis ornamēti & cuſtodiæ. *Philoginos*, inquit, *quē & Chryſiten vocant.* non dubito quin *Phloginos* literatius ſit ſcribere, vt à flammeo colore vocabulum inditum ſit gemmæ: cum preſertim conſtet igneum & flāmeum eſſe colorem auri: abundantia autem elementi ſuperuacanea error ſolemnis eſt. Scribit rurſum, *Diphris duplex candida & nigra, mas ac fœmina, genitale vtriuſque ſexus diſtinguente linea.* Hic quodammodo ſuboderor *Diphyis* eſſe legendum: cum gemma iſta duplex vtroque ſexu ſit & biformis, quod hoc vocabulum ſignificat, non illud, quod ſubditiuum exemplaria adulterio corrupit, *Chryſophis* inquit idem, *aurum videtur eſſe.* Chryſopis, vt ſuſpicor ab auri aſpectu & ſpecie legendum eſt. Sed nos in curſu alijs lampada tradimus: quos admonemus vt diligenter etiam atque etiam videant, an Græcanica nomina, quæ eo in libro plurima conſtipata ſunt, omnia notam & formam monetæ Græcæ probè referant. Reperient enim vt opinor, non incallidi ſpectatores nummorum alia quædam à nouis pecuniæ fabris & cuſſorib. eſſe percuſſa.

Plin. ibid.
Plin. ibid.
Plin. ibid.
Plin. ibid.
Plin. ibid.

Homicyclus. Exedra. Silla.
Caput 37.

SI piaculum eſt ab aliorum ſententia diſcedere, piaculum hoc à me committetur: non enim ſententia mea pedaria erit, nec in eorum partem tranſibo, qui ante me dixere. Vulgo à principib. Grammaticis exponi video Hemicyclum, cathedram, quòd ſit ſemicirculi forma, in eo Ciceronis loco, quem ſubnectam. *Cum ſæpe multa tum memini domi in hemicyclo ſedentem, vt ſolebat, cum & ego eſſem vnà, & pauci admodum familiares in eum ſermonem illum incidere.* Poteſt quis domi ſedere in conclaui, neque protinus conclaue cathedra erit: poteſt quis domi ſedere in cubiculo, neque idcirco cūbiculū erit cathedra. Exiſtimo enim eſſe formā quandam vel porticus vel conclauis ſemirotūdi, vbi ſedētes ſolerēt colloqui, nam

Cic. lib. de Amicit.

nam non ignoramus rotundam formam ad colloquia esse accõmodatiorem quàm directo rigore porrectam. ἡμικύκλιον videtur vocasse Plutarch. Plutarchus. ἀλλὰ πᾶς φεύγει προτροπάδην, κἂν ἐν ἡμικυκλίῳ τινὶ καθεζόμενοι, κἂν περιπατοῦντες ἐν ταὐτῷ θεάσωνται προσφοιτῶντα, ταχέως ἀνάζευξιν αὐτοῖς παρεγγυῶσι. Aut igitur est Hemicycliõ id, quod dixi: aut sedes in semicirculũ formata, non cathedrarum similis nostratium: sed Sedilium quorundam multos capientium, quod sane veri similius arbitror. Non minus & in Exedra à viris magni in literis nominis discedam. Aiunt enim locum esse sedibus frequentem accommodatum disputationibus, ego potius putem significari certam quandam ædificij formam senum laterum, quo genere loca vbi scholas & disputationes habebant, & vbi commentari & exponere solebant Græci, & in villis suis Romani, ad exemplum architecturæ Grecanicæ & Palestrarũ Gręcię, videor id affirmare posse nõ iniuria, pręsertim cũ Strab.li. 13. Strabo scribit ὑπέρκειται δὲ τῶν Σάρδεων ὁ Τμῶλος εὔδαιμον ὄρος, ἐν τῇ ἀκρωρείᾳ, σκοπὴν ἔχον ἐξέδραν λευκοῦ λίθου, Περσῶν ἔργον, ἀφ' οὗ κατοπτεύεται τὰ κύκλῳ πεδία. Locus iste Straboins designare videtur speculam senum laterum, vt quoquo versum liber aspectus & prospectus esset, lateribus omnibus fenestratis. Ne in Sillæ quidem notatu assentiri his possum, qui columina Grammaticorum feruntur. Nam Sillam quasi Sibyllam dictum interpretantur. Ego à colore contenderim, qui inequaliter albo rubroque distinctus, eius vultum notabat, ex quo & scurræ Attici eum dixerunt morum polentam esse conspersum. Plutarch. Plutarchus ἐξήνθει γὰρ τὸ ἐρύθημα τραχὺ καὶ σποράδην καταμεμιγμένον τῇ λευκότητι· πρὸς ὃ καὶ τοὔνομα λέγουσι γενέσθαι τῆς χρόας ἐπίθετον. Fest.lib. 16. in transf. R. Idẽ etiam à Festo dici animaduerto, is enim ita scribit R*auiliæ à rauis oculis, quemadmodum à colore fusco Sullæ.*

Quare Epodon liber Inscribitur ab Horatio. Inuolucrum Antimachus tumidus quare dictus. Fodere latus apud Horatium. Cap. 38.

SAEPE acta, sæpe comperendinata causa est, sæpe ampliata cur ab Horatio liber Epodon appellatus sit: neque dum satis quod liqueat habere Iudices videntur. Ego vt pro mea virili, quod eorũ cognitionem adiuuet, adferam. Cum Strophe & Antistrophe subiici in Melicorum conuersionib. & poëmatis soleat Epodus, fore crediderim librum illum appellari Epodon nomine, quòd carminum libris veluti Strophis & Antistrophis accinatur. Vnde & Epodon Græci solent vocare elegãter quod succinitur & subijcitur, vt & liber ille subiicitur libris Carminum & eos Plutarch. subsequitur Plutarch' ὡς δ' οὖν τοῦ θομένης διηγήσατο, καὶ προσέθηκε τὸ κοινὸν ἁπάσης ἀδολεσχίας ἐπῳδὸν τὸ ταῦτα μηδενὶ φράσῃς, ἀλλὰ σιώπα. Inuolucrum videtur vocare Plautus linteum illud, quo tonsores solent homines inuoluere,

ne

ne vestis capilli tonsi lapsu inquinetur. *Ne is quidem inuolucrum inijcere voluit, vestem vt ne inquinet* Scio in *volucre* legi vulgo: sed & à quibusdam *in volucrem* qui nescio quem Pegasum alatum & volucrem in domib. fuisse comminiscuntur, cui vestes iniicerentur. Sed sententiam quam posui, eo magis mihi defendendã puto, quod & hodie nos tõsores sindone circũdant: & quod Plutarch. ita scribit. χαριέντως γοῦν ὁ βασιλεὺς ἀρχέλαος ἀδολέσχου κουρέως περιβαλόντος αὐτῷ τὸ ὠμόλινον καὶ πυθομένου πῶς σε κείρω, βασιλεῦ σιωπῶν ἔφη.

Plaut. Capti. Se. Iam ego reuertar. — Plutarch.

Parua mei mihi sunt cordi monumenta sodalis.

At populus tumido gaudeat Antimacho. Hic Antimachum non existimem appellari tumidum, quòd eius inflata nimirumque sublata carmina fuerint: sed quòd fuerit eius grande & longum prolixum & verbosum poëma: nam & paruo operi Cinnæ magnum longumque carmen opponit. Et Plutarchus idem declarat sic scribẽs. ὁ δὲ περιττὸς καὶ ἀδολέσχης, ἄν γε δὴ τύχῃ, καὶ τὸν κολοφώνιον ἐνεγγωκὼς ἀντίμαχον οὐκ ἔνδον φησίν. — *quia tanti quantũ habeas sis.* Horatij sententiã, quã crebro patres auari filijs occinere solebant, eos ad pecuniæ & diuitiarum studium accendentes, expressit ad verbum Plutarchus in commentario de diuitiarum cupiditate. ταῦτα γάρ ἐστιν ἃ παραινοῦσι καὶ διδάσκουσι, κέρδαινε καὶ φείδου, καὶ τοσούτου νόμιζε σαυτόν ἄξιον, ὅσον ἂν ἔχῃς.

Catull. de Smyrna Cynny poëta. — Plutach. — Horat. lib. 1. saty. 1. — Plutar. de diuitiarum cupidit.

Mercemur seruum, qui dictet nomina, sæuum,

Qui fodiat latus. Horatij locus est homini ambitioso & honores affectanti suadens mercari necesse esse nomenclatorem acrem, qui ciuium, quos candidatus prensare velit, nomina teneat, qui simul atque quempiã ciuem viderit, qui suffragatione, vel gratia plurimum valeat; continuo candidati & petitoris latus manu feriat, vt eum prehenset. Id enim esse puto, *Qui fodiat latus.* Tale illud est Plutarchi. πρόσκειται γὰρ ἀπαλλαγὼν τῶν ἱματίων, ἀντιλαμβανόμενος τοῦ γένους, τὴν πλευρὰν θυροκοπῶν τῇ χειρί. Sunt ista quidem leuia fateor, sed quæ homines in alijs quærendis occupatos labore interim leuabunt.

Horat. lib. 1. epist. 6. — Plutarch.

Cic. explicatus & emendatus lib. 1. offic. Profluens, Salmacida spolia. Salmacis. Cap. 39.

IN Iustitiæ præceptis numerat Cicero, *non prohibere aqua profluente,* in quo profluentem aquam interpretor, quę in cisterna non est, nec in puteo ea enim non profluit, sed quæ vel riui est, vel fluminis fluentis. quanquam humanitatis est non magis puteo, aut cisterna prohibere quàm profluente. In Cicerone autem lego,

Cic. lib. 1 offi.

Homo qui erranti comiter monstrat viam

Quasi lumen de suo lumine accendat, facit

Ennius apud. Cic. 1. offi.

Nihilo-

Nihilominus ipsi luceat, quum illi accenderit. Vt enim, quod in exemplaribus percrebruit, mensionem versus lædit, & commodè subaudiri potest: denique in optimis libris manu scriptis non reperi. *Salmacida spolia sine sudore & sanguine* Spolia sunt de molli. & malè fortibus parta sine pugna vlla: vtrum quod per Ironiam falsa & scita sunt huiusmodi spolia? nã Salmacidus, falsus est. Plinius Empiricus, Ipsum vero balneum ex dulci aqua fiat, non ex salmacida, & non putem, refragante præsertim Festi auctoritate, qui hunc eum versum citat, & *Salmaci da Spolia*, legisse duobus verbis videtur ab aquis Salmacis, quas qui bibisset vitio impudititiæ remollescebat ob eam rem, quod eius aquæ aditus angustus occasionem dabat iuuenib. petulannib. ante cœtum puerorum & puellarum violandarum, cum effugium non pateret. Est igitur in Enniano versu. Salmacis, mollis & effeminatus. Eodem in libro Ciceronis lego in archetypis, *Parui enim sunt foris arma*. Hodie inoleuit *parua*. At illud alterum ad stomachum eruditum magis vt opinor, faciet. — *Sed & concedat laurea laudi*, reperio: hodie publicatum est, *Laurea linguæ*. Lego etiam, *Euertit ad extremum omnia*. nã absorta est litera e ab antegresso aduerbio egregiè, quod in libris veterib. erratum frequentissimum est. Tanquam, inquit, *in gyrum orationis & doctrinæ duci oportere*. Translationem esse ab equis ductam puto, in quib. gyrus dicitur, cum à domitorib. in orbes flectuntur, non recta aguntur. Tibullus.

Cic. 1. offi.

Plin. Emperic.

Festus Pom. lib. 17. in litera s.

Cic. I. offi.

Cic. ibi.

Cic. ibid.

Tibul. lib. 4.

Aut quis equum celerem ve arcto compescere freno,
Poßit, & effusas tardo permittere habenas:
Inque vicem modo directo contendere passu,
Seu libeat curuo melius contendere gyro. In veterib. libris hæc sic lego, *in Q. Mucio Mancia*, non vt vulgo *Mancino*, & *semper Rupilius, quem ego memini Antiopam*. Hodie *Rutilius* emendatum est audacissimè, ne dicã stultè. *Namque Herculem Prodicus dicit*. Hodie editum est *prodicium dicũt*, non malè sanè: sed testari quid vetat, quid discessum sit, ab antiquis libris? *magis decere censent sapientes sensim diluere, quàm repente præcidere* hodiè *dissuere* regnat in alieno, & tamẽ si propius attenderis, nihil fortasse habeas, cur illud alterũ vituperes. *Ita sit destinandi modus*. Sic magno consensu miranda duo vetustatis monumẽta: hodie celebrè est, *definendi*: quod & mihi probatur. Non puto tamẽ mihi vitio datum iri, quod tam religiosè antiquitatem colere & asserere videar: præsertim cum destinare ab hoc loco alienum non omnino sit. *O domus antiqua & quàm dispari dominare domino*. sic ista lego. Cicero autem prętereuntiũ voces imitatur, domũ antiquam appellantium: proinde quasi iam domus non sit, amisso superiore Domino, quo viuente nobilissima erat. Aliorum etiam hominum sermo

Cic. lib. 1. offi.

Cic. ibid.

Cic. ibid.

Cic. ibid.

Cic. 1. de offi.

est

est ad domum, longè alium habes Dominum hodie, quàm olim, & à dispari dominaris, id est, dissimili pares.

Græci multa tenuant vocabula, quæ Latinj aspirant. Cap. 40.

VIDENTVR Latini aspirationibus anhelatisq; vocibus in p litera delectari. Id multis ex rebus percipi & animaduerti potest. Qui à Grecis γρῦπες vocantur ab illis Gryphes aspiratè proferũtur: quod à Græcis τρόπαιον leuiter, Trophæum asperè effertur.

Phylidas hypsiphylas vatum & plorabile si quid, Persius saty. 1.
Eliquat. dixit Persius: attamen illa Græcè exiliter & tenuiter ὑψιπύλη vocatur. Sic & in sanctissi. Euãgelio, qui Græcis κλεόπας dicitur, Cleophas Lucæ cap. 24. & Ioan. 19.
à Latinis vocatur. Sic qui πυλαιμένης ab Homero vocatus est, à Liuio phyle Homer.
menes nominatur in omnib. quidẽ antiquis editionib. itaque cũ eam Lati Liuius lib. 1.
norum consuetudinẽ esse videã, non assentior his, qui pylemenem emen ab verb. cõd.
dant Thermophylas etiam in veterib. libris pro Thermopylis reperimus, nec dãnamus, cum quę à πύλη deriuãtur, Latini aspirasse videantur vt Hypsiphyle argumento est: Sic Argyppæi, Herodoto: Melæ Argymphæi. Si quis in hanc cogitationem iucumbat, sat scio, multo plura reperiet. Sed hunc tanquam gustum obseruationis dedisse satis mihi est: Alia multo plura aliorum industriæ relinquimus.

Demissis manibus, Demissis pedibus. Cap. 41.

IOCVS est Plautinus in pseudulo, qui enarrationis videtur indigere. Sed verba Comici initio mihi ponenda videntur. Plau. Pseudulo sc. Forum Coquinum.

Is odos demissis pedibus in cælum volat:
Eum in odorem cœnat Iupiter cotidie.
Odor demissis pedibus? C. peccaui insciens
Quid hem? C. quia demissis manibus volui dicere. Demissis manibus currit, qui currit contentissimè, quia cum rapido incitati cursu sumus, manus vtrasque mouentes demittimus, At ille coquus demissis pedib. pro demissis manib. dixerat: nam pedibus demissis non potuisset subuolare in cœlum odor, sed inferos petere: cum demittere pedes sit, eos deorsum mittere: ita eo odore inferi pasti fuissent, non superi. Quod autem demittere pedes id quod dixi, significet è Virgiliano loco intelligi satis poterit: in quo & si per translationem vsurpatur: tamen ex translatione satis apparet prima origo & significatio: Labes. n. terræ in altum desidentis & depressæ Maro demissis pedib. factas dicit his versib.

Ceruus & in siluis spatiosa cubilia retro, Virg. in Aetna.
Antraque demissis pedibus fodisse latebras, hæc mihi veniebãt in mentẽ,

quæ

quę ad illũ Plauti locũ excutiendum & aperiẽdum proferrẽ:si quid aliud, me fugerit in eo lateat,hoc illis relinquo, quos maioribus ire per doctrinam auſpicijs manifeſta fides eſt.

Cic.lib.1.de Orat.Plinius lib.18.explicati & emendati, Curſus, Decurſus honoris, Flexus ætatis. Flaccidum, Flauidum. Cap. 42.

VERBA ſunt elegantia illa quidem, verum è medio ſumpta tamen, quib.initio lib.1.de Orat.Cicero exorſus eſt.Ea,quòd ab interpretib. excuſa non videam,hic attinguã hoc vnum præfatus:mirificè Ciceroni eam ſententiam,à qua principium duxit, gratam & iucundam fuiſſe argumento eſt,non rara eius vſurpatio,vt in Epiſtola ad Lentulum,*Sic cum omnibus nobis in adminiſtranda Rep. propoſitum eſſe debeat id, quod à me ſæpe dictũ eſt, cum dignitate ocium.*Et pro Sextio.*Quid eſt igitur propoſitum his Reip. gubernatoribus quod intueri, & quo dirigere curſum ſuum debeant?id quod eſt preſtantiſsimum, maximeque optabile omnibus ſanis & bonis & beatis cum dignitate ocium.*Sed verba illa,quæ ſignificaram, à me ſubſcribentur. *Si infinitus rerum forenſium labor, & ambitionis occupatio, decurſu honorum & ætatis flexu conſtitiſſet.* Exiſtimo à curriculo ductam eſſe tranſlationem,cuius ſpatium rectum decurritur, cum ad metam flectendus ſit curſus proinde καμπτῆρα Græci appellabant Ariſtot.lib.3.Rethor.διόπερ ἐπὶ τοῖς καμπτῆρσιν ἐκπνέουσι καὶ ἐκλύονται· προορῶντες γὰρ τὸ πέρας οὐ κάμνουσι πρότερον. id eſt, proinde in flexu animam recipiunt ſoluunturque: nam finem proſpicientes non ante fatigantur.Cic. pro Cælio.*In hoc flexu quaſi ætatis (nihil enim occultabo fretus humanitate ac ſapientia veſtra) fama adoleſcentis paulum hæſit ad metas.* Perſius — *aut metæ quã mollis flexus* — puto ab eiuſdẽ tranſlationis ſenſu dictum à Cicerone fuiſſe,*eum vitæ curſum tenere potuerunt*,quanquam curſum tenere frequẽtiſſimè boni diſertique ſcriptores dicere ſolent de nauibus quæ de nauigatione,tempeſtate non excuſſæ ad portum,aut ſtationẽ quã petebant recta perueniũt: curſus enim perſæpè nauigatio eſt.Cicero, *Dionyſius cum ſecundiſsimo vento curſum teneret*. ne illud quidem refugiam adſcribere in veterib.libris locum, quem recitabo deſcriptum, me reperiſſe.*In eo maximæ moles moleſtiarum & turbulentiſsimæ tempeſtates extiterunt*.quamquam illud moles videri poteſt geminatum à ſcriptoribus librarijs.Sed ad Plinium excurramus.In excuſis codicibus legitur, *vt niſi intenti pinſant, concidantur grana, ferroque frangantur*.in manu exaratis *vt ſi interriti pinſant concidantur grana ferrumque frangatur*. pro, *maiore in terrarũ parte*,ſcribe,*in maiore terrarum parte*.pro,*terram emacrari*, veteres libri *emactari* habent quod eſt tanquam enecari.pro, *triduo maturato*, ſcribe, *triduo macerato*.pro,*cum ſimilagine ſeminis*,ſcribe,*cum ſimilaginis heminis*.pro, *erui-*

Cic.lib.1.famil.epiſt.9.
Cic. pro Sext.
Cic.lib.1.de orat.
Ariſt.lib,3. Rethor..
Cic.pro Cælio.
Perſius ſat.3.
Cic. lib. 1.de orat.
Cic.3.de nat. deor.
Cic.lib.1.de orat.
Plin lib.18. cap.10.
Plin.ibid.
Plin.ibid.
Plin.lib 18. cap.11.

liæ

liæ aut cicerculæ admixtione fermentabatur: Erui aut circerculæ farina ipſe fermentabatur, pro *palamq́ue natura eſt, palamq; natura eſt*. quod eſt, palam eſt, naturam fermentari acore. pro, *ſicut & validiora*, quidam libri ſcripti, *eua-lidiora*. Scribe non multo poſt, *à tenui & ſpongioſa inanitate*. pro, *eum nouem diebus macerant*, libri veteres, *eum nouem diebus macerato*. Vbi legitur *toſtum panem lautioribus coquere ſolitos*. arbitror è veſtigijs antiquorũ librorũ, & ſententiæ ſuffragio corrigendũ eſſe, *cocos tum panem*. pro, *quæ palma frugum indubitanter Italiam contingit*: vetus habet, *palmam frugum indubitanter Italia contingit*. pro, *gratia eius terræ*. ſcribæ, *terra eius prouinciæ. Succi continet*. libri veteres, *vice fuſi continet*, exhibent omnes vno conſenſu, hoc eſt ſenſu, aquæ ac ſolet poculum fuſum continere liquorem. pro, *fontes Oraxi, Araxi* excuſum eſt. *Ex zea pulchrius quàm è tritico fit granum*. ſcriptum eſt partim, *quàm è tritico fit granatum*: partim, *quàm è tritico fit gracum*. ago verum puto *tragum* præſertim cum ante ſcripſerit, *ex tritici ſemine tragum fieri in Campania, & Egypto*. Scribe *aggrauaturq́ue pondus illa & omni legumine*. Scribe *Fabata ſuæ religionis dijs in ſacro eſt*. vt fabata, puls intelligatur, quam ſacris quibuſdam adhibebant. item, *quæ ideo refrina appellatur*. nam hoc nomen referendo deducitur. proinde ſcripſit, *& frugib. referre mos eſt*. ſcribe, *ampliſsima craſsitudo digiti in geniculata abeſſent molli calamo ſimilis*. nam hæc verba exprimunt ſententiam Theophraſti, vnde hæc Plinius hauſit. Scribe mox, *Sed radix per quàm lata*. nam παχυτέρα in Theophraſto ſcribitur, traditq́ue Plinius cum digitali craſſitudine ſit ſcapus, tamen perquam latam eſſe radicem. In lente duplicem reperio ſcripturam, quam vtranque repreſentabo. altera eſt, *Ex leguminibus autem vomere ſeruntur lens & piſum*. altera, *Ex leguminib. Autumno vero ſeruntur lens & piſum*. ac poſteriorẽ ſynceriorẽ puto. infra libri ſcripti pro, *Flaccidorum quoq; & in horreis enecatorum*, exhibent *flauidorum*. vt enim à flacco, flaccidus, quidni à flauo flauidus dicatur? flaccidum autem virenti non magis quam flauidum opponitur, hanc igitur ſcripturam cur damnem, non habeo: & intexi merito deberi potius quàm eijci cenſeo. Paulo poſt in Lupino ſcribe, *fruteċtoſo loco iactum*. item, *vnum hoc ſeritur, non arato. ſi fuerit maxime ſabuloſa*. Scribe, *quod Cato Ocinum*, non vt extat in excuſis *Ocymum*. mox, *Sura Mamilius*. mox, *à Græco, quod ὠκέως dicunt*. ſcribe *poſtea caule folijsq́ue geniculata*, &, *Amphilochus confuſum*. non ita longè. pro, *cauendum ne adurat*. libri veteres. *vindemia dura terraq́ue protinus integi debet*. In vno, *in mouendum ne adurat*. Duplex etiam lectio eſt in proximis. *Caſſum & inane*, &, *caſcum & inane*, &, *quodam abortiuo*. Sed hæc leuia, & fortaſſe pretermittenda fuere: malui tamen in me nimiam diligentiam vituperari, quàm negligentiam accuſa-

Plin. ibidem. Plin. ibidem. Plin. ibidem. Plin. ibidem. Plin. ibidem. Plin. ibidem. Plin. lib. 18. cap. 7. Plin. lib. 18. cap. 12. Plin. ibidem. Ibidem. Plin. libr. 18. cap. 12. Plin. lib. 18. cap. 12. Plin. lib. 18. cap. 13. Plin. lib. 18. cap. 14. Plin. lib. 18. cap. 16. Plin. lib. 18. cap. 17.

ri. Duplex & paulo post est lectio. *cũ spicæ in pluuijs*, &, *cũ spicæ pluuius*. mox est & *Cantharidis*, pro *vrica* scribe, *eruca*. pro, *securidata*, *securiclata*. Infra, *Tei quidem sarritam*. veteres libri *sartam*. vt sartor, pro sarritor etiam à Plauto ludente dicitur. Pro *tabulisue*, reperio partim, *caballis æsum*, partim, *tabulis æsum*. quod sane diutius & accuratius existimandum, & vt in iudicijs cum parum liquebat amplius pronunciabatur: sic quoque iudicium hic comperendinandum. Rursus reperio, *ac inane cascunque*. Scribe *quod genus vocant Plaumorati*. mox, *sed protelis bimis*, non *porcellis*. verum hæc hactenus. ista n. possunt eruditos admonere, doctissimos huius & superioris memoriæ viros, magno sudore in emendando Plinio elaborasse: nondum tamen omnes errores exhaustos esse: plurimumque superesse in quo industria eorum, qui progressus in literis habent specimen sui exhibere possint.

Plin. ibidem. Plaut. Captiuis sc. iniicite huic astutum. Plin. lib. 18. cap. 17. Plin. lib. 18. cap. 18.

Hyginus explicatus & emendatus. Officia & ministeria nautica nauis. Argus. Proreta. Tœcharchi. Ad pitulum sedere. Pitylus. Celeuma.

Cap. 43.

CVM peruolitarem librum Hygini fabulosum, mercimonia quædam velut ex extera regione, quam lustrassem, hæc domum reportaui, quæ cum iuuentute communicare mihi decretum est. Is scribit, *è Nocte & erebo natum fuisse Lethum & somnum*. Vnde Maronis loco illustratio quæretur, in quo scribitur, *Tum consanguinæus lethi sopor*. Id enim & si Homeri imitatione dictum est, vt à Seruio est adnotatum: tamen germanum fratrem Soporem Lethi ex Hygini fabula apertè videmus. quod & Homero quoque dilucidando proderit. Idem Hyginus in enumerandis 50. Nercidum nominibus duarum esse vult nomenclaturam, Asiam & Deiopeiam. At in Marone hodie — *atque Asiæ Deiopea*. lib. Georg. 4. adiectionis ritu scribitur. & si, vt ab accuratissimis adnotatum viris est, libri extant, in quibus — *atque Asia & Deiopeia*. exaratum est, versutamen nonnihil luxato. Equidem putem, — *& Asia Deiopeia* interiecta interpunctione, Hygino auctore scribendum. sic n. ille ait, *Ephyre, Opis, Asia, Deiopeia*, nomina eodem ordine contexens, quo versui Maro intexint. Ab antiquis indigitabatur Iuno, cognomine Moneta, à monendo. Moneta tamen Hygino est, quæ Mnemosyne à Græcis vocatur, vt cum scribit: *Saturnus, Ops, Moneta*, iterum, *ex Ioue & Moneta Musæ*, eas n. constat ab omnibus Mnemosynes & Iouis filias prodi. Paulo post tamen Mnemosynes vt Iouis filiæ mentionem facit. Scribit idem Hyginus Zethum & Amphionem Thebas muro cinxisse, *vsque ad Seme-*

Hygin. li. fab. Virg. 6. æn. Ser. in 6. æn. Hygi. li. fab. Virg. 4. Geo. Hygi. lib. fab. Hygi. lib. fab. Hygi. lib. fab. 9. fabula.

Semelæ bustum. Etsi in eo perperam scribitur *semedustum*. Hæc verba caliginosas Capanei apud Papinium lib. 10. minas dispulsa nube, fulgore collustratas & perspicuas omnibus reddunt.

— *En cineres Semeleaque busta tenentur*. nam se tenere muros vrbis insolenter & minaciter iactat, quod Semelæ busto, vrbis pomœrium definissent Thebarum conditores. iuuat eiusdem locum adscribere, & explicare: in quo officia & ministeria nautica nauis Argus describit. *Faber* inquit, *Argus Danai filius. Tiphys gubernator, cuius post mortem rexit nauem Anceus Neptuni filius, proreta nauis Lynceus Apharei filius; qui multum videbat. Tœcharchio autem fuerunt Zetes & Calais Aquilonis filij, qui pennas & in capite & in pedibus habuerunt. Ad proram & remos sederunt Peleus & Telamon: ad pitulum sederunt Hercules & Idas: cæderi ordinem seruauerunt*. Hic proreta est, qui in prora & ventos aucupatur & captat & eorum conuersiones dicit in flectendis promontorijs gubernatori, quique tenias & breuia, ne nauis eis impingatur prospicit & explorat. Tœcharchi sunt qui imperant laterib. nauis. *Tutarchi* malè in Hyginio scribitur. eos autem ad pitulum sedisse dicit, qui operam dabant, vt remiges pariter remis, aquam pellerent. Est n. Pitylus fictitio nomine, sonus ille, quem remus illisus aquæ efficit, & nautici pitylum vocant, cum ad *Celeuma* remigatur: *Celeuma* tamen in Argo naui *dixit*, auctore Hygino *Orpheus*. Hæc ego velut libamenta ex Hygino sumpta Musarum aris adoleo & consecro: vel vt dixi, mercimonia iuuentuti libenter impertio. Statius lib. 10. Thebaid. Hygin. fabul. libro fabu. 14.

Virgilius 6. Æn. explicatus. Mens & animus, Attonitum, Iouis nomen, & Iunonis multis tributum, Concha, Aræ nocturnæ, Amphrisia Sibylla Thessala.

Caput 44.

Lubro Aeneid. sexto — *magnam cui mentem animumque*. Virg. 6. æn.

Delius inspirat vates, accipi vulgo Intelligo ex congeminatione vocum, idem declarantium, quod tamen secus est, nisi fallor; neque enim hic idem mens, quod animus valet: nec περισσολογία est vlla: sed mens pars animi est: Animus, tota anima, vt apud Catullum *Mens animi tantus fluctuat ipsa malis*, vident hic mentem, animi partem disertè censeri? quo modo hic à Marone dici, quid prohibet? Sed porro pergam & alia quandam veluti soliuago quodam cursu librum lustrans persequar. Scribit Maro. Catul. ad oc-talum.

Attonitæ magna ora domus. Attonitum non est dubium dici, vt Græcè, ἐμβρόντητον: sed hic de æde intelligo fumosa & fatidica, & vaticināte, & oraculum habente: quod furore concitatos præsagos futuri reddat: Vt Iouis nomen multis tribuebatur: nam Iupiter Latialis erat Latinus interpre-

Lucre. lib. 1. *Sed veluti pueris abſinthia tetra medentes*
Cum dare conantur, prius oras pocula circum,
Contingunt mellis dulci flauoque liquore. Sic Maga apud Maronem papauer oblinit melle, vt auidius liguriatur à peruigili ſerpente,

Virg. 4. æn. *Spargens,* inquit, *humida mella ſoporiferumque papauer.* Humidum hic mel dixit, non ſoporiferum, ex quo perfacilis eſt iſtius Medici condemnatio. Vt, n, hic mel ad condimentum papaueris adhibetur: ſic illic ad gratiam ſaporis adijci medicatis frugibus id eſt, papaueri & alijs id genus dubitandum non eſt. Quod ſi beneficium ſoporis in melle ineſſet, quid alijs frugibus opus eſſet? Saporata igitur melle offa dicitur & medicatis frugibus, non quod frugibus, ſaporata ſit, ſed hoc dictum accipio vt.

Virg. 7. æn. *Ille Quirinali lituo paruaque ſedebat,*
Succinctus trabea. non n. ſuccingi poterat lituo: ſic

Virg. 4. æn. —*Domus ſanie, dapibuſque cruentis.* quo genere loquendi Maro vtitur. In multis tamen codicib. non me preterit — *& medicatam frugibus*, reperiri. Quod Pierius adnotauit: & noſtram ſententiam magis confirmat: Nam ſi frugibus medicata ſit, non erit ſoperata melle, Apud Valerium Flacc. etiam Medea melle venena temperat, & condit ad Draconis epu-

Val. Flac. lib. 1. argon. las *Et dabit,* inquit, *heſterno linentia mella veneno.* Sed & quod noſtram cauſam imprimis adiuuat, mellita placenta mortuis dari ſolebat, quę Cerbero offeretur, vt placaretur

Suidas. Suidas ἱστέον ὅτι μελιτοῦττα ἐδίδοτο τοῖς νεκροῖς, ὡς ἐς τὸν κέρβερον. Iam Sept. Florens & Ammianus, qui poëticis vocabulis delectantur, Saporare exiſto Maronis, loco ſumpſiſſe videntur: quorum ille

Tertul. lib. de Spectac. Amm. Marcel. lib. 31. ſic in libro de ſpectaculis ſcribit. *Nemo venenum temporat felle & elleboro, ſed conditis pulmentis & benè ſaporatis & plurimum dulcibus id mali iniicit.* & iſte, *in vita viſi ſunt ſua aſperi, vt neque igni, neque ſaporatis indigeant cibis, ſed radicibus herbarum agreſtium, & ſemicruda cuiuſuis pecoris carne veſcantur.*

In eam ſententiam hæc per iocum ſcripſerat aliquando ad Amicum quemdam.

Heri vindemiatum iui, dolorem capitis & nauſeam contraxi quib. leuatus ſum, vbi hos verſus euomui. In Medicum quendam.

Mella ſopora tibi cum ſint, nec mella ſapora:
Mirificum vatem te, medicumque probas.
Virgilio dulci diſtendit nectare cellas,
Hybleum florem quæ vaga libat apis.
Mel ſapit Actæi, nec quemquam ſopit Hymetti,
Vt placuit Coo, Pergameoque ſeni.

Dul-

Dulcia qui fingunt, mellitaque cruſtula vendunt,
His in melle ſapor, non ſopor vllus in eſt.
Mella ſoporifero ſed tu perfuſa veterno,
Immenſa ſolus garrulitate crepas.
Mandragoræ ſuccos Stygiæque obliuia Lethes,
Et tibi ſomniferum mella papauer habent.
Queis non tantum homines ſomno cogantur inerti,
Tergeminus verum ponere colla canis.
Hic iacis indoctæ petulans conuicia Mandræ,
Et ſtrepis inſani verbia canina fori.
Iſta paleſtra tibi eſt, liuenti rodere dente,
Cum nihil explanes, iſta paleſtra tibi eſt.
Dij faciant iſto ſopitus melle taceres:
Non etenim, cui mel non ſapit, ille ſapit.

Virg. 6. Æneid. explic. Adultero nares abſcinduntur, Commiſſum piaculum, Commiſſa ſtipulatio, Cyclopum artes, purpureum, Paleſtræ graminea, Numeris obloqui. Numerus in motu, Intus canere.

Caput 46.

SED nos nimis aduerſus hominis ineptiſſimi, intemperias nimis multa diximus nam eius garrulitas neſcio quid ſui vitij nobis adfricauit. Virg. 6. æn.

Atque hic Priamiden Laniatum corpore toto,
Deiphobum vidit lacerum crudeliter ora:
Ora, manuſque ambas, populataque tempora raptis.
Auribus, & truncas inhoneſto vulnere nares. Sic miſerum in modum laniatus eſt, vt adulter Helenæ, vt crudelitate & immanitate ſupplicij paſceret animum ſuum Menelaus, Adultero abſcinduntur nares apud Martialem, & apud Athenæum Scythæ omnium ad quos veniebant, na- Athenæus lib. 12.
res amputabant. πάντων, inquit, ἀνθρώπων εἰς οὓς ἀφικοίντο ἠκρωτηρίαζον τὰς ῥῖνας. Tale quiddam erat & quod μασχαλισθῆναι, & ἀκρωτηριασθῆναι Græci vocabant, vt referunt Grammatici: tum enim, vndique de mortui corpore ali- Virg. 6. æn.
quid amputabatur, quod cruor inuiſus erat, vt ante diſſerui, veteribus: eo- Virg. ibid.
que omnia contaminari cenſebant. Ideo apud Maronem,

Tiſiphoneque ſedens palla ſuccincta cruenta. Quid eſt committere piaculum: vt in illo Maronis verſu, *Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem?* Piacula vocantur ſacra quæ fraudem, aut ſcelus, aut flagitium expiant: Tit. de contrah. & commit. ſtipulat. Cod. lib. 8.
Commiſſum autem piaculum eſt, cum id factum eſt, cuius cauſa piaculum dandum: facienda ſacra piacularia, *vt eum fraus commiſſa eſt, aut facinus*: Sic commiſſa ſtipulatio dicitur à Iuriſconſult.

Cyclo-

Virg. 6. æn. — *Cyclopum*, inquit, *educta caminis*

Plin. lib. 7. cap. 56. Plin. ibid. Pausanias. *Mœnia conspicio*. Hic duas artes Cyclopũ miscuit Maro. Fabricam ferream, cuius inuentores fuerunt auctore Plinio: & munitionem oppidorum, nam Aristotele auctore quod Plinij fide referimus, ijdem Cyclopes turres inuenerunt. Tirynthen Pausanias à Cyclopedib. munitam fuisse refert lapideo muro, cuius singulos lapides vix moueri potuisse protelis mulorum: Sunt qui ab eis munitas dicant etiam Mycenas. Purpureum à poëtis pro pulchro poni ex illius coloris præstantia & pulchritudine non est ignotum, vt. — *& lumine vestit*

Virg. 6. æn. Virg. ibid. *Purpureo*. & *manibus date lilia plenis*

Purpureos spargam flores. &,

Virg. 9. æn. Virg. 6. æn. *Purpureus veluti cum flos succisus aratro.*

Virg. ibid. — *Solemque suum sua sidera norunt*, cum scribit Maro, vt nobis noster est sol, nostræque stellæ: sic illis, qui Elysium incolunt, ne quis eos in tenebris degere putet *Pars* inquit, *in gramineis exercent mẽbra palestris*. Hic Grãmaticis palestras luctas accipiunt: à quib. dissentio: intelligo n. gramineas Palestras loca esse herbosa, vacua, in quib. se exercebant ludo & lucta.

Virg. ibid. Virg. ibid. Virg. 6. æn. *Necnon Threïcius longa cum veste sacerdos*. Talis enim erat Citharedicus cultus longum syrma habens *Obloquitur numeris septem discrimina vocum* ideſt, saltantib. canit. Id enim est obloqui numeris, cum hoc loco numeros in saltatione ponat cum paulo ante dixerit. *Pars pedibus plaudũt choreas & carmina dicunt* Sic alio loco.

Virg. 6. eclog. *Tum vero in numerum Faunosque ferasque videres*,

Arist. lib. 4. physic. cap. 11. *Ludere*. At sane numerum in motu Plato & Aristot. ponunt, Hic tamen satius sit numeros, versus intelligere & carmina: quib. obloquebatur suos modos & cantum Orpheus.

Virg. 6. æn. *Iamque eadem digitis, iam pectine pulsat eburno*, id est, intus canit & foris, Manus, n, sinistra carpit chordas digitis, quod intus canere est: nã sibi solitũ canit artifex: manus dextra pectine chordas pulsat, canitq; foris, ideſt, canit, quod alij audiãt: nec enim tacita est eius, vt sinistra musica: sed canora.

Virg. 6. æn. *Musæum ante omnes medium nam plurima turba.*

Hunc habet: atque humeris extantem suspicit altis, hanc clausulã versus de Platone dici suspicari videntur interpretes, cum de Musæo accipienda sit, quem eminentem & extantem turba circumfusa & corona suspiciebat. Mirantur multi hic Maronem meminisse tam honorificè Musæi, de Homero siluisse. At Græci nonnullam ei liuoris hac de causa labem aspergunt. Certe Silius cum eundem locum tractaret Homerum tantis laudib. cumulauit, vt propemodum consecrarit.

Virg. 6. æn. *Quisque suos patimur manes*, —

Donec

Donec longa dies perfecto temporis orbe. construi debere censeo: nam

— exinde per amplum

Mittimur Elysium. per interpositionem intercalatum arbitror. Virg.ibid.

— Turbamq; sonantem. dicit Maro infra, Homerum secutus, qui de vmbris scribit θεσπεσίῃ ἰαχῇ. at in vltimo Odyss. libro. ταὶ δὲ τρίζουσαι ἕποντο. Hom.lib.vlti. Odyss. Veteres somnia è terra nasci crediderunt & ab inferis, Manibusque mitti: itaq; terra ab Euripide μελανοπτερύγων μῆτερ ὀνείρων dicitur in Hecuba. Euripid. Hecuba. Ex ea opinione natum est Homero figmentum de duabus apud inferos Somniorum portis, & eius æmulo Maroni.

Præstare. Varro de re rust. explicatus. Boni coloni disciplina. Torcularium. Torcular. Vasa torcula. Lar familiaris. Virgas vinciri. Far expinsi. Precium habere. Delicula armenta. Trapeti priui. Lorei funes.

Caput 47.

Est interdum præstare, mercaturis rem quærere, cum dicit Cato, fere adducor vt eum existimem velle significare, interdum mercaturis prestantiam Cato in proœmio de re rust. quæri: mercatura enim diuites cum reddat, præstantes & excellentes efficit, Alij, *est prestare* pro satius esse, explicant: sed illud alterum verius mihi videtur. Sed & idem cum scribit, *Nunc (vt ad rem reddeam) quod promisi institutum principium hoc erit.* Cato de re rust.ibidem. Redire pro venire vsurpauit: cuius rei etiam apud Cicero. exempla extant. *Circunspicias*, inquit, *vti inde exiri posit*, Cato de re rust.cap.1. id est, videas quos euectus habeat ad exportanda quæ pecunia mutanda sunt, & foras danda. *Caueto alienam disciplinam temere contemnas*. Cato.ibid. ne inquit contemnas eius, de quo empturus es, diligentiam: melius n. de bono & diligente patrefamilias, & colono emetur, quàm de indiligente, maloque cultore & ædificatore: nam disciplina boni coloni proficit emptori: quòd consitum, cultum & instructum & benè ædificatum fundum inuenit, quòd & sumptibus detrahit & fructibus addit. Torcularium & Torcular, locus est vbi vindemia torquetur: Machinæ, quæ torquent, vasa sunt torcula. Vasa torcula interdum bina, interdum quadrina erant. Lar familiaris, lar erat qui domi a familia colebatur. Cato.cap.2. ad discrimen Larium publicorum, qui sunt vrbis. Cat.cap.2. Lari autem in foco res diuina fiebat, eique focus sacer erat. *Si ei opus non apparet* eo modo dixit, Cato, vt Plautus. Plau.Trinummo sc. Minus 15.dies sunt. *Ratio quidem hercle apparet, argentum οἴχεται.* Opus non apparet, cum non est tantum operis, quantum oportebat: aut etiam nihil admodum factum est. Cato.cap.20. Cur *opus publicum* dicit, *effecisse*? quod nimirum verbi gratia vias publicas suis fundis vicinas munire veteri iure cogebantur. Cat.ibid. *Virgas vinciri* in Catone putem esse viminea vasa fieri & vitilia

para-

Cat. ibid. parari. Virgæ enim cum nectuntur, vinciuntur. *Far expinsi.* Cato dicit, non triticum, nam triticum in area exterebatur cum facilè sua liberetur gluma. Far in pistrino pinsebatur & torrebatur, quod in area sua gluma li- Cat. ibid. berari non posset. *Vbi hæc*, inquit, *cognita æquo animo sient*, id est, vbi sine Plaut. Asinaria sc. Vnum istorum quodque ira vlla & stomacho hæc cognoueris. *Vendat*, inquit, *oleum si præcium habeat*, quod est, si præsentem pecuniam quis ei offert, vt apud Plaut. *Si æs ha-* Cato. ca. 2. *bent, dant mercem. Delicula armenta sunt* quæ vel ætate vel morbo delin- Cato. cap. 3. quunt & deficiunt. *In iugera oleti CXX. vasa bina esse oportet*, id est, in torculari esse oportet bina vasa torcula ad oleum conficiendum & premendum, nam vasis torculis premitur oleum: trapetis teritur & frāgitur olea. Cato. ibid. *trapetos* autem *priuos* intelligo singulis torculis vasis suos & proprios: quos eosdem vult impares esse, ne instrumentum eorum commutetur, alijsque deseruire possit, vt verbi gratia, Orbes, quib. olea teritur, quos tamen singulis trapetis plures imperat, vt commutari possint, si qui contriti sint: Sic singulis vasis torculis præcipit suos & priuos funes esse loreos: quosquidem loreos funes opponit sparteis. *Medipontos* itidem *pri-* Cat. cap. 3. Vitruuius lib. 10. cap. 5. & 16. Theon. *uos*, quos alio loco declaramus. trocleas Græcanicas polyspasta dicere videtur, vt è Vitrunio & Theone intelligi potest: quod machinamenti genus inuenit Archimedes.

Finis lib. 28. Aduersa. Adr. Turnebi.

ADRIANI TVRNEBI ADVERSARIORVM LIBER VIGESIMVSNONVS.

Plinius lib.21.explicatus & emendatus. Diuidere Diuidia, Diuidus, Lemnisci; purum, argentum purum, hasta pura, locus purus, Solum purum, vestis pura; Lana pura. Solox.

Caput I.

SCRIBIT Plinius lib. Naturalis historiæ 21.cap.2. antiquos coronis vsos esse tenuioribus quas appellauerũt *strophia*. Ego semper Plinium antiquarium iudicaui, & antiquos existimaui suo potius, quàm exotico & alieno vocabulo vsos: itaque cum reperissem in antiquo exemplari *strupos*, & legissem apud Festum stropum: & strupum antiquis coronam significasse: auctoritatem nõ defugi, & ità reponendum putaui. Illic ab eo lex xij. Tabul. de coronis adfertur, quæ variantibus hominum doctorum ingenijs & sententijs diuersè scribitur: cum alij *duitur* legant: alij *arguitor* refragantib. tamen veterib. exemplarib. in quibus perspicuè scribitur, *diuiditur*. ego leui mutatiuncula, & vt spero, non damnanda, lego *diuiditor* hunc in modum: *Qui coronam parit, ipse pecuniave eius virtutisve ergo diuitor ei.* Diuidere autem antiquis, velut separare erat & detrahere: vnde & Diuidia est tædium: & Diuidus apud Actium, separatus: Accessisse coronis dicit Lemniscos, qui sunt tenues fasciæ & teniæ: eos Lemniscos diu dicit puros fuesse: in quo puros intelligo non cælatos. Sic argentum purum cælato opponitur.

Plin. lib. 21. cap. 2. — *Fest. libr. 17. in litera s.* — *Fest. ibidem.* — *Plin. lib. 21. cap. 3.* — *Actius apud Non. in Diuidia & Diuidus.* — *Plin. eodẽ lib. 21. cap. 3.*

Pauca, inquit Iuuenalis, *licet portes argenti vascula puri*, sic enim loquitur ad extenuationem. Argentum n. purum non erat tanti, quanti cælatum emblematis. Sic hasta pura, quæ est sine ferro, diciturque etiam graminea. Locus purus, non ædificatus, vt area. Sic Columellæ purum solum, sine herba est. opponiturque graminoso & nouali cum scribit: *ille quàm maximè subacto & puro solo gaudeat, hic nouali graminosoque.* Pura vestis, non prætexta.

Tempore quo primum vestis mihi tradita pura est. nam puerorum vestis erat

Iuuenalis Saty. 10. — *Columel. initio lib. 6.* — *Catul. ad Manlium.*

Titinius apud Festũ in solox erat prætexta purpura : virorum ſine purpura . Pura lana , purgata,
Plin. lib. 12. cap. 3. quæ ſoloci opponitur. Titinius, *Ego ab lana ſoloci ad puram data.* Ibidem Plinius. *priuatim ſcripſere Mneſtheus & Callimachus medici.* lego, *Mne-*
Plin. ibidem. *ſitheus*, cuius frequens eſt mentio apud Athenæum & Galenum, *inde eductum è cuſtodia bibere iuſsit.* emendo, *inde eductam cuſtodiam.* Cuſtodiæ n. ſæpe appellantur, qui vel in carcere, vel in vinculis ſunt.

Montes auri polliceri. Nonius emendatus, & illuſtratus. Muſcipula tenta. Rurſus, Prorſus. Neapolis, & Syracuſæ otioſorum hominum domicilia. Spiſſo venire. Ectrope. Cornuti. Domicilium conferre, Samium. Terginũ. Infans. Nec vola nec veſtigium.

Caput 2.

MONTES auri pollicens prouerbium Latinorum eſt, ex eo ductum, quod montes nonnullis locis ſunt aurarijs metallis vberes & diuites: quales habuiſſe feruntur Perſarũ Reges. Varro, ἀνθρωποστόαι ἢ περὶ γενέθλης.
Varr. apud Non. in Religio. Sic n. in codicib. manu exaratis titulum præſcriptum reperio, quantumquidem ex errantib. & rudibus literarum notis conijcere potui.

Non fit theſauris, non auro pectus ſolutum,
Non demunt animis curas ac religiones,
Perſarum montes, non atria diuitis craſsi.

Lucil. apud Nonium in Tenta. Muſipula tenta pro intentis & paratis inſidijs non inſcitè nec inhoneſtè dictum à Lucillio reperio hoc verſu —*Hic vt.*

Muſcipulæ tentæ atque vt ſcorpius cauda ſublata. Sublata etiam vnca cau-
Varro apud Nonium in Rurſus. da arcuato ictu ferire ſcorpius ſolet. Rurſus & prorſus eſt ante & retro, vt apud Varr. *Multi mortales rurſus ac prorſus meant.* Pro illis Menandri apud Non verbis. vnde aliquot racemaui capita τηρῶ τὸν ἥλιον κατ' ἄστρα. mi-
Menander apud Non. hi veteres & fugientes iam ac prope exoletos literarum malè exaratos ductus rimanti viſum eſt ſcriptum fuiſſe τηρῶ τὸν Δία τὸν αἰγιόχον. quod præterire nolui, vt aliorum elicerem coniecturam, qui & ſagaciores ſunt & doctiores. Planè adfirmare auſim in veteribus literis, nullam effigiem eſſe, quæ ſcripturam vſitatam vllis veſtigijs ſuis effingat. Qui ſe o-
Horat. Epod. 5. od. tio aſſerere cupiebant & ab vrbe ſecedebant, Neapolim non raro ſe recipiebant: quæ hominum otioſorum domicilium erat: vt ea de cauſa ſcripſerit Flaccus. *Et otioſa credidit Neapolis.* interdum & Syracuſas:
Cic. 3. offici. Sueto. in Aug. cap. 72. Erant n. vrbes quædam hominibus non ambitioſis, nec negotioſis gratiores & iucundiores. Sic Cannius Syracuſas non negotiandi, ſed otiandi cauſa apud Ciceronẽ ſe cõtulit. Sed & Auguſto, vt à Trãquillo ſcribitur, locus erat ſecretus & ſingularis in edito, cũ quid ſine interpellatione agere volebat, quẽ Syracuſas vocabat. Arbitror huius vrbis nomine inſcrip-

tam

tā fuiſſe comœdiā à Cœcilio,ob vrbis illius delicata otia. ex ea adfertur, *Hic amet, familiæ fame pereant, ager autem ſtet ſentib.* Spiſſo venit, eſt tar- dè & ſero venit. Afranius, *quod ſpiſſo venire viſum eſt Mani mihi* pro ſpiſ- ſo venit Plautus dixit: *Qui ſi quid benè promittunt, pro ſpiſſo venit.* id eſt, perquā tardè & ſero. Ectropas pro diuerticulis Varro dixit: περιπλȣ lib. 3. περὶ φιλοσοφιάς. *Et ne erraremus, Ectropas eſſe multas, omnino tutum eſſe, ſed ſpiſ- ſum iter.* Verſum illum Lucilij, qui omnibus eſt in ore de Æſeruino, ſic è ve teris exemplaris veſtigijs emendandum puto.

Cœcil. apud Non. in ſlare. Afran. apud Nō. in ſpiſſum Plaut. Pœnulo ſc. ſuſpendant omnes. Varro apud Nō. in ſpiſſum

Æſerninus fuit Flaccorum munere quidam
Samnis, ſpurcus homo, vita illa dignus locoq;. Cornutos animaduerti di- xiſſe Accium pro cornigeris & aratoribus bubus, ſine boū tñ adiectione.

Lucil. apud Nō. in ſpurcū.

Forte ante auroram radiorum ardentem indicem
Cum ſono in ſegetem agreſtes cornutos cient
Vt rorulentas ferro terras vuidas
Proſcindant, glebasque aruo ex molli excitent. In ſegetis ſignificationi- bus apud Nonium profertur titulus Græcus Satyræ Varronis ita inquina- tus & contaminatus, vt vix elui poſſit: Ego quantum ſubodorari potui è veſtigijs titubantium literarum veteris codicis, legendum eſſe puto. ἄλλοις μέλλει ἢ περὶ φιλαργυρίας. Domicilium conferre, pro habitatum ſe con ferre dici eleganter ſolet. Turpilius, *Abhinc triennium ſacerrimum domici- lium huc quidam contulit leno,* quoquidem in Nonij loco verſus eſt Luci- lij, ſed ita corruptus, vt integritas propè deſperāda ſit, experiar an eum e- mendare poſſim, magis adeo coniectura animi quàm ſubſidio vllius libri. Sic igitur reſtituendum eum cenſeo. *Adde iſto ſacer illoto collo ac ſyro phæ- nix.* Samium interpretatur Nonius teſteum. malè in eo teſta ſcribitur. te- ſtimonium adfert è Satyris Lucilii, & è Ciceronis libro de Repub. pa- rum incorruptæ fidei, ſed omni improbatione ſuperius erit, ſi ita legatur.

Accius apud Non. n ſeges. Apud Non, in Seges. Turpil. apud Non in Sacrū. Apud Non. in Sacrum.

Et non pauper vti Samio curtoq; catino. *M. Tullius de Republ. libr. vi. o- ratio eſt Lælij, quam omnes habemus in manibus, quàm ſimpula pontificum diis immortalibus grata ſunt Samiæq; cappedines.* Eſt & apud Non. Satyræ Var- ronis nomen ita deformatum, vt non agnoſcatur. quod in libris Latinis ferè ſemper vſu venire ſolet, ſi quid Græcum eſt: nam literarum formas male reddebant librarii Scribæ, putem ſcribendum εὗρεν ἡ λοπὰς τὸ πῶμα περὶ κατηκόντων. Etſi autem ſeptem Sapientum olim celebrata virtus, & eru ditio omnium maximè eſt, video tamen reliquis antelatum Thalem, vt & à Plauto & à M. Varrone in ea, quam retuli ſatyra: quanquam ne Thaleti quidem nomini pepercit iniuria temporum, an librariorum dicam. Lo- cum vt ſcribi debere cenſeam, proferam, *Ego vnus ſcilicet antiquorum ho- minum ſubductis ſupercilijs dicam* Θάλητος νοῦν ἔχων. Terginum pro ſcutica

Apud Non. in Subducere. Apud Non in Subducere

Apud Non. in Tergora.
Apud Non. in Infans.
Apud Non. in Vola.

dixerunt antiqui. vt Lucil. *Orationem facere compendi potes, Solui dum saluo tergo, & tergino licet.* Infans non tantum in ætate ponitur pro indiserto: sed etiam pro infando dictum reperitur. Accius, *Priusquam infans esses facinus oculi vescuntur tui.* Nec vola, nec vestigium prouerbij more dicitur, cum nihil quicquam superest, ac ne reliquum quidem est vllum signum, vlla nota Varro. ἐπιταφίῳ ἢ περὶ τάφων. *Pleni libri inquam vbi maneant* τάφοι *eorum, quorum in sepulchris nec vola, nec vestigium extat. Idem* ταφῇ μενίππυ. *Hæc Numa Pompilius fieri si videret, sciret suorum institutorum nec volam nec vestigium apparere.* Vola autem manus est: vestigium pedis.

Nonius explicatus. E ventre aquam mittere. Equimentum. Tetrachordum. Æra. Exta atrocia.

Caput 3.

Apud Non. in Apiscι.
Apud Non in Aquilex.
Apud Non. in Aequimētum.
Apud Non. in Autumnitas.
Apud Non in Adolescentia.

QVOD oppidum multi in Italia Eugubium appellant, cum alij, tum etiam Sisenna Iguuium vocauit lib. 4. historiarum. *Itaque postero die legatos Iguuium redeuntes apiscitur.* E ventre aquam mittere, pro ventris aquam emittere, quum suffusum abdomen habent hydropici dixit Varro, *An hoc præstat Herophilus Diogeni, quòd ille è ventre aquam mittit? ad hoc te iactas? at hoc pacto vtilior te Thuscus aquilex.* Merces admissuræ dicitur Equimentum. vt Nonius ait, quod pro verris admissura, aut Asini, aut Equi datur domino. Ergo etsi video Nonium in ordinem, & classem literæ a, hoc verbum retulisse æquimentum: Æquimentum tamen esse dicendum censeo ab equire, videlicet, quod pro equi admissura solueretur: & per abusionem in reliquis vsurpatur. Plauti fabula Astraba nomen habuit à dossuario iumento, quod eo nomine censetur. Oppido quàm eleganter Varro quatuor anni tempora à musico instrumento ducta similitudine anni Tetrachordum appellauit *Quod autumnitas*, inquit, *in anni tetracordo mensam præterierat.* Varronis satyra τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μῦρον. id est, in lente vnguentum. etiam περὶ εὐτελείας, inscribebatur, id est, de parsimonia: falso n. περὶ ευετηείας, receptam inscriptionem video. Æra in rationibus subducendis singula capita veteres vocabant, propterea quod ad assem, rationem putare solebant, & capita æris mutis numeris notabant. ex ijs autem fit summa & colligitur. Lucil. *Hæc est ratio, peruersa æra, summa, & subducta improbè.* Cice. in Hortensio, *Quid tu inquam soles, cum rationem à dispensatore accipis, si æra singula probasti, summam quæ ex ijs confecta sit, non probare.* Corpus è terra, animam ex æthere putauit Pacunius in Chryse hoc versu: *Mater est terra, ea parit corpus, animam æther adiugat.* Exta atrocia, pro crudis, quod perquam rarum est, dixit Næuius. *Simul atrocia proiecerunt exta ministratores.*

Apud Non. in æra.
Cic. in Hortē.
Apud Non. in Adiugare.
Apud Non. in atrox.

res. Varronis erat Satyra nomine τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον, ἢ περὶ παιδοποιΐας, quæ inſcriptio nuſquam integra, & incontaminata reperitur. in ea de liberis opera danda diſſerebat. Ex ea adfertur *Annos multos quòd parere ea non poterat, mulierem foras vetere iuſsit.* Apud Non. in Betere.

Vittæ nuptarum, & virginum. Præpetes. Oſcines. Rapaces aues. Iubæ. Iubatus draco. Valerius Flacc. emendatus libro 8. Premere verbum venatoriū.

Caput 4.

ALIAE erant nuptarum, aliæ virginum vittæ, ſed vtræque tamen ingenuarum. De virginali vitta ſic ſcribit Flaccus Valerius.

Vltima virgineis tunc flens dedit oſcula vittis. De maritali Propertius. Val. Flacc. lib. 8. Argon.

Vinxit & acceptas altera vitta comas. nam alteram à virginali intelligit. Quid iſta nocet breuiter attigiſſe, & hæſuros in hoc, vt ita dicam, luto fortaſſe, liberare? Iſta etiam verſum Maronis aperiunt & illuſtrant lib. 2. Æneid. ſcribentis *Virgineas auſi diuæ contingere vittas.* Aliud & addam ex eodem Valerio. In augurijs præpates aues augurium volatu faciunt: Oſcines, cantu. Sed quia rapaces alis plurimum valent, nec vocales ſunt eleganter præcipueque præpetes dicuntur. Propert. li. 4. eleg. 2. Virg. 2. æn.

Quæ ſuper, inquit, *ingenti circundata præpetis vmbra.* Val. Flac. li. 8.

— quem præpes ab Ida Virg. 5. æn.

Sublimem rapuit pedibus Iouis armiger vncis. Iubæ anguibus & draconibus tribui ſolent, quæquidem criſtæ ſunt in eorum capitibus eminentes. Valerius de dracone aureum velleus cuſtodiente.

Iamque altæ cecidere Iubæ. de eodem rurſus, Valerius li. 8.

— ille ſuis hæc vibrat fulgura criſtis. Eodem etiam modo illud ad Herennium intelligendum arbitror. *Iſte quotidie per forum medium tanquam iubatus draco ſerpit.* Sed & iubatos, vt Nonius in Plauto legit, angues eodem ſenſu interpretor. Nos quoque adſcribemus in eo ſcribendum videri, *— hinc ſubitis illuxit frater in armis* nam *inflixit* neque ſenſui conuenit, neque ornatui, quod vtrunque ei, quod inducimus ſuppetit. Lego etiam *— promit medicamina ciſtis.* Nam *prodit*, vt vere dicam quod ſentio, non placet. Lego etiam *— deiecta reſidens ſub tegmine palla* & *— tranſit defleta Dianæ*, non *deflexa*. Apparet nuptialem coronam duplicem fuiſſe: vt ſuſpitio inde ſit, virginalem fuiſſe ſimplicē. Sed hoc coniecturale eſt, & per infirmo verſiculo nixum Valerij *— ipſa ſuam duplicē Cytherea coronā.* Val. Flac. ibid. Auctor ad Heren. lib. 4. Nonius in Angues. Plau. Amphy. ſc. Dapes atq; opes. Val. Flac. li. 8. Val. Flac. ibid. Val. Flac. ibid.

Donat. Premere, verbum venatorium: cum feram venator ſequitur, magnoque clamore canes impellens vrget. Valerius per metaphoram, de Abſyrto Medeam ſequente dixit:

— diramque premens clamore ſororem. Virgilius, Val. Flac. li. 8.

Virg. 3 Geor. *Ingentem clamore premit ad retia ceruum.*& rurſum,

Virg. 1. æn. *Aut ſpumantis apri curſum clamore prementem.* Harum locutionum perceptio gratiam & venerem addit poëmati: ignoratio poëma ſuis ornamentis ſpoliat atque nudat.

Spado. Caſtratus. Cap. 5.

Inſti. de adop. §. Sed & illud. SPADONI hoc iuris concedit Iuſtinianus, vt adoptet: non concedit Caſtrato. in quo videtur intereſſe inter Spadonem & Caſtratum voluiſſe. ac puto Iuriſconſultis Spadonem virum eſſe viſum: ideoque ei jus iſtud eſſe tributum, quod eam partem haberet, qua viri ſunt, etſi læſam, vt teſtibus auulſis aut colliſis ſaluo tamen cole: At caſtratus eſt, cum colis ipſe etiam amputatus eſt, nullumque iam viri argumentum reliquum habet, ac in fœminam videtur tranſiiſſe degeneraſſeque. Tales etiam ſemiuiri habebãtur, vt merito jus illud, ob impuritatis notam, & effeminatam viri conditionem denegatum ſit. Tales etiam fanatici illi Cybeles miniſtri & ſacerdotes appellati Galli, impudicitiæ turpiditudine infames, de

Iuuen. ſaty. 2. quibus Iuuenalis ita ſcribit:

Quid tamen expectant, Phrygio quos tempus erat iam.

More, ſuperuacuam cultris abrumpere carnem? & Claudianus in Eutro-

Claudia. lib. 1. in Eutrop. pium Eunuchum.

Cymbala ferre licet, pectusque illidere pinu:

Inguinis & reliquum phrygijs abſcindere cultris. Partem igitur Inguinis ei detractam fuiſſe ſignificat, ſuadetque vt reliquam execet, vt caſtratus ſit. Nam ſpadonem fuiſſe dicit, cum indignatur eum trabea conſulari orna-

Claud. lib. 1 in Eutrop. tum —*nunquam Spado conſul in orbe.* De eorum autem impudicitia ſic Arnobius ſcribit: *Quaſi vero affecti corporalibus his damnis fiant languidioris*

Arnob. lib. 5. aduer. Gentes *audaciæ, & non quotidie videamus eos, qui ſibi demeſſuerint has partes, maioris petulantiæ fieri, atque omnibus poſtpoſitis pudoris & verecundiæ frenis, in obſcœnam prorumpere vilitatem confeßione vulgata.* Hos igitur Caſtratos eo in loco à Iuſtiniano appellatos puto, qui, quòd ſe execuſſent, viroque priuaſſent, & impudici eſſent, indigni viſi ſunt, qui fruerentur adoptionis iure.

Cælum ſtellis aptum. Virgil. libr. 4. Ænid. obſeruatus. Quiane? Hic terminus hæret.

Caput 6.

Virg. li. 4. æn. AXEM humero torquet ſtellis ardẽtibus aptũ. dixit Maro. à poëtis cœlũ ſtellis aptũ dicitur, id eſt, ſtellis fixũ & conſertũ, & conſperſum. Lucret.

Autumnoque magis ſtellis fulgentibus apta.

Lucret. lib. 6. *Concutitur cœli domus vndique-* Alio loco.

ſtel-

— *ſtellisque micantibus æthera fixum,*dixit nos verbi illius notionem edo- Lucret.lib.5.
cens: Axem autem hic cœlum interpretor, vt libro ſecundo.

— *nudoq; ſub ætheris axe.*quod eſt,ſub dio,ſub cœlo. & libro 8. Virg.2.æn.

— *gelidique ſub ætheris axe.* Adiuuat hanc expoſitionem Ennius,cuius verſum Maro æmulatus eſt. Virg.8.æn.

Qui cælum verſat ſtellis fulgentibus aptum. Quod de fama ſcripſit Maro, Ennius apud Macro,libr.6. ſat.cap.1.

Parua metu primo,mox ſeſe attollit in auras.

*Ingrediturque ſolo,& caput inter nubila condit.*ab Homero mutuo ſumpſit,qui eadem de contentione libro 4. Iliados ſcripſit. Virg.4.æn.

ἥτ᾽ ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα, Hom.4.Iliad.
οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη, καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει.

*Spargens humida mella ſoporiferumque papauer.*Hic locus à Criticis reprehenſus eſt, quod Maro peruigili draconi ſoporatas epulas, quæ ſomnolentum & veternoſum redderent, dederit:ac in ſolo papauere notatur, non in melle. Quod tamen Medicus noſter ſoporatum eſſe contendit inuito Æſculapio. Hic haud me pœnitet eorum eſſe ſententiæ, qui cenſent ſoporiferum papauer admixtum epulis, quo truculenta ſæuaque beſtia paulum deliniretur: non vt ad ſoporem daretur. nam papauer quod alijs veternum induceret,tantum peruigili & inſomni draconi quendam langorem & lenitatem, quandamque tarditatem adferebat, vt minus ſæniret. Aut inuicem ipſa interdum ſeruabat aurea mala inſomniam miſerata draconis: epulisque papauer miſcebat, vt ſomno breui & leui recreatus & releuatus integrior ad priſtinam cuſtodiam reuerteretur. quod & verius reor. — *quiane auxilio iuuat ante leuatos?* Quiane. archaiſmus, pro an quia. ſenſus eſt:quaſi vero profuerit mihi eos ante leuaſſe auxilio, vt *quemne ego ſeruaui?* apud Plautum, & apud Terent. *Quod ne ego perſcripſi?* Virg.4.æn. Virg.4.æn. Plaut.Milite. ſc. Curate vt ſplendor. Terent.Phormione. act. 5. ſc. 8.

— *hic terminus hæret.* Vetus eſt dictio ab agrorum terminis & finitoribus ducta & à Lucretio vſurpata.

— *finita poteſtas,denique cuique.*

Quantum ſit ratione atque alte terminus hæret. Terminum autem altè ſolo defixum & hærentem moueri nefas erat: Et de termino moto prodita eſt actio. Sed & qui terminum exaraſſet, Numa eius boues ſacros eſſe iuſſit. Hic igitur terminus hæret, id eſt, id fixum ratumque nec mutari poteſt, nec moueri. Virg.4.æn. Lucret. lib. 1. & lib.6. Libr. 47.ff. Tit.21.

*Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.*Id Maro ex opinione Ennii dixit, quanquam ea etiam apud Homerum extat. nam Ennius animas ad inferos deſcendere non putabat: ſed quædam ſimulachra. vt Lucret. ſcribit. Virg.4.æn.

Et ſi præterea tamen eſſe Acheruſia templa Lucret,lib. 1.
Ennius æternis exponit verſibus edens:

Quo neque permanent animæ, neque corpora nostra:
Sed quædam simulachra modis pallentia miris.

Liuius lib. 44. explicatus, Gladiatorium. Cap. 7.

MVLTI olim etiam ingenui operas suas arenæ certa mercede locabant, vt depugnarent. Eorum mercedem videor obseruasse à Liuio Gladiatorium in neutro genere vocari. sic n. de Gentio Illyrici rege exiguo precio ad bellum Romanis inferendum à Macedone impulso scribit lib. 44. *Deinde in custodiam C. Caßio Tribuno militum traditus, vix gladiatorio accepto decem talentis ab rege rex, vt in eam fortunam recideret.* Sensus enim est, pluris conduci gladiatorem, quàm quanti in bellum Gentius coniectus est. Sed cum in hunc librum quadragesimum quartum incidi, quid vetat locos eius quosdam perpurgare? Scribit Liuius: *nam sicut pleraque noua commenta mortalium in verbis vim habent, explendo cum agi, non quemadmodum agantur, edisseri oportet sine vllo effectu euanescunt.* his in verbis suspitio mendi est, quod purgabitur, si *experiendo* pro *explendo* legas: quod cum sententia efflagitet, cur non in medium procedat? præsertim cum aberrare nullo negotio potuerit manus librari à vicina voce, & in propinquam de flectere? Iterum, *& concitatio remorum, directæque in se proræ, hostes appropinquare apparuisset.* hic parum abest quin adfirmem emendandum *apperuissent*: neque enim apparuisse huic orationi conuenire videtur, nisi *concitatione* legas & *directis in se proris*. quod & verius puto. Rursum, *Laneasque & tabernas coniunctas in publicum emit.* ego *lanienas* puto scribendum, quas Varro lanignas appellauit, auctore Nonio. Erant illic tabernæ quædam laniorum. Rursum, *non ad eandem craßitudinem, qua veterem murum.* scribo *qua vetus murus*. & paulo post, *pro structos esse, structi.* Rursum, *cum arma, viros, equos cum cura inexisset.* illud inexisset verbum nequam est, & nullum in lingua Latina. quid ni igitur in locum eius subrogemus curauisset? Hæc ferè velut libans enotaui: quæ, quod præclarum auctorem deformant, & facessere negocium lectoribus possunt, eorumque cursum retardare, huic lucubrationi meæ, si lucubratio dici meretur liber leuioris operæ, inferenda putaui.

Liuius li. 44. — *Liui. lib. 44.* — *Liui. ibidem.* — *Liui. lib. 44.* — *Liuius ibid.* — *Liuius ibid.*

Terentius eplicatus Eunucho. Sandalia. Sandaligeri serui. Cap. 8.

CVM dixisset gloriosus apud Terent. miles, *Qui minus quàm Hercules seruiuit Omphale?* suscepit derisor parasitus: *Vtinam commitigari videam sandalio caput.* quæ sanè verba vulgo frigidè accipiuntur, quod interpretes non animaduertant, sæpe sandalio Omphale Herculem vapalasse, atque

Teren. Eunu. act. 5. sc. 8.

que ita in tabulis pictum fuiſſe. Itaque cum ſe miles exemplo Herculis in ſeruitutem dare velle diceret, ei Paraſitus, Herculis etiam protinus plagas optauit. ne quis autem iſtud à me ingenioſius, quàm verius excogigatum dicat, coram in medium adducam Lucianũ, qui me iſta ſuſpitione facile liberabit. Τάχις' ἂν ὁμοίαν αὐτὴν ἐξεργάσαιο τῷ ἐν Λυδίᾳ ἡρακλεῖ, ἑωρακέναι γὰρ πȣ σε εἰκὸς γεγραμμένον, τῇ ὀμφάλῃ δουλεύοντα, πάνυ ἀλλόκοτον σκευὴν ἐσκευασμένον. ἐκείνην μὲν, τὸν λέοντα αὐτȣ͂ περιβεβλημένην, καὶ τὸ ξύλον ἐν τῇ χειρὶ ἔχουσαν, ὡς ἡρακλέα δῆθεν οὖσαν. αὐτὸν δὲ, ἐν κροκωτῷ, καὶ πορφυρίδι, ἔρια ξαίνοντα, καὶ παιόμενον ὑπὸ τῆς ὀμφάλης τῷ σανδαλῳ. id eſt, ſtatim eam ſimilem reddideris Herculi in Lydia. nam veriſimile eſt te vidiſſe eum pictum Omphalæ ſeruientem valde alieno cultu & abſurdo, illam quidem exuuio Leonis ipſius amictam & clauam manu tenentem & Herculem referentem, eumque in crocotula è purpurea veſte lanam facientem & ab Omphale vapulantem Sandalio. Erant autem Sandalia muliebria calceamenta, vt docet Pollux, elegantiſſima: Interdum etiam aurea, quæ ſua habebant repoſitoria σανδαλοθήκας appellata. Sed & mulieres ſeruos Sandaligeros habebant, qui earum ſandalia gererent, vt ex Plauto agnoſcimus. — *Solea puer obiurgabere rubra.* cum Satyricus dixit, Sandalium intellexiſſe videtur. Sandalij item meminit Lucianus, θάτερον τοῖν σανδάλοιν χρυσοῖν, ὄντοιν, ȣ̓ καταχρήσαιμι. & alio loco. λήσειν ὑπὸ χρυσῷ σανδάλῳ. Et Ælianus τοὺς δὲ πόδας σανδάλοις ἐπεδέδετο.

Lucia. in libello. Quomodo Hiſtoria ſcribẽda ſit.

Pollux.

Plau. Trinummo &c. Multas res ſimul.

Perſ. 5. Satyr.

Lucianus.

Ælianus.

Linea diues. Teſſeræ. Σύμβολα. *Miſsilia.*
Cap. 9.

VERSVS ſunt Martialis lepidi, ſed paucis intellecti, cum tamen verbis minime obſcuris contexti ſint. non commemorabo eorum ſententias, quorum libri in medio ſunt, & conſuli poſſunt: quid ſentiam potius declarabo. Sed ante verſus ipſos adſcribam.

Martial. libr 8. epigrã. 78

Omnis habet ſua dona dies, nec linea diues,

Ceſſat, & in populum multa rapina cadit. His verſibus niſi me animi coniectura fallit, ſparſionem & miſſilia deſcribit: cum nummi, gemmæ, edulia in populum diripienda iaciebantur. Quam igitur, obſecro, lineam diuitem dicit? ego interpretor gemmas & margaritas resque precioſas in linea. quemadmodum ſi linea margaritarum ſurrepta ſit, dicendus eſt numerus. Iterum ſi maritus vxori margaritas extricatas dediſſet in vſu, eaſque inſcio viro perforaſſet, vt petuſis in linea vteretur, tenetur lege Aquilia. Subijcit in eodem epigram. Martialis.

L. Hiſer. ſeruũ. §. ſi cum mariti tus ff. ad l. Aquiliam.

Martia. lib. 8. epigram. 78.

Nunc veniunt ſubitis laſcina numiſmata nimbis,

Nunc dat Spectatas teſſera larga feras. Superioribus verſibus de miſſilibus diſſeruit, hoc vltimo de teſſeris: quæ globuli erant certæ ſpeciei

Dio. & Xiph. in Nerone.

notis inſcripti, quæ ei, qui iactam teſſeram rapuerat, dabatur. Dio. & Xiphilinus, qui Dionem in compendium redegit, σύμβολα appellant, quæ ſic Xiphilinus declarat: πάντα μὲν γὰρ τὰ πολυτελέστατα ἃ ἄνθρωποι ἐσθίουσι, πάντα δὲ καὶ τὰ ἄλλα τὰ τιμιώτατα, ἵππους, ἀνδράποδα, ζεύγη, χρυσίον, ἀργύριον, ἐσθῆτα ποικίλην ἐδίδου διὰ συμβόλων. σφαίρια γὰρ μικρὰ γεγραμμένα, ὡς ἕκαστα αὐτῶν ἔχοντα εἰς τὸν ὅμιλον ἐρρίπτει, καὶ ἐδίδοτο ὅ, τι τὶς δὴ ἐκείνων ἥρπασεν. id eſt, Omnia n. lautiſſima, quæ homines edunt, & omnia alia maximi præcij, equos mancipia, iumenta, aurum, argentum, veſtem variam teſſeris dabat. nam globulos paruulos eorum quidque pictum habentes in plebem mittebat, & quod quis rapuiſſet dabatur. Hinc etiam explicatur ſequentes Martialis verſus.

Martia. lib. 8. epigram. 78.

Nunc implere ſinus ſecuros gaudet, & abſens

Sortitur dominos, nec laceratur auis: nam miſſilia rem ipſam ſpargunt, & mittunt, teſſeras promittunt: ita non laceratur rapientium manibus abſens auis, & implet ſinus ſecuros, qui enim in ſinum condidit teſſeram, non metuit ne euolet auis: ſed ſecurus eſt. Securus non ſi auis ipſa eſſet, ne vel viua euolaret, vel mortua è ſinu cadens alternis fieret. Sed vt interpretatio noſtra adſtipulatione confirmata Tranquilli, facilius in vulgus fidem obtineat, non cunctabor adſcribere, quod in Nerone prodidit,

Sue. in Neron. cap. 11.

Sparſa & populo miſsilia omnium rerum per omnes dies ſingula quotidie millia: auium cuiuſque generis multiplex penus: teſſeræ frumentariæ, veſtis, aurum, argentum, gemmæ, margaritæ, tabulæ pictæ, mancipia, iumenta, atque etiam manſuetæ feræ, nouiſsimè naues, inſulæ, agri.

Terentius in Adelphis explicatus. ἑλκύσαι. *Babylo. Bacchillus. Baccillus.*

Cap. 10.

POETAE Camici, qui leues habentur, & ſpectatorum riſum voluptatemque captant, ac vni illi rei ſeruiunt: plerumque tamen ſententias è grauiſſimis philoſophis repetitas adhibent. vt Terentius in Adelphis.

Teren. Adelp. act. 4. ſc. 7.

Ita vita eſt hominum, quaſi cum ludas teſſeris

Si illud, quod eſt maximæ opus, iactu non cadit:

Illud, quod cecidit forte, id arte vt corrigas. nam è decimo libro de Repub. videtur ſumpta eſſe. ita Philoſophorum grauiſſimus leuiſſimo poëtarum generi etiam ſua libenter impertit. Sic autem Plato ſcribit, καὶ ὥσπερ ἐν πτώσει κύβων πρὸς τὰ πεπτωκότα τίθεσθαι τὰ αὑτοῦ πράγματα, ὅπῃ ὁ λόγος αἱρεῖ βέλτιστα ἂν ἔχειν. ac vero è ſcena tractum illud. Græca eſt & palliata Comœdia. *Tu inter eas reſtim ductans ſaltabis.* Id enim eſt quod ἕλκειν κόρδακα à Græcis dicitur. Sed & Ariſtophanes in Nubibus οὔτ' κόρδαχ' εἵλκυσεν. inde ἑλκύσαι pro ſaltare dixit in Pace. ἐν μὲν οὖν τοῦτο μ' ἔασον ἑλκύσαι ſubauditur σχῆμα. Alio loco ſcribit eiuſdem fabulæ poëta.

Plato lib. 12. de re publ.

Teren. Adelp. act. 4. ſc. 7.

Ariſtophan. Nubibus.

Ariſtop. Pace.

Iube

— *Iube nunc iam* Teren. Adelp.

Dinumeret Babylo illi viginti minas. Vbi figurate Babylonem vocat fratrem, velut prodigum & profuſum: à Babyloniorũ opibus, liberalitate, & luxu ſumpta ſermonis mutatione. Nam Græcis hominibus Medi & Babylonij ditiſſimi & liberaliſſimi videbantur, nec opinione fallebantur. & Græci plerunque eorum ſtipendijs in Aſia militabant, & ſe Medorum pecunia locupletabant. Non tamen poſſum tacitum præterire, quod in antiquo exemplari reperi: nam me ſæpenumero cum copia eſt, delectat vetera monumenta velut oracula conſulere, *Dinumeret ille Bacchilo viginti minas.* Bacchilum Græci panem libationis & fœderis appellant: vt inde potuerit nomen formari eius, qui amores conciliaret nuptiales, & fœdera ſanciret. At Baccillus Græcis eſt mollis & effeminatus, qualis Myccio videri poteſt fuiſſe, qui vxorem non duxerat. Ego neutri ſcripturæ præiudicio vllo nocere in animum induxi: ſed vtranque, vt ſolet inſtitor merces emptoribus, ita quoque lectoribus exponere volui: & vt in theatro fabularum iudicium populare eſt, ſic nos quoque penes populum iudicium eſſe volumus. Tantum de veteribus interpretibus meritò conqueri poſſumus, qui dum verbis parcunt, non ſatis nos erudiunt, maluntque nos ſenſum ſuſpicari, & ſubodorari, quàm certo comprehendere & tenere: ita rem plerumque breuiter perſtringunt de nominum enodatione, in qua plerumque laboramus nullo modo ſoliciti. Addam tamen hoc ἀκροτελεύτιον. fortaſſe *Bacchylo* non incommodè legi poſſe, vt de ſeruo vel liberto loquatur, cum ille Myccio eam pecuniæ ſummam dinumeret.

(Marginal note: act. 5. ſc. 7.)

Vitruuius lib. 10. explicatus & emendatus.

Caput 11.

DESCRIPTIONES mechanicæ magnam per ſe obſcuritatem habent, quæ etiam plerumque alia augetur corruptorum librorum difficultate, vt eodem tempore legenti, duæ ſint tanquam ærumnæ ſuperandæ: librorum vna, altera vitiorum. vt in Cteſibica apud Vitruuium machina libro decimo, quod ita ſcribitur. *in quo catino fiant axes in ſuperioribus naribus fiſtularum coagmentatione ſubtili collocati.* emendatum non eſt ſatis, neque cenſeam Vitruuium in re obſcura, ambigua potius voce axis vti voluiſſe, quàm quæ propriè verèque rem exprimeret. *Aſſes* igitur lego, vt aſſerculi intelligantur ſubtiliter coagmentati, & ora fiſtularum obturantes: Ac ne alienas opes oſtentem pro meis, & corniculam imiter Æſopicam, ita videbatur Ranconeto emendandum. nam ne axis intelligatur, vt qui per ſphæram traijcitur, commoditas perſpicuitatis negligenda non eſt. Et vt axis idem quod aſſis declaret: tamen ne varietate ſignificatio-

(Marginal note: Vitru. lib. 10. cap. 12.)

nis

nis animus in errorē rapiatur, afiis certam afsignans homini intelligentiæ sentētiam, vtiq; cōmodius hic fcribetur, vt & eodē mox cap. *afſes interpofitos ſupra foramina earum*. nā afferculi fignificātur earū occludētes ora, qui aërem fpiritumq; dū intro cōpellitur referati admittant retro tamē ire nō fināt vt in follibus operimentum videmus fcorteum laxari hiareqúe vēto ingredienti, exitum tamen præcludere recepto. Eodem quoque capite tertium moneo legendū *aſsibus* non *axibus*. *Aërem*, inquit, *qui erit ibi cū aqua aſsibus obturantibus*. Non eo inficias hæc effe quæ fcribo parua: fed parua ifta fæpe moram obijciunt properanti: & magnā creant moleftiā; cui mederi voluiffe vitio, verti nō debeat: qui enim ad tantillum obicem nō hæfiffet, ex fuo ingenio aliorum hominum fenfum fingere non debet: & vt fe hic iuuare nolit, tamen alios ne adiuuemus, deterrere non debet.

Vitruuius lib. 10. cap. 12.

Vitru. ibidem

Spartianus in Adriano emendatus & explicatus. Primæ & fecundæ fententiæ effe. Caufarij. Caufaria liberalitas. Frumentarij. Saturnalitia. Sigillaritia. Sumere. Pafcere. Neapolis. Demarchus. Tetrapharmacum.
Caput 12.

VENIT in mentem quædam ex Adriani Imperatoris vita his libris afpergere, quæ tamen eadem, qua fuperiora nota percuffa funt. Vbicunque *Seruianus* legitur in ea, Seuerianus à Zonara agnofcitur. *Pædagogi puerorum* in eadem vocantur, qui regebant Traiani delicatos: eorum enim amoribus perditus erat. vt in vernacula lingua Nepotem appellare folemus filium fororis aut fratris: quod D. Hieronymi exemplo facimus: ita Neptem in Adriano Spartianus appellat fororis filiam, fic tamen vt per fororem addat. Legendum autem crediderim *Auunculeium* pro *Articulario*, & *Tatianum*, pro *Actiano*. quod tamen Tatiani nomen fæpius in ea vita, veluti verfipelle, in aliud commutatum eft. Sed & *in adoptionis ſpē*, lego, & *adfectatæ tyrannidis*. quorum in fedibus regnant, quæ fententiam deprauant. *Curſum fiſcalem* cum inftituiffe dicitur Adrianus, puto fignificari inftitutum ab eo, vt curfus publicus fumptibus fifci toleraretur, cum antè, illud effet magiftratuum onus. *Secundæ ſententiæ eſt*, qui poft alium fententiam fecundo loco dicit. Primæ enim fententiæ eft, verbi gratia, Confularis, qui tertium confulatum geffit, fi qui toties conful fuerit, in fenatu reperiatur: alij, fecundæ. Itaque fi plures totidem gefferint confulatus, qui ante eum honorem adeptus fit, primæ fententiæ erat Imperatorum ætate: proinde Adrianus *tertium conſulatum Seueriano detulit, non ſecum tamen, ne cum ille bis ante Adrianum conſul fuiſſet, Adrianus ſecundæ eſſet ſententiæ*. Sunt igitur primæ fententię, qui plures Confultatus, aut in pari numero ante geffere. *Similis* eft nomen proprium præfecti prætorio, vt è Zona-

Spartia. in Adriano.

Spar. in Adri.

Spart. ibidem.

Spart. ibidem.

Spart. ibidem

Spart. ibidem.

Zonara patet. Omnes, inquit Spartianus, *causarijs liberalitatibus leuauit.* hic multi causarios legunt, quod non modo me non repugnante, sed etiam vehementer approbante faciunt. sed cum in illis, qui causarij erant, aut damnum acceperant, aliquid liberalitatis conferri soleret, quid vetat illud subsidium & leuamentum, causariam liberalitatẽ vocari? vt si causetur se oppressam ciuitas oneribus vestigalium & tributorum: aut ab hostibus vastatos agros: aut si quis censetur apud Imperatorem se damna fecisse, corpus vulneribus bello acceptis debilitatum & mutilum habere. Quod Adrianum Spartianus dixit *per frumentarios omnia explorasse.* de illis frumentarijs intelligo, qui ex horreis publicis frumentum publicum, quod ciuibus prebebatur certo canone, in domos portabant: quod enim eo frequenter ventitabant, ideo curiosè omnia speculari & explorare poterat. Italicos, à quibus delectum dicit recusatum, crediderim ciue Italicæ esse vrbis Hispaniæ. etsi alios dissentire scio. *Saturnalitia & Sigillaritia*, munera sunt, quæ Saturnalibus & Sigillaribus, quæ feriarum nomina erant, missitabantur. *Sumere*, pro comedere, & *Pascere*, pro vesci ibidem Spartianus posuit his verbis. *Ad deprehendendas obsonatorum fraudes cum plurimis sumentibus pascetet.* Sic & in ioco apud Quintilianum vsurpatur ab Afro. *Non comedi panem, & aquam bibo: pasce & redde quod debes* pro, *cum à Srasmane*, scribendum *Pharasmene.* & *in consilio habuit*, non *in consilia.* Sed quàm multa eius eius generis emendanda essent? sed ad spicilegium alijs reliquendum est. Quod oppidum Græcum esset Neapolis, id circo Demarchi Græco vocabulo eius magistratus appellabantur. Quinquennalem dicit Adrianum fuisse in patria sua, & in vrbe Adria magistratus erat in quinquennium eorum qui Duumuiri dicebantur. *in quo nunc est*, inquit, *templum vrbis ingenti molimine.* Roma enim delubrum habebat & pro dea colebantur quod Prudentius his verbis scribit:

Ac sacram resonare viam mugitibus, ante
Delubrum Romæ (colitur nam sanguine & ipsa
More deæ, nomenque loci seu numen habetur,
Atque vrbis, venerisque pari se culmine tollunt
Templa: simul geminis adolentur thura duabus.)

Tetrapharmacum cibum appellat è *phasiano, sumine, perna, crustulo.* vocabulo mutuatitio à Medicorum tetrapharmaco.

Par. in Adri.
Spart. ibidem.
Spart. ibidem
Spart. ibidem.
Quintil. lib. 6. cap. de risu.
Spar. in Adri.
Spar. in Adri.
Pruden. lib. 1. contra Symm.
Spar. in Adri.

Lacunar. Plinthium. Plinthis. Arioli. Infusum ceris. Noua Colonia. Spuria. Fascina. Spuriorum nomen.

Cap. 13.

SATVRAM imitamur lancem hoc capite, ac multa cuiusq; modi hinc inde

inde adponimus: ita tamen vt varietas laudari facilius poſſit, quàm delectus. Sed nos & in diem viuimus, & parabiles eſcas amamus. Lacunar ex eo dicitur, quod lacus quadratos habeat. Sic enim lacunaria fiebant, vt in tabulato lacus in quadrum texti redderentur. Vitruuius id ſatis docuerit, qui Plinthium, id eſt, laterculum lacunar appellauit, quod laterculo-
Vitruuius lib. 9. cap. 9. rum quadrata ſit forma. *nonnulli dicunt Apollonium Plinthium, ſiue lacunar.* illud autem Plinthium, plinthis à Plutarcho vocatur. cuius verba ſunt:
Plutarch. ἢ τῆς ἐν Πυθοῖ πλινθίδος, ἣ ποιεῖ γωνίαν ὀξεῖαν κεκλιμένην πρὸς τὸ ἐπίπεδον.

Annibalemque lares Romana ſede fugantes. de Laribus Hoſtilijs dictum
Feſt. libr. 8. in h. interpretor, qui Romæ colebãtur, *quòd ab his hoſtes arceri crederentur.* vt Feſtus auctor eſt. Non ſunt arioli tantum, qui per furorem vaticinantur & furibundas mittunt voces præſagas futuri: verum etiam Aruſpices. Fe-
Apul. Apol. 1. ſtus. *Cuius ad exta inſpicienda conducuntur Arioli.* Apuleius, *an ariolis licet iocinora rimari.* In Alexide Virgiliano Martialis puerum quendam Mæcenatis vati dilectum intellexit hoc verſu:

Martial. libr. 8. epigrã. 56. *Tu licet & noſtrum dixit Alexin ames.* At Apuleius puerum amici ſui Pollionis his verbis. *Quanto modeſtius tandem Mantuanus poëta, qui itidem vt ego puerum amici ſui Pollionis, bucolico ludicro laudans & abſtinens nominum:*
Apul. apol. 1. *ſeſe quidem Corydonem puerum vero Alexin vocat?* Sed & Alexin appellaſſe Maronem fere ſuſpicer, quod eodem nomine ante delicatum quendam ſuum celebraſſet Plato. Fabius de imagine maiori, quæ in epilogo ad miſericordiam commouendam ſæpius proferebatur, ſcribit, *& prola-*
Quint. lib. 6. cap. 2. *ta nouiſſimè, deformitate ipſa (nam ceris cadauer attulerant infuſum) preteritam quoque orationis gratiam perdidit.* Hic ius ſuum tenuit emendatorum licentia nam *cadaueri infuſa* legerunt: quod tamen eodem ſenſu accipi poterit. verum ego puto veram eſſe quam protuli, lectionem, vt ſenis imaginem cera expreſſam dicat: quod enim infuſum ceris eſt, id in cera fuſum intelligitur & expreſſum. Apuleius interdum non malus auctor, preſertim cum laſciuiæ ingenij non indulget, neque ludum ſibi permittit, *Enim-*
Apul. apol. 1. *uero quod luto fictum, vel ære infuſum, vel lapide inciſum, vel cæra inuſtum, vel pigmento illitum.* Sed in ea oratione Apuleius cum ſcribit, *Ac deinceps ve-*
Apul. ibidem. *teranorum militum nouo conditi, ſplendiſſima colonia ſumus.* Ego nouam coloniam interpretor deductis veteranis conditam fuiſse. Cicero in Anton. *Negaui in eam coloniam, quæ eſſet auſpicato deducta, dum eſſet incolumis, colo-*
Cic. 2. Philip. *niam nouam iure deduci.* Iterum, *Colonos nouos adſcribi poſſe reſcripſi.* Idem Apuleius Spuria, & faſcina appellat partes illas, quibus viri & mulieres ſunt, que honeſtè nominari nequeunt: atque ab illa muliebri parte nomen Spuriorum fortaſſe non incommodè deduci poſſet. Nam horum natales non habent obſcuram matrem, ſed patrem appellare non poſ-

ſunt.

sunt Eius verba sunt: *Posse dicitis ad res venereas sumpta de mari spuria & facina*. His nominibus intelligit conchilia quædam, quæ partes illas, quas dixi figura referunt, vnde & earum nomina obtinent. Apul. apol. 1.

In ius vocare. Auriculam vellere. Porphyrio Horatij interpres explicatus & emendatus. Antestatus. Libripeus. Obuagulare. Intestabilis. Attestari. Cap. 14.

In iûs vocare erat olim ei, qui cum tibi aliquid controuersiæ erat, denuntiare, vt ad Prætorem veniret: itaque si parebat, Prætor adibatur: sin minus, qui vocabat, testem adducebat, eique auriculam vellebat. atque ita aduersario manum inijciebat: alioqui nisi antestatus esset, manum inijcere, & ad Prætorem iudicemve rapere non licebat. erat iniuriarum actio aduersus eum, qui secus fecerat comparata. Hæc ex Porphyrione Horatij interprete excerpsi, apud quem & lex extat xij. Tab. si extare dici potest, quod non agnoscitur, atque ita deformatum est, vt in diuersum degenerauerit. *Si vis vocationi testamini, igitur rem capito antestari*. Equidem vellem ita ariolari vt sensum diuinarem, & ita vestigia ista odorari vera, vt verba in suo cubili tandem inuestigarem: conemur tamen: nam nos quidem ab eo specimine, quod dedimus minime verecundari decet: sed sola vti audacia. *Si in ius vocat, ni it, testem inigito, aurem antestati capito*. Antestatus autem ille dicebatur homo, qui adductus aut iuuentus erat, & testis factus erat. nam patiendi fungendique significatione Antestatus dicitur: vt in lege xii. Tabul. *Qui si erit antestatus, libripensve fuerit, in testimonium fateatur, improbus intestabilis esto*. Sic enim summotis familia, alienis quibusdam & subditiis verbis, hanc legem apud Gellium legi debere arbitror. Existimo enim Antestatum & Libripendem ad testimonium dicendum hac lege compelli: ac qui testimonium non perhibebant, cum antestati erant, cum alia lege xii. Tabul. notabantur. *Quoi testimonium defuerit ijs tertiis diebus ob portum obuagulatum ito*. permittit enim vt ad ædeis eius, qui testimoniũ deseruit, cum vagitu quodã & quiritatione conuitiũ fiat, Obuagulare enim à vagire deducitur, tum vero intestabiles reddebantur. *Intestabilis autem est*, vt inquit Caïus, *& qui lege iubetur, ne eius testimonium recipiatur, neve ipsi dicatur testimonium*. Puto autem talione plecti eum, qui testimonium defugerit, vt nemo ei cogatur testimonium dicere. Ex eo inde factum est, vt intestabilis homo, inuisus, sceleratus, flagitiosus & execrabilis esset. Horat. — *is intestabilis & sacer esto*. Plautus: *Semper caueto ne sis intestabilis*. Sallustius, *neque se aliter tutum putat, quàm si peior atque intestabilior metu vestro fueri*. Antestatus autem pro attestatus à veteribus dictum puto, summutatione d. in n. nisi si quis pro circuntesta-

Porphyr. in Horat. lib. 1. saty. 9.

Aul. Gel. lib. 6. ca. 7.

Fest. Pom. lib. 14. in lite. P.

L. Cũ lege ff. Qui testa. fac. poss. & q. test. f.

Horat. lib. 2. satyr. 3.

Plau. Curc. sc. Quo te hoc nõ ctus.

Sall. in oratione lepidi ad popu.

tus accipiat, cum an præpoſitio circũ ſignificet: quod tamen dixi probabilius arbitror præſertim cum atteſtari ſit teſtem facere. Cice. pro Mil *Te tamen Magne atteſtaretur*.

Cic. pro Milo.

Lex xii. Tabul. explicata. Coniicere cauſam. Coniectio. Aſsiduus. Vindex. Cap. 15.

Auct. ad Herẽnium lib. 2.

VETVS illa xii. Tabul. lex, R*em vbi pagunt, oratione pagunto.* Sic enim ea legenda eſſe videntur: quam in ſententiam ſit, quæſtionis eſt. Sunt qui eam interpretentur de pactione & conuentione, quæ conteſtandæ liti cauſa efficitur: vt per ſponſionem: quibus ſuffragatur quod continuo du coniectione cauſæ attexitur. Sed magni ſanè nominis virum, hic tamen a me non nominandum, quem, etſi ab eo non diſſentiam, contendere, tamen hic fortaſſe nominari nollet, nec ſuam præſtare ſententiam. audiu ſic concipienda eſſe verba legis. *Rem vbi pagunt, ratum eſto. ni pagunt, in comitio aut foro ante meridiem cauſam coniicito.* is etiam ſententiam ſuam au ctoritate Fabii tuebatur, ſcribentis in xii. Tabulis ſcribi *ni ita pagunt*. Sed aliis fortaſſe in locis duodecim *ni pagunt*, extare potuit. hoc tamen teſtari poſſum nihil eſſe in eo ſenſu xii. tabulis indignum. Alii de ſtipulatione, quæ oratione, id eſt, verbis fit, intelligunt. Ego veriſſimum crediderim ſenſum eorum, qui de pactis iudicii & litis cauſa fiunt, intelligunt. Itaque ſiue paciſcuntur Prætorem adire ſponſione facta, vel ſacramenti pœna quod eſt in comitio: ſiue iudicem conueniunt: quod eſt in foro, ante meridiem cauſam coniiciebant. Erat autem cauſæ coniectio tanquam compendium & breuiarium cauſæ: velut enim per iudicem vel libellum rem exponebant, & quaſi cauſam ſuam in breue cogebant. Sed & coniicere cauſam eſt interdum cauſam agere. Afranius. *Cauſam coniicere hodie hic apud te volo. Ambon adeſtis, profuturos arbitror*. Etiam coniectio pro pacto interdum legitur. Apuleius in Apolog. *præter hæc, ea conditione, factam coniectionem, ſi nullis ex me ſuſceptis liberis vita demigraſſet, vt dos omnis apud filios eius Pontianum & Pudentem maneret*. niſi ſi quis hic *coniunctionem* emendet. quod non putem. Extat & xii. Tabularum lex non apud Cice. modo, verum etiam apud Gellium. *Aſsiduo vindex aſsiduus eſto: proletario ciui, cuiuis volet, vindex eſto*. quam Cicero ſic explicat, vt locuples locupleti ſit vindex. Sed niſi mendoſa Varronis apud Nonium verba ſunt, maximus ille ſcriptor & Togatorum doctiſſimus interpretatur locupletem ipſum ſibi vindicem lege conſtitui: alium autem neminem. Eius enim verba ſunt. *Quibus erant pecuniæ ſatis, locupletes aſsiduos, contrarios, proletarios.* Idem, *Aſsiduo neminem vindicem voluerunt locupleti*. fortaſſe autem de mendo cuipiam iſta ſuſpecta eſſent, legendumque putaret. *neminem vin-*

Quint. lib. 1. cap. 6.

Apud Non. in Conijcere.

Apul. apolo. 2.

Aul. Gel. lib. 16, cap. 10.

Cic. in Topic.

Apud Non. in Proletarij.

vindicem voluerunt,nisi aßiduum. id eſt,locupletem. Vindex autem eſt,qui vindicat quominus is, qui prenſus eſt,ab aliquo teneatur.vt cum cuipiam iniecta eſt manus, vt ad Prætorem iudicemve ducatur: qui etiam eum, qui iudicatus à creditore ducebatur,liberabat.

Tranquil.explicatus.Decuriæ Equitum tres. Ducenarii. Ducenaria.Centenaria.Centenarii. Dendrophori. Selecti iudices,in quibus Plinio parum conuenit cum Aſconio, in quo Plinium Seneca ſequitur, & Cicero cum Aſconio facit.

Cap. 16.

SCRIBIT Tranquillus, ad tres iudicum decurias quartam fuiſſe additam ab Imperatore Auguſto, ex inferiore cenſu, quæ ducenariorum vocaretur, iudicaretque de leuioribus ſummis. Tres erant decuriæ equitum, quæ iudicabant: vna Tribus ærariorum, altera ſelectorum iudicum, tertia Nongentorum. Hi etiam ciſtas in comitiis ſeruabant. Ad has tres Equitum decurias ex inferiore cenſu hominum,qui ducena in prefeſſionem cenſualem deferebant ſeſtertia, non vt Equites quadrigena, quartam fecit diuus Auguſtus centuriam. alii tamen ſunt ducenarii in Conſtantini Imperatoris reſcripto, qui ſcilicet vt opinor, ducenteſimam auctionum exigebant: vt & centenarii in eodem reſcripto ſunt,qui centeſimam hæreditatum exigebant. Sed reſcripti verba reſcribere quid vetat? *Si quis à ducenariis,vel centenariis,vel fiſci aduocatis læſum ſe eſſe cognoſcit, adire iudicia,& probare iniuriam non moretur.* Illud tributum etiam ducenaria vocabatur,non tantum vt à Tranquillo in Caio Principe,ducenteſima. Apuleius. *Nam procuratorem Principis ducenaria perfunctum, dehinc fortuna triſtiore decuſſum prætereuntem coram fueram aggreſſus.* Ab his alij erant Centonarij,qui ſcilicet Centones conficiebant, quibus in obſidione oppidani aduerſus arietem vti ſolebant, & obſeſſores,vineas ne incenderent integebant. Sic Dendrophororum erat collegium,quod materiam ad bellicas machinas aduehebant. Sed vt adducenarios reuertar, de poſterioribus accipi ducenarijs arbitror quod à Diuo Cypriano de Martiale ſcribitur.Sed quoniam in mentionem iudicum incidimus:parum in ſelectis Plinio cum Aſconio conuenire videtur: Plinio enim nomen eſt ordinis,& decuriæ, non ſortis: Sic enim Plinius ſcribit: *Et diuiſus hic quoq; ordo erat ſuperba vſurpatione nominum, cum alius ſe Nongentum,alius Selectum,alius Tribunum appellaret.* Cõtrà Aſconius poſt ſubſortitionem à prætore factam Selectos Iudices appellatos fuiſſe refert. *Moris* inquit, *erat celebrata iudicum reiectione & haberi in officio prætoris, & in archa reponi nomina Iudicum Selectorum.* Iterum, *Cum iuraſſent omnes præ-*

Suet.in Augu. cap. 32.

L. prima. De lucris aduoc. & cõmiſ. offi. ſeu apper. lib. 12. Codic. Suet. in Caio ca. 39. Apu. lib. 7. de de aſin. aur.

Plin. lib. 33. cap. 2.

Aſcon. Ped. 2. in Verr. Aſcon. eod. in loco.

ter ipſum Prætorem, nomina eorum libellis, vt ſupradiximus, continebantur, & vbique habebantur, ne pro Selectis iudicibus, vt fit in multitudine aliqui ſuppoſiti corruptiq; iudicarent. Et miramur ſi nos tanto poſt de rebus antiquis diuerſa diuinamus, cum in tantis auctoribus merito conſenſum deſiderare poſſimus? Sane cum Hortenſius vnum ex iudicibus Selectis obijciebat, non tam ſelectum ſortitione quàm ordine intelligit. & cum Plinio facit nihiloſecius & Seneca. *Non poteſt ad hoc ſuum iudex ex turba Selectorum, quem cenſus in album, & equeſtris hæreditas miſit.* Cum Aſconio Cice. pro Cluent. *Deinde Prætores tãtum vrbani, qui iurati debent optimum quemque in Selectos Iudices referre, nunquam ſibi ad eam rem cenſoriam ignominiam impedimento eſſe duxerunt.* Iterum, *Cæterarum rerum ſelecti iudices ex ciuium Romanorum conuentu proponi ſolent.* Quod igitur antè Selectionis & ſortis erat, ordinis fecit Auguſtus.

Senec.

Ci. pro Cluẽt.

Cic. 4. in Var.

Nonius explicatus. Aërinus. Coagulum. Exordium. Irrire. Vacillare. Præſtringi oculos. Monogrammi. Inſcriptum. Scriptuarius. Eluuiem facere. Silicernium. Tutanus.

Caput 17.

PERGAM vt inſtitui varia contexere Caſſes Græco vocabulo arcyas appellauit Varro. *Lepuſculi timentes hoc quadrãgulum dedit Diana rete nexile arcyas Viſcum fugamque lineamque compedem.* Idẽ ab aëre aërinus dixit, vt à Tartaro, Tartarinus. *vbi corpori aërinas compedes impoſitas video.* loquitur enim de aduerſo Auſtri flatu, Fulgetræ tonitrui fulguris cognitionem à fulmine ortam ſcribit idem Varro quod eo adſcripſi, vt in priſtinam integritatem apud Nonium reſtituantur à qua exciderũt. Coagulum elegãti & concinna tranſlatione Varro pro glutino quodam, & eo quod coniungit & continet poſuit his verbis.

Apud Non. in Compedes.

Apud Non. in Compedes.

Apud Non. in Fulgura.

Apud Non. in Coagulum.

Vino nihil iucundius quiſquam bibit.
Hoc ægritudinem ad medendam inuenerunt.
Hoc hilaritatis dulce ſeminarium
Hoc continet coagulum conuiuia. Cum in Marone legimus.
— & camuris hirtæ ſub cornibus aures. Nonius videtur agnoſcere *cameris.* Exordium propriè & ordium & ordiri de tela & veſtibus hodieque apud nos dicitur. Hinc illud: *Non poſſum ſperare togam prætextam, cum exordium pullum videam.* nam prætextæ, pullæ non erant. Irrire, propriè de canibus dicitur dum ringuntur & irritantur, à quo irritare, non vt per exemplaria propagatum video ab irruere. nam canes prouocati irriunt, id eſt, ſonum quendam qui ρ. literam refert, crebro iterant.
Irritata canis, quàm homo, quam planius dicit. vt Lucilius ait:

Apud Non in Camerum.

Virg. 3. Geor.

Apud Nõn. in Irritare.

Vacil-

Vacillare si Nonio credimus,qui ductum ait à senibus se baculo alleuantibus & sustinentibus, dicetur quasi bacillare à bacillo.

Non. in Vacillare.

Præstringio culos Varro non tantum auri fulgore:sed etiam meri viribus scribit his verbis, quæ adhibenda duxi,quod vitiosa in exemplaribus circunferantur. *Nec mirum si cæcutis: aurũ enim non minus præstringit oculos quàm* ὁπολὺς ἄκρατος.

Apud Non. in Præstringere.

Elegans est Varronis sentẽtia de arquatis & insanis, quam præterire non potui,ita me delectauit. *Nam vt arquatis & quæ non sunt,& quæ sunt,lutea videntur: sic insanis sani, & furiosis videntur esse insani.*

Apud Non. in arquatus.

Manica, Catulus, Collare, vinculorum genera sunt in illo versu Lucilii:

Apud Non. in Collare.

Cum manicis,catulo,colarique vt fugitiuum.

Deportem. Varronis liber inscribebatur Hipposyne, id est, Equitatio. sed titulum hunc exesum reperias in Grammaticorum libris, nec intelligas. Ex eo libro adfertur *Apollonium ideo excuriant, quia nihil habebat.*

Apud Non. in Excuriari.

Lutum pro lutulẽtis homnibus veteres posuerũt:vt & cænũ pro cœnosis & turpissimis. Lucilius: *Nil parui ac pensi vtiliter edoceas lutum.*

Apud Non. in Pensum.

Philosophos decolores, & macros, Monogrammos appellauit Lucil. *Quæ pietas? monogrammi quinque adducti pietatem vocant.*

Apud Non. in Monogrammi

Inscriptum est quod professum non est,nec à publicano scriptum. Lucil. *facit idem quod illi,qui inscriptum ex portu exportant clanculũ,ne portoriũ dent.*

Apud Non. in Portorium.

Non assentior Nonio,qui Scripturarium censet esse tabellariũ,vel tabulariũ:cum is sit,qui cõmentarium scripturæ conficiat pecoris in pascuis publicis pascentis, vt in capita pecuniam exigat,quæ pecunia etiam,vt ante docui,scriptura dicitur. Lucil. *Publicanus vero Asiæ fiam, vt scripturarius.*

Apud Non. in Scripturarij.

Eluuiem facere pro eluere & egerere cibi reliquias dixit Lucil. *Vt si eluuiem facere per ventrem velis.*

Apud Non. in Expirare.

Concham salis puri pro saluio dixit Horatius. proinde scripsit Pomponius: *Concha vos istic manet. eliminabo extra ædes coniugem.* pro cœna vobis parata est,quod in mensa salinum poni soleat.

Horat. lib. I. saty. 3.
Apud Non. in Eliminare.

Condepsere sine cõtrouersia Latini à Græco traxerunt. Homerus — κηρὸν δεψήσας μελιηδέα.

Apud Non. in Condepsere.
Hom. Ody. μ.

Inscribitur liber Varronis *Atticus tettix*, id est, Attica cicada,quam Athenienses gerebant olim, indigenas indicare se volentes:capillos enim inuolucro comprehensos cicadæ morsu nectebant & nodabant. Proinde Virgilius scripsit:

Apud Non. in Rabere.

Ergo omnis cano residebat cura capillo
Aurea solemni comptum quoque fibula ritu
Cecropiæ tereti noctebat dente cicadæ.

Virg. in Ciri.

Ex ea satyra adfertur.

Apud Non. in Rabere.

Quid est? quid latras? quid rabis? quid vis tibi? Marcipor satyra Varronis erat, in qua, vt suspicor, de seruitute differebat & herili imperio, ac fortasse veteres laudabat, qui clementer & humanè imperabant seruis, quos paucos,eosque gentiles seruos habebant: contrà homines suæ ætatis

tis carpebat, qui tot agmina, tot legiones ſeruorum habebant, quibus aſperè imperabant. Ex ea lepidos verſus adtexui.

Apud Non. in *inferum*.

Nubes aquali frigido velo leues,
Cæli cauernas aureas ſubduxerant,
Aquam vomentes inferam mortalibus. Iterum,

Apud Non. in *Syrus*.

Ventique ab axe ſe erumpebant frigidi
Phrenetici Septentrionum filij,
Secum ferentes tegulas, ramos, Syros. Iterum,

Apud Non. in *Euirare*.

Spatale euirauit omnes Veneriuaga pueros. Varro in Endæmonibus ſæpe pro Endymionibus ſcribitur perperam in Grammaticorum libris: ſæpius tamen pro Eumenidibus quo è libro hoc adfertur. *Quæres ſi in ſomnum recideris* ἐν ἄδȣ πήπολε, *eris iterum exporectus.* Taxim veteres pro ſenſim tangendo dixerunt Varro Gerontodidaſcalo, *Nouus maritus tacitus taxim vxoris ſoluebat cingulum.* Quod περίδειπνον Græci vocant, vel auctore Varrone Silicernium Latini priſci vocabant. eius ſunt verba.

Apud Non. in *Exporrectum*. Apud Non. in *cingulum*. Apud Non. in *Silicernium*. Apud Non. in *Edones*.

Ad ſepulchrum antiquo more ſilicernium confecimus, id eſt, περίδειπνον. Satyra Varronis, quæ Ταφὴ Μενίππȣ inſcribebatur, etiam ἀπαυλόιζος vocabatur: quod annotare placitum eſt, quia id temere immutatum iuueni. Tutanus, Deus erat, qui omnes qui laborabant, tutabatur: ex eo colebatur, quòd nocte fugaſſet exercitũ Annibalis. Varro in lib. qui ſcribebatur Hercules.

Apud Non. in *Tutanus*.

— Tuam fidem
Noctu Annibalis cum fugaui exercitum
Tutanus, hoc Tutanus Romæ nuncupor,
Hac propter omnes, qui laborant, inuocant. Qui à Græcis θυννοσκόποι appellabantur à Varrone ſignificati ſunt, cum ſcripſit. *Non animaduertis cetarios cum videre volunt in mari thunnos, adſcendere in malum altè vt penitus per aquam perſpiciant piſces?* Melodinus Varro à melodia dixit: *Si quis melodinis* ὄνος λύρας, *præſepibus retineat ſe forenſibus.*

Apud Non. in *Cetarij*. Apud Non. in *Præſepia*.

Plinius libro 7. Naturalis Hiſtor. explicatur. Cercuri & Catapultæ inuentores.

Cap. 18.

Non ſatis intelligo quid libro ſeptimo Naturalis hiſtoriæ Plinius, his quæ adſcribam, verbis ſignificet: in quorum ſalebra multi, niſi perbellè diſſimulant, ſeſe mihi hærere plerunque oſtendunt. *Poſt aliquot annos adiectus eſt & meridies, accenſo Conſulum id pronunciante, cum Curio inter roſtra & Græcoſtaſin proſpexiſſet talẽ ſolem. A columna ænea ad carcerem inclinato ſidere, ſupremã pronunciauit.* Ego ea nõ ſine cauſa obſcura intelligo, cum legendi inſcitia, & ſcribẽdi, verba Plinij exoleuerint, & mõſtra hæc in vltimas

Plin. lib. 7. cap. 60.

timas terras deportanda pepererint. Scribendum igitur eſt è iuratiſſimis & fideliſſimis libris *cum à curia inter roſtra & Græcoſtaſim proſpexiſſet ſolem à columnia Meuia ad carcerem.* Sed hac occaſione adductus, alia quædam leuiter & ſaltuatim ex eodẽ libro attingam. Scribit Cyprios inuentores Cercuri fuiſſe Interpres tamẽ Thucydidis Corcyreis eius nauis inuentionẽ aſſignat. quo cũ facit & Cercuri nomẽ. *Celocẽ* dicit Plinius à Rhodijs inuentam: ego Celeten eo in loco in exemplaribus vetuſtis reperio, & verius exiſtimo. Catapultam à Syris iuuentam prædicat: at eam iuuentam in Sicilia à Dionyſio Tyranno fuiſſe ſcribit Ælianus: & Græcus quidam, qui allata è Sicilia catapulta, dixit: ὤλετο ἀρετά, à Syris iuuentam non putauit: & machinalis ſciẽtiæ peritiſſimos fuiſſe Siculos Archimedes ſatis oſtenditur. Sed in rerum inuentione varij varia tradunt. Sic Arietem Plinius repertum bello Troiano fuiſſe literis mandauit ab Epeo. quem Septimius Florens. Carthaginienſibus vendicat. *Nam & arietem*, inquit, *(non quem Laberius reciprociconẽ & lanicutem, & teſtitrahum vocat, Sed trabes machina eſt, quæ muros frangere militat) nemini vnquam adhuc libratum. Illa dicitur Carthago ſtudijs aſperrima belli, prima omnium armaſſe in Oſcillum penduli impetus, commentata vim tormenti de bile pecoris capite vindicantis.* Cum autem de veteribus literis Græcis diſputat, mihi diligenter veſtigia literarum rimanti: ſcriptum ab eo fuiſſe videtur ἀδυσικράτης ἀνέθετο τῆδιὸς κόρῃ δεκάτλω ἥδε δέξατο ἤδιον τὴν δέ· ac principium ſane horum verborum audacter adfirmare poſſe videor. de clauſula paululũ addubito: ſed nihil comminiſci potui, quod propius ad literarum ductus accederet. Scribit *Q. Fabium Maximum in conſulatu ſuo Pridio Cal. Ianuarij mortuum, in cuius locum M. Orelius paucißimarum horarum conſulatum petierit.* Scribe, *Caninius Rebelius.* In cuius conſulatum multa iocatus eſt Cicero. *E diuerſo* inquit Plinius, *Phalereus tum deploratus à medicis vomicæ morbo cum mortem in acie quæreret, vulnerato pectore medicinã inuenit ex hoſte.* Emendo, *Phereus Iaſon cũ deploratus à medicis.* Plinius de ventidio. *Cicero* inquit, *mulionẽ caſtrenſem ſuffarraneũ fuiſſe.* hic in quibuſdã peruetuſtis codicibus legitur. *caſtrenſis ferraniam fuiſſe.* in quibuſdam, *caſtrenſis fuſinariæ.* Ego legendum eſſe cenſeam, *caſtrenſis furnariæ.* Scio non deeſſe cui *farinariæ* legendum eſſe videatur. ſed illud alterum & probabilius eſt, & ad ſcripturam veterem propius accedit.

Plin. lib. 7. cap. 56.
Thucy. inter.
Plin. lib. 7. cap. 56.
AElianus.
Plin. lib. 7. cap. 56.
Tertul. lib. de Pallio.
Plin. lib. 7. cap. 53.
Plin. lib. 7. cap. 53.
Apud Macro. li. 2. Sat. ca. 3.
Plin. libr. 7. cap. 50.
Plin. lib. 7. cap. 43.

Nonius emendatus & explicatus. Conſtitio. Inſtitio. Petauriſta. Schemæ. Enixæ. Impancrare. Coßigerare. Tenebra pertundere. Grumæ. Campter. Politiones & depolitiones.

Caput 19.

VTriam superioribus aliquot capitibus per Nonium vagatus sum,hoc etiam & aliquot aliis efficiam, ac quædam ex eo excerpam, quæ non erunt omnino cognitu iniucunda: tantum legentes meminerint hæc omnia ludicræ cuiusdam & defunctoriæ esse operæ. Cum esse νότον ab humore dictum probat, attulit hunc Homeri locum, κατὰ δὲ νότιος ῥέεν ἱδρώς. In cuius locum succidaneum quiddam ex Homero,quod hoc veriloquiũ, quo de agebat nihil attingit,subiecerunt nihilosecius illud. Quod de Borea secundo loco adfert, per summam iniuriam immutarunt, cum scribi debeat in alio loco οὔτε θαλάσσης κύματος. Vt à stando statio dicitur: sic à constando, constitio. Nonius de vestibulo. *Atque ob hanc constitionem & quasi stabulationem.* Sic instìtionem Cice. dixit in Tusculanis. *Qui errantium stellarum motus, progressiones instìtionesque notauit?* cum astra stare & tanquam insistere videntur, quam Græci στηριγμόν, stationem Astrologi vocant. Petauristam dictum legimus, qui saltibus vel schemis leuioribus moueretur nam à Latinis Schema Schemæ etiam dicitur. Tranquillus. *In re turpi, ne cui in opera edenda exemplar impetratæ schemæ deesset:* vbi perperam scribitur *imperatæ scenæ*. Petauristæ nomen vsurparat in epistola ad Cæsarem, *Conuocat Ptolomæum* κιναιδολόγον, *Nicona Petauristen, Diona* αὐλοποιόν. Sic ea verba Varronis legenda esse censeo. Qui sunt autem Cinædologi ex Athenæo cognoscere facile est. Enixas, sunt qui à Nixis diis, qui nixibus parientium præerant, nomen habuisse censeant: quam tetigit sententiam Nonius. verum in eo non satis ob deprauationem, perspicitur. Sed ex iis, quæ dixi, facilis emendatio est: cum sit in eo legendum *è Nixis*. Accensi dicuntur, quod acciantur, quasi accersiti. Varro delectabatur Græcis verbis & antiquis obsoletisque Latinis, vt hoc, quem adscribam, loco. *Ecclesiam in regiam arctam impancrarunt*. Cossigerare dixit Accius, pro in coxam aggerare & attollere. nam cossam etiam pro coxa dicebant. testimonio est cossim pro coxim. verba Accii. *Bene proscissas cessigerare ordine porcas, bidenti ferro, rectas deruere.* In Calone quod ex Homero adfertur, non conuenit, cum scribendum sit, Πιδ' ἐξ καλ' ὑπέθεντο. Delibratum dicit esse decorticatum Nonius: vt deartuatũ, per artus discissum. id adeo moneo, quod exemplaria alium efficiunt sensum. Eleganter iocatur in curiosum Plautus in Astraba. apud Non. *Terebra tu quidem pertundis*, quod est tanquam exterebrare vis. Grumæ sunt loca media, in quæ conueniunt quatuor viæ, vt in castris gnoma à Suida dici videtur, cuius verba sunt: Γνῶμα ὀλίγον ἐξωτέρω τῆς στρατηγίδος σκηνῆς, χωρίον τι, ὥσπερ ἀγορὰ ἀπεδέδεικτο ὅθεν γνῶμα προσηγορεύετο. ἐκεῖσε δὲ αἱ πρεσβεῖαι καὶ αἱ ἀγγελίαι καὶ ὅλα ἐγίνοντο. quæ ex Polybio adduxisse Suidas videtur. Est & Gruma mensura, qua fixa, viæ diriguntur ad lineam, vt in castris metandis & in agris assi-

Nõ. in Auster. Hom. Ilia. φ.

Non. in Borea Hom. Iliad. ξ.

Non. in Vestibula.

Cic. 1. Tuscul.

Sueto. in libèr cap. 43.

Non in Petaurista.

Athæ. lib. 14. cap. 7.

Apud Non. in Enixæ.

Apud Non. in Impancrare.

Apud Non. in Porcæ.

Apud Non. in Calones.

Apud Non. in Delibratum.

Apud Non. in Exterebrare.

Suidas.

assignandis. Lucil.

viamque

*De gruma vis, vt castris mensor facit olim. Fulguratores, vt extispices, aruspi*ces. scribendum censeo. & *pastus quod esset, Pascere dicebant* & *quasi è vitijs locum.* Campter flexum significat in curriculis circensibus. quod verbum vsurpauit Pacunius apud Nonium, *Extremum intra Campterem ipsum prægradat Parthenoreum.* & in Promicare citatur in fabula inscripta δἰπτυοωπβῦς. titulus in excusis lib. desideratur. *Quid stomachatur Mnesarchus?* & *columna Meuia*, non *Meuiana.* & sic multis in Ciceronis locis perspicuè scribendum est. Multa prætereo, dum propero. Politiones agrorum sunt cultus: contrà, depolitiones. Varro, *Quid mirum? ex agri depolitionibus eijciuntur, hic in cœnaculo polito recipiuntur.* Dentifabres vno verbo dixit Ennius de rastris.

Rastros dentifabres capsit causa poliendi

Agri. De præficis hæc verba sunt Varronis è lib. 4. de vita pop. Romani. quæ vix intelligi in libris excusis possunt. *Deinde Næniam cantoris solatam ad tibias & fides eorumq; ludis trigas cursitasse. Hæc mulier vocitata olim præfica vsq; ad Punicum bellum. Inde parectatos & chlamides & barbula prima.* In Lucil. legendum est. Legimus in Nonio ex Varrone Maiores *assiduo neminem vindicem esse voluisse*, cum tamen apud Cice. sciamus legem xii. Tabul. iubere, *vt assiduo vindex assiduus sit*: vt fortasse in Varr. mendum sit, quod reor: legendumque puto: *Assiduo neminem vindicem nisi assiduum esse voluerunt.* Hæc per transennam inspiciens obiter collegi è multis pauca, vt qui summam è Carpathio mari libet aquam vt apud poëtam est.

Apud Non. in Gruma.
Apud Non. in fulguratoris et in panis & in Connitium.
Apud Non. in Prægradat.
Non. in Promicace.
Non. in digladiari.
Non. in Meniana.
Apud Non. in politiornm agrorum.
Apud Non. in Politiones.
Apud Non. in Præficie.
Apud Non. in Parectati.
Apud Non. in Proletarij.
Cic. in Topic.

Anima. Ieiunis fœtet anima. Cornus pro cornu. Sudum. Columen. Aptum. Consellæ. Exaptum. Flexa. λοξίας ἀπόλλων. *Vetulus lupus. Acetum. Ægyptium. Acris. Copron. Fellare. Scabrere. Albus canis. Carteon stadium. Sibyna. Promeritum. Algolocheum. Cortinipotens Apollo. Carpineus. Gallantes. Manus visco tinctæ. Conijcere causam. Cöijcere de ratiuncula. Tributum in singulas tegulas. Ædiles præerant mensuris. Subrostrani. Indu. Multa in Nonio restaurata.*

Caput 20.

NON fuerunt babylonica maiore distincta varietate quàm hæc scriptura: intelligentque pictores & poëtæ non sibi solis prodigialiter rem aliquam variare licere. Quod anima fœtet ieiunis idcirco Plautus in Mercatore scripsit, *Ieiunitatis plenus animam fœtidat* & Cœcilius.

Plau. Mercat.
Apud Non. in Anima.

— quem mihi, vbi

Domum

Apud Nō. ibi. *Domum adueni, aſſedi, extemplo ſauium*
Dat ieiuna anima. Cornus à Varrone poſitum pro neutro cornu. *Phry-*
Apud Non. ib. *gius per oſſa cornus liquida canit anima*. vbi anima ſonum ſignificat, Quæ & auctore Nonio interdum iracundiam & furorem etiam ſignificat.

Apud Nō. ibi. *Noctilucam tollo, ad focum fero, inflo, anima reuiuiſcit*. Sudum eſt ſiue vdo: proinde non tantum cœlum ſudum dicitur: ſed etiam ventus, qui ſiccus
Apud Non. in anima. eſt: Varro *Dum nos ventus flamine ſudo*. Putat M. Tullius terram efficere noctem non tantum ad quietem animantium: verum etiam ad numerum dierum. Semper enim ſi luceret, dies diſtingui numerarique non poſſet. Verba eius ſunt è lib. 4. de Repub. *Eademque obiectu ſuo vmbram noctem-*
Apud Non. in aptus. *que efficiat, cum ad numerum dierum aptam, tum ad laborum quietem*. Columen interdum auxilium eſt & firmamentum. Accius Demetrio. *Hinc co-*
Apud Nō. ibi. *lumen alæ geminis aptum cornibus*. Eſt & columen albor. Catullus. *Sub altis*
Catul. de Herecynth. & ali. *Phrygiæ columinibus*. Conſellę ſunt tanquam ſellæ duæ iunctæ, & ſellæ geminæ. Lucil. *Conſellas quoque prævalidis in funibus aptas*. Exaptum, ex ali-
Apud Non. in aptum. quo pendens, & ligatum dicitur. Lucil.

Ibat forte aries, inquit, iam quod genus quantis
Apud Non. in aptum. *Teſtibus, vix vno filo hoc ſe hærere putares*
Pellicula extrema exaptum pendere onus ingens. Varronis erat ſatyra nomine, Mutuum muli ſcabunt, vel περὶ χωρισμοῦ. Binomines enim illi libri erant. Aliter ab alijs inſcribitur: ſic autem inſcribebatur. quod dum nobis mutuo aſſentamur & blandimur, nobis ea attribuimus, quæ à nobis alieniſſima ſunt & remotiſſima. Ex ea ſatyra adfertur, *Vbi lucus opacus teneris*
Apud Nō. ibi. *fructibus aptus, Vnus conſternit nobis vetus reſtibus aptus*. cum Lucilius ſcripſit, lectum ſignificat veterem & reſtibus nexum & ligatum. Scribit Varro olim minores natu fuiſſe Romæ aperto capite. Eius verba ſunt, *Minores*
Apud Non. in apertum. *natu capite aperto erant, capillo pexo, vtique innexis crinibus*. Flexa ſunt quæ obliqua & tortuoſa oratione implicata ſunt, non apertè expreſſa. Pa-
Apud Non. in autumare. cunius. *Flexa non falſa autumare dictio Delphis ſolet*. inde λοξίας ἀπόλλων vo-
Apud Non. in attendere. catus eſt, vt floxiloquus. In Macco citatur Pomponius, vt in ſtulto. Macco enim mulier ſtultiſſima fuit, vt ex Ariſtophane conſtat. Inde & Maccus
Ariſto. equitibus. effectus eſt, vt auguror. Vetulus lupus pro homine veteratore, fallaci &
Apud Non. in accipere. rapaci veteribus vſurpatum. Lucil. *Sic inquam & veteratorem illum vetulum lupum Annibalem acceptum*. Acetum Ægyptium optimum fuiſſe & a-
Apud Non. in acre. cerrimum videtur. Cicero Hortenſio. *Quod alterius ingenium ſicut acetum Ægyptium, alterius ſic acre vt mel hymettium dicimus*. Acrem & vehementem, & ſæuum Theopompum hiſtoricum, Philiſtum breuem & contractum fuiſſe accepimus. Cicero Hortenſio. *Aut Philiſto breuius, aut Theo-*
Apud Nō. ibi. *pompo acrius, aut Ephoro mitius inueniri poteſt?* Copron pro ſtercore Græco ver-

verbo dixit Varro, *Non Hercules poteſt, qui Augiæ agebat copron.* Fellare idem pro mãmas ſuggere vſurpauit, quod poſtea verbum turpe factum & obſcœnum eſt. Eius verba ſunt, *Vbi quod lupam alumni fellarunt olim.* Scabrere pro ſcabrum eſſe poſitum reperimus. Pacunius,

Apud Non. in Agere.
Apud Non. in Alumnus.

Quæ deſiderio alumnum, pœnitudine,
Squales ſcabreſque & inculta vaſtitudine?

Apud Nõ. ibi.

Chœnix fabula Ennij fuit de nomine menſuræ Græcæ, vt Modius Varronis, quæ mediocritatem victus ſignificauit & moderationẽ. Hæc Ennij inſcriptio vitiata eſt in Nonio. Ex ea eſt iſtud. *Tum tu iſti crede atque exerce linguam vt argutarier poſſis.* Homerus facundos ſenes comparauit lib. 2. Iliad. cicadis. Idem Nonius fecit in Exodio loquacem præſtringens his verbis, *Quando ad ludos venit, alij cum tacent, totum diem algutatur quaſi cicada.* Cæcilius *Embono* citatur *Symbolo* fortaſſe potius, & verius puto *Emporo*, id eſt, Mercatore legendum. Eſt & Simulans Afranij fabula in Nonio inſcriptionis deprauatæ, ex ea adfertur. *Næ ego illos velitantes auſculto libens.* Cæcilij fabula etiam Plocion erat ab ornamento capitis. Plotium malè appellatur. Plato Sympoſion ſcripſit de conuiuio Agathonis poëtæ, in quo de amore diſputat. Eius exemplo Agathonem vt reor, Varro ſcripſerat, è quo adfertur. *Virgo de conuiuio abducatur, ideo, quòd maiores noſtri virginis acerbæ aures Veneris vocabulis imbui noluerunt.* κύνα ἀργὸν varie Grammatici Græci exponunt. Varro album reddidit: & Nonius mitem & placidum interpretatur. *Aduerſi venti ceciderunt, quod ſi pergunt diutius mare voluere, vereor ne me quoque cum domum ab Ilio ceſſim reuertero, præter album canem agnoſcat nemo.* Iam ante docui Varronem vſurpatorem verborum eſſe Græcorum: id & hic doceo, nam acroaſin pro auditione dixit in ſepultura Menippi. *Diogenem literas ſciſſe tum vſioni quod ſatis eſſet, tum quod etiam acroaſi bellorum hominum.* Sic epitaphion agona, pro ludis funebribus poſuit. quo etiam in loco belliſſimè & elegãtiſſimè carteon ſtadium poſuit, pro chartis & libris in quibus ſcribimus & nos ſcribendo exercemus. Eius verba ſunt, *In carteo ſtadio epitaphion agona, quo quis certaſſet animo bellus homo, magis delectatus ſtoicorum pancratio, quàm Athletarum.* Sibyna, genus teli eſt, Pacunius, *Barbaricam peſtem Sibynis noſtris obtulit.* Scio depromi infinita poſſe eius exempla: ſed iſtud quod deprauatum ſcio in libris, potiſſimum adſcribendum duxi: reliquis ſuperſedi. Promeritum vnum vocabulum eſt apud Lucretium.

Apud Non. in Argutari.
Apud Non. in Argutari.
Apud Non. in Auſcultare.
Apud Non. ibi.
Apud Non. in Aduenire.
Apud Non. in acerbum.
Apud Non. in album.
Apud Non. in Bellum.
Apud Non. in Bellum.
Apud Non. in Committere.

Nec benè promeritis capitur, nec tangitur ira.

Lucret. lib. 1.

Sed cum in omnibus libris in verba duo diſiungatur, errorem tam latè propagatum diſſimulare non potui. negat enim impius Epicureus deum gratia & meritis noſtros capi ac placari, conciliari deniq;. Agolochæum pro doloribus partus dixiſſe vide-

Apud Non. in Contendere.

videtur Lucil. eo versu. — *vt contendere possem.* *Testiados Ledæ esiones atq; Algolochæo*, alij *Archilochæo*, pro firmo partu. Idem Cortinipotentem Apollinem dixit, quod Cortinæ, id est, tripodi Apollo præsit.

Apud Nō. ibi. Apud Nō. ibi.

Huncine ego vnquam. Hyacintho hominem Cortinipotentis delitijs contendi? Cæcilius apud Non. Tychæ malè citatur pro Titthæ, id est, nutrices. A Carpino arbore carpineum dixit Varro his lepidissimis versiculis:

Apud Non. in Cogere.

Sed Pan carpineo cibo coacto
Libamenta legens caduca victus. qui sic in Grammaticis deformati sunt. vt non agnoscas speciem eorum, non magis quàm si noti hominis os videres luto multo sublitum. Gallantes insani & furiosi sunt Varroni, à Gallis matris Deum.

Apud Non. in Castum.

Nam quæ venustas hic adest Gallantibus,
Quæ casta vestis? Visco tinctas manus idem pereleganter eorum dixit, qui rapaces sunt & furaces. *Nec manus visco tenaci tinxerat viri casta.* Inscribebatur satyra quædam Varronis Caprinum prælium, vel περὶ ἡδονῆς. propterea quod caprinum genus lasciuum est, & petulans: & voluptatem auidissimè sequitur.

Apud Non. in Censere.

De coniectione causæ & à Duareno principe huius ætatis iurisconsultorum multa præclarè scripta recordor, & ab Asconio intelligo: tamen facere non possum, quin huius rei exemplum ex Afranio proferam: vbi Conijcere causam est agere. *Causam*, inquit, *conijcere hodie hic apud te volo. Ambóne adestis, profuturos arbitror.* Conijcere de ratiuncula pro de ratiuncula furari & auferre posuit Afranius. *ij conicere ad nescio quid de ratiuncula. Latratiuncula* scio excudi: sed illud meum non ineleganti coniectura emendatum doctis spero visum iri.

Apud Non. in Conijcere.

Apud Nō. ibi.

Multa genera tributorum antiqui magna non sine populi iniuria, & insana optimatum acerbitate excogitabant. Eorum vnum propè inauditum adferam, in singulas tegulas ipsa nouitate & magnitudine admirandum. Cice. ad Cæsar. Iuniorem. *in singulas tegulas impositis sexcentis sexencies confici posse.* Incertum autem est, idne dicat de tegulis venalibus, an de tegulis ædificiorum.

Apud Non. in Conficere.

Ædiles præter alia munera mensuris etiam præerant: & iniquas mensuras frangebant, & æquæ instæque mensuræ erant ædilitiæ, & ad Ædilitias exactæ. Hinc illud Persij.

Persi. satyr. I.

Fregerit heminas Arreti ædilis iniquas. Varro in ea satyr. quæ inscribebatur. *Longe fugit, qui suos fugit. Solus Rex, solus Rhetor, solus formosus, fortis, æquus, vel ad ædilitium modius purus, putus: si ad hunc charactera Cleophantus conueniet, caue attigeris hominem.*

Apud Non. in Conuenire.

Subrostrani sunt qui sub rostris in foro versari solent, vt ex loco Varronis è Satyra Manio apparet. *Manius mane suscitat rostrum, subrostra adfert, populum in forum conducit.* Indu. pro in ve-

Apud Non. in Conducit.

in veteres vſurparunt.Lucil. *Multis indu locis ſermonibus concelebrarunt.* — Apud Non. in concelebrare.

Nonius emendatus,& explicatus.Troginus calix. Cortes promæ. Carnales. Tibicidæ.Truncus in homine.

Caput 21.

VARRONIS ſatyra erat nomine de lege Mæuia, Numia malè ſcribi ſuſpicor.In ea,de iure patriæ poteſtatis, & de parentum auctoritate in liberos tractabatur. pro rectore & pædagogo Autumedontem poſuit,qui auriga Achillis fuit,Varro his verbis. *Autumedo meus, quòd apud Plotium Rhetorem bubulcitaret,alter illi dolori non defuit.* Phyſice cur dicta ſit,his verbis explicauit Varro. *Primum eam eſſe Phyſicen,quod ſit* ἔμφυτος, *vt ipſa vox baſis eius.* Varronis fuit ſatyra nomine *Væ victis* περὶ φιλονεικίας, in qua de contentione & rixis iurgijſq; & certaminibus hominum diſputabat. Sed falſum pro ea germana inſcriptione in libros inductum eſt. De antiquitate hominum, & hominum natura etiam ſatyram luculentam ſcripſerat, quam Aborigenes vocarat. περὶ ἀνθρώπου φύσεως. Sed & Columnæ Herculis περὶ δόξης ſatyra eius erat. Hos titulos in codicibus mendi merito à me inſimulari intelliget, cui cum bonis libris aliquid rationis, & commercij fuit. in illo verſu Lucilij, *Planta vna eſt pedibus carioſis menſulibano.* quid eſt *menſulibano*? ego putem ſcribendum *menſula vino*. Quis eſt Troginus calix,cuius illo Lucilij verſu mentio eſt.

Apud Non. in biuiras. — Apud Non. in bubulcitare. — Apud Non. in baſes. — Apud Non. in cetra. — Apud Non. in canitudo. — Apud Non. in conſcribillani. — Apud Non. in caries.

Cnia opera Troginus calix per caſtra cluebat. an qui ex Trogete arbore ſculptus erat? & non putem.verius eſt de Trogi certi hominis nomine ſic appellatum fuiſſe:niſi ſi quis à Trocinis Gallis putet vocari, quos qui accuratiores & diligentiores ſunt, Trocinos vocant. Quid ſibi hoc verſu vult Varro?

Apud Non. in cnia.

Dum vixi promiſcaris meis in cortibus pauit? Tu ſcribe, *promis caris me in cortibus pauit,*iure enim promæ cortes vocãtur,quę multa promunt & ſuppeditãt ad victũ.Etſi abſtemiæ erãt apud Romanos mulieres,Varro tamẽ nõ putat eſſe omnino eas à vino abſtinendas:ſed nõnihil eis indulgendũ, cum ſcribit,*adde cyathum vini in vxorculæ pocillum*. Caſteriam in naui velut γαστηρίαν dictam interpretor à ventre nauis.Carnales apud Varr.videntur eſſe Ædiles.cum ſcribit:*vix effatus erat,cum more maiorum vltro carnales arripiunt,de ponte in Tyberim deturbant*. Solebant enim Ædiles improbas merces in profluentem interdum iactare, vt ædulia, quæ putebant. Plautus,*Neptunus ita ſolet,quamuis faſtidioſus ædilis eſt, ſi quæ improbæ ſunt merces,iactat omnes.*vocat autem eos carnales,quod carni venali etiam præerant, aut certe qui eorum miniſtri erant. Tibicidæ, & magiſtri videntur dici,quod diſcipulorum peccantium ferula ſoleant tibias cedere: & qui

Apud Non. in cortes. — Apud Non. in cupæ. — Apud Non. in caſteria. — Apud Non. in carnales. — Pla. Rudẽte ſic intelligo hanc quæ.

[*Apud Non. in tibicidæ.*] crura feriunt seruorum aut aliorum. Lucil. *viginti domi an triginta, vel centum tibicidas alas*. Truncus in homine pars ea corporis est, quæ collo inferior sustinetur coxendicibus. [*Apud Non. in coxendices.*] Lucil. *Caput collo sustentatur, truncus sustinetur à coxendicibus.* Cicero. [*Cic. de Orat.*] *Trunco magis toto se moderans.* Iterum. [*Cic. pro Q. Rabir.*] *Nemo illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio comico æstimabat.* & est truncus, cum caput amputatum est. Maro. [*Virg. 2. æn.*] — *iacet ingens littore truncus.*

Nonius & explicatus & emendatus. Desquamare. Decalanticare. Decollare. *Caput 22.*

VARRONIS liber erat perelegans, *De sectis*, quem περὶ αἱρέσεων. inscripserat, in eo de varijs Philosophorum familijs & sectis differebat. Eum ego titulum renouare volui, & tanquam rediuiuum suscitare, qui apud Nonium ætatem ferre non potuit: & de suo demigrauit loco pulsum hostili quadam inscitiæ manu. [*Apud Non. in dextima.*] in eo enim legitur περὶ λέξεων. Ex eo adfertur. *Porro inde ab vno quoque compito ternæ viæ oriuntur.* Desquamare est squamis spoliare: sed interdum est squalorem eluere. Lucil. [*Apud Non. in desquamat.*]

Rador, subuellor, desquamor, pumicor, ornor,

Expilor, pingor. Decalanticare apud Nonium legimus, quod quid significet, quærimus. [*Apud Non. in despeculasse - re*] ego decalanticare scribendum censeam, vt sit, calanticam detrahere, quod est tegmen capitis muliebre: quod etiã per translationem in aliarum rerum spoliatione ponatur. Decollare est in collo non esse, perijsse, amissum esse, deesse. Solebant enim veteres de collo sibi crumenam suspendere, quæ decollabat, cum in collo nusquam erat. Varro. [*Varro de re rust. li. 1. ca. 2*] *Quorum si alterutrum decollat, & nihilominus quis vult colere, mente est captus.* Est & de collo deponere, vt Nonius docet. [*Apud Non. in decollare.*] Austelli. parui sunt austri. Lucil. *Rex Corus ille duos hos ventos, Austrum atque Aquilonem nouisse se aiebat solos de magis, istos ex nimbo Austellos, nec nosse, nec esse putare.* [*Apud Non. in demagis.*] Varro. Meleagros nomine libros duos vt reor, inscripserat: in quibus de nobili illa apri Calidonij venatione, quæ Meleagro duce, conueniente Græca iuuentute, acta fuit, elegantissimè differebat. [*Apud Non. in descobinati.*] Ex ijs adfertur. *Sin autem delectationis causa venamini, quanto satius est saluis cruribus in circo spectare, quàm his descobinatis in silua curare.* Eiusdem erat liber nomine ἐπιτάφιον· ἢ Θεοῦς περὶ ταφῶν. [*Apud Non. in euallare.*] quod ita è libris fugit, vt vix eius vlla vestigia compareant. Extat & nomen Varronis satyræ, Seraparecte. quod quid significet, constituere non possum, nec mediusfidius vlla coniectura euadere potui ad horum verborum sensum: quæ non iniuria de mendo fortasse suspecta fuerint: ac distractæ fortasse temerè sunt voces, quæ in suos artus membraque redibunt, & redintegrabuntur, si quis legat, S*e rapa recte*, vt subaudiatur habent. [*Apud Non. in expulsim.*] Suspicorq; illo in libro Varronem de tenuitate & parsimonia

monia victus esse locutum,quem raporum nomine significauit.Ex eo locũ deprompsi, cum explicaui quid esset expulsim pila ludere. Quem à Varrone dicemus his verbis Equuleum Damacrianum? *Neque furentem Equuleum Damacrianum sanus equiso ex senis morbi fluctibus educat vnquam.* Ego *Acragianum* legendum censeam. Nam Acragus olim equis nobilitabatur.

Lib. 7. aduer. cap. 4.
Apud Non in equuleos.

Fallam facere. Mars siluanus. Maialis fiam. Passerinum prandium. Pannosa fex.

Cap. 23.

E Nonio hic quædam obseruabo. Falla, turris lignea, pro fallacia etiam vsurpatur ea ratione, qua machina & fabrica & sutella. Nonius, *Me non vocauit, ob eam rem hanc feci fallam.* Quis tandem est apud Lucilium, Maluanus, cum scribit, *Luporum exactorem Maluanum?* ego *Martem siluanum* lego, nam Martis nomen etiam Siluano tribuebant. Cato, *Marti siluano in silua interdius in singul capita bonum votum facito.* Mars autem lupos arcet, Plautus.

Fuit ædepol Mars meo periratus patri

Nam oues illius haud longè absunt à lupis. Videtur autem Mars, qui siluæ præerat, & siluicola erat, siluanus appellatus esse. Siluanus exponitur à vetere Grammatico πᾶς θεὸς ὑλαῖος. id est, omnis deus siluicola. Eleganter, Ne ego Maialis fiam, pro ne ego castrer dixit Titinius his verbis, *Nunc tecum obsecro, vt mihi subuenias, ne ego Maialis fuam.* Passerinum prandium dici videtur scitissimè pro minutis frustellis. itaque qui frustillatim & qui minutatim dissipatur, veluti passeribus obiiciendus sit, passerinum prandium dici potest. vt à Pomponio, *Et te obiectes frustatim passerinũ prãdium.*

Miror Nonium dignum annotatu credidisse feram vitem, pro agresti poni (in eo Ferabite malè scribitur) cum ferum pro agresti dici, non ita inusitatum sit. Tria sunt in vino, flos, flox, & quod propriè vinum dicitur, Cæcilius, *Ego neque florem, neque floces volo, mihi vinum volo.* Floces autem vocauit fecẽ, quòd in fece insint flocci quidam & panni vt Persius scribit. *Pannosam fecem morientis sorbet aceti.*

Non. in Falla.
Apud Non. in fulguriuit.
Cato. de re rust. ca. 38.
Plaut. Truculen. sc. Rus mane dudum.
Apud Non. in Fuam.
Apud Non. in Frustatim.
Apud Non. in Ferabite.
Apud Non. in Floces.
Persi. saty. 4.

Virgilius lib. 10. explicatus. Olympus omnipotens. Potens. Bipatentia tecta. Bipatens pugillar. Pergama recidiua. Recidiuus annis. Secare. Desecare. ἀποτέμνεσθαι. Velis ministrare. Canes ad venandum. Leones ad frena. Castos ad limina. Homines ad lecticam. Verna ad pedes. Appellere, applicare, adlabi. Virgilius male reprehensus à multis.

Caput 24.

Virg. 10. æn. MVLTOS ſubofendit ille Maronis verſus, *Panditur interea domus omnipotentis Olympi.* Cur enim attributionem omnipotentis Olympo attribuat, non ſatis aſſequi ſe fatentur. denique non deſunt, qui iuſto ſacramento contedere parati ſunt ita nullo modo Virgilium ſcripſiſſe, propinquanque ſcripturam rimati partim omnipatentis, partim omniparentis corrigunt. Ego nihil immuto, verum epitheton alió ſenſu, quàm vulgo accipi videam, interpretor. ac olympum omnipotentem explico, omnia complectentem, omnibuſque potentem. Potens enim non ſolum à poſſum verbo, verum etiam à potior deducitur, vel auctore Cicerone, cuius verba ſunt: *Quod ſi fingenda nomina vice poëtæ, potius vincendi atque potiundi caſta ſunt dijs cognomina.* Nam vt reor, inde dicitur omnipotens, non tantum quod omnia poſsit: ſed etiam quod omnibus potitur. &

Cic. 2. de leg.

Horat. lib. 1. od. 5. — *ſuſpendiſſe potenti*

Veſtimenta maris deo, cum Horatius dixit, Neptunum intellexit, qui mari potitur, & cuius mare ſors eſt. Bipatentia tecta eodem in libro dicit Maro, quòd tectorum ianua fores duplices haberet, vt in ampliſsimis Magnatum domibus, quæ in dextram læuamque referantur. Sic *Bipatens pugillar expedi* dixit Auſonius, quòd pugillares dum aperiuntur, duas pandunt paginas. Quærit apud Seruium Probus, cur

Virg. 10. æn. Auſo. epi. 150. Apud Seru. in 10. æn. Vir. li. 10. æn.

— *ô hominum diuumq; æterna poteſtas*, Iupiter dicatur: Et eam quæſtionem meo iudicio malè explicat. Ego enim puto ſignificari Imperatorem deorum, & hominum eſſe Iouem: vt dicitur — *hominum rex atque deorum.* Cur *Pergama recidiua* lib. decimo, & quarto dixit? nẽpe quæ reuertantur, & redeant: vt recidiua in morbo dicitur: quod enim reſtituitur, recidere, & redire videtur. Sic annum redeuntem reciduum appellat Tertullianus, *Reciprocarum frugum, & vinidorum elemẽtorum, & recidiui anni fidem argumentantur.* Maro ſcribit — *quam quiſque ſecat ſpem.* Quod quo ſenſu modo accipiendum eſt? Secare interdum tranſigere, definire, abſoluere vt apud Horatium — *ridiculum acri*

Vir. li. 10. æn. Tertullianus. Virg. 10. æn. Horat. lib. 1. ſaty. 10.

Fortius, & melius magnas plerunque ſecat res. Hic videtur eſſe deſecare, & proinde ſumere: qui enim quid deſecat, ſibi id ſumit, quod & Græci ἀποτέμνεσθαι dicunt. Ocnum conditorem Matuæ, filium Matus fuiſſe Maro ſcribit: quæ filia Thyreſiæ fuit. Eam ſcribit Suidas, quod adſcribendum putaui, Sibyllã fuiſſe Theſſalam. Velis miniſtrare, Mantuana phraſis eſt, qua eſt vſus & in ſexto & in decimo Maro. Eum imitatus eſt Tacitus, *Nec velis miniſtrant, nec remos in ordinem lateribus adiungunt.* Eſt autem miniſtrare velis, ſe miniſtrum velis præbere: vt dicitur homini miniſtrare. Vt *canes aduenandum* pro canibus venaticis dixit Terentius: ſic Leones ad frena, leones domiti — *biiugíque ad frena leones.* quæ enim animalia frenos reci-

Virg. 10. æn. Virg. 6. & 10. æn. Taci. de mori. Germ. Teren. Andr. act. 1. ſc. 1. Virg. 10. æn.

recipiunt, domita ſunt. Sic *poſtliminio*, dicit Cicero, *redire equum equam, quæ fræna recipere ſolet*, id eſt, quæ domita eſt. Simile eſt illud nono Æneid. [Cic. in Topic.]

Armiger ante fuit, fiduſque ad limina cuſtos. nam velut Atrienſem eum dicit fuiſſe. Et illud quoque Catulli ſimile, *Ad lecticam homines*, pro lecticarijs. Et illud Martialis — *ducit ad pedes vernam.* [Virg. li. 9. æn.] [Catul. epi 10.] [Mart. lib. 12. epig. 88.]

Vt appellere, & applicare ad littus pertinent: ſic & allabi in ſexto.

Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris. & in decimo [Virg. 6. æn.]

— totumque allabi claſsibus æquor. Iterum, [Virg. 10. æn.]

Sed mare inoffenſum creſcenti allabitur æſtu. [Ver. 10. æn.]

An ſeſe mucrone ob tantum dedecus amens [Virg. 10. æn.]

Induat. per abuſionem à Virgilio dictum Seruius exiſtimat, à quo diſſentio. nam & elegantiſſimus imprimis, & doctiſſimus ſcriptor Cæſar eodem modo loquitur lib. ſeptimo. *Se ipſi acutiſsimis vallis induebant*. inde natum dicendi genus quod quæ inhærent corpori è veſtimento videntur. Reprehendunt Maronem plerique in his verſibus. [Cæſar li. 7. de bel. Gallic.]

Cædicus Alcathoum obtruncat, Sacrator Hydaſpen [Virg. 10. æn.]

Partheniumque Rapo, & prædurum viribus Orſen. & illis, qui deinceps ſequuntur, quod nomina confundat, vt intelligi non poſſit, quis Troianus ſit, quis Rutulus. Ego Virgilium culpa carere puto, & calumnia libero. Nominibus enim ſatis nationem diſtinxit cum Latina nomina voluerit eſſe Rutulorum: Græca Troianorum. quod non attendiſſe, nec vidiſſe Grammaticos plurimum admiror.

Mitra. Redimiculum. Numeros memini. N*umeri. Vergilius lib. 9. explicatus. Acheloia pocula. Crocotula. Chiridotæ. Haſta. Tergum. Aduerſum: Poëtæ Lati. antiquitatis ſtadioſi. Frons aurata. Accingi. In procinctu ſtare.* Ζωννύσθαι. *Pultare fores.* κόπτειν τὴν θύραν. *Crepuere fores.* Ψοφεῖ. *Ceruæ cornua tributa. Fulminatrix legio.*

Cap. 25.

AENEAM vt ſemiuirum, & mollem inceſſens apud Vergiliũ Hiarbas.

Mæonia, inquit, *mentum mitra crinemque madentem* [Virg. 4. æn.]

Subnixus, rapto potitur. Mitram enim Lydorum, & Troianorum gerebant mulieres, viris probroſam: Sed & multo magis cum redimiculum habebat. vt in ix. *Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ*. Sunt enim redimicula, quibus mitræ religantur. Sed & de mitris redimiculum habentibus Euripides. ἐγὼ δὲ πλόκαμον ἀναδέτοις μίτραισιν ἐρρυθμιζόμαν. [Virg. 9. æn.] [Euripid.]

— numeros memini ſi verba tenerem. valet, memini cantum verſuum, ſi verſus tenerem: atque hic numeri ſunt, modi, & cantus, non carmina: & ſi carmina ſæpenumero. vt [Virg. 9. Eclo.]

Perſi. 1. ſatyr. *Scribimus incluſi numeros ille hic pede liber.* nam quia & carmen numeris, id eſt, rithmis ſeu pedibus cōſtat & canitur ideo numerus & carmē interdum cantum ſignificat.

Virg. 9. æn. *Thebana de matre nothum Sarpedonis alti.* Matrem hic Thebanam accipio è Thebis hypoplarijs, quæ in Cicilia erant. Eſt enim veriſimile Sarpedonem Lycium ex ea prouincia concubinam habuiſſe potiùs, quàm ex alijs Thebis.

Virg. 1. Geor. *Poculaque iuuentis Acheloïa miſcuit vuis.*

Eurip. Andro. Ariſt. Cocalo. Hic pocula Acheloïa pro aqua dicuntur, vt ab Euripide in Andromacha, & Ariſtophane in Cocalo.

χαίρετε δῶμα τοὐμὸν ἐκ χρυσηλάτων
τευχέων προσπείρουσαν ἀχελώου δρόσον.

Vibius Sequeſ. Ex eo, vt credo, quòd, vt apud Vibiu ſcriptum eſt Achelous fluuius Etoliæ primus omnium terram eruperit: vt poëtæ antiquitatis memores ob id, pro aqua vſurpauerint

Virg. 3. eclog. *Ab Ioue principium Muſæ.* cum in Bucolico carmine dixit Maro, In quo etiam Arati principium imitatus eſt, effugere dentem malignum non potuit. Calphurnij poëtæ, Sed eius calumniam facile eſt diſcutere. In ipſo enim auſpicio rei cuiuſque veteres Iouem præfari & precari ſolebant. Quod & in oratione

Cice. diuinat. in Verr. in Verrem oſtendit Cicero. Poëta igitur pietatem maiorum imitatus, reprehenſionis vellicantium poëtarum ſecurus antiquo inſtituto ab Ioue incipit. Nam omne principium Ioui debetur. Alter autem iam orato Io-

Virg. 3. eclog. ue ſe ad numen poëtarum conuertit Apollinem. *Et me Phœbus amat.*

Virg. 9. æn. *Vobis picta croco.* cum Maro dicit: crocotium intelligit, quæ veſtis Cro-

Pl. apud feſt. lib. 3. in lite. c. cotula à Plauto dicitur, mulierumque erat, non virorum: ita vt effœminatos, & ſemiuiros inceſſat Troianos.

Virg. 10. æn. vt & cū dicit, *Et tunicæ manicas.* Chiridotæ enim ſignificantur tunicæ quæ viris erant probro, vt molles.

Virg. 9. æn. *— verſaque iuuencum*
Terga fatigamus haſta. Id ſic accipiendum videtur ſemper in manibus tela militaria gerimus, etiam cum terrā ſubigimus. nam & haſta pro boum ſtimulo vtimur, & haſta tardos boues increpamus.

Virg. 9. æn. *Et venit aduerſi in tergum Sulmonis, ibique*
Frangitur: ac fixo tranſit præcordia ligno. Perplexos hic locus habet Grāmaticos, quòd & tergum & aduerſum dicat: cum tergum ſit in auerſo. Itaque tergum pro clypeo accipiunt: Ego aduerſum interpretor, qui erat è regione, & ſi non aduerſo pectore vt in eodem libro,

Sed furor ardentem cædiſque inſana cupido
Egit in aduerſos. id eſt, in eos, qui ante eum ex aduerſum ei erant, & ſi tergum auerterant & fugerant. Itaque mox ſequitur

— hinc raptas fugientibus ingerit haſtas
In tergum. Haſta porro ſic fracta eſt ipſo impetu vt finderetur: ita lignum & haſtile fiſſum, & ipſa fiſſione acuminatum pręcordia tranſijt: nam fiſſo-

fiſſorum fragmenta aſperantur in aciem plerunque, & penetrabilia reddūtur. vt in Henrici Regis fato didicimus.

Dat Niſo Mneſtheus pellem, horrentiſque leonis Virg. 9. æn.

Exuuias. à Marone ſcriptum eſt ex Heroicorum temporum conſuetudine. Vt enim exuuio Leonis Herculem: ſic & alios Heroas veſtitos aut aliarum beſtiarum legimus. vt apud Homerum Iliados κ.

ὣς φάτ᾽ ὃδ᾽ ἀμφ᾽ ὤμοισιν ἑέσσατο δέρμα λέοντος. Hom. Ilia. κ.

αἴθωνος. Virgilius autē, vt ſi quiſquā alius, antiquitatis æmulatione, & reuocandis eius inſtitutis, & moribus poëma ſuum perpolire cupit. Non enim hac tantum ætate antiquarii fuere, ſed olim multo magis. adde quod illa inuſitati vultus peregrinitas inſolentia lectorem non leui voluptate perfundit. *Et ſtatuam ante aras aurata fronte iuuencum*. Eſt hoc quidem ritu Romano à Virgilio ſcriptum, ſed non ſine antiquitatis effigie. nam & ita Homerus ſcribit. τὴν τοι ἐγὼ ῥέξω χρυσὸν κέρασι περιχεύας. Nam auratam frontem dicit eius iuuenci Maro, cuius cornua auro lita ſunt. Quod accingi Latini, & in procinctu ſtare dixerunt: id à Græcis quoque manauit. nam & apud Homerum ζώννυσθαι. id eſt, cingi valet armari. Virg. 9. æn. Hom. Iliad. κ. Hom. Ilia. λ.

Ἀτρείδης δ᾽ ἐβόησεν ἰδὲ ζώννυσθαι ἄνωγεν. & apud Heſiodum eſt ſeſe parare & ornare.

Γείτονες ἄζωστοι ἔκιον, ζώσαντο δὲ πηοί. Quod Comici Latini dicunt, Pultare fores, κόπτειν τὴν θύραν Græci. Quod Latini crepuere fores. ψοφεῖ Græci, cum ſcilicet aperiuntur, & aliquis exit foras. *Verris obliquum meditantis ictum*. & ex animantis illius natura, obliquo ſemper ictu dentis homines ferientis, & Homeri exemplo dixit, apud quem ſcribitur. Heſiod. Horat. lib. 3. od. 22.

Λοχμάδ᾽ ἀΐσσοντε περὶ σφίσιν ἄγνυτον ὕλην. Quod Homerus de Proteſilao dixit interfecto καὶ δόμος ἡμιτελής, quod varijs explanationibus exponitur, æquè dubio perplexoque ſecutus eſt vocabulo, & in coniecturas non minus late patenti Valerius Flaccus. Hom. Ilia. μ.

— coniux miſeranda Caïco Val. Flac. li. 6. argon.
Linquitur, & primo domus imperfecta cubili. Me haud pœnitet eorum eſſe ſententiæ, qui immatura morte abreptos interpretantur, nullis ſuperſtitibus liberis. Latini autem poëtæ tam diligentes, & ſuperſtitioſi poëtarum Græcorum fuerunt imitatores, vt quemadmodum delectabat *Balbinum polypus Agone*: ſic eos delectent eorum vitia, ea certe & amplectuntur & imitantur. Nam cum Ariſtoteles ita in Sophocle excuſet vt tamen reprehendat, quod ceruæ cornua tribuerit: id poëtæ Latini libenter amplexi & ſecuti ſunt, vt Valer. Flac. Ariſto. in arte Poetic.

Omine fatidico Phyrus mouet agmina ceruæ Val. Flac. lib. 6. argon.
Ipſa comes, fetis fulgens & cornibus aureis. Sed ex eodem loco quiddam expli-

explicare libet.nam cum ſcribit.

Cuncta phalanx inſigne Iouis,cælataque geſtat.
Tegmina,diſperſos trifidis ardoribus ignes:
Ne primus radios miles Romane coruſci
Fulminis,& rutilas ſcutis diffuderis alas. Legionem Romanorum ſignificat quandam,quæ in clypeorum inſignibus fulmen gerebat. Ea,vt opinor,erat legio fulminatrix.

Senecæ non conuenit cum Plinio de vino Rhetico. Apprima, Crebra, Mortua,Prima,pro aduerbijs poſita. Amminea vites. Clitummus. Iupiter. Geloni populi.

Cap. 26.

MIRVM nemini videri debet ſi in auctoribus antiquis interdum variæ hominum huiuſce ætatis ſententiæ ſunt, qui tanto interuallo ab illis diſtant, mutata non ſolum lingua, ſed etiam conſuetudine, & genere vitæ cum qui tam propè ab eis aberant,etiam diſſentire videamus. Nam cum Virgilius ſcribit,

Virg. 2. Geor. *— & quo te carmine dicam*

Rhetica. non idem interpretatur quod Seneca Plinius.Senecæ enim videtur poëta incertus laudandi & vituperandi.Cuius verba ſunt

At Plinius ſecundum,poſt Phalernum vinum, tribuiſſe locum Rhetico exiſtimatur.et,ſi hoc iudicij,notioniſque meæ eſt,verior mihi explicatio Plinii videtur. Sic autem ſcribit. [Plin. lib. 14. cap. 6.] *In veronenſi item Rhetica falernis tantum poſthabita à Virgilio,*Ita illi hoc à dubitante poëta dictum placet: huic ab admirante,vt & mihi: [Ser. in 2. Geo.] etſi Seruius non vt pedarius ſenator in Senecæ ſententiam tranſit, aut verbo tantum ei aſſenſus, ſed ſatis verboſè locutus. [Virg. 2. Geor.] Eodem autem in libro Maro cum dicit: *Flos apprima tenax*, Atticomore aduerbia plurali eloquitur numero. In quo genere frequens eſt, vt

Virg. 3. Geor. *— & pede terram*

Crebra ferit. [Lucret. lib. 2.] & Lucretius *— mortales mutua viuunt.* & Gratius, [Grati. de venat. vbi retia conficienda.] *Prima iubent tenui naſcentem fingere limbo.* Poteſt & *ad prima* duobus vocabulis dici.vt in primis,& cum primis.Quod erit ad comparationem eorum, quæ [Vir. 2. Georg.] primum tenacitatis obtinent locũ,quod & apprimè declarat. *Sunt & Aminea vites,*variè legitur.nam quidam ſunt etiam,qui *Amminea vites*,aſſerunt,Ego vtrunq; defendi video poſſe:hoc auctoritate Auſonij,qui ſcripſit [Auſo. epiſt. 5.] *Solus qui Chium miſcet & Ammineum.*Illud Sereni ſic ſcribentis, [Seren. ca. 29.] *Succus Aminea vitis cum pane medetur*,perſpicuè defendit.

[Virg. 2. Geor.] *Hunc albi Clitumne greges*. hæc apoſtrophe eſt, non tam ad flumen cum ſequatur [Virg. ibid.] *— ſæpe tuo perfuſi flumine ſacro*, quàm ad fluminis deũ, qui

qui Iupiter Clitumnus dicebatur. Vibius Sequester. *Clitumnus umbriæ ubi Iupiter eodem nomine est.* Plinius in epistolis. *Adiacet templum priscum & religiosum. Stat Clitumnus ipse amictus ornatusque prætexta. præsens numen atq; etiam fatidicum: indicat sortes.* Flumen autem sacrum appellat, quod sacrũ esset ad pontem vsq; vt Plinius refert, adeo vt in eo nauigare liceret, non tamen natare.

Vibius Seque.
Pli.lib. 8.epi. epi. vidistine aliquando.
Plin.ibidem.

Eoasque domos Arabum, pictosque Gelonos. Gelonos populos Scythiæ omnes agnoscunt, & scribunt Geographi. Hic Vibius Sequester populos Thraciæ exponit, ita enim scribit. *Geloni Thraciæ populi picti corporis parte.* nisi si quis nomen Thraciæ, vt mendosum suspectat.

Virg.2.Geor.
Vibius Seque.

Alba linea. Communis Mercurius. Prægnas. Clauus. Occipitium ostendere. Occipitio frons prior. Ignis & aqua nuptijs adhibita. Famosus. Res tuas procura. Tensæ. Vlula. Epicrocum habitare. Comas habitare.

Caput 27.

ALBA linea dicitur prouerbij figura cum discrimen nullum facimus. Lucilius. *Et amabat omnes, nam discrimen non facit, neque signat alba linea.* qui locus Lucilij videtur imitatus è Charmide Platonis. *Auidus*, inquit Varro, *Iudex rerum ducebat esse* κοινὸν ἑρμῆν. id est communem Mercurium. pereleganter sanè eo prouerbio interdum nummariorum auaritiam perstrinxit Varro, qui reum cum habent, prædam habere se putant. Prægnas pro prægnans prisci vsurpauerunt: cuius rei cum alia extant exempla, tum hoc Affranij. *Retinebitur vir, vt voluntate vna probabili prægnatem, quod non exigat.* Cum Pacunius scribit, *Non potest, Menalippe, hic sine tua opera exanclari clauus.* de clauo vestimenti interpretor, quem sine eius opera negat perfici, & absolui posse. & videri potest hic per translationem pro negotio accipi, hoc sensu. Hæc res nisi operam addis tuam, & adiuuas, perfici non potest. De eodem clauo illud intelligo Pomponij, *Cum clauus istic manet eliminabo extra ædes coniugem.* Ostendere occipitium, est abire. & discedere. Varro, *Occipitium à Riuo deo ostendo ex oraclo elimino me.* Sic frontem occipitio priorem dixit Cato. præsentiam absentia potiorem significans. Ignis & aqua adhibebatur nuptiis, id est, titio e felici arbore, & aqualis Varro. *Contra à nouo marito cũ item è foco in titione ex felici arbore & in aquali aqua allata esset.* Romani olim propinquas osculabantur, exceptis quæ famosæ erant: nam eas osculo non dignabantur. Cicero, *Atque etiam si qua erat famosa, ei cognati osculum non ferebant.* Opimius, pater eius, qui aduersus Gracchum Optimates fouit, impudicus & mollis fuit, vt è iocis libro 2. de Oratore intelligi potest, & ex istis Lucilii versibus.

Apud Non. in discrimen.
Apud Non. in ducere.
Apud Non. in exigare.
Apud Non. in exanclare.
Apud Non. in eliminare.
Apud Nõ. ibi.
Cato. 4.cap. de re rust.
Apud Non. in felix.
Cic. de Repu. 4. apud Non. infamosus.
Cic. lib. 2. de Orat.

Quin-

Apud Non. in Famosus.

Quintus Opimius ille Iuguritini pater huius
Et formosus homo fuit, & famosus, vtrunque
Primo adolescens, posterius dare rectius sese. Res tuas procura, idem esse videtur quod, Res tuas age, quod in diuortiis dicebatur. Titinius.

Apud Non. in Facessere.

At aliquis vestrum nunciet
Geminæ, vt res suas procuret, ædibus facessat. Formam, cuius elegātia homines interdum magis capiuntur, quàm pecunia scitè dixit vetus poëta Afranius dimidium esse dotis: quod mulier formosa etiam interdum indotata facile nubat, aut modicè dotata. Eius versus sunt,

Apud Non. in Fortis.

Formosa virgo est, dotis dimidium vocant
Isti, qui doteis negligunt vxorias. Quæ olim visebant fœtas, id est puerperas, vinum libabant. Varro, *Mensæ anteponebantur cum culigna ac vino, in quo quæ veniebant ad fœtam amicæ gratulatum, dijs mactabant*. Tensas sacra vehicula interpretantur: sed eo verbo etiam profana veniunt & censentur. Titinius, *Vende Tensam atque mullos, sine eam pedibus grassari*. Vlula, inauspicata est auis, quam veteres abominati maximè videntur esse: vt & Bubones. Est & vlula, vox quam vlulantes, & flentes edunt in funere, vt mulieres atratæ: Cum autem fullones eluere maculas solerent albarum vestium, neque eorum arte sit opus atris vestibus, eleganter Varro dixit fullones timere vlulam, quòd luctus eos ad inopiam adigat. Eius verba sunt in ταφῇ μενίππου. *Saltem infernus tenebrio κακὸς δαίμων teneat, atque habeat homines sollicitos, quòd eum peius formidant, quàm fullo vlulam*. Epicrocum, quod genus vestis est, habitare, pro Epicroco vestitum esse, sæpe dixit Varro, *Vtrumq; mulieres, & epicrocum viri quoque habitarunt*. Sed & comas habitare, pro comam alere & comatum esse. *Hoc nomine antiquos secundis rebus comas habitasse*. Hæc pancarpia est ex variis flosculis texta, cuius varietatem qui improbat, naturam accuset, quæ rerum varietate diues, & amœna haberi cupit.

Apud Non. in Fætum.

Apud Non. in Grassari.

Apud Non. in Habere.

Apud Non. in Habitare.

Apud Nō. ibi.

Ingenium. Iactare comam. Farticula. Terra pila. Liquidiusculus. Nerei pecus. Neptuni pecudes. Mactare. Dea arcitenēs. Cōcubium. Mitigare sandalio caput. Μυχὸν. *Aquiletum. Numerij. Numeria dea. Horno curari. Fauentia. Pascere amictum pectore. Plaga. Puta lana. Insilia.*

Cap. 28.

INGENIVM arti & culturæ pereleganter Nęuius in Lycurgo, opposuit. quo naturam significauit. Eius verba subiungam

Apud Non. in Ingenium.

Vos qui regalis corporis custodias.
Agitis, ite actutum in frondiferos lucos,
Ingenio arbusta vineta sunt, non obsita. Varronis satyra erat nomine E-

Apud Non. in Imbuere.

phæ-

phœbus περὶ ἐμμονῆς.in qua de inſtitutione & diſciplina iuuentutis pręclarè defferebat,& eius in bonis artibus & ſtudijs permanſione & perſeuerantia. Erat & eius ſatyra περὶ φθόνου,id eſt,de inuidia, quæ perperã περὶ φόνου. inſcribitur. Ex ea ſunt iſti verſus, Apud Non. in ignoſcere.

Voſque in theatro qui voluptatem auribus
Huc aucupatum concurriſtis domo,
Adeſte,& à me,quæ feram,ignoſcite,
Domum vt feratis è theatro litteras.

Iactare comam, vt iactare caput de fanaticis, & numine furoreq; correptis dicitur. Varro,Eumenidibus, *Tibi nunc ſemiuiri teretem comam volantem iactant tibi Galli.* Apud Non. in iactare. Vt farta dicuntur quædam farcimina,ſic & per diminutionem farticula. Titinius, *Farticula cerebellum,lactes agninas.* Apud Non. in lactes. Terram pilam dixit Varro pro terræ rotunditate, per appoſitionem quam Grãmatici vocãt. *Ille* inquit,*nobilis quondam canis hinc linquit homines omnes in terra pila.* Apud Non. in linquere. Liquidiuſculum pro leui & molli poſuit Plautus. *Liquidiuſculuſque ero quàm ventus eſt Fauonius.* Plaut.milite Accius Staſiaſtas,id eſt,ſeditioſos fabulam,ſcripſerat:quod verbum in Nonij exemplaribus deprauatum eſt,Ex ea fabula eſt iſtud. Apud Non.in liquidum. *Cum tibi de dolore hoc anima corpus liquerit.* Aurum colliquiſſe integra ciſta ſcripſit memorabili ſanè exemplo in rebus diuinis Varro his verbis. Apud Non. in liquidum. *Lucilius Scipio,cũ aurum haberet factum in ciſta ficunea,fulmine ita eſt ictus,vt ciſta eſſet integra,aurum colliquiſſet.* Apud Nõ.ibi. Nerei pecus pro piſcibus poëtica circumlocutione legimus.Næuius, Apud Non. in Luſtrare.

Tum laſciuum ſimum Nerei pecus
Ludens ad cautem claſſem luſtratur.

Neptuni pecudes eodem modo Plautus in Pſeudulo dixit. Pla. Pſeudu- lo.ſc. forum coquinum, Varro fabulam ſcripſerat nomine περὶ ἐξαγωγῆς de ijs,qui ſibi necem conſciſcunt, ſeque è vita exigunt. ἀζαγωγὴ perperam interdum ſcribitur, quod argumentum ſatis indicat.Ex ea eſt iſtud. Apud Non.in leuare. *Quamnam te eſſe dicam feram,qui manu corporis feruidos fontium aperis lacus ſanguinis, teque vita leuas ferreo enſe?* Honorari exiſtimauit Neſtorem patera aurea ab Homero Accius,ſapientiæ ergo.verba eius ſubſcribam, Apud Non.in mactare.

Sapientiæque inuictæ gratia,atque honoris Apud Nõ. ibi.
Patera Neſtorem mactauit aurea.

Dea arcitenens pro Diana ab eodem Accio dicitur, Apud Non. in mactare. *Quod vtinam me ſuis arcitenens telis mactaſſet Dea.*

Fabata pulte Romani & priuatim & publicè rem diuinam aliquando faciebant. Plau.trinummo ſc.Hinc ego dici non. Varro, *Quod Calend. Iunijs & publicè & priuatim fabatam pultem Dijs mactat.* Apud Non. in modicum. Concubium Ennius non pro parte noctis vt Plautus:ſed pro concubitu poſuit, *Quæ tibi in concubio verecundè, & modicè morem gerit.* Euri Hecuba. Apud Non.in modicum. Quod ex Euripide Hecuba ſumptum eſt. πρὸς σῆσιν πλευρῆς παῖς ἐμὴ κοιμίζεται. Satyram de Senectute eleganter Tithonum inſcripſerat.Varro.de ſene-

Apud Non. in mitis. ſenectute Tithoni à poëtis memorata. Mitigare ſandalio caput non tantum Terentius,ſed & Turpilius dixit *Miſero mihi mitigabat ſandalio caput.* *Apud Non. in micare.* μυχὸν vſurpauit Lucilius pro penetrali. *Omnia tum endo mucho videas fetuēte micare.* niſi putes vnum verbum Græcum eſſe ἐνδομύχῳ. Aquilentum pro aquatico, aut aquatili, vt à muſto, muſtulentum, à vino, vinulentum poſuiſſe Varro videtur, in libro quem inſcripſerat περὶ πεοσῶν. *Tum contremu-* *Apud Non. in nobile.* *la aquilenta apud alta litora Oriris, ac nobilis omnibus reluces.* Numerij olim prænomine vocabantur, qui cito naſcebantur. Sed & Numeria dea erat, quæ celeritatem partus adiuuabat, & à parturientibus inuocabatur. Var- *Apud Non. in numerum.* ro de liberis educandis, *Vt qui contra celeriter erant nati, fere numerij prænomine erant, quod qui cito facturum quid ſe oſtendere volebat, dicebat numero id fore, quod etiam in partu precabantur Numeriam, quam deam ſolent indigetare* *Apud Non. in occupatus.* *etiā pontifices.* Horno curari, eſt frugibus & vino ipſius anni foueri & ali. Varro Eumenidibus. *Cū in eo eſſem occupatus atq; in ſchola curarer vt ſcribit Scantius, horno per Dionyſia.* Vt à ſorbeo ſorbilo, à pipo pipilo: ſic à verto vertilo deducitur. Vnde & apud Varronē vertilabundus de eo, qui per furorem caligine mentis & vertigine actus cadit. Varro Eumenidibus, *Sic* *Apud Non. in opinio.* *ad vos citius opinione vertilabundus miſer decidi.* Fauentiam pro fauore & *Apud Non. in obſcænum.* bonis ominibus dicebant Accius, *Vos ite actutum atque opere magno edicite per vrbem, vt omnes qui arcem aſtuque accolunt ciues ominibus fauſtis auguſtā adhibeant fauentiam, ore obſcæna dicta ſegregent.* Paſcere amictum pectore pro pectori amictum adſtringere & adprimere, poſuiſſe ſanè videtur perquàm ſcite M. Varro nam quod admotum ſic eſt, vel paſcendum adpoſi- *Apud Non. in pullum.* tum videtur. Eius verba ſunt, *vbi nitidi Ephœbi veſte pulla candidi modeſtè amictus paſcunt pectore.* Idem deos Minianos poſuit pro deorum ſimulachris minio antiqua couſuetudine depictis & oblitis. cuius rei mentio eſt *Plin. lib. 33. cap. 7.* in Naturali hiſtoria Plinij. Sed verba antiqui Scriptoris recitare è re fue- *Apud Non. in Plagæ.* rit. *Deos ad Minianos admirantes quod ſereno lumine tonuiſſet oculis cœli rimari plagas.* Veteres etiam plagam legimus pro clauo veſtis vſurpaſſe, cuius *Apud Non. in plaga.* rei non temerè exempla occurrunt. Vnum è Pacuuio ponam, *Etſi metuo picta plaga pallam.* Putam lanam pro pura & omnibus ſordibus expurgata reperimus, vt in Titinio.

Depenſam lanam, qui non reddet tempori

Putam rectè, facite vt multetur malo. Vt inſilia textorum quædam inſtrumenta ſunt ab inſiliendo vocata: ſic & ſubſilia à ſubſiliendo ſunt dicta. *Apud Non. in poſcere.* Varro, *Non ſubſilijs applaudes, & ab aratro poſces aratricam coronam.* Eruditiſſimi togatorum omnium Varronis iudicium de tribus poëtis Latinis hic adponere ſtatui, à quo ſat ſcio, prouocabunt multi, qui ſe plus in literis videre conſent, & Comico Plauto iniquiores ſunt: qui tamen Varronis

nis auctoritate fretus non admodum de aliorum iudicio laborare videtur debere. *In argumentis Cæcilius poſcit palmam: in Ethesin Terentius, in ſermonibus Plautus.*

Apud Non. in poſcere.

Horat. lib. 1. Carm. explicatur. Roma in trium numinum tutela. Stella alba. Caſtores. Atrum. Reges & urbium rectores in Iouis tutela. Mittere fulmina. Brachia cerea.

Cap. 29.

CVM eſſet propoſitum Horatio, vno carmine laudem hominum, heroum, Deorumque concinere, itaque ſe facturum pollicitus eſſet, non vt propoſuerat ab hominibus eſt: ſed à dijs exorſus, & ad Heroas progreſſus ad homines tandem, eoſque Romanos gradatim deſcendit. More autem maiorum ab Ioue opt. Max. cæpit à quo ſolemnis incipiebatur precatio è ritu, quod ad oratores quoque peruenerat vetuſtos, qui Iouem Opt. Max. ſuarum orationum exordijs appellare præfarique ſolebant. ait igitur Horatius

Quid prius dicam ſolitis parentum *Horat. lib. 1. od. 12.*

Laudibus? vt veteres Grammatici legunt, vel vt Lambinus *parentis*. Vt igitur maiores ab Ioue, ſic ipſe auſpicarur. In trium autem numinum tutela erat Roma Iouis, Iunonis, Mineruæ. Iouis primum, & Mineruæ mox meminit: Iunonis mentionem non facit. Obſeruandum autem eſt, eos ab illo deos cantari, qui Iouis liberi ſunt & progenies, vt Minerua, Liber pater, Diana & Apollo, Hercules, Caſtor & Pollux. Sed hi tres iam heroes nominandi ſunt. *Alba* autem *ſtella* non alia profecto fuerat, quàm candida, felix & proſpera. Sunt enim Caſtores propitij & ſalutares nauigantibus, vt deluſa credidit antiquitas. vt atrum contrà, noxium inauſpicatum, infelix, malum, vt *Poſt equitem ſedet atra cura*. niſi ſi quis albam ſtellam ſimpliciter ad colorem candoremque referendum putet.

Horat. lib. 1. od. 12. *Horat. lib. 3. od. 1.*

—tibi cura magni *Horat. lib. 1. od. 12.*

Cæſaris fatis data, cum ait. id ex antiquorum opinione poſuit, qui cenſebant Imperatores & Reges in tutela & procuratione Iouis eſſe. Callimach. de Ioue — σὺ δ' ἐξέλεο πτολιάρχους

Αὐτοὺς. Iterum, *Callimach. in Iouem.*

Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες, ἐπεὶ Διὸς οὐδὲν ἀνάκτων *Callima. ibid.*

Θειότερον. Vt enim homines militares in Martis eſſe ditione, & proteſtate dicuntur, opifices Mineruæ: ferrarii Vulcani, ſic in ditione & poteſtate Iouis ſunt, vrbium & imperiorum præſides regeſque. *Tu graui curru quaties Olymphum*. id eſt tu tonabis. nam cum tonabat, Iouem putabant graui curru cœlo inequitare.

Horat. lib. 1. od. 12.

Horat. lib. 1. od. 34. Horat. lib. 1. od. 12.

Hinc illud, — *namque Dieſpiter*
Igni coruſco, nubila diuidens,
Plerumque per purum tonantes
Egit equos, volucremque currum.
Tu parum caſtis inimica mittes

Fulmina lucis. id eſt, tu fulminabis. nam tonare, & fulminare Iouem credebant, cumque fulmina mitteret in periuros & impios, tum vero non raro iratum credebant lucis pollutis, & profanatis ea iaculari. vt cum fulmina caderent, argumentum eſſe violati & contaminati loci ſacri, & irati eo nomine Dei. quanquam interdum faciles dij erant nec lucos ſacros violantes vindicabant. Maro.

Virg. 3. eclog. Donat. in 3. eclog. Vergil.

Nouimus & qui te, tranſuerſa tuentibus hircis,
Et quo, ſed faciles nymphæ riſere, ſacello. Quod de violato luco Donatus rectè interpretatur. Senſus igitur, Si parum caſti ſint luci, tu eorum religionem ſancies iactis fulminibus. quo ſane modo *lucis caſtis* abſolutè accipimus. vel dicendum, in ipſos pollutos mittes lucos, atque eorum de cœlo tactu indicabis te iraſci, & parum caſte lucos coli: quem ſenſum ſequitur Acron, qui ſcribit & pontificum, & Aruſpicum libris nunquam fieri fulmina, niſi in lucis pollutione aliqua alienis. Sed proximo carmine quæ ſunt, amabo, *brachia cerea*? at quidam, mollia: alij, ceræ ſimilia: alij, ſolida: alij, flexibilia: alij, candida interpretantur. Ne quis putet ab illis omnes eſſe occupatas in hunc locum interpretationes accedet & noſtra. ego enim hic cerea interpretor, pulchra & formoſa. quod à pulchritudine ſumptum eſt imaginum cerearum, quas in atrijs nobiles habebant pulcherrimas: & operum aliorum, quæ è cera fingebantur elegantiſſima.

Acron in 12. od. lib. 1. Carminum Hora. Horat. lib. 1. od. 12.

Traducere aliquem vitæ inerti. Tranſmittere tempus amicorum temporibus. Tibullus explicatus. Concrepare digitis. Percuſſio digitorum. Deripere. Quomodo placabant deos veteres. Purè lauari.

Caput 30.

ANTONIO Mureto Tibullus cultiſſimus & politiſſimus poëta plurimum debet, cuius ille multa incurabilia propè vulnera pæonia chironiaque manu ſanauit. Eum ego poëtam ab Antonio priſtinæ valetudini reſtitutum cum in manus ſumpſiſſem, extemporali & ſubitaria lectione quædam annotaui, quæ his illeui chartis.

Tibul. lib. 1. eleg. 1.

Me mea, inquit, *paupertas vitæ traducat inerti.* id valet, me paupertas tranſ-

tranſmittat ſegni ocioſæque vitæ, & me ad inertem ignanamque vitam traducat. Sic Cicero, *Omne ſuum tempus amicorum temporibus tranſmittit.* quod eſt, omne ſuum tempus in amicorum negocia confert, & impendit, & in eorum cauſis traducit. [Cice. pro leg. Manil.]

Dicere nec cano blanditias capiti. vel capiti auferendi caſu, pro capite accipiendum eſt, vel certe capite legendum. [Tibul. lib. 1. eleg. 1.]

Et vocet ad digiti nec taciturna ſonum. Sic Martialis. [Tibull. ibid.]

Digiti crepantis ſigna nouit Eunuchus. Cicero, *vt ſi digitis concrepuerit poſſit in locupletum teſtamenta nomen eius irrepere.* Iterum, *vt digitorum percuſſione hæres poſſet ſcriptus eſſe.* Sono digiti loco nutus aut etiam vocis vtebantur, qui ſibi ſine cunctatione parituros præſto habebant, vt imperium maius, aut vlla vocis ſignificatione opus non eſſet, itaque Cicero, *ſi concrepuerit digitis,* & *digitorum percuſſionem,* cum videlicet, inter ſe colliduntur vt concrepent, dixit, pro eo quod facile nulloque negocio obtinetur. [Martial. lib. 3. epigrã. 40.] [Cic. 3. offi.] [Cic. ibidem.]

Quod Tibullus ſcripſit — *& tripido deuocat oſſa rogo.* iiſdem verbis ab Ouidio imitatum videmus, vel ingenii quadam ſimilitudine, vel caſu effictum, mutato tantum numero. [Tibul. libr. 1. eleg. 2.]

Certaque de tepidis deuocat oſſa rogis. Legendum autem fere crediderim. [Ouid. epi. Hypſip. Iaſoni.]
Sertaque de ſanctis deripuiſſe focis. vt apud Horatium. [Tibul. lib. 1. eleg. 2.]
Lunamque cœlo deripit. nam in ſublimi ſerta oriebantur. Qui autem non captus, nec purus templa adibat, deorum iram mereri cenſebatur: in placandis autem diis ſupplices procumbebant: limina oſculabantur: poſti caput allidebant, & per templum ad ſacram aram accedebant, aut ad ſedem eius Dei, quem placare cupiebant, ſupplices repebant non incedebant. Tibullus. [Horat. Exod. od. 5.]

Num feret incæſtus ſedes adiiſſe deorum [Tibul. lib. 1. eleg. 2.]
Sertaque de ſanctis deripuiſſe focis?
Non ego ſi merui dubitem procumbere templis
Et dare ſacratis oſcula liminibus.
Non ego tellurem genibus perrepere ſupplex
Et miſerum ſancto tundere poſte caput.

Etiam matronæ in placandis diis ſuis crinibus ſolum templi ſtratæ verrebant. Liuius, *ſtratæ paßim matres crinibus templa verrentes veniam irarum cœleſtium finemque peſti expoſcunt.* fere in eodem poëta legendum cenſuerim, *Rettulit è triniis omina certa puer.* non omnia vt paulo poſt à Mu reto optimè emendatum eſt. [Liui. lib. 3. ab vrb. cõdit.] [Tib. lib. 1. eleg. 3.] [Tibul. ibidem]

— aues dant omina dira. [Tibul. lib. 1. eleg. 3.]
Quidne piè dum ſacra colis, puréque lauari
Te memini, & puro ſecubuiſſe thoro? purè lauari eſt purificari, ſicque [Feſt. lib. 14. in litera P.]

Tibul. lib. I. eleg. 3. in ſacris loquebãtur. Feſtus *purè lautum*, aqua pura lauatum interpretatur.

— tamen eſt deterrita nunquam

Quin fleret, id eſt, impediri non potuit, non potuit retineri, nec cohiberi. quos enim vel impedire volumus, vel retundere, vel quibus quid diſſuadere, ijs etiam plerunque terrorem, & minas adhibemus, quo eos magis permoueamus.

Tibullus explicatus. Admittere aquam. Fila. Apex. Daps. Vittatæ, & ſtolatæ matronæ.

Caput 31.

Tibul. lib. I. eleg. 4. *Quamuis prætexens picta ferrugine cœlum*

Venturam admittat imbrifer arcus aquam. Hoc in verſu *admittat* multi eſſe putant, accipiat, hauriat: arcum enim veteres aquam bibere cenſebant quàm imbri poſtea nidentem redderet Maro,

Virg. I. Geor. *— & bibit ingens*

Vitru. libr. 9. cap. 4. *Arcus.* Vitruuius, *non minus aquæ vapores à fontibus ad nubes per arcus excitari*. Arcum enim demiſſis in terram cornibus aquam elicere in nubes opinione vulgi receptum erat. Plautus, *Ecce autem bibit arcus, pluet credo hercle hodie.* Propertius, *Ceruleus pluuias cur bibit arcus aquas?* Si quis tamen, *admittat*, ſignificet & portẽdat explicet, vt augurale verbum ſit, quæ Mureti ſentẽtia eſt eruditiſſimi viri, non modo non refragante me fecerit, verum etiam vehementer laudante & approbante. non deeſt qui *admittat*, incitet & pellat, explicet.

Plaut. Curcul. ſc. Flos veteri vini.

Proper. lib. 3. eleg. 5.

Tibul. lib. I. eleg. 5. *Ipſe ego velatus filo tunicíſque ſolutis*

Vota nouem Veneri nocte ſilente dedi. Sic in ſacris capite velato erant, at cinctum filo Flamines habebant, vt Varro refert: ex quo colligimus in votis ſuſcipiendis, & ſacris homines filo velatos fuiſſe. Fila autem hic libenter interpretor vittas & infulas. nam Plutarchus Flamines ab apicibus & pileis tanquam filamines dicit appellatos. Et Dionyſius, οὓς ἐπὶ τῆς φορήσεως τῶν πιλωτῶν τε καὶ στεμμάτων ἃ καὶ νῦν ἔτι φοροῦσι φιλάμινα καλοῦντες οὕτω προσαγορεύουσι. Quod de geſtatione apicum & infularum, quas nunc quoque ferunt filamina vocantes, ſic appellant. nam in apice lanam gerebãt, quam στέμμα, id eſt, velamentum, & filamentum vocabant. Virgilius, *Lanigeroſq́; apices.* Sed & cum apicem per æſtum ferre non poſſent, apices filo caput religabant, quod nefas eſſet, eos eſſe nudo capite: Feſtis tamen diebus filo depoſito pileum ſumebant. *Pro ſegete ſpicas, pro grege ferre dapem.* Daps res diuina erat, quæ fiebat hiberna ſemente & verna, ſed & pro grege vt hoc ex Tibulli loco apparet. Fiebat autem ea res diuina Ioui cognomento Dapali vt Cato ſcribit,

Var. lib. 4. de ling. latin.

Plut. in Numa Pompel.

Dionyſius.

Virg. 8. æn.

Tibul. lib. I. eleg. 5.

quam-

—quamuis non vitta ligatos Cato.ca.132. de re rust.

Impediat crines, nec stola longa pedes. Honestæ & ingenuæ matronæ vittatæ & stolatæ erant:non item libertinæ,vt hinc suspicer amicam Tibulli libertinam esse.Nam in libertinis non vindicabantur Veneris furta,ac ex eo ordine multæ meretrices erant.Horatius, Tibul. lib.1. eleg.6.

Tutior at quanto merx est in classe secunda, Horat. lib.1. saty.2.

Libertinarum. Meretricula apud Plautum, *Eunt*, inquit, *depressum quia sumus libertinæ.* At de matronis,quæ imam stolam instita prætextam habebant.Idem scribit, *Quarum subsuta talos tegat instita veste.* Ouidius de matronis ingenuis, Plaut. Cistellaria.sc. Tum ante hac amaui. Horat. lib.1. saty.2.

Este procul vittæ tenues insigne pudoris Ouid.1.de art. amand. & 2.

Quæque tegis medios instita longa pedes. Iterum, Tristium.

Luditur in nostris instita nulla iocis. Ouidius 2.de art.amand.

Et si quid peccare puter, ducorque capillis

Immerito proprias proripiorque vias, Tibul.lib. eleg.6.

Non ego te pulsare velim. Puto post secundum versum tantum distinguendum esse,non interpungendum absoluta sententia.Sensus autem erit,Si in capillum inuolabis, meque capillo trahes: & extra ædes trahens proripies in eam qua veni viam, nolim animum inducere vt te pulsem.

— è cœlo deripit ille deos. legendum puto potius, quàm diripit, vt valeat detrahit. Tibul.lib.1. eleg.10.

Mystica hostia. Mystica vitis. Porcis in expiationibus veteres vtebantur. Flauus & luteus color nuptijs sacratus. Prehendere auriculam. Sub imagine. Cyclopes. Tergemina mors. Ceraui. Arupinus ager. Cretei campi. Deus Natalis. Natalis dea.

Cap. 32.

Est in Elegijs Tibulli distichon,in quo nescio quid antiquæ religionis, vel superstionis potius latet. idque nisi è latebra eruatur nunquam versus intelligentur,quos primum adscribam, Tibul.lib.1. eleg.10.

At nobis ærata lares depellite tela

Hostiaque è plena mystica porcus hara.

Cur enim porcus,hostia mystica vocatur,non ferè in triuijs,qui tibi dicat, inueneris:itaque vt audax est ignorantia in ijs,quæ non assequitur immutãdis, *Rustica* adulteratũ est in omnibus codicibus:Sed nunc beneficio politiss. & eruditissimi viri Mureti perdiu à poëta peregrinata domũ reducta est genuina scriptura,velut è fuga retracta.Ego mysticã hostiã dici existimo,quòd olim in mysterijs Cereri Eleusinæ porci immolarẽtur.Varro de re Rustica. *cuius vestigia, quod initijs cereris porci immolantur.* Sic alio Cato.li.2.ca. 4.de re rust.

 loco

loco myſtica vitis à Tibullo dicitur. quòd cum Cerere Liber, & Libera initiis colerentur, & Thyrſi vitium pampinis implexi gerentur ab initiatis. Virgilius,

Virg.7. æn. *Pampineásque gerunt incinctæ pellibus haſtas.* Tibullus autem ſcribit,

Tibul. lib. 3. eleg.6. *Candide Liber ades, ſic ſit tibi myſtica vitis*

Sic hedera ſemper tempora vincta feras. Sed vt de porcis aliquid addam: his, in expiationibus veteres vti ſolebant. Varro, *Itaque apud Plautum in* Varr. de re ruſt. li.2. ca.4. *Menechmis, cum inſanum quem putat, vt pietur in oppido Epidamno, interrogat, Quanti hic ſunt porci ſacres?* Et apud Cicero lib. 2. de legibus, *porco fœ-* Cic. 2. de leg. *mina piaculum hæres patitur.* Immolabatur & Laribus, vt illud oſtendit

Horat. lib. 2. ſaty.3. — *immolet æquis*

Hic porcum Laribus. Sed & iiſdem ad næuorum depulſionem, vt hoc Tibul. lib.2. eleg.2. Tibulli loco, *Flauáque coniugio vincula portet amor.* inquit idem poëta, quòd luteus & flauus color eſſet nuptiis auſpicatus & conſecratus. Sic ante luteum ſocium in nuptiis fuiſſe diximus: ſed & flammeum huius colo- Tibul. lib.2. eleg 6. ris fuiſſe nemo ignorat. *Oſcula,* inquit, *compreſſis auribus eripiet.* Solebant ſic veteres oſculari, vt prehenſis eius, quem chariſſimum habebant, auri- Plau. Aſinaria ſc. Cur me retentas. bus oſcula libarent. Plautus, *Prehende auriculas compara labella cum labellis.*

Hæc tibi vir quondam, nunc frater caſta Neæra.

Tibul. lib.3. eleg.1. *Mittit, & accipias munera parua, rogat.* his ego verſibus putem Tibullum placare velle amicam & reconciliare alienatam, cuiuſque conſuetudine ob diſſidium aliquod & iurgium aliquandiu caruerat: ac dum ea potiebatur, amoribusque perfruebatur, vir eius videri volebat, atque ita audire cupiebat, honeſtate vitium tegente: nunc ſe eius fratrem appellat, quod ea ab ipſo æquè intacta ſit ac ſoror, cum tandiu ſecubum, vel potius ſe eius ſperaſſe coniugium dicit: qua ſpe deiectus, illam ſororis loco tamen ſit perpetuo habiturus. quod ex eo apparet, quod addit,

Tibul. lib.3. eleg.1. *Siue ſibi coniux, ſiue futura ſoror.* lego autem infra.

Tibul. lib.3. eleg.4. *At natum in curas hominum genus, omina noctis*

Farre pio placant, & ſaliente ſale. non vt obtinuit *omnia noctis*

Tib. lib.4. ad Meſſal. *Nec quæris quid qua iudex ſub imagine dicat.* Hoc è Romanorum conſuetudine, apud quos præſertim in funus producebantur imagines totius gentis, cum quis ſepeliebatur, Et pro roſtris non ille tantum laudabatur, verum etiam fortia & præclara facinora maiorum commemorabantur. Qui igitur de te iudicat, non quæris, vt tibi laudes à maiorum imaginibus repetat, cum tuis potius nitaris quàm maiorum virtute floreas.

Tibull. ibid. *Ceſſit & Ætnææ Neptunius incola rupis.* Cum perſtringat Odyſſeæ argumenta Tibullus exiſtimare videtur Cyclopes Siciliæ incolas fuiſſe: quæ & Thucydidis & aliorum ſententia eſt. Homero in ora Italię Cyclo-

pes

pes vſpiam fuere,nec Siciliam tenuere,vt ante docui. *Illum tergeminæ nã- tem confinia mortis*. Tergemina mors, eſt certiſſima & exploratiſſima, & tanquam triplex,non vna,proinde maxima. vt Tib.eod.loco.

—tergeninum mugiat ore ſophos,id eſt, maximum clamabit ſophos. Martial. lib. 5.epigrã.53.

Qualiter aduerſos hoſti defigere neruos.non me fallit hunc verſum de machinis,quę neruorũ tormentis intendebantur,intelligi poſſe.Sed cum defigere dicit, quod machinæ non perinde conuenire videatur, piaculum fortaſſe non commiſerit,qui *ceruos* ligerit, vt ducat eam rationem tenere obiaculandorum ceruorum: nam ceruos in caſtris *à ſimilitudine cornuum cerui* appellatos Varro refert: Tib.lib. 4.ad Meſſal. Var.lib. 4. de ling.latin.

Teſtis Arupinus & pauper natus in armis. Arupinos populos Pannoniæ refert Strabo. Cuius ager infecundus frumenti ægrè Zeam & milium gignat,vt hinc facile ſit exiſtimatu, cur à Tibullo pauper appelletur, & tamen in ea paupertate populus ille quieſcere non poterat: ſed bella laceſſebat,quanquam pauper.hic potius dicitur teſtis quamuis non locuples. Tib. lib. 4.ad Meſſal. Strabo. lib.7. geograp.

Cretæis ardens aut vnda Cayſtria campis.hanc ſcripturam prætulerim alteri. *vnda Caryſtia*.intelligi enim à poëta ſuſpicor regionem in Epheſio agro, quæ κατακεκαυμένη vocabatur,quæ tota arboribus,præterquam vite, nuda erat.Cæteri porro campi à terræ genere,quæ Creta dicitur,ſunt appellati,vt ſuſpicor. Tib.lib. 4.ad Meſſal.

Vltima vicinus Phœbo tenet arua Padæus.puto *Sabæus* eſſe legendum. Tibul. ibidem

At tu natalis quoniam deus omnia ſentit.Natalis deus in viris Genius eſt, quẽ hoc verſu intelligit:in mulieribus Dea Natalis eſt Iuno.Ex eo etiã cuiuſq; Iuno Natalis appellatur. Tib.*Natalis Iuno ſanctos cape Thuris aceruos.* Tibul.libr. 4. eleg. 6. Tibul. lib. 4. eleg. 5.

Gellius explicatus & emendatus.In re præſenti.Vindiciæ.Manum conſerere. Iuris ſignificatio.Lex talionis.Paciſci longinquas res.

Caput 33.

MORETVM quoddam hoc erit,& intrita è Gellio,ſi non grata delicatorum palato,at famelicorum ſtomacho.*In iure præſenti*, eſt prætore præſente.*In re*,melius ſi modo vacat locus mendo. quibuſdam enim.*In re præſenti* potius legendum videtur hunc in modum. *Nam de qua re diſceptabatur in re præſenti ſiue ager ſiue quid aliud eſt,cum aduerſarius ſimul manum prenderet in ea re omnibus verbis vindicabat, id eſt, vindiciæ correptione manus in re atque loco præſenti apud Prætorem ex xij.Tabul.fiebant*. Illi igitur *in re præſenti* legunt:ſed *in iure præſenti* quo ſenſu dixi quidni defendi poteſt? præſertim cum adſtipulationem legis xij.Tabul.proferre liceat?*Si qui in iure manum conſerunt*.quod eſt,vt opinor, præſente prætore vel apud prætorem. Vidi & qui pro *paciſci vindiciarum dicendarum cauſa longinquas res graua-* Gel.lib.20. cap.9. Gel.lib.20. cap.9. Gel.ibidem.

T 4 ban-

Gel. eod. loco. *bantur: proficisci longinquas ad res*, legeret. Sed pacisci longinquas res, erit pacta vindiciarum longinqua in præsentia contrahere, & obire. Dico autem *non ex iure apud Prætorem* esse, non qui lege xii. Tabul. non enim iam præsente Prætore vindiciæ fiebant, vt xij. Tabul. sanxerant. vnde sequitur. *Sed ex iure manu consertum vocarent:* Sed iure prætorisque Tribunali manu consertum se vocarent in rem, de qua lis erat. Itaque iuris nomen, in eo, modo xij. Tabul. modo prætoris auditorium significat. Cum autem *Gel. ibidem.* scribit *vindiciarum dicendarum causa*, nimirum vindiciæ significant illa verba solemnia, quibus in re præsenti vindicabant. In lege autem xij. Tabul. *Gel. lib. 20. cap. 1.* apud eundem Gellium, editiones, quod lex vult, non loquuntur. quæquidem sic nobis verba repræsentant *Si membrum rupit meum è pacto talio esto.* ego sensum expiscatus lego. *Si membrum rupit ni pagit, talio esto.* nam eam fuisse sententiam legis sic interpretatur Gellius: qui membrum alteri rupisset, & pacisci tamen de talione redimenda nollet. *ni pagunt* etiam numero multitudinis si legeretur, eadem sententia efficeretur.

Lucretius emendatus & explicatus lib. 3. Limare. Oblimare. Horror. Ventus. Ventosi. Momen. Flutare. Flutæ marenæ. Flos Bacchi, vini, Liberi. Cassum à careo. Malefactum animo. Animo malè est. Fungi mutua.

Caput 34.

E Lucretij tertio quædam obseruata in has tabulas contuli, quæ vt opinor, non erunt studiosis ingrata aut infrugifera. Limare pro delibare vsurpauit.

Lucret. lib. 3. *Floriferis vt apes in saltibus omnia limant.* Sic postliminij iure in sua redit vox quæ exulabat, & in cuius vicem *libant* substitutum fuerat. Sic

Horat. lib. 1. saty. 2. *Rem patris oblimare malum est*, dixit Horatius pro deterrere. Horrorem autem pro reuerentia positum ab eo constat hoc versu,

Lucret. lib. 3. *His vbi me rebus quædam diuina voluptas.*

Percipit, atque horror. Ventus est etiam vanitas quædam in eo. Vnde & *Lucret. ibidē.* ventosi dicuntur vani & inanes. *Aut etiā*, inquit, *venti si fert ita forte volūtas.*

Iactari causa. Etiam in eo momen, est impulsio.

Lucret. ibidē. *Paret, & ad numen mentis momenq; mouetur*, id est, vt sentio cum mens impellit & ciet. & *Momine vti paruo posint impulsa moueri*, id est, impulsione. Flutare idem pro fluitare posuit: vnde & Flutæ murenæ, quia solis vapore calefactæ in summo fluitant æquore, nec cute siccata mergi possunt. *Lucret. ibidē.* *— & tantillo*, inquit, *momine flutat.* At vero inauditum & inusitatum genus est dicendi, antiquum tamē, cuius duo proferam exempla.

Lucret. lib. 3. *— quanque loco se*

Contineat paruo, se posit conglomerari. Sic vulgo edunt adulterantes antiqui-

tiquitatem & lib. 1. *Quippe & enim quàm multa tibi me fingere poßim.* vetuſtatem autem interpollantes *iam fingere poſſunt,*edunt.Ego vero notare malui iſtas,vt ſingulares,& propè prodigioſas dicendi formas, quàm locomouere : cum ſciam Archaiſmi conſuetudine illum accuſatiuum expreſſum fuiſſe.vbi poſtea tacitum eſt.Vt apud Salluſtium,*Omnes homines, qui ſeſe ſtudent præſtare cæteris animantibus,*id eſt,qui prȩſtare ſtudent.*Quod genus eſt,*inquit,*Bacchi cum flos euanuit.*Flos bacchi hic,odor eſt,& fragrãtia vini,vt apud Plautum.

*Flos veteris vini naribus obiectus eſt meis.*Eſt & flos vini ἀνθοσμίας οἶνος. Vt,*Florem anclabant liberi è Carcheſijs,*& apud Plautum.

*Quippe vbi linguam percuſſi flore liberi,*id eſt, optimo vino, nam & tale eſt iucundiſſimi odoris. Flos etiam vini interdum dicitur, cum vinum in ſummo tenuem quandam habet ſpumam. Plinius, *Flos vini candidus probatur:rubens,triſte ſignum eſt,ſi non is vini colos ſit.*Iterum, *Quòd celeriter florere ceperit,odoremq́ue trahere,non fore diutinum.* Caſſus vt ſuſpicor à careo deducitur. Vt enim à cœno,cenaui & cænatus: ſit à careo, carui & caſſus. Sic Lucret. *Caſſum anima corpus durare, & ſenſibus vti.* dixit. Quod & Priſcianus non improbat, qui caritum & caſſum à careo deduci dicit. Virgilius —*nunc caſſum lumine lugent.* & apud Plautum, *Dote caſſam*, id eſt, carentem.Malefactum animo dicebant, cum deficiebat & linquebatur. *Quod genus*, inquit, *eſt animo malefactum cum perhibetur.* Animo quoque malè eſſe dicebant. Plautus, *Animo male eſt.* Mutua autem fungi eſt mutuo pati & ſentire.

Conſentire putare & fungi mutua poſſe. Sed mutua vtrum aduerbium eſt, vt alio loco,*mutua viuunt,* an accuſandi caſus, vt *& contagia fungitur eius,* id eſt, patitur & ſentit? Vtrunque equidem probabile putem. At vero Summa ſummarum eſt cum multæ ſummæ in aſſem rediguntur. vt apud Plautum. *Quam penes amantum ſumma ſummarum redit.* in Lucretio eſt ipſum vniuerſum,in quo infiniti ſunt mundi,*Sicut ſummarũ ſumma eſt æterna.*

Lucret.lib. 1. / Sall. in Catil. bello. / Lucret. lib. 3. / Plau. Curculione ſc. Flos veteris / Apud Feſt.lib. 1. in litera a. / Plaut. Ciſtellaria.ſc. Id mihi mag. / Plin.lib. 14. cap.21. / Plin. ibidem. / Lucret. lib. 3. / Priſc.lib.9.ad finem. / Virg.2.æn. / Plau. Aulularia ſc. Præſagibat mihi animus. / Lucret.lib. 3. / Plau. Curcul. ſc. Dato viam mihi. / Lucret.lib. 3. / Lucret.lib. 4. / Lucret.lib. 3. / Plau. Truculẽto ſc. Non omnis æſtas.

Numina dextra,& læua. Hercule dextro,& amico. Caſtore dextro. Trilices. Hannibal cur rex dicitur.

Lucret.lib. 3. & lib. 5.

Caput 35.

DEXTRA cum erant numina, fauere credebantur:cum læua, non fauere,hinc illud.

—quid tam dextro Ioue concipis vt non
Conatus te pœniteat,factiq́; peracti?

atq; in eo quidẽ numine, quod prępotẽs eſt:idẽ & in alijs faciebãt,vt dextro Hercule,&amico Hercule vt Perſ.

Sub raſtro crepet argenti mihi ſeria dextro

Iuuen.ſat.10. / Perſ.ſaty.2.

Hercu-

Horat. lib. 2. saty. 6. *Hercule*. Horatius.

— qui mercenarius agrum
Illum ipsum mercatus arauit diues amico

Hercule. Hic Hercules inuocatur, quod propter ærumnas, & labores, quos feliciter exanclauit & perfunctus est, in agro arando, & incipiendis omnibus conatibus, eius inuocatio fœlicis auspicij videtur. Dextro etiam Castore fieri dicitur, propitio & fauente Castore. Sed & in equitando, cum optimus eques fuerit Castor. Papinius,

Statius lib. 4. siluarum. *Signa frænatæ moderatus alæ*
Castore dextro. Ex contrario igitur etiam intelligi possunt numina apud

Vir. 4. Geor. Maronem læua, etsi aliter explicari etiam animaduerto cum scribit,

— si quem
Numina læua sinant, auditque vocatus Apollo. Sic etiam *Dextra sternuit*

Catul. epi. 42. *approbatione* in Catullo legimus, vt auspicij & ominis formati. Trilices loricæ videntur ex eo appellatæ, quod cum essent hamis vel squamis ferreis consertæ, præterea tribus erant licijs ornatæ per eas currentibus. Apparet id ita esse è Marone sic scribente,

Virg. 5. æn. *Loricam hinc hamis consertam auroque trilicem*. Iterum,

Virg. 7. æn. *— clypeumque auroque trilicem*
Loricam induitur. Scribit Papinius de Hannibale,

Stat. 4. Silua. *Mox Nasamoniaco decus admirabile regi*, Quodquidem prima specie permirum esse videtur, Hannibalem regem appellari, qui Reipubl. liberæ dux fuit in bellis gerendis. Sed & à Silio sæpius etiam eodem insignitur titulo, nec iniuria. nam Carthaginenses reges habebant ferè Spartanis regibus similes. Auctoritatem qui antiquitatis postulat, is Aristote-

Arist. 2. Polit. lem in Repub. Carthaginiensium lib. 2. politicῶn legat. Cum equites in equis sedentes sublimes sint & alti, ideo ordinis equestris hominib. Celsi attributionem poëtæ adponunt, vna quoque eorum magnitudinem ordinis & dignitatem significantes. Horatius,

Horat. in art. poet. *Celsi præterunt austera poëmata Rhamnes*. Papinius,
Non labente Numa timuit sic curia fœlix.

Stat. 1. Siluar. Mart. lib. 28. *Pompeio nec celsus eques*. Et Ammianus Marcellinus, *Iudicibus celsis, itidemque minoribus*. cum dixit maiores & minores, vt vel lippo notum est, intellexit. Hæc meridiationem fallens somno, tamen languidus & dormitans scribebam: quæ vereor ne etiam à dormiente & stertente quis temerè scripta iocetur: vt lasciui homines sunt & petulantes: & profecto quæ scripsimus talia sunt, vt ioco materiam præbere possint.

Ciccero pro Rosc. Comædo explicatus & emendatus. Iurare in litem. Aduersaria. Memoriæ tradere vetustatem literarum. Conijcere. Certa pecunia. Certi & incerti petitio. Legitima pars. Sacramentum. Festus explicatus. Ad libellam debere. Adnumerare. Expensum ferre. Versari in nummis. Adigere arbitrum. In iudicium denunciare. Cognitor. Notor. Restipulari. Repromittere. Ferre iudicem. Deorum deprecatio.

Cap. 36.

ORATIO Ciceronis pro Roscio Comædo ita malè accepta est, temporis iniuria, vt præterquam quod vtrinque mutila & curta est, exordio fineque spoliata: etiam in illis reliquijs & tãquam naufragij tabulis, multis locis corrupta sit atque vitiata. Inter legendum nuper in ea hæc notaui, quæ huic chartæ, qualiacunque sint, illinenda duxi: cur enim mea, quæ nullius præcij sunt, venditem, aut hominibus fucum faciam? Lego igitur, *Paulo ante M. Perpennæ, & P. Saturij tabulas poscebamus: nunc tuas C. Fanni Cherea solius flagitamus.* Perpenna vnus erat è iudicibus: Saturius, patronus Fannij Fannius autem Græcus erat, sed donatus fuerat ciuitate, aut libertinus. Vtriq; enim patronorũ nomina ferebant, & ijs suũ addebant. Iste igitur ante Cherea vocabatur: postea de Fannij patroni nomine C. Fannius Cherea. Quam tãdem pecuniam vocat extraordinariam? nempe quę neque de quæstu, neque de reditu, neque de bonis redacta est: sed extra ordinem de morte Panurgi euenerat, ex societate debebatur. Dicit *iurare in litem.* nam & in iudicio societatis ob dolum in litem iuratur, vt iurisconsulti scribunt, & in omnibus adeo iudiciis bonæ fidei. Aduersaria autẽ codices sunt tumultuarii, qui nos aduertunt: & memoriæ causa fiunt: postea tamen eadem illa, quæ in eis perscripsimus, in ordine redigimus & in tabulas referimus. *Perscriptionum & lituratum,* probo: testificor tamen, quid enim vetat me *præscriptionum & literarum,* reperisse in veteri libro? *memoriæ tradere literarum vetustatem,* interpretor esse non menstruam scripturã, vt in aduersariis: sed diuturnã, & quæ inueteret, quæq; æterna sit, memoriæ mandere, & in tabulas perscribere, atque locus iste subleuat auctoritatem ueteris libri, in quo *perscriptionum & literatum* scribitur, cum hic vetustas literarum diserte perscribatur. Lego, *id apud iudices graue & sanctum esse ducetur?* vbi sanctum infirmo opposuit. Addit, *hęc sunt deiecta.* vbi legendum esse censeam, *illa sunt disiecta.* id est, nulla ordine confecta. Budæus legit *coniecta.* nam coniicere, est multa eodem conferre & congerere. vnde coniectamenta dicta Scribe, *tamen in codicem accepti & expensi referri debuit.* nihil moror mendosam scripturam, quam ne versus crescant, sæpe de industria prætermitto, cum sic quoque nimis numerosa longaq; ponatur oratio. *Pecunia tibi debebatur certa.* cum inquit Cicero, significat cer-

Cic. pro Rosc. Comædo.
Cic. ibidem.
Cic. ibidem.
Cic. ibidem.
Cic. ibidem.
Cice. ibidem.
Cic. ibidem.
Cic. ibidem.

certum pecuniæ ſummam:id enim certa pecunia declarat. Vnde iuriſconſultis eſt certi petitio & incerti. *Sponſionem* dicit eſſe *factam legitimæ partis*. Legitima pars, decima litis apud Græcos erat in cauſis priuatis: in publicis, quinta: Tertia apud Latinos: quãquam interdum ſine legitima parte ſponſio fiebat. In legitimis cauſis ſacramento contendebatur: In prętoriis, interdictis: plerunque ſponſione. Sacramentum autem ſic explicatur à Feſto, vt prætermittam Varronis locum ab aliis recitatum: & quæ apud Feſtum conturbata ſunt, digeram. *Sacramentum æs ſignificat, quod pœnæ nomine penditur, ſiue eo quod quis interrogatur, ſiue contenditur. Id in aliis rebus quinquaginta aßium eſt, in aliis quingentorum, inter eos, qui iudicio inter ſe contenderent. qua de re lege L. Papirij Tribu. Pleb. ſancitum eſt his verbis. Quicunq; prætor poſt hoc factus erit, qui inter ciues ius dicet, Treſuiros capitales rogato. iiq; tresviri quicũq; erũt, exigunto ſacramẽta, exiudicantoq;, eodẽ iure ſunto, vt quos ex legibus plebiſq; ſcitis exigere iudicareq; oportet. Sacramenti autem nomine, id æs dici cœptum, quod & propter ærarij inopiam, & ſacrorum publicorum multitudinem conſumebatur, id in rebus diuinis*. Vtcunque potui hanc è fragmentis laceris & diſiectis Pompeii ſcripturam erui: quam germanam eſſe prętare non auſim. Cum autem in libro de oratore ſcribit, *Quibuſcum tibi iuſto ſacramento contendere non liceret*. Nomine ſacramenti iudicium, & diſceptationem non intelligit, vt à primariis viris exponi intelligo: ſed magnæ pecuniæ periculo, quæ deponi ſolebat, magnaq; ſponſione non auſurum eum litigare. nobis enim non licere ſimulamus, quod agere nõ audemus. in ſacramento, victi pecunia publica fiebat: in ſponſione, præter petitionem illius pecuniæ ſponſæ, victus aduerſario damnabatur, commodoque victoris cedebat. *Ad libellam deberi*, eſt ad libellam vſque & ad ternucium. vt apud Ciceronem *Sumptum reddere ad aſſem*, legimus. quod eſt ad aſſem vſque. Libella nummus argenteus erat, decima denarii pars. *Quantum melius æquius ſit dari*. verba ſunt formulæ petitoriæ in arbitris, vt ſi forte quis plus petere videretur, arbiter ſtatueret, quantum melius & æquius eſſet dari, ſi iniquum peti putaret. Cic. in Topicis *Imprimiſque in arbitrio rei vxoriæ, in quo eſt quid æquius melius parati eſſe debent*. Scribe, *Romæ eſt, vtinam adeſſet in iudicio*. Rectè quibuſdam in libris pro *adulteraſſe*, emẽdatum eſt, *adnumeraſſe*. Aliud autem eſt, adnumerare, aliud expenſum ferre. Adnumerat enim, qui ipſe ſuam pecuniam numerat: Expẽſum fert, qui delegat, qui numeret, vt argentarium, aut alium: & in ſuas tabulas refert ſe eam pecuniam ab argentario alicui curaſſe. *Qui*, inquit, *idcirco capite & ſupercilijs ſemper eſt raſis, ne vllum pilum boni viri habere dicatur*. Cherea, in quem ipſa iacit, artificio Comœdus erat, & propter perſonas, quas agebat, ſic raſus erat. perſonarum autem illarum vitia & caliditatem oratoris ei

Feſt. lib. 17. in litera ſ.

Cic. 1. de Ora.

Cic. pro Roſc. Comœdo.

Cic.

Cic. pro Roſc. Com.

Cic. in Topic.

Cic. pro Roſc. Comœdo.

Cic ibidem.

ris ei obijcit. Cur cum easdem personas tractaret Roscius, non tamen capite raso erat? quia agere nisi personatus non solebat, propter deprauationem oculorum: strabus enim erat. Quædam autem personę in scenam raso capite inducebãtur & caluę, vt Lenones. Erãt enim ἀναφαλαντίαι, ἢ φαλακροί· vt ait Pollux. Talis inducebatur in scenam Ballio, vt Lycus Plautinus Leno, *quo*, dicitur à Comico non fuisse *lutum lutulentius*. pro, *nihil videtur*, melius in libris notæ melioris, *non mihi videtur.* Mox autem *castum*, religiosum & integrum fidemque colentem intelligit. *Auidum*, auarum. Scribe, *& Fannium quicquam per bonitatem amisisse.* Scribe rursum, *certè tanti non fuissent.* & mox, *tanti fuerint. versabatur autem, in suis nummis*, qui non erat in ære alieno, qui non debebat. *Dionysia* est illa saltatricula, cuius nomine vt gesticulator & histrio à Torquato incessitur asperè Hortensius. *Propria* vocat sua & certa, non dubia, non controuersa. *in causa*, quæ controuersa, quæ litigiosa, quæ dubia. Lego, *etsi hos quæstus recipere posses.* *Arbitrum pro socio adegeris*, lego in incorruptis codicibus. nam etsi formula & iudicium, arbitrium pro socio dicebatur: tamen vsitatius est, arbitrũ adigere, quàm arbitrium. Cicero in Topicis, *Aquæ pluuiæ arcendæ adigere non possis.* Quid autem obsecro est, adigere arbitrum? nempe arbitrum dare cogere. Festus, *Adigas*, inquit, *dare cogas.* veruntamen *Arbitrium* immutare vix audeo: & quamquam illud alterum mirificè placet: hoc tamen quod receptum est, non displicet. vt enim dare cogimus arbitrum: ita dare cogimus arbitrium pro secio, id est, cogimus illam formulam, & ex ea formula disceptationem & disceptatorem, nullum est arbitrium iudicis, sed iudicium, cuius sæuerissima & angustissima includitur formula. vt nihil ei, vt arbitro liberum sit. In bonis libris, *magnitudinem criminis* lego, &, *propriũ erat iudicium*, sine particula inficiante: &, *aut iacere noli, non tacere. In ditionem num tabulas habet.* hic profectò labes quædam facta est, & necesse fere est aliquantum verborum vetustate inteciderit. quidam ingenio potius suo, quàm librorum fide fecit, *pactionem num tabulas habet.* reponunt *in ditionem num tabulas habet*, id est, num in potestate tabulas habet: sic vtcunq; sensus contexetur. *In ditionem* autem, vt *in potestatem*, pro lege Manilia dixit, cur hic non diceret, quid causæ adferri potest? *Satisfecisti*, valet te ei purgasti, quòd tam temerè fecisses Ideo autem satisfecisti vt in iudicium denunciaret, id est, vt Roscius denunciaret iudicibus te ipsi satisfecisse, nullamque amplius litem: sed nec te adfuturum, nec vadimonium obiturum dixisti: nihil tibi deberi clamasti, quòd iudici denunciauit Roscius, itaque absolutus est. *Idcirco videlicet ne condemnaretur.* sine interrogatione. censeo legendum. &, *Panurgus inquit fuit Fannij. In hanc rem*, inquit, *me cognitorem dedisti.* Cognitor hic est, quem procuratorem vocamus. At inter-

Pollux. — *Plau. Pœnulo sc. Sæpe ego res multas.* — *Cic. pro Rosc. Com.* — *Cic. ibidem.* — *Cic. ibidem.* — *Cic. in Topic.* — *Fest. lib. 1. in litera A.* — *Cic. pro Rosc. Comœdo.* — *Cic. ibidem.* — *Cice. ibidem.* — *Cic. ibidem.* — *Cic. ibidem.*

dum etiam cognitor eſt,qui quem cognoſcit. vt homines Romani, qui in prouincia erant: Si magiſtratus ciues Romanos eſſe neſciret, illi tamen iura ciuitatis Romanæ implorarent, vt crucem, ſecurim, virgas depellerent,cognitores dabant,id eſt,homines producebant,qui ſe eos noſſe dicerent,& ciues Romanos eſſe pro teſtimonio dicerent. Cic.in Verr. *Adeunt ad ea loca,quæ nunquam antea viderunt: vbi neque noti eſſe ijs,quo venerunt, neque ſemper cum cognitoribus eſſe poſſunt*. Notorem vocat Seneca in ἀπολοκυνθώσει. *Ego*, inquit, *te fortiſſime deorum Hercules ſperaui mihi adfuturum apud alios,etſi quis à me notorem petiſſet,te ſui nominaturus*, *qui me optimè noſti. Iudicio damni iniuria*, cum dicit, vſurpat verba formulę,in quibus ſubaudiendum eſt,dati. Sic notatæ ſunt interpunctiones quibuſdam in libris. *Pro me,potui,multorum exemplo: licitum eſt,iure fecerunt multi*. cenſeam excudendum,*ſi ſit hoc verum. Lites*,inquit,*ſocietatis non ſuas redemit*. id eſt, etiam ſanctione & deciſione cum Flauio de ſocietatibus tranſegit, ſocietatemque litigandi moleſtia liberauit,cum de tota re deciderit atque iſta obiectio eſt,cui continuo hanc contradictionem opponit. *Quid ita? ſatis non dedit,amplius à ſe neminem petiturum?* Quid ita,valet,cur. vt mox, *Quid ita* Flauio? Cæterum vel *eſſe* legendum eſt: vel *à ſe* dixit,pro ab ipſo. Flauius enim intelligitur. Id autem nec infrequens ita nec inſolitum Ciceroni. Qui quid cuipiam ſoluebant, cuius nomine pluribus obligatus erat: aut, qui curatori dabant, hanc cautionem interponebant: neminem à ſe cuius petitio ſit amplius petiturum. Cice. in Bruto. *At vero inquam,tibi ego Brute non ſoluam niſi prius à te cauero,amplius eo nomine neminem, cuius petitio ſit, petiturum*. Reſtipulari dicit, quia quemadmodum deciſionis cauſa, Roſcius pecuniam à Flauio ſtipulatus erat: ita Flauius reſtipulari, id eſt, viciſſim ſtipulationem obligare Roſcium debuit, neminem amplius petiturum. Vt autem ſtipulationi promiſſio reſpondet: ita reſtipulationi repromiſſio. proinde ſcribit Cicero, *Repromittis tu abhinc triẽnium Roſcio? quid? recita iſtam ſtipululationem clarius*. nam cum egiſſet cum Roſcio vt procurator eſſet, quòd vice ſtipulationis erat, & cum Flauio experiretur, Roſcius ab eo hac viciſſim re ſibi cauit, ac reſtipulatus. Reſtipulatio tamen etiam ſtipulatio appellari ſolet. Emendatè & emaculatè legetur paulo poſt, *Repromiſiſſe Fannium* R*oſcio*. & *non quod in ſe fuit iudicauit*. Cum dixit, *addictus erat tibi*, ad eos reſpexit, qui pecuniæ iudicati à prætore creditoribus addicebantur. perinde eſt igitur ac ſi dixiſſet, Tibine condemnatus erat pecuniæ? In incorruptis libris lego, *Nunquid cauſæ eſt quin ab iudicio abeas turpiſſimè eiectus?* quanquam quæ his in ſedibus collocata verba ſunt, à me non excitantur, neque loco mouentur. Lego in quibuſdam libris, *Quid? expectas quod mox ego Luſcium*. Ferre autem iudicem eſt, vt alio lo-

Cic. 7. in Ver.
Sene. de morte Claud.
Cic. pro Roſc. Comœdo.
Cice. ibidem.
Cic. ibidem.
Cice. de claris oratorib. ſen. in Bruto.
Cic. pro Roſc. Com.
Cic. ibidem.
Cic. ibidem.
Cic. ibidem.

lio loco explicaui, iudicem offerre. Quæ eſt deorum deprecatio in iureiurando? cum ſcilicet eos optamus nobis propitios & beneuolos ſi verum dicemus. Lego continuo, *præterea quæ pœna ab dijs immortalibus.* Cic.ibidem. Quamnam tandem pactionem verborum dicit? nempe iuriſiurandi conceptionem & formulam, qua exitium ſibi precantur, ſi peierarint, nam in iuriſiurandi formula deprecatio & execratio inerat. bona enim à dijs præcabantur ſi caſtè ſanctéque iurarent: ſin ſecus ſuo capiti ab ijs exitia & dira exempla imprecabantur. *In iudicium haberet*, dixit pro in iudicio, vt pro Quintio. Cic.pro Quin. *Res cœpit eſſe in vadimonium. Si vniuersè particeps* Cic. pro Roſc. Com. *eſſet*. vt in antiquiſſimo libro ſine nomine *prædæ*, reperi. quod teſtatum relinquere volui. Sed hæc nimium multa nimiſque minuta perſequor. & medium tenere ſatius eſt, quàm odio eſſe alteri longitudine.

ADRIANI TVRNEBI ADVERSARIORVM LIBER TRIGESIMVS.

Dictio. Apollo. λοξίας. *Cuditur faba.*

Cap. I.

QVOD dicere institui, leue illud quidem est: à me tamen facile impetrauit, vt huic paginæ insereretur: præsertim cum hæc opera non admodum seria sit; sed penè ludrica. Obseruaui apud scriptores veteres Dictionem non tantum locutionem esse, quàm Græci φράσιν vocant: sed interdum oraculum. ex eo credo, quod oracula à Græcis interdum λόγια dicuntur. Vt in iudicijs cum de facto quæstio est, tabulis & testibus confirmamus sic nos quoque in hac tanquam causa iampriedem sepultos testes ab inferis excitabimus. Pacunius, Peribæa. *Flexa non falsa autumare dictio Delphis solet.* ait enim oracula Delphica tartuosa & obliqua esse, vt ex eo Apollo λοξίας vocari soleat, ad cuius hoc cognomentum respexit: non tamen esse vnquam falsa. Actius, in armorum iudicio *Apertè fatur dictio, si intelligas. Tali dari arma, qualis, qui gessit, fuit.* Differit Aiax oraculum præcipere, tali homini arma Achillis dari, qualis Achiles fuit: vt Aiaci scilicet potius, quàm Vlyssi dari debeant. Liuius, *Accito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat, caueret Acherusiam aquam, Pandosiamque vrbem: ibi fatis eius terminum dari.* Sed ne nimium breui conclusum hoc caput esse videatur, serpentes auibus geminabo, vt hoc munus solet varietate gaudere. Cum in frumenta veteres se terere dicerent, in faba tamen cudere dictitabant. Plinius, *Faba metitur, deinde cuditur.* hæc lectio in Plinio ex vetutissimo libro postliminio restituitur, cuius in locum, suppositum est & adulteratum *concutitur.* Hinc illius Terentiani dicti elegantia elucescit, alioqui obscura. *Atenim isthæc in me cudetur faba.* Duo ista quãquam disparia consociaui, cum in hac opella omnia amicè conciliari soleant atque coniurare.

Apud Non. in Autumare.

Accius lib. 2. ad Herenn.

T. Liuius 8. ab vrb. condit.

Plin. lib. 18. cap. 27.

Teren. Eunu. act. 2. sc. 3.

Horat. explicatus in Epodis od. 17. *Cap. 2.*

Scribit in Epodis Flaccus.

Tuusque venter partumeius, & tuo Horat. Epod. od.17.
Cruore rubros obstetrix pannos lauit,
Vtcunque fortis exilis puerpera. hi versus spectatissimos, & clarissimos in omni liberali eruditione viros, miseros & exercitos habuerunt: nec tamen impedimenta omnia horum versuum expedierunt. Nihil illos moror, qui omnia adulterant, & *Pactumeius*, vt proprium nomen sit, improba suppositione subijciunt. Existimo autem Flaccum solito suo vti naso, aliudque sentire quàm loquatur. Obijcit enim veneficæ suppositionem puerorum figurata simulatione. Falso, inquit, suppositrix haberis: nam paris, & pannos tuos cruentatos puerperio lauat obstetrix. veruntamen, quia eam non dicit partum eniti, sed meiere, probroseque eius ventrem partumeium appellat, quasi tam facile pariat, vt sine nixu vllo meiere videatur potius, quàm parturire, vehementior subest suppositionis suspitio, quàm si illud crimen & apertè & rectè impegisset. sed & eam exauget suspitionem, quod cum eam dicat nullo modo debilitatam partu, meiere, quod primo aspectu miraculi cuiusdam & laudis esse videatur, acerrimè Samia perstringitur obliqua, perinde quasi non pepererit; quæ laborem & debilitatem nullam partûs sentiat: itaque *vtcunque* tria esse existimo vocabula hoc sensu: & vt cum es fortis puerpera, è lecto exilis: & puerpera æquè valens ac firma es, ac cum fortis ac sana.

Obsigillare. Sigillare oculos. Ventilare, verbum gladiatorum. Dare in antecessum. Centesimæ propinquæ. Seneca emendatus. Cap. 3.

QVOD mouemus opus, totum collectitium est. itaque huc corrogamus veteres obseruatiunculas, easque & diuersas, & è diuersis ad vnius capitis confectionem colligimus: & vt qui magnum æs alienum faciunt, à multis mutuum sumunt: sic versuram à plurimis plerumque facimus. hoc tamen caput, vt & nonnulla ex vno scriptore erit, sed interim tamen multos scriptores enucleabit. Seneca pereleganter & insigniter obsigillare in epistolis posuit pro occludere. quòd quædam occlusa etiã obsignabantur, vt reor. *Nunc enim*, inquit; *multa obsigillant, & aciem no-* Senec. lib. 21. *stram aut splendore nimio repercutiunt, aut obscurè retinent.* Sic in lege Mæuia, epist. 116. sigillare oculos, quod obsigillare valet & occludere. Varro. *Contrà lex Mæuia est in pietate ne filij patribus luci claro sigillent oculos.* Solebant autem Apud Non. in propinqui hoc officium suis morientibus præstare. Apud eundem Sene- Sugillare. cam verbum medius fidius honestissimum & speciosissimum gladiatorium tantum. ventilare enim gladiatores dicuntur, cum ante pugnam suos mouent gladios & lusorijs ictibus aërem ferientes proludunt certa- Senec. lib. 21. mini. *Quàm*, inquit, *stultum est cum signum pugnæ acceperis, ventilare.* Martia- epist. 118

[Suidas.] REPERIMVS in Suidæ coniectaneis Sibyllam quandam Tiburtinã, eamq; Albuneam vocatam. Id nonnullam fortasse lucem Virgilio adferet. [Virg. li. 7. æn.] qui Latinum dicit *lucos* consuluisse *sub alta Albunea*. nam & fontem vocatum & deam indigitatam fuisse de nomine illius Sibyllę verisimile est. Acherontem pro inferis à Latinis solitum sæpe vsurpare ante docuimus. [Lib. 5. aduer. cap. 6.] cuius rei fidem facit illud Maronis. — *atq; imis Acherontem affatur Auernis*. Vterque Oceanus, mare Eoum est & Occiduum.

[Vir. lib. 7. æn.] — *qua sol vtrunque recurrens*

[Virg. ibidem.] *Aspicit Oceanum*. Sic apud Horatium.

[Horat. lib. 2. od. 2.] — *vterque pœnus*

Seruiat vni. id est, Eous & Occiduus, qui Gaditanus est. *Adorea liba* [Virg. 7. æn.] mensæ loco Æneam, eiusque socios subiecisse epulis scribit poëta: [Virg. ibid.] mox etiam — *cereale solum* appellat, & patulas quadras. Erant autem [Dionysius.] mensæ paniciæ, quas Dionysius ἰτρία χαρποῦ πεποιημένα πυρίνυ, dixit: [Virg. 7. æn.] — (*sic Iuppiter ille monebat*) non sine causa dicit Maro. obseruaui enim *ille*, ei adiungere solitos esse vetustos scriptores, præpotens eius [Plau. Amph. sc. Qui me alter est audacior.] nomen significare volentes. Plautus Amphitrione. *Quod ille faciat Iupiter*. nisi si demonstrantis est: Idque dicebant manum in cœlum tollentes, & veluti illic Iouem ostendentes. *Nec plura alludens*, illic est, nec [Virg. 7. æn.] dixit plura ludens, quomodo etiam alludere à [Cic. l. de Ora.] Cicerone vsurpatum [Virg. 7. æn.] legimus. Quid est quod ait vocem patrem Ascanio eripuisse? nempe quod ei velut è faucibus eam vocem rapuerit, nec expectarit vt totam eloqueretur: sed eam ipse velut extraxerit: ita protinus se eam vocem agnoscere dixit & omen accipere. non multo post, vbi

[Vir. ibidem.] [Seru. in 7. æn.] *Accisis coget dapibus consumere mensas*, legimus: videtur Seruius *ancisis*, quod est, ambustis agnoscere, si quis eius interpretationem attentius & acrius perspiciat. Manus est persæpe opus hominum quod manu videlicet fit, vt,

[Virg. 7. æn.] *Prima locare manu, molirique aggere tecta*. Iterum secundo Georgic.

[Vir. 2. Georg.] *Tot congesta manu præruptis oppida saxis*.

[Virg. 7. æn.] *Tectum augustum ingens, centum sublime columnis*,

Vrbe fuit summa. Hic vrbem summam cum dicit ἀκρόπολιν interpretatur, quæ est arx. perspicuè enim voluit explicare vocabulum Græcũ duobus Latinis. [Virg. 7. æn.] Sed & cum — *sacris sedes epulis*, dixit: significauit quod in Romanis historijs non raro legimus, in templo epulum deorum dari solitum. [Virg. ibidem.] *Ipse Quirinali lituo*, dictum à poëta accipio, vt homines præstanti sapientia dicimus: quo significamus eum præstantem habere sapientiam. quo sanè modo etiam Quirinali lituo, est Quirinalem lituum habens. quanquam istud aliquanto insolentius minusque consuetum, sed à con-

consuetudine non solent raro recedere poëtæ, & hoc ipsum decus & ornamentum suo carmini quærere. Orbis Asiæ, & Orbis Europæ dicitur à Marone, vt à Marcellino, Orbis Eous, & Orbis occiduus pro imperio Orientali & Occidentali: & Orbis Romanus pro imperio Romano. Oceanum refusum interpretor Oceanum refluum & refluentem, quem ἄψορρον & ἀψόρροον Homerus appellat. *Virg. 7. æn.* *Marcellinus.*

Præferimus manibus vittas. ex consuetudine Græcorum dixit, idque ἱκετηρίαν appellabant. — *hinc Dardanus ortus.* *Virg. 7. æn.*

Huc repetit. quam in sententiam dictum est? nempe in quam dixit Cicero in Bruto. *Repetunt Mutia lege & Licinia.* & pro Archia poëta, *Chij suum vendicant, Salaminii repetunt.* Dardanus, inquit, ex hac terra ortus est, hanc in terram nos reuocat, qui ab eo oriundi sumus, & nos huic terræ repetit & vendicat. *Virg. ibid.* *Cic. in Bruto.* *Cic. pro Arch. poeta.*

Catillatio. Politio. Oblinere. Relinere ferias. Conspersio. Conspergere. Sal popularis. Salis flos. Laterculus. Myrta. Sub dio. Serenum.

Caput 6.

CATILLATIO graue probrum erat, quod ijs obijciebatur, qui prouincias diripuissent in magistratu. quod tanquam Prouincialium bona abligurissent: dictum à catillis, in quibus escæ apponuntur, atque interdum etiam opera dulciaria, quasi in catillis bona & fortunas eorū comessent. Cato in libro de re Rust. *Sauillum iubet poni in mensa cum catillo & ligulis.* Iam è Macrobio est notum Lupum Catillonem à Lucillio vocatum liguritorem, & *Catillones* vocatos fuisse, *qui ad polluctum Herculis vltimi cum venissent, catillos liguribant.* Apud eundem Catonem reperio Politionem esse, cum ager colendus alicui locatur pactione certæ partis frugum: vt sextæ, aut septimæ, aut nonæ. Sed operæprecium fuerit verba eius adscribere, quo res tota dilucidior fit. *Politionem*, inquit, *quo pacto dari oporteat? In agro Casinate & Venafro in loco bono parte octaua corbi diuidat: satis bono, septima: tertio loco, sexta: si granum medio diuidet, parti quintæ in venafro ager optimus, nonæ parti corbi diuidat.* Si ager inquit, bonus est, hac lege & conditione poliendus est, ager colono dandus: vt si demessæ fruges diuidantur inter politorem & dominum. Politor octauam partem habeat. nam in corbem corruebant spicas in messe. ita partitio frugum erit nondum tritarum: minorque pars erit Politoris, quàm si tritum & purgatum frumentum diuideretur, quod labor trituræ & ventilationis etiam mercedem mereatur. Itaque si granum modio diuidatur, quintam Politor feret Hordeum etiam quinta modio iubet Cato diuidi: & fabam quinta modio. Eodem autem modo illud iurisconsultorum accipi debet, *Aut agrum Politori* *Cato. de re rust. ca. 84.* *Macro. lib. 3. satur. ca. 16.* *Cat. cap. 136.* *L. cū ducbus §. Si in cœmi- da societate ff. pro socio.*

Cat.cap.113. *tori damus*. Apud eundem Catonem. Oblinere multis in locis significat Cato.ca.110. vasa obturare, vt *Sinito dies xv. aperta antequam oblinas*. Iterum, *Sinito bi-* Terent. Heautumtimno act.3.sc.1. *duum oblitum dolium*. Ex eo notum est *relinere serias*, apud Terentium significare, oblitas & obturatas resignare & aperire. Illud etiam Horatianum.

Horat. lib.3. od.8.
Corticem astrictum pice dimouebit
Amphoræ fumum bibere. &c. claram accipit lucem, prælucente velut Cato ca.120. Catone, cum ita scribit, *In amphoram mustum indito, & corticem oppicato*. Cortice enim oppicato oblinebant & operculabant dolia. Conspersio 1.ad Cor.cap.5. dicitur ab interprete Diui Pauli, id quod à pastu, pastam appellamus, propterea quod aqua soleamus farinam conspergere. idque Catoni est Con- Cato cap.89. spersa farina his verbis, *vel farina hordeacea conspersa turundas faciat*. Sed & conspergere eidem, est farinam aqua madefacere, vt subigatur: eius Cato cap.76. verba sunt. *Postea farinæ libras duas conspergito condepsitoq́;*. Sal popularis Catoni, sal est vulgaris & niger: Salis flos, sal candidus: sic enim scribit, Cato cap.88. *Ibi fiscellam cum sale populari suspẽdito*. Iterum, *inde flos salis fiet*. Hæc quidem Cato cap.88. non longè admodum ab sensu esse, & recondita scio, sed tamen quia multis ignota, non indigna sunt, quæ perscribantur. Recordor me dixisse a- Plau. Pœnulo. sc. Negotii sibi qui volet. pud Plaut. in Pœnulo. Laterculum genus esse operis pistorij à forma in quam fingitur, vocati. Interpretationem adiuuat Cato, qui ad asperitatem Cato cap.190 vini leniendam, è farina erui & sapa laterculos defingit. Myrtum Græci neutro genere vocant fructum Myrti: Cato fœminino Myrtam, sic scri- Cato cap.125 bens, *In vrnam musti condito myrtæ semodium*. Sub dio esse, vernacula lingua dicimus esse sub screno. & crepusculis hibernis noctibusque, nos serenum plerunque dicimus: Eodem modo Serenum vsurpasse Catonem Cato cap.156 video, cum ait: *Postea ponito pocillum in sereno noctu*. Idem Cato aluum Cato.ibid. superiorem, appellat ventriculum, *Aluum*, inquit, *si voles deijcere*. Hæc etsi dissimilia atque hinc inde, fere tamen è Catone carpta sunt: tamen tam vnius esse capitis quàm fere vnius scriptoris possunt.

Persius vltima satyr. explicatus. Vapidum vinum. Vapidè se habere. Obsignare lagenas. Saliua vini. Manius. Trama. Popa. Popani panes. Finitor aceruì.

Caput 7.

DIVERTI hisce diebus in Persij satyram vltimam, multis mihi locis sensibus caliginosam & opacam, quod, vt opinor, ingenij mei vitium est, cuius tam languida est acies, vt in sole vix lucem dispiciat. Ego tamen eos locos mihi illustrare conabor, ac mihi ipse prælucebo.

Pers. saty.6.
Mire, inquit, opifex, numeris veterum primordia vocum,
Atque marem strepitum fidis intendisse Latinæ,

Mox

Mox iuuenes agitare iocos, & pollice honeſto

Egregios luſiſſe ſenes? his ego verbis ſignificari puto Baſſum poëtam eſſe Lyricum. Lyrici autem primo diuos, & virtutem victorum ſacris certaminibus carmine extollebant. atque ea ſunt primordia veterum vocum. Poſtea Melici etiam de iuuenum amoribus, & ſenum luxu, ociſque carmina pangere cœperunt: qua argumentorum materia ſuum poëma Baſſus diſtinxerat: Iocos autem iuuenes, iocos iuueniles intelligo: & iocos ſenes, ſeniles: quamquam interpretes aliud ſentiunt. Ad hunc locum, Horatianum illud pertinet.

Muſa dedit fidibus diuos pueroſq; deorum

Et pugilem victorem, & equum certamine primum, *Hora. de art. poetic.*

Et iuuenum curas & libera vina referre. *Perſ. ſaty. 6.*

— mihi, inquit, *nunc Ligus ora*

Intepet, hibernatque meum mare. puto eſſe mihi tepet liguria ora, & mihi hibernat: ac pro hibernis eſt eius oræ mare, id eſt, in ora liguſtica hiberno & hyemem traduco ad portum Lunæ.

— poſtquam deſtertuit eſſe *Perſ. ibidem*

Mœonides Quintus pauone ex Pythagoreo. hoc ſenſu dictum accipio. poſtquam ſe Homerum eſſe deſijt ſomniare, ad ſeque reuerſus omiſſa Pythagoræ de animorum in alia corpora tranſmigratione, ſententia, Quintus Ennius ſibi videri cœpit, non Homerus. Quintus enim non hic numeri nomen eſt, vt exiſtimo: ſed Ennij prænomen. Deſtertuit eſſe Mœonides, figura Græca eſt, pro deſtertuit ſe Mœonidem eſſe, vt,

— tutumque putauit *Lucanus li. 9.*

Iam bonus eſſe ſocer. Iubet, inquit, hoc prudens iam Ennius, nec vt ante delirans ſe Homerum eſſe.

Et ſignum in vapida naſo tetigiſſe lagena. Lagenas vini obſignabant veteres, vt apud Ciceronem. *Mater noſtra, quæ lagenas etiam inanes obſignabat, ne dicerentur inanes aliquæ fuiſſe, quæ furtim fuiſſent exiccatæ.* Auarum autem inſimulat, qui vapidum vinum obſignaret & biberet. Hinc *vapide ſeſe habere,* dixit Auguſtus pro languere, quod vinum vapeſcens ægrotet. *Perſi. ſaty. 6.* *Cic. ad Tironē lib. 16. fami. epiſt.* *Suet. in Augu. cap. 87.*

Nec tenuem ſolers turdorum noſſe ſaliuam. hic in vetere libro *turdarum* teperi: & ita ſcripſiſſe Perſium annotat antiquus interpres. Eſt autem Saluia, ſapor. vt apud Plinium, Saluia vini — *occa: en ſeges altera in herba eſt,* dicit niſi fallor, qui fruges annuas conſumis, agrum colito tuum & protinus ſuccreſcet altera ſeges, quam motas, quæque tibi quantum conſumpſeris reponat. Ego ex occatione, quæ pars eſt culturæ agri, tota cultura intelligitur. — *ſed Beſtius urget.* lego ex veteribus libris, *& Beſtius vrget,* neque tam aduerſantis quàm coniungentis particula deſideratur. *Perſ. ſaty. 6.* *Plin. lib. 23. cap. 1.* *Perſ. ſaty. 6.* *Perſ. ſaty. 6.*

poſt-

Perſ.ibidem. *—poſtquam ſapere vrbi*

Cum pipere & palmis venit noſtrum hoc maris expers. Sapere noſtrum, vetus interpres exponit, quem & omnes ſequuntur hæc ſine interpunctione continuantes. animaduerti tamen non incommodè interpungi poſſe hoc ſenſu. Poſtquam tranſmarina cepimus vti ſapientia, & Philoſophorum diſciplina Græcorum, eaque nobis probata fuit, noſtra hæc vernacula & ciſmarina ſapientia haberi cœpit, nec in precio eſſe, quòd trāſmarina non eſſet. Itaque etiam fœniſecæ degenerauere & corrupti ſunt, & pultes ſuas magis quàm olim vngere cœperunt.

Perſ.ibidem. *— centum paria ob res*

Egregiè geſtas induco. Duplicem ſignificare videtur Hecatomben: ſed fortaſſe ludos gladiatorios ſignificat; cum paria dicat, vt apud Horatium,

Horat. lib. 2. ſaty. 3. *— gladiatorum dare centum*

Damnati populo paria. Munera autem gladiatoria ludoſque in religionis parte numerabant.

Perſ.ſaty.6. *— non audeo inquis*

Exoſſatus ager iuxta eſt. emendo, *non adeo inquis, exeſſatus ager* & verſu & ſententia ita poſtulante.

Perſ. ibidem. *— præſto eſt mihi Manius hæres*

Progenies terræ. Multi erant Ariciæ Manij pauperes & obſcuri: ſed & cliuus Aricinus abundabat mendicis.

Iuuena.ſat.4. *Dignus Aricinos qui mendicaret ad Axes.* Sed & Manius nomen etiam

Cato.de re ruſt.ca.141. ſeruile eſt. Cato, *Mando tibi Mani illa ſolitaurilia circumagi iubeas.* Si igitur quia mihi indulſero & liberalius victitaro, remque imminuero: nemo meorum hæres meus eſſe volet. Manius aliquis ex Aricia pauper & ignobilis mihi hæres erit: qui quamuis ſit filius terræ, è gente mea videri poterit. Tu autem qui es me maior natu, dum in decurſu ſum, & adhuc viuo, poſtulas, vt tibi patrimonio meo cedam, & tibi tanquam lampada tradā, nec eo vtar, ac mihi eo interdicam: cum hæreditatem meam in lucro aduentitio numerare debeas, ſi forte tibi illa quandoque obtingat & veluti Hermeum quoddam exiſtimare & in lucro deputare quicquid tibi relinquero.

Perſ.ſaty.6. *Legarat Tadius.* è veteribus exemplaribus eſt legendum, non *Stadius.* quamquam id, leuius eſt ſtipula.

Perſ.ibidem. *Fœnoris accedat merces, hinc exime ſumptus.*

Quid reliquum eſt? Te fœnebris pecuniæ merces & vſura alere ſic debet, & tuum ſumptum ſuſtinere, vt aliquid inde etiam redundet & reliquum ſit. Sic enim cum eo ille, qui hæreditati inhiat, calculum iam ponit, & ab eo iam nunc rationem repoſcit: quo fit vt vehementer excandeſcat

cat

cat Perſius,& exclamet *Reliquum?* & ſe plus impenſurum poſtea minetur.

—mihi trama figuræ (Perſ. ſaty. 6.)

Sit reliqua. Hic trama non eſt ſubtemen; ſed pannus pertenuis è ſolo ſubtemine. appellatúrque vt ait Varro, *quod frigus eam trameat*, id eſt, tranſmeat. Sim, inquit, macie & fame enectus & vix oſſibus hæream, vt alij nepotinis ſumptibus à me parta diſperdant. *—popa venter.* à popis qui victimarij erant, & ſe hoſtiarum viſceribus benè curabant: Vetus interpres putat à popanis panibus appellatos. nam popeana in eo male legimus: quæ deprauatio acerrimum ei peperit reprehenſorem.

(Varr. li. 4. de ling. lat.) (Perſ. ſaty. 6.) (Vetus interpres Perſii.)

—ne ſit præſtantior alter (Perſ. ibidem.)

Cappadocas rigida pingues pauiſſe cataſta. ſententiam puto, ne ſit vllus venalitiarius, qui plures ſeruos habeat. nam mangonium & mercimonium venalium maximos quæſtus adferebat.

—eget inquit Flaccus, *æris Cappadocum Rex*, id eſt, venalitiarius. (Horat. lib. 1. epi. 6.)

—depinge vbi ſiſtam (Perſ. ſaty. 6.)

Inuentus Chryſippe tui finitor aceruî. hoc de ſyllogiſmo aceruali, qui Sorites dicitur, ſine controuerſia intelligitur, qui captioſus eſt. vel teſte Flacco. *Dum cadat eluſus ratione ruentis aceruî.* Eius ſyllogiſmi interrogationibus excogitarat quomodo reſpondendum eſſet Chryſippus: quieſcendum enim eſſe dixerat: quod Perſius dicit Siſtere. Etſi in ea ſolutione ab Academicis irridebatur auctore Cicerone, qui ita ſcribit, *At vitioſi ſunt Soritæ: frangite igitur eos ſi poteſtis ne moleſti ſint. erunt enim niſi cauetis. Cautum eſt inquit, Placet enim Chryſippo cum gradatim interrogetur, verbi gratia: tria, pauca ſint, anne multa, aliquanto prius ad multa perueniat quieſcere, id eſt, quod ab his dicitur ἡσυχάζειν. per me vel ſtertas licet, inquit Carneades, non modo quieſcas.* & cætera. Ariſtoteles autem non multum hac in re enodanda laboraſſet, qui paucum multum, magnum paruum, longum breue. nihil abſolutè eſſe, ſed ex comparatione vult. At illi falſo aliquid ſimpliciter multum eſſe ponebant, aliquid magnum: in quo ſe ita pedicis conſtrinxerunt moleſtis, vt vincula ſoluere non poſſent: & propè in his, quæ inexplicabilia eſſent, iſta numerarent. Vetus interpres pro *pauiſſe*, legiſſe videtur *plauſiſſe*. Sic enim ſcribit *Quoniam venales antequam in Cataſta ponantur, cantāt vniuerſi pariter more gentis ſuæ.* quod & in veteri libro reperi. pauiſſe tamen perplacet. etiam clauſiſſe reperi. reperi etiam pauſaſſe.

(Horat. lib. 2. epiſt. 1.) (Cic. in Lucul.) (Ariſt. lib. 5. de generatione animal. ca. 7.) (Vetus Perſii interpres.)

Perſius explicatur ſaty. 4. Pes Varus. Chromatiari. Catamadiare. Pſilotrum. Balneator elixus. Caput 8.

IN quarta Perſij ſatyra ex Platonis Alcibiade imitata, quædam obſeruaui, non illa quidem in mercibus numeranda indicis, aut gemmis: ſed

littoralibus calculis aut algis viliora.Sed tamen huic chartæ non parcam, & ei illa illinam. — *barbatum hoc crede magiſtrum.* ſtatim vilitatis ſpecimẽ erit,quod annotabo.veteribus in libris non *hoc*,ſed *hæc* legi.

Perſ.ſaty.4.
Perſ.ibidem.

Scis etenim iuſtum gemina ſuſpendere lance
Ancipitis libræ:rectum diſcernis,vbi inter
Curua ſubit:vel cum fallit pede regula varo. Cum libræ lances æqualiter ſuſpenſæ ſunt & examinatæ,tum iuſtum pondus eſt,neutra preponderante: ac tum libra eſt anceps, ac vtram in partem vergat, neſcit,pariter æquata & perlibrata.Quod Perſius ſignificat.Rectum etiam potes,ô Alcibiade,illudens ait Socrates,per te diſcernere & cognoſcere, etiam cum inter curua ſentit.cuius tum & animaduerſio difficilior eſt, cum aliorum deprauatio,quibus admixtum eſt,ſpeciem eius obſcuret,& pari vitio prauitateque deformet:quin etiam ſi regula vara & praua tibi in manum detur, quæ quod rectum eſt, mentiatur curuum & prauum, per te tamen tuaque ſponte rectum intelligere poteris, & vitioſam regulam coarguere. Pedem autem varum dicit, crus regulæ varum & flexum,eiuſque haſtile & ſcapum tortum.

Perſ.ibidem.

Quo tibi ſumma boni? veteres libri pari concordia *Quæ tibi ſumma boni?* quam mediusfidius lectionem ſequi malim. Verbum,quod noſtris hominibus inauditum auribus vſurpat vetus interpres in explicatione — *aſſiduo curata cuticula ſole Chromatiari dicuntur,id eſt,colorari, qui tota die ſunt in arena aut ſole.* hoc verbum è Græco expreſſum eſt, latineque formatum vt Catamidiare apud quemdam hiſtoricum.

Perſ.ibidem. Vetus Perſii interpres. Spar.in Adri.

Perſ.ſaty.4.

Cum benè diſtincto cantauerit ocyma vernæ. Anus,inquit,quæ ſeruulis nequam in vijs conuitia ingerit. id enim eſſe videtur, cantare ocymum. *quod ſeritur cum maledictis*. teſte Plinio, te ſapientia æquat vt oratio tua ad populum à maiore prudentia non proficiſcatur, quàm eius contumeliæ, vt enim te ex genere venditas cæteriſque bonis ſimilibus, ſic illa ſe liberam & ingenuam vernulam ſeruam dicit: aut potius dicit mulierculam λαχανοπώλιδα,id eſt, hortulanam, olerum venditricem, quæ per vrbem cantitat ocyma venalia,quæ ſeruuli ſolent emere heris ſuis:æquè ac ipſum Alcibiadem ſapere.Scibitur hic etiam *ozyma.* propter illius herbæ odorem,quam baſilicum vocamus. *Qui quandoque iugum.* hic quandoque valet quandocunque quotieſcunque,quod non infrequens eſt.*Seriolæ* autem *veteris*.& *veterem* reperio.atque vtrumque non ſolum tolerabile eſt verbum,verum etiam laudabile, pro *Elixaſque nates.* vetus interpres *Eliſaſque nates* legit,interpretaturque,Pſilotro domolitas:ſed *elixas* omnino magis placet.vt balneo tãquam coctas intelligamus,vt à Martiale *balneator elixus* dicitur.& pſilotris frequentius poſt balneum vtebantur.

Plin.lib.19. cap.7.
Perſ.ibidem.
Vetus Perſii interpres.
Martia.lib.3. epigram.7.

Si fa-

Si facis in penem quicquid tibi venit amarum. Differit Ariſtoteles multas voluptates à moleſtiæ impulſu oriri: vt & delitias veneris ad quas dolor, qui libidinoſos vrit, præcipites pellit. nam illa vrtica & ſcabies libidinis amara & moleſta eſt, neque eos quieſcere ſinit pruritus titillans. Dicitigitur, Si quicquid tibi moleſtè amareque prurit ea parte, quæ honeſtè nominari non poteſt, facis: ſi quicquid in eam partem incidit amaræ titillationis, facis: & in omnem libidinem te profundis, penique ſeruis, falſas multitudinis laudes reſpue.

Perſ.ſaty.4.
Ariſtoteles.

Nonius explicatus. Pallam trahere. Boues Lucæ. Depenſa lana. In vulgus. Caſta ætas. Velare gulam.

Caput 9.

PELLVCENT in Nonio velut in littore indico gemmæ. Ita exempla quædam veterum ſcriptorum planè dixerim gemmea, cùm in eis niteant genera dicendi felicioris ſæculi. Tale illud Varronis eſt è Modio, *Qui tum erant in Græcia coma promiſſa, barba raſa, pallam trahentes.* quod exemplum de citharœdis intelligendum reor, inſigni cultu, & ornatu in theatro canere ſaltareque conſuetis: quos traxiſſe pallam ait, quod longo ſyrmato ſpatioſam veſtem terram verrentem gerere ſolerent. Nec prætermittam Lucilij ſententiam, qua ſapientem nihil proprium habere ſe cenſere: ſed vſura tantum frui: vnde & nobilem expreſſit Lucretius de hominum vita ſenſum.

Apud Non. in Promittere.

Vitaque mancipio nulli datur, omnibus vſu. Lucret. lib. 3.

C*ætera*, inquit Lucilius, *contemnit & in vſura omnia ponit*

Non magna: proprium vero nil neminem habere. hic quoque inficiari negationes duæ vehementius videntur Græcorum modo. Varro ait boues Lucas appellatos eſſe quorundam opinione Elephantos. quod primum viſi ſunt in Lucanis Pyrrhi bello: Sed & ex eo fortaſſe quod Lucani boues validiſſimi eſſent, neque vllam quadrupedem noſſent Romani boue maiorem. Tales fuiſſe Lucanos boues è Lucilio apparet.

Apud Non. in Proprium.

Quem neque Lucanis oriundi montibus Tauri

Ducere protelo validis ceruicibus poſſent. Apud eundem ex Titinio Depenſam lanam pondere certo iuſtóque penſam dici reperio, putatam lanam purgatam: factam lanam ex qua aliquid factum eſt.

Apud Non. in Protelare.

Depenſam lanam, qui non reddet tempori

Putam rectè, facite vt multetur malo. In vulgus etiam eſt vulgare in exemplo è Cicerone ab ipſo prolato. *Itaque alter religioſus etiam nunc dies, alter in vulgus*, id eſt, alter dies vulgaris eſt, & non religioſus, neque vllo omine obſcœnus & malè ominoſus. Caſta ætas eſt impuberum: puberum

Apud Non. in Putare.
Cic. ad Attic.
Apud Non. in Religione.

vestis est pubertas: Quæ dicẽdi genera ipsa antiquitatis canitie multo iucundiora gratioráque intelligentibus sunt, quàm quę nouitia & nupera in linquam Latinam insulsa nouitate inuecta. Varro, *Quæ casta æstas, quæ vestis adolescentium, Quæ teneris species.* Extat & Lucilij quædam sententia, quam Flaccus, qui eum poëtam fluere lutulentum calumniatur, æmulatus est.

Apud Non. in Species.

Quid sibi vult? quare fit vt intus versus, & ad te
Spectent, atq; ferant vestigia se omnia prorsus: Flaccus hoc breuius adstrinxit. O*mnia te aduersum spectantia, nulla retrorsum.* Velare gulam, est laqueo se induere: loquendi genere Comico & ridiculo. Pomponius, *Restis vilis est, velet gulam.*

Apud Non. in Spectare.
Horat. lib. 1. epist. 1.
Apud Non. in Velare.

Lucretius libro 3. emendatus & multis locis explicatus. Cunctari. Fugere se.

Cap. 10.

LVCRETIVS insipientis Philosophiæ poëta omnium animos superstitione obligatos demõstrans, etiam eorum, qui se eam iactant negligere & calcare vel studio laudis, vel leuitate quadam ventosa ait.

Lucret. lib. 3.

Extorres ijdem patria, longeque fugati,
Conspectu ex hominum, fœdati crimine turpi,
Omnibus ærumnis affecti denique viuunt,
Et quocunque tamen miseri venere parentant. quibus ego versibus eum existimo significare falsos & iactatores esse meros, homines illos, qui se mortem & inferos negligere dicebant, nec vllos esse narrabant. nam ni ita esset, ipsi, inquit, in tanto vitæ discrimine non viuerent: sed sibi lethum conciscerent. attamen omnibus affecti ærumnis viuunt metu inferorum & parentant, mittúntque inferias illorum manibus quos vel violarunt, vel interfecerunt: vel certe timent, vt placare sibi inferos optent. Quod autem non longè hinc dicit.

Lucret. lib. 3.

Et quasi iam lethi portas cunctarier ante, valet, manere, versari, quodquidem de contemptu turpi & acri egestate dicit, quæ homines vt fugiant omni ope nituntur ad auaritiam & honorum adeptionem. Duo enim duobus opponit. Illud autem cunctari ductum videtur ah illis, qui ad portas, aut ianuas cum venêre, ibi interdum cunctantur, nec recta statim ingrediuntur: vt apud Aristophanem, τί ταῦτ' ἔχων στραγγεύομαι; Iterum, τί κωπτάζεις ἔχων περὶ τὴν θύραν; Sequitur sententia Epicureis mirificè placita.

Aristoph.
Aristoph. Nebulis.

Lucret. lib. 3.

Vnde homines, dum se falso terrore coacti
Effugisse volunt longe lateque remosse: Eos enim qui perturbati sunt, aut quos aliquid vrit, & è perturbatione malóque exire conantur, se fugere

velle dicunt:nec tamen plerunq; effugere posse,vt in huius libri clausula.

Hoc se quisque modo fugitat:quod scilicet,vt fit Lucret.ibidē

Effugere haud potis est. in sensum igitur superioris loci est. Isti, inquit, quos pertæsum est inglorios & despicatos viuere, effugere se volunt, id est,suam indignitatem,ignobilitatem & humilitatem atque cōtemptum: & omni contentione ad gloriam & diuitias enituntur.

*— redde,*inquit,*harmoniaï* Lucret.ibidē.

Nomen ad organicos saltu delatum Heliconis . Restitue organicis nomen harmoniæ,quod illi Helicone deportarunt: vbi Musæ & Musarum præses Apollo modulis & cantibus præfecti musicorum instrumenta suis addita signis habent: & eorum inuentione censentur & nobilitantur inter mortales. Cum autem ait,

*Sensus enim trahit,atque acies detrudit ad ipsas.*Suspicor ipsius sensus testimonio refelli eos,qui animum cēsent videre per oculos, vt per fores aut fenestras. Trahit enim & detrudit sensus ad aciem ipsam aspectúmque & ad testimonium suum adducit,quo coniunguntur. Lucret.ibidē. Lucret.ibidē.

Et quantis interuallis tuditantia possunt

*Concursare,coïre.*cum dicit,significat tundere & agitare cupientia.talia enim sunt subtilia animi semina & primordia. Lego autem hunc locum hunc in modum.

Vsque adeo prius est in nobis multa ciendum Lucret.lib. 3.
Quàm primordia sentiscant concussa animaï
Semina,corporibus nostris immissa per artus
Et quantis interuallis tuditantia possunt

*Concursare.*Hic ordo versuum est in antiquissimo libro, & in editione Parisiensi. Cum autem in veteri illo membranaceo libro scriptum sit, *Et quantis* , puto sensu postulante non incommodum fore, nec inuerecundum *Et quam sis*,id est,suis, scribere.verbum est in Lucretio mutatione quadam perlepidum,ea tamen ignorata domo pulsum.

Scilicet, inquit,*in tenero tenerascere corpore mentem* Lucret.lib. 3.

Confugiant.configunt placitum est his,qui quæ non intelligunt,peruertūt.atqui illud *confugiant*,bellissimū sentio & amœnissimū:hoc sensu scilicet,illis hic receptus & hoc perfugium reliquum sit, vt dicant in tenero corpore mentem remollescere.ἀράγε ἐκεῖσε καταφεύξονται ταύτην δηλονότι ἐξουσίαν καταφυγήν. nam ita sæpenumero auctores Græcos loqui,qui eorum literis tinctus est, intelligit. Vnum tamen & alterum locum proferam Demosthenis contra Aristogitonem, εἰ μὲν εἰς τὴν τοῦ βίου μετριότητα καὶ σωφροσύνην κατέφευγον. Iterum, εἰς τὸν ἑαυτοῦ βίον καταφεύξεται ὡς σώφρονα καὶ μέτριον. Demost. cōtra Aristogit.
etiam in calamographis illud melius, quàm excusis.

Lucret. lib. 3. *Præter enim quàm quod morbis cum corporis ægrit.* ita in illis planè literatéque ſcriptum eſt, nec nouitate vocis ægrire offendi quiſquam debet, quiquidem poëtarum iura intelligit licenter multa nouantium: quæque oratio diſerta recuſaret, & ſermo quotidianus, vt putida, aut non latina aſpernaretur libenter vſurpantium. Hoc etiam ex librorum vetuſtate exſcriptum eſt.

Lucret. ibidē.

Debet enim miſerè ſi forte ægreque futurum eſt,
Ipſe quoque eſſe in eo tum tempore, qui male poßit
Accidere: id quoniam mors eximit eſſeque prohibet
Illum cui poſſunt incommoda conciliari
Illa eadem, quibus in nunc nos ſumus, ante fuiſſe.

prohibet autem per vocalium comprehenſionem & coniunctionem audiendum eſt, duabus in longam coaleſcentibus. at, Lucret. ibidē. *Interrupta ſemel cum ſit repetentia noſtris*, eſt, cum ſit noſtrorum illorum, quibus conſtamus corpuſculorum diſſociatio & diſtractio facta. ſe enim mutuo atomi, altera alteram repetunt, in eundemque congreſſum redeūt: in illa temporis immenſitate ſæpius fortaſſe: ſed illa repetitio & reditus diſſoluitur morte. Id enim eſſe puto, quod aliter effert.

Lucret. ibidē. *Inter enim iecta eſt vitai pauſa*, &c. Inuenio & in ſquallidis monumentis. Lucret. ibidē. *Non vt opinor, enim dat, quod promittit & vnde* verſus clauſula in offenſo fuit, & *proinde* exulauit. *abundè* lugdunenſis editio repoſuit: ego *& vnde* defendere poſſe videor non dat, inquit, quod promittit, neque vnde promittit, id eſt, non ex animo dicit, nec oratio ex corde immittitur: ſed è labris & lingua oritur. Cur autem editorum librorum, quàm reconditorum Lucret. lib. 3. ſanctior & iuratior fides? in æditis extat, *Nam licet æternum per nos ſic eſſe ſoporem.* quod tam appoſitum eſt, tanque proprium, vix vt melius quicquam dici poſſit, & congruentius. Sed diſſonant libri archani atquè myſtici, ac cereris initia. In his autem ſcribitur vt myſteria eorum enunciem.

N*am licet æternum per nos ſic eſſe ſupremo.* quod nec culpari etiam poteſt, cum hanc contineat ſententiam, licet ſic æternum & in perpetuum nos eſſe ſopore ſepultos. nam quin ſoporis vox facile ſubauſcultetur, quamuis non expreſſa non negabit, qui locum perlegerit. Et Græcorum quoque conſuetudine antegreſſo verbo, aut participio, facile ſubauditur nomen ab eo verbo deductum. vt ἐπλήρωσε βασιλείαν. In eodem mox reperio. Lucret. lib. 3. *Nec deſiderium noſtri nos adigit vllum* Sed rectè eos conieciſſe ſuſpicor, qui *attigit*, ediderunt in præſenti tempore. nam attigo dixerunt antiqui pro attingo. D autem ſoni vicinitate literā T. imitatur. Hæc ego non tam ex animi mei ſententia quàm librorum teſtimonio fretus ſcribenda eſſe duxi. Si cui fortè è Bibliothecis eruta probari ſcriptura poſſit.

Venus quando aduentat, & quo tempore choreis delectatur. Zephyrus quando spirat. Gratiæ veneris comites cur sunt. Gratiarum parentes.

Cap. 11.

VENVS ineunte vere apud Flaccum ducit choros remisso relaxatoque anni frigore. quod ea anni parte opinio erat aduentare Venerem, eiusque antecursorem esse Zephyrum, qui Februario spirat, vt è Lucretio ante ostendimus. Venus autem & voluptatis & amænitatis dea se choreis delectat. — *imminente Luna.* id est, vesperi noctuque. Horat. lib. 1. od. 4.

Cum, vt est apud Papiniũ, *superis terrena placent.* nolunt enim dii se hominum oculis cerni. ita has plagas celebrant & colunt, quo tempore homines in sua se recepere tecta, relictisque agris domi sopiti iacent. Stat. lib. 1. silvarum.

Gratiæ decentes. Horatius adiungit. quod præter argumentum esse ab Horatio factum miror ab homine eruditissimo, & omniũ propè scriptorum acri censore, & seuero critico iudicatum esse: cum esse Veneris comites Gratias antiquorum religio crediderit, vt ex Seneca constat de beneficijs ita scribente. *Tres Chrysippus Gratias ait Iouis & Eurynomes filias esse: ætate autem minores, quàm horas: sed meliuscula facie, & ideo veneri datas comites.* hoc ille si cogitasset, nec vesania reprehendendi præceps actus esset, ab instituta calumnia animum cohibuisset. Sed cur Flaccus decentes appellat? credo, quòd venustæ formosæque sunt, & honesta liberalíque forma bonáque, vt dicit Seneca, facie. Alio autem loco eas dicit *Segnes nodum soluere*: quod vt reor, implexis & consertis inter se manibus essent. neque enim commodior excogitari fortasse interpretatio potest: præsertim cum subnixa sit, Senecæ auctoritate, cuius fiducia audacius loquitur. Seneca autem ita scribit, *Quare tres Gratiæ, & quare sorores, & quare manibus implexis*: Iterum, *Quid ille manibus consertis in se redeuntium chorus?* hæc ego scripsi, vt homines sciant multo facilius esse veteres calumniari, scriptores quàm intelligere: vtque reprehensoribus istis & vituperatoribus, qui nisi reprehensione & obtrectatione ad nomen nunquam se peruenturos esse sperant, fidem non habeant: & ignorantiæ affinem eorum malignitatem improbitatémque existiment.

Horat. lib. 1. od. 4. — Senec. lib. 1. ca. 3. de bene. — Horat. lib. 3. od. 21. — Senec. li. 1. ca. 3. de benefic. — Senec. ibidem.

Inanes. Subinane. Curiana Phocis. Vti via populi. Discedere. Cic. lib. 2. ad Atticum restitutus.

Cap. 12.

HOMINES laudis & gloriæ impendio cupidiores, inanes à Latinis, vt aliquando recordor me docuisse, dicebantur. Vnde & à Cicerone in Epistolis ad Atticum, pars illa animi, quæ gloriæ auida & studiosa est, sub- Aduers. li. 10. cap. 1.

Cic. ad Attic. li.2.epi.Prorsus vt scribis. Cic.ead epist. Aduer. li.17. cap.3.

inanis dicitur. Sic enim lib.2.scribit, *Quinetiam quod est subinane in nobis & non ἀφιλόδοξον, afficitur quadam delectatione*. In eadem epistola Herculis claua nodosius est, quod ita scribitur, *Iacet enim ille sic, vt Phocis Curiana stare videatur.* idque aliquando sic enodabam, de Curio homine profligatissimo & nequissimo intellig ebã, qui tamẽ sibi consulatus & imperia vaticinaretur & ariolaretur. nam in Phocide oraculum Apollinis erat, vt omnibus notum est. Sed ista interpretatio veluti diuina nimis & fatiloqua, vt ita dicam, videri meritissimo queat. Aliam & expiscatus sum. Cõstat profecto à Philippo Macedone, bello sacro confecto, omnes Phocidis ciuitates euersas fuisse, in vicosque Phocensibus dissipatis redactas. Curium igitur omnibus fortunis & facultatibus euersum, Curianam Phocidem ludens vocat. Idque eo esset lepidius si à Philippo oratore profligatus fuisset & perditus. nescio quid huc aliquando pertinere posse credidi ἀπόνοιαν φωκικὴν. Cęterum legendum puto vna voce *quæres*, non *quæ res* κατὰ κηδεμονικόν.

Cic.ead.epist. Prorsus vt scribis. Cic. ad Attic. lib.2.epi. Multa me solicitãt

In epistola autem sequẽte *vti via vulgi*, quodam prouerbio poni videtur pro communia vsurpare, nec sententiam suam disceptationibus de Repub. aut legum rogationibus interponere, vt apud Flaccum.

Horat. lib.1. epsti.1.

—cur

Non vt porticibus sic iudiciis fruar iisdem. Ac mihi illud Horatianũ ab eodem populi sermone ductum profectúmque videtur. Eleganter autem & insigniter vsurpauit, Discedere pro in aliqua re se gerere: ex consequenti, vt opinor, & postero, quod cum aliqua re perfuncti sumus, aliquidque perfecimus, discedimus & abimus. Sed verba Ciceronis subscribam, *Si possum discedere ne causa optima in senatu pereat, ego satisfaciam Publicanis*, id est, si possum perficere & obtinere. At vero vbi scribitur, *Tamen siue ruet Rempubl. præclarum spectaculum mihi propono.* non cunctabor emendare, *Si eruet* Rempubl. nam à Clodij tribunatu nihil boni Cicero expectat, existimatque eum omnia perditurum, & susque deque euersurum. vel potius dicit. Si Rempubl. recipiet & asseret à Cæsaris & Pompeij dominatione, eripiétque è seruitute, & ex eorum eruet eam tyrannide. hic *Seruet* sunt qui scribant, quod ab eis potius esse coniectum arbitror, quàm ex antiquis libris receptum.

Cic.2.ad Attic.epi. Cœnato mihi. Cic.2.ad Attic.epist, vt scribis.

Quædam 2.ad Attic. animaduersa. Modestè dicere. Refractariolum dicendi genus Iudiciale. Refractarius.

Caput 13.

MIHI nunquam videre ad hoc ætatis licuerat Epistolas ad Atticum manu scriptas, nisi nunc nuper beneficio Memmij viri clarissimi. Eo in co-

codice libro 2. Illud vt ita dicam lacunosum quidem reperi, sed ita tamen vt lacunæ inchoatæ vocis pars implendæ farciendæque facilem præbuerit occasionem. Sic autem scribitur, *Sic te his euocabam vt nihil acrius neque incitatius fieri posset ad illa celeu, adde etiam si quid potes.* hodiernæ editiones exhibent *ad illam celeritatem*, non satis, vt existimo accommodatè significanterque. Ego, *ad illa celeusmata*, legendum suspicor, vt hortationes dicat, quales erant, quæ remigibus fiebant, vnde transtulit. nihil attinet auctoritatibus proferendis frustra laborare in re omnibus fere nota. Est & illud lib. 2. nec sincerum, & pro vitioso etiam stella notatũ ab eruditissimo homine Petro Victorio, qui hac ætate prouidentia quadam diuina vnus maximè vel ad sananda vel ad iudicanda scriptorum vlcera literatis donatus videtur, *Illa opima ad exigendas pecunias Druso vt opinor, Pisaurensis nebuloni Vatinio reseruatur.* pro quo in victoriano libro & Memmiano. cum reperiam *Pisaurensia Neptiloni*, non dubitabo emendare *Druso, vt opinor, Pisaurensi à Nebulone Vatinio reseruatur.* ita sententia bona bonis explicata verbis, interrogabitur, intelligeturque: quæ hodie non magis quod vult explicat hominibus & eloquitur, quàm si eos indico propè sermone affaretur. Quod eodem libro secundo scribitur in vetustis bibliothecis *qui quenquam ex xx. viris viuum Segium velit.* ex quo interpolatum est non inconcinne *vnum saluum esse velit.* fortasse propius vestigia antiqua sectabor. non ineptè scribitur. *viuum esse iam velit*, quod à me vtcunque coniectatum esse malim homines sciant, quàm vel vsquam repertum, vel pertinaciter adfirmatum. In Memmiano illo libro etiam scriptũ patebat, *Accusauit Nasicam inhonestè, ac modestè tamen dixit.* quæ tametsi pugnare propè videntur: tamen eo ipso lepida sunt & inexpectata. modestè enim dicere laudem nullam habet in Oratore: minus in accusatore, quem vehementem, acrem exertum, & pugnacem esse oportet. nasus igitur modestiæ verbo subest, cum quadam tamen laudis simulatione, quod modestia in hominum vita laudi ducatur. Significat igitur eũ frigidum & malum accusatorem fuisse. *Refractariolum* autem *iudiciale dicendi genus* quod ab eo dicitur eodem libro. vtrum ex eo appellatur, quod in genere iudiciali semper concertatio quædam vtrinque est: & quod quis dixit, ab altero oppugnatur repercutiturque & refringitur? quod est ἀνακλᾶται, eam ob illam refutationem repulsionemque Refractariolum dici possit, vt refringẽs & repellens: verius tamen putem esse Refractariolum, acriculum, vehementem, violentum & veluti claustra forésque refringentem & irrumpentem dici. Is enim est impetus iudicialis generis, non orationis quædam grauitas. eáque ratione Refractarius dicitur, vt effractarius.

Cic. 2. ad Attic. epist. Tuas Numestio literas.

Cic. 2. ad Attic. epist. De Geographia.

Cic. 2. ad Attic. epi. Quod tibi superiorib.

Cic. 2. ad Attic. epist. Calend. Iuniis.

Cic. 2. ad Attic. ead. epist.

Maro

Maro 2. Ecloga explicatur. Ligustrum. Aracynthus. Cerea prima.

Caput 14.

FINGIT Maro secunda Ecloga à Coridone Alexim perditè amari, id est, à se eúmque inter siluosas fagos densóq; cacumine vmbrosas ventitare solitum Alexim quærentem, in nemoribus fortasse venantem. nam

Virg. 2. Geor. — *densas, vmbrosa cacuminas, fagos.* interpretor habētes vmbrosum & densum cacumen atque tegmen. Eo in loco querelam amatoriam non vt à Marone carmine conditam & comprehensam: sed temere oratione soluta iactatam, inani irritóque studio consueuisse queri. Quid enim ei siluas voce ciere & lacessere proderat frastra laboranti? non curas dicentem illa, quæ de te tam multa feci carmina: nec te mouet, quod æstu diei feruentissimo te per montes siluásque sequor tum, cum laborissimi messores intermittunt laborem, & moretum suum, suámque intritam comedunt: nec quiescentes, sed dum lustro tua vestigia & sequor, cicadæ, quæ diei calore incitatæ canoram vocalemq; querelam suā mecū geminant, arbusta omnia personant. Atq; hoc quidem æstuosiss. deii tempus significat. tū enim cicadę caneræ solent. Satius inquit, multo mihi fuit vel Amaryllin vel Menaleam amare, quàm te, quamuis niger sit. nec enim tantopere candidus color, quo tu insolescis, expetendus est. Ligustra enim candida negliguntur: vacinia nigra inficiendo colori purpureo expetuntur. Ligustrum autem cum fruticis nomen sit, hic fruticis florem, qui candidus

Ouid. I 3. Metamorph. est, significat. de quo Ouidius.

Candidior folio niuei Galathea ligustri. imitatione autem Theocriti dixit

Virg. 2. eclog. ex Bucolici carminis studio.

Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ. Nam Siculus Theocritus erat & montes Siciliæ abundant pecore. Se autem canere prædicat, quæ solitus erat optimus fidicen Amphion cum pecus pasceret. Zethus enim & Amphion à pastoribus educati fuerunt, & pecus sæpe pauerunt adoles-

Vibius Seque. centes. Aracynthum montem Atticæ dicit Sequester. Sed potuit latius aliquando longiúsque patere Actæ nomen, vt quemadmodum Megaris sit magna pars Berotiæ quòd littoralis etiam esset eo censeretur. Se quoque formosum dicit esse, qui se mari tranquillo spectarit: nam turbidum non redderet imaginem expressam, sed confusam speciem: nec se cedere Daphni, qui formosissimus haberetur: tantum optat ne Alexis rus fastidiat & casas, & pastoritiam vitam, & cum sit puer, ne spernat hœdorum gregem, qui teneri teneris etiam pueris permitti solebant. non enim pedo, ne nodoso duróque baculo grex tam tener læderetur compellere, atque vna cogere. Hic, inquit, mecum fistula canes, qui secundum Da-

mæ-

mætam facilè reliquis antecello paſtoribus: nec mihi æquari comparariue poteſt Amynthas. & fiſtula teres labellum. Idque ait, quia ſeptem conpacta inrernodijs erat antiquorum fiſtula arundinis ordine ſemper decreſcente. Ideo terere dixit, quod labrum ſeptem percurrens cicutas terebatur.

Vnco ſæpe labro calamos percurrit hiantes, de eadem fiſtula dixit Lucretius. fingit & Nymphas ruſticorum deas formoſas ipſas, ei flores legere, quæ & pueros amabant. Nam Hilam Nymphæ rapuerunt, Naiadumque pulcherrimam & candidiſſimam ei luteas violas, quas pallentes vocat, alioſque flores carpere & cenſerere & plenis adferre ſurpiculis. de qua re & Columella in horto. Lucret. lib. 4.

Et tu ne Corydonis opes deſpernat Alexis, Colum. li. 10.
Formoſo Nais puero formoſior ipſa
Fer calathis violam. Cerea autem pruna, flaua ſunt: ac in delitijs fuiſſe videntur. Ouidius, Ouid. lib. 13. Metam.

Primaq; non ſolum nigro liuentia ſucco
Verum etiam generoſa, nouaſque imitantia ceras. In Epigrammate Maroni attributo eorum eſt mentio.

Sunt autumnali cerea pruna die. Sed non mouebitur muneribus Alexis: & Iolas ditiſſimus eum poſſideret, ſi muneribus emi poſſet. quamquam quod, inquit, ex ore meo verbum excidit, qui meos amores alijs indico mihi prærepturis aut turbaturis? et Auſtrum floribus immitto, qui ſuo halitu eos marcidos & aridos breui reddit, vt in Siluis Papinius canit. *Pubentesque roſæ primos moriuntur ad auſtros.* quamquam alibi me aliter interpretatum ſcio dum hominis eruditi coniecturam ſequi malo, quàm receptam ſententiam. Sed ex errore in viam redire nunc iuuat. Hæc in mentē mihi veniebant, quæ dicerem: quæ fortaſſe quędam aperient antea iuuentuti non ſatis percepta. Virg. Copa. Stat. lib. 3. ſiluarum. Aduerſ. li. 12. cap. 7.

Cic. in Catil. 1. explicatus & emendatus.
Caput 15.

Cvm Cicero in Catilinam ſcribit in eius ædibus Sacrarium Aquilæ argenteæ conſtitutum fuiſſe, hoc me iudice ſpectauit, quod ſigna militaria conſecrarentur, & haberent in caſtris ſacrarium quoddam ſuum, ſignaque ipſa & imagines adorari ſolebant Herodianus lib. 4. ὡς δὲ ἐσέπεσεν εἰς τὸ στρατόπεδον εἴσῆε τὸν νεὼν, ἔνθα τὰ σημεῖα, καὶ τὰ ἀγάλματα τοῦ στρατοπέδου προσκυνεῖται. Sed & feſtis diebus vngebantur ſigna religionis cauſa. Plinius, *Aquilæ certe ac ſigna pulueruIenta illa & cuſtodijs horrida inunguntur feſtis diebus.* De ſica autem Catilinæ cum ait: *quæquidem, quibus abs te initiata ſacris ac deuo-* Cic. 1. inuect. in Catilinam. Herodia. li. 4. Plin. lib. 13. cap. 3. Cic. 1. in Cati.

deuota sit, nescio, quod eam necesse putas Consulis in corpore desingere. Respexit ad ea vasa & ferramenta, quę numinum sacrificijs consecrabantur, vt cultri & secespitæ. Sed cũ Catilina nefarijs vteretur sacris, & pateris diceretur circuntulisse sanguinem humanum, dum obstringeret populares, cõiurationis velut humanis hostijs cedendis, non pecudibus iugulãdis, eam

Cic. 1. in Cati. deuotam & initiatam à Catilina innuit. *Dico*, inquit Cicero, *te priore nocte venisse inter falcarios.* Græcorum more locutus est, vicúmque significauit,

Prisci lib. 18. vbi falcarij erant. Priscianus. ἐν ταῖς αὐλητρίσι, *pro in loco, vbi habitant tibicines. huic simile Ciceronis prima inuectiua, Dico te venisse priore nocte inter fal-*

Cic. 1. in Cat. *carios, id est, in locum vbi sunt falcarij. Constrictam iam horum omnium conscientia teneri coniurationem tuam non vides?* hanc vt existimo sententiam continet non vides hos omnes scire te coniurationem facere? atque ita scire vt coniurationem tuam ne se commouere possit, neu Remp. lædere, ve-

Cic. 1. in Cat. lut vinculis & compedibus constrictam impeditámque teneant. Quid obest admonere legendum videri, *Mors ac Reip. pœna remorata est.* cum hodie *à Reip. pœna* æditum sit, genere dicendi non satis vendibili? Elegan-

Cic. ib. dem. ter etiam Lambinus, vt ex eo audiuisse me aliquando recordor, *quod priuatarum rerum dedecus non hæret in fama.* hodie celebre est, *hæret infamiæ* non tam apto acríque sensu. *Simili*, inquit, *Senatusconsulto C. Mario & L. Valerio coss. permissa est Respubl.* Permittebatur Respubl. Consulibus cum decernebatur, vt viderent ne quid Respubl. detrimenti caperet Id & satis fere hoc loco declarat Cicero Sed & quod Cæsar libro primo cum dicit.

Cæs. lib. 1. de bell. ciuili. *Decretum fuisse vt magistratus operam darent, ne quid Respublica detrimenti*

Dio. *caperet* Dio, ita explicat, τότε μὲν τοῦτο ἐγνώσθη, καὶ τοῖς ὑπάτοις ταῖς τε ἄλλαις ἀρχαῖς ἡ φυλακὴ τῆς πόλεως ἐπετράπη. quo significat eis custodiam ciuitatis permissam fuisse.

Lampridius illustratus. Sagmarius equus. Sagma. Præcisi. Lapides diui. Iouem lapidem iurare. Iupiter miniatus.

Cap. 16.

IN Heliogabali vita, qui imperij dignitatem omni probro contaminauit, & omnium bipedum nequissimus, luxuria & libidine præceps hominum præstantiam infra bestiarum ingenia abiecit. Quod cum in manibus habere interdum soleamus; quo perditissimi & profligatissimi principis exemplum omni detestatione persequamur, & diris deuoueamus; quædam in ea, quæ nonnihil molestiæ exhibere properanti lectori fortasse possent, partim explicabo: partim etiam corrigam non tam librorum subsidio fretus quàm animi iudicio: multa tamen ab Egnatio eruditissimo viro vel animaduersa, vel enarrata prætermittam. Tantum pauca quæ-

quædam attingam, ac primum quærere pergam, qui ſit equus ſagina- *Vopi. in d. Aurelio.* rius. Ego & hic & alijs locis mendum inſediſſe ſuſpicor, ac ſagmarium corrigo. vt doſſuarium & clitellarium iumentum intelligatur. Suidas, Σαγμάρια τὸ παρ' ἡμῖν λεγόμενον τοῦλδον τὰ βαστάζοντα τὴν ἀποσκευὴν καὶ τὴν μετακομι- *Suidas.* δὴν τῶν ἐπιτηδείων. Ex quibus intelligimus eſſe ſarcinaria iumenta, quæ impedimenta portant & alia vſui neceſſaria. nomē autem habent à Sagmate, quod ſtratum ſignificat, cui onera aptantur. S*agma* inquit Iſidorus, *quod* *Iſidorus.* *corruptè vulgo Selma dicitur, ſtratum ſagorum vocatur, vnde caballus Sagmarius. Mula Sagmaria*, Eadem in vita lego: non enim corrupta adponam, ne numeroſis verſibus creſcat pagina. *Matris Deum typum.* &, *qui in* *Lamprid. in Heliogab.* *nouis poſt tyrannos ſolet dominari principibus &*, *etſi vnquam aliqua matro-* *Lampr. ibidē.* *na Conſularis coniugij ornamentis eſſet donata, quod veteres impetatores affini-* *bus detulerunt, & ijs maximè, quæ nobilitatos maritos non habuerant, ne inno-* *Lampri. ibidē* *bilitatæ remanerent. Sed à Symiamira, matris etiam deûm ſacra accepit,* *Lampri. ibidē* *atque adeo bacchatus eſt, vt typum eriperet.* Præciſi autem ſunt caſtrati, & Galli matris deûm, qui ſibi Samia teſta virilitatem præciderant, non ſolum teſtes deuoluerant: ſed totam caudam ſalacem amputarāt. qui ijdem erant molles & impudici. ex quo præciſus, impudicus dicitur, & qui mu- *Lampri. eadē in vita.* liebria patitur. Scribit in eadem vita Lampridius, *Lapides, qui diui dicuntur, ex proprio templo Dianæ Laodiceæ ſimulachrum ex adyto ſuo, in quo id Oreſtes poſuerat auferre voluit.* Quos tandem lapides diuos appellat? Et putem ſignificari ſimulachra lapidea, quæ deorum nomine cenſentur & vul *Plin. lib. 33. cap. 7.* go vocantur. quæ magna religionis cauſa colebantur. Sic vt reor Iouem lapidem iurabant Romani, vel quòd fictilis eſſet in Capitolio Iupiter, qui *Cic. lib. 9. epi. fami. epi. De-* miniabatur. vt auctor eſt Plinius. Et *Iouis miniati ſimilem* ſcripſit in epiſto- *lectarunt me* lis Cicero. Fictilia autem quidni lapidis nomine cenſeantur? atque in hāc *litteræ tuæ.* ſententiam ſum propenſior, vel quòd cum ſimulachra deorum lapidea pro dijs ipſa venerarentur. quem lapidē iurantes tenebant, ſuo ipſi errore & fictione Iouis perſonam ſubire cenſebāt, vt vindicem periurij, vel deeſt neſcio quid iuriiurando, vt ſit integrum Iouem lapidem tenens iuro.

Cice. 2. in Rullum emendatus & explicatus, Romilia tribus. Arienſis tribus. Cap. 17.

SCRIBIT Cic. ſecunda oratione in Rullum. *Quæſiui ex eo Calen. Ia-* *nuariis, quibus hominibus & quemadmodum illum agrum eſſet diſtributurus: re-* *Cic. 2. in Rul.* *ſpondit à Romilia tribu ſe intitium eſſe facturum. Primum, quæ eſt iſta ſuperbia & contumelia? vt populi pars amputetur, ordo tribuum negligatur: antè ruſticis detur ager, qui habent, quàm vrbanis. Quibus iſta agri ſpes & iucunditas oſtenditur. aut ſi hoc ab ſe dictum negat, & ſatisfacere omnibus vobis cogitat, profe-*

rat, in iugera dena describat, ab Ocriculana vsque ad Arinensem nomina vestra proponat. Hæc verba & explicationis indigere mihi videntur, & emendationis. Queritur Cicero in agrorum asſignatione, à Rullo ordinem tribuum negligi, initiumque diuiſionis agrorum fieri à Romilia tribu ſuburbana, ruſticarum prima, contemptis quatuor vrbanis tribubus, & ſpreta plebe vrbana. Id tamen vt reor, fecerat Rullus, maiorum exemplo: qui tribus ruſticas honeſtiores crediderant, quàm vrbanas, in quas transferri ignominioſum eſſet. Sed ex contemptu vrbanæ plebis reprehenſionem quæſiuit orator, apud quam dicebat. Romiliam tribum cenſet Varro appellatam, quòd eſſet ſub Roma: Verrius, quòd ex agro cenſebatur, quem Romulus de Veientibus captum viritim diuiſiſſet. Ex hoc autem loco intelligimus ordinem aliquem fuiſſe tribuum. Quod & Varro indicat, qui primam nominat ſuburbanam: quintam, Romiliam. Itaque cum in comitijs ſortitionum prærogatiua fieret, aliæ omnes ſuo vocabantur ordine, vt ius erat quamque vocari: atque ex eo iure vocatæ dicebantur. Cæterum neſcio quomodo hunc in locum irrepſerit tribus Ocriculana, quæ nulla vnquam fuit. Et Cicero perſpicuè conſeruare ius ordinemque tribuum deſiderat, vt à prima ad vltimam in dena iugera, qui minimus modus eſt, deſcribat Rullus. In libris ſcriptis, *à ſuburbana vſque ad Arinenſem.* reperio, quod eſt à prima tribu ad vltimam. Arinenſis tribus meminit Plinius. in quo tamen, vt & in compendio Flori libro x. Anienſis ſcribitur. & libro 29. apud Liuium, tribus Narinenſis ſcribitur. Sed verius puto Arinenſis.

Plinius. Flor. lib. 10. Liui. lib. 29. ab vrb. cond.

Plinius 18. libr. natur. Histor. reſtitutus. Panus mammoſus. Paniculæ. Æuus.

Cap. 18.

LOCA quædam hic excutere placet lib. xviij. natur. Hiſtor. quando omnia non licet: eſſet enim id iuſti commentarij, non delicatæ huius operæ, quæ faſtidientis more, varietate nauſeam diſcutere cupit. de Cincinnato in eo ſcribitur, *Cincinnato viator attulit Dictaturam, & quidem, vt traditur, nudo plenoque pulueris etiamnum ore.* hanc ſcripturam vt adulterinam libri veteres non agnoſcunt. ſed iſtam. *Cincinnato viator attulit Dictaturam, & quidem vt traditur, nodo manus pleno, quæ nuncia morũ* hic videre licet quanto libentius homines ſua ſubſtituant, quàm alienorum ſenſum inueſtigent. Nodum manus interpretor manus comprehenſionem, id eſt plena manu: cum ſcilicet manuſtinam aratri teneret: arantem enim viator inuenit, vt Perſius ſcribit,

Plin. lib. 18. cap. 3.

Perſ. 1. ſaty.

— *ſulcoque terens dentalia Quinti*

Cum

Cum trepida ante boues dictaturam induit uxor,
Et tua aratra domum lictor tulit.

Paulo post, pro, *non tamen surda tellure,* scribe è veteribus libris. *non tam surda tellure.* hoc sensu, non tam surda est tellus, quin ijs cultoribus se contemni sentiat, & vt non inuita ea, & indignè ferente, id fiat. [Plin.lib.18. cap.3.] scribe *Philometor Attalus.* sine distinctione. mox, *non in grege nominando M.Varrone.* [Plin.ibid.] vt dicat se esse extra gregem & numerum aliorum, eum nominare. Iterum scribe, *in bona enim regione bene nitēt.* [Plin.lib.18. cap.5.] Sed & illud multo elegantius est in vetustis libris, quàm recentibus. *Cum villa Sceuolæ fructus non caperet, villam Luculli ager.* [Plin.lib.18. cap.6.] nam & villa Sceuolæ fructibus deerat, cum parua nimis esset, villam Luculli ingentem & magnificā vix amplectebatur ager. Scribe etiam, *quàm proximum domino corde esse debeat.* [Plin. ibidem.] id est, prudentia. nam & à prudentia Scipionem corculum appellatum fuisse scimus. non ita longo interuallo lego. *præterquam sobole suo colono pascendū.* [Plin.ibidem.] pascendū autē illud significabit potius immittēdum pecus in agrum, quàm sumptuosè & dānosè colendum. Item, *quorum prædia colenda,* lege è veteribus. *quorum hæredia colenda.* Et mox in ijsdem, C. *Furius Cresinius,* [Plin. ibidem.] disertè scribitur & literatè. Cum de fossis agit, scribo pro *retusis locis: cretosis.* adstipulatore etiā Columella. & pro *imbricibus. in reprocibus aut supinis lateribus procūbere.* [Plin.ibi,ca.6.] id est, in asperis & cōfragosis & cliuosis. *Munituró; vallo aristarū quadruplici.* [Plin. eod. lib. cap.7.] partim *quadrifido,* partim *quadripedi,* veteres libri habent, eodē tamē sensu. pro, *cū longißimo pedali,* libri veteres, quosquidē viderim, omnes habent, *cum longißima pedali obsa.* quod & se in suis testificantur reperisse Germani. inde secuta castigatio nugatoria *cum longißima pedali obba.* cui, post hanc audaciam, non sit ius adscribendi sua somnia? ego legendum censeo, vel traiectis literis *cum longa pedali soba,* vel potius, *loba.* Scribe mox. *Sunt & panico genera mammosa è pano paruis racemata paniculis.* [Plin. lib. 18. cap.7.] Panum autem appellat mammosum, tumorem, vel inuolucrum licij dicitur panus. è pano autem exeunt paniculæ. Scio ego è Theophrasto multa emendari posse hoc in libro: sed è regione comparare auctorem Græcum & interpretem multis locis Plinium, nunc non est operæ. *Hordeum maximè nudum & alica.* vetus liber, *& arinca.* [Plin.ibidem.] & paulo post, pro *qualiter moliuntur: moluntur,* scribito. infra, *Bracem vocant.* [Plin.ibidem.] mox duplex scriptura est in duobus veteribus libris, nos *Sandalam* in vno: in altero legimus *scandalum.* Quis autem ambigat, quin pro, *si quis granum ipsum ponderet.* multo sincerius sit, *siliquæ granum ipsum pondere.* vt granum æquare pondus siliquæ dicat? pro, *circa Thracium sinum.* scribe *circa Thraciam Ænum.* Ænus enim vrbs est Thraciæ. Scribe item, *in subtilem farinam molit.* [Plin.ibidem.] &, *quadrupedumque ferè cibus est.* Vbi excusum est, *Ita sapientes agricolæ triticum cibarijs tantum serunt: Hordeum sarculo seri dicunt:*

Plin. eod. lib. cap. 8. Plin. eod. lib. cap. 10. Plin. ibidem.

ſcribe, *hordea ſacculo ſeri dicunt*. id eſt, crumenæ & lucro. pro *ſi non exacta maturitate*, ſcribendum, *excocta*. pro, *in Allobrogum tantum Aruernorumq́;* agro, ſcribe *Remorumque agro*. Scribe &, *Eſt & alia diſtinctio ſemel tempore L. Pauli nata pondo panis reddere uiſa xviij. Tertia xix. cum triẽte*. in priſcis libris, *ſiligo excepta*. lego, vt hoc quoque non magni momenti non prætermittam. ſcribe, *quod apud nos vocant Trionum*.

Tela. Auenæ vanæ. Voluendus. Voluens. Sepultus vino. Sepulti venti. Cum primis. Puncto tempore. Turbare. Conſueſco. Inſueſco. Requieſco. Iurare in verba magiſtri. Prorumpit. Erumpit. Incerare ſimulachra.

Caput 19.

HAEC farrago erit velut è varia ſegete. Tela videor animaduertiſſe textorum inſtrumenta, priuata quadam & peculiari ſignificatione vocari, Tibullus,

Tibul. lib. 2. eleg. 1. — *& à pulſo tela ſonat latere*. Prudentius,

Prudent. Hamar. aduerſ. Marcion. *Indumenta nouis texentem plumea telis*. Lucretius

Lucret. lib. 5. *Nexilis ante fuit veſtis, quàm textile tegmen.*
Textile poſt ferrum eſt, quia ferro tela paratur. Iam ante docui vanas apud

ſuper lib. 19. cap. 29. D. Amb. lib. de Pœnitent. Symm. epi. ad Valen. Theodoſ. & Arca. Augg.

Maronem auenas, eſſe vanos & ſteriles culmos, qui frugem non ferunt, quod auctoritate pij & eruditi ſcriptoris D. Ambroſii probani. Symmachus tamen intellexiſſe videtur genus herbæ fruges enecans. Sic enim in epiſtola ad Valentinianum Theodoſium & Arcadium Auggg. ſcribit. *Nec rubigo ſegetibus obfuit, nec auena fruges necauit, ſacrilegio annus exaruit.* Voluendus. quod futuri videtur temporis, ſi Grammaticis credimus, tamen in præterito vſurpatũ reperimus. vt apud Maronem (Virg. 9. æn.) — *voluenda dies en attulit vltro*. id eſt, voluta. & apud Lucretium.

Lucret. lib. 6. *Glans etiam longo curſu voluenda liqueſcit*. Iterum,

Lucret. lib. 5. *Quo voluenda micant æterni ſidera mundi*. Sed & voluens perpeſſionis ſignificatione poſitum non ineleganter apud illos duos perpolitos poëtas animaduertimus. vt apud Maronem. (Virg. 1. æn.) — *olim voluentibus annis*. quod Græcum eſt περιπλομένων ἐνιαυτῶν. & apud Lucretium.

Lucret. lib. 5. *Multaque per cœlum ſolis voluentia luſtra*. Iterum apud Maronem.

Virg. 1. Geor. *Tardaque Eleuſinæ matris voluentia plauſtra*. valet enim, quæ voluuntur, vel quæ voluunt ſe.

Virg. 2. æn. *Inuadunt vrbem ſomno vinoq́ue ſepultam*. quam honeſta tranſlatione à Marone dictum eſt, quod valet, obrutam & quietam, à ſepultis, qui terra operiuntur & quieſcunt. Sepultos etiam ventos pro quietis dixit Lucretius hoc verſu (Lucret. lib. 6). *In ſtatione locata ſepultis vndique ventis*. Cum primis, quod dicimus, vt in primis, ſane dicimus comparatione eorum, quæ in quoque gene-

genere prima ſunt & præcipua excellunt. Apparet è Lucretio, qui integrum poſuit, quod alij ſubticent. Eius eſt verſus, *Hinc tibi ſubtilem cum primis ignibus ignem*. Idem, quod puncto temporis dicimus, puncto tempore ſcripſit, (Lucret. lib. 6.)

Et liquidum puncto facit æs in tempore & aurum. Turbare idem pro turbari & miſceri dixit antiquitate quadam ſancta Varroni imitata Lucretii verſus eſt, *Diſsimiles inter ſe res turbareque miſtas*. Varro, *Quia cum mare turbat*. Conſueſco idem poëta pro conſuefacio poſuit, quod rarius eſt, hoc carmine. (Lucret. ibidē. Lucret. lib. 6.)

An tum brachia conſueſcunt firmantq; lacertos? & Horatius (Lucret. lib. 6.)

— *inſueuit pater optimus hoc me*, pro inſuefecit. Sic apud Maro. requieſco eſt, vt ita dicam, requiefacio, (Horat. lib. 1. ſaty. 4.)

Et mutata ſuos requierunt flumina curſus. (Virg. 8. eclog.)

Nullius addictus iurare in verba magiſtri. ab Horatio per tranſlationem dictum, ab his ductam, qui in ducum & imperatotum verba iurabant. Id ſatis è Symmacho apparet ita ſcribente. *Vbi in leges veſtras & verba iurabimus qua religione mens falſa terrebitur, ne in teſtimonijs mentiatur?* Sunt quidem iſtæ tricæ, ſat ſcio, & huic merci nolim ſit maius precium quàm pro æſtimatione mea: tamen boni iuuenes gaudebunt apertis tranſlationum iſtarum velut fontibus. Prorumpit & erumpit ſepenumero neutrorum verborum ſignificatione trita videmus vſurpari. Maro tamen. (Horat. lib. 1. epiſt. 1. Symm. in epiſ. ad Valē. Theodoſ. & Arca. Auggg.)

It mare proruptum. dixit vt Lucretius (Virg. 1. æn.)

— *hinc prorumpitur in mare venti* (Lucret. lib. 6.)

Vis. Et M. Tullius dixit, *Ne in me ſtomachum erumpant cum ſint tibi irati*. & Lucretius (Cic. ad Attic. lib. 16. epi. 3.)

Exagitata foras erumpitur. Iſta quadem raritate auctorum ſcripta commendant, & gratiam eis adferunt. quæ, cur mihi adnotaſſe fraudi ſit, & aliorum ad hoc mentes aduertere? (Lucret. lib. 6.)

Propter quæ fas eſt genua incerare deorum, ſcriptum ita à Satyrico eſt, vt prope putes antiquos noſtro ritu cæreas candelas offerre diis & eorum genibus adfigere ſolitos. Sed nimirum hoc non ſolebant, ſed deorum ſimulachra cæra illinire. Prudentius, (Iuuen. ſat. 10.)

— *guſtauerat inter*

Vagitus de farre molæ ſaxa illita cæris (Prudēt. cōtra Symmac. li. 1.)

Viderat vnguentoq; lares humeſcere nigros. Sed hoc tandem caput nugari deſinat.

Lymphiones. Librilis tunica ſub ſerica. Interulæ dilores. Elephantini libri. Lutei libri. Illicium. Comitiale tribunal & Ceſpititiū. Vopiſcus emendatus. Cap. 20.

Vopisc. in Saturnino.

Cvm Flauuius Vopiscus scribit in Saturnino, *Omnes certe Lymphiones cuiuscunque artis & videntur & habentur.* qui Lymphiones illi sint, quęritur, ac mediusfidius Glossographi facili defuncti opera pro fanaticis & lymphatis accipiunt parum conueniente interpretatione: proinde vt & aliquid ipse proferam, si quid mei iudicij est, vt olim iudices, alio tamen sensu dicebant: existimo vt Græcè νυμφῶνες & νυμφεῶνες appellantur antra & specus Nympharum: deabus illis res diuina fiebat, Sed & thalami: Sic Lympheones Latinè vocari mutata litera, vt pro nympha, lympha dicit latinus. Hic igitur per trãslationem Lympheones accipio pro officinis & sacrariis artium: vel pro thalamis. nisi si quis putet sua cuiq; arti fuisse sacra, dicat: suasque curias ad rem diuinam ex cuiusq; artis collegiis & corporibus. quod non æquè probem. Vidi & qui Linteones legendum contenderet, cuius generis multa sunt artificia. vidi & qui Lympheones interpretaretur omnes eos, qui artes tractant, quæ aqua egent, Sed ne ab eo auctore descedam, & quædam glossematica in eo, si possim, enucleem, cum

Vopisc. in Bonoso.

scribit in Bonoso, *Tunicam auro clauatam, subsericam librilem vnam*. quænam tandem est librilis illa? an cui clauandæ intexitur libra auri? & non perinde putem istam coniecturam aberrasse à vero. cum scribit Trebel-

Trebell. Pollio in Claudio.

lius Pollio, *Albam subsericam paragaudam*, *triuncem vnam.* nisi si quis dicat, in qua sit serici libra: ante tamen cum de tunica palliolata subserica loqueretur, nullum tale additamentum adposuit, vt in priorem coniecturam sim inclinatior, & librilem pro librali dictum credam. Subijcit mox,

Vopi. in Bono.

Interulas dilores duas. legi qui hic, & in aliis Scriptoribus eandem vsurpantibus vocem, *dicores* scriberet, & bis tinctas bisque saturatas intelligeret. Ego *dilores* à duplicibus loris, id est, liciis vberioribus duobus veluti bilices libenter acceperim. Audiui & qui è duplici velut loro & aluta pellitas exponeret. quod si quis offenditur compositione semigræca, is ita habeat, nomine lori etiam Græcos vti: & alioqui miscere in vnum vocabulum duas linguas non refugissent scriptores sæculi illius, quo vixit Vopis-

Vopi. in Taci.

cus, Nominantur ab eodem Vospico in Tacito libri Elephantini, qui in vlpia bibliotheca erant conditi in armariis, & senatusconsulta continebant ea, quæ ad principes pertinebant: qui vt opinor, sic appellati sunt, quod Eburnei forẽt, vt & alii quidam erãt libri Lutei, qui non raro etiam

Vopi. in Taci.

ab Historicis citantur. Quod autem ibidem scribitur, *Omnes omnes in Decium ad campum Martium*. est caliginosum & tenebricosum. quid enim sibi illud Decium vult, etsi sæpius iam abusus sum patientia hominum meis anguralibus coniecturis, vt sæpius tentanda non sit: tamen me non possum tenere, quin dicam, *Illicium*, mihi videri legendum esse. quod vocabulum à Varrone explicatur significare illici & conuenire populum.

Scri-

Scribitur ibidem, *Ibi comitiale tribunal ascendit*. Comitiale tribunal hic suspicor dici ad discrimen iuridici tribunalis & cespititii, vnde Imperator milites alloquebatur: vt Vopiscus scribit in Probo, *deinde concursus & cespititium tribunal.* ad huius igitur discrimẽ Comitiale dicitur, quod in campo Martio erat, vnde Magistratus comitia habebant & Quirites illic alloquebantur.

Vopi. in Taci.
Vopi. in Probo.

Trebellius Pollio explicatus & emendatus. Aclides. Amentum. Teres. ἀγκύλαι. Tunicæ russæ. Φοινικίδες. Tunicæ ducales. Sanguinis dies.

Caput 21.

CVCVTIA quæ sint in Trebellii Claudio quærunt Grammaticorum classes. Ego per diminutionem putem Cucullia legendũ, *Chlamydes veri luminis*, ibidem scribuntur. puto veri esse coloris, vt si purpureus color sit, is sit luminosus, nitidus. pro colore autem lumen poni & hinc apparet, & è Tertulliano, qui in libro de Pallio scribit, *& de luminis consilio*. Porro *Oraria Sarabadena*. non à Sarabaris inuenisse nomen crediderim, sed à gente, & *Saraptena* legendum suspitione adducor ab vrbe phœnice Sarapta. Nominantur & in eadem vita Aclides, vt & à Marone.

Trebel. Pol. in Claudio.
Treb. Pol. ibi.
Tertul. lib. de Pallio.
Trebel. Pol. in claudio.
Treb. Pol. ibi.
Virg. 7. æn.

— *teretes sunt Aclides illis*
Tela: sed hæc lento mos est aptare flagello.

quidam sic ea tela dicta putant, quasi ἀκίδες ab acumine & cuspide: ego iacula crediderim ansata, vel amentata, amentum enim Maro significare videtur, cum flagellum lentum dicit, quod est loreum amentum. Cum enim è loro flagella fiant, per trãsnominationem lorum videtur flagellum dixisse: Iacula autem intellexisse Maro videtur cum teretes appellauit. nam teres est iaculorum hastile. ἀγκύλαι autem Græcis iacula quædam sunt: & per diminutionem inde ἀγκυλίδες dici possunt. vnde luxata fractáque paulo voce Aclides à Latinis appellatæ. *Tunicas* autem *russas* appellat, quas Græci φοινικίδας. Earum quædam militares erant, vt apud Trebelliũ *Tunicas russas militares annuas*. Illis vtebantur milites, vt Tribuni. Erant & ducales, quibus duces vtebantur, vt apud Vopiscum in Aureliano, *Tunicas ducales russas quatuor.*

Trebel. Pol. in Claudio.
Vopi. in Aureliano.
Trebel. Pol. in Claudio.

Boliteram halieuticum. interpretor non iaculum vt Glossematarii, sed prægrandem & capacissimam patinam, quæ velut reti iaculo magnam vim piscium, magnumque bolum cepisse videtur. esse enim puto per translationem nomen impositum, *Cum esset*, inquit Trebellius, *nunciatum nono Calendas Apriles, ipso in sacrario matris, sanguinis die Claudium Imperatorem factum*. puto diem illum significari quo Galli fanatici se cruentant per furorem alienata mente. Sic quædam, quæ quod mihi negotium exhibuerant, aliis facessere posse credidi, cum ex inscitia mea aliorum inge-

Trebel. Pol. in Claudio.

nium improbè exiſtimarem, ex Hiſtoricis illis excerpta, huc congeſſi. In quo tamen vereor ne fruſtra irritus à me ſit poſitus labor animo conante ad veram euadere vocum obſcurarum enucleationem, ad eam tamen nõ aſpirante. Sed error aliorum, qui in his ante me explicandis variè vexatus eſt, audaciæ meæ viam muniit. Quodq́ue deterrere debuit, fiduciam & audaciam addidit: cũ ſperarem me eam facile veniam impetraturum, quam alijs non viderem eſſe negatam.

Lucretius lib. 5. explicatus. Merto, Pulto. Rabies pro fremitu canis. Protrahere ſe. Noctis tenebræ ſeueræ. Dij cur immortales & æterni. Penetrare animos. Deplexum eſſe. De præpoſitio.

Caput 22.

Lucret. lib. 5. ETSI in Lucretij quinto eleganter ſcribitur — *contra nunc rerum copia merſat*: tamen quod in Chirographis reperitur *mertat*, vt & veteribus
Quinti. lib. 1. cap. 4. pultat dicebatur, non eſt deridendum. nam vindice Fabio vtrumque antiquitati aſſeritur, non inuitus & hos verſus ſic legerim.

Lucret. lib. 5. *Tunc & amicitiam cœperunt iungere auentes*
Finitimi inter ſe nec lædere, nec violare. Equidẽ ſcio *habentes finitima inter ſe* bonam exprimere ſententiam. ſed quæ mox ſubſequuntur facilius meliuſq́ue cum ijs verbis, quæ poſui, conciliabuntur, atque cohæreſcent. Illud autem tralatitium nõ eſt, nec tritum: Rabiem à Lucretio accipi, pro fremitu canis nondum latrantis, ſed irrientis, cum vt Lucilius ait, caninam literam rho pronunciat canis irritatus. ſic enim ſcribit

Lucret. lib. 5. *Longe alio ſonitu rabie deſtricta minantur*
Et cum iam latrant & vocibus omnia complent. Scitè autem Se protrahere, pro ſe patefacere, ſe indicare & aperire iucunda tranſlatione vſurpat, ducta ab his, qui latentes in medium protrahunt.

Lucret. lib. 5. *Quippe vbi ſe multi per ſomnia ſæpe loquentes*
Aut morbo delirantes protraxe feruntur. Cum autem ſcribit

Lucret. ibidẽ. — *& noctis ſigna ſeuera*, id propter noctis triſtitiam & ſeuerum mœſtumq́ue eius horrorem: non enim lætæ ſunt noctis tenebræ iucundæq́;,
Lucret. ibidẽ. vt alma lux diei. Sic cum ait, *Et tamen omnino quod tantos viribus auctos*, ſignificat deos eſſe immortales & æternos exiſtimatos, cum ex eo, quod ſemper eorum maneret forma: tum vero vel maximè, quod tantis viribus
Lucret. ibidẽ. præditos nulla vi ſuperari poſſe crederent. Cæterum cum ſcribit — *corripunt membra pauore.* Intelligit membra pauefacta & trepidantia ſimul re-
Lucret. ibid. pere & ferri & ſimul contrahi. Eodem autem in libro, *Tum penetrabat eos*, valet εἰσήει, εἰσήρχετο. eorum animos ſubibat, ſuccurrebat eis, quaſi quæ excogitemus, ea animum ingrediantur noſtrum extrinſecus. Hi autem

tem duo verſus ſunt obſcuri, & deſiderant explanatoris diligentiam, à me breuiter attingentur.

Et necopinantes à tergo diripiebant, id eſt, lacerabant, quamquam ne quid diſſimulem, non inuitus legerim *deripiebant*, id eſt, deorſum capiebant & detrahebant. *Deplexæque dabant in terram voluere victos.* Deplexæ ſunt de eis pendentes eiſque implicatæ. Sic enim aſſiliebant, vt infixis vnguibus de eis penderent & eos deorſum detrahere conarētur. Idq; eſt deplexum eſſe. cum de, infra deorſumque ſignificet.

Lucret. ibidē. Lucret. lib. 5.

Iouem lapidem iurare. Furtum per lancem & licium conceptum. Luma apud Feſt. Lumariæ falces. Luſtrici dies. Latrare. Cap. 23.

IOVEM lapidem iuro cum dicimus, non puto Iouem lapidē dici. quid enim eo inſulſius? ſed orationem breuitate imminutam eſſe. nam Iouem lapidem iuro, integra ſolidaque ſententia eſt, Iouem lapidem tenens iuro. Quo id auctore dico? nempe Feſto, cuius verba ſunt, *Lapidem ſilicem tenebant iuraturi per Iouem, hæc verba dicentes: Si ſciens fallo, tum me Dieſpiter ſalua vrbe arceque, bonis eijciat, vt ego hunc lapidem.* De furtis per lancem & licium conceptis, quæ lex xii. Tabul. pro manifeſtis voluit vindicari, tantum hoc apud Feſtum legimus, *Lance & licio dicebatur apud antiquos, quia qui furtum ibat quærere in domum alienam, licio cinctus intrabat lancemque ante oculos tenebat propter matrum familiæ aut virginum præſentiam.* Hæc verba varias peperêre hominum noſtræ memoriæ coniecturas, ac pro ſuo quiſque ſenſu & captu expoſuit. Nulla igitur inuidia fuerit, vt opinor, ſi quid mihi videtur, dixero: non quo mea mihi plus æquo ſententia probetur: ſed vt ius liberè cenſendi vſurpaſſe ſaltem videar. Cum quis ſibi furtum eſſe factum querebatur, remque furtiuam in ædes Titii à fure deportatam eſſe: ſi eam ibi forte reperiret & comprehenderet, nec Titius eum ingreſſu prohiberet, furtum conceptum dicebatur. Quod ſi vel in atrio eam non reperiret, ſed in interioribus ædibus depoſitam collocatamque diceret: vt in gyneconitide, vbi mulieres manebant, quo non admitteretur: aut poſtremo, ne in atrium quidem ingreſſum Titius permitteret: lex concedebat ei, qui furtiuam rem quærebat, vt ſe accingeret licio, quo expeditior ad quærendum eſſet: & lancem oculis opponeret, ne à mulieribus aut virginibus, quæ in gynecæo eſſent, videretur. ab iis enim alienos viros cerui veteres nolebant. Quod ſi tum rem furtiuam conciperet & comprehenderet, furtum illud conceptum & comprehenſum pro manifeſto vindicari ſanxerunt, parēq; ac manifeſto ei pœnā irrogari voluerūt. *Lima*, inquit Feſtus, *genus eſt herbe, vel potius ſpinæ.* quid

Feſt. lib. 10. in litera L. Feſt. eodem lib. 10. Feſt. lib. 10. in litera L.

Fest. eodem lib. 10.

quid si *Luma* ſcribendum eſt? quo nomine cenſentur herbæ ſpinoſæ in agris. vnde & falcibus Lumiariis nomẽ inditum eſt. *Luſtrici dies ſunt*, inquit idem, in puellis nonus: In pueris octauus: quibus luſtrabantur, nomenque eis imponebatur. Hinc explicandus eſt Vlpianus, qui in capite de Decimis ſcribit,

Vlpia. de decimis in fragm.

Item communis filius filiáue poſt nonum diem, amiſſus amiſſáue, vnam decimã adijcit: duo autem poſt nonum diem amiſſi, duas decimas adijciunt. Hic enim nonum diem propter diem luſtricum dicit. Ante diem luſtricum dicimas non adijciebant.

Feſt. lib. 10.

Latrare, Feſtus apud Ennium ait eſſe, *poſcere*. Ego & apud Lucretium in eadem ſignificatione reperio hoc verſu.

Lucret. lib. 2.

— nonne videre
Nil aliud ſibi naturam latrare.

Liuius lib. 40. explicatus. Inaugurare. Regiones 4. vrbis, 4. eſſe tribus. Præfecti. Extraordinarij in exercitu Rom. Inuehi in aliquem. Effrænata audacia. Magiſtratus ſcribam ſibi legebat. 4. portæ in caſtris. Decumana. Prætoria. Principalis. Quintana. Extraordinaria porta. Principales 2. dextra & ſiniſtra. Defendere. Defendere iniuriam. Delinimenta. In medio poſitum.

Cap. 24.

MIHI vnus atque alter locus Liuii è libro 40. non videntur ita facilem habere intellectum, vt non interpretis munus diligentis deſiderare videantur. Quod vtinam idoneus eſſem eorum enarrator. vtcunque tamen me iuuabit, pro mea virili, vt intelligatur, elaboraſſe: etſi nihil profeciſſe videar, certe aliorum ingenia ad ea explicanda incendiſſe.

Liuius li. 40.

Secundæ, inquit, *legionis Fuluius Tribunus militum erat, is menſibus ſuis diuiſit legionem.* opinor hanc eſſe ſententiam. Cum ſex Tribuni militum eſſent in legione, in duabus, duodecim, ita inter ſe partiri ſolitos eſſe, vel comparare, vt per ſemeſtre bini duobus menſibus legionibus duabus imperarent.

Polybius.

Polybius huius rei mihi auctor, qui ita ſcribit. κατὰ δύο γὰρ σφᾶς αὐτοὺς διελόντες ἀνὰ μέρος τῆς ἑξαμήνου τὴν δίμηνον ἄρχουσι. Cum igitur imperandi vices ad Fuluium perueniſſent, is ſuis menſibus, id eſt, ſuo bimeſtri, legionem dimiſit. Non ita longè qnod ſequitur, enucleatu non perinde facile eſt.

Liui, lib. 40.

Religio inde fuit pontificibus inaugurandi Delabellæ: P. Clœlium Siculum inaugurarunt, qui ſecundo loco inauguratus erat. Quis enim mirum non putet eſſe, eum inauguratum fuiſſe, qui iam ſecundo loco inauguratus fuerat? Sed vt ſuſpitio eſt, vel Dolabella, quem inaugurare noluit pontifex, aliud ſacerdotium habebat, cui ante Clœlium inauguratus fuerat. Sed cum religio eſſet pontificibus eum inaugurandi ſacerdotio regis ſacrifici, qui ſecundo loco inauguratus fuerat eidem, cui Dolabella ſacerdotio inaugu-

ratus erat: vel potius cum Pontifex Maximus inaugurare Dolabellam nollet, velut in ſubſidium & ſecundo loco Clœlium inaugurat, ſi primo Dolabella non inauguretur. nec vero ſoli Pontifices inaugurabant: verum etiam Salii. Capitolinus de Antonio Salio. *Fuit in eo ſacerdotio & præſul & vates & magiſter & multos inaugurauit atque exaugurauit nomine præeunte, quod ipſe carmina cuncta didiciſſet*. Cur autem volebat pontifex vt magiſtratu ſe Dolabella abdicaret? nẽpe quia regem ſacrificũ nefas erat magiſtratus gerere. Liuius ſcribit *Regionatimq; generibus hominum, cauſiſq; & quæſtibus, tribus deſcripſerunt*. Regiones quatuor vrbis, quatuor ſunt tribus vrbanæ: reliquæ tribus ruſticæ regiones & præfecturæ ſunt in Italia. In ſuffragiorum ratione deſcripſerunt tribus illi cenſores ex ordinibus & generibus artificijsq; & quæſtubus, vt homines vnius ordinis & generis: vt vnius cauſæ & quęſtus ſimul ferrent ſuffragium. Itaq; in regione tribus Sergiæ, omnes qui calcearij erant, ſimul ſuo ordine ſuffragium ferebant: ac ſi genera & quæſtus certo ordine deſcripſerant per omnes regiones & tribus. vt cum ad tribum aliquam ventum eſſet: ſcirent Senatorij & Equeſtris ordinis viri, quando ſibi in ſuffragium eundum eſſet. Et deinceps alij inferiorum ordinum & quæſtuum. Liuius, *Flaccus luce prima C. Scribonium præfectum ſocium ad vallum hoſtium cum equitibus extraordinarijs alæ ſiniſtræ mittit*. Præfecti vocabantur, qui ſocialibus auxilijs præerant. In exercitu autem Romano Extraordinarij vocabantur, tertia pars equitatus ſocialis, quinta peditatus: vt à Polybio ſcribitur. Erant itaque in exercitu equites extraordinarij & pedites. Inuehi in aliquem vnde dicatur, quod tam ſæpe in auctoribus legimus, ex Liuij loco. facile intelligetur, quem ſcribam: eſt enim tranſlatio ab equitibus. *Inuehebant*, inquit, *ſe hoſtes & in partibus extremis iam pugnabatur*. Sed & effrænatam audaciam cum legimus, ab equis trahimus, quorum ſine frænis indomitus eſt impetus. Proinde Romani interdum magno in periculo in hoſtem detractis frænis equos permittebant. Liuius, *Id cum maiore vi equorum facietis, ſi effrænatos in eos equos immittitis, quod ſæpe Rom. equites cum magna laude feciſſe ſua, memoriæ proditum eſt*. Magiſtratus ſuos Scribas habebant, quos ipſi legebant. Liuius, *Et erat familiaris vſus, quod ſcribam eum quæſtor Q. Petilius in decuriam legerat*. In decuriã ſcribarum eum à Petilio lectũ fuiſſe Liuius, his verbis dicit, factumq; ſcribã. Vulgo numerantur quatuor in caſtris Romanis portæ. Decumana, Prætoria, Principalis, Quintana. Erat tamen in eis etiam porta extraordinaria, prope quam tendebant Extraordinarii. Liuius, *Erumpere Extraordinaria porta iuſsit*. Quæſtoria, quæ propinqua erat quæſtorio. Liuius, *Q. Fuluius Flaccus legatus cum dextra ala ad Quæſtoriam portam poſitus*. Sed & duæ principales erant, Dextra & Siniſtra à principibus nomen

Iuli. Capitol. in Anto. Salio.

Liui. lib. 40.

Liui. lib. 40.

Polybius

Liui. lib. 40.

Liui. ibidem.

Liui. ibidem.

Liui. ibidem.

Liui. lib. 40.

Liui. lib. 40. nomen adeptæ Liuius, *ad dexteram principalem haſtatos legionis primæ inſtruxit.* Liui. ibidem. Iterum, *Tertia legio aduerſus principalem ſiniſtram portam inſtructa eſt.* Scribit Liuius, *aut ſibi eam eſſe defendendam, aut prouinciam dimittendam.* Hic defendere, valere crediderim prohibere. vt dicat ſibi faciendum eſſe cic. offic. lib. ne queri vltra iubeat. quæ ſignificatio non eſt omnino inſolens, cum preſertim dicat Cicero, defendere iniuriam pro prohibere, non abſimili notione verbi. Delinimenta pro veneficiis & incantamentis Liuius perſpicuè poſuit, cum ſcripſit. super lib. 17. cap. 21. *Imbuti illinc & infecti Romanis delinimentis redeunt.* Quo de verbo iam aliquid me dixiſſe recordor. Sed & in medio poſitum, idem auctor dicit. In medio poſitum eſſe id quod controuerſum eſt, & dubium, de quo ambigitur, & in controuerſiam reuocatur, hunc in modum. ego vero, ſi in medio ponitur non agnoſco. *Archo Poridi cuidam longè principi gentis Ænianum nupſit.* legendum libenter crediderim Liuius li. 40. non *Æneatum.* quod de vrbe gentem non dixiſſet: & gens Ænianum ſatis nota eſt.

Liuius lib. 39. & 10. explicatus. Libertorum conditio. Enubere. Gentis enuptio. Præferre triumphi diem. Per infrequentiam. Purè lautum.

Caput 25.

SVSPICOR conditionem libertorum Romæ non ſemper eandem fuiſſe: nec temeraria leuique coniectura impelli videor, vt id credam: cum ex Liuio intelligam nihil eis olim licuiſſe de ſuis fortunis dare, nihil diminuere. Quodquidem eis poſtea licuiſſe, ac iuriſconſultorum auctoritate non iniuria quis adfirmauerit. Sed locum Liuii proferre ſatius fuerit. Liui. lib. 39. *vtique Feceniæ Hiſpalæ datio, diminutio, gentis enuptio, tutoris optio ita eſſet, quaſi ei vir teſtamento dediſſet: vtique ei ingenuo nubere liceret.* Nam etſi ante viuo patrono libertina illum adoleſcentem Æbutium ſua munificentia ſuſtentabat, clam tamen patrono & ignaro, contráque ius libertinæ conditionis iſta faciebat: hoc certe conſtat mortuo patrono ius ei fuiſſe teſtandi, tutore à Prætore & Tribuno petito, in cuius manu eſſet, & quo auctore teſtamentum faceret. Decretum igitur dicit Liuius fuiſſe Senatuſconſulto, vt ei ius eſſet dandi & diminuendi, quod eſt de ſuo peculio largiendi & diminuendarum fortunarum. quod non fuiſſe videtur conceſſum libertinis, viuo patrono. Itaque quamquam eius patronus fato conceſſerat, vel quia Senatus id ignorabat, vel quia mulierem omni iure conditionis libertinæ liberatam defunctamque beneficio ſuo volebat, dationem Liui. ibidem. & diminutionem ei tribuit. Addit Liuius, datam etiam ei gentis enuptionem, quod interpretor, non vt ei ius eſſet extra libertinum ordinem nubendi: ſed vt alijs quàm libertis ſui patroni, aut gentis: & quia patronus eius

eius erat, id eſt, quàm libertis gentis illius hominis, cuius erat liberta, nubere ius eſſet. Enubere autem eſt extra ordinem, aut genus, aut gentem nubere. Liuius lib. 10. *Virginiã Auli filiam, patriciã plebeio nuptam L. Volumnio Conſuli, matronæ, quòd è patribus enupſiſſet, ſacris arcuerant.* Datum eidem mulieri Senatuſconſulto, vt ſibi tutorem optaret, quẽ vellet, vtque ei ingenuo nubere liceret. Eodem in libro Liuius dicit, *Turpe eſſe & indignum alienarum ſimultatum Tribunum Plebis cognitorem fieri*, quod eſt mandatas & delegatas eſſe tribuno alienas ſimultates, vt tanquam procurator eas exerceat & perſequatur. quo in loco cognitor etiam abſentis eſt, nõ præſentis. quod tamen primæ claſſis auctores contendunt. Præferre triumphi diem paulo poſt, pro diem triumphi dicit anteferre, præcipere & maturare ante diem conſtitutum & deſtinatum triumpho. verba eius ſunt, *Ne plus in triumpho certaminum quàm in bello haberet, prætulit triumphi diem.* per infrequentiam dicit idem Scriptor, factum Senatuſconſultum, cum infrequens eſſet in curia ordo, neque iuſtus eſſet Senatorum numerus. Eius verba ſunt, *qui per infrequentiam furtim Senatuſconſultum factum ad ærarium detulerit.* nam vt Senatuſconſultum fieret, ſaltem eſſe in curia centum Senatores oportebat, vt ex Liuio intelligimus, qui ita ſcribit, *Prætor Senatum conſuleret, ſi ei permiſſum eſſet, cum in Senatu centum non minus eſſent.* Quid eſt eodem libro apud Liuium purè lautum, cum ſcribit, *decimo die cœnatum, deinde purè lautum in ſacrarium deducturam?* verbum iſtud certum ſe ſacro purificantium quod Feſtus explicat, pura lotum aqua.

Liui. lib. 10.
Liui. lib. 39.
Liui. ibidem.
Liui. ibidem.
Liui. ibidem.
Liuius eodem lib. 39.
Feſt. lib. 14. in litera P.

Martialis lib. 12. explicatus & emendatus. Cœna aduentoria. Penſio. Balux. Ancillariolus. Lecticariola. Cataplus. Sellæ Patroclianæ.

Caput 26.

EPISTOLAM libri xii. ſcribit Martialis ad Priſcum Terentium, cui & xii. librum nuncupat. In ea ſcribitur, *& ſtatui pauciſſimis diebus, vt familiariſſimas mihi aures tuas exciperem aduentoria.* hoc de epiſtola intelligunt, quæ amico venienti occurrit, ſed diebus paucis epiſtolæ ſcribendæ non eſt opus, ſed horis. ego de libro hoc potius intelligendum augurer: quem pauciſſimis diebus à ſe ſcriptum dicit. De libro autem, vt de aduentoria cœna loquitur. qua excipere ſolemus amicos peregrè redeuntes, aut longo interuallo ad nos venientes. Plautus Epidico, *Venire ſaluum gaudeo. T. quid cæterum? E. quod eo aſſolet, cœna tibi dabitur.* Sed in his non acquieſcemus, ac ex eodem illo libro hanc telam detexemus. niſi me iudicium fallit, ferme ſuſpicor eſſe contaminatum epigramma ad eundem Priſcum, cuius principium eſt, *Quod Flacco varioque fuit.* eius pars loco de-

Martia. epiſt. lib. 12.
Plau. Epidico. ſc. Heus adoleſcens.
Mar. lib. 12. epig. 4.

migrauit, & in proximam viciniam immigrauit in epigramma Neruæ, nam *Macte animi, quem rarus habet.* ad calcem vſque eidem epigrammati adſcribi debet. [Martial. lib. 12 epig. 32.] *Quas non retentas penſione pro bima.* hic penſio merces eſt ædium aut cellarum cõductarum, vt apud Paulum. [Paul. li. 5. ſententent. tit. 36.] *Si propter prædia vrbana, vel mancipia appelletur, penſiones eorum vel mercedes vecturæ etiamſi de naui agatur, deponi ſolent.* [Mart. lib. 12. epigram. 57.] *Illinc paludis malleator Hiſpanæ.* Quid ſi *balucis*? Sic enim maſſas quaſdam auri vocari in Hiſpania ſolere ſcribenti Plinio credimus. [Plin. lib. 33. cap. 4.] quod vocabulum in *paludis* à vocis propinquitate facile deflecti potuit. mihi quidem non ſatis accommodatum hic eſſe videtur paludis nomen, licet Tagi ramenta aurea interpretentur. [Mar. lib. 12. epig. 58.] *Ancillariolus* eodem in libro eſt, qui amore ancillarum captus eſt, & in eis libidinatur. & *Lecticariola*, quæ ſe proſtituit ſeruis lecticam ſuccollantibus, quæ ſordidiſſima libido eſt.

[Mart. eod. li. epig. 75.] *Cum tibi Niliacus portet cryſtalla cataſtus.* hic quicquid obloquantur & obſtrepant Domitio homines animi infenſi & obtrectatores *cataplus* legendum eſt, vt ſit nauigatio Ægyptiorum. nam ex Ægypto & annona, & merces plurimæ Romam aduehebantur: & quia Græcè loquebantur, etiam Græco vocabulo eorum nauigatio Cataplus hic vocata eſt. Vlpianus de offic. Proconſulis, [L. Obſeruare §. ingreſſus ff. de offic. Procõſ. & leg.] *Sed & quas Græci ἐπιδημίας appellant, ſiue κατάπλουν obſeruare.* Sidonius, [Sidon. lib. 7. epiſt. 7.] *Si tum aut cataplus arriſerit.* Auſonius, [Auſo. de clari. vrbibus.] — *toto tibi nauigat orbe κατάπλους.* Ac non dubium eſt, quin in Martiale ita legendum ſit, cum Ægyptia & peregrina Cryſtalli pocula opponat fictilibus à circo Flaminio. Accedit veterum librorum fides, in quibus cataplus legitur.

[Mart. lib. 12. epiſt. 75.] *Hi magis audaces an ſint qui talia mittunt*

Munera? putem eum reſpexiſſe ad calices, nomine audaces, vt rectè ſentit Domitius: de quibus lemma eſt libro 14. [Mart. lib. 14. epig. 94.] *Calices audaces.* Sic enim ſcribi debet è veteribus libris. & ita Domitius legit. nunc enim *Calices* ſiue *Audaces* nomine excuditur. [Mart. lib. 12. epig. 78.] *Non ſumus audacis plebeia toreumata vitri.* *Sellas ante petit Patroclianas* Sic vocabãtur publicæ quędam Latrinæ. nam eodem modo Sellas familiaricas dixit Varro, [Varro.] priuatas ad familiæ aluum leuandam. Poſſunt in eo libro multo plura obſeruari & notari: ſed nos celeriter prætereuntes diutius vno in loco non conſiſtimus: & quodam velut muliercularum faſtidio pręgnantium laborantes vix, ac malignè cibos attingimus, his nec nos, nec alios ſatiantes. quamquam vereor ne ad harum epularum primum ſtatim guſtum conuiuæ noſtri ſtatim vel nauſeent vel faſtidiant.

Stipu-

Stipendium. Volſci veruti. Subſtringere aurem. Acceptum facere. Vendere per auerſionem. Dianæ lucus, & lacus. Diana limnæa. Conuexum cœli.

Cap. 27.

NON tantum ſtipendium eſt, quod victis imponitur, tributum, ſed & æs militare. quin & ſtipendium militia & ærumna ac labor. Iuſtinus, *Herculi rex, cui 12. ſtipendia debebat.* Hic duodecim Herculis labores, ſtipendia duodecim ſine conrrouerſia vocantur. vnde pœna & labor dicitur. Horatius,

Iuſtin. lib. 2.

Quæ finis? aut quod me manet ſtipendium?

Effare: iuſſas cum fide pœnas luam. Sunt & ſtipendia, anni militiæ. vnde decem ſtipendia habere, aut duodecim legimus: quod eſt, decem, vel duodecim annis militaſſe. Sed vt in alea à Chio ad Coum, quando & hęc ſcriptio non minus habet incertas rerum vices, quàm alea iactuum & bolarum. Cur à Marone dicti ſunt volſci veruti hoc verſu?

Horat. Epod. od. 17.

Aſſuetumq; malo Ligurem, volſcosque verutos. Equidem ſic dici crediderim, quod milites veru armati eſſent. vt enim telum quoddam & ferramentum verutum dicitur, quod veru habeat: ſic & homo, qui veru armatus eſt, verutus dicitur, vt cinctutus, cinctu veſtitus. — *aurem ſubſtringe loquaci.* apud Horatium, blandientis & adulantis eſt, vt exiſtimo, & mirabundè aſſentantis. nam qui oſculabantur, amatoriè auriculas prehendebant, vt apud Plautum eſt. *Prende auriculas*, ſignificat igitur quaſi amplexeris & admireris, auriculam eius ſubſtringe. *Acceptum face, redditumq; votum.* Illud acceptum face, videtur eſſe ab acceptilationibus ſumptum & liberationibus. petit enim vt voto liberatus ſit Catullus. Certe hanc locutionem apud iureconſultos reperio. Iulianus, *Cum emptor venditori, vel venditor emptori acceptum facit: voluntas vtriusque oſtenditur id agentis vt à negocio diſcedatur.* Per auerſionem vendere eſſe videtur apud iuriſconſultos, cum velut auerſus quis, nec rem inſpiciens, nec explorans emit: ſic opus auerſione locatum, quod velut ab auerſo conducitur vniuerſum, non vt in pedes & menſuras præſtetur. Quod ſcribit initio libri 3. de Oratore Cicero. quorum à magiſtratu pignora capiebantur, ea ſolitum fuiſſe concidi: idem Ædiles, vt iuriſconſ. ſcribunt, faciebant, cum quid in via, quod ei officeret & impediret, inueniebant. Paulus, *Lectos emptos ædilis, cum in via publica poſiti eſſent, concidit.* Ait Maro, *Audijt & Triuiæ longè lacus.* non ſolum nemora & luci Dianæ conſecrabantur. vnde Horatianum illud

Vir. 2. Georg.

Horat. lib. 2. ſaty. 5.

Plau. Aſinaria ſc. Cur me retentas.

Catul. epi. 34

L. Cũ emptor ff. de recind. vendit.

L. Si quis viua §. Si auerſione ff. de peric. & cõm. rei vend.

Cic. 3. de ora.

L. lectos ff. de per. & com. rei vend.

Virg. 7. Æn.

— *& dum lucus & ara Dianæ.* & Martialis,

Hora. in art. poet.

Mart. lib. 11. epig. 19. *In quo tuta facit nemus Dianæ*. ſed etiam Lacus, vnde & Limnæam cognomento apud Strabonem Dianam reperimus.

Strabo. lib. 8. Virg. 4. æn. — *tædet cœli conuexa tueri*. Annotant Grammatici quidam conuexum cœli cerni non poſſe, ſed eius concauum. Ac denique Conuexa, pro cõcauis dixiſſe poëtam, cum ſit conuexum curuum cauo oppoſitum. Sed conuexum cauum eſſe reor, quod è Iuſtino intelligi poteſt ſcribente de Xerxe, Iuſtin. lib. 2. *Et montes in planum deducebant, & conuexa vallium æquabat*. & Marone, Virg. 1. æn. *Claſſem in conuexo nemorum ſub rupe cauata.*

Quintum, Paulum. Publicolam. Aquilium ſcribendnm potius eſſe, quàm Quinctum. Paullum. Poplicolam. Aquillium. *Cap. 28.*

INDVCTA nuper eſt ab eruditiſſimis hominibus in libros omnes nominum quædam literatura, ab vſitata diſcrepans. Quinctum enim & Paullum, Poplicolam, Aquillium ſcribunt: ſed nos vulgus vt conſuetudinis retinentiſſimi ſumus: ita vix iſtam nouitatem approbare poſſumus, & libenter nouum opus nunciaremus. nituntur tamen marmorum Capitolinorum auctoritate. cui non puto tantum ponderis eſſe debere, vt aduerſus Grammaticorum ſcholas & præceptiones audienda ſit. nec enim illos marmorarios, lapidumque ſcalptores bonos Grammaticos fuiſſe crediderim, ſed operarios manu, quàm mente doctiores. Proinde rem ipſam putemus, & propius inſpiciamus: vt videamus noſne, an illi, in errore verſemur. Exiſtimo prænomen Quintus eſſe à numero, principio deductum: vt & Sextus & Decimus. Si igitur Quinctus ſcribendum eſt in hominis prænomine: Erit & Quinctus ſcribendum in numerali nomine: ipſi tamen Quintus ſemper ſcribunt: Sed & Quinctilis menſis, non Quitilis: Quinctana poëta in caſtris erit dicẽda, non Quintana. Suſpicor autẽ Marmorarios hoc deceptos, quia cum apud veteres c & q eodem modo ſonarentur: & participium cinctus magnam vicinitatem cum Quintus in illa antiqua pronunciatione haberet, ex eo Quinctus ſcripſiſſe: ac vitium pronunciationis ſuæ faſtis Capitolinis mandaſſe. nam vt notant veteres Grammatici, vulgus infinitis oris vitijs laborabat. In vulgo autem non in doctis numerantur opifices. In quorum antiquis inſcriptionibus, quotidie ea agnoſcimus. Paulus autem non Paullus auctore Priſciano, qui in Grãmaticis locupletior eſt teſtis quàm vllus ſcalptor. is enim ſic ſcribit, Priſcia. lib. 3. de deminut. *Excipitur vnum in lus deſinens Paulus, quod non geminat l in diminutiuo*. nec mirum cum au diphthongus poſt ſe geminari conſonantem prohibeat Publicolam autem lenius & concinnius dici, quàm poplicolam (etſi poplicola & propter originem & ſignificationem damnari non poteſt) arbitror. vt enim pro populicum factum eſt publicum. iniucunditate vocis ad

man-

manſuetiorẽ traducta ſonũ:ſic pro poplicola,publicola,id eſt, populicola.Sic Publius quaſi popilius eſt dictus, cũ poplius offenderet Latinas aures: quę eadẽ offenſio in poplicola ineſt.nec moueor auctoritate Gręcorum,qui πόπλιον dicunt & ποπλικόλαν: quæ illis auditu iucunda, Latinis faſtidioſa ſunt. & quamquam qui poplicolam ſcribit,ſi ſe origine vocis defendit, nec damnari penitus poteſt,tamen meo iudicio, qui publicolam ſcribit, Latinius & elegantius, certè ſuauius ſcribit. Aquillium porro, quid eſt cauſæ cur geminata ſcribamus l. litera, cum vnam analogia & origo poſtulet? vt enim à Rutilo, Rutilius: ſic ab Aquilo, Aquilius deducitur. nec enim vt opinor, ſyllabam bonus poëta in verſu produceret. Sed ne Petillius quidem ſcribendum eſt, cum nec Petilia vrbis nomen, vnde ductum videtur,conſonantem duplicet:quæ à πέπεισθαι,& ab Ilio deriuata appellatio eſt.

Parua Philoctete ſubnixa Petilia muro:ſiue à petilo, quod exile & paruum eſt.vt à Rutilo Rutilius. Virg. 3.æn.

Hæc non eo dixi, quo putem meas rationes illorum doctiſſimorum hominum iudicio anteponendas eſſe: ſed vt quæ mihi contra iſtius literaturæ nouitatem commodè excogitari poſſe videbantur,declararem.

Iuſiurandum in faciendo fœdere. Auſpicia ex auib. & ex pedeſtribus obſeruata. Innubere. Enubere. Contra. Contrarium æs. Captus. Gabinum fœdus. Byblinum vinum.

Caput 29.

Etsi Maro in fœdere faciendo lib.xii.AEneid. Homerum imitatur: tamen vt mihi videtur, etiam ad ritum ſolemnem,verborum formulam, qua veteres Romani in ſanciendis fœdoribus & bellis indicendis vti ſolebant reſpexit.Quod è Liuio perſpicere, facile eſt: cuius verba ſunt libro primo. *Audi Iupiter & tu Iuno: Quirine, dijq́ue omnes cœleſtes, voſq́ue terreſtres,vóſque inferni audite.* Iterum, *Audi Iupiter, audite fines, audiat fas.* Maro autem, Virg.12.æn. Liuius lib. 1. ab vrb.cond.

Et pater omnipotens & tu Saturnia Iuno Liui ibidem.
Iam melior,iam diua precor,tuq́; inclyte Mauors,& mox. Vir.lib.12.æn.
— quæque ætheri ſalti Virg.li.12.æn
Relligio.& infra
Vimque deûm infernam & diri ſacraria ditis.Sic & Plaut. Iurat deos ſuperos,inferos,medioxumos. Sunt autem qui à Græcis dij οὐράνιοι χθόνιοι & ὑποχθόνιοι appellãtur. *Quod autem idem Liuius ſcribit. Quarum rerum,litium, cauſarum condixit paterpatratus populi Romani,Quiritium patripatrato priſcorum Latinorum.*ita intelligendum arbitror,vt vel nomine ſubaudiatur: vel Virg. ibidem. Plau. Ciſtellaria ſc. Credo ego amorem. Liui. lib. 1. ab vrb.cond.

potius clarigationem & repetitionem subiiceri credimus: & cōdixit,& denunciauit repetitionem intelligamus. Quam in sententiam potius inclinat animus præsertim cum ea res clarigatio solemni nomine diceretur. Apud Horatium, nam ille quoque nobis ad hunc consarcinandum centonem ad partes vocetur.

Horat. lib. 3. od. 27.

Rumpat & serpens iter institutum. non sine causa dictum esse videtur. non enim tantum Romani auspicia ex auibus obseruabant, sed etiam è pedestribus. Nam sic Festus scribit. *Pedestria auspicia nominabantur, quæ dabantur à vulpe, lupo, serpente, equo, cæterisque animalibus quadrupedibus.* Innubere aliud esse videtur quàm enubere. nam enubit ea, quæ extra gentem & conditionem suam nubit: vt si libertina ab ingenuo ducatur, aut eo, qui non sit libertinæ gentis patroni. Sic Feceniæ Hispalæ legimus apud Liuium, datam enuptionem gentis. Ac innubere esse videtur infra, suo ordine nubere & collocari inferiori. Liuius lib. 1. de Tanaquile. *ea cum innupsisset spernentibus Etruscis Lucumonem exule aduena ortum ferre indignitatem non potuit.* alij in vrbe nupsisset esse credunt. Ne ab hac quidem decuria Plautus aberit: sed & aliquid ipse de suo huc conferet, ne asymbolus sit. *Auro* inquit, *contra carus non est.* mira quædam ista loquendi ratio videtur. qua & alijs in locis vtitur. Illud *contra* mihi valere videtur, vt quod sentio, loquar. Si contra appendatur, vel pari pondere auri carus non esset. Quod autem id contra valeat, ex eo apparet, quod à Festo scribitur, *Contrarium æs esse, æs graue.* Idem Comicus propriè, vt solet, & eleganter scripsit *captum sit collegium augurum.* nam cum aliqua de re collegium augurum consulebatur. sic loqui solebant, vt reor. nam non dubitem quin è loquendi more ad sumptum sit. Sic & *Captus*, inquit Festus, *dicebatur locus ad sacrificandum legitimè constitutus.*

Fest. lib. 14. in litera L. — *Liui. lib. 39.* — *Liuius lib. 1.* — *Plaut. Epidico sce. Honoris caussa.* — *Fest. lib. 3. in litera c.* — *Plau. Menechmis sc. Ni mala in stulta.* — *Fest. lib. 3. in litera C.*

Horat. lib. 2. epist. 1.

— *fœdera regum*

Vel Gabijs, cum rigidis æquata Sabinis. cum dicit Flaccus, videtur intelligere fœdus, quod cum Sabinis fecit Romulus, Gabinum quoque fœdus peruetustum erat, quod in ceræ bonis erat scriptum Festus. *Clypeum antiqui ob rotunditatem etiam corium bonis appellarunt, in quo fœdus Gabiorum cum Romanis fuerat descriptum.* Idem Festus memorat genus quoddam vini esse *bubleum*. ego *byblinum* scribendum in eo suspicor, de quo Hesiodus,

Fest. lib. 3. in litera c. — *Fest. lib. 2. in litera b.* — *Hesiodus.*

Εἴη πετραίη τε σκιὴ καὶ βύβλινος οἶνος. Sed plus satis verborum funditauimus Desinat tandem aliquando hoc caput argutari.

Martia-

Martialis libro 10. illuſtratus. Orciniana ſandapila. Orcini liberti. Nilotis tunica. Cathedralitij miniſtri. Elyſia puella. Spectaculum matutinum. Inuidia animi vitium, vt erugo ferri. Popularia. Floralia.

Cap. 30.

HAEC mihi pagina ludibrio erit,atramentoque collinetur malè conciliato, vt Comicus ait,è 10. Martialis libro, quibuſdam annotatis inquinabitur. — *legas*,inquit,*ætia Callimachi*. Αἴτια καλλιμάχου, libri erant fabularum pleni,refertique rerum multarum, quarum cauſas ad fabulas referebat. nam non aſſentior ijs, qui de moribus libros fuiſſe ſuſpicantur. à quibus in Catalectis vocata ſunt verba Hermetia, verba obſcura antiqua & gloſſematica ab AEtijs petita Callimachi, feſtiuo epigrammate in Cimbrum obſoletorum verborum affectatorem,& fratris parricidam.

Marti.lib. 10. epigram. 4.

Hermetiorum amator iſte verborum
Iſte,iſte Rhetor,namque quatenus totus
Thucydides Britannus Atticæ febris.

Maro.in epig.

Multi qui perſtudioſi erant Atticæ eloquentiæ imitabantur Thucydidem.Sed à Cimbro non Thucydidem, Atticum. ſed Britannum & Barbarum dicit imitatum. vt morbus & febris eloquentiæ Atticæ merito dici poſſit,cum Atticorum incorruptam ſanitatem non æmuletur. *Orciniana*, inquit Martialis, *qui feruntur ſponda*. Sandapila erat quædam popularis,qua plebei vileſque efferebantur.Suetonius, *Cadauer eius præplari ſandapila per veſpillones exportatum*.Sed & miſeræ plebis quædam erat ſandapila, de qua Horatius,

Martial. lib. 10.epigrã. 5.

Suet. in Domitiano cap. 17.

Huc prius anguſtis eiecta cadauera cellis
Conſeruus vili portanda locabat in arca.

& Lucanus,

Horat. lib. 1. ſaty. 8.

Da vilem Magno Plebeij funeris arcam.Erat & Orciniana ſandapila,velut libertinorum ſandapila ex illo ordine nomen habens. (Quidam enim liberti Orcini vocabantur) quam Martialem putem intelligere.

Luca. lib. 8.

Quando eques & picti tunica Nilotide Mauri. Tunica Nilotis eſt tunica acu picta ab AEgyptiis.nam & eam artem eleganter egregieque exercebant.Lucanus,

Mar. lib. 10. epig. 6.

Quod Nilotis acus compreſſum pectine ſerum
Soluit & extenſo laxauit ſtamina velo.

Luca. lib. 10.

Diuiſit noſtras purpura veſtra togas.valet,vt ſuſpicor,vos purpurati & nobiles ſalutatum itis,& clientium pauperumq́; officia occupatis,qui togati mane limina potentiorum & locupletiorum obeunt. quod munus inter vos diuiſiſtis.& pauperes excluditis ab obſequio.

Mart. lib 10. epig. 10.

Cum cathedralitios portet tibi Rheda miniſtros. Miniſtri cathedralitii à quibuſdam explicantur delicati & molles,qui rheda vehebantur,in cathe-

Mart. lib. 10. epig. 13.

dra ſedentes. Sed cum cathedras fœmineas legamus, verius eſt, vt à fœminarum cathedris intelligamus effœminatos & delicatos, formoſuloſque & fœminis ſimiles. Iuuenalis.

Iuuen. ſat. 6.

Cuius apud molles minima eſt iactura cathedras.

Mart. lib. 10. epigram. 24.

Sed vitæ tribus aureis peractis

Lucos Elyſiæ petam puellæ. Puella hic Elyſia, puella vt auguror, Proſerpina eſt. Ac ſic quid veniæ dari poteſt homini in capitali coniecturæ audacis crimine toties iam deprehenſo, *tribus areis* non inuitus legerim, vt tria curriculi vitæ ſpatia intelligat, pueritiæ, iuuentutis, ſenectutis. Quod enim hic de aureis, vt nihil diſſimulem, haud ſatis intelligo: nec quæ circunueſtiunt & fucant commentis interpretes probabilem, & arguto poëta ingenioſoque dignam ſententiam præſtant. vel aureos tres peractos dicit octoginta quatuor annos. quod aureus Romanus eſtimaretur viginti octo denariis argenteis, id eſt, duodenis noſtratibus fere centum. *In matutina nuper ſpectatus arena.* Spectaculum quoddam matutinum erat & dicebatur. Cuius apud Senecam mentio eſt in epiſtolis. Sed & ludus quidam gladiatorius dicebatur matutinus, vbi diſcebant armaturam & telis batuere gladiatores fortaſſe ad ſpectacula matutina, vel potius vbi mane eludebant rudibus dictataque armaturæ accipiebant: & arenæ præponebantur. Inuidiam veteres animi vitium eſſe cenſebant, vt ferri rubiginem & eius æruginem. Et proinde per tranſlationem Æruginem vocauere: quaſi ſit tanquam æris: ſic animi ærugo. Martialis,

Mar. lib. 10. epig. 25. Senec. lib. 1. epiſt. 17.

Mart. lib. 10. epig. 33.

Vt tu ſi viridi tinctos ærugine verſus. id eſt, furore & maledica inuidia. Horatius — *hæc eſt*

Horat. lib. 1. ſaty. 4.

Ærugo mera.

Mart. lib. 10. epig. 41. Feſt. lib. 14. in litera L.

Et populare ſacrum bis millia dena tuliſſet. Sacra bonæ deæ pro populo fiebant, ſed à mulieribus. *Popularia* autem Feſto finitore, *ſacra ſunt, quæ omnes ciues faciunt*, ſcilicet, quæ non ſunt attributa certis familijs. Ex his Floralia erant, quæ magiſtratibus, vt prætoribus fiebant. Sed & alia, quorum quædam fortaſſe Prætoris impenſis fiebant.

Feſtus explicatus & emendatus. Exaugurare. Inaugurare. Legi parere. Lege agere. Curiales. Centuriales. Spurius. Spurius pater. Cice. lib. 5. ad Atticum explicatus.

Caput 31.

Feſt. lib. 12. in litera N.

EXTAT apud Feſtum prouerbium, *Nec mulieri, nec gremio credi oportere.* nam & mulieres nos ſæpenumero fallunt, & quæ in gremio poſuimus, ea nobis imprudentibus plerumque excidunt. Ad huius prouerbij partem referendum eſt illud Catulli.

Vt missum sponsi furtiuo munere malum
Procurrit casto virginis è gremio.
Quod miseræ oblitæ molli sub veste locatum,
Dum aduentu matris prosilit, excutitur.

Catul. ad Ortalum.

Exaugurare est auguriis profanum reddere. vt inaugurare augurato consecrare. auctor Liuius lib. 1. de Capitolio agens. cuius verba ex Originibus Catonis sumpta videntur. Sic enim Cato primo Originum scribebat. *Fana in eo loco plurima fuere: ea exaugurauit prius. quod Termino fanum fuit, id nequitum exaugurari.*

Liui. lib. 1.

Fest. lib. 13. in litera N.

Particula xii. Tabul. extat apud Festum, inquinatissima. *aster custos nec sit.* cuius eluentur sordes, si *carcer*, scribatur. neque enim quicquam, quod accommodatius sit, comminisci potui. Legi parere dicitur magistratus, minister, aut lictor, cum pœnam de noxijs sumit. Quod vt opinor honestius dicebatur, quàm securi, aut gladio percutere. sed eo in verbo vis imperij inest. Lege agere dixit Liuius in hac significatione: Festus, legi parere his verbis, *Ob quam causam legi quoque parens tum iubetur caput eius obnubere qui parentem necauerit.*

Fest. ibidem.

Liui. lib. 9.

Fest. lib. 12. in litera N.

Vt à curia curiales appellantur, qui sunt eiusdem curiæ: sic à centuria centuriales, qui sunt eiusdem centuriæ. quod apud Festum constat in explicatione eius centuriæ, quæ *niqui sciuit*, dicebatur, *in ea enim neque centuriæ præfectus erat, neque centurialis quisquam dicebatur.* quoquidem intelligimus in alijs & perfectos fuisse, & centuriales.

Fe stibidem.

Animaduertisse videor ex Festi verbis, non tantum Spurium eum dici, qui incerto patre natus est: verum etiam, vt vulgo receptum video, nothi & illegitimi filij, vulgoque quæsiti, patrem spurium appellari. Sic enim scribit, *Nothum Græci natum ex vxore non legitima vocant, qui apud nos spurio patre natus dicitur, quod Seruius Tullus, qui Romæ regnauit natus est ex concubina Spurii Tulli Tribuni.*

Fest. ibidem.

Numera Senatum, inquit Festus, *ait quiuis Senator Consuli, cum impedimento vult esse, quominus faciat Senatusconsultum, postulatque vt aut res quæ adferuntur, diuidantur: aut simul consulantur, aut si tot non sint Senatores, quo numero liceat scribi Senatusconsultum, expectentur.*

Fest. ibidem.

Numera igitur Senatum dicebatur Consuli, cum infrequens ordo videbatur, vt Senatusconsultum fieri non posset. Hæc Festi verba non paruo esse auxilio possunt ad eruendam sententiam Cicer. ex lib. 5. ad Atticum cum scribit, *Curandus autem hactenus, ne quid ad Senatum, Consule, aut Numera.* nam Consule aut Numera vt opinor, dicebat ei, qui Senatum habebat, & de re aliqua referri volebat, vel enim dicebat, Consulito Senatum: vel ostende infrequentem ordinem. vt referendum non sit. Hoc eodem ex Festi loco colligimus impediri solita esse Sena. Consul. ne fierent non solum diuisione sententiæ: verum etiam simul consulendo & Senatum numerando propter infrequentiam, nec intercessio-

Cic. 5. ad Attic. epi. Beneuentum veni.

cessionem prætermittam, quam præteriit Festus.

Liuius explicatus lib. 42. & emendatus. Liberæ ædes. Liber locus. Sopitum. Lectisternium ad ætatem venire. Ab ineunte ætate. Gregarius miles. Hastatorum numerus. Hastatus primus & secundus. Oppidum. Telum cestrosphendone. Funda.

Cap. 32.

CARPTIM quædam è Liuii lib 42. hinc inde libaui, quæ quod fortasse eos, qui tirocinia ponunt in humanioribus literis iuuare poterunt his libris adscribenda iudicaui. nam etsi leuia sunt, tamen fortasse ab illis primo statim aspectu non intelligerentur. non malè autem operam posuero, si cui profuisse visus fuero. Liui. lib. 42. *Ædes liberæ*, inquit, *hospitio datæ sunt.* hic ædes liberas interpretor, quæ nulli alii vel inquilino, vel habitatori seruirent: quasque is, cui dabantur, & qui in eis collocabatur solus cum sua familia incoleret. Sic à Plauto locus liber dicitur, vbi remotis interpellatoribus & interuentoribus aliquis voluptati, remotis arbitris, operam dare potest nam sic in Pœnulo scribit,

Plaut. Pœnulo sc. Sæpe ego res multas.
Locum sibi velle liberum præberier,
Vbi nequam faciat clam. Iterum,

Plaut. Pœnulo sc. Iam tenes præcepta.
Liberum vt commonstraremus tibi locum, & voluptuarium. Sopitum dicit Liuius id, cui sensus ablatus est. propterea quod somno cōsopiti nihil sentimus. eius verba sunt, Liui. lib. 42. *quorū altero caput ictū est regi, altero humerus sopitus.* Liui. ibidem. Iterum, *tollentes sopitum vulnere ac nihil sentientem*, pro, Liui. ibidem. *ecquid ita non adissent magistratum, vt ex instituto loca lautia acciperent*, legendum arbitror, *loca & lautia*, quod est, hospitium & munera. Cum legimus supplicatum ad omnia lectisternia: ad omnia templa intelligere debemus, propterea quod in templis Dij in lectulis & puluinaribus cum suis deabus collocati fere erant maiorem anni partem. Iupiter cum Iunone: Latia (sic enim in Gellio legendum putem à Latio) Gel. lib. 13. cap. 21. cum Saturno: Hora cum Quirino: Maia cum Vulcano, Salacia, quæ Tethys est, cum Neptuno, Nerio cum Marte. Id ita esse declarat Liuius his verbis, Liui. lib. 42. *Cum circa omnia fana, in quibus lectisternium maiorem partem anni esse solet, maioribus hostijs immolassent.* Seruius Ser. in 12. æn. lectisternia interpretatur, *vbi homines solent in templis sedere.* Liui. lib. 42. *Cum Tribuni militum*, inquit Liuius, *centuriones, sed primum quemque citarent*, hoc ex loco intelligimus quod & historiarum monumentis à Polybio Polybius mandatum est. Tribunos militum solitos esse, delectum habere. Non ita longe, Liui. lib. 42. *Cum primum, inquit, in ætatem veni.* Hic ad ætatem venisse dicitur, qui adoleuit iuuenisque est: quod adolescentia & pubertas, prima ætas videtur esse: proinde quasi in ætatibus pueritia non sit habenda. Hinc ab ineunte

eunte ætate, id eſt, à principio adoleſcentiæ dicimus. & Cicero ſcripſit, *Nam à primo tempore ætatis iuri ſtudere te memini.* Cic.1. de legi.

Miles gregarius, miles eſt in reliquorum militum grege, qui in militia nullam promotionem habet, qui nec eſt centurio, nec Tribunus, nec Decurio, nec Optio, nec Cornicularius. Liuius, *Biennium miles gregarius fui aduerſus Philippum Regem: Tertio,* inquit, *anno virtutis cauſa mihi T. Quintius Flaminius decumum ordinem haſtatum aſsignauit.* Liui, lib. 42. Liui. ibidem. Haſtatorũ in legione Romana numerus erat ad mille ducentos, interdum etiam maior. Decumus igitur ordo eſt, decimi centurionis haſtatorum: ſic primus haſtatus dicebatur, primi haſtati centurio, qui ducenarius erat, duaſque centurias ducebat, vt Vegetius ait. Quamquam exiſtimo duos centuriones primi haſtati fuiſſe: vnum, prioris centuriæ: alterum, poſterioris. Veget. lib. 2. cap. 8. Secundus haſtatus, ſecundi haſtati centurio, qui centuriam ſemis ducebat. Liuius mox ſcribit, *Hic me Imperator dignum iudicauit, cui primum haſtatum prioris centuriæ aſsignaret.* Liui. lib. 42. In primo haſtato duæ erant centuriæ, vt diximus, quæ ſuum quemque primum haſtatum vel centurionem primi haſtati habebant. Earum centuriarum altera prior, altera poſterior dicebatur. Honeſtior autem ordo erat prioris centuriæ. Ait Liuius, *A. M. Acilio mihi primus Princeps prioris centuriæ eſt aſsignatus.* Liui. ibidem. *Primus Princeps*, inquit Vegetius, *centuriam ſemis, hoc eſt, centum quinquaginta homines ducebat.* Veget. lib. 2. cap. 8. Ego putem eum duas duxiſſe centurias duoſque eis præfuiſſe: vnum, priori, qui ordo honoratior erat: alterum, poſteriori. Oppidum, eam Romæ partem vocat Liuius, quæ intra mœnia erat, vt ab vrbe differat. *Eos*, inquit, *in oppidum intromitti non placuit, cum iam bellum regi eorum, & Macedonibus & Senatus decreſſet, & populus iuſsiſſet: in ædem Bellonæ in ſenatum introducti, ita verba fecerunt.* Liuius lib. 42. A Liuio deſcribitur telum ceſtroſphendone his verbis, *Bipalmæ ſpiculum haſtili Semicubitali infixum, erat, craſſitudine digiti. huic ad libramen pinnæ tres, velut ſagittis ſolent circundabantur.* Liui. ibidem. id eſt, ei primæ tres additæ erant, vt libratior & directior certiorque eſſet volatus teli: nec erranti diuerſeque nutanti parte eius poſteriore ictus irritus eſſet, telo eodem tenore non eunte, *Funda*, inquit, *media duo funalia imparia habebat.* Liui. ibidem. medio haſtili inhærebat funda: ſed ea duplex, vt latior eius ſinus telum melius libraret. nam *funalia duo*, interpretor fundam duplicem, alteram alteri continentem. Funale enim opus funarium eſt. hic funda è funibus poſterius funale maius & latius erat, vt ictum teli adigeret vehementius, meliuſque telum ſuſtineret. Duo autem funalia quæ fundam vnam faciebant, in nodum nectebantur, vt opinor, anſula facta, cui inſerebatur habena, qua telum rotabatur. *Cum*, inquit, *maiori ſinu libratum funditor habena rotaret, excuſſum velut glans emicabat.* Liui. ibidem.

bat. hic *maiorem ſinum* interpretor, maioris fundæ & tanquam duplicis maiorem capacitatem,in qua pendebat & librabatur telum. Hoc genus teli nomen adeptum eſt à funda & ceſtro, id eſt, vericulo. Sic enim ceſtrum Plinius vertit.

Plin. lib. 35. cap. 11.

Plinii locus lib. 8. explicatus. Conſummati gladiatores. Conſummare. Conſummmatio.

Cap. 33.

SCRIBIT Plinius naturalis Hiſtoriæ lib. 8. de Elephantorum pugna. *Poſtea ſinguli, Principibus Claudio & Neroni in conſummatione gladiatorum.* huius loci fiducia, viri ſpectatiſſimi tradunt Conſummatos gladiatores, veteranos & iam rudiarios eſſe, proinde quaſi conſummatio ſit, eorum miſſio. quod mihi ſecus videtur: putoque Plinium dicere, cum multa gladiatorum genera eſſent, Imperatores illos ſuis muneribus, ne quis deeſſet & abſoluiſſe, & rudiariorũ gladiatorum illa editione etiam pugnam Elephantorum dediſſe, nam & Eſſedarii à Tranquillo in gladiatoribus numerantur in Claudio. Et alii multi à ſcriptoribus. nihil igitur eſt cauſæ, cur ex eo loco malè intellecto Conſummatos gladiatores, rudiarios interpretentur. Id tamen obtinere rurſum conantur Frontini ſuffragio: Sed verendum eſt, ne eorum petitioni non faueat ſuffragator, cum præſertim hæc eius verba ſint. *Curius, cum victis ab eo Sabinis ex S. C. ampliaretur ei modus agri, quem conſummati milites accipiebant, gregalium portione contentus fuit.* Hic conſummatos milites emeritos accipiunt. Ego vero eos intelligo, qui in aſſignatione agrorum multi, vt verbi gratia, viceni, aut triceni in ſingulas centurias agri, id eſt, in ducena iugera contribuuntur, & conferuntur, & in vnam ſummam colliguntur: vt ex eo agrorum modo, pro portione accipiant. videlicet, dena ſinguli, aut plura aut pauciora iugera. Nam Senatus quantum multis militibus in vnam ſummam collectis dari Curio voluerat, verbi gratia, vnam centuriam, qui non tamen plus accepit, quàm quantum ſingulis gregarijſque aſſignabatur. Non eſt enim nouum conſummare accipi, pro in ſummam colligere. quod eo, quod ſ[illegible]ciam, Vitruuij teſtimonio patebit. *Per arithmeticen,* inquit, *ſumptus ædificiorum conſummantur, menſurarum rationes explicantur,* id eſt, in aſſem colligitur ſumma ſumptus & ædificationis.

Plin. lib. 8. cap. 7.

Suet. in Claudio cap. 21.

Fronti. lib. 4. ſtratage. ca. 3.

Vitru. lib. 1. cap. 1.

Plautus Amphitrione explicatus. Potire ſeruitutis. Potiri hoſtium. Palliũ detexere. Legere hominem pugno. Legere pro ferire. Arceſſere iumẽto ſuo rem malam. Apollinis reſponſa tortuoſa. Plinius lib. 18. explicatus.

Cap. 34.

AMPHITRVO Plauti in prima fabula & genera loquendi & iocorum argutias habet, quæ tenebras offundere lectoribus poſſunt. velut illud eſt. *Opulento homini hoc ſeruitus dura eſt.* quod valet, durum eſt opulento homini ſeruire. attribuitque nomini caſum verbi, *Pater potiuit ſeruitutis.* dicit, pro compotem ſeruitutis fecit, & ſeruum reddidit me, qui liber fuerim. In actione vſurpauit potiuit, vt in captiuis in perpeſſione, *potitus hoſtium eſt.* quod eſt ab hoſtibus captus. Sequitur mox, *Sum vero verna verbero.* ſic legendum modulus verſuum & numerus, qui Trochaïcus eſt, ſatis oſtendit. *verbo* igitur ſubditiuum puto. Sed iocus ſane obſcurus eſt. Ludit autem in verna, ac Soſiam vernam natum dicit ſe. Iocatur verberonem vernam, quaſi non tantum ſeruus ſit: verum etiam vapulet. *Illic,* inquit, *hoc homo denuo vult pallium detexere.* id eſt, proinde quaſi hoc pallium non iam perfectum detextumque ſit, eo me exuere vult, vt pertexat. hoc igitur iacit, vt in ſpoliatorem atque graſſatorem, quod ſi hic *denuo* adſcriptum non eſſet, legerem lubenter, *pallio detexere,* monet quippe me auctoritas Seruij, qui illud Plautinum adfert. verum ex alia vt reor, fabula. *Ego hunc hominem detexam pallio.* quod eſt euxam & ſpoliabo. Vergilius,

—dum texit imaona Haleſus
Arcadio infœlix gladio dat pectus inermum.

id eſt, dum ſpoliat & exuuias legit & petit, *Agite pugni iam diu eſt, quod ventri victum non datis.* imitatur verba ſpoliatoris, qui homines pugnis contuſos conſternit & ſemineces ſpoliat, atque ita pugnorum ope victum quæritat. *Alia,* inquit, *forma oportet eſſe, quem tu pugno legeris.* Tranſlatio eſt à legulis vuarum & fructuum. Vt enim illi manu vnas, oleas, fructus legunt: ita vindemia & fructus graſſatoris eſt, homines pugnis malè mactatos, tanquam fructus legere & ſpoliare. Sed & Grammatici legere, pro ferire & percutere à Plauto vſurpatum annotant, *Quo te hoc Scipione legam.* *Illic,* inquit, *homo à me ſibi malam rem arceſſit iumento ſuo,* id eſt, malam rem hic auferre vult, plagas quærit & verbera. Ductum ab oneribus, quæ iumentis noſtris imponimus. Non ſolum flexa & tortuoſa Apollinis reſponſa fuerunt: verum etiam nonnulla Plinij ruſtica oracula neſcio quid perplexi & ambigui habent, neque ſatis aperta ſunt, vt illud. *Ab eo die oraculum occurrit, frigidum picari pro nihilo ducentium.* vt Grammaticos poëtarum, item oraculorum interpretes fuiſſe audiuimus & legimus, eorum igitur munus vicaria ſubeamus opera. Intelligo præcipi poſt illum diem, quem præſtituit vindemijs, nimis eſſe ſerum vaſa picare, eaque parare, quæ vindemiæ ſunt vſui. cum ante parata habuiſſe oporteat, ne moram fructus maturus ferat. Itaque oraculum vituperat, ac non intempeſtiuum præ-

Plau. Amphitruone ſc. Qui me alter.
Plaut. ibidem.
Plau. Captiuis ſc. iuuentus nomen.
Plau. Amphi. ſc. Qui me al.
Plau. Amphit. ibidem.
Ser. in Vir. 10. æn.
Virg. 10. æn.
Plau. Amphi. ſc. Qui me al.
Plaut. Amphi. ibidem.
Plaut. Amphi. ſc. Benè vale Alcmena.
Plau. Amp. ſc. Qui me alter.
Plin. lib. 18. cap. 31.

parare etiam tum narrat cum defectu vaſorum iam & Calendis Ianua-
Plin. ibidem. rij vindemiantes viderit. Subiicit Plinius alterum oraculum æquè nubilo obductum. *Piſcinisque muſta condi, aut vina effundi priora.* quod ſic interpretor, cum apotheca etiamnum plena eſt vini veteris, neque vaſa vlla vacua, vel parata ſunt nouo muſto cendendo.

Iuriſconſultus emendatur. Cretifodinæ. *Argentifodinæ, Ærifodinæ. Parere æri alieno. Embaleuticon. Ciceronis locus reſtitutus. Quod benè vertat, conſcende.* ἔμβαινε τύχῃ ἀγαθῇ. *Leges in ære inciſæ. Verba pretoris, do, dico, addico, & abdico. Dicere vindicias ſecundum libertatem & ſeruitutem.*

Cap. 35.

LEPIDAE ſunt quædam loquendi formulæ elegantesque, quas tamen, quia nonnulli his ſunt offenſi in veterum libris, deſideramus, etſi quod in earum vicem induxerunt, tale eſt, vt de eo merito queri non poſſimus, cum ſententiæ non officiat: vt apud iureconſultos in titulo, de re-
L. Sed ſi pecunia §. Si lapidicinas ff. de reb. cor. qui ſub tut. & cur. &c. bus eorũ, qui ſub tutela vel cura ſunt, legebatur. *vel ſi creti argenti fodinas. cretæ* ipſi malunt. ſed quidni *creti* tueamur, cũ præſertim cretifodinas & argentifodinas intelligamus iuncto vocabulo? Itaq; ſine coniunctione ſcripſit. Quod vt exiſtimo non feciſſet, ſi *cretæ* ſcripſiſſet. Cretifodina autem
Varro 6. de ling. lat. à Varrone in libris de lingua latina dicitur, vt quidam legunt: vt alij ærifodina, quod genuinum & aſſimile eſt. Alio etiam loco eiuſdem titu-li, ſimile vitium eſt factum. cum enim legeretur in libris peruetuſtis:
L. magis puto ff. de reb. corũ qui ſub tut. vt ɔ.ꝯ'ɹnɔ. *aut vſurarum modus parendum æri alieno ſuadeat. carẽdum ære alieno* ſcripſerunt. at non ita temerè committendum erat, vt per iniuriam illud exturbaretur, quod illiteratum & iniucundum non eſt. nam parere dicitur æri alieno, qui ſe ei imparem fatetur: nec cum eius vſuris certare vult.
Cic. 2. in Cat. ac proinde mauult exoluere. Cicero, *Quod ſi maturius facere voluiſſent, neque (id quod ſtultiſſimum eſt) certare cum vſuris, fructibus prædiorum &c.*
l. ſed ſi pecunia §. ſi ius ff. de reb. eorum q. ſ. t. v. c. etc. Sed & eodem titulo in archiuis Florentinis *embaleuticon*, non *embateuticon* ſcribitur. quodquidem idem quod emphyteuticon valebit. ita tamen vt ab ἐμβάλλω non poſſit deduci: ſed ab ἐμβαλλεύω quod erit inſero. nam multa licenter recentiores Græci formarunt nec poſſum apud M. Tul-
Lib. 8. famil. epiſto. epiſt. I. lium *facere Embæneticam*, probare: non enim iſta forma à præſenti deduci ſolet, ſed ex præterito effingi. Sed tamen cum à vetere ſcriptura ſine flagitio recedi non poſſit, libentiſſimè legerim ἔμβαινε τύχῃ. Solebant enim, qui vectores ad nauim inuitabant, aut ſcandentes eam excipiebant, dicere: Quod benè vertat, conſcende: quod eſt, ἔμβαινε τύχῃ ἀγαθῇ. quod integrum non poſuit Cicero: ſed vt plerumque ſolet inchoa-

choatum & mutilum. vt tamen quod ſentiam, loquar *Embaticam* omnino mallem. Cæterum in Titulo de origine iuris, malim ego, vt audacter faciam, & facinore me nobilitem, quod in alijs ſæpe reprehendo, malim inquam legere *quas in tabul. æreas perſcriptas*. quàm *eboreas*. Leges enim in æs incidi ſolebant. ac ne eius rei alia conquiram argumenta, Ouidianum carmen idoneum & locuples ad fidem eius rei faciendam fuerit. *L.2.§.exactis regib.ff. de orig.iur.*

—nec verba minantia fixo *Ouid.1.Metamorp.*

Æra ligabantur. Ebur enim vt ornamento ſatis eſſet: at diuturnitati non ſufficeret cum ætatem æquè ferre nõ poſſit, temporique cedat. Non tantum videntur honorati Prætoris tria verba fuiſſe in iuriſdictione, do, dico, addico: ſed etiam, abdico: quod eſt abiudico, vt illud adiudico. vt apud Pompeum *vindicias filiæ ſuæ ab ſe abdixiſſe*. Quidni enim vt decemvir, ſic & prætor eodem verbo in iure dicundo vti potuit, cum præſertim non adiudicaret tantum: ſed etiam abiudicaret? quod eſt abdiceret. In ea autem Pomponij lege. *Dicere vindicias ſecundum libertatem*. nihil aliud quicquam eſt, quàm pronunciare rem, vel perſonam liberam eſſe, id eſt, vindicationem ſecundum libertatem dicere. & in libertatem vindicare. nam vindicare non tantum actiones in rem ſignificat & res ipſas, quæ vindicantur: ſed & vindicationem ipſam. Ita fit vt in perſona dicere vindicias ſecundum ſeruitutem, ſit perſonam in ſeruitutem adducere, iudicio. vt contrà, dicere vindicias ſecundum libertatem, ſit in libertatem vindicare. vindicem enim Brutus primus Conſul liberum dixerat & eſſe iuſſerat. Quas duas idem Pomponius memorat Teſſeras, vnam belli, alteram pacis poſitas fuiſſe, intelligo lignea fruſta lata fuiſſe, vel tabellas ligneas, quibus nomen pacis & belli inſcriptum eſſet. Id autem ſatis è Teſſera militari conſtat. de qua ſic ſcribit Polybius, καὶ λαβὼν τὸ σύνθημα (τοῦτο δὲ ἐστι πλατεῖον ἐπιγεγραμμένον) ἀπαλλάττεται. Sed hæc nimium fortaſſe loquaciter & verboſè acetalogi more caput nugatur. tandem aliquando finem dicendi faciat. *L.2.§.& cum placuiſſet. ff. de orig iur.* *L.ead. & §. eod. & tit. eod.* *L ead.§.Dein de Quint.ff. de orig.iur.* *Polybius.*

Vitruuius explicatus & emendatus. Caſtitas. Auaritia. Expreſſiones. ἠχεῖα. Scæuus. Gnomen.

Caput 36.

HIS libris quædam aſpergere è Vitruuij libro primo hic etiam volo. quod breuiter faciam potius quàm vel docentis, vel diſſerẽtis more. Puto igitur in eius præfatione legendũ, *de vita cõmuni omnium publicæq; rei cõſtitutione curã habere*. quod vt iuriſcõſulti loquũtur, & Ranconeto videbatur. *Vitr. in præf.*

Vitru. ibidem

Egregias, autem, *ædificiorum auctoritates.* cum dicit, dignitates & pulchritudines eorum intelligit. A concilio cœlestium in sedibus immortalitatis, scribit Cæsarem dedicatum fuisse: ex ea hominum & poëtarum opinione, qua deos conciones & senatum habere cẽsent. Et duodecim deos consiliarios Ioui attribuebant: vnde Ælianus scribit ὦ θεόφερστε, ἀθηναῖοι ἦσαν, ἀλλ᾽ οὐχ οἱ δώδεκα θεοὶ οἱ δικάζοντες. Etiã in eo lego *Conscripsi perscriptiones.* nemini enim paulo humaniori pręscriptio hic probari potest. *Nullum*, inquit, *opus verè sine fide & castitate fieri potest.* hic castitatem, sanctimoniã quandam & integritatem morum ab auaritia & sordibus abhorrentem & alienam appellat: ac auaritię opponit. Auaritia enim sordida est, inquinat quod purum est. & sine sordibus castum est. Sic *castè & integrè se versatum in causis amicorum.* Cicero dicit pro L. Manilia. *Expressiones* vocat quæ fistulæ aquęductuum graciliores fiunt ad incitandum aquę cursum, & si necesse sit, sursum exprimendum. ἠχεῖα, quæ vocat, tintinabula sunt. vel vasa ærea sonitum reddentia. Interpres Theocriti φησὶν ἀπολλόδωρος ἀθήνῃσι τὸν ἱεροφάντην τῆς κόρης ἐπικαλουμένης ἐπικρούειν τὸ καλούμενον ἠχεῖον. Quis autem pro Apollonio Pergameo non intelligit esse Apollonium Pergeum legendum? cuius hodieque libri quidam extant, etsi nondum editi sunt de Comicis. Legendum etiam censeo, *aut embateræ balistæ*, non *embatæ* & *quibus certis luminibus opus est paribus.* Ranconetus subtilis in literis iudicij vir legebat, *in cellis vinariis tecti lumina*, non, *tectis.* Ac mediusfidius vix arbitror esse quemquam, quin & veritate victus & tanti viri iudicio adductus, ita in Vitruuij codicibus reponẽdum censeat *In Creta ad flumen Pry:hereum.* dici ex altera parte pecora splenetica esse, ex altera sine splene. Sed cum in Creta nullum huius nominis flumen memoretur, contraq; illic à Geographis Catarhactus fluminis describatur: is piacularis haberi nõ debeat, qui modica vtatur, nulliq; affini sceleri audacia, & Catarhactum esse scribendum putet. Lego etiam, *vti portarum itinera non sunt directa, sed scæua.* quo verbo est etiam Gellius vsus. etsi iniuriam in eo effugere non potuit sæuo vicario. verba eius sunt libro duodecimo, *Scæuus profecto & cæcus animi forem*, Id Græcè est σκαιός, quod suum Latini fecere interposito digamma, quod frequentant. *Pectinatim*, autem *disposita* dicit cum vtrimq; alternantia è diuerso quædam inter se immittuntur & tanquam interiunguntur. Sic inter se consertos manum digitos Ouidius iunctos pectine dicit hoc versu,

Pressa genu digitisque inter se pectine iunctis.

Ita his, inquit, *confectis, inter angulos octogoni, gnomon ponatur.* Hic Gnomon machina est, qua in metandis castris & oppidis, dirigendisque vijs eorum vtebantur. Non enim crediderim indagatorem vmbræ esse. Dice-ba-

Marginal notes: Ælianus. | Vit. ead. præf. | Vitru. lib. 1. cap. 1. | Cic. pro leg. Manil. | Vitru. lib. 1. cap. 1. | Vitru. ibidẽ. | Theocri. interp. | Vitr. lib. 1. cap. 2. | Vitru. lib. 1. cap. 4. | Vitr. ibidem. | Vitr. lib. 1. ca. 5. | Gell. lib. 12. cap. 13. | Vitr. lib. 1. cap. 5. | Ouid. 9. Metamorp. | Vitr. lib. 1. cap. 6.

cebatur etiam Gnoma. *& ita*, inquit, *dirigantur angiportorum diuisiones duodecim*. Cum octogonum delinearit, quis non videt pro duodecim octo legendum esse? qui adeo error è numerorum notis malè intellectis fortasse est ortus. Cum enim fortasse veteres Librarij duo ii. ante x. scripsissent hunc in modum iix. duodecim putauerunt, quæ sunt octo. Huic operæ, quæ leuiter omnia libat ex eo libro satis ista sit attigisse. ex his alia multa esse suspicabuntur diligentius excutiéda, in eo auctore boni iuuenes. nos enim veluti prætereuntes hæc velut in oculos incurrentia & aspeximus & notauimus. qui plusculum immorabitur, & hærebit, plura etiam eruet, nobis non modo non repugnantibus, verum etiam vehementer optantibus: non enim tantum alijs ipsi prodesse volumus, sed aliorum etiam studio proficere cupimus. *Vitr. ibidem.*

Titus Liuius explicatus & locis aliquot emendatur. Parorea. Parstrymonia. Alcidemos Minerua. ἀλκεῦδαι dij apud Lacedæmonios. Masinissa.

Cap. 37.

APVD Liuium *Parorea* Macedoniæ pars est & tractus vicinus Thraciȩ montibus subiectus. vt *Parstrimonia* regio vicina Strymoni amni. Cum autem *Leonatum & Thrasippum præfectos Eulyestas* vocat, cum gentis nomen hic degenerauerit *Elymiotas* emendandum reor. *Alcidem*, à Macedonibus vocari scribit Liuius Mineruam. Sed animo incessit meo libido *Alcidemō* scribendi. nam λαόσσας vocabatur & ἀλκιμάχη. quidni etiam ἀλκίδημος vocari potuerit à Macedonibus. vt nunc quidem vocabulum formatum est, originem olet Græcam, non tamen integram. Erāt & ἀλκεῦδαι dij quidam apud Lacedæmonios. Video propter auctoritatem Græcorum, Massanissam vulgo in Liuio hodie scribi. Sed vt sæpe testificor, longè aliter ista Græci pronunciant quàm Latini, & Silius Italicus. *Liui. lib. 39. & 42.* *Liui. lib. 42.* *Liui. ibidem.* *Liui. lib 24. & 26. & multis alijs locis & hoc 42.*

Feruidus ingenij Masinissa, & feruidus æui, scribens, vulgo receptam cōprobat scripturā. Qui autem sunt populi in eodē vrites, cum scribit *ab Vritibus quatuor*? ego libentius *à Brutijs* legerem. Quid cū & *Antrona* scribit & *Pylleon*? legendum videtur *& Pteleum*, vel ex Homeri catalogo, cuius versus est. ἀγχίαλον τ' ἀντρῶνα ἰδὲ πτελεὸν λεχεποίην. *Sil. Ital. li. 7. bell. Punici.* *Liui. lib. 42.* *Liu. ibidem.* *Hom. lib. 2. Ilia. in Catal.*

Postero, inquit, *die progressus Agassam vrbem tradentibus sese ipsis recepit*. falsi insimulare hunc locū facile possem, quod & nullis illis in locis, quod sciam, est Agassa. vt *Pagausam* restituendum putem. *Ad Almanam vrbem peruenit* dicit. Ego tanquam tabularum corruptarum hunc scribam accusare possum, qui *Albanam* puto à Liuio editum esse. & *Albanopolis* à Ptolemæo illis in locis ponitur. Erat & Amantia in Orestide Macedoniæ. *In Cauijs Burnium oppidum*, è Plinio & Ptolemæo, *in Ceraunijs* videtur resti- *Liui. lib. 44.* *Ptolem. lib. 3. Geogra.* *Liui. lib. 44.* *Plin. lib. 6. cap. 8.*

Liui, lib. 44. tuendum. Caulici etiam ad Ionium ſinum à Stephano ex Hecatæi libris ponuntur. *Genuſum* etiam, non *Genuſium* credo ſcribendũ. Sic ſimiles circitoribus libros peruagamur & quod nobis ſanandũ videtur, ſi poſſumus, ex tempore curamus: & multa, quæ deſiderarent operoſiorem curationẽ, alijs, qui Apollinis patrocinio melius medentur, relinquimus.

Vt vidi, vt perij. Sandalium. Sardinia. Ichnuſa. Solea piſcis. Agger. Tumuli. Expoſitio. χυτρισμός. Chryſalus. Aurelius. Chryſalis vermiculus. Aurelia. Buſtuariæ mulieres.

Cap. 38.

Virg. 8. eclog. PANCARPIA hæc erit & vndiq; velut fructus omnis generis carpet. apud Maronem, *vt vidi vt perii.* valet, vt vidi, tum perij, ſi Grammaticis *Heſychus.* Græcis vlla fides eſt, qui illud. ὡς δ' ἴδεν, ὡς μιν ἔρως πυκινὰς φρένας ἀμφικάλυψεν. ex cuius velut ore Maronis imago effıcta eſt, ita vt dixi, interpretantur. quamquam vtrobiq; admirantis videri poſſet: ſed Heſychio refragari vix licet. Sandalium muliebre calciamentum eſt, ſimile plantæ & veſtigio, vt è Sardinia apparet, quæ & ichnuſa & Sandaliotis vocatur. Dici poteſt & *Catul. ad Mãlium.* Sandalium Latinè Solea, vt à Catullo de Lesbia — *arguta conſtitit in ſolea.* Sed & piſcis ſolea à quibuſdam etiam Sandalium dicebatur vt Heſychius *Heſychius.* eſt auctor in voce ψῆττα. Soleis etiam viri domi vtebantur, vt in cõuiuio. *Horat. lib. 2. ſaty. 8. & lib. 1. epiſt. 13.* Flaccus, *Et ſoleas poſcit.* alio loco — *ſoleas conuiua tribulis.* Eſt apud Vitruuium, machina ad librandam aquam nomine Chorobates, quę nomen ex *Vitr. lib. 8. cap. 16.* eo inuenit, quod in terra tanquam ambulat & inſiſtit. Heſychius χοροβατεῖ *Heſychius.* ἐν τῇ χώρᾳ περιπατεῖ. Ita minutis iſtis Græcorum interpretatiunculis multa *Virg. 7. æn.* magnaq; tenentur, quæ aliâs ignorarentur. Agger, tumuli, à Marone cur *Super lib. 19. cap. 29.* dicatur, eſt à me quidem ante dictum. Sed ex Heſychio etiam eamdẽ ex- *Heſychius.* plicationem confirmare me delectat χυμὸς, τάφος χῶμα. Iterum, χυτὴ ἡ ἐπὶ τοῦ τύμβου χωννυμένη γῆ. Ita Græcus Grãmaticus, tumulum aggerem terræ interpretatur. Sed nos alia ex alijs, vt inquit optimus poëta in fata trahamur, immo vero in verba. Sæpenumero legimus expoſitos fuiſſe pueros in fa- *Heſychius.* bulis Latinis è palliatis ſumptis. Id facere ſolebãt plęrumq; pueris in olla collocatis. vnde & expoſitio χυτρισμὸς vocatur. contentus ero auctoritate Heſychij qui pro cẽtum millibus teſtium numerari debet. χυτρισμὸς ἡ τῶν *Heſychius.* βρεφῶν ἐν ταῖς χύτραις ἔκθεσις. Chryſalus Plautinus ille ſubdolus ſeruus, qui *Plau. Bacchid.* herum auro emunxit, nomen Gręcum, ceu Aurelium Latinè dicas, inuenit; Sic & Chryſalis, vermiculus eſt, qui ex Eruca gignitur, Aureliaq; nõ ille- *Virg. 8. æn.* pide dicitur ab auri, vt reor, colore. Non ſine cauſa dixit Maro, *Et Tyrrhena pedum circundat vincula plantis.* nam calceamẽtum quoddam altius Tuſ- *Heſychius.* cum vocabatur: eratq; alioqui populus ille artium peritia egregius. Heſychius

chius, Τυῤῥηνικὰ σανδάλια κάττυμά τι ὑψηλὸν οὕτω καλεῖται. Mirabitur quiſpiam cur fingat exquilijs veneficarum nocturna & magica ſacra, Horatius: ſed Horat. Epod. od. 5. mirari deſinet, qui ſciet eas mulieres buſta ſequi ſolere. Erat autem exquilijs commune ſepulchrum. Heſychius, Τυμβάδας, ἔλεγον τὰς φαρμακίδας ἀπὸ Heſychius. τοῦ περὶ τοὺς τύμβους διατρίβειν, καὶ τοὺς νεκροὺς ἀκρωτηριάζειν. Ita à Græcis Buſtuarias dicit appellatas, quòd in monumentis ſæpe verſarentur & mortuorũ cadauera mutilarent. Sed aliquis hic mihi occinet, Ohe, iam ſatis eſt. Finis igitur huius capitis ſit.

Angues quo pacto rumpantur. Deos ſuauiſſimum ſpirare odorem. Deos maiores habitu corporis quàm homines. Buxus. Phrygia tibia è buxo. Afrorum tibia è loto. Elymus. Plagæ. Caſſes. Sicilia palmis agreſtibus abundans. Agathyrſi. Acheloïa pocula. Achelous.

Cap. 39.

E NOBILI Virgilij poëmate ſaltuatim carptimq́; quædam explanabimus, vt in mentem venient.

Frigidus, inquit, *in pratis cantando rumpitur anguis.* quo in verſu quiſpiam Virg. 8. eclog. quærat, quo tãdem pacto rumperetur anguis? veneficæ carmine. Ego hic rationem non credo quærendam, ſed potius anilem quandam veterum opinionem & puerilem in memoriam reuocãdam: qua cognita nihil obſcuritatis in verſu reliquum erit. Opinio igitur priſcis erat cantionibus veneficarum angues ſic inflari, vt tandem rũperentur & diſſilirent. Ouidius,

Vipereas rumpo & verbis & carmine fauces. Idem de hominibus Horatius dixit,

Caputq́ue Marſa diſsilire nænia. nihilo ſecius & illud. Ouid. 7. Metamorp.

Ambroſiæq́; comæ diuinum vertice odorem

Spirauere. vt & in poëtis pleraq; alia è veterum de dijs opinione eſt ex- Horat. Epod. od. 17. plicandum, quos credebant ſuauiſſimum odorem ſpirare. Ouidius Virg. 1. æn.

Manſit odor, poſſes ſcire fuiſſe deam. Sic maiores eſſe credebant, habitu Ouid. Faſt. 5. corporis deos, quàm homines Tranquillus, *Non prius deſtitit inſequi quàm* Suet. in Claud. cap. 1. *ſpecies barbaræ mulieris humana amplior, victorem tendere vltra, ſermone Latino prohibuiſſet.* Tacitus, *Oblata ei ſpecies muliebris vltra modum humanum, & audita eſt vox.* & Maro, Tacitus.

— qualisq́ue videri Virg. 2. æn.

Cœlicolis & quanta ſolet. Vt autem intelligant omnia eſſe in Marone diligenter excutienda cum ſcribit,

Tympana vos buxuſq́; vocat Berecynthia matris

Idææ. non abs re cum vellet ſignificare tibiam Phrygiam, buxũ poſuit: Virg. 9. æn. Sed materiam tibiæ Phrygiæ propriam nominauit, nam vt Afrorum tibię è lo-

Pollux.

è loto erant: sic phrygum è buxo. Pollux de tibiarum genere loquens, ἔλυμος, inquit, τὴν μὲν ὕλην πύξινος, τὸ δὲ εὕρημα φρυγῶν. Sed & Elymus fortasse ille Virgilianus ab illa tibia nomen adeptus est: quamquam hoc pro indubitato adfirmare, aut pro testimonio dicere nolumus. *Retia*, inquit idem Maro, *rara plagæ lato venabula ferro.* hic generali nomini subiectam speciẽ arbitror, & plagas, maiora retia suspicor, vt minora, casses. nam casses esse videntur ἄρκυες· plagæ, δίκτυα, id est, retia, quæ maiora sunt. Plagis autem nomen esse videtur inditum à similitudine reticulorum, quibus capillos colligant mulieres, quod plagæ suis nexibus & maculis eodem modo reticulatæ sint. *Teque datis linquo ventis palmosa Selinis*. Illo in tractu, vt fere tota Sicilia, copia est palmarum, vt ait Cicero in Verrem, agrestium. Sic enim scribit, *Nautæ fame coacti, radices palmarum agrestium, quarum erat in illis locis, sicut in magna parte Siciliæ multitudo, colligebant, & his miseri perditique alebantur.* Quod autem à Marone scribitur.

Virg. 4. æn. — Virg. 3. æn. — Cic. 7. in Verr.

Cretesque Driopesq; fremunt pictique Agathyrsi. Quod de Agathyrsis scribit, ex eo refert quod Hyperborei per Scythas & Agathyrsos sacra Delum mittebant. Sunt autem è Scytharum numero Agathyrsi, qui corpora inficiebant sua, vt & Geloni. Illud autem *Poculaque inuentis Acheloïa miscuit vuis.* ex eo dixit quod Acheloïum pro aqua, vt à Macrobio relatũ est, Græci poëtæ vsurpant, vt Euripides Andromacha. Cuius rei causam si quis quærat, existimem. quod omnium fluuiorum primus Achelous è terra eruperit. Vibius Sequester, *Achelous Ætoliæ fluuius primus erupisse terra dicitur: In Maliacum sinum effluit*. Hic circuncursando errandoque quæ annotaremus, excerpsimus similes Scythis perfugis, qui subinde sedem mutant.

Virg. 4. æn. — Virg. 1. Geor. — Macro. 5. Satur. cap. 18. — Euripid. Andromach. — Vibius Seque.

DEO LAVS, HONOS, VIRTVS ET GLORIA.

Adriani Turnebi Aduersariorum lib. xxx. Finis.

INDEX RERVM, ET VERBORVM, QVÆ *his sex aduersaria libris continentur.*

A.

ABaci Pag.40.ver.20.
Abacorum diuisiones 40.25.
Ab ineunte ætate 274.1.
Absens 102.15.
Acceptum facere 266.24.
Accingi 210.15.
Acetum AEgyptium 201.34.
Achates 62.9.
Acheloïa pocula 209.6.
Acheloïa pocula 283.18.
Achelous 283.21.
Acheron 235.6.
Aclides 258.19.
Ἀκραής 154 4.
Acredula 16.21.
Acris 201.36.
Acris aceti cupas habere 135.33.
Ad ætatem venire 273.37.
Adigere arbitrum 28.15.
Ad aream spectat 61.13.
Adijcere iudicem 28.20.
Ad lineam 3.7.
Adorea liba 235.11.
Ad pitulum sedere 170.17.
Ad portam longum iter sed portæ vicinum salernum 132.1.
Ad tabulam aliquem ponere 4.5.
Ad tabulam sedere 4.14.
Ad tibicines mittere 44.27.
Aduersum 209.31.
Adultero nares abscinduntur 174.27.
AEdiles præerant mensuris 203.31.
AEdilitia 83.27.
AEditui 68.16.
AEnus 254.37.
AEolipylæ 15.28.
AEquatæ auræ 26.38.
AEquo iudicio certare 3.39.
AEra 181.31.
AEratæ naues 145.26.
AErifodinæ 277.22.
Aërinus 195.21.
AEs 65.33.
AEs primum flatur, deinde feritur 106.18.
AEsar 141.37.
Aesalo 141.39.
AEtas 106.27.
Afrorum tibia è loto 283.1.
Agathyrsi 283.15.
Agger tumuli 281.25.
Ἀιετός 142.11.
ἄιθουσα 142.5.
Alabarches & Arabarches 110.17.
Alabastricus 145.30.
Alba linea 212.16.
Albanus mons in quo musæ colebantur 66.12.
Album 161.28.
Albus canis 202.20.
Alcæus 82.39.
Ἀλκεῖδαι dij apud Lacedæmonios 280.24.
Alcidemos Minerua 280.21.
Algolocheum 202.39.
Alij menses 137.12.
Alipilus 106.19.
Alites maiores 38.15.
Alites occinentes tempestatem prænuntiant 87.24.
Alites terrestres tempestatem præsentire 28. 1.
Alnus 27.27.
Amentum 258.22.
Amicam emere de machinis 4.20.
Ἀμηράς 125.24.
Ammineæ nites 211.34.
Amnes colari 137.39.
ἀμφιθαλεῖς 142.27.
Amphitapæ 142.29.
Amphrysia Sibylla Thessala 171.31.
Ampullari 71.32.
Ancillariolus 265.10.
Angues quo pacto rumpantur 282.17.
Anima 201.3.
Anima ieiuniis fœtet 200.37.
Anio duplex 102.26.
Anni limes 52.2.
Annulus signatorius 84.10.
Annuit 133.10.
Annus climactericus 59.7.
Antestatus 192.23.
Antimachus cur tumidus dictus 165.10.
Antiquorum superstitio ad impetrandam pluuiam 48.25.
Anus digna sacris hecates 46 6.
ἀπεψωλημένος 143.8.
Ἀποτέμνεσθαι 207.32.
Appellere, applicare, allabi 208.6.

Apennini montis deſcriptio 8.30.
Apollinis oraculum de maris arenæ numero 37.24.
Apollinis reſponſa tortuoſa 276.31.
Apollo λοξίας 231.21.
Ἀποξυόμενοι 60.30.
Apprima crebra, mutua, prima pro aduerbijs poſita 211.27.
Aptum 201.13.
Aquilentum 215.4.
Aracynthus 249.30.
Aræ nocturnæ 171.19.
Aræ propitiæ nouem 64.30.
Aras & ſimulachra deorum tangere & tenere 39.39.
Arbitraria pro impenſa & pretio cur à Cic. & alijs vſurpetur 125.36.
Arbitraria victoriæ 126.4.
Aratus emendatus 155.23.
Arceſſere iumento ſuo rem malam 276.29.
Ardea 16.14.
Argentifodinæ 277.17.
Argentum aridum 38 18.
Argentum lucidum 38.26.
Argentum purum 38.36.
ἄκανθος 65.20.
ἀγκύλαι 258.26.
Axicia 114 27.
Arienſis tribus 253.1.
Arioli 191.13.
Arithmeticus 37.32.
Armamenta 93.25.
ἁρπεδόνι 115.15.
ἀρχιτέκτων architector 119.7.
ἄσακος καὶ ἄισακος 142 2.
Aſcopa deligata 14.25.
Aſinus albus apud Fab. 161 20.
Aſſiduus 193.32.
Aſtulæ 54.24.
Aſymbolus 127.4.
Atteſtari 193.2.
Attici ludi 104.9.
Atticorũ & aſianorum qualis oratio 144.5.
Attonitum 170.36.
Auaritia 279 10.
Auctor ad Herennium explicatus lib.4. 94.14.
Auenæ vanæ 255.19.
Augur comitijs creatus 120 11.
Auguſtalis 99.33.
Aulæa premuntur 67.23.
Aurati currus 31 34.
Aurelia 281 36.
Aurelius 281.35.
Auriculam vellere 192.10.
Aurum ad ſacomam 14.31.
Aurum obryſum 100.17.
Auſpicia ex auibus & ex pedeſtribus obſeruata 269.7.
Auſpicium facere 70.14.
Aut regem aut fatuum naſci oportere 41.8.
Atratus 134.18.
Atria licinia 5.2.

B.

Babylo 188.2.
Bacchæ haſtas gerentes 88.3.
Bacchillus 188.10.
Bacchus cothurnatus 36.18.
Bacchillus 188.12.
Balneator elixus 241.39.
Balux 265.7.
Bardiacus 30.31.
Bardi 30.32.
Bedimiculum 208.33.
Bellonæ miniſtri 21.28.
Biblyna vitis 33.11.
Biblynum vinum 33.10.
Biblynum vinum 269.33.
Bidental 18.13.
Bipatens pugillar 207 17.
Bipatentia tecta 207 15.
Blatteus color 146.5.
Bona comedere 60.23.
Boni coloni diſciplina 176 27.
Boues Lucæ 242 27.
Briſeus 150 30.
Brutus Cice. emendatus 51.3.
Bubo 57.17.
Buccellarius 54.17.
Buccellatum 54 9.
Bucolia 23 30.
Bucolica quare ſcripta à Marone 112.22.
Bucolici milites 23.29.
Buſtuariæ mulieres 282.5.
Buxus 282.38.

C.

Cadere cauſa 3.22.
Cæſar lib.3. comment. bell. ciuilis explicatus & reſtitutus 109.9.
Caieta 62.37.
Calcei tuſci 73 26.
Calces 131.26.
Calculi vagabundi, & ordinarij, & inciti, & ad incitas res redijt 86.28.
Calua 25.1.
Caluus 150.10.
Caluus Demoſtheni quam Cic. ſimilior 144.32.

Cal-

Calui cur dicantur à Synefio 117.21.
Camella 45.35.
Campter 200.5.
Campeſtre 106.32.
Canes aduenandum 207.38.
Capita vitium 25.36.
Capitolinus emendatur, oneribus pro eo quod legitur honoribus 22.21.
Caprimulgus 27.35.
Capto 19.12.
Captus 269.25.
χαρώνια 72.25.
Carnales 204.32.
Carpineus 203.6.
Carteon ſtadium 202.30.
Caſſes 283.6.
Caſta ætas 242.39.
Caſtitas 279.8.
Caſtitas auaritiæ oppoſita 15.16.
Catabolici 62.6.
Catadromus 101.4.
Catagrapha 28.7.
Caſtratus 183.11.
Catamidiare 241.23.
Catampo 121.2.
Catana 117.29.
χαθαπτιὰ λύεις 117.34.
Cataplus 265.15.
Cathedralitij miniſtri 270.38.
Catillatio 236.18.
Cato explicatur cap.6.7.& 8. 24.24.
Catullus explicatur 27.13.
Catullus explicatur 47.30.
Catullus explicatur 87.23.
Catullus explicatur & emendatur 26.13.
Cauponari 138.30.
Caupones 4.26.
Cauſaria liberalitas 190.1.
Cauſarij 190.1.
Celeuma 170.19.
Cenſorum notæ Senatus notis adſcribebantur 120.1.
Centauromachia 114.5.
Centenaria centenarij 194.22.
Centeſimæ propinquæ 233.4.
Centuriales 272.17.
Centuriones vitem gerebant 32.29.
Cercuri & catapultæ inuentores 198.5.& 8.
Cerea pruna 250.14.
Cereale ſolum 235.13.
Cereris ſimulachra mammoſa 123.15.
Ceris infuſus 18.23.
Cerites 162.33.
Cernere & κρίνεσθαι 77.39.
Cernere vitam 77.34.
Cernuare 131.18.
Cernui 131.17.
Certus & commodus ventus 154.4.
Ceruæ cornua tributa 210.36.
Chamulci 109.31.
Chariſius de apocopa illuſtratus & emendatus 108.11.
Charta regia 27.34.
Chiridotæ 209.24.
Chlænæ 117.17.
Chœrilus 68.32.
Chordi 76.10.
Chromatiari 241.21.
Chryſalis vermiculus 281.36.
Chryſalus 281.34.
Chryſopis 163.21.
Cicero ad Atticum libr. 5. emendatus 152.3.
Cicero ad Atticū lib.5.explicatus 153.15.
Cicero de vniuerſitate explicatus 136.14.
Cic.emendatus lib.5.epiſt.ad Attic. 154.30.
Cicero explicatur & emendatur in oratione, quam in Senatu ab exilio habuit 31.34.
Cic.explicatur & emendatur 3.Tuſc. 88.28.
Cicero lib.1.ad quintum fratrem explicatur 84.10.
Cic.in Catil.1.emendatus 250.32.
Cicero in Rullum emendatus 252.34.
Cicero lib.1.de offic.explicatus 76.28.
Cicero. & Demoſthenis cōparatio 144.15.
Ciceronis oratio pro Flacco 233.33.
Cicero in oratione quam in Senatu habuit ab exilio reuerſus emendatur 139.10.
Cicero lib.2.ad Atticum reſtitutus 247.26.
Cicero pro Cælio illuſtratus 108.5.
Cice.lib.5.ad Atticum explicatus 272.33.
Ciceronis locus reſtitutus 277.34.
Cicero. explicatus in Topicis 28.& 29.
Cicero lib.2.de finibus bon. & mal. explicatus 161.2.
Cice.lib.1.de Oratore emendatus 167.7.
Cicero lib.3 in Verrem explicatus 94.& 95.
Cic.explicatus lib 1.offic. 165.33.
Ciris Virgiliana multis reſtituta locis 147.32.
Ciris vnde dicta 147.38.
Cirratæ puellæ 149.23.
Cirrati 62.16.
Cirri 149.22.
Cirri germanorum 149.26.
Ciſſytes 163.2.
Claſſes 64.4.
Claſſia 114.1.

Claſſica 64.7.
Claudium & Ciceronẽ nõ eſſe Roma. 41.35.
Claua 38.28.
Clauularis curſus 80.36.
Clauus 212.25.
Clibanarij 81.5.
Climacis 115.10.
Clitumnus 211.38.
Cluacina 114.13.
Cluere 114.14.
Clypeare brachium toga 94.30.
Cnodaces 46.39.
Coagulum 195.25.
Cocum ſcindere 156.28.
Cœli ſubter-labentia ſigna 12.14.
Cœlum ſtellis aptum 183.35.
Cœna aduentoria 264.33.
Cœna popularis 55.16.
κοινὸς ἑρμῆς 53.28.
Colaphum ducere 156.23.
Colligere cippos 130.25.
Color luteus mulierum erat 135.10.
Color luteus nuptijs dicatus 143.14.
Columbar 38.34.
Columen 201.11.
Comas habitare 213.25.
Comes ſtabuli 115.8.
Comedere ſenem 102.4.
Commiſſa ſtipulatio 174.39.
Commiſſum piaculum 174.35.
Comitiales homines 114.11.
Comitiale tribunal, & ceſpititiũ 258.1.& 2.
Commouere funus ſacra 135.15.
Communis amicus 137.14.
Communis Mercurius 212.19.
Comportare 71.13.
Concha 171.9.
Concubium 214.36.
Coniectio cauſæ 193.23.
Conijcere cauſam 193.15.
Conijcere cauſam 203.21.
Conijcere de ratiuncula 203.23.
Conſellæ 201.14.
Conſpergere 237.10.
Conſperſio 237.8.
Conſueſco 256.8.
Conſule aut numera 152.19.
Conſummare 275.31.
Conſtitio 199.10.
Conſummati gladiatores 275.11.
Conſummatio 275.12.
Contra 269.19.
Contrarium æs 269.22.
Contortum 89.3.
Conuexus 72.23.
Conuexum cœli 267.3.
Conuiua tribulis 159.27.
Copron 201.39.
Coragium 49.6.
Coſmicus 31.22.
Coſſigerare 199.26.
Coſta 65.15
κόπτειν τὴν θύραν 210.21.
Cornificius 112.25.
Cornix 16.33.
Cornus pro cornu 201.2.
Cornuti 180.10.
Corporatus 136.10.
χόριον 76.7.
Cortes promæ 204.27.
Cortinipotens Apollo 203.3.
Crater 104.35.
Crepi 101.31.
Crepitacula puerorũ ſiſtra dici poſſe 79.16.
Crepuere fores 210.21.
Creſcunt cornua ſomni 41.20.
Cretifodinæ 277.20.
Criniti 62.13.
Criobolium 105.36.
Crocotula 209.21.
Crocotula 35.36.
κροκώτιον 35.37.
Coryci ludus 121.4.
Coryneum 62.28.
Cuditur faba 231.30.
Cum primis 255.38.
Cunctari 243.30.
Cupa 10.10.
Curare cutem, cuticulam, pelliculam 70.30.& 38.
Currax nodus 60.12.
Curiales 272.16.
Curiana Phocis 247.3.
Curione non egere 12.25.
Curſus 167.14.
Cuſtos ad limina 208.3.
Cuſtodem habebat iuuentus 63.26.
Cybæa 10.9.
Cyclopum artes 175.2.
Cymatium 142.8.
Cymba charontis ſcutilis 172.4.
Cymbalum 79.32.
Cymbæa nauis 145.22.
χυτρισμός 281.32.
Κύφων 38.33.

D.

Dacnades auiculæ 141.19.

Δακ-

Δάκτυλος ἡμέρα 116.34.
Δάκτυλος ἠώς 116.34.
Δαίς 130.3.
Daps 130.4.
Dare in anteceſſum 233.2.
Dea arcitenens 214.2.
Deacinata dolia 25.22.
Decalanticare 205.18.
Decollare 205.21.
Decumana porta 262.35.
Decuriæ equitum tres 194.14.
Decurſus honoris 167.17.
Defendere iniuriam 263.6.
Defendere 263.4.
Deglupta mænas 143.3.
Delibare florem 75.22.
Delicula armenta 177.7.
Delingere labra 130 34.
Delinimenta 263.7.
Delinimenta 21.27.
Demarchus 190.23.
Demiſſis manibus,& pedibus 166.25.
Demittere nummum 67.25.
Demoſthenes Thucydidem decies ſua manu ſcripſit 144.25.
Dendrophori 194.29.
Deos maiores habitu corporis quam homines 282.29.
Deos ſuauiſſimum odorem ſpirare 282.27.
De patella edere 161.3.
Depenſa lana 242.10.
De plano ſtatuere 105.19.
Deplexum eſſe 260.5.
De præpoſitio 260.8.
Deſecare 207.30.
Deſiderij poculum 46.21.
Deſiderium 46.15.
Deſquamare 205.15.
Deſtringere 60.28.
Deſtinatus augur 103.33.
Dextra & ſiniſtra vim præpoſitionis habent 115.31.
Δευτέρων ἀμεινόνων 141.2.
Diana limnæa 267.1.
Dianæ lucus & lacus 266.37.
Diatreti calices 118.28.
Dicere vindicias ſecundum libertatem & ſeruitutem 278.16.
Dictio 231.
Dieſpiter 1.17.
Dies vtiles & non vtiles 23.14.
Διισθμονίσαι 109.11.
Dij aligeri 87.37.
Dij cur immortales & æterni 259 33.
Dij Penates 10.12.
Dynamera 61.
Δυνάστης 130.21.
Diocmitæ 23.35.
Diogenes laërtius explicatur 121.& 122.
Diphyis 163.18.
Διποδιάζειν 35.28.
Dipylus 90.22.
Diræ 22.4.
Diſcedere 247.22.
Ditis ſpiracula 72.25.
Domicilium conferre 180.19.
Donatiuum 24.14.
Diuidere 178.27.
Diuidia 178.28.
Diuiditur ferrum regno 107.31.
Diuidus 178.28.
Do,pro domum apud Ennium 108.14.
Dormito 19.17.
Dorſum duplex 123.16.
Ducenarij,ducenaria 194.22.
Dubia cœna 127.12.
Dum cucumere veſcimur,Chlænam texamus 117.12.
Dum virent genua 76.15.
Duplices 158.4.
Dux buccellariorum 54.20.

E.

Ebullire 17.38.
Εχετόν 42.15.
E circa prætorem 93.23.
Ectrope 180.6.
Effrænata audacia 262.26.
Εγκόιλια 65.17.
Εἴσφορα 83.20.
Elephantini libri 257.30.
Ελκύσαι 187.38.
Eliquare 149.12.
Eluuiem facere 196.23.
Elymus 283.2.
Elyſia puella 271.6.
ἔμβαινε τύχῃ ἀγαθῇ 277.39.
Embaleuticon 277.30.
Empuſa 121.7.
Enixæ 199.20.
Ennius explicatur 133.3.
Enubere 264.2.
Enubere 269.10.
ἐπάιτης 45.6.
Επειδὴ τάχιστα 39.6.
Επειδὴ τάχιστα 55.25.
Epicrocum habitare 213 22.
Επικεφάλαια 155.6.

Επι-

Επιχὸν δεῖ 153.16.
Epodon liber cur inſcribitur ab Horatio 164.30.
E pona non, Hippo in Iuuenale, & in Prudentio legendum 48.35.
Epulum 55.17.
Equa theſſala 130.29.
Equi neptuni 64.38.
Equi vis vt canum vis, dictum 156.17.
Equimentum 181.20.
Equitem ſcindere 156.35.
E retinæ mentes 49.8.
Erodius 16.12.
Erumpit 256.20.
Ethnarches 110.28.
E tribunali 105.20.
E ventre aquam mittere 181.17.
Eugubini & Iguini 98.5.
Euocatio 63.31.
Examinare 47.6.
Examinatio 47.10.
Ex ante diem Cal. 93.24.
Exaptum 201.15.
Exaugurare 272.4.
Excuſatio 153.22.
Exedra 164.7.
Exemplar 136.16.
Exemplum 136 16.
Exequi 136.10.
Ex euthygrammis tradere vſum circini 15.14.
Exicare 114.29.
Exire & eludere 137.30.
Exordium 195.33.
Expreſſiones 279 12.
Exta atrocia 181.38.
Extraordinaria porta 262.37.
Extraordinarij in exercitu Romano 262.19.
Exurgeri & exugere 39.8.

F.

Faces nuptiales 111.11.
Falcarij 72.39.
Falcati enſes 72.36.
Falces 72.38.
Fallam facere 206.10.
Fama dedita terris 36.24.
Famoſus 213.2.
Far expinſi 177.1.
Farticula 214.11.
Faſcina 191.36.
Faſciæ 74.17.
Faſtus terere 79.30.
Fata Ioui præſto eſſe 85.10.
Fauces lippire 113.36.
Fauentia 215.18.
Faunus 59.25.
Fauonij nomen 64.13.
Felinei oculi 113.20.
Fellare 202.1.
Ferre & Agere 120.16.
Fertum 154.18.
Feſtis diebus templa ramis ornabantur 9.5.
Feſtus emendatus 271.35.
Feſtus dies 130.4.
Fibulæ 25.31.
Figere & refigere leges 36.27.
Finitor acerui 240.16.
Fiſtula de collo pendet 137.25.
Flaccidum 168.28.
Flagris rumpere 156.30.
Flamen dialis non iurabat in leges 90.26.
Flauidum 168.28.
Flexa 201.27.
Flexus ætatis 167.17.
Floralia 271.29.
Fodere latus apud Horatium 165.21.
Fœdifragi & qui peierabant de cœlo tangi credebantur 13.15.
Follis pugillatorius 38.27.
Fontinalia ſacra 20.12.
Fontinalis 20.9.
Formio 126.36.
Forum in torculari 97.35.
Fouere ventrem 130.35.
Fraces 129.24.
Frages 129.25.
Frageſcere 129.28.
Fraus 136.30.
Freta ætatis 52.13.
Fretum 52.1.
Fretum maris 52.13.
Fretus anni 52.11.
Fritillus 85.37.
Frons aurata 210.12.
Fructus verni & æſtiui 39.27.
Frumentarij 21.10.
Frumentarij 190.9.
Fuffarcinata 159.32.
Fugere ſe 243.39.
Fulgentius emendatus 48.27.
Fulica 16.15.
Fulminatrix legio 211.7.
Funda 274.31.
Fundare 97.10.
Fundata pecunia 97.17.
Fundatæ opes 97.12.

Funde merum genio 17.29.
Furtum per lancem & licium concep-
tum 260.18.
Fuſca vox 99.24.
Fuſtuarium 160.35.

G.

Gabata 31.19.
Gabinum fœdus 269.29.
Galea 73.2.
Galea pro vrna militibus erat 138.26.
Gallantes 203.11.
Garamantes extremi 63.17.
Gellius explicatus 158.25.
Geloni populi 212.7.
Gemina ceres 123.15.
γενεά 106.27.
Genius publicus 80.31.
Genius 67.14.
Gentis enuptio 263.36.
Geometra 37.31.
Gerere rem 133.30.
Gigantes anguipedes cur 21.33.
Γίγαρτον 33.1.
Gingrinæ 160.28.
Gingrire 160.28.
Gladiatorium 185.6.
Glauci oculi 113.14.
Gnato 126.31.
Gnomon 279.36.
Gnomon 15.29.
Graminæ 86.27.
Grammiſmus 86.26.
Gratiarum parentes 246.17.
Gratiæ Veneris comites cur ſunt 246.15.
Gratius poëta explicatur & emendatur
60.14.
Græci multa tenuant vocabula, quæ Lati-
ni aſpirant 166.5.
Græcoſtaſis 114.26.
Gregarius miles 274.3.
Grumæ 199.34.
Gumæ 130.28.
Guttus 130.1.

H.

Hamaxopodes 142.15.
Hemeroſcopus 89.36.
Haſta 209.26.
Haſtatorum numerus 274.7.
Haſtatus primus & ſecundus 274.9.& 12.
Haſtæ amentatæ quæ diuo Ambroſio &
Ciceroni 51.8.
Haſtæ anſatæ 133.10.
Hecale Callimachi poëma 46.11.
Hecate triformis 87.32.
Hemerodromus 89.35.
Hemicyclus 163.33.
Heracleæ ſcriptores 146.35.
Herbei oculi 113.20.
Hercules gladiatorum præſes, vt pan pa-
ſtorum 69.6.
Hermata 159.16.
Hermateleuchus 159.15.
Hic terminus hæret 184.27.
Hieratica & auguſta 27.35.
Hippocampi 64.39.
Homines ad lecticam 208.4.
Horatius explicatus lib. 1. carminum 38.3.
Horatius explicatur lib. 1. Od. 81.& 82.
Horatius explicatus lib. 2. epiſtolarum
66.12.
Horatius explicatur libr. carminum 4.
Od. 1. 132.8.
Horatius explicatur multis locis 67.25.&
68.15.
Horatius explicatur 91.25.
Horatius explicatus in Epodis Oda. 17.
232.1.
Horatius explicatur 97.17.
Horatius multis locis explicatus 70.30.
Horno curari 215.13.
Hoſtus 24.29.
Hyginus explicatus 169.19.

I.

Iani duo 69.34.
ἠχεῖα 279.14.
Ichnuſa 281.16.
Inædificatum 120.2.
Incerare ſimulachra 256.29.
In ætate 55.11.
In commune quærere 53.30.
In commune 53.27.
Iconicum ſimulachrum 104.18.
ἱερεῖον τέλειον 142.14.
ἡλικία 51.31.
Illicium 257.38.
Illuminare 50.29.
Illuminare ſententias 50.38.
Immolitum 120.2.
Impancrare 199.26.
Inanes 246.37.
Inaugurare 261.33.
Inaugurare 272.5.
Incerti oculi 67.27.
Incidere faces 111.11.
Indu 203.39.

In-

Infans 181.2.
Inferos soluere curas & amores 11.28.
Infessa 95.22.
Infusum ceris 191.23.
Ingenium 213.35.
Ignis & aqua nuptiis adhibita 212.32.
Inhibere imperium 20.8.
Inhibere spem 20.7.
Inijcere terram insepulto 37.39.
Inijcere terram cadaueri 10.30.
Iuiurius 29.1.
In ius vocare 192.8.
In medio positum 263.10.
In medium quærere 53.30.
Innubere 269.10.
In procinctu stare 210.16.
Inscriptum 196.17.
Insilia 215.34.
Inspicare 111.12.
Institio 199.11.
Insuesco 256.11.
Interulæ dilores 257.23.
Interscalmi 15.20.
Intestabilis 192.36.
Intus canere 175.27.
Inuehi in aliquem 262.23.
Inuidere 89.26.
Inuidia animi vitium, vt erugo ferri 271.20.
Inuidia 71.20.
Inuleus 81.29.
Inuolucrum 135.19.
Inuolucrum 164.38.
Intuba 111.3.
In vtrunque pedem aura incidit 26.32.
In vulgus 242.36.
Ionica imago 113.3.
Iopas 62.11.
Ioue iudicat æquo 66.29.
Iouem lapidem iurare 262.25.260.13.
Ioui duodecim attribuuntur assessores 15.5.
Iouis nomen & Iunonis multis tributum 170.39.
Irrire 195.35.
Iselastica 88.9.
Iubæ 182.21.
Iubatus draco 182.27.
Iudex 24.8.
Iunonius puer 118.3.
Iuppiter pro aëre 92.4.
Iuppiter Elicius 18.17.
Iuppiter omnia faciebat nutu & renutu. 74.39.
Iuppiter miniatus 252.26.
Iurare in verba magistri 256.14.
Iurisconsultus emendatur 277.16.
Iuuenalia 99.13.
Iuuenalis 1.Saty. explicatus 146.12.
Iuuetus Romana quibus exercebatur 63.20.
Iuuentutis princeps 21.3.
Ius ordinarium 102.9.
Iusiurandum in faciendo fœdere 268.24.
Iusiurandum de calumnia 142.33.
Ius relationis secundæ, tertiæ, quartæ & quintæ 22.29.
Iustinus emendatus 112.32.

L.

Lacunar 191.2.
Lænæ triclinares 149.29.
Laïs 71.35.
Lampridius emendatur vero pro eo quod legitur, Seuero 21.1.
Lampridius illustratus 252.1.
Lauabrum 52.29.
Lanx inanis 54.1.
Lapides diui 252.20.
Laquei curraces 60.12.
Lar familiaris 176.32.
Lares marini 135.26.
Laterculus 237.18.
Laticlauij honos 21.15.
Latrare 261.8.
Latronum ludus 86.25.
Laudari nolebant veteres ab aliquibus præfiscinè 108.17.
λέβης 129.39.
Lecticariola 265.12.
Lectisternium 273.26.
Lege agere 272.14.
Legere hominem pugno 276.24.
Legere pro ferire 276.27.
Leges in ære incisæ 278.5.
Legi parere 272.11.
Lemnisci 178.29.
Leones ad fræna 207.39.
Leucadia 114.17.
Lex censoria 84.3.
Lexici veteris antiqua vocabula explicata 128.& 129.
Lex prædiatoria 101.39.
Lex xij. Tabul. explicata 193.7.
Liber locus 273.15.
Liberæ ædes 273.12.
Libertorum conditio 263.28.
Libertus proximus 105.38.
Libripens 192.23.
Librilis tunica sub serica 257.16.
Libya conterobromia 114.7.
Libycæ pelles 141.9.
Licia in veneficijs 44.32.

Λη-

Ληκυθίζειν 71.33.
Liguſtrum 249.22.
Ligurinus 155.1.
Linea diues 186.28.
Lingua venditaria 19.16.
Linum catagraphon 28.4.
Lippa propago 18.37.
Liquida vox 81.37.
Liquida voluptas 3.20.
Liquidiuſculus 214.15.
Liuius explicatus lib.39. 119.26.
Liuius explicatus lib.42.& emẽdatus 273.8.
Liuius explicatus 93.20.
Liuius explicatur lib.31. 90.12.
Liuius lib.39 & 10.explicatus 263.20.
Liuius lib.40.explicatus 261.20.
Liuius lib.44.explicatus 185.6.
Lorei funes 177.16.
Lorica cœli 53.1.1.
Λοξίας Απόλλων 201.29.
Lucerna 134.
Lucetius 1.17.
Lucida tela diei 2.5.
Lucificare verbum paucum 158.20.
Lucretius lib.2.explicatus 95.22.
Lucretius lib.3.emendatus,& multis locis explicatus 243.15.
Lucret.li.4 explicatus & emendatus 122.22.
Lucretius lib.5.explicatus 259.13.
Lucret.multis locis elucidatus 52.14.
Ludere cathenas 95.33.
Ludere trocho 120.23.
Ludibria 157.36.
Ludificari & illudere 157.33.
Ludi Iuuenales 99.12.
Ludorũ nomina li.3.cod. explicãtur 120.38.
Luma apud Feſt. 261.1.
Lumariæ falces 261.2.
Lumbricus aquaticus 16.23.
Lumen & vmbra 50.31.
Lunam de cœlo deducere 48.14.
Luſtrici dies 261.2.
Lutei libri 257.33.
Lygmon 81.10.
Lymphiones 257.1.

M.

Machina 4.23.
Macri campi apud Varronem 75.30.
Mactare 214.32.
Magiſter Samnitum 13.33.
Magiſter 22.35.
Magiſtratus ſcribam ſibi legebat 262.31.
Magnarius 106.13.
Maialis fiam 206.22.
Maior hoſtia 142.13.
Maledenſia 122.34.
Maledus 122.34.
Manales verrere 48.26.
Mancipij æſtimatio 57.3.
Manilius lib.5.aſtrono.explic. 137.1.
Manius 239.18.
Manus viſco tinctæ 203.14.
Manus 235.27.
Mare quando albeſcit,& quando nigreſcit, & quando purpureum apparet 72.10.
Marcus Tul.reprehenſus ab Hygino 155.13.
Mareſchalli 125.10.
Margaritæ extricatæ 118.39.
Maria 47.38.
Mariana quercus 112.11.
Maro explicatur lib.5.æneid. 56.10.
Maro lib.1.æneid explic. 138.12.
Maro 2 ecloga explicatur 249.4.
Maro explicatur 10.æneid. 114.35.
Maronis epigramma emendatum 116.27.
Maronis multa eſſe ex hiſtoria 56.4.
Mars ſiluanus 206.14.
Martialis lib.6.explicatur & emend. 33.24.
Martialis lib.7.explicatur 30.17.
Martialis lib.10.illuſtratus 270.5.
Martialis lib.13.explicatur 34.25.
Martialis lib.12.emendatus 264.28.
Maſſagetes populi 8.15.
Maſſiliæ vrbis conditor 112.29.
Maſiniſſa 280.28.
Matella communis 134.28.
Matrimi 142.23.
Mazaces 99.39.
Mediaſtinus 157.7.
Μελιχλωρος μελίχρους 123.6.
Mænalij verſus 111.18.
Mens & animus 170.28.
Mercales 55.3.
Mercurius ad AEneam miſſus,cur per Atlantem deſcendit 11.7.
Mercurius ψυχόπομπος 42.30.
Mergus 16.13.
Meridianum ſpectaculum 103.2.
Meridiani 102.39.
Merto 259.14.
Meſonauta 157.5.
Μετάιτης 45.6.
Miles caligatus 156.37.
Minerua 73.8.
Minerual 73.7.
Miſtarium 138.9.
Mitigare ſandalio caput 215.1.
Mitra 208.32.
Mittere ſignum quadrigis 2.34.

Missilia 187.19.
Mitulus 113.1.
Modestè dicere 248.24.
Monogrammi 131.16.& 196.16.
Montes auri polliceri 179.13.
Mortuorum oculi à quibus & claudebantur,& resignabantur 42.25.
Mundus lucens 136.28.
Mundus 42.1.
Munito 19.22.
Munus 136.6.
Murum aries si percusserit 77.13.
Muscipula tenta 179.21.
Mustei 134.9.
Μυχόν 215.3.
Myrta 237.21.

N.

Næuosus 150.35.
Neapolis & syracusæ otiosorum hominum domicilia 179.34.
Neapolis 190.22.
Nec vola, nec vestigium 181.4.
Nefrundines 48.32.
Negatio abundans 6.8.
Ne 55.34.& 88.31.& 124.30.
Neptuni pecudes 214.29.
Nequam 88.28.
Nerei pecus 214.21.
Neronia 99.20.
Nilotis tunica 270.29.
Noctis tenebræ seueræ 259.30.
Noctuini oculi 113.16.
Nodum soluis 117.35.
Νομανδρία 153.22.
Nomen accipere 119.30.
Nomen ædificare 133.18.
Nomina decimo die imposita 141.14.
Nomina in io etiam propria diminutionē habere 152.1.
Nominum notatio in palliatis comædijs 126.28.
Nomisma 116.20.
Nonij multa restaurata 201.& 202.& 203.
Nonius emendatus 179.17.& 199.1.& 204.6 & 205.15.
Nonius explicatus 116.25.& 181.15.& 195.20.& 242.13.
Noua colonia 191.32.
Noua fata 84.31.
Nucleus acini 33.2.
Nudum 59.15.
Numella 38.33.
Numen 75.1.
Numeria dea 215.8.
Numeri 208.38.
Numerij 215.7.
Numeris obloqui 175.19.
Numeros memini 208.37.
Numerus in motu 175.24.
Numinis appellatio vnde 92.1.
Numo sestertio addicere 126.6.
Nutrire 160.22.
Nutus 84.25.
Nux tarentina & terentina 98.10.

O.

Oblinere dolia 25.23.
Oblinere 237.1.
Obsecratio 90.13.
Obsigillare 232.30.
Obsignare lagenas 238.27.
Obsignare 20.23.
Obuagulare 192.29.
Oceanus 235.7.
Oceanus refusum 236.5.
Occipitio frons prior 212.31.
ὄχημα 112.4.
Occipitium ostendere 212.29.
Offa melle saporata & soporata 172.& 173.
Officia & ministeria nautica nauis arg° 170.7.
Officium 102.29.
Olea 24.24.
Oliuitas 134.30.
Olympus omnipotens 207.1.
ὅμιλος 130.3.
Onerare Zamiam 117.38.
ὢν οὐχ ἄνευ 28.30.
Onomastici quiusdã voca.antiq. 127.& 128.
Oppidum 274.22.
Oræ diæ luminis 1.14.
Oratio cepe & allium olet 134.23.
Orbis Asiæ & Europæ 236.2.
Orciniana scandapila 270.20.
Orcini liberti 270.28.
Ore fauere 56.33.
ὀργᾶν 36.16.
Origo magistratuũ quorundã Francorũ 125.
Orion super mare ambulat 114.35.
Oscines 182.17.
Ostento 19.21.
οὖρος 154.1.

P.

Pactum nudum 59.17.
Pagi 6.24.
Palæstræ graminea 175.15.
Pallas turbata 73.19.
Pallam trahere 242.16.
Palimpsestus 27.30.
Pallium trahere 135.21.
Pallium detexere 276.12.
Panathenæa 148.25.

Pan-

Pancrat. à Lycurgo ſublatum Spartia. 91.1.
Panis gradilis 80.27.
Panniculæ 254.28.
Pannoſa fæx 206.32.
Pantices 34.18.
Pantomimi 61.20.
Pannucea mala 160.2.
Pannucea 159.37.
Pannus mammoſus 254.27.
Pannus 160.1.
Paredia 113.37.
Parere æri alieno 277.24.
Paredri 62.4.
Parmularius 49.23.
Parmula & palmula 50.3.
Parorea 280.17.
Parſtrymonia 280.18.
Paſcere 190.16.
Paſcere amictum pectore 215.21.
Paſſerinum prandium 206.23.
Patratus 64.9.
Patrimi 142.23.
Pauo Pythagoreus 133.34.
Penſio 265.3.
Pecten amazonius 75.10.
Pædagogia 60.38.
Pedato tertio 124.21.
Pendere 102.2.
Penetrare animos 259.37.
Penula 22.11.& 134.34.
Perbibeſia 113.37.
Per curionem dici iubere 12.39.
Pergama recidiua 207.23.
Per infrequentiam 264.14.
Periuri in comitio 114.10.
Permixtum 136.26.
Per Saturam aliquid facere 80.4.
Perſius ſaty.1.illuſtratus 149.5.
Perſius explicatur ſaty.4. 241.1.
Perſius vltima ſatyr.explicatus 237.38.
Pes varus 241.6.
Petauriſta 199.14.
Petronius Arbiter emẽdatur & expli. 44.16.
Philoſophiæ finis 70.18.
Φοινικίδες 258.28.
Phrygia tibia è buxo 283.1.
Phryginda 121.5.
Piacula 69.25.
Picta veſtis 146.3.
Pinguis aqualiculus 150.11.
Pinſere terram genibus 133.1.
Pipilo 26.23.
Pitillus 112.36.
Pitylus 170.18.
Plaga 215.29.
Plagæ 283.6.
Plaſma 149.11.
Platonis & Academiorum de orbe lacteo
ſententia 58.36.
Plautus Amphitryone explicatus 276.1.
Plautus in Ciſtel.explicat.& emẽda. 124.17.
Plinius lib.7.natur.hiſto.explicatus 197.33.
Plinij locus lib.8.explicatus 275.9.
Plinius emẽdatus & explicatus li.14. 32.14.
Plin lib.15.natur.hiſt.emendatus 97.34.
Plinius lib.18.explicatus 276.33.
Plinius lib.18.emendatus 167.34.
Plin.18.lib.natur.hiſto.reſtitutus 253.31.
Plinius lib.21.emendatus 178.15.
Plinius lib.35.explicatur & emẽdat. 40.30.
Plinius lib.37.emendatus 162.28.
Plinthium 191.5.
Plinthis 191.7.
πλουτώνιον 72.28.
Poëtæ Latini antiquitatis ſtudioſi 210.8.
Poëtarũ ſcripta nõ carere eruditione 37.20.
Politio 236.25.
Polliceor 157.25.
Polliceri montes & maria 48.6.
Pollinctor 157.16.
πολύαινος ὀδυσσεύς 44.22.
Politiones,& depolitiones 200.10.& 11.
Polubrum 129.39.
Polluceo 157.22.
Pollux pugil 91.14.
Pone recumbere & petere 133.15.
Popa 240.6.
Popani panes 240.8.
Popularia 271.27.
Porcus laribus immolatur 39.19.
Porcus & porca 73.39.
Porcus nefrundus 48.31.
Porphyrio Horatij interp.emendat. 192.16.
Porricio 58.1.
Porta Libitinenſis 22.6.
Portæ 4.in caſtris 262.34.
Portare aue 137.14.
Poſcenium 123.25.
Poſtomis 131.1.
Potens 207.8.
Potire ſeruitutis 276.5.
Potiri hoſtium 276.7.
Præciſi 252.16.
Præfecti 262.20.
Præferre triumphi diem 264.10.
Prægnas 212.21.
Præpetes 182.16.
Præſtare 176.15.
Premere verbum venatorium 182.36.
Prenſo 19.7.
Pretium habere 177.5.
Prætoria porta 262.35.

Præſtringi oculos 196.2.
Præſul 22.32.
Prima virorum 35.21.
Primæ & ſecundæ ſententiæ eſſe 189.31.
Primores digiti 25.12.
πρὶν Homero geminatum, vt prius & ante Maroni 42.11.
Princeps Senatus 120.14.
Principales duæ portę, dextra & ſini. 262.39.
Principalis porta 262.35.
Principatus 136.8.
Primipilarium teſtamentum 162.1.
προκαταρκτικὰ αἴτια 28.26.
πρόχοος 130.1.
Proculeius 146.30.
Profluens 165.33.
Promeritum 202.34.
Promulſidiaria vaſa 145.13.
Promulſis 145.12.
Procœmium facilius habere 162.11.
Propertius lib.4. aliquot locis explica. 81.10.
Propimata 145.19.
Propertius explicatus 78.10.
Propertius explicatur 90.33.
Proreta 159.6. & 170.13.
Protrahere 259.25.
Prorumpit 256.20.
Proximus lictor 106.4.
Pſilæ 142.29.
Pſilotapides 142.33.
Pſilotrum 241.37.
ψωλός 143.8.
ψοφεῖ 210.21.
Pubeſcere 32.14.
Pueritia vt inſtituebatur in Græcia 111.37.
Pugnum ducere 156.27.
Pulli 122.22.
Pultare fores 210.20.
Pulto 259.15.
Pumices 78.10.
Puncto tempore 256.3.
Pura haſta 178.34.
Pura lana 179.1.
Pura veſtis 178.39.
Pure loti 69.27.
Purè lautum 264.20.
Purgamenta calcare 45.33.
Purgamenta 97.2.
Puri 122.22.
Purpureum 175.7.
Purum argentum 178.31.
Purum ſolum 178.36.
Purum numen 91.26.
Purus locus 178.35.
Puta lana 215.31.
Pyrgus 85.37.

Q.

Quadræ 235.13.
Quadrigæ irarum 133 31.
Quadrupedare 73.36.
Quadruplices 158.4.
Quædam 2. ad Atticum animaduerſa 248.1.
Quæſitaria 45.5.
Quàm extemplo 55.24.
Quiane? 184.24.
Quibus culina vitæ eſt modulus 135.25.
Quid diſtent æra lupinis 35.39.
Quintana porta 262.35.
Quintum, Paulũ, Publicolam, Aquilium ſcribẽdum potius eſſe, quàm Quinctũ, Paullum, Poblicolam, Aquillium 267.12.
Quintuplices 158.4.
Quod bene vertat, conſcende 277.39.
Quod iam miſſum 2.27.
Quo te mœri pedes 75.25.

R.

Rabies pro fremitu canis 259.21.
Racemi 32.31.
Radius 136.22.
Ramus aureus 62.20.
Rapaces aues 182.17.
Rapi obtorto collo 38.30.
Rationem habere alicuius 119.24.
Recidiuus annus 207.25.
Recta domus 50.23.
Recta oratio 50.22.
Refragatores 107.4.
Refractariolũ dicẽdi genus iudiciale 248.30.
Refractarius 248.38.
Regiones 4. vrbis, 4. eſſe tribus 262.9.
Relinere ferias 237.3.
Relinere dolia 25.24.
Reliquum 136.19.
Remittere interceſſionem 107.18.
Repetere 236.9.
Requieſco 256.12.
Res comportatæ 71.14.
Res formata & informis 94.31.
Res tuas procura 213.3.
Returare 134.7.
Reuocare 135.29.
Reuocatio 136.27.
Rhea 27.37.
Riuales 108.8.
Rogare & adrogare 39.31.
Rogator 45.6.
Romani veſtitus mutatio 8.13.
Romani quando vota nuncupabant, & purificabant ſe in nuncupatione 36.34.
Romanorum imagines vbi recondebantur, & qua ex materia fiebant 40.6.
Romilia tribus 252.36.

Ru-

Rude donati gladiatores ferro non dimicabant 69.15.
Rudiarij 21.20.
Rurſus, prorſus 179.24.

S.

Sagma 252.8.
Sagmarius equus 252.2.
Sal popularis 237.13.
Salij 154.18.
Saliua vini 238.34.
Salis flos 237.14.
Salmacida ſpolia 165.3.
Salmacis 166.9.
Saltus Firmiani 47.29.
Saluſtius Demoſt. affinior quam Cic. 144.21.
Salutare Deos 2.20.
Samiata ferramenta 105.35.
Samiarij 105.30.
Samium 180.25.
Samnitum armatura 13.39.
Sancire fœdus fulmine 13.9.
Sandalia 185.33.
Sandaligeri ſerui 186.16.
Sandalium 281.15.
Sandapila 270.21.
Sanguinis dies 258.36.
Sapiens ætati cibus 55.29.
Sardinia 281.16.
Sartago loquendi 151.4.
Saturnalitia 190.14.
Satura 79.39.
Saturnius verſus 67.18.
Scabrere 202.3.
Scæuus 279.30.
Sæculum 51.25.
Schemæ 199.15.
Scribere dicam 126.38.
Scriptuarius 196.20.
Scutulæ 108.35.
Scutulatum 108.33.
Secare 207.28.
Seculæ 39.11.
Secundus ventus 154.1.
Secutores 21.39.
Selecti iudices, in quibus Plinio parũ conuenit cũ Aſconio, in quo Pliniũ Seneca ſequitur, & Cice. cũ Aſconio facit 194.32.
σελίνια 117.21.
Cellæ patroclianæ 265.30.
Semiatratus 134.18.
Semiermes 23.34.
Semiraſus vſtor 143.10.
Semitatus 33.32.
Semuncia 126.11.
Senatum legere 119.34.
Seneca 22. lib. epi. explicat. & emẽdat. 61.21.
Seneca emendatus & explicatus 41.31.
Seneca explicatur & emendatur 86.3.
Seneca emendatus 232.30. & 145.26.
Senecę non conuenit cum Plin. de vino Rhetico 211.19.
Seneſchalli 125.13.
Sepulti venti 255.37.
Sepultus vino 255.35.
Sepultura per iniectionem glebæ 10.30.
Serenum 237.24.
Sereſcere 2.14.
Serpentes cantu diſrumpi 131.21.
Seruaculum 119.7.
Serum 57.10.
Seruitia ſemiraſa 143.11.
Seuiri 22.37.
Sibyna 202.31.
Sicilia palmis agreſtibus abundans 283.12.
Sicilicula 39.10.
Sicilire, & ſicilices 39.11.
Siculi equi 141.33.
Si forte 83.13.
Sigillare oculos 232.3.
Sigillaritia 190.14.
Signum dare 23.8.
Silicernium 197.16.
Siliqua 67.2.
Silla 164.19.
Silo 112.26.
Siluanns 67.8.
Simulachra deorum in portis vrbium 2.15.
Simulachri manum tangere 2.22.
Siniſtra & dextra tibia 160.31.
Synthefis 100.35.
Sinum laxare 53.32.
Si quando 83.21.
Siſtrum 79.11.
Soccus luteus 142.38.
Solarium 142.4.
Solea piſcis 281.16.
Solox 179.2.
Solum 140.23.
Sopitum 273.20.
Sorbilo 26.24.
Sortes in galeam deijci 138.10.
Spado 183.7.
Spartianus in Adriano emendatus 189.20.
Spectacula 107.6.
Spectaculum matutinum 271.15.
Speculatoria & ſpiculatoria 104.37.
Spina 123.18.
Spiſſo venire 180.2.
Splendidus 53.19.
Spolia hoſtium vbi collocabantur 57.19.
Sportula cœnę loco diuiſa cliẽtibus 147.16.

Sputum 44.34.
Stare 158.11.
Statio 20.38.
Stipendium 266.7.
Stoicorum & peripateticorum de virtute sententia 28.35.
Stoicus Deus 42.3.
Strabo emendatur 75.32.
Stricturæ 18.36.
Stringere venas 18.34.
Strues 154.7.
Suadere 29.
Subbibere 99.29.
Sub dio 237.22.
Subinane 246.39.
Subrostrani 203.37.
Subscriptor proximus 106.2.
Substringere aurem 266.21.
Sudum 201.5.
Suetonius in Claud. explicatus 101.18.
Sueto. in Nerone explicatus & eměd. 99.6.
Sufferti aliquid tinnire 99.26.
Suffertum 99.26.
Suffragatores 107.2.
Sumere 190.16.
Summorum autorum iudicia diuersa esse probatur ex Cicer. & Plutar. 86.35.
Superbus 29.3.
Superum lumen 133.8.
Supplantare 149.37.
Supplicatio 90.12.
Surus & Syrus 133.25.
Συνεργά 28.29.
Συγκομίζειν 71.13.
Symbola 127.3.
Σύμβολα 187.2.
Συνεκτικά 28.28.

T.

Tabula lusoria 86.22.
Tabulæ inuentor Palamedes 85.33.
Tabulæ ludus 85.30.
Tactare comam 214.8.
Θαλάσσα ἀγαθῶν 48.6.
Talus 86.21.
Tantum quod 99.10.
Taurobolium 105.36.
Τέκτων Latine tector 119.5.
Tela 255.13.
Telum cestrosphendone 274.26.
Temperatio 136.31.
Tæniæ 74.16.
Tensæ 213.13.
Tenuis ars lanificij 73.13.
Terginum 180.39.
Tergum 209.31.
Terminus hærens 1.19.
Ternio dijs gratus numerus 111.25.
Terebra pertundere 199.33.
Terentius in Adelphis explicatus 187.29.
Terentius explicatus Eunucho 185.35.
Teres 258.25.
Terra pila 214.12.
Tertullianus emendatus 145.36.
Tessailcum nomisma 116.17.
Tessera 86.15.
Tesseræ 99.14.&186.38.
Testa ignem petere 46.1.
Tetrachordum 181.27.
Tetrapharmacum 190.32.
Thaïs 126.32.
Thespiades 10.1.
Thessalus saltus 116.10.
Thracius aquilo 82.11.
Threïcius aquilo 82.13.
Tibiæ serranæ 160.26.
Tibicidæ 204.38.
Tithymallus 127.9.
Titus Liuius explicatus, & locis aliquot emendatus 280.17.
Tmelus mons 33.7.
Tœcharchi 170.15.
Toga contorta 94.28.
Tolerantia 22.26.
Torcularium 176.30.
Torcular 176.30.
Torquere collum, & obtorquere 160.13.
Trabea vestis & palmata 145.32.
Traderet pro raderet apud Suetonium in Nerone 14.21.
Trama 240.2.
Trapeti priui 177.11.
Tranqui. in Domitiano emẽd. & expl. 49.20.
Tranquillus in Caligula emendatur 103.30.
Tranquillus explicatus 194.11.
Trebellius Pollio emendatus 258.10.
Tres equitũ turmę in ludis Troianis 57.33.
Tribuni laticlauij 50.5.
Tribunus stabuli 125.9.
Tribus 159.22.
Tribus intro vocare 107.10.
Tribus vrbanæ & rusticæ 6.34.
Tributa comitia 159.28.
Tributum in singulas tegulas 203.29.
Tripudiare 35.25.
Tripudium soniuium 98.22.
Τρίτων 106.22.
Trochus ludus Græcanici genus 120.32.
Troginus calix 204.22.
Tropæi 101.26.
Truncus in homine 205.2.
Tumere 36.11.

Tumida virginitas 36.14.
Tunicæ ducales 258.31.
Tunicæ ruſſæ 258.28.
Turbare 256.5.
Turricula differt à fritillo 86.8.
Tutanus 197.23.
Tyridates 82.28.

V.

Vacillare 196.1.
Vadem deferere 119.34.
Valerius Flac.emendatus lib.8. 182.31.
Vapidè ſe habere 238.30.
Vapidum vinum 238.30.
Varia excerpta de lexico veteri expl.92.&93.
Varro emendatus 129 31.& 134.31.
Varro explicatus 135.5.
Varro de re ruſt.explicatus 156.15.
Varro de lingua Latina emendatus 140.15.
Vaſa torcula 176.31.
Vates 22.34.
Vehiculum 112.7.
Velare gulam 243.9.
Velis miniſtrare 207.36.
Vellera 60.9.
Venales 55.7.
Vendere per auerſionem 266.29.
Vendi 102.4.
Vendito 19.13.
Veneris templum in papho 74.21.
Veniam dare 94.7.
Venire in rem præſentem 77.9.
Ventilare, verbum gladiatorium 232.37.
Ventum per interlunia bacchari 82.3.
Venus quando aduentat, & quo tempore choreis delectatur 246.5.
Verba prætoris do, dico, addico, & abdico 278.11.
Verna ad pedes 208.5.
Verpi 143.1.
Verpi Iudæi 143.7.
Veris aduentus 81.30.
Verticulæ 131.30.
Verſare 35.30.
Veſtes domeſticæ 149.30.
Vetulus lupus 201.32.
Vetus ſatyra 80.12.
Via lactea, ſedes à philoſophis tributa ſapientum animis 58.12.
Viæ appiæ curator 41.16.
Victores faſces coronabãt Lauro, & Laureã deponebãt in gremio Iouis capitol.85.16.
Victoria præpes, pennata 84.39.
Victoria præpes 87.35.
Vicus vnguentarius Romę vbi erat 68.30.
Vina ſecundaria 141.11.
Vinaceos lauare 25.15.
Vindex 193.32.
Vinum ἀδύναμον 33.18.
Vinum chium 130.17.
Vinum conſulare 31.1.
Vinum molle 147.11.
Vinarij & cuſtodes 25.35.
Virgas vinciri 176.39.
Virgilius male reprehẽſus à multis 208.19.
Virgilius 1.Georg.explicatus 111.3.
Virg.lib.1.æneidos & 2.explicatus 64 25.
Virg.lib.4 æneid explicatur 42.34.& 43.1.
Virgil. lib. 4 æneid.obſeruatus 183.35.
Virg. 6.æneid. explicatus 170.28.
Virgilius 6.æneid.explicatus 174.20.
Virgilius 7.æneid illuſtratus 135.1.
Virgilius lib 9.explicatus 209.9.
Virgilius lib.10.explicatus 207.1.
Vir virum legit 12 7.
Vites caſtrare 26.2.
Vitium fugere 69.28.
Vittæ nuptarum & virginum 182 9.
Vitruuius emendatus & illuſtratus 115.17.
Vitruuius emendatus 278.35.
Vitruuius lib.10.emendatur 46.19.
Vitruuius lib.10 emendatus 188.30.
Vitruuius emendatur 54.23.
Vlula 16.21.& 213.15.
Vncti 35.33.
Vnda 142 9.
Vocabularij bilinguis variæ voces explicantur 96 8.
Volo 55.35.
Volſci veruti 266.17.
Voluendus 255.24.
Voluens 255.28.
Vopiſcus emendatus 258.1.
Vorago 72.33.
Vota quinquennalia 90.15.
Vrbẽ qui perdidit, tyrocneſtim cepit 117.27.
Vrbs ſumma 235 32.
Vltro tributa 120 5.
Vt vidi, vt perij 281.11.
Vti via populi 247.16.
Vulcani officina vbi 73 35.
Vuæ 32.31.

Y.

ὑπερισθμῆσαι 109.12.
Ὑγρὸν 151.24.

Z.

Zephyrus quando ſpirat 246.7.
Ζώννυσθαι 210.17.

FINIS.